2.2.G VOL III-IV BK II

613.

DISCEPTATIONVM FORENSIVM Iudiciorum

STEPHANI GRATIANI ROMANI V.I.D.

Tomus Quartus,

IN QVO PRÆTER VARIAS, ET DISCREPANTES vtriuſque iuris ſententias iuxta Sacræ Rotæ Romanæ decreta, & probatorum auctorum documenta terminatas,

MVLTA QVOQVE ACCESSERVNT neceſſaria perfectæ ſcientiæ eorum, quæ in tribus Tomis, & Deciſionibus antea impreſſis continentur.

Huic Nouiſſimæ Editioni acceſſit INDEX GENERALIS Rerum & Materiarum notatu dignarum locupletiſſimus.



GENEVÆ,
Sumptibus Samuelis Chouët.
M. DC. LXIV.

INDEX SINGVLORVM CAPITVM, IN
Quibus cuiuſlibet Diſceptationis materia breuiter continetur.

CAPVT 601.

PRÆLATI, & adminiſtratores Eccleſiarum quando ſint loco tutorum, & eorum bona dicantur tacitè hypothecata pro male adminiſtratis, ita vt competat ſaluianum interdictum cōtra tertios poſſeſſores. ¶ Hypotheca tacita an detur ad fauorem Epiſcopi, ſeu Cameræ Epiſcopalis, & Clericorum contra bona illorum, cum quibus contrahunt. Et quid in Ciuitate Romana & Antiochena, & in aliis vniuerſitatibus. ¶ Eccleſia læſa ob negligentiam Prælati, contra quem eſt lapſum quadriennium, an poſſit petere reſtitutionem in integrum poſt quadriennium, vel aduerſus lapſum eiuſdem quadriennij. ¶ Enormiſſima læſio quæ dicatur ad effectum concedendi talem reſtitutionem. ¶ Et quando ſubducatur tempus vitæ Prælati malè alienantis, vt ſit illi locus. ¶ Sententia quo caſu afficiat Eccleſiam collegiatam, & vniuerſitatem. ¶ Et quādo ſemper, & perpetuò debeat permanere illæſa. ¶ Et quomodo iſtæ dictiones, & ſimiles intelligantur. ¶ In læſione, quæ quotidie originatur, an competat reſtitutio poſt quadriennium, vt in cauſa matrimoniali, vel alia habente grauamen continuum, ſiue ius aſſiſtat, ſiue non aſſiſtat. ¶ Hypotheca an inducatur etiam in iure non expreſſis. ¶ Minor, Ciuitas, Eccleſia, & Reſpublica in quibus caſib. æquiparentur. ¶ Paritas rationis quando inducat extenſionem, ſeu cōprehenſionem, & proprium intellectum.

602 Petitio legitimæ, & eius ſupplementi quando ſit confuſa per aditionem. ¶ Et an creditur illius poſſidens bona ſubiecta reſtitutioni, ex quibus debet detrahi, teneatur petere detractionem tanquam ſciens vel ſcire debens illa eſſe reſtituenda ad hoc, vt ei nō currat præſcriptio. ¶ Ius legitimæ non agnitum, an tranſmittatur ad hæredem extraneum. ¶ Et an is cui debetur legitima ante deductionem habeatur loco creditoris, ſeu domini pro indiuiſo.

603 Conditio adiecta inſtitutioni ac cenſeatur repetita in ſubſtitutione. ¶ Et quid in conditione poteſtatiua cohærēte, vel non cohærente perſonæ. ¶ Et quando adeſt intereſſe teſtatoris. ¶ Vel agitur de fauore piæ cauſæ. ¶ Et quid ſi fuerit nominatim relictum onus inſtituto. an debeatur à ſubſtituto, vel è cōtra. ¶ Et quid in hærede repudiante, ſeu decedēte ante aditionem an portio illius accreſcat cum onere alteri cohæredi ¶ Extenſio an detur in conditionibus de caſu ad caſu. vbi tractatur de priuilegio loci pij. ¶ Si inſtituatur Titius, & ſi hæres non erit ſit ſubſtitutus Seius cum onere dandi libertatem ſeruo, vel ſoluendi centum Eccleſiæ, an exiſtente Titio hærede, huiuſmodi onus ſit per eum implendum.

604 Pro recuperanda poſſeſſione, quam quis amiſit facto ſuo, & culpa propria, an detur remediū officij Iudicis ad fauorē mulieris maioris ſicut cōpetit minori. ¶ Obſeruantia, & ſtylus vnius curiæ, quando ſeruetur extra eam. ¶ Deciſiones Rotæ an faciant ius in litibus vertentibus in partibus. ¶ Et quid in regulis Cancellariæ. ¶ Mulieribus & ruſticis an ſuccurratur in iudicialibus & in his, quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandum.

605 Per ſecundū teſtamentum an reuocentur tam inſtitutiones hęredū, quā legata, & alia in primo etiā inuiatu diſpoſita. ¶ Et quando clauſulā ceſſans, & irritans ſubintelligatur ¶ In diſpoſitione ad pias cauſas an requirantur ſolēnitates, vel ſufficiat ſola ſubſcriptio teſtatoris ¶ Et quid in ſcriptura Militis facta in clypeo cū ipſius ſanguine. ¶ Legatum cōſanguineo pauperi an cēſeatur relictū ob causā pietatis, ſeu cōſanguinitatis. ¶ Et quis ad hunc effectū dicatur pauper. ¶ Inſtitutio hæredis, & legatū an valeat, quādo refertur ad aliā ſcripturā exiſtētē apud perſonā certā. ¶ Primū teſtamentum ſolemne ad pias cauſas, ſeu inter liberos, an ſit ſublatum per ſecundū minus ſolemne, quod poteſt eſſe validū de iure ſpeciali ¶ Et quid ſi ſecundū non ſortiatur effectū. ¶ Vel quando adſunt in ſecūdo minora onera, quā in primo. ¶ Poſterius teſtamentū, quod ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus fauore piæ cauſæ, an valeat ſolū quo ad inſtitutionē, vel etiā quo ad legata extraneis relicta. ¶ Et quando illa accreſcant piæ cauſæ inſtitutæ, ſeu venientibus ab inteſtato ¶ In codicillis, an ſit ſpeciale, vt relicta in primis non ſint ſublata in ſecundis.

606 Succeſſor in beneficio an teneatur ſtare locationi anteceſſoris ¶ Et quid ſi illa ſit facta ad tempus permiſſum. ¶ Vel nomine Eccleſiæ ¶ Vel ſi fundus ſterilis eſſet redactus ad culturā ¶ Vel quando fructus pendentes de proximo deberēt colligi. ¶ Vel ſi fuit anticipatè ſolutū ¶ Vel quādo ſucceſſor recipit penſionem. ¶ Et an tunc approbetur locatio etiam pro tēpore futuro. ¶ Rector Eccleſiæ an dicatur adminiſtrator redditum illius, ſeu vſufructuarius, vel vſuarius ¶ Conductor, & colonus partiarius quo caſu poſſit cogi à ſucceſſore ad continuandum in locatione ſibi facta per anteceſſorem. ¶ Et an ſtur diuidendi fructus quando ſeminauit, & fecit omnia ad culturam neceſſaria etiam quod res locata illos non redderet, niſi ſingulo quinquennio.

607 Statutū deferens lucrū dotis coniugibus, quando ſit fauorabile, ſeu odioſum. ¶ Maior ſeptuaginta annorum, an dicatur qui ingreſſus eſt annum ſeptuageſimum. ¶ Dies cœptus, quando habeatur pro cōpleto ¶ Et quid in fauorabilibus. ¶ Et in odioſis. ¶ Et in acquirendo lucro dotali ¶ Et in admiſſione ad ciuilitatem. ¶ Vel ſtante dictione per, cum ſimilibus verbis poſitis in accuſatiuo. ¶ Vſus communi

loquendi quando attendatur. ¶ Eccleſia,& minor, an ſit reſtituendus aduerſus omiſſum implementũ cõditionis requiſitę ad hoc vt habeatur pro impleta quamuis illa amplius non poſſit adimpleri. ¶ Ratio generalis ſtatuti, an cõſideretur in caſib. nõ expreſſis. ¶ Et qualitates illius quando ſint verificandæ.

608 Conſtitutio contra debitores ad fauorem creditorum præſentium, & præteritorũ an conprehẽdat creditores futuros. ¶ Et quid in priuilegiis. ¶ Vel ſtante obſeruatione. ¶ Lex quando dicatur vniuerſalis, ſi non ſit facta motu proprio, ſed ad petitionem alterius. ¶ Et quo caſu extendatur ad futura tam in odioſis quam in fauorabilibus. ¶ Priuilegium conceſſum ſuper decimis an procedat in poſſeſſionibus poſtea quæſitis. ¶ Prærogatiua conceſſa his qui laborauerint an habeat locum etiam poſt illius publicationem.

609 Maritus promittens reſtituere dotem an cenſeatur renunciaſſe lucro dotali ſibi per ſtatutũ debito. ¶ Et quid ſi promiſſio ſit de tota, & integra dote. ¶ Vel cum clauſula inſolidum ¶ Vel ſi concedatur licentia vxori de ingrediendo poſſeſſionem bonorum ipſius viri donec fuerit integrè ſatisfacta. ¶ Et an ſit probandum, quod maritus habuerit ſcientiam dicti ſtatuti. ¶ Clauſulæ exequutiuæ quales ſint. ¶ Et quando amplient diſpoſitionem. ¶ Et cenſeantur appoſitæ de ſtylo notariorum ¶ Et quo caſu declarent mentem diſponentis. ¶ Teſtator mandans totam ſuam hęreditatem an voluerit prohibere trebellianicam. ¶ Promiſſio reſtituendi dotem cum facultate capiendi bona vſque ad plenam illius ſatisfactionem, an intelligatur ſolum in caſu quo prædeceſſerit maritus. ¶ Statutum domicilij viri, vel vxoris, an ſit reſeruandum quo ad lucrum dotale. ¶ Et quid in Florentina nubente Bononienſi traducta Bononiam. ¶ Et de intellectu ſtatutorum dictarum ciuitatum quo ad lucrum dotis debitum marito. ¶ Clauſula capiendi poſſeſſionem bonorum propria auctoritate, an ſit executiua.

610 In legato victus, & alimentorum, an contineatur habitatio, & lectus cum ornamentis iuxta qualitatem perſonarum. ¶ Facultas conceſſa liberè eligendi bona pro ſui crediti ſatisfactione quomodo intelligatur. ¶ Res dotales immobiles an debeant ſtatim ſoluto matrimonio reſtitui, ita vt illis non reſtitutis ſint debiti fructus ex eis percepti. ¶ Et quid ſi vidua habuerit alimenta ab hæredibus viri pendente tali reſtitutione.

611 Onera realia, vel mixta, cenſus & ſimiles præſtationes an debeantur per legatarium, ſeu per heredem. ¶ Et quid in relictis pro anima, vel in cauſam piam. ¶ Legatum rei alienæ, vel alteri obligatæ an valeat ſaltem quo ad æſtimationem. ¶ Et quid de æquitate canonica. ¶ Vel quando eſt in totum res aliena, ſeu in parte. ¶ Vel ſi ſunt relicta coniuncto, amico & locis piis. ¶ Vel quando teſtator non habebat, niſi ſolam poſſeſſionem. ¶ Legatarius an cenſeatur magis dilectus teſtatori quam hæres. ¶ Feudum relictum pro anima, an ſit validum quo ad æſtimationem ¶ Intellectus *l. Stichum. D. de vſufruct. legat* ¶ Vſufructuarius an teneatur ad collectas, gabellas, cenſus, & ſimilia. ¶ Legatum quo caſu ſit large interpretandum, ita vt in eo veniat quod maius eſt, non quod minus.

612 Hæres hæredis quando dicatur hæres teſtatoris. ¶ Legatum ad vitam legatarij, ſeu donec ille vixerit, an redeat ad hæredes hęredis, ſi hæres teſtatoris prius moriatur. ¶ Et quo caſu tranſmittatur ad hæredes ipſius legatarij. ¶ Et quid ſi adſint verba ſupraſcriptis, infraſcriptis, & ſimilia. ¶ Vel quando fuit hæreditas contemplata quo ad onerum præſtationem. ¶ Hæres rogatus aliquid dare filiæ ea conditione, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, illud reſtitueret hæredi, an ſi cauerit dare hæredi hæredis poſſit talem cautionem condicere.

613 In taxandis alimentis an ſint conſiderandæ facultates, dignitas & qualitas perſonarum, vel ſola neceſſitas. ¶ Et quid in marito vergente ad inopiam. ¶ Et in filiis naturalibus, & ſpuriis, & in ſeruis. ¶ Intellectus *c. cum haberet. de eo qui dux. in matrim. quam poll.* Alimenta taxata cum conſenſu eius, qui eſt alendus, an augeantur aucta tam familia, quam dignitate. ¶ Diſpoſitio quando ſit intelligenda rebus in eodem ſtatu manentibus. ¶ Stipulans ſibi alimenta, quo caſu cenſeatur ſtipulaſſe etiam pro vxore, & perſona extranea.

614 Præſcriptio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo an requiratur in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli. ¶ Et quid in ea, quæ ſit æquè principaliter an ſufficiat quadragenaria ſine titulo cum bona fide. ¶ Vnio qualiter probetur. ¶ Et quo caſu dicatur odioſa. ¶ Et quando fructus ſpectent ad locum vnitum. ¶ Legatum Eccleſiæ pro miſſis celebrandis an cenſeatur factum contemplatione perſonę Sacerdotis. ¶ Et an ei detur actio ad illud conſequendum. ¶ Celebratio miſſarum an competat ratione ordinis, ſeu ratione Eccleſiæ.

615 Vſufructuarius an dicatur dominus rei, in qua habet vſumfructum. ¶ Et quando ad eum ſpectet renouatio inueſtiturarum antiquatum, & noua conceſſio, laudemium, & vtilitas proueniens etiam de iuribus incorporalibus. ¶ Ingreſſus ſolus in fundũ an ſufficiat, vt quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione vſusfructus, vel requiratur aliquis vſus, & exercitium illius ¶ Et quid in ſeruitutibus ruſticis, & vrbanis. ¶ Poſſeſſio an acquiratur per actum præparatorium ad viſum. ¶ Dictio eúmve quando ſit copulatiua, ſeu diſiunctiua. ¶ Seruitus aquæ ductus, & tigni immittendi quando incipiat. ¶ Proconſul ingrediendo prouinciam an acquirat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis abſque alio vſu. ¶ Poſſeſſio ex quibus probetur. ¶ Et an ſit neceſſaria perceptio fructuum. ¶ Oblectamentum quando ſit pretio æſtimabile. ¶ Et an pro eo aliquid debeatur. ¶ Multa de iſtis oblectationibus quo ad muſicos, cantores, citharedos, & ſimiles. ¶ Salarium quando ſit præſtandum ¶ Alienæ menſæ appetentes quare vocentur Myconij ¶ Et de venientibus ad conuiuia quamuis non ſint vocati cur dicantur Vmbræ. ¶ Probata poſſeſſione, an ſit probata perceptio fructuum. ¶ Manutentio quo ad ſcamnum, ſepulturam, & ædificium an comprehendat manutentionem in iure ſedendi, vſu ſepulturæ, ac vſu ædificij, ad quam idem ædificium erat deſtinatum.

616 Pretium reinueſtiendum per venditorem pro ſecuritate emptoris in locis montium, ſeu ſtabilibus, an poſſit reinueſtiri in redimenda domo per eumdem venditorem prius vendita cum pacto retrouendendi. ¶ Creditor ex cuius pecuniis fuit aliquid emptum an præferatur anterioribus creditoribus in re empta. ¶ Et quid ſi ſint creditores priuilegiati etiam ex cauſa dotis. ¶ Recuſans conſentirę

ſentire quando habetur pro conſentiente. ¶ Ius redimendi, an ſit æſtimandum, vt aſcendat ad ſextam ſeu tertiam partem. ¶ Pro fideiuſſore, ſeu pignore dato, quando aliud æquè idoneum poſſit præſtari.

617 Penſio quando poſſit reſeruari per Epiſcopum. ¶ Et an requiratur cauſa. ¶ Et qualis illa eſſe debeat. ¶ Et quomodo probetur. ¶ Et an ſit reſeruanda per viam quantitatis, & non quotæ. ¶ Et an ad vitam ſolum primi onerati, vel etiam ſucceſſoris in beneficio. ¶ Et quando in tali penſione ponenda ſit clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, ſicut ponitur in illis, quæ reſeruantur per Papam.
¶ Et an egeat confirmatione Summi Pontificis, & expeditione bullarum in Vrbe. ¶ Præceptores, Cõmendatores, & Delegati in quibus caſibus habeant facultatem reſeruandi penſiones. ¶ Et an religioſi habentes beneficia amouibilia poſſint excipere cõtra penſiones reſeruatas in ſuis beneficiis. ¶ Penſionarius obtinens vt beneficiatus priuetur beneficio ob non ſolutam penſionem, an poſſit petere ab eo penſiones decurſas. ¶ Regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis, an ſit præiudicialis, & abſorbeat cauſam reductionis penſionis.

618 Procurator an licitè retineat ſcripturas pro ſolario, & ſumptibus litis ¶ Et quo caſu poſſit reuocari illis ſibi non ſolutis. ¶ Et quid ſtante iuſta cauſa reuocandi. ¶ Et qualis debeat eſſe. ¶ Et an in reuocatione requiratur cauſæ cognitio. ¶ Et quid ſi per eum non opponatur ſuſpicionibus allegatis. ¶ Et quomodo debeat ſe opponere. ¶ Et an interim adminiſtret. ¶ Et an ſufficiat, vt ipſe ſolus conſentiat reuocationi, vel etiam requiratur conſenſus aduerſarij litigantis. ¶ Arbitris & arbitratoribus an debeantur ſportulæ.

619 Accipiens mandatum ad vulnerandum, ſeu ad occidendum an puniatur pœna aſſaſſinij, ſi fuerit data pecunia. ¶ Et an debeat expreſsè acceptari, vel ſufficiat taciturnitas, ſiue intentio vnius vel oblatio fauoris, aut ſpes præmij. ¶ Qualitas grauãs delictũ, an probetur ex ficta confeſſione inquiſiti. ¶ Immunitas eccleſiaſtica pro quibus criminibus concedatur. ¶ Et an pro delicto proditorio. ¶ Et quando quis dicatur proditor tam quo ad effectum immunitatis, quam reſpectu pœnæ. ¶ Et quid ſi adſit inimicitia ſolum reſpectu mandãtis, non mandatarij. ¶ Committens delictum prope Eccleſiam an gaudeat illius immunitate. ¶ Aſſaſſinus quis propriè dicatur. ¶ Mandans ad baſtonandum, an teneatur de occiſo, ſi ſequatur mors baſtonati.

610 Epiſcopus an exigat cathedraticum, ſeu ſynodaticum à qualibet eccleſia. ¶ Et ob quam cauſam. ¶ Et in quo conſiſtat. ¶ Et an poſſit illud remitti in totũ, ſeu in parte. ¶ Et quanto tempore præſcribatur.
¶ Et an ſufficiat tempus 40. annorum, vel requiratur etiam titulus, ſeu immemorabilis. ¶ Et an reſpiciat iuriſdictionem, & legem diœceſanam, ſeu iuriſdictionem ordinariam. ¶ Exempti an teneantur ire ad ſynodum ad illam eccleſiam, in qua ſoluunt cathedraticum ¶ Et de quibus exemptis ſit intelligendũ. ¶ Epiſcopi qui nulli Archiepiſcopo ſubiiciuntur an teneantur eligere aliquem vicinum Metropolitanum, in cuius ſynodo prouinciali cum aliis intereſſe debeant. ¶ Et quando ab eo poſſint compelli ad ſeruandas leges in illa ſynodo latas.

621 Vocatio in defectum ambarum ſororum, an requirat obitum vtriuſque. ¶ Succeſſio quo caſu deferatur per ſaltum de vna linea in aliam, quando ſupereſt maſculus ſeu fœmina ex linea illius, qui fuit admiſſus ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ, & quales debeant eſſe. ¶ Ratio conſeruandæ agnationis an præferat maſculos remotiores fœminis. ¶ Et quid ſi non ſit expreſſa, ſed adſit conſuetudo domus, & familiæ. ¶ Teſtator in ea parte quã prædilexit filias alicuius, an cenſeatur etiam prædilexiſſe omnem eius poſteritatem. ¶ Verba ambarum, ipſarum, ſemper, modo & ordine ſupra expreſſo, quid ſignificent. ¶ Primogenituræ, & fideicommiſſa an regulentur iuxta naturam feudorum. ¶ Cõceſſio feudalis indiuidua ex voluntate diſponentis ad fauorem fœminarum in defectum maſculorum ſi in vno habuit initium, finita vna linea maſculina, an transeat ad aliam lineam maſculinam excluſis fœminis. ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria cum adiectione copulatiuæ, ſeu nominis collectiui, an reſoluatur in ſingularitatem. ¶ Et quid ſi ſupereſt perſona magis dilecta. ¶ In feudis an excludatur fœmina admiſſis maſculis etiam remotioribus non conſiderata diuerſitate linearum.

622 Inter ſocios quando partes debeant eſſe æquales; quamuis vnus poſuerit plus, quam alius, tam in ſocietate particulari, quam vniuerſali. ¶ Res empta ex pecunia aliena, quo caſu efficiatur propria ipſius ementis. ¶ Et quando ſit reſtituenda domino cum intereſſe, & fructibus. ¶ Poſt contractam ſocietatem an licitum ſit vni ex ſociis augere capitale. ¶ Et an tunc poſſit per augentem percipi maius lucrum, quam per conſocium.

623 Statuta quibus ligatur maritus, an comprehendãt vxorem forenſem, ſed viduam. ¶ Et quid in odioſis. ¶ Et in priuilegiis etiã perſonalibus ¶ Et an requiratur habitatio & onerum ſolutio ¶ Vxor an verè, & propriè efficiatur ciuis loci domicilij viri, ad effectum, vt ſubſit ſtatutis loquentibus de ciuibus. ¶ Domicilium originis, & habitationis an ſit magis principale, quam ciuilitatis. ¶ Et quid ſi agatur de bonis exiſtentibus in alio foro, in quo adeſt ſubiectio, an ex hoc attendatur minus principale. ¶ Statutum excludens fœminas propter maſculos, an includat etiam vxorem forenſem effectam ciuem, ita vt bona loci originis, & habitationis deferantur ſecundum ſtatuta illius loci, alia autem iuxta ſtatuta loci ciuilitatis, ¶ Habitatio an requiratur, vt quis poſſit conueniri ſtatutis ciuitatum. ¶ Domicilia plura an quis poſſit habere eodem tempore.

624 Per Eccleſiam læſam quando reſcindatur contractus, & ſint reſtituendi fructus, ¶ Subrogatum an aſſumat qualitates, & naturam eius, in cuius locum ſit ſubrogatio etiam tacita, nedum in vniuerſalibus, ſed in particularibus. ¶ Et quid in re feudali, dotali, vſufructu, fideicommiſſo, & emphyteuſi ¶ Conuertens pretium rei venditæ in emptionem alterius rei, an cenſeatur iſtam ſubrogaſſe loco illius. ¶ Decretum Iudicis & beneplacitum Apoſtolicum an ſuppleat defectum cauſæ, & ſolemnitatum.

625 Dominus quando teneatur de delicto famuli tam ciuiliter, quàm criminaliter. ¶ Et quid ſi delinquẽs fuerit exhibitus, & condemnatus. ¶ Et quid in officiali publico, & priuato. ¶ Et quando eſſent deputati, illi qui putabantur boni. ¶ Vel homines liberi, & non liberi. ¶ Vel quando adeſt tolerantia. ¶ Et quid in delicto ſucceſſiuo. ¶ Et quando illud dicatur

Epitome Capitulorum.

tur tale. ❡ Emptores doganarum quando habeant iura fiſci,& Principis.❡ Et poſſint remittere pœnas in totum,ſeu in parte.❡ Sciens delictum,& illi non obuians an teneatur ad aliquam pœnam, quamuis potuiſſet commodè, & ſine periculo obuiare. ❡ Et quid in criminibus exceptis. ❡ Et in foro interiori. ❡ Accuſatio criminalis, an ceſſet, ſi remanet actio ciuilis. ❡ Articulum falſum producens an teneatur pœna falſi,non examinatis teſtibus,& nõ probato, quod doloſè procurauit teſtes falſos examinari. ❡ Scientia qualis requiratur ad condemnandum publicanum pro delicto ſerui. ❡ Intellectus *l.proniſum.7.C.de fabricenſibus lib.*10.

626 Adminiſtratores annonæ, minorum, & alij quicumque an teneantur de periculo nominum debitorum,maximè per eos contractorum.❡ Et quando illis incumbat onus probandi eos eſſe idoneos. ❡ Penuria perſonarum quo caſu operetur, vt inhabiles admittantur. ❡ Frumentatores qui præſunt frumento publicè emendo,& condendo,quando debeant ſeruari indemnes. ❡ Verba ſegniter quomodo interpretemur. ❡ Diligentia qualiter ſit probanda. ❡ Frumentum publicum quando ſit diſtribuendum inter ciues.

627 Exceptio dolo facis petendo, quod reſtituere debes, quo caſu procedat. ❡ Dos à patre profecta, quando ad illum reuertatur. ❡ Renuncians ſtatuto Vrbis quo ad lucrum dotis,& quo ad reſtitutionem illius extantibus liberis an cenſeatur renunciaſſe diſpoſitioni iuris communis,ſecundum quod pater eſt vſufructuarius bonorum filij. ❡ Clauſula pro omnibus, an habeat vim ſpecialis expreſſionis, & virtutem diuiſiuam, & referatur ad omnia narrata nedum principaliter,ſed enunciatiuè,& incidẽter. ❡ Pater retinendo dotem, quam recipit, an præſumatur velle adire nomine filiæ ſuæ infantis. ❡ Maritus quando poſſit poſt ſolutum matrimonium exigere dotem proprio nomine, & illam exactam reſtituere quibus de iure eſt aſſignanda. ❡ Diſpoſitio correſpectiua an debeat diuerſo iure cenſeri. ❡ Verbum accedit, & reſpectiuè quid ſignificet. Clauſulæ executiuæ quando operentur augmentũ, & declarent mentem diſponentis.

628 Cenſus quando dicatur conſtitutus per cõfeſſionem,ſeu numerationem ❡ Et quid ſi adſint verba, recepit, & ad ſe traxit,manualiter habuit,vel ſimilia, quæ ſint poſita per notarium poſt aſſertionem partis, & illius confeſſionem ❡ Mentio ſcutorum exiſtentium in ſacculo, an ſint demonſtratiua vel taxatiua excludentia numerationem.❡ Notarius an debeat inſpicere quantitatem pecuniarum per cõtrahentes narratã ad hoc vt poſſit atteſtari de illarum numero. ❡ Commiſſio auocatoria quando liget ignorantem, & impediat progreſſum in cauſa. ❡ Et quo caſu ſit notificanda, vt ſciatur an illam impetrans velit ſe ex ea iuuare. ❡ Et quando ſit facienda mentio de omnibus factis coram primis iudicibus, ad hoc vt antea geſta annullentur.

629 Filiorum appellatione quando in fideicommiſſis veniant nepotes. ❡ Et quid ſi exprimatur qualitas illis non conueniens. ❡ Vel quando eſt facta reſtrictio ad perſonas certas.❡ Vel ſub nomine collectiuo, & appellatiuo. ❡ Vel cum dictionibus ipſis, prædictis, præfatis, eiſdem,& ſimilibus etiam pluries geminatis.❡ Nepos quando ſubintret in locum patris.❡ Et quid in vocatione proximiorum. ❡ Vel ſalua gradus prærogatiua.❡ Vel in diſpoſitione reſtrictiua. ❡ In fideicommiſſo, in quo vocatur filiæ in defectum lineæ maſculorum,dummodo maritẽtur cum aliquo de tali familia an veniant filij filiarum. ❡ Subſtitutio ſub conditione caſuali, ſi deceſſerit ſine filiis an tranſmittatur ad deſcendentes teſtatoris.❡ Et quid ſtantibus coniecturis ❡ Et quales debeant eſſe, & præualere in concurſum plurium.

630 Teſtator mandans, vt ſui hæredes poſſint, & valeant vendere rationem fundaci an cenſeatur impoſuiſſe neceſſitatem vendendi. ❡ Et quando iſta verba ſint facultatiua, vel ſint exponenda pro debeant, & teneantur, tam in vltimis voluntatibus, quam in diſpoſitionibus inter viuos,reſcriptis & legibus. ❡ Et quid ſi adſit grauamen ad commodum teſtatoris, non autem hæredum ❡ Vel adſint verba omnimodo,omnino vel ſimilia.❡ Et quid illa ſignificent,præſertim quando ſunt geminata.❡ Mandãs cuſtodiri prædia, vt poſſint ad Titium peruenire, an dicatur inſtituiſſe fideicommiſſum. ❡ Libertas legata ſeruo cum potuerit dare cẽtum Sempronio, an competat antequam illa cum effectu ſoluantur.

631 Publicatio priuilegij,quo caſu requiratur cũ omnibus qualitatibus in eo contentis ❡ Et an ſufficiat ſola ſcientia priuilegiati, & ſtatim ſuum effectum operetur.❡ Vel etiam ſit neceſſaria notitia eius, de cuius præiudicio agitur. ❡ Et quid ſi adſit pœna. ❡ Vel conſtet quod ſtatim concedens voluit executionem illius. ❡ Vel quando continet decretum irritans. ❡ Annullatio actus an dicatur pœnalis, ſi eſt in odium perſonarum,vel ob defectum ſolennitatum. ❡ Facultas vt quis non poſſit excõmunicari an liget Epiſcopũ ignorantem,ita vt ſi ab eo feratur ſententia excommunicationis,non præiudicet priuilegiato.

632 Socius accipiens pecunias nomine proprio,& declarãs quod illas accepit pro ſuo particulari ſeruitio,an eas acquirat ſocietati,ſi fuerint communicatæ pro communi negotio,❡ Et quomodo talis verſio probetur.❡ Et an ſufficiant coniecturæ.❡ Creditor,qui dedit pecuniam ſocio,an poſſit cõuenire conſocium actione directa,ſeu vtili,ſi talis pecunia fuerit conuerſa in eiuſdem conſocij vtilitatem, quamuis cum eo non contraxerit. ❡ Adminiſtratores quando præſumantur conſumpſiſſe pecunias acceptas in cauſam per eos narratam.

633 Conuentio,quod poſſit capi poſſeſſio propria auctoritate propter alienationem,ſeu canonem non ſolutum,an poſſit exerceri non facta liquidatione etiam contra ſingularem ſucceſſorem ❡ Et quid ſi adſint verba abſque decreto,& licentia Iudicis. ❡ Vel quod ſit licita retentio ante aliquam declarationem.❡ Conceſſio bonorum tanquam deuolutorum,an ſit valida, ſi prius non obſter de cauſa deuolutionis. ❡ Caducitas an poſſit declarari contra hæredem, & ſucceſſorem, ſi non probetur per dominum ſcientia præciſa rei emphyteoticę cum omnibus qualitatibus in ea contentis.❡ Emphyteuta an poſſit donare ius ſuum abſque conſenſu domini. ❡ Caducitas quo caſu cenſeatur remiſſa per receptionem,ſeu petitionem canonis,tam pro tempore præterito, quam futuro. ❡ Et quid ſi recipiatur à procuratore generali,an tunc excuſetur emphyteuta à caducitate. ❡ Et quomodo probetur ratificatio domini.❡ Alienãs ſaluo & reſeruato conſenſu domini, quo caſu non incurrat in pœnam commiſſi.

❡ Et-

¶ Et quid ſi ſecuta fuit traditio rei alienatæ. ¶ Vel quando eſt difficilis recuperationis.

634 Pro alimentis an detur hypotheca vxori & filiis contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, & ſoceri tam ſtante matrimonio quam ſoluto. ¶ Et quid ſi adſit obligatio reſtituendi dotem cum damnis, & intereſſe. ¶ Filius an habeat hypothecata bona patris pro alimentis. ¶ Iudicium an ſit vniuerſale. ¶ Et quando in eo veniant acceſſiones tanquã pars rei iure actionis, ſi maritus non ſuſtinet onera matrimonij.

635 Mentio filiorum nepotum, & ventris prægnantis quando ſit facienda in legitimatione. ¶ Et quid ſi filia excludatur per ſtatutum. ¶ Et quo caſu requiratur citatio ¶ Habens facultatem legitimandi ſolum cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato an debeat hoc exprimere, vt valeat legitimatio ¶ Et an talis clauſula excludat à legitima. ¶ Princeps quo caſu transferat in alium poteſtatem legitimandi, quam ipſe habet. ¶ Sutreptio legitimationis an tollatur per clauſulas quorum tenores, pro expreſſis & derogatorias legum ac conſtitutionum, cum ſimilibus. ¶ Et quando ſcientia præſumpta legitimantis ſufficiat, vt non poſſit dici de inualiditate legitimationis. ¶ Facultas legitimandi conceſſa per patrem filio quando poſſit reuocari. ¶ Et quo caſu talis reuocatio ſit notificanda filio. ¶ Et quando cenſeatur ab ea receſſum. ¶ Legitimatus poſt mortem patris an excludat veniẽtes ab inteſtato. ¶ Et quid ſi iam hæreditatem adiuerunt. ¶ Vel quãdo præceſſit præordinatio patris, vt filius legitimetur. ¶ Et qualiter ſit probanda illa voluntas patris. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et an ſatis ſit, quod pater impetrauerit licẽtiam legitimandi. ¶ Et quando talis voluntas patris extinguatur cum primo actu legitimationis, ita vt filius non ſit amplius legitimandus. ¶ Procurator tam patris, quam filij an valeat impetrare legitimationem. ¶ Comites Palatini an poſſint committere alteri facultatem legitimandi. (Et quando legitimationes per eos conceſſæ ſint validæ, & approbentur per Rotam. ¶ Bulla Pij I V. *num.* 86. an procedat quando legitimatus veniret contra mentem teſtatoris. ¶ Vel ſi ageretur de iure quæſito quando legitimatio fieret poſt purificatum fideicommiſſum. ¶ Plures legitimationes an poſſint impetrari. ¶ Et quãdo ſit de eis facienda mentio. ¶ Et quæ illarum debeat attendi.

636 Mandatum Iudicis quando excuſet ſoluentem. ¶ Dubius quo caſu habeatur pro ſciente. ¶ Hæres grauatus an ſit ſimilis vſufructuario. ¶ Et quando illi ante reſtitutam hæreditatem poſſit licitè ſolui. ¶ Redemptio cenſus an ſit faciẽda hæredi proprietario, ſeu vſufructuario. Grauatus reſtituere an poſſit appellari fideicommiſſarius. ¶ Soluens hæredi non facta perquiſitione cum quibus conditionibus ſit hæres, an liberetur. ¶ Et quando ſufficiat narratio exiſtentiæ. teſtamenti abſque certioratione qualitatum in eo contentarum.

637 Legatum quando efficiatur caducum, ſi legatarius decedat ante mortem teſtatoris. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ. ¶ Et an illæ debeant ſumi ex teſtamento, vel extra. ¶ Teſtes duo an ſufficiant ad probandum, quod teſtator voluerit tranſmittere legatum ad filium legatarij. ¶ Vel quod ſubſtitutio pupillaris non contineatur ſub expreſſa vulgari. ¶ Vel quod ſit excluſa mater à pupillari. ¶ Teſtamẽtum habens clauſulã codicillarẽ, an poſſit probari per quinque teſtes etiam non rogatos, & fœminas. ¶ Legans aliquid mulieri cum conditione, vt renũciet omni legitimæ, & doti, quæ à patre poſſit peti, an intelligatur habuiſſe, vt non petat legitimã matris. ¶ Renunciatio ad fauorẽ vnius, & quo ad certa bona; quando extendatur ad non expreſſa ¶ Et an comprehendat legitimam. ¶ Repudians paternam hæreditatem, an cenſeatur repudiaſſe fideicommiſſum ſibi debitum in eadẽ hæreditate. ¶ Renuncians ſucceſſioni paternæ an poſſit ſuccedere patri, qui ſucceſſit fratri. ¶ Diſpoſitio generalis, quando reſtringatur per ſubſequentia verba. ¶ Tutela data vni filio, quo caſu comprehendat alios. ¶ Filius naturalis, ſeu emancipans, an habeat legimam tam in bonis paternis, quàm maternis.

638 Communis reputatio, ſeu veritas, rei an attẽdatur ad excuſandum delinquentem. ¶ Receptãs bannitum, qui nulliter fuit poſitus in bannũ, an ſit puniẽdus. ¶ Et quando talis poſſit impune offendi. ¶ Cõtẽptus Iudicis, & malum exemplum an debeat puniri. ¶ Et quales debeant eſſe mulctæ, quæ ob talem cauſam dantur. ¶ Et an citatio requiratur in illarũ impoſitione. ¶ Nullitas notoria tam facti, quam iuris reſultans ex actis, an ſit conſideranda in materia occidentis bannitum. ¶ Et quale ſit huiuſmodi notorium. ¶ Barones an poſſint reſtituere bannitos. ¶ Excõmunicatus iniuſtè an debeat in publico ſeruare talem ſententiam ad euitandum ſcandalum, & contemptũ Eccleſię. ¶ Et quid in occultò, & in longinquis partibus in quibus excõmunicatio non eſt cognita. ¶ Et quãdo alij poſſint cum eo participare.

639 Reproductio monitorij quando ſit facienda ad hoc, vt Iudex ſit certus de ſua iuriſdictione, & vt poſſit pronunciare articulos haberi pro confeſſatis. ¶ Et quid ſi aliunde ex præſumptionibus poteſt certificari talis iuriſdictio. ¶ Et quando ad hunc effectum ſufficiat reproductio verbalis. ¶ Et quid illa operetur. ¶ Et de eius vtilitate, & praxi. ¶ Statuta, quod poſitiones habeantur pro confeſſatis, an ſint odioſa, ſeu rationabilia. ¶ Æquitas nõ ſcripta qualis ſit. ¶ Et an debeat attendi per Iudices, & Arbitros habentes facultatem procedendi de æquitate.
¶ Procuratores, executores, & ſimiles an poſſint agere ante acceptationem, & viſionem mandati.
¶ Monitoria an debeant continere comminationẽ, quod articuli habebuntur pro confeſſatis. ¶ Et quãdo illis non reſpondens in termino admittatur poſt terminum. ¶ Offerens ſe paratum ad reſpondendum, ſoluendum, vel quid ſimile faciẽdum quo caſu excuſetur à contumacia.

640 Monaſterium quando teneatur probare profeſſionem monialis expreſſam, & tacitam. ¶ Et quo caſu admittantur præſumptiones. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an probetur per librum profeſſarũ. ¶ Et per moniales. ¶ Vel potius requiratur ſcriptura. ¶ Et an litteræ teſtimoniales Abbatiſſæ ſufficiãt. ¶ Et quando per declarationem habitus ſit inducta profeſſio tacita. ¶ Et an illa ſit ſublata per Concilium. ¶ Et de triplici habitu monialium. ¶ Teſti an magis ſit credendum, quam inſtrumentis. ¶ Ratihabitio tacita qualiter ſit probanda tam per modum agendi, quam excipiendi.

641 Tutores plures an poſſint conueniri ad reddendam rationẽ adminiſtrationis coram Iudice laico,

ſi inter eos adeſt clericus. ¶ Et quando habeantur loco vnius tutoris, ita vt eorum cauſa non poſſit diuidi, ſed cognoſci debeat apud vnum Iudicem. ¶ Et quid in duplicibus iudiciis familiæ erciſcundæ, cõmuni diuidundo, finium regundorum, & ſimilibus. ¶ Et an cauſa redditionis rationis ſit indiuidua. ¶ Et quid reſpectu hæredum. ¶ Diuidens actiones quærendo trahere reos coram diuerſis Iudicibus an ſit puniendus. ¶ Magis dignum an trahat minus dignum tam in connexis, quam in ſeparabilibus. ¶ Cauſa communis cum clerico, quando ſit remittẽda ad forum eccleſiaſticum. ¶ Obligatio vnius an recipiat diuiſionem in perſona plurium hæredum.

642 Conceſſio pœnarum prouenientium ex delictis an comprehendat pœnas deſcendentes ex criminibus in alios perpetratis, quam perſonam cõcederis. ¶ Et quid ſi non proueniant principaliter, ſed ſecũdariò, & in conſequentiam ob contrauentionem ſuorum edictorum. ¶ Cauſa immediata an debeat attendi potius quam mediata. ¶ Confiſcationes an ſpectent ad Dominum, ſeu Vaſallum. ¶ Et quid ſi ſint factæ per officiales Domini. ¶ Vel poſt finitum feudum ¶ Vel quando princeps prohibet ſub pœna actum de iure communi licitum, quamuis Vaſallus ſit inueſtitus cum mero & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione. ¶ Vel in pœna pecuniaria, in quam eſt commutata perſonalis. ¶ Sententia publicationis bonorum an trahatur ad bona exiſtentia extra territorium publicantis, ita vt illi ſint applicanda, vbi immobilia ſunt ſita. ¶ Et quid de mobilibus ¶ Fiſcus vaſallorum quando ſubrogetur in locum fiſci Principis.

643 Expenſæ factæ per vnum ex fratribus ſociis omnium bonorum pro ſtudio, & doctoratu, & ducẽda vxore, & magiſtratu aſſumpto, & ſimiles reſultãtes in honorem omnium fratrum an imputentur ſocietati. ¶ Filia vnius ſocij, quando ſit dotanda de bonis communibus ſociorum. ¶ Et quid in hoc operetur ſcientia, & non contradictio communiter viuentium. ¶ Vniuerſalis ſocietas an poſſit contrahi tam expreſsè quam tacitè ¶ Et quo caſu dotes, & aliæ expenſæ imputentur in legitimam.

644 Procurator quando poſſit conſtitui per tutorem ad contrahendum pro pupillo, & ad petendum decretum ſuper alienatione per eum facienda ¶ Solemnitas an requiratur in executione actus iam facti, & cauſa cognita firmati. ¶ Induſtria perſonæ quando ſit electa, ita vt ſubdelegatio non ſubſiſtat. ¶ Conceſſio emphyteuſis an reguletur à perſona immediatè laicali, ſeu ab Eccleſia mediata. ¶ Soluens canonem in alia ſpecie, quam conuẽta, an acquirat ius, vt non poſſit cogi, niſi ad ſolutionem ſolitam. ¶ Et quando præſumatur bona fides, etiam non probato titulo in ſoluendo vnam rem pro alia. ¶ In quibus caſibus admittatur conſtitutio procuratoris tàm in iudiciis quam extra. ¶ Et quando ad hunc effectum ſit neceſſaria litis conteſtatio.

645 Relictum familiæ quándo intelligatur effectiuè, & actiuè, ſeu contentiuè, & paſſiuè. ¶ Et quid iſta ſignificent. ¶ Nominatio iuriſpatronatus conceſſa ſeniori domus, & familiæ an ſpectet ad magis antiquum, licet adſit proximior. ¶ Vocatio totius familiæ an comprehendat tam originariam, quàm aggregatam. ¶ Subſtitutio facta hæredi de duobus antiquioribus de domo an reſtingatur ad duos primos antiquiores, vel illis duobus excluſis, debeat deuolui ad duos ſequentes antiquiores. ¶ Electio ſi facienda ſit per ſeniores de familia teſtatoris illa extincta, an extinguatur iuſpatronatus, vel transſeat ad hæredes extraneos. ¶ Proximitas gradus quando attendatur in vocatione familiæ, domus, & agnationis. ¶ Et quomodo huiuſmodi verba intelligãtur. ¶ Et quãdo veniãt deferẽtes eadem inſignia, & cognomina ¶ Et caſu quo ex iſtis cenſeatur probata identitas, agnationis. ¶ Teſtator mandans aſſumi ſua arma, & cognomẽ an dicatur prohibuiſſe aſſumptionem alterius cognominis, & armorum.

646 Fideicommiſſarius an teneatur ſoluere legata. ¶ Et an ſufficiat, quod habuerit rem minimam hæreditariam, ſeu loco illius acceperit pecuniam. ¶ Legitima & legatum quo caſu debeatur ex fideicommiſſo particulari. ¶ Diminutio hæreditatis an cedat damno legatariorum, ſeu hæredis. ¶ Paritas affectionis quando inducat æqualem tractatum, & diſtributionem in partibus. ¶ Et quid ſi nomen appellatiuum, & proprium concurreret. ¶ Legatarij quantitatis, & ſpeciei an ſequantur eamdem fortunam, ita vt inter eos ſit facienda diminutio legatorum pro rata. ¶ Et an facta ſolutione integrali per hæredem vni ex eis, poſſit alter agere ad reſtitutionem ſuæ partis, vel hæres teneatur cedere conditionem indebiti ¶ Et quid ſeruetur in cõtributione falcidiæ ¶ Et inter legatarios nominatos in poſterioribus codicillis, & in priori teſtamento. ¶ Hæres promittens ſoluere legata, an teneatur de proprio, quamuis confecerit inuentarium.

647 Cõſenſus quãdo ſit præſtãdus in ipſo actu, ſi requiratur pro integrãda perſona contrahẽtis, ſeu ratione intereſſe. ¶ Curator, & tutor an poſſit auctorare præſens, & tacens, ſeu non loquẽs. ¶ Obligatio vxoris an valeat vna cũ viro pro dote cõmunis filię. ¶ Cõſanguinei an ſint adhibẽdi in contractibus, in quib. agitur de eorũ intereſſe. ¶ Ratihabitio quãdo repræſentet cõſenſum, & corporalem præſentiam per legem requiſitam. ¶ Statutum de contractibus mulierum, an comprehendat cauſam dotis.

648 Nepotes, & pronepotes quando veniant appellatione filiorum, qui vocantur ad præſentationem iuriſpatronatus. ¶ Et an ſtante primo gradu ceſſet ſecundus, & exiſtente ſecundo deficiat tertius. ¶ Verba vt ſupra, illis, & in perpetuum, quid ſignificent. ¶ Præcedentia quãdo influant in ſequentia, & ſint maioris efficacię ad illorum determinationem. ¶ Correctio in eodem actu, quando ſit vitanda.

649 Poſſeſſor bonæ fidei an faciat fructus ſuos. ¶ Et quid ſi non eſt in bona, nec in mala fide. ¶ Penſiones domorum an dicantur fructus ciuiles, ſeu induſtriales, vel mixti, ſeu loco fructuum. ¶ Pecunia conſumpta quando efficiatur recipientis ¶ Et quo caſu filius illam imputet in legitimam, & Trebellianicam. ¶ Præſcriptio crediti, ſeu legitimæ & illius ſupplementi an ſit admittenda ante petitionem creditoris. ¶ Et quando dicatur debitor in bona fide, ſi non teneatur debitum offerre.

650 Hæres fiduciarius qualis dicatur. ¶ Et quando detrahat Trebellianicam ¶ Et an requiratur, quod fideicommiſſarius ſit de neceſſitate inſtituendus. ¶ Et quod fiducia ſit de tota hæreditate. ¶ Indefinitis quando æquipolleat vniuerſali tam in probationibus, quam in legibus, & diſpoſitionibus hominum, & in odioſis. ¶ Subſtitutio fiduciaria qualiter ſit probanda. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingulares,

lates, vel requirantur ſeptẽ ¶ Promiſſio facta teſtatori de reſtituendo alicui hæreditatem, quando tráſeat in cõtractũ. ¶ Declaratio diſpoſitionis teſtatoris per quot teſtes ſit probanda ſiue tendat ad certificandũ, quod erat obſcurum, ſiue ad immutandũ, quod erat certum. ¶ Ademptio hæreditatis in totũ, ſiue in parte an poſſit fieri etiam in voluntate non ſolemni ¶ Actus nouus an dicatur, quando hæreditas capitur ex declaratione, nõ ex ipſa inſtitutione. ¶ Et an requirat ſolemnia prout teſtamentum.

651 Statuta diſponentia, quod dotata non ſuccedat patri, matri, & fratribus an illam excludãt ab hæreditate omnium, vel ſolum dotantis ¶ Et quid ſi adſint verba ſingula ſingulis referendo in eodem gradu exiſtentibus ¶ Et quomodo intelligatur ſtatutũ Vrbis *lib.* .*c.*24. ¶ Promiſſio, & ſolutio dotis facta viro, an noceat vxori ad effectum vt poſſit dici excluſa propter dotem ¶ Correctio iuris an inducatur ex ſtatuto generali per tacitos intellectus quã uis illud nihil operaretur. ¶ Clauſula ſingula ſingulis quid ſignificet. ¶ Mulier excluſa à ſtatuto an excludatur à relictis in teſtamento.

652 Lucrum traiectionis pecuniæ, & duplicis valoris, ſeu æſtimationis pecuniẹ, intrinſecæ, & extrinſecæ quando ſit debitum compoſiti. ¶ In commutatione & cambio pecuniæ an tanti debent valere danda, quanti accipienda. ¶ Et quid ſi adiungatur aliqua iuſta ratio accipiendi. ¶ Merces & pecuniæ abſentes an minus valeant, quàm præſentes ¶ Opera quę præſtatur de vna prouincia, & vrbe in aliam an ſit pretio æſtimabilis. ¶ Lucrum an ſit licitum, ſi dentur centum aurei Antuerpiæ vt recipiantur Hiſpali. ¶ Et quantum debeat eſſe ¶ Duplex ſalarium an debeatur ei, qui fungitur officio duorum. ¶ Debitum ex vna cauſa quando poſſit transfundi in contractũ cenſus. ¶ Lex fundata in præſumptione an habeat locum in foro conſcientiæ, ſi veritas eſt in contrarium. ¶ Conditio indebiti an competat detecto errore. ¶ Rigor conſtituendi cenſum in pecunia quo caſu procedit. ¶ Et quomodo ſanetur nullitas talis contractus, ſi illa non interuenerit. ¶ Cambium an ſit mutuum, ſeu contractus innominatus. ¶ Et quãdo in eo plura lucra admittantur.

653 Vulgo quæſitus an habeat ius vindictæ, & admittatur ad accuſandum. ¶ Et quando poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium etiam puratiuum, tam ſi agatur de bonis patris, quam fideicommiſſi. ¶ Et quid de iure ciuili, & canonico, & quo ad ſuccedendum in loco non ſubiecto Eccleſiæ. ¶ Et an requirantur inſtrumenta dotalia etiam non extantibus filiis legitimis, & naturalibus. ¶ Nominatio filiæ, dotatio, & maritatio, & tractatus ad maritãdũ an probent filiationem etiam in vulgo quæſita, & contra ſucceſſores etiam ſingulares. ¶ Lex ciuilis non diſponens directè ſuper matrimonio, ſed auferens lucrum, ſi cum indigna contrahatur an ſit ſeruanda reiecto iure canonico. ¶ Statutum Vrbis admittẽs legitimatos ab inteſtato ad dimidium ſucceſſionis paternę quomodo intelligatur. ¶ Et quando tales ſint capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ. ¶ Succeſſio in bonis patrui an competat maſculis, ita vt excludantur fœminæ iuxta ſtatutum Vrbis *ca.* 146. *lib.* 1. ¶ Et an per illud excludantur mulieres, ſi non adſint fratres defuncti, ſed patrueles. ¶ Exceptio tua non intereſt quando admittatur, & ſit litis finitæ, & peremptoria. ¶ Exiſtentia vocati ad ſucceſſionem an ſufficiat, quamuis non declaret ſe velle adire ad excluſionem aliorum. ¶ Proximus an admittatur cum cautione de reſtituendo hæreditatem proximiori ¶ Articuli quando ſint admittendi, & dicantur obiectiui. ¶ Hæreditas quo caſu ſit deferenda venientibus ab inteſtato ob filiationem non probatam. ¶ Statutum excludens ſorores propter fratres defuncti an excludat etiam filias fratrum præmortuorum. ¶ Meretrix an poſſit cognoſci inuita abſque incurſu pœnæ ¶ Filius an ſemper præſumatur mariti, quamuis vxor habitet in lupanari. ¶ Parochus non adnotans matrimonium in libro an peccat mortaliter. ¶ Notarius poſt factam fidem de inſtrumento an præiudicet parti, ſi protocollum non cuſtodit. ¶ De triplici probatione filiationis neceſſaria, probabili, & præſumptiua. ¶ Mulier ſecundo nubens, & pariens in ſeptimo menſe, an faciat, vt filius priuetur vtraque hæreditate. ¶ Matrimonium, & dos quando probetur ex enunciatiuis inſtrumenti dotalis.

654 Proprietarius an poſſit mutare formam rei, in qua eſt debitus vſusfructus, quamuis mutatio redũdaret ad commodum vſufructuarij. ¶ Cenſus ſuper domo impoſitus an extinguatur extincta domo. ¶ Et quid in molendino deſtructo, & poſtea reædificato ex eiſdem tabulis, fiſtulis, canalibus, & molis an cenſus reuiuiſcat ¶ Et quando deſtruens teneatur de dolo, & ad intereſſe domini cenſus. ¶ Interitus rei oneri ſubiectæ, quando adſcribatur debitori. ¶ Et quid ſi culpa eius cauſetur. ¶ Vel quando ſumus in re, ſeu iure, quod ſpe tantum competit. ¶ Confeſſio in precibus, quo caſu probet contra confitentem. ¶ Proteſtatio producentis iura in parte, & partibus an iuuet, quamuis illa ſint confecta inter alios.

655 Epiſcopus quando poſſit in vna tantum parte ſuæ diœceſis reſidere, & iuſtitiam miniſtrare tam per ſe, quam per alium. ¶ Et quid in duobus epiſcopatibus vnitis. ¶ Et in Præſide tam vnius prouinciæ, quàm plurium. ¶ Et in Legato de latere. ¶ Iudex ordinarius an debeat ferre ſententiam in loco maiorum ſuorum. ¶ Et quis dicatur iſte locus. ¶ Citatio extra territorium an admittatur etiam ad effectum condemnandi, quando plures prouinciæ ſunt ſub eodem præſide. ¶ Et quando quis poſſit trahi extra prouinciam coram delegato. ¶ Archiepiſcopus an cognoſcat cauſas appellationum in diœceſi ſui ſuffraganei. ¶ Celebratio ſynodi in qua parte diœceſis ſit facienda, & de quo tempore. ¶ Et an in hoc ſtetur arbitrio epiſcopi etiam quando habet duas eccleſias vnitas. ¶ Lex diœceſana, & lex iuriſdictionis quæ ſit. ¶ Et ad quam ipſarum pertineat conuocatio ſynodi. ¶ Stante vnione duorum epiſcopatuum an vtraque ſedes remaneat cathedralis. ¶ Et an Epiſcopus ſit eligendus à canonicis vtriuſque Eccleſiæ. ¶ Et ſi diſcordant de loco, vbi debeant conuenire, an ſortes admittantur. ¶ Vnicus Vicarius an ſit conſtituendus per Epiſcopum duarum ciuitatum vnitarum. ¶ Et an ſit in eius voluntate vbi debeat illum retinere. ¶ Et quid in hoc operetur obſeruantia. ¶ Et quando ſalarium Vicarij ſit debitum neceſſarium, ita vt ſucceſſor teneatur ad illius ſolutionem. ¶ Et quando Epiſcopus ſit cogendus Vicarium conſtituere. ¶ In deputatione vicariatus an ſit exprimenda generalitas tam reſpectu

temporalium,quàm ſpiritualium.¶ In eccleſiis vnitis an debeat relinqui Vicarius in loco,in quo Rector non reſidet ¶ Et an valeat conſuetudo contraria.¶ Et an talis Vicarius ſit perpetuus,ſeu tẽporalis. ¶ Et quando detur pręſcriptio in concernẽtibus curã animarũ, & cognitionem cauſarum ¶ Epiſcopus quomodo ſubſcribat in epiſcopatibus vnitis.¶ Et in quo loco conficiat chriſma in die cœnæ Domini. ¶ Et illud deferat de vna eccleſia ad aliam.

656 Maior an reſtituatur in integrum ob non confectionem inuentarij poſt aditam hæreditatẽ ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa. ¶ Et quales debeãt eſſe iuſtæ cauſæ. ¶ Tempus anni datum hæredi ad exequendam voluntatem defuncti,an currat impedito. ¶ Legatum annuũ an æquipararetur legato vſusfructus.¶ Et an cenſeatur relictum in cauſam alimentorum. ¶ Et an ſit ſoluendum per hæredem, vel per fideicommiſſarium ¶ Hæres abſque inuentario an teneatur de proprio,ſi fuerit grauatus ſoluere de bonis teſtatoris. ¶ Alienatio bonorum fideicomiſſi an valeat, ſi fiat ab hærede ignorante. ¶ Et an requiratur etiam ignorantia emptoris ¶ Vel quod fideicommiſſum ſi vniuerſale, non particulare ¶ Vel conditionale, non purum, & in diem certum.¶ Et quid in alienatione ex titulo lucratiuo, non oneroſo ¶ Et in expreſſa prohibitione teſtatoris de non alienando ¶ Et tam quo ad effectum euitandæ caducitatis, quam nullitatis alienationis. ¶ Et quando vendicetur res in ſubſidium,ſi alienãs, vel eius hæres non eſt ſoluendo.

657 Donatio quando ſit iudicanda inter viuos,licet in ea fiat mentio mortis.¶ Et quid ſtante iuramento. ¶ Et aſſertione meritorum.¶ Et confirmatione per mortem donantis ¶ Temporis breuitas quando annullet interpoſitionem decreti ¶ Teſtamentum an dicatur,ſi in eo adſit inſtitutio hæredis,quamuis teſtator dixerit ſe velle facere codicillos ¶ Donãs ob benemerita an debeat adhibere ſolemnitates ſtatuti.¶ Domus appellatione, quæ veniant ¶ Iura, & pertinentiæ, quas acceſſiones comprehendant. ¶ Et quando ſit probandum,quod ſpectent ad concedentem , vt veniant in donatione. ¶ Expreſſio confinium an faciat,vt ſit conceſſum quidquid intra eos demonſtratur, quamuis non adſit aditus. ¶ Verba quando reſtringant conceſſionem ¶ Subſtantia actus an prius ſit probanda,vt ſit quærendum de illius qualitatibus. ¶ In donatione quo caſu debeatur euictio ſiue incipiat à traditione,ſiue à promiſſione.¶ Et quid ſi fuerit donatum ob benemerita. ¶ Et quando de illis ſtetur aſſertioni donantis ¶ Et quid ſi adſit promiſſio euictionis. ¶ Vel conuentio de conſeruando indemnem donatarium.¶ Vel de faciendo bonam donationem cum ſimilibus clauſulis.

658 Prohibitus ſtare ante ædes alicuius cum banco mercium an prohibeatur etiam ibidem permanere cum mercibus in manu.¶ Mercatori an liceat vti ſigno alterius ¶ Tranſitus ante domum alienam, quando interdicatur per Iudicem. ¶ Inhibitiones & acta requirentia ſcripturam an probentur per teſtes.¶ Propter ſcandala vitanda an etiam inconſueta tolerentur ¶ Via publica an poſſit impediri per artifices ponentes tabulata, ballas,& ſimilia. ¶ Actio iniuriarum quando detur contra impedientes vti loco publico.¶ Æquitas an ſit ſeruanda Iudæo, vel rigor.¶ Et an ei competat hypotheca,ius patriæ poteſtatis, præſcriptio,beneficium purgandi moram, retractus, immunitatis, & reſtitutionis in integrum.¶ Paruuli Iudæorum an poſſint baptizari inuitis parentibus,& tutoribus. ¶ Et quid in proximis pubertati. ¶ Et quando dicantur tales.¶ Eleemoſyna an ſit danda Iudæo,& excommunicato. ¶ De expulſione Iudęorum ab omnibus locis ſtatus eccleſiaſtici iuxta conſtitutionem Pij V.& Clem. VIII. pręterquam ab Vrbe Roma,Ancona,& Auenione.¶ Et de eorum reintegratione per eundem Clem. VIII.occaſione mercandi , dummodo non contrahant domicilium.¶ Et de ſynagoga vna tantum eis permiſſa per Paulum IV.in locis,in quibus habitauerint ¶ Et de prohibitione acquirendi immobilia ¶ Noua ſynagoga an poſſit de iure communi per eos erigi ¶ Vel ſolum reparari antiqua. ¶ Et an Epiſcopus poſſit talẽ erectionem cõcedere. ¶ Vel requiratur licentia Summi Pontificis ¶ Reſtitutio Iudęorum ad loca expulſa an faciat,vt cenſeantur noui homines,& noua vniuerſitas ita vt non gaudeant bonis expulſorum nec eorum iuribus,nec teneantur ad vetera onera.¶ Et quid ſi omnes periſſent,& in eorũ locum alij ſubrogarentur. ¶ Et quando poſſint expelli per Principes ex eorum dominio. ¶ Et de variis eorum expulſionibus,& priuatione bonorum,& dignitatum.

659 Teſtator quando poſſit blanditiis allici ad teſtandum ad fauorem alicuius ¶ Et quid ſi prius alium inſtituiſſet.¶ Et an tunc detur actio de dolo ¶ Teſtamentum conditum ad interrogationem alterius, quam notarij, an ſit validum ¶ Saltem iure fideicommiſſi,& codicillorũ.¶ Etiam quod tractaretur de reuocatione primi.¶ Et quando illud cenſeatur ſublatum per ſecundum cum omnibus ibi contẽtis. ¶ Subſtitutus alicui ſi ſine liberis deceſſerit,an admittatur illis non exiſtentibus.¶ Et quando cenſeatur vocatus in eorum defectũ.¶ Subſtitutio vltima fœminarum,quo caſu ſit ſubordinata ad pręcedentem,ita vt quemadmodum vocatio maſculorum eſt relata ad tempus mortis inſtitutorum, ita etiam ad idem tempus referatur vocatio fœminarum, & ſic facta ſolum non exiſtentibus maſculis.¶ Dictio,ac-etiam,quando implicet,& repetat qualitates præcedentes ¶ Vel ſtet ampliatiuè, & augmentatiuè. ¶ Et includat etiam diuerſas ſpecies ab expreſſis. ¶ Exiſtentia vnius ex heredibus an operetur,vt non ſit purificata conditio expreſſa ad fauorem ſubſtituti,quamuis non ſit hæres,& non ſuccedat ¶ Et quid in conditione tacita.¶ Exhæredatio quando faciat filium haberi pro mortuo etiam ad impediẽdam ſucceſſionem alterius.

660 Paupertas quand probetur per familiares & vicinos deponentes quod quis non habet, niſi talia bona,& ſi plura haberet ipſi ſcirent. ¶ Et quid ſi agatur de probanda paupertate ad certum effectum ſtante clauſula conſtito de paupertate.¶ Et quo caſu admittantur præſumptiuæ probationes ad illam probandam. ¶ Vel debeant eſſe concludentes, & veræ. ¶ Excommunicatio ob non ſolutionem debiti,quando ſit relaxanda probata paupertate. ¶ Vxor immiſſa in poſſeſſionem bonorum mariti vergentis ad inopiam pro aſſecuranda ſua dote, an dicatur verè poſſidere. ¶ Et quando illa ſint æſtimanda, ne retineat plus quam ei ſit debitum. ¶ Et ne hoc caſu poſſint creditores vxori offerre ſuum creditum ad hoc, vt bona capta dimittat.

Epitome Capitulorum.

tat. ¶ Exceptio, ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, an ſit dilatoria, ſeu peremptoria, ita vt excipiens non liberetur, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam. ¶ Et quando licitè opponatur poſt ſententias ad illarum executionem impediendam. ¶ Et quid ſi de ea fuit prius in iudicio cognitum. ¶ Et quid in exceptione inuentarij, compenſationis, & ſimilis, quæ non impugnat ſententiam, ſed modificat effectum illius.

661 In ſubſtitutione pupillari an ſuccedatur pupillo. ¶ Et quando de ea iudicetur, ſicut de teſtamento patris tam quo ad ordinationem, quàm circa alios effectus. ¶ Conſanguineus tantum quo caſu ſuccedat cum vtrinque coniuncto. ¶ Et quid ſi agatur de ſuccedendo fratri ab inteſtato. ¶ Vel ex teſtamēto ipſi teſtatori ¶ Vel in allodialibus ¶ Vel in tutela ¶ In feudis ¶ In emphyteuſi. ¶ In ſubſtitutione vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria. ¶ In caſibus, in quibus tractatur de conſeruanda agnatione. ¶ In ſucceſſione ad quam admittuntur agnati excluſis cognatis ¶ In ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos. ¶ Et in vocatione filiorum abſque diſtributione portionum. ¶ Vel quando duo ex prima vxore vocarentur in dimidia, & alij ex ſecunda vxore in altera dimidia.

662 Onus reſtitutionis quando cenſeatur repetitum in vocatione graduum ſubſtitutionum. ¶ Extenſio an detur de vna perſona ad alteram. ¶ Et quid ſtante clauſula tunc, & eo caſu. ¶ Vel ſi agatur de fauore piæ cauſæ, tam ſi ſubſtitutio ſit facta ſimpliciter, quam in pœnam heredis. ¶ Intereſſe quando repellat aliquem à teſtificando quamuis ſit in conſequentiā, & non adſit proteſtatio de non conſequendo aliquo commodo. ¶ Bona hæredum an poſſint per teſtatorem relinqui. ¶ Teſtamentum an incipiat ab expreſſa vulgari ſubſtitutione.

663 Conceſſio facta filio contemplatione patris quando ſit profectitia, & hæreditaria, quamuis nihil per patrem erogetur. ¶ Et quid ſi filius eſt infans, vel nondum natus. ¶ Primus acquirens quo caſu poſſit præiudicare filiis, & aliis vocatis. ¶ Donata ſeu legata patri & filio, ſeu viro, & vxori, quando cenſeantur acquiſita pro dimidia, vel in totum vni, vel alteri. ¶ Peculium profectitium quando expreſsè, vel tacitè per patrem reuocetur. ¶ Et quādo dicatur tale. ¶ Et an in eo aliquid hodie ſit immutatum. ¶ Datum ob cauſam remunerationis an poſſit reuocari ob natiuitatem filiorum, ſeu per ingratitudinem. ¶ Et an iudicetur de eo ſicut de bonis patrimonialibus. ¶ Caſus plures, in quibus præſumitur conceſſio potius contemplatione filij, quàm patris, & è contra remiſſiuè.

664 Teſtator quando præſumatur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto excludente fœminas. ¶ Et an iſta coniectura ſit leuis, vel fortiſſima. ¶ Et an ab ea poſſit recedi, niſi adſit alia magis fauorabilis. ¶ Et quid ſi ſubſtituatur extraneus, non vnus ex deſcendentibus. ¶ Vocatio quando ſit reſtricta ad portionem patris, non patruorum. ¶ Statutum Vrbis *c.145. l b.1.* an procedat ſolum ab inteſtato. ¶ Et an habeat locum, vt tantum filij, & nepotes maſculi excludant filias, non quod filiæ excludantur per patruos. ¶ Semel excluſa an ſemper remaneat excluſa, ita vt non recuperet ius ſuccedendi, quamuis omnes maſculi morerentur.

665 Condemnatus ex cauſa adminiſtrationis, vel eius heres an appellet, niſi prius ſoluat. ¶ Et an gaudeat immunitate Eccleſiæ. ¶ Sententia lata ad fauorem piæ cauſæ, alimentorū, animæ, & dotis pro puellis maritandis, an recipiat dilationem, & ſit exequenda non obſtante appellatione. ¶ Et an iudex illam ſtatim exequens dicatur attentare ¶ Promiſſio de ſoluendo iudicatum an expectet aliam ſententiam. ¶ Et quando pro ea executiuè agatur. ¶ Et de differentia inter ſtipulationem prætoriam, & voluntariam de ſoluendo iudicatum. ¶ Sententia condēnans ad reddendam rationem, an contineat condēnationem quo ad reliqua. ¶ Depoſitarius quādo liberetur à reſtitutione depoſiti deponendo rem depoſitā apud alium, & cedendo contra eum actionem. ¶ Et an poſſit appellare, vel cogatur executiuè reſtituere depoſitum. ¶ In iudicio negotiorum geſtorum, an habeatur ratio vſurarum, & intereſſe.

666 Legatum dandum puellis virginibus Orphanis an poſſit dari orbatis patre tantum, vel requiratur quod matrem non habeant. ¶ Et quis dicatur Orphanus. ¶ Et quid ſignificet Orphanotrophiū. ¶ In vltimis voluntatibus & in legatis piis an ſit facienda lata interpretatio. ¶ Habens patrem inutilem an æquiparetur non habenti patrem. ¶ Priuilegiū viduarum an habeat locum in habētibus viros inhabiles. ¶ Eccleſia an dicatur viduata ſi habeat Epiſcopum inutilem. ¶ Legatum dotis quando ſit pium, & ſit factum in cauſam alimentorum. ¶ Solutio dotium, quæ debent dari puellis per Societatem ex mandato teſtatoris, an ſit facienda per heredem eidem Societati ante contractum matrimonij ¶ Et an reſtitutio & cautio conſeruandi dictas dotes ſit præſtanda ad fauorem eiuſdem Societatis, ſeu hęredis. ¶ Dos promiſſa an dicatur propriè dos, & veniat ſub ſtatuto, & pacto de dote lucranda. ¶ Procurator in rem propriam ex quibus verbis ſit conſtitutus. ¶ Et quando ad illum ſpectet commodum, & damnum. ¶ Executor merus an poſſit dici, qui aliquam vtilitatem percipit.

667 Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre an validè obligetur, non obſtante ſtatuto Vrbis ¶ Et an ſufficiat aſſertio ipſius iurata talis habitationis, ita vt ob mendacium priuetur beneficio iuris communis & ſtatuti. ¶ Et quid ſi agatur de nullitate contractus, non de eius reſciſſione. ¶ Pater ſi in actu executionis factæ contra filium vocet ſe depoſitarium an conualidet obligationem filij ſine eius conſenſu factam. ¶ Et an talis conſenſus poſſit interuenire ante, vel poſt contractum. ¶ Macedonianum an habeat locum, ſi pater ſoluit, vel promittit ſoluere debitum factum per filium abſque eius voluntate. ¶ Habitatio filij ſeorſum à patre, & negotiatio publica tanquam à patrefamilias an inducat emancipationem ¶ Executio obligationis cameralis an ſit ſuſpenſa, ſi iudex pronunciauit in deuolutiuo abſque præiudicio proceſſus executiui. ¶ Cauſa quando dicatur facta appellabilis, & ſit vulnerata obligatio. ¶ Reſtitutio in integrum an impediat executionem obligationis cameralis.

668 ¶ Mater quando excludatur à ſucceſſione filij ob non petitum tutorem ¶ Et quid ſi fuerit minor. ¶ Et quando non potuit conſulere peritiores. ¶ Et rectè adminiſtrauit, quamuis non confecerit ſolemnia ¶ In tutela matris, an requiratur renunciatio Velleiani, & ſecūdarum nuptiarum, ſatiſdatio,

confirmatio, & inuentarium ¶ Et quid ſeruetur in tutela teſtamentaria. ¶ Nominatio tutoris an permittatur matri tranſeunti ad ſecunda vota de fratre, vitrico, & ſimilibus, ita vt iudex cogaeur illos firmare, ſi fuerint idonei, aliàs detur appellatio. ¶ Mater an remoueatur à tutela propter litem quã habet cum pupillo. ¶ Et quãdo detur adiunctus, ſeu curator ad lites. ¶ Et an prius debeãt citari cõſanguinei, & amici, vt ſciatur an velint ſuſcipere defenſionẽ pupilli, & præferri curatori dãdo per Iudicem. ¶ Pupillus quãdo dicatur indefenſus.

669 Pro decreto Iudicis quando præſumatur. ¶ Et cõtrariæ probationes admittãtur. ¶ Et quando per illud conualidetur, quod eſt inualidum, & tollatur morbus à natura in actu inſitus. ¶ Apocha mulieris, in qua fatetur ſe debitricem pro rebus marito datis an ſit valida ſine ſolemnitatibus, & an poſſit cõfirmari per inſtrumentum poſtea geſtum cum decreto Iudicis, & aliis per ſtatutum requiſitis. ¶ Mulier ſuſcipiẽs alienam obligationem an dicatur intercedere, & fideiubere. ¶ Et an talis obligatio ſit valida. ¶ Et quando obſtet Senatuſconſultum Velleianũ ¶ Et quid ſi mulier ſe obligat pro cauſa pia, ſeu pro dote, vel pro exoneratione conſciẽtiæ mariti, vel ſi aliquid recepit, vel donat, vel iurat, vel elapſum eſt biennium, vel in ſimilibus caſibus.

670 Emens prædium ex ſua pecunia quando præferatur anterioribus creditoribus etiam dotalibus. ¶ Et an requiratur expreſſa reſeruatio hypothecæ. ¶ Et quid in mutuante ad refectionem, & reſtaurationem rei. ¶ Liberans debitorem ex ſua pecunia quando ſuccedat in ius pignoris prioris creditoris. ¶ Et an ſit neceſſaria conuentio, & ceſſio. ¶ Officia Romanæ curiæ quando ſint in commercio abſque licentia Principis, tam reſpectu tituli, quàm pretij, & fructuum. ¶ Et an imputentur in legitimam. ¶ Et quo caſu recipiant hypothecam.

671 Declaratio ſolutionis in quam cauſam fuerit facta, quãdo ſpectet ad debitorem, ſeu creditorem. ¶ Et an attendatur paritas debitorum. ¶ Statutum de parte dotis lucranda an habeat locum in paraphernalibus, tam magnæ, quam paruæ quantitatis. ¶ Acconcium, & alia, quæ dantur ob cauſam matrimonij an habeant priuilegia dotis ¶ Et quid in paraphernalibus & extradotalibus. ¶ Dies appoſita executioni, & exercitio, quando alteret actum principalem prius geſtum, & illum ſuſpendat, & impediat obligationem iam natam, & retardet illius exercitium. ¶ Executio quando detur pro non expreſſis in inſtrumento. ¶ Omiſſio citationis an reddat actum nullum in extraiudicialibus.

672 Beneficium retractus ex quibus verbis excludatur. ¶ Et an poſſit illi renũciari tam expreſſè quàm tacitè. ¶ Et an poſtea ſit locus pœnitentiæ. ¶ In vẽditione rei cõmunis facta per fratres, & ſocios, vnus eorũ an poſſit retrahere partem alterius. ¶ Per conſenſum tacitè præſtitũ alienationi rei ſubiectæ retractui, an inferatur præiudiciũ in iure luendi. ¶ Et quid ſi apponatur clauſula ſaluo iure domini. ¶ Actio antiqua, quãdo per cõpromiſſum extinguatur. ¶ Pœnitẽtia an ſit attendẽda in trãſactione, quàuis ſoluatur pœna ¶ Promittẽs de euictione, & cõtrouerſiã non mouere, vel habere licere & moleſtiam non inferre; & renũcians omni legũ aut ſtatutorũ auxilio, & vẽdens iure proprio, & in perpetuum an cẽſeatur excluſus ab omni iure ſuperueniente, & à beneficio retractus, & ab omnibus, quæ tam in re, quàm in ſpe potuiſſent competere. ¶ Et an ſtatim committatur talis ſtipulatio etiam non expectata ſententia, tam ſi moueatur controuerſia per promittentem, quàm per tertium.

673 Facultates legitimãdi cõceſſæ Comiti Palatino an intelligantur, vt legitimet præuia cognitione, & citatione intereſſe habentiũ. ¶ Et quid ſtãtibus clauſulis de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, citatis, & non citatis agnatis, non obſtãtibus, cum ſimilibus. ¶ Legitimatio ſecunda an ſubſiſtat, nõ facta mentione de prima ¶ Princeps an poſſit tollere citationẽ. ¶ Scientia generalis legitimãtis an ſufficiat circa defectus legitimati, vel debeat eſſe ſpecialis ad hoc vt legitimatio nõ ſit obreptitia. ¶ Derogatoria priuilegiorum an tollat ea, quæ de verbo ad verbum erant exprimenda. ¶ Clauſula citatis, & non citatis appoſita in capitulo legitimationis cõcernente ſucceſſionem hereditatis an præiudicet quo ad bona fideicommiſſi ¶ Et an requiratur ſpecialis mentio fideicommiſſi, & perſonæ ſubſtitutæ. ¶ Cõſtitutio Pij IV. in bullar. 86. an procedat, quãdo legitimatus non veniret contra mẽtem teſtatoris, & antequam fideicommiſſum ſit purificatum.

674 Tranſactio rerum ad Eccleſiam pertinentium quando ſit nulla abſque beneplacito Apoſtolico, & aliis ſolẽnitatibus. ¶ Et an illæ poſſint poſtea interuenire pro geſtorũ conualidatione. ¶ Et quid ſi trãſigatur inuicem inter duas eccleſias per viã permutationis. ¶ Vel quãdo ſumus in bonis non incorporatis, & nõ de menſa. ¶ Vel in dimiſſione poſſeſſionis. ¶ Iura Eccleſiarum an poſſint cõpromitti in arbitros de iure, & de facto in procedendo, & de iure in ſententiando. ¶ Cõpromiſſum in laicos de bonis eccleſiaſticis an ſuſtineatur tam in petitorio quàm in poſſeſſorio. ¶ Examen teſtium coram Iudice incompetenti an conualidetur per conſenſum partium. ¶ Confeſſio Rectoris quando præiudicet eccleſiæ, & ſucceſſori tam ſi fuerit ſpõtanea, quàm per modum contentioſæ iuriſdictionis. ¶ Prælatus an poſſit præiudicare eccleſiæ in acquirendis tam quo ad euitationem pœnæ contentæ in Paulina, quàm quo ad nullitatem repudiationis.

675 Diuiſio emphyteuſis de voluntate Domini an cenſeatur renouata pro parte, ita vt vnus ceſſans in ſolutione canonis non præiudicet alteri. ¶ Indiuiduum quando debeatur inſolidum hæredibus. ¶ Candela danda patrono an mortuo illo debeat dari ſucceſſoribus alternis annis ſeruando ordinem ætatis. ¶ Et quid ſi inſtituatur vnus hæres in octo vnciis, alter in quatuor, an inſtitutus in octo debeat habere candelam duobus annis continuis, alter in tertio anno. ¶ In iuriſdictione plurium nõ concordantium an habeat locum iudicium diuiſorium, vel competat vſus illius alternis temporibus. ¶ Canon indiuiduus an poſſit diuidi, vt ſoluatur modo per vnum, modo per alium. ¶ Iuſpatronatus an tranſeat inſolidum ad plures filios patroni defuncti. ¶ Et quomodo ſit facienda præſentatio, ſi vnus ſit inſtitutus in pluribus partibus hæreditatis, quam alius. ¶ Obſeruantia quando inducat nouum contractum, & requirat præoccupationem. ¶ Et quæ ſit differentia inter diſpoſitiuam, & interpretatiuam. ¶ Promittens vltra canonem debitum ſoluere ducatum vnum an cenſeatur promiſiſſe etiam canonem. ¶ Verba imperſo-

imperſonaliter prolata quando obligent promittentem. ¶ Participium pertinentibus an importet conditionem, inducendo qualitatem rei diſpoſitæ, & reſoluatur in relatiuum, videlicet quæ pertinent. ¶ Et quid in verbo debitum, an tranſeat cum ſuo onere, ſignificando quod debetur, vel quatenus debeatur. ¶ Dictio cum, vel, &, an importet quandam acceſſionem, ita vt vendens villam, & iuſpatronatus cenſeatur vendere vtrumque principaliter. ¶ Et quid ſi vendatur villa cum iurepatronatus. ¶ Bona fides, & probabilis credulitas, quando ſufficiat ad euitandam caducitatem, & excuſet emphyteutam ceſſantem ſoluere partem canonis.

676 Legitima filiorum in hæreditate matris quanta ſit tam ſtatuto Vrbis, *lib.* 1. *cap.* 145. quam illo circumſcripto. ¶ Filiæ excluſæ propter dotem, aut renunciationem quando computentur in numero filiorum, ita vt legitima maſculi ſit portio totius hæreditatis, vel portio illius portionis, non ſecus ac ſi concurreret in ſucceſſione cum filiabus. ¶ Et quid ſi eſt fauorabilile maſculis, vt computentur, vel quando eſſet damnoſum. ¶ Et quæ opinio ſit verior tam de iure, quam ſecundum praxim Rotæ Romanæ. ¶ Et quid in deportato, & fratre minorita, & iuſtè exhæredato, & in eo qui habetur pro mortuo.

677 Sententia an poſſit ferri ad ſoluendum damna & intereſſe, reſeruata liquidatione. ¶ Simplex fides an faciat fidem, quamuis ſit nobilium, & magnorum virorum. ¶ Et quando illius recognitio ſit facienda in ſecunda inſtantia, licet de ea in prima non ſit oppoſitum. ¶ Conducens equum, qui fuit ſibi derobatus, an teneatur probare ſolum caſum, & non culpam ipſius ¶ Defectus iuramenti, quando ſanetur per Summum Pontificem. ¶ Citationes & aliæ ſolemnitates an requirantur in probatione caſus & naufragij, & ſimilium, quæ occurrunt in itinere. ¶ Dominus, quando obligetur ex facto inſtitoris tam tacitè, quam expreſsè ¶ Stabularius an videatur promittere equum ſaluum fore ſtatim, quod patitur illum in ſtabulo intromitti, quamuis non recipiat. ¶ Obligatus ad cuſtodiam an poſſit conueniri tam de facto familiarium, quàm extraneorum, & viatorum. ¶ Maritus an teneatur de rebus paraphernalibus vxoris ſtatim, quod inducuntur in domum ſuam ipſo ſciente. ¶ Mandatum an ſit præſumendum propter temporis antiquitatem. ¶ Teſtes producentis ſi fuerint contrarij, an poſſint per eum aliquorum dicta reprobari, & alia approbari. ¶ Confeſſio præpoſiti de recepto, quando noceat domino. ¶ Iura & probationes poſitæ ad partes an habeantur pro non productis. ¶ Procurator ad recipiendum an poſſit confiteri de recepto. ¶ Socius quando confitendo præiudicet ſocio.

678 Conclaue, ſeu Porticus an cedat illis domibus, ad quas adeſt acceſſus, quamuis in totum ſuſtentaretur in partibus alterius domus. ¶ Loca publica, quæ dicantur tam quando fructus ex eis percipitur, quàm non. ¶ Teſtes deponentes ſuper dominio an debeant reddere cauſam ſcientiæ, quamuis non interrogati. ¶ Poſſeſſio quando probetur ex locatione contra tertium. ¶ Locus publicus quomodo ſit probandus. ¶ Et an ſufficiat quod per illum publicè tranſeatur, & quod memoria in contrarium non extet. ¶ Teſtes, qui habent aſſiſtentiam iuris communis an præferantur aliis.

679 Executio contractus iurati cum obligatione camerali, an retardetur ſub prætextu vſurariæ prauitatis. ¶ Solutiones anticipatæ an admittantur in cenſibus, ſocietatibus officiorum, locationibus, ſtipendiis, ſalariis, & ſimilibus diſpoſitionibus. ¶ Et quando in eis dicatur commiſſa vſura, & poſſit aliquod mutuum virtualiter conſiderari. ¶ In ſocietate officij, quando dicatur dominium pecuniarum in ſocium tranſlatum, quamuis incontinenti fiat reſtitutio partis illarum pro ſolutione fructuum. ¶ Et quando illa poſſit fieri ad ſex menſes, vel annum, vel ad biennium, & longius tempus, & pro dicto tempore fructus licet recipiantur anticipatè. ¶ Conſuetudo an conualidet contractum vſurarium. ¶ Et quando ad eam recurratur ſtante vſu difformi. ¶ Fœneratores numerantes centum an poſſint incontinenti retinere duodecim pro vſuris vnius anni. ¶ Pactum de non petendo ſortem an inducatur per ſolutionem anticipatam fructuum. ¶ Et an talis aſſecuratio ſit habenda pro emptione, & venditione. ¶ Societas officij an ſit mutuum, vel contractus innominatus. ¶ Et quando in ea adſit implicita locatio & conductio, & committatur vſura. ¶ Iuſtitia contractus an ſit metienda ab euentu. ¶ Donatio facta eodem tempore cum ſocietate officij, quando ſit correſpectiua ¶ Dictiones vltra, & vlterius an idem ſignificent. ¶ Et quando implicent, cōtinuent, & repetant præcedentia, & faciant vnumquodque eodem iure regi. ¶ In contractibus correſpectiuis, & innominatis an cadat vſura.

680 Extraneus quando poſſit dare tutorem pupillo. ¶ Et an inſtituēdo illum hæredem dicatur eum eligere in filium. ¶ Et an talis tutor ſit datiuus. ¶ Et debeat confirmari abſque inquiſitione tam quo ad bona eidem pupillo relicta, quam reſpectu aliorum bonorum eiuſdem pupilli. ¶ Et quid in tutore dato per matrem filio ¶ Via executiua, quando cōpetat pro confirmando tutore. ¶ Et an Iudex antequam illum confirmet debeat pronunciare eum eſſe idoneum.

681 Seruitus viæ ex quibus actibus acquiratur. ¶ Et an probetur per teſtes ſingulares ¶ Et quando ſit neceſſaria ſcientia & patientia aduerſarij tam quā do agitur in iudicio manutentionis, quam vigore præſcriptionis. ¶ Et an requiratur probatio immemorabilis. ¶ Vel ſufficiat decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes cum allegatione tituli. ¶ Et quomodo talis titulus ſit deducēdus ¶ Et qualiter teſtes ſuper eo debeant deponere. ¶ Et quid ſi loquantur per dictionem, citra vel ſimilem. ¶ Vicinus quando cogendus ſit dare viam vicino non habenti aliunde tranſitum. ¶ Et an ſit ſoluendum iuſtum pretium. ¶ Et ſit per Iudicem deſignandus locus magis opportunus & minus domino damnoſus. ¶ Diuturnitas temporis, & multiplicitas actuum an inducat præſumptionem ſcientiæ. ¶ Reſeruans in citatione aliqua iura an ſibi præiudicet, ſi poſtea acceptat decretum Iudicis factum abſque aliqua reſeruatione. ¶ Actus quando præſumantur facti iure familiaritatis, ſeu ſeruitutis. Et an coniecturæ admittantur. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Cumulatio petitorij an detur in interdicto retinendæ, & in iudicio itineris, actuſque priuati tam in prima quam in ſecunda inſtantia ¶ Præſcribens vſum itineris an debeat probare ſe vſum credendo vel iure ſuo proprio. ¶ Modus articulandi, & probandi immemo-

cabilem, præſcriptionem, conſuetudinem, famam, bonam opinionem, & ſimilia temiſſiuè.

682 In venditione rerum etiam communium, & ſimili diſpoſitione à plutibus facta an vnuſquiſq; obligetur ſolum pro rata. ¶ Verba ponentes in locum, & ius ſuum an importent ceſſionem iurium, & vtilium actionum, & conſtitutionem procuratoris in rem propriam. ¶ Obligatio cameralia an contineat clauſulam inſolidum. ¶ Et quæ ſit illius proprietas. ¶ Obligatio ſolidi an inducatur tam expreſsè, quàm tacitè. ¶ Promiſſio duorum vt retineantur bona vſque ad integram ſatisfactionem debiti an contineat obligationẽ inſolidum. ¶ Et an illa cenſeatur repetita in omnibus promiſſionibus continuatiuis.

683 Hypotheca an inducatur ſtante clauſula ſuper rebus tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, tam in diſpoſitionibus fauorabilibus alimentorum, piæ cauſæ, penſionum, & ſimilium, quam in non fauorabilibus. ¶ Et quid in ſolutione facienda de fructibus, ſeu ex fructibus fundi. ¶ Et an debeât eſſe præſtationes perpetuæ, vel ſufficiat, quod ſint temporales. ¶ Verba capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, vel quod liceat creditori pro ſuo credito aliquam rem alienare, an importent hypothecam. ¶ Et an iſta pacta poſſint licitè apponi in quibuſcumque diſpoſitionibus, & tranſeant ad hæredes, & contra hæredes. ¶ Legatum cum deſignatione, ex qua re ſit ſoluendum, an extinguatur per alienationẽ eiuſdem rei. ¶ Per verba, adhibe finem Titio ſuper me, an cenſeatur quis ſe obligaſſe, & fideiuſſiſſe pro eo.

684 Reciproca ſubſtitutio an intelligatur per verba vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. ¶ Et quando contineat pupillarem ſaltem tacitam. ¶ Et quid ſi fuerit facta perſonis impuberibus, puberibus, & impuberibus. ¶ Et quando eſt admixta cum compendioſa, & cum adiectione verbi ciuilis hæredia, & exiſtente matre in medio. ¶ Nepos quando ingrediatur perſonam patris in ſuccedendo auo. ¶ Et an ſit per fictionem, vel per præſumptionem legis. ¶ Legitima quando ſit debita filio, non obſtante acceptatione per eum facta de teſtamento patris in quo illius prohibitio continebatur.

685 Lex municipalis deferens patri hæreditatem filij, an excludat ſororem, quæ de iure communi ſuccedit fratri cum patre. ¶ Hæreditas adita quando efficiatur patrimonium adeuntis. ¶ Statutum an poſſit derogare legibus continentibus ius poſitiuum etiam tacitè abſque eo, quod ſit neceſſaria expreſſio clauſulæ derogatoriæ. ¶ Indefinita an æquipolleat vniuerſali in ſtatutis, legibus, & vltimis voluntatibus. ¶ Renunciatio de bonis paternis, & maternis an comprehendat bona fraterna. ¶ Statutum quando ſit declarandum iuxta ius commune, ſi venit ad derogationem illius, ſiue præter illud.

686 Emens aliquid pro nominando an ſtatim acquireat dominium nominato. ¶ Et an ex tali contractu debeatur vnicum laudemium. ¶ Soluens pro debitore quando poſſit petere ceſſionem à creditore inuito. ¶ Et quid ſi pro debito adſit hypotheca bonorum. ¶ Vel quando non nocet cedenti, & prodeſt illam petenti. ¶ Obtinens committi cauſam iuxta *l. diffamari. Cod. de ingen. & manumiſſ.* an dicatur actor quo ad probationem iactationum, & ordinationem, & deciſionem. Appellatio quando ſit interponenda infra decem à die latæ ſententiæ, vel notitiæ. ¶ Proceſſus per contradictas an valeat, ſi adeſt veriſimilis notitia procuratorum. ¶ Et an requiratur eorum citatio in alia cauſa connexa illi, in qua fuerunt conſtituti. ¶ Et quando ſit probanda abſentia procuratoris. ¶ Moleſtationes & iactationes, tam iudiciales, quam extraiudiciales, quo caſu probentur per ſuſtentationem litis.

687 Repræſentatio an admittatur in diſpoſitione hominis & legis, ſi non tractetur de excludendo aliquem à ſucceſſione, ſed tantum vt nepos concurrat cum patruo ¶ Verba quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita an inducant repræſentationem tam in ſucceſſione aſcendentium, quam tranſuerſalium. ¶ Et an cẽſeantur repetita in omni gradu ſubſtitutionum. ¶ Nepotes quando veniant appellatione filiorum in fideicommiſſis ¶ Et quid ſtante clauſula in ſtirpes, & non in capita ¶ Vel quando agitur de fauore nepotis, & non de onere inducendo. ¶ Vel in conditione collata in futurum euentum.

688 Fructus legitimæ, & eius ſupplementi an debeantur abſque mora. ¶ Et ad hunc effectum an æquiparetur mors ciuilis, & naturalis. ¶ Et quid in legitima parentum. ¶ Et in ea, quæ conſiſtit in pecuniis. ¶ Et quando iſtæ ſubrogantur loco corporum hæreditariorum. ¶ Vel ſi erant reinueſtiendæ. ¶ Vel non ſteterunt otioſæ. ¶ Et quid ſi fructus ſint conſumpti bona fide per hæredem. ¶ Legatum an ſit ſoluendum cum fructibus, quamuis conſiſtat in quantitate, & debeatur Incis piis. ¶ Taxatio fructuum an ſit facienda ad minus lucrum quod percipitur. ¶ Supplementum legitimę an petatur contra voluntatem teſtatoris. ¶ Augmentum proueniens ex fructibus rerum hæreditariarum poſt obitum teſtatoris, an augeat legitimam. ¶ Impugnans actum, quando ex eo iuuetur.

689 Promiſſio vniuerſalis quando ſit reſtringenda vel amplianda, ſi præcedat cauſa obligationis. ¶ Genus & ſpecies ſi ponatur circa eandem perſonam, an ſpecies videatur poſita ob gratiam demõſtrationis, ſeu limitationis. ¶ Dos amiſſa abſque culpa filiæ an ſit interim per patrem conſtituenda, tam cõſtante matrimonio, quàm poſt illud ſolutum. ¶ Et an requiratur, vt velit tranſire ad ſecunda vota. ¶ Et quid in fratre, ſocio omnium bonorum, & ſimilibus an teneantur te dotare ſororem, & filiam ſocij, ſicut pater. ¶ Soror dotata per fratrem de bonis paternis, an dicatur habuiſſe dotem à patre. ¶ Et quando culpa filiæ non exigentis dotem à marito ſit conſideranda, vt priuetur commodo redotationis. ¶ Dos an ſuccedat legitimæ ſi ſtatutum diſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit. ¶ Et quid ſi illam ſimpliciter excludat, & mandet eam dotari. Mulier an poſſit expreſsè, vel tacite remittere iura ſibi competentia ſine ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in his, quæ dicuntur per Doctores.
¶ Satiſdatio de dote aſſecuranda, ſeu reſtituenda quando poſſit peti. ¶ Legitima deperdita, quo caſu ſit denuo per patrem filio aſſignanda.

690 Dos data per maritum vxori conſtante matrimonio an dicatur donatio propter nuptias, ſi detur nomine dotis, & augmenti, ſiue in contractu, ſiue in teſtamento. ¶ Et quid ſi vxor ſit nobilis, & iuuenis, vir autem ignobilis, & ſenex. ¶ Mater quando teneatur filiam dotare. ¶ Donatio propter

nuptias

Epitome Capitulorum.

nuptias excedeos quantitatem dotia an ſit ſimplex donatio. ¶ Et an ſecuodum conſuetudinem uon debeat attendi talis inæqualitas, ſiue fiat ante, ſiue poſt matrimonium. ¶ Dotatio vxoris facta per maritum in vltima voluntate an ſit noua diſpoſitio, vel confirmatio prioris donationis. ¶ Et quaodo habeat vim legati.

691 Contractus minoris an ſit ipſo iure oullus ob non ſeruatam formam ſtatuti Vrbis. ¶ Et quandò detur eius conualidatio ¶ Et an ſolemnitates per dictum ſtatutum requiſitæ ſint inductæ propter publicam vtilitatem, quamuia in eo adſit cauſa, nequis decipiatur. ¶ Verba nullius roboris, & momeuti an inducant nullitatem ipſo iure, ita vt non ſit opus reſtitutione, ſeu reuocatione. ¶ Cótractus per legem prohibitus quando ſuſtineatur volente eo, in cuius fauorem annullatur ¶ Et an interim donec conſtat de eius voluntate deſinat eſſe ipſo iure oullus.
¶ Obligatiu ciuilis, & naturalis an oriatur ex actu, cui lex reſiſtit. ¶ Tertius ratione iotereſſe, quando poſſit nullitatem contractus allegare. ¶ Et qnid ſi nullitas ſit directa. ¶ Et an requiratur aliqua declaratio, tam reſpectu ipſius, quam minoris, domini, ſeu eccleſiæ. ¶ Nullitatis allegatio an ſit permiſſa per viam exceptionis, quamuis agendo ooo permitteretur. ¶ Et qnid ſi ius excipiendi ſit perſonale. ¶ Statutum Vrbis de duabus ſententiis conformibus exequendis an ſit intelligendum, vt prius conſtet de illarum validitate, & iuſtitia. ¶ Sententia lata non tranſportatis actis an ſit notoriè nulla defectu iuriſdictionis etiam quod procedatur ſummariè, & adſit in commiſſione clauſula, quam & quas, & conſtito de præmiſſis quantum ſufficere videbitur, & ſit datum ſommarium teſtium Iudici.
¶ Hypotheca an ceſſet, ſtatim quod corruit principale inſtrumentum in quo eſt appoſita. ¶ Falſitas cauſæ an reddat contractum nullum, quamuis adſit decretum cum aliis ſolemnitatibus, & quamuis in parte cauſa verificaretur. ¶ Exceptio quæ prodeſt, vel nocet auctori, quando noceat, ſeu proſit ſucceſſori etiam ſine clauſula ceſſioois.

692 Pactum futuræ ſucceſſionis, tam affirmatiuum, quam negatiuum, tam de tota hæreditate, quam de parte, quando ſit validum. ¶ Et quid ſi fuerit iuratum. ¶ Vel fiat ob matrimonium. ¶ Vel ob piam cauſam. ¶ Vel ob agnationem conſeruandam.
¶ Vel coram Iudice. ¶ Vel cum clauſula omni meliori modo. ¶ Vel quando filia habuit plus quam importet ſua legitima. ¶ Obligatio acceſſoria an expiret ſublato principali contractu. ¶ Actus correſpectiui quales dicantur. ¶ Et quando ſublato vno tollatur alternm. ¶ Renuncians futuræ ſucceſſioni aliquo accepto, ſi veniat contra renunciationem, an debeat reſtituere, quod accepit. ¶ Ceſſio & donatio generalis quarumcumque hæreditatum deferendarum, an valeat ſi in ea etiam exprimantur paternæ, maternæ, & fraternæ, & aliarum particularium perſonarum. ¶ Donationes factæ ob cauſam ingreſſus monaſterij, quando ſuſtineantur, & poſſint reuocari. ¶ Spes turpis ſucceſſionis alienæ an dicatur etiam io parte, quamuis in eo ceſſet votum captandæ mortis. ¶ Pactum ao ſit validum, ſi per ſtipulationem quis promittat habere licere rem alterius quomodocumque ad eum perueniat etiam ex ſucceſſione. ¶ Spes fideicommiſſi conditionalis, & rei legatæ, quando poſſit donari, & accreſcat collegatario, & confideicommiſſario. ¶ Hæreditas an ſit adeunda non certificata morte defuncti. ¶ Cautela pro eo, qui non poteſt habere conſenſum viuentis. ¶ Legitima renunciata per filium an acquiratur fiſco. ¶ Conuentio liberandi debitores, ſi hæres extiterit, an ſit valida. ¶ Donaos bona viuentis, quando ſit indignus hæreditate illius. ¶ Et an iſta indignitas purgetur per pœnitentiam.

693 Inſtrumentum referens ſe ad alium an ſit nullum, ſi non conſtat de relato. ¶ Et quid ſi notarius atteſtetur ſe de eo rogatum. ¶ Donatio ſeu confeſſio mariti de dote vltra quingentos ſolidos etiam iurata an confirmetur infra quingentos per mortem eiuſdem mariti donaotis. ¶ Statutum Vrbis *lib.* 1. c. 149. an habeat locum in dooatione præſumpta. ¶ Inſinuatio an requiratur in donatione inter coniuges ob cauſam dotis. ¶ Confeſſio mariti de dote recepta conſtante matrimonio an dicatur donatio. ¶ Et an contra eam poſſit quandocumque opponi de ſimulatione poſt lapſum temporis ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.

694 Fraternitas & proximitas quomodo probetur. Defectus citationis ad videndum iurare teſtes, an debeat attendi, ſi de ſtylo aliud ſeruetur. ¶ Modus adhibitus in examine per vnum ex litigantibus, an poſſit impugnari, ſi altera pars illo vtatur. ¶ Exceptio retentionis legitimæ, & eius ſupplementi, quando impediat immiſſionem. ¶ Legitima & trebellianica, an debeat liquidari tamquam in certa ratione loci, & quotæ tam ſi hæreditas conſiſtat in corporibus, quàm in pecuniis, antequam poſſeſſio aliqua acquiratur. ¶ Fideicommiſſum totum quando poſſit peti per vnum ex pluribus præſtita cautione de dando partem alteri. ¶ Confeſſio facta corã notario io abſentia Iudicis an dicatur iudicialis. ¶ Verba ſcripta per notariũ, pro tali hærede contra talem cõparuit idem circa, &c. an probẽt, quod ille deſcriptus ſit hæres. ¶ Sententia declarans aliquem eſſe immittendum in poſſeſſioné vti proximiorem, an admittat appellationem. ¶ Et quando iſta verba dicantur appoſita incidenter per modũ iuſtificandi poſſeſſionem, vel principaliter. ¶ Dictio vti an exponatur pro ſicut, poſtquam, tamquam, vt. ¶ Implicatio an debeat eſſe explicita, vt ſit locus appellationi. ¶ In Saluiano an detur appellatio, quamuis Iudex in ſententia faciat aliquem creditorem. ¶ Dictio tamquam an denotet ſimilitudinem, & veritatem. ¶ Poſſeſſorium, ſeu petitorium an debeat intentari contra eum, qui fuit immiſſus in poſſeſſioné ſeruatis ſeruandis contradicente aduerſario. ¶ Stylus quando dicatur contra ius, & deciſorius, ſeu ordinatorius. ¶ Et qualiter ſit probandus.

695 ¶ Primogenitus ao dicatur etiam filius primogeniti. ¶ Et quando in eo habeat locum repræſentatio, ſi vocetur maior natu. ¶ Vel cum ſimili qualitate, quæ filio ooo conuenit. ¶ Statutum ſi admittat ſolum maſculos ad ſucceſſionem ao excludat fœminam ex maſculo, non habita ratione repræſentationis. ¶ Semel excluſus an debeat ſemper excludi tam in hæreditatibus, quàm in maioratibus, & fideicommiſſis.

696 Vſusfructus quando ſit accipiendus de manu hæredis, & Iudicis, ſeu propria auctoritate. ¶ Vxor an poſſit petere dotem vltra vſumfructum ſibi relictum. ¶ In legato vſusfructus an comprehen-

dantur cenſus, pecuniç. bona emphyteotica, & fendalia, & fideicommiſſi. ¶ Societates initæ per maritum nomine vxoris an ſpectent ad eam ¶ Et quid ſi vxor recognouerit bonam fidem. ¶ Et an in tali recognitione requirantur ſolemnitatea ſtatuti. ¶ Et quem effectũ operetur declaratio, quod non habet niſi nudum nomen. ¶ Vſusfructus legatus vxori donec vidualiter vixerit, & durante eius vita, an extinguatur per mortem illins, quamuis ad ſecundas nuptias non trãſiuerit. ¶ Et quando ſit præſtanda cautio mutiana, & de vtendo arbitrio boni viri. ¶ Et quo caſu ſint reſtituendi fructus per tranſitum ad ſecunda vota.

697 Societas quando ſit finita quo ad omnes, ſi vnus ex ſociis diuidat: ¶ Et quo caſu poſt diuiſionem ſit tacitè renouata. ¶ Succeſſio an debeatur vſque ad decimum gradum excluſo fiſco ¶ Nuncio an ſit credendum circa qualitatem ſolitæ habitationis, & non exiſtentiæ bonorum mobilium, vt poſſit deueniri ad deliberationem ſtabilium cum ſimilibus ad officium ſuum ſpectantibus. ¶ Et quando contrariæ probationes admittantur. ¶ Iuramentum an ſit præſtandum coram Iudice per eum, cui lex, vel ſtatutum mandat adhiberi fidem ¶ Et quandu illius defectus ſanetur per Papam. ¶ Probatio ſemiplena, & coniecturalis, ac præſumptiua an veniat appellatione probationis ¶ Citatio eius, qui habitat plurea domos quomodo ſit facienda.

698 Iudex, qui debet pronunciare de voto alicuius, an teneatur illud ſequi. ¶ Bonorum appellatione quæ veniant tam in fauorabilibus quàm in pœnalibus. ¶ Hæres qui differt ſoluere legitimam, an ſit condẽnandus illam dare duplicatam. ¶ Verba ſententiæ an ſint referenda ad intellectũ iuris cõmunis ¶ Et quando illud, quod reſultat ex natura verborũ, habeatur pro expreſſo. ¶ Expenſæ an poſſint taxari per Iudicem non obſtãte appellatione à ſententia per eum lata. ¶ Declaratio an permittatur ei, qui iudicauit, vel ſucceſſori, ſiue ſit legalis, ſiue voluntaria. ¶ Præſumptionis iuris an ſit vera, propria, & manifeſta probatio ¶ Legitima quando ſit aſſignãda ex ſingulis corporibus ¶ Et an Iudex habeat arbitriũ eligendi potius vnam, ſeu alterã rem. ¶ Et ob quam cauſam talis electio illi concedatur ¶ Appellatio an detur à decreto aſſignationis legitimæ

699 Cancellatio inſtrumenti quando præiudicet creditori. ita vt non poſſit illud exequi. ¶ Mandatum ſpeciale an requiratur in renouanda, & reuocanda ſocietate. ¶ Procurator cum libera an poſſit donare, & iura remittere. ¶ Exceptio cedendarum, an repellat agentem, quamuis ſit inops ille contra quem eſt facienda ceſſio. ¶ Accipiens fidem ſocietatis renouatæ, vel recipiens fructus illius, quando præſumatur ſciuiſſe omnes qualitates præiudiciales contentas in inſtrumento eiuſdem ſocietatis ¶ Per receptionem mercium emptarnm à filio an pater ratificauerit pretium, & alias conditiones in venditione comprehenſas. ¶ Reſeruatarius ſocietatis quando habeat plenum dominium, ita vt poſſit illam extingnere, & renouare, & recipere fructus, & ſortem principalem, & transferre periculum vitæ. ¶ Agens tamquam procurator, ſi non ſit talis, an poſſit ſe tueri, quod egerit tamquam coniunctus. ¶ Cautela ad probandum creditum, vt mittantur litteræ debitori, qui illas recipiendo abſque contradictione dicetur fateri debitum. ¶ Et quomodo prædicetur, & quæ requirantur, & an contradictio iunet, ſi non ſit incõtinenti, ſed poſt tẽporis interuallum, & quid Iudex circa tale tẽpus debeat arbitrari.

700 Habens facultatem eligendi quando poſſit eligere bona meliora, mediocria, & deteriora, & conuenientia ipſi relicto, & cauſæ, propter quã relinquitur tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus ¶ Et quid in cauſa pia, dote, & legitima ¶ Vel ſi quantitas ſit in obligatione reſpectu ſpeciei ad finem conſequendi ſpeciem. ¶ Legatum dotis ſoluendum in ſtabilibus ad rationem quinque pro cẽtum an poſſit ſolui in vineis. ¶ Et quando illarum fructus dicantur incerti, quamuis ſint ſolitæ locari, & per earum locationes probetur iuſtitia affictus. ¶ Legitima an debeatur ex bonis prælegatis, & fideicomiſſo ſubiectis. ¶ Et quando, & per quem ſit probandũ, quod illa poteſt detrahi ex aliis bonis æquè commodè. ¶ Dos quando ſuccedat loco legitimæ, ſi ſtatutum non excludit filiam ſimpliciter, & mandat illam dotari, vel ſi vlterius diſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit. ¶ Iudex quo caſu recedat à voluntate teſtatoris. ¶ Vxor quando mortuo viro retineat omnia bona ipſius, donec ſibi dos ſoluatur cum fructibus. ¶ Et quid ſi poſſeſſio non ſit vacans. ¶ Statutum Vrbis continuans poſſeſſionem bonorum defuncti in hæredem an habeat locum in infante exiſtente in vtero, furioſo, & ignorante, & in quocumque poſſeſſorio. ¶ Mater adeundo pro pupillo, & conficiens inuentarium, & percipiens penſiones, quando acquirat illi poſſeſſionem ¶ Retentio an competat vxori ſoluto matrimonio tam pro ſua dote, quam fructibus excedẽtibus impenſam alimentorum. ¶ Quando poſſit mutare cauſam poſſeſſionis ob dictam dotem, ſi prius poſſidebat ratione familiaritatis cum viro abſque aliqua declaratione. ¶ Clauſula precarij, & conſtituti an operetur, vt mulier poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem bonorum viri. ¶ Probatio dubia, & præſumptiua an ſufficiat ad probandum primum extremũ. ¶ Exceptio iuris tertij, quando admittatur. ¶ Executio pro legatò liquido an ſit retardanda propter alia illiquida legatario debita.

701 Beneficium ceſſionis actionum an competat tam fideiuſſoribus, & correis, quàm tertiis poſſeſſoribus, & ſoluentibus pro alio. ¶ Et quando illi cenſeatur renunciatum per generalem iuratam renunciationem omni legum auxilio. ¶ Debitor principalis an dicatur, qui commodum percepit ex contractu, quamuis adſint fideiuſſores, qui etiam ſe principaliter obligarunt. ¶ Exceptio cedẽdarum an poſſit opponi in executione ſententiæ. ¶ Et an obſtet creditori, ſiue expreſsè, ſiue tacitè conſenſerit alienationi rei. ¶ Geſta per iudicem recuſatum an ſint ipſo iure nulla tam de iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quæ cauſæ ſuſpitionum debeant eſſe, vt per eum non poſſit procedi. ¶ Et an obſtet conſenſus in iuriſdictionem, vt impediatur recuſatio. ¶ Mandatum ad recuſandum Iudicem an debeat eſſe ſpeciale.

702 Legitima an ſit relinquenda filio, parentibus, & patrono titulo honorabili inſtitutionis tam in teſtamento ſolemni, quam condito iure ſpeciali. ¶ Et quid de iure canonico, & quando adeſt clauſula *omni meliori modo*. ¶ Titulus inſtitutionis an poſſit exprimi per verba æquipollentia. ¶ Teſtamentum

matris

matris propter præteritionem an ſit nullus, ſicut eſt illud patris. ❡ Legatarij, & tertij poſſeſſores, quando ſint conueniendi pro legitima, ſiue eius ſupplemento, & fructibus. ❡ Mulier per tranſitum ad ſecunda vota an ſtatim amittat omnia ſuperlucrata per mortem viri ❡ Et quid in patre ſecundo nubente. ❡ Et in dote lucrata vigore ſtatuti. ❡ Siue contrahantur ſecundæ nuptiæ ante, vel poſt ſucceſſionem ❡ In calculanda legitima an attendatur illud, quod vxor reliquit ſecundo viro, & eius filiis, vel potius detractio ſit prius facienda. ❡ Et quid in legato vſusfructus, & alimentorum. ❡ Lucrum debitum filiæ propter tranſitum matris ad ſecunda vota an imputetur in legitimam. ❡ Et quid in eo, quod relinquitur ipſi filiæ per eandem matrem. ❡ Legatum vſusfructus, & alimentorum, quomode ſit æſtimandum. ❡ Teſtamentum propter præteritionem filij an ſit nullum ipſo iure, vel requiratur, vt ipſe dicat de nullitate. ❡ Vitium inuiſibile an impediat immiſſionem ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollend.* Et quid ſi probetur incontinenti ❡ Filiæ præteritæ excluſæ per ſtatutum Vrbis an poſſint allegare nullitatem teſtamenti, tam ſi excluſio eſt ad fauorem agnationis, quam ſi illa ceſſet ob inſtitutionem factam de extraneis. ❡ Et quid ſi filij maſculi ſint in aliquo inſtituti ❡ Statutum vrbis *cap.* 141. & 145. *lib.* 1. an emanauerit ſolum propter fauorem agnationis.

703 Conducens introitus lacus an habeat non ſolum piſces, & alia quæcumq; iura ipſius, ſed etiam vſus nauium ad piſcandum, ſi locator illas habebat, quamuis in conductione de eis nulla eſſet facta mentio ❡ Conceſſio fructuum prædij an idem importet, ac ſi concederetur ius vſusfructus ❡ Et quid in tali conceſſione veniat ❡ Conductor omnium fructuũ an poſſit illos percipere propria auctoritate, vel de manu locatoris. ❡ Et qualitate pretij æquiualentis, quando colligatur quod ſit vendita, ſeu locata tota res vel pars illius. ❡ Et quid in conceſſione emphyteuſis, in qua modica penſio ſoluitur potius pro recognitione directi dominij, quam pro compenſatione fructuum.

704 Per petitionem pretij quando dicatur approbata venditio etiam nulliter facta, ita vt non ſit locus remedio reintegrandæ poſſeſſionis. ❡ Et quid ſi petitio fiat iudicio. ❡ Vel ſi non habuit effectum conſecutionis pretij. ❡ Vel quando fuit inualida ❡ Seu impugnata, & poſtea ab impugnatione receſſum. ❡ Actus approbationis an requirat præſentiam partis. ❡ Poſſeſſio quando ſit nulliter capta ob non adimplementum conditionis. ❡ Et an illa præſumatur adimpleta, vel remiſſa ſtante ſciẽtia, & patientia multorum annorum, ita vt nõ poſſit agi ſpolio ❡ Et cui incumbat onus probandi non implementum dictæ conditionis ❡ Et quando requiratur petitio impleméti ❡ Inſpectio proceſſus an ſufficiat ad probandum aliquid non interueniſſe. ❡ Poſſeſſio an amittatur ex actu nullo. ❡ Et quando præſumatur iure familiaritatis. ❡ Remedium ſpolij an detur contra poſſeſſorem cum titulo, & bona fide, & habentem cauſam etiam à poſſeſſore bonæ fidei. ❡ Mulier, & minor an poſſint amittere poſſeſſionem abſque ſolemnitatibus ſtatuti. Et quid ſi per illud diſponeretur, vt traditio poſſeſſionis non valeret, tollendo etiam adminiſtrationem bonorum. ❡ Appellans quando habeatur pro non appellante, ſi renunciauit appellationi ❡ Et quid ſi adſit contradictio partis appellatæ ❡ Poſſeſſio an ſit amiſſa, ſi non acquiratur ei, in quam transfertur, vel iuxta eum modum, ad quam fuit reſtrictus animus transferentis ❡ Exceptio proprij conſenſus an obſtet agenti ſpolio in prophanis. ❡ Ratificans venditionem rei communis an poſſit recedere à ratificatione, ſi nõ habeat partem pretij ſibi ab emptore debiti. ❡ Filius an remoueatur à querela, ſi agnouit legatum ſibi in teſtamento relictum, quando illud non poteſt cõſequi ❡ Reſignans beneficium tanquam vacans, ſi verè non vacabat, an renunciauerit beneficio, quod prius canonicè obtinebat.

705 Locatio rei communis quãdo præſumatur facta pro æqualibus portionib. ❡ Et an percipiens penſiones ex tali re locata dicatur recepiſſe pro rata vnumquemq; tangẽte. ❡ Verba reſpectiuè in quietantia appoſita, quando intelligantur proportionabiliter, ita vt vnicuique ſit attributa ſua pars ſiue ſint collectiua, ſiue appellatiua. ❡ Cõfeſsio duorum de recepto an operetur, vt participatio fuerit pro dimidia. ❡ Et quid in perſonis ſuſpectis, vt in vxore, & marito ſimul confitentibus an totum præſumatur ad maritũ perueniſſe. ❡ Qualitas perceptionis fructuum an ſit probanda per teſtes præſentes receptioni, vel per aliam ſimilem probationem. ❡ Et an ſtandum ſit conſuetis circa quãtitatem fructuum recollectorum.

706 Æſtimatio an debeat præcedere ſubhaſtationẽ, quando conſtat de magno exceſſu, & in pignore iudiciali dato in ſolutũ creditori, & in debito tam publico, quàm priuato. ❡ Miſſus nulliter in poſſeſſionem an poſſit retinere rem, donec totum ſuum creditũ ſibi ſoluatur. ❡ Et quando lucretur fructus perceptos ❡ Statutum vrbis *cap.* 149. *lib.* 1. requirẽs ſubſcriptionem donantis, & duorũ teſtium an habeat locũ in ceſsione facta titulo oneroſo ex cauſa tranſactionis ad dirimendas lites. ❡ Aditio hæreditatis quando præſumatur ex poſſeſsione rerum hæreditariarum, & ex locatione, & perceptione penſionum. ❡ Reſpondens poſitioni per verbum non credit, an dicatur repudiare hęreditatem ❡ Et quando ſtetur declarationi immiſcentis ſe in ea, an habuerit animum adeundi. ❡ Solemnitas ſtatuti Vrbis an ſit adhibenda in contractu celebrato Romæ nomine mulieris, quæ poſtea alibi illum ratificauit. ❡ Pœna rationalis an hodie de conſuetudine ſit debita. ❡ Et in quibus curiis ſeruetur. ❡ Et quid loco illius ſubrogetur. Actio primæua, & hypotheca an extinguatur per ſolutionẽ reuocabilem. ❡ Pœnæ cõuentionales propter intereſſe an poſſint exigi etiam per eccleſiaſticos tam de iure canonico, quam in foro conſcientiæ. ❡ Iuſtum pretium valoris fructuum an ſit illud, quod in loco recollectionis currit, non in alieno foro. ❡ Et an poſt æſtimationem poſsit amplius creſcere, aut decreſcere. ❡ Tutores, & adminiſtratores, an teneantur mittere frumẽtum, vinum, & fructus extra locum recollectionis, vbi carius venduntur, ità vt de tali æſtimatione poſsint conueniri.

707 Ius accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi, maximè conceſſa titulo oneroſo, & per habentem iuriſdictionem etiam inferiorem à Principe. ❡ Et quid ſi adſint verba poſt mortem ipſorum, & cuiuſlibet eorũ. ❡ Vel ſi conceſſio fieret in euentũ in quem fratres inueſtiti filios maſculos non haberent pro vna filia tantum. ❡ Vel cum dictioni-

bus diſtributiuis, & non diſtributiuis ¶ Vel quando concederetur fratribus ſimul viuentibus in communione. ¶ In indiuiduis ſiue propter ſe, ſiue propter pactum adiectum, puta iuriſdictione, piſcatione, venatinne, & ſimilibus quomodo portio vnius accreſcat aliis. ¶ Et an ſit danda æſtimatio portionis, quæ accreſcit. ¶ Emphyteuſis conceſſa duobus, & eorum filiis cum pacto vt illis non extantibus reuertatur ad concedentem an ſit deuoluta, ſi non ſequatur obitus omnium. ¶ Diuiſio facta inter fratres an operetur vt ſit renunciatum iuri ſuperuenienti poſt mortem vnius ex eis circa ius accreſcendi in emphyteuſi comprehenſum. ¶ Dominus an teneatur renouare emphyteuſim proximioribus. ¶ Inueſtitura an ſit petenda per eum, qui patitur controuerſiam ſiue à domino, ſiue à tertio ſuper feudo, & emphyteuſi. ¶ Conceſſio cum pacto ad renouandum an dicatur perpetua.

708 Promittens aliquem repræſentare an teneatur, ſi repræſentandus fuerit bannitus ¶ Et quid ſi Iudex offerret dare ſaluum conductum. ¶ Vel ſi exilium ſuperuenit poſt moram. ¶ Et quo caſu talis mora poſſit purgari tam de iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quid ſi fuerit geminata. ¶ Vel poſt factam executionem à lege, ſeu ab homine. ¶ Vel poſt ſubhaſtationem antequam ſit ſequuta deliberatio. ¶ Vel ſtante iuramento, & renunciatione omni legum auxilio. ¶ Vel poſt factum ius deterius partis. ¶ Vel poſt ſecutam condemnationem. ¶ Vel poſt ſuſceptum terminum ad ſoluendum. ¶ Citatio perſonalis an requiratur ad incurrendam moram. ¶ Et an illa ſit quaſi delictũ, ſeu culpa, vel dolus. ¶ Per ſuſceptionem volũtariã termini an ſit determinatus dies, quãuis Iudex, aut pars non inſtet pro repræſentatione, ſiue obligatio ſit pura de repræſentando ſub pœna debiti, ſiue adſit clauſula, ad omne mandatum domini. ¶ Sententia quæ non iuſtificatur ex actis an ſit notoriè nulla.

709. Statutum excludens matrem, ſororem, & amitam exiſtente nepote ex fratre an habeat locum, ſi adſit filia ſororis. ¶ Forenſis quando ligetur ſtatutis, ſi eſt ciuis ex priuilegio. ¶ Et an requiratur habitatio, & onerum ſuſtentatio. ¶ Statutum Vrbis excluſiuum fœminarum an liget ſucceſſiones forenſium, ſi bona exiſtunt in ditione ſtatuentium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam ¶ Nepotes an æqualiter admittantur ad hæreditatem communis patrui, ſublata omni differentia ſexus. ¶ Et an in ſtirpes, vel in capita. ¶ Remedium quorũ bonorum an competat nõ ſolum hæredi ab inteſtato, ſed etiam hæredi hæredis. ¶ Intentio ſtatuentium quando ſit commenſuranda ab eorum poteſtate, vt voluerint diſponere quo ad perſonas ſibi ſubditas. ¶ Statuta loci, vbi quis decedit, an attendantur ſiue condiderit teſtamentum, ſiue ab inteſtato obierit.

710 In renouatione, ſeu reuocatione ſocietatis an requiratur ſpeciale mandatum. ¶ Diſdicta ſocietatis officij an valeat, ſi non fuerit reproducta. ¶ Ratificatio an ſit facienda in tempore, quo actus debet geri, & antequam ſit ius alteri quæſitum. ¶ Teſtes recognoſcentes manum an probent, quamuis non viderint ſcribere, ſed ſolum deponant habere notam manum ſcribentis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ¶ Et quid in deponẽte de credulitate, & quod ſibi videtur. ¶ Quæ incontinenti fiunt quando cenſeantur ineſſe, ſi adſit quæſtio de tempore. ¶ Repetenti pecunias quo caſu ſit magis fauendum, quam ei, qui tractat de illas acquirendo. ¶ Reuocans ſocietatem die vltima Aprilis, & decedens die 15. Maij ante mediam noctem eiuſdem diei, an dicatur deceſſiſſe infra quindecim dies, ¶ Oblatio, retractus, & ſimilis diſpoſitio rei tempore peritutę an ſit facienda de nocte eius diei, quo tempus finitur. ¶ Statutum Vrbis requirens tres teſtes in recognitione manus an ſit ordinatorium, ſeu deciſorium. ¶ Et an habeat locum in cauſis piis, & in vltimis voluntatibus. ¶ Sermo generalis ſtatuentium an comprehendat perſonas, & loca priuilegiata.

711 Inuentarium tutoris, & curatoris quas ſolemnitates requirat ¶ Et in quo differat ab inuentario hęredis pupilli. ¶ Et infra quod tempus tam vnum, quàm aliud ſit conficiendum. ¶ Remiſſio inuentarij ex quibus verbis fiat. ¶ Et an illa debeant eſſe expreſſa, vel ſufficiant ęquipollentia, & coniecturæ. ¶ Inuentarium quando poſſit remitti in præiudicium creditorum, legatariorum, fideicommiſſariorum, & ipſius hæredis pupilli, & maioris. ¶ Reſtitutio quando detur hæredi aduerſus inuentarium non confectum à tutore ¶ Et an ius petendi talem reſtitutionem tranſmittatur ad hæredes. ¶ Iudex quo caſu poſſit præcipere confectionem inuentarij tutori, cui teſtator illud remiſit. ¶ Et an illius confectio ſit inuenta propter ſuſpicionem ſurripiendi bona hæreditaria, vel ne hæredes ſint in ſuſpenſo circa aditionem hæreditatis. ¶ Teſtator remittens inuentarium tutori an intelligatur remiſiſſe tam illud, quod debet facere tamquam tutor, quàm illud, ad quod tenetur quando adit hæreditatem pro pupillo. Et an talis remiſſio liberet à deſcriptione bonorum ¶ Et quando ſit locus iuramento in litem, & aliis pœnis legalibus, & reſtitutioni reliquorum contra tutorem non conficientem inuentarium ex mandato teſtatoris ¶ Intereſſe pupilli an conſiſtat in prohibitione conficiendi inuentarium ne vires hæreditatis pandantur. ¶ Satiſdatio de vtendo arbitrio boni viri, & confectio inuentarij an poſſit remitti vſufructuario. ¶ Executio, & continuatio prioris aditionis, ſeu noua aditio, non dependens ab antiqua ex quibus colligatur. ¶ Aditio tutoria quando præiudicet pupillo, & ſit per eum ratificata. ¶ Et an per talem ratificationem ſit renunciatum actioni, quę ſibi cõtra eum competebat pro damnis paſſis propter talem aditionem. ¶ Minor quando poſſit ratificare contractum male, & doloſe geſtum. ¶ Dolus præſumptus futurus an poſſit remitti. ¶ Verba enũciatiua notarij, quod quis ſit hæres, an probent aditionem tam ſi pars fuerit pręſens, quàm abſens.

712 Diſpoſitio facta tempore permiſſo, ſi dirigatur in tempus prohibitum an valeat ¶ Et quid à contra, ſi fiat tempore illicito, & cõferatur illius executio in tempus habile. ¶ Et qoid in caſu, in quo lex reſiſtit actui ab initio propter imbecillitatem conſilij contrahentium, vt in minore, & ſimilibus. ¶ Maritus an poſſit conſtante matrimonio dare aliquid vxori, vt ei acquiratur poſt illud ſolutum. ¶ Facultas declarandi conceſſa per teſtatorem executoribus an tranſeat ad hæredes, ſeu ad Epiſcopum, ſi per eos in vita non fuerit facta declaratio ¶ Satiſdatio, quæ poteſt dari ſoluto matrimonio de dote reſtituenda, an licitè detur conſtante

ſtante matrimonio, ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij.

713 Locator an præferatur anterioribus creditoribus in rebus inuectis, & illatis pro penſione domus locatæ ad habitãdum, ſeu ad conſeruationem rerum, vt in apotheca, horreo, & ſimilibus. ¶ Et quando vxor poſſit conueniri pro dicta penſione ſtante paupertate mariti. ¶ Statutum Vrbis prohibens filiumfamilias etiam clericum obligari, an habeat locum in filio habente peculium caſtrenſe, ſeu quaſi. ¶ Patres in quibus bonis aduẽtitiis filiorum habent vſumfructum. ¶ Probibitio an valeat, vt nihil patri acquiratur in relictis factis filio. ¶ Et quomodo illa probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Mater an poſſit relinquere legitimam filio, ita vt eam pater non habeat, nec quo ad vſumfructum, nec quo ad proprietatem. ¶ Remiſſio vſusfructus an licitè fiat per patrem filio. ¶ Et an talis vſusfructus repudiatus dicatur aduentitius. ¶ Et quando valeat donatio. ¶ Caſus multi, in quibus pater nõ habet vſumfructũ in aduentitiis, videlicet ſi illa alienet, & diſſipet. ¶ Si vocetur ad ſucceſſionem tam hominis, quàm legis vna cũ filio. ¶ In lucro facto per filiũ ex negotiatione illicita ¶ In ſeruo donato filio, vt ſtatim manumittatur. ¶ In vſufructu relicto filio ¶ In feudalibus. ¶ Si grauetur reſtituere bona filio ¶ Si nolit conſentire filio adeunti hæreditatem, ſeu acquirenti aliquid per viam contractus, ſiue ex poſt facto non velit ratificare ¶ Si contrahat inceſtas nuptias. ¶ Si ingrediatur monaſterium. ¶ Si emancipet filium. ¶ Si fiat bannitus, aut rebellis. ¶ Et quid ſi reſtituatur ¶ Filiusfamilias an poſſit teſtari de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſeu de aduentitiis, in quibus pater non habet vſumfructum. ¶ Teſtator mandans ſolui ſua debita licita, & honeſta an intellexerit de illis ſolum, quæ fuerunt contracta iuxta legis diſpoſitionem, vel etiam de eis, quibus ius reſiſtit. ¶ Et quod dicatur licitum, & illicitum. ¶ Obligatio ciuilis, & naturalis an oriatur ex diſpoſitione facta cõtra legem, aut ſtatutum. ¶ Argumentum an valeat negatiuè, videlicet pater nõ habet adminiſtrationem, ergo etiam nec vſumfructum, vel affirmatiuè ſcilicet pater habet adminiſtrationem, ergo habet etiam vſumfructum. ¶ Datio curatorum an ſit compatibilis cum iure adminiſtrandi delato patri per legem in bonis filij, ita vt cenſeatur potius cumulatiua, quàm priuatiua. ¶ Teſtator limitans redditus pro alendo hærede vſque ad certam ætatem, & mandans reſiduum ſuorum bonorum conſeruari pro fideicommiſſo, an cenſeatur prohibuiſſe patri vſumfructum in eodem reſiduo etiam finito tempore limitationis dictorũ redditnum. ¶ Prouiſio de aliquo legato etiam tenui facta patri, an inducat coniecturam, vt dicatur ei ademptus vſusfructus in bonis filio relictis. ¶ Tranſactio quando valeat ſtante lite inter patrem, & filium ¶ Et quo caſu in ea habeat locum remedium *l.2.C.de reſcind.vendit.*

714 Inſcriptio libri ſub nomine vnius ſocij, quando excludat ſocietatem, quæ non habuit initium cum pecuniis ſeu bonis ipſius vel ſi non fuit continuatum negotium paternum, quamuis ſe in ea ingeſſerit ¶ Frater, qui mercatur cum pecunia, quæ habuit principium ex rebus communibus an debeat communicare alteri fratri lucrũ inde proueniens. ¶ Et quando præſumatur tale initium ex re communi. ¶ Societas an poſſit ratificari per minorem ſolum, quando eſt illi vtilis, ſecus ſi fuerit damnoſa. ¶ Et quomodo in hoc caſu conſulatur ſocio. ¶ Et an defectus ætatis allegetur tantummodo per minorem, non autem per tertium.

715 Reproductio citationis quando, & infra quem terminum ſit facienda. ¶ Locatio vnica an dicatur de duabus domibus ſub vna penſione locatis, ſi fiat in eodem inſtrumento. ¶ Et an debeatur vnica gabella ſtante ſtatuto, quod de qualibet re illa ſit ſoluenda. ¶ Et quid ſi ſummæ diuerſæ in vnam ſint coactæ, ſeu cumulatæ ¶ Iudex exprimens in ſententia diuerſas ſummas pro diuerſis cauſis, quæ ſimul faciunt ſummam centum, in quã reum condemnat, an dicatur condemnaſſe in quantitate ſpecialiter diuiſa. ¶ Locatio rerum eccleſiæ an ſit nulla in totum, ſi fiat cum pacto renouandi de anno in annum, & ſic ſucceſſiuè in poſterum, vel potius valeat pro tempore permiſſo. ¶ Prælatus an poſsit præiudicare eccleſiæ in quærendis abſq; cauſa, & ſine conſenſu capituli. ¶ Renunciatio inquilinatus an expiret, ſublato cõ tractu principali locationis. ¶ Conductor antiquus bonorum eccleſiæ an poſsit expelli, ſi offerat eandem cõditionem, quam nouus. ¶ Vnuſquiſque an poſsit dare de iure eccleſiæ, tanquam ſit publici iuris.

716 Iudex ex officio, quando taxet vſuras debitas, iuxta diſpoſitionem *l.curabit.C.de action.empt.* ¶ Et an illæ poſsint peti habito reſpectu ſolum ad fructus perceptos, & non vlita. ¶ Solutiones tres annuæ, ſeu bimeſtrales, aut ſemeſtrales, quãdo faciat præſumi fuiſſe retro ſolutum. ¶ Executio cameralis an impediatur ex ſolutione deſumpta ex præſumptione iuris. ¶ Confeſsio tutoris, quando præiudicet pupillo, tam ſi fiat ad illum obligandum, quam ad probationem, ſeu ad liberandum. ¶ Et quid ſtãtibus adminiculis ¶ Dominus cenſus, qui illum ceſsit ſuo creditori, an poſsit exigere fructus eiuſdem cenſus ſibi debitos ante ceſsionem, non obſtante quod debitor cenſus oſtẽdat tres ſolutiones ſemeſtrales cõtinuas per eum factas ceſsionario, quæ regulariter faciunt præſumi ſolutiones præteritas. ¶ Ex præſtatione decennali an præſumendus ſit titulus tam in præiudicium illius, qui ſoluit, quam tertij, ita vt in futurum ſit obligatus.

717 Emptor cenſus quando poſsit agere ad reſtitutionem ſortis principalis. ¶ Pactum an ſit validum, vt cenſus extinguatur ex penſionibus domus. ¶ Et an contractus in totum annulletur, vel firmus remaneat ſublato tali pacto. ¶ Et quando illud dicatur contra ſubſtantiam contractus. ¶ Cenſus an ſuſtineatur, ſi illum emens habet certitudinem redemptionis etiam aliunde, quam ex inſtrumento cum eo celebrato ¶ Fructus in cenſu quando computentur in ſortem. ¶ Vtilitas, & æſtimatio ſi non eſt tanta in parte reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius an faciat contractum indiuiduum, ita vt in eo admittantur particulares ſolutiones. ¶ Contractus cenſus an poſsit fieri diuiduus ex voluntate contrahentium. ¶ Et quando dicatur facta huiuſmodi diuiſio ¶ Dominus cenſus an poſſit compelli inuitus ad redimendam partem illius. ¶ Debitum antiquius an conſideretur reſpectu temporis celebrati contractus, ſeu ſolutionis faciendæ.

718 Promittens, quod aliquis bene adminiſtrabit, aut habebit cuſtodiam caſtri, quando teneatur

pro tempore protogato adminiſtrationis, & cuſtodiæ. ¶ Fideiuſſor tutoris an obligetur de adminiſtratis ab eo poſt pubertatem. ¶ Epiſtola an probet ad fauorem tertij quando ſumus inter mercatores. ¶ Obligatio relatiua an valeat, ſi non conſtat de relato. ¶ Et quando verba prout, iuxta, & ſimilia ſtent interpretatiuè, & cauſatiuè, ſeu conditionaliter, & limitatiuè. ¶ Vltimus actus, ſi non compatitur cum primo, an inducat nouationem.

719 Per ſecundam inueſtituram quando ſit immutata prima. ¶ Et quid ſi adſint verba ponens in locum ſuum, cum ſimilibus. ¶ In venditione emphyteuſis facta cum conſenſu domini directi an ſit conſideranda linea vendentis, vel generatio emptoris. ¶ Et quando tunc emphyteuta liberetur à ſolutione canonis. ¶ Verba comprehenſorum, quid ſignificent. ¶ Veriſimilitudo an debeat attendi in iudicando. ¶ Vendens vſumfructum cum conſenſu proprietarij an cenſeatur illum prorogaſſe ad vitam ementis, ita vt ſit receſſum à vita venditoris. ¶ Ius nominandi an amittatur non ſecuto effectu nominationis. ¶ Renunciatio ſimplex in quo differat à renunciatione animo ſubrogandi ¶ Et quando per eas inducatur nouus ſtatus, vel conſeruetur antiquus. ¶ Conceſſio emphyteuſis, & feudi, quo caſu dicatur noua, vel debeat regulari iuxta pacta prioris inueſtituræ ¶ Reſtitutio dotis an ſit facienda patri, ſi fuit ſtipulatus illam reſtitui filiæ, eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, vel cui de iure. ¶ Ius commune an ſit ſeruandum ſtantibus pactis etiam inſolitis appoſitis in contractu feudali, & emphyteotico.

720 Minor non habens tutorem quomodo ſit citandus. ¶ Creditores, & legatarij an debeant citari in forma iudicij per hæredem ad videndum confici inuentarium, vel ſufficiat extraiudicialis conuocatio. ¶ Et quid in inuentario tutoris. ¶ Hæres quando præſumatur omnia bona deſcripſiſſe in inuentario. ¶ Et cui incumbat onus probandi non adfuiſſe alia de tempore obitus teſtatoris. ¶ Proteſtatio addendi in inuentario, ſi aliquid reperiatur, quod non ſit in eo deſcriptum, quid operetur. ¶ Beneficium inuentarij an amittatur non exiſtente dolo. ¶ Minor reſtitutus aduerſus aditionem hæreditatis, & inuentarium an debeat refundere omnia accepta, & conſumpta etiam in ſe alendo, & ſi quid dolo factum eſt, quod ad eum non peruenerit ¶ Et an requiratur, quod ex illis ſit factus locupletior. ¶ Et ad quem ſpectet probatio locupletationis, ſiue petatur reſtitutio aduerſus contractum validum, ſiue nulliter geſtum. ¶ Sententia reſtitutionis in integrum an ſit intelligenda cum refuſione omnium acceptorum, quamuis de ea nulla fiat mentio. ¶ Reputatio an ponatur pro computatione, vel compenſatione, & reſtauratione. ¶ Et quomodo declaretur titulus *C. de reputat. quæ fiunt in iudic. reſtitutionis in integr.*

721 Tranſactio facta per maiorem partem vniuerſitatis, quando præiudicet abſentibus, & ſucceſſoribus. ¶ Et quid in re communi pluribus, vt ſingulis. ¶ Vel ſi agatur de dirimendis litibus. ¶ Vel de libertate, & exemptione ab eo, cui prius ſubiiciebatur. ¶ Aſſertio notarij circa repræſentationem maioris partis vniuerſitatis an probet, quamuis non dicat, quod homines congregati ita dixerunt. ¶ Sententia contra vniuerſitatem lata quando noceat ſucceſſoribus. ¶ Collegia negotiationum, & profeſſionum quo caſu ſint voluntaria, ſeu neceſſaria quo ad ingreſſum, & egreſſum. ¶ Pœna adiecta facto negatiuo, ſeu affirmatiuo an licitè exigatur. ¶ Et quid ſi adiciatur dationi quantitatis. ¶ Vel quando ſumus in compromiſſo, & tranſactione. ¶ Statuta Collegij an ſint valida abſque confirmatione, ſi concernunt adminiſtrationem rerum ipſius. Diſpoſitio *auth. hoc amplius. Cod. de fideicommiſſ.* an habeat locum in contractibus, ſicut in vltimis voluntatibus, in quibus hæredes, & legatarij ſunt monendi, vt exequantur voluntates defunctorum. ¶ Et an talis monitio ſit facienda, ſi fuerit præfixus per teſtatorem terminus exequendi ſuam voluntatem ſub pœna priuationis. ¶ Et an debeat eſſe vnica, & perſonalis. ¶ Vel quando adſunt conſtitutiones ſynodales, per quas monentur hæredes exequi vltimas voluntates. ¶ Et an illæ habeant vim triplicis monitionis. ¶ Tempus deciſiuum quæſtionis an ſit præcisè probandum.

722 Promiſſio ſub fide an intelligatur de fide humana, & de fide nobilium. ¶ Et quando ſit obligatoria non ſecus, ac ſi eſſet iuramento confirmata. ¶ Et an pariat omnes effectus iuriſiurandi etiam quo ad incurrendam pœnam, nedum quo ad validitatem actus. ¶ Et quid ſi dicatur ſub fide Chriſti, ſeu Chriſtiani, vel ſub bona, & vera fide aut ſuo periculo animæ, & ad tactus palmarum. ¶ Obligatus ad aliquid dandum ſeu faciendum an poſſit cogi, vt faciat inſtrumentum de tali obligatione, cum clauſulis guarantigiæ, & in forma Cameræ, & cum iuramento, ac omnibus de conſuetudine apponi ſolitis ſiue ſimus in reo, ſiue in actore. ¶ Reſeruatio iurium an ſit admittenda in contractibus. ¶ Iuramentum, & pręſtatio fidei ſuper actu inualido an aliquid operetur, vel debeat regulari iuxta principalem diſpoſitionem.

723 Obligatio cameralis quando habeat executionem paratam, & proſit intereſſe habentibus etiam non nominatis in inſtrumento. ¶ Statutum Vrbis prohibens mulierem obligari an habeat locum in omnibus contractibus læſiuis. ¶ Promiſſio vxoris pro viro cum decreto, & ſolemnitatibus an valeat, ſi remanet penitus indotata, vel ſi non habet ſaluam dimidiam partem dotis. Diſcuſſio an requiratur ſi notoriè conſtat aliquem non eſſe ſoluendo. ¶ Pretium conuentum quando dicatur iuſtum. ¶ Renunciatio hypothecæ mulieris an ſit valida, ſi alia bona mariti non exiſtunt non ſolum tempore renunciationis, ſed etiam reſtitutionis dotis, quamuis eſſet iuramento confirmata.

724 Feudum nouum quando dicatur, ita vt non recipiat interpretationem ab antiqua inueſtitura. ¶ Et quid in rebus dubiis, & non deciſis in ſecunda conceſſione. ¶ Vel quando adſunt nouæ qualitates. ¶ Vel ſi prima inueſtitura fuerit extincta per mortem, ſeu priuationem vaſalli. ¶ Conceſſio feudi pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque quando comprehendat extraneos, & æquiparetur conceſſioni cum clauſula quibus dederis. ¶ Et an tunc poſſit vaſallus de eo diſponere abſque conſenſu domini. ¶ Inueſtitura vniuerſalis quando reſtringatur ad habiles ad ſuccedendum in feudo. ¶ Verba vniuerſalia legis, & ſtatuti, & hominis an recipiant reſtrictionem de habilitate. ¶ De Principis poteſtate an ſit diſputandum. ¶ Et quando in iure nondum delato voluerit præiudicare,

cate. ¶ Legitimatio ſine præiudicio venientium ab inteſtato an comprehendat omnes ab inteſtato venientes excluſis ſolum fiſco, & vxore, vel tantum procedat reſpectu collateralium, vſque ad quartum gradum.

725 Exceptio non impleméti etiam in minimo quãdo repellat agẽtem ita vt non poſſit conſequi aliquod lucrum, & quid ſi adſit impedimentum. ¶ Et quo caſu detur excuſatio à pœna, & damno. ¶ Socius quando poſſit obligare conſocium tam in ſocietate vniuerſali, quam particulari, & vltra quãtitatem in ea poſitam. ¶ Et an requiratur ratificatio. ¶ Et detur actio contra tertios poſſeſſores. ¶ Societas vniuerſalis ex quibus probetur. ¶ Contrahens nomine alterius, & promittens de rato, an teneatur ad faciendum ratificare, ſi oſtendat mandatum. ¶ Et quid ſtante iuramento, & particulari prouiſione contrahentis ſuper tali ratificatione. ¶ Ceſſante intereſſe an poſſit obiici de non adimplemento. ¶ Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione actoris an ſint reficiendæ ¶ Deſiſtens à lite ſtatim, quod iura producuntur, an poſſint condemnari in expenſis, & in quibus. ¶ Et quid ſi proſequatur litem poſt illorum productionem. ¶ Indicatio jurium an ſufficiat, ſi illa debent produci ¶ Et quid ſignificet verbum producere. ¶ Sententia an ſit nulla, ſi non iuſtificetur ex actis. ¶ Iuſta cauſa litigandi an excuſet ab expenſis, quamuis adſit ſtatutum mandans victum in illis condemnari.

726 Fructus dotales an debeantur marito abſque aliqua mora, ſtatim quod ſuſtinet onera matrimonij, ſiue obligatio dotis ſit facta à patre, ſiue ab extraneo ¶ Et quid ſi adſit dilatio. ¶ Vel ſi fuit promiſſum ſoluere dotem ad omnem petitionem, & beneplacitum mariti. ¶ Promittẽs cum iuramento, quod vxor ratificabit an excuſetur factis diligentiis, quamuis non ſequatur ratificatio. ¶ Et an interim poſſit petere dotem, & fructus dotales. ¶ Defectus implementi circa vnum, an impediat, vt pars non teneatur in alio adimplere. ¶ Conſuetudo, & mos regionis, & ſtatutorũ an ſit ſeruandũ quo ad taxationẽ fructuum dotalium. ¶ Appellatio ſuſpenſiua an admittatur quo ad alimenta, & fructus dotis tam in præteritis, quàm futuris, ſeu debitis à die litis cõteſtatæ ¶ Promiſſio ſoluendi dotem an extendatur ad fructus. ¶ Et an pro eis competat eadem actio, quę pro dote. ¶ Fructus an ſint ſoluendi, niſi totũ prius impleatur. ¶ Et an ſecuto impleméto recuperentur.

717 Libri mercatorum & publicanorum, & aliorum officialium, quibus detur fides vigore ſtatuti, ſeu conſuetudinis, an probent ſolum in ſpectantibus ad eorum officium, non quo ad mutua, depoſita & mandata ¶ Et an inter præſentes tantum, & habentes cauſam ab eis, vel etiam inter abſentes. ¶ Et quid in libris æſtimi, viſitationum, & Datariæ, ac ſimilibus. ¶ Probatio plena an requiratur, quod aliquid ſit factum de commiſſione alterius, vel ſufficiat vnicus teſtis, qui deponat habuiſſe mandatũ. ¶ Contractus venditionis an probetur ex libro gabellæ, in quo illius ſolutio fuit deſcripta. ¶ Mercatori an credatur, ſi ſcribat in ſuis libris dediſſe pannos Titio de mandato Seij abſentis ita vt contra eum poſſit agi, quamuis dicti libri fidem faciant iuxta diſpoſitionem ſtatuti. ¶ Maior fides an ſit adhibenda ſcripturæ priuatæ, quam voci ſcribentis. ¶ Libri mercatorum, & officialium problicè deputatorum quando probent pro tertio contra tertium, tam ſuper eo, quod principaliter in eis ſcriptum eſt quam incidenter ſuper cauſa ſolutionis.

728 Exceptio compenſationis in quo differat ab aliis exceptionibus circa peremptionem actionis, & extinctionem debiti ante, vel poſt latam ſententiam. ¶ Creditor ſi poſt compẽſationem oppoſitam perſiſtat iudicialiter in petendo ſuum creditum an incidat in pœnam petentis, quod non debetur ¶ Declaratio extraiudicialis an ſufficiat ad inducendam compenſationem ¶ Approbatio liquidi an habeat executionem, quamuis adſit aliquid incertum examinandum. ¶ Compenſatio an æquiparetur veræ ſolutioni tam quo ad liberationem, quam quo ad effectum, vt quis cenſeatur conſtitutus in poſſeſſione exigendi, ſiue opponatur inter creditorem, & debitorem ſiue tertiũ. ¶ Exceptio compenſationis quando retardet obligationem cameralem iuratam ¶ Et quid in paupere. ¶ Inter ſocios, & mercatores. ¶ Et vbi proceditur de bono & æquo. ¶ In debito contracto poſt tempus contractæ obligationis ¶ In depoſito etiam facto in pecunia numerata, cuius dominium tranſit in depoſitarium ¶ Vel in depoſito cum depoſito. ¶ In caſibus non recipientibus dilationem ¶ In alimentis tam præteritis, quam futuris. ¶ In victualibus, charitatiuo ſubſidio, & penſionibus. ¶ Retentio an excludatur ſi prohibita ſit compenſatio. ¶ Et quid in depoſito tam irregulari confeſſionato, quam vero.

729 Donatio quando dicatur inofficioſa re, & conſilio, & re tantum. ¶ Et quo caſu reuocetur in totum, vel ſolum quo ad legitimam ¶ Et an confirmetur iuramento. ¶ Donatio de omnibus bonis præſentibus quando ſit valida. ¶ Et an tunc poſſit dici inofficioſa. ¶ Et quid ſi fiat de omnibus bonis ad fauorem extranei, & poſtea donans inſtituat hæredem filium, vel ſi quid etiam minimum per eum percipiatur ex teſtamento donantis, ſeu ab inteſtato, vel donatarius aliquid relinquat vni ex filiis eiuſdem donantis, an tunc detur querela inofficioſæ donationis. ¶ Tempus mortis an inſpiciatur ad cognoſcendum an donatio ſit inofficioſa. ¶ Et quãdo reſpectu legitimæ habeatur reſpectus etiam ad bona donata ¶ Donatio facta abſenti an illi acquiratur propter ſtipulationem notarij. ¶ Et an poſſit reuocari, ſeu qualificari, etiam ſi donatarius deceſſiſſet ante ratificationem. ¶ Et quando hæres habeat facultatem illam ratificandi. ¶ Filij hæredes patris an reuocent donationem inofficioſam etiã factã pio loco, & eam quæ non eſt de omnibus bonis, ſed de aliquibus, quæ æquipollent omnibus. ¶ Vel quando bona omnia non donantur vnica vice, ſed pluribus vicibus. ¶ Extraneus quis dicatur in materia donationis inofficioſæ. ¶ Et quanto tempore talis querela præſcribatur. ¶ Hæreditas an præſumatur eſſe ſoluendo.

730 Hypotheca ſpecialis, & reſeruatio dominij an operetur prælationem contra creditores etiam priuilegiatos. ¶ Verbum liberè quando reſtringatur ad materiam ſubiectam ¶ Officia notariatus capitolij an recipiant hypothecam, & poſſint alienari abſque beneplacito Apoſtolico quo ad titulum, & proprietatem, & ſcripturas præſentes, & futuras. ¶ Conſentiens alienationi pignoris quo caſu cenſeatur illud alienare ¶ Et qualis proteſtatio iuuet. ¶ Secundus emptor impetrans prius aſſenſum do-

mini aũ præferatur anteriori tam in bonis liberis, quam feudalibus ¶ Prior in ſorte quando ſit etiam in fructibus,& intereſſe,& hypotheca tacita.

¶ Dominium rei venditæ an tranſeat in emptorem non ſoluto toto pretio. ¶ Periculum rei emptæ cum reſeruatione dominij an ſpectet ad venditorem,ſeu emptorem poſtea illam conducentem.

¶ Res aliena an vendi poſſit,& dari in ſolutum.

¶ Quæ incontinenti fiunt quando cenſeantur inſ-ſe ¶ Tacens an conſentiat in præiudicialibus,& vbi ſcit ſuum ius durare,& non poteſt actum impedire. ¶ Clauſulæ acceſſoriæ quando ſequantur naturam principalis diſpoſitionis. ¶ Decretum irritans an cauſet aliquam anterioritatem, & præiudicet iuri tertij,&infirmet actum perfectum ante illius interpoſitionem. ¶ Mutuans pecuniam pro emenda militia non vacabili an præferatur in hypotheca aliis creditoribus.¶ Loca montium quare non recipiant hypothecam. ¶ Titulus officij an poſſit eſſe penes vnum,& dominium apud alterum,¶ Bona feudalia & non libera ſi reducantur ad allodialia, & concedantur pro ſe & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque, & quibus dederis, an poſſint alienari abſque conſenſu domini. ¶ Et ad quem effectum ſit neceſſaria illius requiſitio ¶ Admiſſio notarij, & expeditio litterarum reſeruata per Papam in breui reductionis notariorum Capitolij ad bona patrimonialia an fuerit ſolum pro conſeruandis iuribus Cameræ,& pro exercitio, non titulo, & proprietate officij.

731 Legitimus contradictor quis dicatur ad impediendam immiſſionem. ¶ Hypotheca an competat pro legatis ¶ Verba ſpectare, & pertinere an in ſententia contineant petitorium ¶ In poſſeſſorio adipiſcendæ an obſtet exceptio dolo facis, quod reſtituturus es. ¶ Retentio an ſit danda filio poſſidenti donec liquidetur eius legitima ¶ Remedium *l.ſi C.de edict.diu.Adrian.tollend.* an competat fideicommiſſario ante factam reſtitutionem re & verbo, vel re tantum, vel ſolum verbo.¶ Poſſidens an poſſit petere immiſſionem. ¶ Habens dominium an excludat publicianam.¶ Saluianum interdictum an detur fideicommiſſario ¶ Exceptio dominij incontinenti probandi an faciat ceſſare quodcumque poſſeſſorium. ¶ Retentio an detur habenti hypothecam. ¶ Præſumptio, quando ſit pro hærede, quod non adſint alia bona præter ea, quæ per eum ſint nominata.

732 Continuatio poſſeſſionis bonorum defuncti in hæredem an poſſit fieri per legem, ſtatutum, conſuetudinem,& Principem. ¶ Et an modus tranſlationis ſit realis & verus,vel fictus. ¶ Et an habeat locum in quocumque poſſeſſorio. ¶ Et tam in ſuo, quam in extraneo hærede. ¶ Et quid in legitimato. ¶ Et an ſufficiat quod quis ſit in poſſeſſione filiationis, & legitimitatis non obſtante quacumque exceptione oppoſita. ¶ Medium an detur inter mortem patris,& eſſentiam ſui hæredis.¶ Et quando in eu poſſi dici hæreditas vacans, ſi ſtatutum continuat poſſeſſionem in filios. ¶ Et an illa tunc licitè ab alio occupetur ¶ Et quid in extraneo hærede.¶ Suitas an ſit ius intellectuale, directum, non flexibile inducens immediatè continuationem dominij. ¶ Et quando habetur pro aditione, & immixtione, & operetur illud, quod in aliis aditio. ¶ Et quo caſu illa ſit probanda per creditores.¶ Et quando ad eorum inſtantiam Iudex abbreuiet tempus adeundi datum filiis.¶ Et an poſſit dari curator eorum hæreditati tanquam iacenti. ¶ Mandatum de capiendo poſſeſſionem ſine præiudicio habentium potiora iura, quid operetur. ¶ Et an poſſit cocedi per Iudicem ſecularem in rebus eccleſiaſticis. ¶ Et quando tractatur de dominio vtili inter laicos. ¶ Suitas,& ſeruitus realis an ſit indiuiſibilis tam quo ad ſubſtantiam,quam quo ad effectus.¶ Et qualiter huiuſmodi effectus cõſiderentur. ¶ Statutum loquens de poſſeſſione an extendatur ad quaſi poſſeſſionem.¶ In ſuo,vel extraneo hærede quãdo dicatur merum poſſeſſorium, ſeu mixtum quo ad poſſeſſionem tranſlatam vigore ſtatuti. ¶Bonorum appellatio quid comprehendat. ¶ Interdictum recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis an detur pro incorporalibus. ¶ Continuatio poſſeſſionis iuxta formam ſtatuti an competat pro re,cuius poſſeſſio cohæret perſonæ. ¶ Vel pro bonis emphyteoticis, & feudalibus. ¶ Et an interim ſit danda manutentio, donec cognoſcatur an illa non ſint tranſmiſſibilia ad hæredes ¶ In poſſeſſorio quales exceptiones admittantur. ¶ Filij an tranſmittant ad quoſcumque hæreditatem etiam non aditam.

733 Primipili antiquitus qui eſſent. ¶ Et an hodie in eorum locum ſucceſſerint Theſaurarij, ſeu Camerarij,& ſimiles qui adminiſtrant bona,& pecunias Regis & Reginæ.¶ Et quando in eorum bonis Camera, & Fiſcus præferatur anterioribus creditoribus, etiam pro dote. ¶ Et quid in bonis paraphernalibus vxoris. ¶ Et an filij, quamuis non ſint hæredes patris, teneantur pro male geſtis per patrem in officio primipilatus ¶ Et an prius ſint diſcutienda bona patris, antequam deueniatur ad bona dotalia, & filiorum ¶ Pater quando teneatur pro filio malè adminiſtrante officium ſibi commiſſum. ¶ Et quid è contra in filio pro patre.¶ Et quando agens contra filium ex perſona patris debeat probare illũ eſſe hæredem ¶ Per obitum emphyteutæ,& grauati fideicommiſſo,ſeu habentis dominium temporale an ſit extincta illius obligatio. ¶ Hæres ſi acquirat aliquid ex ſua induſtria de bonis hæreditatis an illud imputet in hæreditate,& fideicommiſſo,vel ſit proprium ipſius, ita vt non teneatur legatariis, & aliis creditoribus hæreditariis ¶ Portio donatarij mortui quando accreſcat alteri condonatario.

734 Nullitas primæ ſententiæ quando influat in ſequentes. ¶ Verba ex integro procedas, quomodo intelligantur ¶ Actio ſpolij an detur, ſi Iudex, ſeu Princeps nulliter proceſſit. ¶ Et quæ nullitas debeat,eſſe. ¶ Et an ſit concedenda reintegratio tam poſſeſſionis, quam fructuum, & acreſſionum vſque ad minimum quadrantem. ¶ Exceptio dominij etiam incontinenti probandi an admittatur contra ſpoliatum. ¶ Poſſeſſio ſpoliatiua an ſit cooſirmanda, ſi de nouo deberet concedi. ¶ Et quando competat retentio ſi agatur condictione indebiti. ¶ Vel vbi adeſt hypotheca, & docetur de credito. ¶ Et quale illud debeat eſſe. ¶ Spolium quando ante omnia ſit purgandum. ¶ In reſcripto an narratio attendatur. ¶ Verbum procedat quid ſignificat. ¶ Expenſæ quando ſint reficiendæ, ſi cauſa ex integro eſt cognoſcenda. ¶ Et quid ſtante clauſula arbitrio Rotæ. ¶ Iudex quo caſu poſſit procedere ad vlteriora ex eiſdem actis ſtante nullitate ſententiæ ¶ Et quando acta valida ſint

ad ſint reiterāda, ſi ſunt indiuidua, & habēt dependentiam ex actis inualidis. ¶ Ceſſio an requiratur ad effectum retentionis. ¶ Sententia nulliter lata, quādo poſſit confirmari, ſi conſtat de illius iuſtitia.

735 Statutum prohibens fideiuſſionem fieri ad fauorem forenſium an ſit validum. ¶ Et quando illi poſſit renunciari etiam cum iuramento. ¶ Et an comprehendat cauſam dotis ¶ Dictio omnino quid ſignificet, ¶ Ius ciuile quandu ſit ſeruandum in foro animæ. ¶ Dos quo caſu ſit comprehenſa in diſpoſitione generali. ¶ Et an pro ea poſſit quilibet obligari etiam abſque ſolemnitate per ſtatutum requiſita. ¶ Conſtitutio per quam prohibetur alienatio in exteros, an valeat, & ſit fauorabilis, vel odioſa, quamuis ſit pœnalis & diſponat de certa ſpecie perſonarum. ¶ Et an extendatur ad præſcriptionem, & ad cauſam dotis, & alimentorum. ¶ Prohibitus alienare, quando poſſit facere actum ex quo ſequatur alienatio.

736 Poſſeſſio ciuilis remanens apud dominum directum quando operetur, vt poſſit ei dari manutētio. ¶ Statutum continuans poſſeſſionem donorum defuncti in filium in quibus caſibus procedat. ¶ Exhibitio iurium quando ſit facienda probato intereſſe. ¶ Edictum de edendo an habeat locum contra ſucceſſorea ¶ Et quando illi conueniantur ex eiſdem actis inchoatis cum anteceſſore. ¶ Inſtrumentum exemplatum tam à notario, qui de eo fuit rogatus, quam ab altero, quo caſu dicatur originale, ita vt non ſit neceſſaria citatio. ¶ Legalitas notarij an ſit probanda. ¶ Scripturæ compulſatæ quando ſint in forma probanti. ¶ Et an defectus citationis obſtet, ſi iudicium fuit inchoatum in curia, & in compulſoribus ſit citatus procurator, qui nominauit procuratorem in partibus ad aſſiſtendum extractioni, ita vt eo non reperto valeat extractio abſque vlteriori citatione. ¶ Exemplatio, quæ ſit ob timorem amiſſionis probationum, quas ſolemnitates requirat. ¶ Et an ſit facienda per publicam perſonam. ¶ Aſſertioni notarij circa eius deputationem, & nuncio referenti citaſſe de mandato iudicis an ſit credendum tam de ſtylo, quam de iure.
¶ Scripturæ repertæ in archiuio quando probent, & requiratur probatio temporis repoſitionis.
¶ Conſuetudo de habenda fide iuribus in archiuio exiſtentibus an ſit contraria iuri communi, & quando debeat eſſe præſcripta ſpatio triginta annorum.
¶ Vaſalli an admittantur in teſtes pro domino.
¶ Falſitas an reddat teſtem inhabilem in totum, quamuis deponeret per verbum credit, & in articulo impertinenti. ¶ Bona libera ſubrogata in locum feudalium quando ſint effecta feudalia.
¶ Confeſſio vaſalli an probet feudum. ¶ Probationes imperfectæ quo caſu coniungantur. ¶ Permixtio in cataſto bonorum allodialium cum feudalibus an operetur incertitudinem ob quam non poſſit ferri ſententia ad fauorem domini feudi. ¶ Depoſitio teſtium contraria confeſſioni partis an ſit conſideranda, ita vt non præualeat confeſſio.
¶ Feudum an arguatur ex præſtatione fidelitatis, & ex deſcriptione bonorum in regiſtro, & de vno prędio ad aliud. ¶ Fœminæ quando ſint capaces feudi tam paterni, quam antiqui in præiudicium agnatorum. ¶ Et quid in conceſſione remuneratoria.
¶ Vel cum facultate alienandi. ¶ Vel pro hæredibus & ſucceſſoribus. ¶ Exiſtentia ſcripturarum quando præſumatur in ſucceſſore in dignitate. ¶ Et an illi poſſit obiici exceptio attentatorum anteceſſoris.

737 Conſenſus præſtitus ad exigendum pecunias extantes penes inquilinos an extendatur ad exactas. ¶ Et quid ſignificet verbum extantes, & penes, & pecunia exacta ¶ Mandatum ſpeciale quo ad certas res, perſonas, & cauſas, an intelligatur ſolum quo ad illas nominatas, quamuis poſtea ſequerentur clauſulæ generales quo ad omnes. ¶ Confitens penes ſe habere pecunias an poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Verba generalia quando intelligantur iuxta ſubiectam materiam, & recipiant reſtrictionem, quam diſponens adiecit, & referantur ad ea, quæ ſunt ſpecialiter demandata, & limitentur per ſuam rationem, & cauſam ¶ Quietans generaliter de omni eo, & toto, quod poſſet prætendere occaſione ſeruitutis, an cenſeatur quietaſſe de legato ſibi relicto ob ſeruitutem. ¶ Mandatum quando ſit plenè probandum etiam ſi agatur incidenter, nedum principaliter. ¶ Et quando ſufficiant coniecturæ cum aſſertione notarij.
¶ Tranſlatio Epiſcopi an cenſeatur facta de conſenſu ipſius, ſi procurator ſoluit annatam. ¶ Præſumptio quando oriatur ex præſumptione, & duæ fictiones poſſint ſimul ſtare. ¶ Et quid ſi vna veniat in conſequentiam alterius. ¶ Vel circa diuerſa
¶ Mandatum ſubſtituti an expiret per mortem ſubſtituentis, tam ſi ſubſtituat nomine proprio poſtquam eſt factus dominus litis, quam ex facultate ſibi data ab ipſo principali.

738 Verba diſcretioni tuæ, & conſcientiam oneramus an impediant ſubdelegationem. & importēt, quod ſit electa induſtria perſonæ. ¶ Et an idem ſignificent, quod iudicio tuo. ¶ Auditores Cardinalium Legatorum de latere an faciant idem tribunal, & habeant iuriſdictionem ordinariam. ¶ Aſſertioni Cardinalis quando ſit credendum. ¶ Stylus non citandi ad vitandum iurare teſtes an ſit validus.
¶ Et quomodo intelligantur verba admiſit, commiſit, & monuit. ¶ Et an inducant præſentiam partium. ¶ Mandatum an debeat eſſe ſpeciale in cauſis matrimonialibus. ¶ Et an ſufficiat clauſula cum libera, & ad lites motas, & mouendas ¶ Procurator quando dicatur acceptaſſe mandatum, & illud ad ſpeciem deduxiſſe. ¶ Facultas recipiendi iuramentum an ſit data ſtatim, quod examen committitur.
¶ Et an talis receptio poſſit committi notario.
¶ Examen commiſſum laico in cauſis eccleſiaſticis, quando ſuſtineatur. ¶ Solemnitates ſtatuti an ſint neceſſariæ in mandato ad lites facto per minorem.
¶ Omiſſio licentiæ ſuperioris in diſpoſitione teſtis Monachi an attendatur, tanquam ſit leuis ſolemnitas. ¶ Sententia ſeparationis thori quando tranſeat in iudicatum. ¶ Sæuitia viri ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingulares ¶ Et quando præbeat cauſam ſeparationis thori, & reſtitutionis dotis, & fructuum, & augmenti. ¶ Et quo caſu talis reſtitutio ſit plenaria abſque eo, quod deſeruiat oneribus matrimonij, & alimentationi liberorum.
¶ Cautio oblata per maritū quando ſit admittenda, vt vxor ei debeat reſtitui. ¶ Correctio vxoris an permittatur mariro ¶ Et an valeat eius promiſſio de illam non corrigēdo. ¶ Teſtes an poſſint examinari extra locum iudicij. ¶ Iniuſtitia ſententiæ an ſufficiat ad concedendam reſtitutionem in integrum.

¶ Veſtes,& iocalia quando præſumatur donata per virum vxori. ¶ Separatio thori quando æquiparetur diuortio. ¶ Et an concedatur propter adulterium. ¶ Teſtes ſuper ſæuitia viri an præualeant teſtibus contrarium deponentibus. ¶ Vxor quando ſit alenda ex fructibus dotis ſtante ſententia ſeparationis thori.

739 Dos an ſit plenè probata ex verbis enunciatiuis prolatis per fratres in diuiſione inter eos facta, in qua dictum fuit, vt vnus ex eis debeat deducere tantam dotem ſuæ vxoris. ¶ Et quid in mutuo, & aliis caſibus non priuilegiatis in eadem diuiſione enunciatis. ¶ Et quando in eis ſit dandum iuramentum in ſupplemetum. ¶ Verba enunciatiua an probent ad fauorem abſentis, & dotis piæ cauſæ,& liberorum. ¶ Et quid ſi ſint de futuro, & iurata, & emiſſa à ſciente. ¶ Et quando faciant præſumptionem,per quam transferatur onus probandi in eum, qui enunciauit ¶ Et ligent ſucceſſores,& habentes cauſam ab enunciante. ¶ Diuiſio inter fratres an ſit quædam ratio inter eos compoſita,quæ inducat probationem contra confitentem ad fauorem abſentis ſi de ea ſit facta ſcriptura. ¶ Liber rationum confectus inter tutores an probet pro tertio.

¶ Subhaſtatio ex quibus ſit nulla. ¶ Et quando procedat à radice infecta, ita vt non excludat manutentionem & remedium ſpolij. ¶ Deliberatio pro ſumma debita de re maioris valoris an ſit valida, ſi reſiduum reſtituatur debitori. ¶ Dos, & illius ſolutio an probetur ex coniecturis. ¶ Expenſæ quando præſumantur factæ ab eo, qui tenetur illas facere ex debito ſui officij, & de propriis pecuniis.

740 Conductor quando poſſit recedere à locatione propter ſuperuenientem dignitatem præſidatus,vel ob aliam iuſtam cauſam belli, peſtis, malorum ſpirituum,& ruinæ domus cum ſimilibus. ¶ Diſpoſita ad fauorem locatoris circa receſſum à locatione an habeant locum etiam in conductorem non habito reſpectu plenioris dominij, quod eſt in locante.

¶ Contractus an cenſeatur celebratus iuxta conſuetudinem loci. ¶ Et quomodo illa ſit probanda.

¶ Correlatiuorum quãdo idem ſit iudicium tam in diſpoſitione legali,quam conuentionali. ¶ Et quando in eis admittatur inæqualitas. ¶ Pactum conductoris,vt non expellatur à conductione an iuuet locatorem, vt poſſit cogere conductorem ad permanendum in locatione. ¶ Stipulatio vnius ex correlatiuis ob inobſeruantiam conuentorum an extendatur, vt alter poſſit prætendere ſimilem rem ob contrauentionem pactorum. ¶ Fundus locatus cum conditione, vt ſi non ex pacto colatur,poſſit alteri locari præſtando quo minoris locaretur, ſi poſtea locetur tanquam non bene cultus pro ampliori penſione,an liceat locatori tale augmentum petere. ¶ Vnus ex correlatiuis ſi renunciet *lib. 2. C. de reſcind. vendit.* quando alter cenſeatur renuntiaſſe.

¶ Pactum de retrouendendo appoſitum per venditorem an iuuet emptorem,vt poſſit cogere ad redimendum. ¶ Stipulatio locatoris, vt conductor denunciet receſſum ante finitam locationem, alias cenſeatur facta relocatio, an operetur, vt locator debeat facere ſimilem renunciationem inquilino.

¶ Remiſſio, & donatio vnius ex contrahentibus quando extendatur ad alium correlatiuum, qui ita non diſpoſuit ¶ Stipulatio vltro citroque an producat obligationem,ſi vtrimque non interponatur.

¶ Excepiones quales debeant eſſe, vt retardent obligationem cameralem ¶ Exceptio conſiſtens in iure abſque aliqua probatione facti an ſtatim ſit admittenda, ita vt impediat executionem.

741 Diſpoſitio teſtatoris quando extendatur de caſu ad caſum. ¶ Vel debeat intelligi iuxta ius commune. ¶ Et quales coniecturæ admittantur. ¶ Et an vnica ſufficiat. ¶ Alternatiua quando tribuat cuilibet inſolidum diſpoſitionem, & in vnoquoque inſolidum agat, & in vno vero efficiat totam orationem affirmatiuam veram ¶ Mandans filias ſuccedere in ſtirpes, non in capita an dicatur eas coniunctim ſubſtituiſſe. ¶ Et quando dicta clauſula in ſtirpes poſita in fine ſubſtitutionis determinatæ ab vno, & eodem verbo ſubſtituit, efficiat vnitatem orationis, & reſpiciat perſonas ſupra nominatas.

¶ Filiæ quo caſu dicantur ſubſtitutæ ſuis patribus referendo ſingula ſingulis. ¶ Pluralitas quando reſoluatur in ſingularitatem. ¶ Subſtitutio ſi deficit, an bona in ea comprehenſa per ius accreſcendi,ſeu non decreſcendi ſint in totum acquiſita pro indiuiſo alteri verbis coniuncto. ¶ Ius accreſcendi an dicatur tacita ſubſtitutio ¶ Et quando illud impediatur per tacitam vulgarem quamuis ſit filius teſtatoris ille,qui conatur admitti per ius accreſcendi.

742 Denunciatio in materia retractus quando ſit de forma ita vt non ſufficiat ſcientia. ¶ Et quæ vicinitas requiratur, vt ſit illi locus. ¶ Ius redimendi an ſit præſcriptum ſpatio triginta annorum. ¶ Vel ſufficiant decem anni inter præſentes,& viginti inter abſentes. ¶ Perſonæ eccleſiaſticæ quando ligentur ſtatuto iuris congrui tam actiuè,quam paſſiuè. ¶ Fauore eccleſiæ, quo caſu quis poſſit cogi ſuam rem vendere. ¶ Et quæ requirantur,vt Iudex interponat officium ſuum ad talem coactionem.

¶ Beneficium retractus an competat hæredi grauato. ¶ Et an talis hæres ſit dominus pleno iure, vel vſufructuarius tantum. ¶ Priuilegium iuris congrui an habeat locum in emphyteuſi,& in habente rem cum pacto reuendendi,ſeu addictionis in diem,vel legis commiſſoriæ, & in venditione conditionali ſiue modali. ¶ Conſtitutio ſuper retractu loquens de ſolutione an procedat in compenſatione. ¶ Denunciatio non veri ſeu incerti pretij,quando excuſet volentem retrahere. ¶ Dominus cenſus an præferatur in venditione rei habenti facultatem retrahendi. ¶ Bulla iuris congrui an habeat locum in vineis. ¶ Et an qualitates maioris pretij,culturæ ædificij,& menſuræ debeant ſimul concurrere,vt poſſit quis cogi ad illas vendendas. ¶ Dictio cuilibet, & omnis quando ſtet collectiuè, ſeu diſtributiuè.

¶ Appoſitio horæ an faciat,vt quis præferatur cuicumque actui non habenti horam ita vt ſit inducta prioritas executionis. ¶ Dictio non ſolum, & non tantum & nec tantum an ampliet diſpoſitionem, quando ſequitur dictio ſed, ſiue verum ¶ Donans non ſolum veſtes, ſed libros an vtrumque cenſeatur donare. ¶ Vicinus an præferatur in retractu ſtante indigentia ¶ Et an præualeat maior adiacentia, & cohærentia, & vicinias. ¶ Et quando dicatur talis ad effectum retrahendi. ¶ Clauſula non obſtantibus, motu proprio an habeat vim ſpecialis derogationis iuris communis concilij, & cuiuſcumque priuilegij etiam non inſerti in corpore iuris.

743 Ius petendi legitimam, & trebellianicam an tranſ-

tranſmittatur in hæredem etiam extraneum. ¶ Et quando per approbationem teſtamenti ſit illi renunciatum. ¶ Bona alienata, & credita exacta per filiū quando i imputentur in legitimam. ¶ Et quid ſi non eſſet vtilia talis imputatio, an ſit permiſſum filio variare, & redimere res alienatas ad euitādam talem imputationē. ¶ Et qualiter in hoc iudex debeat arbitrari. ¶ Filius an ſit grauandus, vt deducat ſuam legitimam in bonis minus vtilibus ¶ Debitor, qui aſſignauit domum ei, cui ſunt præſtanda alimēta, an poſſit aliam ſubrogare ¶ Filius, & illius hæres an poſſit impugnare alienationes per defunctum factas, ſi remaneant ſaluæ ſuæ detractiones in aliis bonis. ¶ Et quid in hærede hæredis. ¶ Et confecto, vel non facto inuētario. ¶ Aſſertioni hęredis quod non adſint bona ſufficientia pro detractionibus ſibi debitis an ſit ſtandum, ſi non confecit inuentarium, aut pro eo non militet aliqua pręſumptio ¶ Filius an poſſit eligere legitimam in bonis vtilioribus in præiudicium fideicommiſſarij.

744 Legitimatus quando comprehendatur in ſtatuto ſimpliciter loquente de filio. ¶ Legitimatio ſola an ſufficiat in præiudicium tertij, vel etiam ſit probandum, quod legitimatus ſit filius patris in legitimatione nominati. ¶ Et an per legitimantem poſſit apponi clauſula, quod legitimatus ad talem probationem non teneatur. ¶ Vulgo quæſitus an poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium, ita vt ſuccedat etiam in bonis fideicommiſſo ſubiectis. ¶ Illegitimus an ſit comprehenſus in ſubſidio cōceſſo ſcholaribus pauperibus per vniuerſitatem nobilem, aut eccleſiam. ¶ Filiatio & agnatio an probetur non verificato, quod ſit legitima. ¶ Ratio naturalium an habeatur ſolum quoad reuerentiam parentum, vel etiam quo ad commodum, & honorem filiorum. ¶ Statutum eximens filium à gabella an intelligatur de naturali, & vulgo concepto. ¶ Conſtitutio compellens ad compromittendum, & ad tractatum an comprehendat legitimatos. ¶ Qualitas, & conditio matris publicè pluribus proſtitutæ an ſit exprimenda, vt valeat legitimatio.

745 Executio trium conformium quando impediatur, & poſſit implorari officiū iudicis propter notoriam iniuſtitiam, & nullitatem. ¶ Præueniens in ædificando quo caſu præferatur vicino habenti ius retractus. ¶ Et quid ſi adſit ius potentius & maior portio, & ornatus, vel dominium cum ſimilibus. ¶ Præoccupatio effectualis in demoliendo an ſufficiat, ita vt cæptum habeatur pro completo. ¶ Incipiens laborare in flumine pro aqua ducenda an præferatur ei qui poſtea incepit, licet prius perfecit opus aquæ ducendæ. ¶ Dominus quando ſit præferendus in ædificio rei ſuæ vicino volenti retrahere. ¶ Et quid ſi ædificium fiat ad æmulationem. ¶ Et qualiter illa probetur. ¶ Caſus mixtus quando veniat in bulla retractus ¶ Et an illa ſit fauorabilis. ¶ Et an habeat locum in habente partem domus ſeu ſeruitutem. ¶ Et in vineis. ¶ Et quę requirantur. ¶ Et an omnes qualitates ſint probandæ. ¶ Vſufructuarius an poſſit locare rem, in qua habet vſumfructum. ¶ Dominus an cogatur partem domus vendere vicino retrahenti. ¶ Diuiſio ratione commodioris culturæ an faciat fundos diuerſos. ¶ Et quando poſſit retrahi vna res ſine alia. ¶ Bona conceſſa in emphyteuſim cum pacto affrancandi an iudicentur pro puta venditione, ita vt priuatus emphyteuſi cadat etiam à dicto pacto, tam ſi fuerit factum incontinenti, quam ex interuallo. ¶ Et quando illegitimi ſint capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ conceſſæ cum eodem pacto affrancandi. ¶ Et an illud tranſeat ad hæredes, & pręſcribatur. ¶ Identitas an ſit præſumenda ſi probetur qualitas, quę concordet. ¶ In concurſu plurium an ius congrui competat præoccupanti, vel potius coniuncto à maiori parte. ¶ Fundus quando deſinat eſſe dotalis propter æſtimationem ¶ Et quo caſu poſſit retrahi vigore Bullæ Gregorianæ. ¶ Bona emphyteutica data in dotem præuia æſtimatione quando poſſint alienari abſque conſenſu domini.

746 Reſignans officium ob metum mortis, ſeu ob aliam cauſam an teneatur, illa non ſecuta, nouas litteras patentales expedire ¶ Laudemium, & Gabella an debeat ſolui ex actu valido, qui non habuit effectum ¶ Habens facultatem nominandi, an illam à ſe abdicet, ſi nominatio per eum facta non ſortiatur effectum. ¶ Et quid in optione, præſentatione, inſtitutione, & ſimilibus ¶ Renuncians beneficium ſimpliciter, ſi ad illud reuocat, an recuperet locum, & prærogatiuas antiquitatis ¶ Et quid in renunciatione conditionali, & quoties quis cedit vigore regreſſus. ¶ Et quando tales reſignationes extinguant titulum, & ab dicent ius à reſignante, ita vt requirantur nouæ litteræ collationis. ¶ Differentia qualis ſit inter reſignationes officiorum, & beneficiorum.

747 Subſtitutio quando expiret ob defectum conditiones etiam in compendioſa continente vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam. ¶ Filij poſiti in conditione quo caſu cenſeantur diſpoſitiuè vocati. ¶ Clauſula omni meliori modo an operetur tam ad onus hæredum inſtitutorum, quam ab inteſtato, vt hæreditas reſtituatur filiis poſitis in conditione. ¶ Conditio ſi ſine liberis adiecta in vulgari an excludat ſequētem ſubſtitutum, quamuis ille, qui cum liberis deceſſit, commodum hæreditatis non habuerit, etiam in compendioſa continente plures fideicommiſſarias, & plures vulgares in fideicommiſſo. ¶ Filij, qui non poſſunt ſuccedere patri ob non delatam illi ſucceſſionem tanquam præmortuo ante teſtatorem, vel ſuperſtite primo hærede, an ſint per tacitum fideicommiſſum inuitati, licet ſint poſiti in conditione ¶ Sequentes in gradu an admittantur, ſi mediæ ſubſtitutiones ſunt caducatæ ob defectum conditionis, ita vt ſuccedant etiam primo hæredi tam in compendioſa, quam in fideicommiſſaria. ¶ Et an debeat attendi, quod ſit purificata conditio, ſub qua fuit vocatus ſubſtitutus, vel conditio adiecta primo hæredi, & ſub qua illi fuit facta ſubſtitutio ¶ Doctrina Bart. *in l. quam diu. ff. de acquir. hæredit.* quomodo intelligatur. ¶ Deficiente primo ſubſtituto quando hæreditas remaneat penes hæredem grauatum cum onere reſtituendi ſecundo.

748 Promittens aliquid facere in termino collato ad voluntatem eius, cui debet adimpleri, an dicatur negligens, ſi non offerat ſe paratum ad faciendum, vel potius debeat pręcedere requiſitio, & declaratio volūtatis. ¶ Et an hoc procedat tam reſpectu loci, quam temporis, ita vt in materia morę de vno ad aliud arguatur. ¶ Teſtis deponens quod venditor interpellauit emptorem, vt adimpleat conuentionem, an ſemiplenè probet & transferat

onus probandi in aduerſarium. ¶ Veriſimilitudo, quando attendatur ad hoc, vt reſultet plena probatio. ¶ Arra quo caſu poſſit exigi, & ſit locus pœnitentiæ per illius reſtitutionem tam de iure quam ex ſtatuto Vrbis. ¶ Renunciatio emptionis quando cenſeatur inducta per lapſum temporis in ea præfixi, ita vt non audiatur emptor volens poſtea adimplere. ¶ Venditor obligatus reſignare officium an debeat requirere emptorem, ſi in tempore ſtatuto non ſoluerit, ſeu depoſuerit pretium iuxta conuentionem per eum factam. ¶ Adimplementum conditionis per quem ſit verificandum cum qualitatibus in ea contentis. ¶ Et qui ſi ſint à iure præſumptæ ¶ Clauſula, & non alias, quando inducat formam, & reſoluat actum, ac ſi geſtus non fuiſſet. ¶ Negatiua non facti depoſiti quomodo probetur. ¶ In facto antiquo an credatur teſtibus dubitatiuè loquentibus.

749 Teſtis vnicus quando plene probet de facto proprio. ¶ Producens teſtes an poſſit declarare, quod vult vti eorum depoſitionibus in omnibus, præterquam in tali, & tali parte. ¶ Donatio ob cauſam an veniat in ſtatuto loquente de donatione. ¶ Inſtrumentum habens executionem vigore ſtatuti. ſeu guarantigiæ an perdat priuilegium executiuum, ſi coadiuuetur, aut declaretur teſtibus, ſeu alijs extrinſecis probationibus. ¶ Beneficiũ *l. ſi C. de edict. diu. adrian. tollen.* quod datur hęredi producenti ſcripturã teſtamenti non cancellati, quando concedatur etiam hæredi probanti inſtitutionem per teſtes. ¶ Statutum admittens probationem ex ſcriptura tantum non ex teſtibus, an reiiciat probationem ex confeſſione. ¶ Acta quando dicantur publica. ¶ Amiſſio ſcripturæ quomodo probetur. ¶ Executio inſtrumenti competens vigore ſtatuti an ſit danda probanti conuentionem per teſtes poſtea in ſcriptis redactos, vel per confeſſionem partis. ¶ Et de vtilitate iſtius probationis ad effectum habendi priuilegium executiuum ¶ Donatio an dicatur contractus nominatus olim & hodie.

750 Eccleſia, & mulier quando obligentur abſque ſolemnitatibus ſtante receptione pecuniarum, & mercium. ¶ Inſtitor præpoſitus vniuerſali adminiſtrationi an dicatur factor, & procurator magnus. ¶ Habens facultatem cum libera, & cum clauſula faciendi quidquid præponens poſſet, an dicatur habere mandatum etiam ad donandum, & renunciandum appellationi & exceptioni peremptoriæ. ¶ Merces datæ vxori pro veſtiariis an ſint ſoluendæ per maritum. ¶ Et an illius bona ſint obligata pro alimentis vxoris, ſicut pro dote. ¶ Maior ætate an poſſit donare abſque ſolemnitatibus conſtitutionis Marchiæ. ¶ Remiſſio iurata alimentorũ quando ſit inualida. ¶ Bona donata ad fauorem clericatus an poſſint alienari. ¶ Taxatio reſtricta quo ad vnum effectum an præſeruet ius quo ad alios effectus. ¶ Procurator in rem propriam an ſit dominus. ¶ Et quando ſtatutum loquens de procuratore comprehendat eum, qui eſt in rem ſuam. ¶ Fructus an acquiratur domino quãuis alius ſeuerit proprio ſemine. ¶ Donatio ob cauſam alimentorum, & clericatus an veniat ſub ſtatuto loquente de donatione.

751 Teſtamentum poſterius quando præualeat primo, ita vt ex eo tanquam reuocato nulla poſſit ſumi interpretatio, aut repetitio alicuius qualitatis, ſed potius illius reiectio. ¶ Contractus geſti in teſtamento an habeant ſtatim effectum à die celebrationis illius, non expectatá morte teſtatoris, quamuis ſit inualidum ¶ Et an ſufficiat probatio duorum teſtium. ¶ Legitima quando debeat calculari inſpecto ſtatu, in quo erant bona tempore obitus teſtatoris. ¶ Et quid ſi agatur ad reuocandum donationem inofficioſam ¶ Princeps confirmando primogenituram, in qua prohibetur legitima, quo caſu cenſeatur confirmaſſe etiam illius prohibitionem. ¶ Et quando per filium poſſit dici illi renunciatum acceptando fideicommiſſum. ¶ Perceptiones & augmenta an cedant ad onus, ſeu vtilitatem fideicommiſſarij, & non hęredis grauati. ¶ Bona ſubrogata in locum bonorum maioratus quando aſſumant naturam illorum. ¶ Et quo caſu pretium potius dicatur ſubrogatum. ¶ Confirmatio teſtamenti ſeu donationis ad inſtituendam primogenituram facta per Principem cum certis qualitatibus an poſſit per partes alterari illo inconſulto. ¶ Reuocatio contractus celebrati in teſtamento an admittatur, ſicut admittitur reuocatio teſtamenti. ¶ Proteſtatio quod cenſus ſit conſtitutus iuxta formam Bullæ Pij V. an operetur, vt omnia geſta contra illiùs tenorem ſint habenda pro non appoſitis. ¶ Et quando requiratur vtriuſque partis conſenſus, vt tales proteſtationes valeant, & non ſint contrariæ facto.

752 Ius congrui quando habeat locum in vineis. ¶ Suſpitio falſitatis in ciuilibus an habeatur pro falſitate. ¶ Socius quo caſu poſſit locare rem communem. ¶ Mandatum ſpeciale an requiratur ad locãdum. ¶ Aditio an probetur ex poſſeſſione bonorum hæreditatis. ¶ Et quando ſtetur declarationi poſſidentis. ¶ Vltimus ſtatus an attendatur, vt res poſſit dici ſolita locari. ¶ Vnica locatio an ſufficiat ad effectum retractus vinearum. ¶ Reſponſio an ſit admittenda, quod qui vult vti depoſitionibus teſtium quatenus ſint boni, & veritatem dicant. ¶ Et quid in inſtrumentis. ¶ Vicinus an comprehẽdatur in bulla iuris congrui, vel ſolum procedat in extraneis ementibus. ¶ Cannetum quando ſit de pertinentiis vineæ, & augeat pretium illius in retractu. ¶ Incorporatio vnius domus cum alia an impediat manutentionem. ¶ Ædificia an ſint deſtruenda, vel potius ſuſtineantur propter decorem Vrbis, quamuis à principio non potuiſſent fieri. ¶ Pretium iuſtum an ſit illud, cuius fructus in viginti annis æquant ſortem principalem. ¶ Venditio plurium rerum ſub vnico pretio an ſit indiuidua. ¶ Statutum præferens conſortem in venditione partis conſortis an habeat locum quando duo ex fratribus vendunt res communes de conſenſu aliorum duorum fratrum nolentium poſtea ratificare venditionem ¶ Et quando ſit intelligendum de contractibus efficacibus, non autem de nullis, aut effectum non ſortientibus. ¶ Vtile per inutile an vitietur in indiuiduis. ¶ Et an diuidua poſſint fieri indiuidua de voluntate contrahentium. ¶ Conſors an præferatur in portione conſortis vendita. ¶ Et an ſtatutum in hoc ſit validum ¶ Res venalis quæ ſit dicenda, & quando præſumatur vendita de communi conſenſu. ¶ Stylus deciſorius quomodo ſit probandus ¶ Et quando poſſit introduci per Iudices. ¶ Et an ſtante illius varietate ſit recurrendum ad ius commune. ¶ Exiſtens in poſſeſſione ſeruitutis an teneatur probare talem ſerui-

lem ſerui-

rem ſeruitutem ad ſe ſpectare. ¶ In feneſtris quando quis poſſit cogi tenere crates ferreas, vel ad reponendas, ſi extabant, & fuerunt amotæ.

753 Producens teſtes quando cenſeatur illus approbare. Mediator an repellatur à teſtificando etiam in cauſa dotis. ¶ Confeſſio abſente parte per quot teſtes ſit probanda. ¶ Iudicatum quando poſſit dici, vt ſit locus actioni, quæ ex ſententia oritur. ¶ Teſtis deponens de facto proprio an probet. ¶ Et quando cenſeatur de eo deponere. ¶ Extraneus ſtipulans dotem futuro marito, ſeu mulieri, quo caſu illis acquirat actionem, & admittatur eius depoſitio ſuper dote promiſſa, & ſit teſtis idoneus cedens pro ceſſionario. ¶ In cauſa dotis quando ſufficiant præſumptiones & coniecturæ. ¶ Correctio, & declaratio an ſit admittenda in teſte. ¶ Iuramentum in defectum plenæ probationis an debeat deferri ſtante leuiſſima ſuſpicione teſtium.

754 Poſſeſſor quando habeat interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis. ¶ Probationes leuiores an ſufficiant, ſi non agitur principaliter de viribus matrimonij, ſed ad effectum ſuccedendi. ¶ Et quid in materia poſſeſſoria. ¶ Legatarius an poſſit implorare officium Iudicis pro conſequenda re legata ¶ Et quando illud etiam detur filiæ, & nepti ex fratre cum interdicto vtili quorum bonorum.

¶ Legitimatus ad quam portionem hæreditatis admittatur iuxta ſtatutum Vrbis. ¶ Et de differentia inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum. ¶ Quaſi poſſeſſio filiationis an ſatis ſit, vt filius immittatur in poſſeſſionem bonorum patris, & aliorum. ¶ Et ex quibus præſumptionibus, & coniecturis illa probetur. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an ſufficiant duæ coniecturæ etiam de per ſe imperfectæ. ¶ Matrimonium clandeſtinum quando faciat filios illegitimos.

¶ Iudicium ſummarium an admittat exceptiones requirentes altiorem indaginem. ¶ Fides Parochi an probet matrimonium à ſe contractum, quamuis non ſit iurata. ¶ Probatio præſumptiua legitimitatis an admittatur, vt filius obtineat immiſſionem. ¶ Et quid in legitimatione ſtandi in iudicio, an illa ſit plenè probanda. ¶ Interdictum retinendæ, & rei vendicatio an poſſit ſimul intentari. ¶ Matrimonium quando probetur ex confeſſionibus coniugum. ¶ Et quid in hoc operetur temporis antiquitas ¶ Et quales debeant eſſe teſtes deponentes contra matrimonium. ¶ Pater nominans filium, & illum inſtituens, an reddat eum legitimum ¶ Et an inſurgat præſumptio, quod contraxerit matrimonium cum matre eiuſdem filij.

¶ Color, & apparentia legitimitatis an detur in filio, quem conſtat eſſe naturalem.

755 Laudum quando habeat vim pacti, & tranſactionis, ac rei iudicatæ. ¶ Conceſſio piſcandi tempore, quo lacus fuerit affictatus an habeat locum ſi piſces vendantur. ¶ Beneplacitum quando denotet liberam facultatem abſque alicuius impedimento. ¶ Venditio an ſit dicenda, vel potius locatio, ſi vendatur commoditas percipiendi fructus, quamuis vnica penſio ſit conſtituta pro anno. ¶ Conceſſa facultate piſcandi an ſit permiſſus vſus retium, ita vt ſi dicantur eſſe pernicioſa probatio incumbat allegenti illa eſſe talia ¶ Probatio ab euentu quando concludat. ¶ In ſuo quo caſu permiſſum ſit facere, quod ſibi prodeſt. ¶ Contractus quomodo ſit declarandus, vt excludatur damnum contrahentium. ¶ Locatio, & venditio quando ſint ſimiles contractus ¶ Limitatio ad actum locationis, an dicatur facta reſtrictiuè, ſeu exemplariter, ſi reſultat idem effectus ex venditione. ¶ Locare lacum pro certa mercede an idem ſit, quod vendere piſces pro pretio conuento. ¶ Seruitutes an poſſint diuidi per temporum interualla.

756 Cenſus ad vitam quando ſint validi. ¶ Et an ſint contractus innominati, & quando poſſint emi per mulieres abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Et an ſint ſimiles vſufructui. ¶ Vel iactui retis. ¶ Et an computentur inter immobilia.
Etiam quod ſint ad beneplacitum. ¶ Et quando in eis poſſit conſiderari læſio. ¶ Et attendatur obſeruantia. ¶ Et an poſſint conſtitui in rebus incertis, ac in perſona, & in ſolidum pro pluribus, ita vt decedente vno totus cenſus acquiratur ſuperſtiti. ¶ Et an licitè vendantur ei, in quo non adeſt probabilis coniectura vitæ iuxta *l. hæreditatum. ff. ad l. falcid.* adeo vt non debeat adeſſe læſio vltra dimidiam ¶ Et an conualidentur, ſi talis emens ſuperuixerit per multos annos. ¶ Vſusfructus in dotem datus an pertineat ad maritum. ¶ Et quando per eum ſint reſtituendi annui redditus dotales. ¶ Timor amiſſionis quando compenſetur cum ſpe lucri, & excludat læſionem ¶ Donatio reciproca an valeat ad tempus mortis collata inter coniuges, vt videlicet ſuperſtes ſuccedat præmorienti. ¶ Statutum quando declaretur ex obſeruantia etiam non bona, & variè ſeruata, ſi fauet iuri communi. ¶ Diſpoſitio *l. hæreditatum. ff ad leg. Falcid.* an habeat locum in quibuſcumque controuerſiis, in quibus tractatur de vita hominis taxanda. ¶ Pecunia quando poſſit alienari per minores, & milites abſque ſolemnitatibus. ¶ Et quid in pecunia magnæ quantitatis. ¶ Redditus annui ad vitam an ſint validi, ſi debeant percipi ex fructibus, & prouentibus tam Fiſci, quàm Eccleſiæ, vel priuati. ¶ Et an ſit licita venditio ad vitam redditus iam conſtituti ante contractum, ſeu actionem. ¶ Solemnitates ſtatuti an requirantur in commodato, mutuo, & ſocietatibus officiorum factis per mulieres, & minores. ¶ Reſtitutio in integrum an ſit concedenda in contractu, qui ſe habet ad lucrum, ſeu damnum ob incertitudinem vitæ.

757 Subſtitutio ad fauorem nepotum an comprehendat filios. ¶ Et quando ſit plus concedendum nepotibus, quam filiis. ¶ Diſpoſitio vna quamuis ſeparata an aliam declaret. ¶ Nepotes quando veniant appellatione filiorum. ¶ Et quid ſi teſtator diſtinctè loquatur de nepotibus tam explicitè, quam implicitè de filiis, & deſcendentibus ¶ Maſculinum quando concipiat fœmininum, ſi adſit ſeparata locutio de maſculis à fœminis ¶ Nepotes ex fratribus an ſint verè nepotes. ¶ Diſpoſitio *l. cum auus ff de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* an habeat locum ſtante voluntate contraria teſtatoris tam expreſſa, quam coniecturata.

758 Iudex an poſſit recipere teſtes circa probationem mortis abſq; citatione partis. ¶ Et quomodo illa probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ, ac leuiores probationes. ¶ Procurator cũ libera an poſſit petere renouationẽ emphyteuſis. ¶ Et quando

in ea præferantur proximiores etiam re non integra,& infra triginta annos. ¶ Et quid ſi fuerit conceſſa agnato,non eſtraneo, an tunc ſufficiat curſus vnius anni. ¶ Et an tale tempus currat à die ſcientiæ. ¶ Et an tali prælationi poſſit renunciari. ¶ Et quo caſu dicatur illi renunciatum. ¶ Promiſſio ſimplex quando dicatur continere retentionem beneficij de iure, ſeu priuilegio competentis, non autem animo illud nouandi. ¶ Obligatio ſoluendi legata,ſeu dotem & teſtaurum an intelligatur ſalua falcidia, & lucro dotali, & iuxta prouiſionem iuris ¶ Citatio an ſit facienda ſolum de perſona certa, re, & actu, non in ſpe, & potentia. ¶ Executio ſententiarum an ſit neceſſaria, vt dicatur lis finita. ¶ Illegitimi, & legitimati quando admittantur ad emphyteuſim eccleſiaſticam ¶ Et an habens facultatem liberam ad eam nominandi poſſit nominare inhabiles,& ſpurios. ¶ Onus legatario iniunctum quando reſpiciat commodum hæredis, & non legatarij. ¶ Et quando per eum ſit obſeruandum præceptum teſtatoris licet onus ſit maius, quam commodum, quod ex legato percipitur.

¶ Prohibitio moleſtiarum quo caſu extendatur ad moleſtias iuris. ¶ Et quid in hoc operentur verba vniuerſalia tam legis,quàm hominis.

759 Fructus quando debeantur ex pecunia ſubrogata loco ſtabilium debiturũ pro legitima. ¶ Actio de dolo an detur contra eum, qui non expreſſit qualitates, quæ debebant exprimi. ex quibus contrahens cum illo fuit deceptus. ¶ Et quomodo in ndium racenris ei ſubueniatur. ¶ Datio inſolutum doloſa quando liberet debitorem, & requiratur reſciſſio. ¶ Et quid in cauſa dotis an ſit ipſo iure nulla, ita vt remaneat primæua actio. ¶ Obligationes correſpectiuæ quando habeantur pro vnico contractu. ¶ Et an debeant intelligi quatenus hinc inde obſeruetur, & non ceſſet obligatio ¶ Et an talis actus correſpectiue faciat, vt ceſſet ipſa delegatio,ſi ceſſat cauſa delegationis. ¶ Fructus an debeantur ex pecuniis promiſſis pro dote, & ſuſtentatione onerum matrimonij ſiue ſimus in ſocero promittente dotem, ſiue in alio extraneo. ¶ Et ad quam rationem ſint taxandi fructus dotales. ¶ Dolus præſumptus an ſufficiat ad effectum reſciſſionis contractus.

760 Tutor, & quilibet adminiſtrator quando obligetur ad rationes reddẽdas. † Et quid in eius hæredibus. ¶ Et quanto tẽpore præſcribatur talis actio. ¶ Et quando illa cenſeatur remiſſa inter ſocios,qui communiter adminiſtrarunt. ¶ Vel ſtante conſanguinitate,& longinquitate tẽporis ¶ Et an requiratur compenſatio ſæpius facta,& ratio reuiſa, & reddita. ¶ Debitum voluntarium quale dicatur. ¶ Et quando cenſeatur debitor reliquiſſe animo compenſandi. ¶ Reuiſio rationum an poſſit peti per ſocium alteri conſocio, niſi prius offerat ſe paratum reddere de his quæ per eum fuerunt adminiſtrata.

761 Liberatio facta per minorem tutori de adminiſtratis quando valeat ¶ Et quo caſu per eum ſit iterum reddenda ratio ¶ Et quid ſi appareat de magna læſione minoris,ſiue adſit dolus, ſiue error, ſiue ſit iurata, & cum decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus, & per modum ſindicationis, & interuenerit confirmatio per ſententiam. ¶ Pactum de ſtando calculatis an ſuſtineatur, ita vt amplius non poſſit peti reuiſio. ¶ Soluens minori abſque interuentu Iudicis,& tutoris quando liberetur. ¶ Et an ſit probãdum minorem factum locupletiorem. ¶ Clauſulæ multæ, quæ ſolent adhiberi in renunciationibus,& de earum efficacia. ¶ Et an quo plures ſunt redoleant dolum, & fraudem, maxime ſi apponantur per minores. ¶ Et an per eos tacitè, & expreſsè poſſit renunciari reſtitutioni in integrum. ¶ Hæredi an competat facultas allegandi nullitatem actus geſti per defunctum. ¶ Minor an poſſit ſtare in iudicio abſque conſenſu patris in illis, in quibus ei quæritur vſusfructus.

762 Pronunciatio ſuper reſtitutione in integrum an requiratur, vel procedendum ſit ad vlteriora. ¶ Et quãdo per talem proceſſum cenſeatur reiecta exceptio oppoſita. ¶ Et an opus ſit cognitione,vt huiuſmodi decretũ ſit iuſtum, vel poſſit incontinenti illud fieri. ¶ Et quando ſit neceſſaria appellatio ab iſta tacita reiectione per progreſſum ad vlteriora. ¶ Mandatum ſpeciale an debeat adeſſe ad petẽdam reſtitutionem in integrum. ¶ Et quando executio retardetur, donec fuerit cognitum an illi ſit locus. ¶ Et an ſit probanda cauſa,ſiue illa petatur iure minorum, ſiue maiorum. ¶ Et quando ſufficiat ſolus lapſus fatalium ad probandam læſionem. ¶ Petens reſtitutionem,vt calumnioſè differat ſoluere an ſit audiendus ¶ Et quid in calumnia præſumpta. ¶ Et an Iudex arbitretur quando ſit talis, ſiue ſimus in actore, ſiue in reo. ¶ Et quo caſu ad eius officium ſpectet lites abbreuiare, & circuitus euitare. ¶ Cognitio ſummaria an ſufficiat in reſtitutione in integrum incidenter ſeu principaliter petita.

763 Primum teſtamentũ quando reuocetur per ſecundum factum animo condendi aliud teſtamentum. ¶ Et quid ſi adſit fauor liberorum,& geminatio verborum cum clauſulis ampliſſimis omni meliori modo,& ſimilibus etiam iuratis. ¶ In reuocatione teſtamenti ſolẽniter facta per teſtatorẽ an ſint neceſſaria verba illa, quod volebat inteſtatus decedere, quãuis illud eſſet minus fauorabile liberis eiuſdem teſtatoris. ¶ Iuramentũ quando habeat vim ſpecialis expreſſionis. ¶ Reuocatio teſtamenti facta coram tribus teſtibus cum perſeuerantia longi temporis 10 an. an inducat reuocationem primi. ¶ Et an curſus dicti decennij cõputetur à die conditi primi teſtamenti. ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur conſtito de bono iure etiã non docto de notoria induſtria ¶ Imperfectio voluntatis, & ſolemnitatis an obſtet teſtamẽto inter liberos, ſeu ad piam cauſam. ¶ Voluntas nuda reuocandi primum teſtamentum an operetur, vt inſtitutus in primo nihil poſſit capere in foro conſcientiæ.

764 Teſtamentum primum quando reuocetur per ſecundũ imperfectũ cum clauſula caſſans, & omni meliori modo. ¶ Et qualis actus inducat talem imperfectionem. ¶ Et an illa reſultet,ſi apparet,quod teſtator poſt nominationem hæredis volebat aliquid addere, vel minuere,& non facit, ita vt tunc dicatur teſtamentum nullum, etiam ſi eſſemus inter liberos,& adeſſet clauſula codicillaris. ¶ Cauſa finalis quæ dicatur. ¶ Voluntas teſtatoris an ſit imperfecta ſi ordinauit teſtamentum coram teſtibus, & mandauit vocari notarium qui illud publicaret, ſi obierit ante illius aduentum. ¶ Verba caſſans, & annullans, an habeant implicitam conditionẽ quatenus,vel poſtquam ſecundus actus fuerit validus. ¶ Clauſula omni meliori modo an comprehendat

quoſcum-

quoſcumque caſus, ex quibus actus poſſit valere etiam vltra expreſſos, ſi non præceſſit dictio, & ¶ Et quando virtus eiuſdem clauſulæ tollatur in actu imperfecto, & ſtante illius limitatione, vel implicatione contrarietatis, vel ſenſu claro diſponentis. ¶ Sola voluntas teſtatoris elicita ex reuocatione teſtamenti an ſufficiat vbi agitur de fauore filiorum, & piæ cauſæ, quamuis nullus fuerit inſtitutus hæres. ¶ Geminatio verborum an faciat actum validum, & augeat diſpoſitionem, & moueat ſubſtantiam negotij. ¶ Et quo caſu reſtringatur ratione adiuncti ¶ Vel quando ineſt illa ratio, quæ erat in ſimplici, &c. *vide pag.* 455.

765 Diſpoſitio loquens de filiis quando extendatur ad nepotes. ¶ Et quid ſi habuit effectum in filiis. ¶ Et in fideicommiſſo inducendo, ſeu excludendo. ¶ Et in ſubſtitutione reciproca ſiu tranſuerſalibus. ¶ In nepotibus natis poſt mortem patris ¶ Vel nõ ſucceſſuris ab inteſtato. ¶ In vocatione per verba perſonaliſſima. ¶ Vel in infinitũ, & in perpetuum. ¶ Et ſtante prohibitione alienationis pro cõſeruanda agnatione ¶ Subſtitutio compendioſa facta filio impuberi per verba directa an extinguatur poſt pupillarem ætatem quamuis adſint dictiones quæ importare infinitatem. ¶ Et de ſignificatione talium dictionum. ¶ Bona ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi quãdo efficiantur fideicommiſſaria ¶ Et debeant eſſe eiuſdem valoris, & qualitatis. ¶ Et an ſufficiat ſubrogatio generalis, vel debeat eſſe ſpecialis de certis bonis. ¶ Immiſſio quando retardetur ex titulo, & poſſeſſione cõtradictoris, donec de ſuis iuribus diſcutiatur. ¶ Via executiua an ſit vulnerata per ſententiam derogantem fideicommiſſi. ¶ Et quid ſi declaretur nulla an ſufficiat vnica ſententia vel requiratur res iudicata. ¶ Surreptio ex quibus euitetur. ¶ Aperitio oris quando remoueat effectum clauſulæ ſublatæ, & det facultatem impugnandi conatiam, & adſtringat ad verificationem narratorum. ¶ Narratiua proueniens ex teriore iuris an attendatur. ¶ Inuentarium tutoris, & hæredis in quibus æquiparetur. ¶ Et quando probet aduerſus illud conficientem. ¶ Et non admittatur probatio in contrarium. ¶ Sententia ſine actis an fidem faciat. ¶ Poſſidens tempore obitus an præſumatur retro poſſediſſe. ¶ Et in quibus caſibus ſit præſumenda continuatio poſſeſſionis.

766 Titulus tertij poſſeſſoris quo caſu æquiparetur titulo habito à teſtatore, ita vt excludatur immiſſio, & via executiua ¶ Expreſſio quando dicatur fieri in genere in ſpecie, & in indiuiduo. ¶ Epiſcopus concedens licentiam vendendi rẽ eccleſiæ minus damnoſam non ſpecificando illam, an malo faciat, adeo vt annulletur alienatio. ¶ Cõſenſus quãdo poſſit eſſe in genere in diſpoſitione illum requirente ad eff ctum integrãdi perſonam alicuius, vel ſimilia faciendi. ¶ Executor merus an poſſit ſumere informationem extraiudicialem non obſtante clauſula conſtito. ¶ Hæres an habeat actionem cõtra tertium, in quem ſunt alienata bona fideicommiſſi, vel teneatur ſtare facto defuncti, quamuis confecerit inuentarium ¶ Et quando bona in eo deſcripta, præſumantur æquiualentia rebus alienatis. ¶ Affectio ſola ad bona maiorum an ſufficiat ad reuocandum alienata per defunctum. ¶ Et quæ dicantur bona maiorum, & parentum ſuorum. ¶ Euictio proueniens ex natura rei, & præordinatione teſtatoris an debeatur. ¶ Datio inſolutum quando extinguat obligationem. ¶ Æſtimatio an ſit facienda iuxta tempus præteritũ, vel ex præſenti ſtatu ad hoc, vt probetur iuſtum pretium rei. ¶ Pupilli, & minores an ligentur lege inuentarij facti per tutorem, ita vt adſtringantur obligationibus hæreditariis. Et quando eis competat reſtitutio in integrum. ¶ Deſcriptio facta per tutorem in inuentario dubitatiuè per verbum credit de bonis pupilli an æquiparetur deſcriptioni præ iſæ. ¶ Confeſſio adminiſtratoris quando præiudicet non docto de numeratione. ¶ Proteſtatio in inuentario, quod quæ apponuntur non habeantur pro appoſitis, ſi non ſunt a ponenda, quid operetur. ¶ Et quomodo ſit probandus error. ¶ Et quãdo debeat fieri ademptio per Iudicem citatis citandis, & cauſa cognita.

767 Inuentarium quot ſolemnitates requirat. ¶ Et quando poſſit eis derogari per conſuetudinem. ¶ Et an illa ſit valida ¶ Et quomodo probetur. ¶ Et per quem licitè introducatur. ¶ Et an ſit conficiendum per notarium publicum. ¶ Et quãdo pars inuentarij poſſit ſcribi per vnum, & alia pars per alterum. ¶ Et an ſufficiat ſcriptura priuata defuncti cum teſtibus abſque eo quod tabellio inuẽtarium ſcribat. ¶ Inſpectio ocularis bonorum deſcribendorum in inuentario an ſit neceſſaria. ¶ Conſuetudo non apponendi diem, & locum in inſtrumento an ſuſtineatur. ¶ Decretũ Iudicis quando ſuppleat defectus inuentarij. ¶ Et an illud requiratur in inuentario tutoris. ¶ Forma inducta ad rigorem iuris conſeruãdum an liget ruſticos, mulieres, & minores. ¶ Decreta interpoſita ad vnum actum, an extendantur ad alium. ¶ Inuentarium tutoris in actu ſuſceptionis tutelæ an iuuet ad eff ctum poſtea adeundi hæreditatem. ¶ Et quando ſufficiat illud verbaliter reproducere. ¶ Legatarij, & creditores quomodo ſint citandi ad conficiendum inuentarium. ¶ Et an loco abſentiũ debeant requiri agnati. ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus aditam hæreditatem, & inuentarium nõ confectum, vel malè, & legitimè confectum ¶ Et quid ſi res non eſt integra poſt bona diſtracta, & alienata. ¶ Et quando illa ſint per minorem reſtituenda, vel de eis ratio reddenda, vt poſſit reſtitui. ¶ Et an ſola vexatio, & exiſtentia debitorum ſufficiat, vt rectè concedatur reſtitutio, quamuis hæreditas ſit opulenta, & nihil diminuatur de patrimonio minoris. ¶ Libri mercatorum an probent contra tertium. ¶ Declaratio lite pendente quando poſſit fieri. ¶ Iudicatio penes quem ſint bona an ſatis ſit pro redditione rationis per tutorem facienda. ¶ Gratificatio in ſoluendo potius vni, quam alteri quo caſu ſit admittenda. ¶ Clauſulæ multæ quæ debent apponi in tranſactione facienda propter receſſum à lite.

768 Perſona contẽplata an attendatur in ſocietate, & aliis contractibus, non illius, in quẽ verba conferuntur. ¶ Et ad quem commodum, vel damnum pertineat. ¶ Contractus geſtus in limine decoctionis an reprobetur tam per ſtatutum Vrbis, quàm per iùs commune. ¶ Et quando decoctio dicatur ſubſecuta breui tempore, ſtatim, vel incontinenti, ¶ Ratificatio incerta, & facta tempore inhabili, & re non integra an debeat attendi. ¶ Et an requiratur ſcientia diſtincta cum omnibus qualitatibus.

¶ Pactum reſtrictũ inter ſocios ad particulare dãnum an ſubducatur à contractu ſocietatis, firma illa remanente in aliis, & facta reductione ad æqualem communicationem lucri & damni. ¶ Et quando tales conuentiones inducentes inæqualitatem inter ſocios ſint validæ ita vt vnus nõ patiatur aliquam partem damni, & damni lucrum communicetur. ¶ Et quomodo æqualitas requiſita in ſocietate debeat eſſe proportionabilis cum illis, quæ conferuntur. ¶ Contractus ſocietatis an requirat iuſtitiam, & æquitatem arbitrio boni viri. ¶ Et qualiter per eum ſit arbitrandum. ¶ Socij an poſſint paciſci, vt percipiant parem portionem lucri, quamuis imparia conferant tam in ſocietate vniuerſali, quàm particulari. ¶ Et quid operetur induſtria ſocij plus conferens ſocietati, quam pecunia ad hoc, vt conuentio dicatur iuſta in admittendo illum ad meliorem conditionem.

769 Frater, & patruus an habeantur pro extraneis quo ad dotem daudã ſorori, & nepti. ¶ Et quando poſſint ſtipulari, vt illa ad eos reuertatur, vel ad alterum ſoluto matrimonio tam incontinenti quam ex interuallo. ¶ Et quid ſi dotata excluditur ab hæreditate paterna propter dotem, quæ tũc ſuccedit loco legitimæ. ¶ Subſcribens quo caſu videatur approbare omnia in ſcriptura contenta ſiue ſubſcriptio fiat ad probationẽ, ſiue ad ſubſtantiam, & validitatem actus. ¶ Stipulatio ſtricti iuris an ſortiatur naturam bonæ fidei, ſi interponitur pro dote. ¶ Mulier quando poſſit teſtari de dote, quam habuit cum pacto, vt reuertatur ad dotantem ¶ Dictiones ſimiliter, nec non, item, pariter, idem, amplius, vt præmittitur, & ſimiles in quibus caſibus repetant antecedentia, & de vario earum ſignificatu. ¶ Dos data viro an dicatur dos vxoris ¶ Et an ex promiſſione dotis facta marito, post eius mortem detur vxori facultas illam exigẽdi. ¶ Statutum Vrbis mandans dotem datam per fratrem eſſe illi reſtituendam poſt ſolutum matrimonium an habeat locum tam ſi vxor prædecedat viro, quam ſi vir prædeceſſerit vxori. ¶ Pater ſi relinquat dotem filiæ an poſſit filius ſtipulari, vt illa ad eum reuertatur poſt obitum ipſius filiæ. ¶ Pacta circa reſtitutionem dotium quomodo ſint intelligẽda ad fauorem mulierum. ¶ Promittens pro ſe, & de facto ſuo an videatur etiam promiſiſſe pro hæredibus. ¶ Extraneus dotans mulierẽ etiam diuitem an præſumatur dotem donaſſe, ita vt neque eam poſſit repetere ab illis, qui tenebantur dotare ¶ Et ex quibus coniecturis colligatur animus donandi dotem abſque ſpe repetitionis. ¶ Adminiſtrator dans dotem puellæ, cuius negotia gerit, an dicatur illam donaſſe. ¶ Et quid ſi plus ſoluit pro dote, quam erat debitor ex adminiſtratione.

770 Pactum, quod contraueniens tranſactioni reſtituat accepta an ſit conforme iuri communi, & cenſeatur adiectum quãuis non fuiſſet expreſſum. ¶ Et an ſit obligatus etiam ad reſtitutionem fructuum. ¶ Lex, ſeu ſententia mandans accepta reſtitui an ſit intelligẽda de plenaria reſtitutione, ita vt comprehendat etiam fructus. ¶ Iuramentum an extendatur ad acceſſoria, & ad fructus. ¶ Et an habeat vim clauſulæ rato manente pacto, operando effectum petitionis cumulatiuæ in fauorem eius qui ſeruat contractum. ¶ Verba pœna reſtituta, de quibus *in l. ſi quis maior. C. de trãſaction.* an ſint interpretanda pro data. ¶ Repetitio duorum an habeat locum ſtante exceptione oppoſita contra tranſactionem. ¶ Statutum Vrbis prohibens exigi pœnas conuentionales an procedat in pœnis legalibus in conuentionem deductis. ¶ Caſus mixtus quando comprehendatur in diſpoſitione loquente de ſimplici. ¶ Executio an competat pro virtualiter comprehenſis. ¶ Reſtitutio acceptorum facienda per eum, qui nõ ſeruat contractum an dicatur pœna legalis, & in quo differat ab aliis, quæ talis contraueniens incurrit.

771 Maioratus, & primogenitura an veniat appellatione legatorum, ſeu laſſitatum, ita vt illis reuocatis, ſit etiã reuocata primogenitura. ¶ Et an ſit dignitas quamuis non habeat annexam dignitatem. ¶ Et an habeat ſimilitudinem cum feudis, & fideicõmiſſis. ¶ Et quando poſſit dici legatum, ſeu prælegatum, vel inſtitutio hæredis tam ſi fiat ſuper omnibus bonis, quam ſuper particularibus, vel in quota. ¶ Et an reuocetur tacitè propter inimicitias, ingratitudinem, diſpoſitionem rerum relictarum, & illarum alienationem, vel ob ſimiles cauſas. ¶ Et quando requiratur expreſſa illius derogatio, vel ſufficiat generalis, & tacita. ¶ Hæres in re certa quo caſu habeatur loco legatarij. ¶ Incertitudo quando reddat actum conditionalem. ¶ Et an in vltimis voluntatibus ſit conſiderãdum, quod tempus incertum adiiciatur ſubſtantiæ, vel executioni. ¶ Verba aduerſatiua, quod non ſoluãtur legata niſi poſt exactionem an faciant, vt derogetur puritati eius, quod relinquitur inducendo totalem conditionem. ¶ Et quid in dictionibus conditionalibus. ¶ Implementum exactionis, ſi debet præcedere emolumentum legati, an operetur, vt dilatio importet conditionem. ¶ In relictis conditionalibus, & in diem quando fructus ſpectent ad hæredem. ¶ In feudis, & maioratibus vocatio ſequentis an pendeat à vocatione præcedentis, vel quælibet per ſe ſubſiſtat, ita vt à principio tot ſint ſubſtitutiones, quot perſonæ vocatæ, quarum quælibet acquirat dominium eodem momento, quo purificatur conditio, vel cedit dies ex iure proprio, non ſibi tranſmiſſo. ¶ Plures gradus ſubſtitutionum, ſeu donationum an poſſint cauſari ex vno actu, & contextu verborum in perſonis diuerſis originem habentium. ¶ Subſtitutiones quãdo poſſint dici ſubordinatæ quatenus ad primum vocatum bona vinculata perueniant, ita vt illo decedente antequam fideicommiſſum habeat initium, euaneſcant. ¶ Et quid in maioratibus, & feudis. ¶ Primus gradus, ſi fuerit peremptus, quando ſubſtitutio poſſit incipere à ſecundo gradu. ¶ Res ſubiectæ maioratui, quo caſu ſint capiendæ de manu hæredis, ſeu prius vocati tam quo ad poſſeſſionem actualem, quam illam, quæ eſt iuris. ¶ Subſtitutio in defectum filiorum, & deſcendentium an habeat locum etiam non natis filiis, & deſcendentibus. ¶ In primogeniis an ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine liberis deficiat illis extantibus tempore mortis, quidquid poſtea de eis contingat.

772 Prioritas hypothecæ an proſit tam agendo, quam excipiendo. ¶ Et quando ad effectum retentionis requiratur ceſſio. ¶ Declaratio ex interuallo an poſſit fieri in præiudiciũ iuris per tertiũ acquiſiti. ¶ Creditum ſocij an ſit prius ſoluendũ quam alterius creditoris. ¶ Promiſſio de reſtituẽdo prio-

ribus ad

ribus ad omne mandatum domini an admittat appellationem, ſi non adſit copula, & ad omne mandatum. ¶ In venditione officij cum reſeruatiooe dominij, qno caſu damoa ſpectēt ad emptorem, ſeu venditorem. ¶ Et quando talis reſeruatio impediat perfectionem contractus. ¶ Et quid in attendataris exercentibus officia nomine aliorum.

¶ Sententia lata contra ſubſtitutum contumacem, ſeu præſentem, & ſe defendentem an præiudicet tertio non citato etiam in conſequentiam ¶ Statutum mandans emendari damnum an intelligatur, vt prius conſtet de damno verè, noo fictè per contumaciam. ¶ Pactum, & ſtatutum an ſit validum, quod circa damna ſtetur aſſertioni partium. ¶ Et an intelligatur ſolum quo ad quantitatem damni, non autē de damno paſſo, ita vt aliunde ſit probādum. ¶ Et an talis ſacultas extendatur ad hæredes, & cauſam habentes. ¶ Et an poſſit iurari per procuratorem ad id ſpecialiter deputatum. ¶ Et qnid in reſponſioue ad poſitiones ſeu illas dante, an requiratur ſpecialiſſimum mandatum ad ſic, & ſic reſpondendum, & ponendum.

773 Verbum linea quando ſit collectiuum, & includat diuerſos gradus. ¶ Et quo caſu attendatur altera linea iu defectum primæ vocatæ tam iu fideicommiſſis, quam in feudis, & primogenituris, ita vt debeat intelligi de vniuerſali deficieutia.

¶ Vocatio poſitorum in conditione an ſit neceſſasia ad excluſionem tranſuerſalium. ¶ Dictio tunc an deſignet extremitatem temporis, & reſtriogat diſpoſitionem ad illa, quæ ſunt expreſſa. ¶ Verbum deficere, an ſignificet caſum non exiſteotiæ, vel ſolum quando natus deſiit eſſe in rerum uatura.

¶ Repetitio qualitatum an ſit ſacienda quando ſunt capitula ſeparata, & fuit oratio perfecta, & adeſt diuerſitas perſonarum oon obſtantibus dictionibus repetitiuis. ¶ Et quid in ſubſtitutionibus correſpectiuis, & continuatiuis de vna in aliam. ¶ Probatio omnium qualitatum quando ſit oeceſſaria,

¶ Liberi poſiti in conditione quamuis non cenſeantur vocati, an excludant vocatum ſub conditione liberorum.

774 Verba directa inſtituit, fecit hæredes, & ſimilia, quo caſu trahantur ad fideicommiſſum. ¶ Et quid ſi in ejs admixtuio ſit verbum commune reliquit.

¶ Primo gradu peremptO quando alij deficiant.

¶ Clauſula tunc, & eo caſu ao deſignet extremitatem temporis. ¶ Conditio obitus ſioe filiis, ſi deficiat ob illorum exiſtentiam, an inducat fideicommiſſum, quamuis filius momento vixerit, vel poſthumus fuerit de veotre extractus. ¶ Filij poſiti in coodirione an cenſeantur vocati, & paſſiuè grauati. ¶ Conſeruatio agnationis an conſideretur non adueniente caſu à reſtatore expreſſo. ¶ Vocatio filiorum, & deſcendentium au iotelligatur de pluribus gradibus ſubſtitutionum in infinitum, ſi non adſint verba perpetuitatem ſignificantia. ¶ Et quid ſi fuerit contemplatus futurus euentus. ¶ Et quando ille poſſit deſignari per coniecturas.

¶ Prohibitio alienationis an procedat in caſibus, in quibus haber locum ſubſtitutio, ſiue illa præceſſerit, & prohibitio ſubſequatur, ſiue è conuerſo. ¶ Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum quando dicatur, vel in caſu alienationis tantum. ¶ Et ex quibus coniecturis illud ſit inductum. ¶ Alienatio quo caſu poſſit fieri iu remotiorem ex familia, quamuis bona fuerint prohibita alienari.

¶ Deſcendentes quando cenſeantur vocati ordine ſucceſſiuo, vel copulatiuè. ¶ Clauſula codicillaris an conſeruet voluntatem teſtatoris, & veniat acceſſoriè ad diſpoſitionem, non autem ad illam ampliandam. ¶ Et ſuſtineat teſtamentum imperfectum ratione conſenſus. ¶ Et inducat fideicommiſſum tam ſi fuerit concepta per verba præſentis temporis, quam futuri. ¶ Permiſſa alienatione inter collibertos legatarios, au illa ſuſtineatur, ſi fiat in vnum ex eis. ¶ Et de intellectu *l. ſi pater filium. 36. § quindecim. ff. de leg. 3.* ¶ Enunciatio proximiorum au faciat, vt omnes in eodem gradu exiſtentes ſint vocati, quamuis vocaretur proximior, ita vt tunc fiat reſolutio in pluralitatem. ¶ Natura contractus an ſit vt res liberè tradatur. ¶ Verbum æqualiter, au ſignificet æqualitatem vocationis, vel diſtributionem inter vocatos, ita vt veniant in capita, non in ſtirpes. ¶ Verba quod deferatur hæreditas ad proximiores agnatos maſculos, vel ex teſtameuto per ſuos poſteros faciendo, vel ab inteſtato au tollant facultatem vocatis inſtitoendi aliquem hæredem ex familia.

775 In legato habitationis totius domus quādo comprehendantur apothecæ exiſtentes ſub eadem domo, & ſub illius confinibus ¶ Et quid ſi fuerint ſeparatæ reſpectu vſus, & locationis ¶ Totū an reſpiciat omnes partes ſiue ſit voiuerſale, ſiue generale, ſiue integrale. ¶ Teſtator legādo totum prædium, an cenſeatur legaſſe etiam partem, quam habet iure pignoris oblatam. ¶ Habitatio an poſſit cedi, donari, ſeu locari ſiue fuerit relicta in vltima voluntate, ſeu inter viuos ſiue per vtam reſeruationis, vel alio quouis modo. ¶ Et quid in conceſſione vſus, & commoditatis habitationis. ¶ Vel in facultate habitandi. ¶ Vſusfructus domus an conſiſtat in habitatione, vel locatione. ¶ Et an valeat illius venditio, ſeu donatio. ¶ Expreſſio confinium an faciat, vt ſit donatum, legatum, & conceſſum quidquid intra tales confines fuit demonſtratum.

776 Liberi poſiti in conditione au cenſeantur vocati. ¶ Et quid ſtantibus coniecturis. ¶ Et an ſufficiat vnica. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an ſtandum ſit arbitrio iudicis ¶ Verbum volo an importet diſpoſitionem. ¶ Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum tam in caſum alienationis, quam mortis quando cenſeatur inductum, ſi teſtator mandat bona non alienari priuando inſtitutos, & ſubſtitutos contrauenientes, qnia voluit, quod hæreditas remaneat ad ſupraſcriptos hæredes, & fideicommiſſarios, ¶ Prohibitio alienandi veſtita à cauſa, vel ex qualitate rei, puta de domo teſtatoris, in qua habitabat, quando ſit realis, & operetur ſimplex fideicommiſſum. ¶ Teſtator quando dicatur vocaſſe naſcituros. ¶ Fideicommiſſum an ſit deferendum proximiori tempore mortis grauati, ita vt ſi poſtea naſcatur alius in eodem gradu, ei quoque communicetur ſucceſſio. ¶ Et quid in eo, qui natus eſt poſt alienationem. ¶ Verba quod uon poſſint bona alienari, uiſi in caſu neceſſitatis an importent prohibitionem, non ſecus ac ſi dictum fuiſſet, ne alienentur extra familiam. ¶ Voluntas tacita conſeruandi bona in agnatione an operetur idem quod expreſſa. ¶ Facultas alienandi in ſamilia propter neceſſitatem an faciat, vt alienatio poſſit fieri etiam iu remotiorem ex fami-

lia. ¶ Et quando in illius vocatione debeat ſuccedere proximior.

777 Conuentio an valeat, vt emptor cenſus conducat bona cenſuata, ita vt facta redemptione illius ſit finita locatio, quæ duret, quouſque durat cẽſus. ¶ Pactum quod non eſt contra formam Bullę cenſus, ac illius ſubſtantiam an vitietur, ſeu vitiet contractum ¶ Proteſtatio, quod cenſus cenſeatur factus iuxta conſtitutionem Pij V. quid operetur. ¶ Remedium *l.2.C.de reſcind. vendit.* an habeat locum etiam in rebus locatis ad ſimilitudinem emptionis, & venditionis tam manente, quam finito contractu vſque ad triginta annos. ¶ Pignus an maneat in bonis debitoris, ita vt ex eo nullum dominium acquiratur creditori. ¶ Et quando per illũ poſſit alienari niſi debitor ſit in mora. ¶ Et quo caſu dicatur procurator debitoris ¶ Non habens dominium an habeat facultatem illud transferendi in alium ¶ Et quid in Iudice, tutore, curatore, creditore, & ſimilibus. ¶ Statutum vt ſoluatur gabella pro omnibus ſtabilibus, quæ alienabuntur alio modo, quam pro fundo dotali an habeat locum in pignore dato in dotem.

778 Refectio concernens perpetuam rei vtilitatem, ſeu duraturã vltra terminos vſusfructus an ſpectet ad proprietarium, ſeu vſufructuarium ¶ Et quę dicatur modica impenſa, ſeu magna. ¶ Et quando ſit denuncianda neceſſitas refectionis. ¶ Vſufructuarius ad quas expenſas teneatur. ¶ Et an poſſit cogi prius pecuniam ſuam erogare in refectione, & poſtea illam à domino condicere. ¶ Vel ſolum debeat habere curam, & ſollicitudinem tanquam procurator proprietarij ¶ Et quo caſu ſit ei imputanda culpa deteriorationis, ita vt poſſit priuari vſufructu quamuis dederit cautionem de bene vtendo. ¶ Vſuræ pecuniarum acceptarum pro refectione an ſint ſoluendæ per proprietarium cum intereſſe paſſo per vſufructuarium ob non ſubminiſtratos ſumptus refectionis. ¶ Ædes vetuſtate collapſæ quando ſint per proprietariũ reficiendæ. ¶ Vſufructuarius an teneatur ſartatecta reficere. ¶ Et qualis ſit ſartorum tectorum ſignificatio. ¶ Et in quibus legibus de eis fiat mentio. ¶ Et illorũ neglecta procuratio an cedat damno officialis. ¶ Et eorum cura ad quam ſpectaret ¶ Et quomodo locari ſolerent. ¶ Et ad quos talis locatio pertineret.

779 Proprietarius vel eius hæres poſt obitum vſufructuarij an poſſit agere negatoria, vel ex cautione de re præſtita ad auocandum, & euincendam poſſeſſionẽ naturalem contra hæredes vſufructuarij, vel habentes cauſam ab eis ¶ Et quãdo eiſdem liceat propria auctoritate illos expellere. ¶ Vel petere manutentionem in re vendita tertio emptori, & per eum detenta vſque ad triginta annos. ¶ Vel agere remedio canonis reintegrãdæ ¶ Ciuilis poſſeſſio proprietarij an trahat ſtatim poſſeſſionem naturalem, quæ erat apud vſufructuarium. ¶ Et quando è contra naturalis trahat ad ſe ciuilem. ¶ Vſufructuarius, vaſallus, conductor ad longum tempus, debitor, vel ſimiles an fictè, vel realiter trahendo poſſint illorum poſſeſſioni præiudicare. ¶ Et de differentia, quæ eſt inter poſſeſſionem quã prædicti habent quo ad effectum, vt ciuilis poſſeſſio vnius requieſcat in poſſeſſione naturali alterius. ¶ Defunctus, & eius hæres an poſſint mutare ſuam poſſeſſionem ſolo animo non ſuperueniente noua cauſa ¶ Proprietarius an ſtatim finito vſufructu incipiat habere in ea re plenam poteſtatem. ¶ Succeſſor iuris præſumptione, quantumcumque habeat alium animum, an cenſeatur poſſediſſe eo modo, & forma, qua defunctus poſſidebat, ita vt illius precaria poſſeſſio poſſit eſſe propria quamuis precarium ignorauerit, & per triginta annos poſſederit.

780 Probationes in poſſeſſorio an requirãtur, prout in petitorio, ſi de exiſtentia iuriſpatronatus cõtrouertitur, ita vt ſit iuſtificãda gratia cum exhibitione tituli, ſeu inſtrumẽti poſſeſſionum continuatarum ſpatio centũ annorum ¶ Immiſſio an ſit dãda ſubrogato in iuribus defuncti exemplo hæredis, qui petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum teſtatoris iuxta *l.fi.C.de edict.diu.adrian.tollend.* ¶ Et an debeat conſtare de iure illius, in cuius locum ſit ſubrogatio. ¶ Lis iniuſta an inducat vitium litigioſi ad effectum regulæ de ſubrogandis collitigantibus. ¶ Regula menſium an exceptuet Cardinales. ¶ Defectus tituli incontinenti probari an retardet immiſſionem. ¶ Paritas probationũ quando reducatur ad imparitatem. ¶ Clauſula dummodo non ſit alteri ius quæſitum an præſeruet iura prouiſi reddendo gratiam aduerſarij inualidam quamuis eſſet ius minimum, & quomodolibet quæſitum, & cuiuſcumque generis etiam impropriè ſumpti.

781 Bona aduentitia filiifamilias an poſſint per eum alienari etiam cum iuramento ſine conſenſu patris tam in contractibus, quã in vltima voluntate. ¶ Et quid in bonis, in quibus pater nullum habet vſumfructum. ¶ Et quando ille cenſeatur remiſſus, ſeu amiſſus ad fauorem filiorum. ¶ Et an remiſſio debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat quod pater conſentiat alienationi per filium factæ etiam cum verbis pleno iure, Integre, ſine diminutione, cum ſimilibus. ¶ Alienatio rei litigioſæ an ſit prohibita tam in petitorio, quam in poſſeſſorio. ¶ Et quando illa poſſit transferri cum vniuerſitate bonorum. ¶ Et quo caſu dicatur tranſlatio particularis, non vniuerſalis. ¶ Mentio de patria poteſtate an ſit facienda, vt donatio facta filio dicatur contemplatione patris. ¶ Et quando præſumatur talis contẽplatio. ¶ Statutũ Vrbis *lib.1.c.152.* prohibens, ne filiifamilias etiam clerici poſſint ſe obligare abſq; conſenſu patris an habeat locum in contrahente cũ matre. ¶ Et an comprehendat donationem & inſtitutionem hæredis, & obligationes improprias. ¶ Et an donatio ſit contractus. ¶ Et quando poſſit in parte valere, vel in totum ſit iudicanda inualida. ¶ Vſusfructus an remaneat apud patrem etiã filio mortuo, ita vt ſemel illi acquiſitus amplius nõ tollatur. ¶ Dilapidatio bonorum an auferat vſumfructum patri, ſi illa non ſit circa bona filiorum. ¶ Et an conſenſus præſtitus per patrẽ ſubhaſtationi bonorum filij ad fauorem ſuorum creditorum operetur amiſsionem vſusfructus, etiam quod ſubhaſtatio non habuerit effectum. ¶ Pater an habeat in totum vſumfructum bonorum maternorum dotalium ſtantibus filiis iuxta ſtatutum Vrbis, ſeu illum perdat, ſi in eis poſtea ſucceſſerit vna cum filio. ¶ Et quid de iure communi. ¶ Lis quando dicatur extincta per ſententiam abſolutoriam.

78a Bona futura, & poſtea quæſita quando veniant in donatione, legato, & ſimilibus diſpoſitionibus vel ſolum tempus præſens attendatur. ¶ Et ex quibus

quibus voluntas diſponentis ad hunc effectum poſſit colligi. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ,& præſumptiones. ¶ Et quid ſi adſit ſermo, & oratio particularis appoſita in rebus donatis. ¶ Vel quando adiectum eſt aliquid pro illis perficiendis, & reddendis ad meliorem vſum.¶ Additum formæ primæ quando minuat diſpoſitionem. ¶ Legatarius an poſſit vendicare totam ſtatuam, ſi poſt illam legatam, teſtator brachium adiecerit, quod prius non aderat. ¶ Poſt aream relictam,ſi in ea ædificetur an totum ædificium ibidem conſtructum cenſeatur legatum. ¶ Donatio ob cauſam an ſit vera donatio, ſeu ſpecies permutationis. ¶ Et an comprehendatur in ſtatuto loquente de donatione tam ſi cauſa reſpiciat commodum donantis,quam donatarij. ¶ Solemnitates ſtatuti an requirantur in donatione ad piam cauſam, quamuis lex ciuilis aliter diſponeret, & licet ſtatuta eſſent confirmata per Sedem Apoſtolicam. ¶ Vtilitas donantis ſibi in rebus donatis reſeruata an præualeat incommodo donationis, ita vt non fiat reſtrictio ad bona exiſtentia tempore donationis, ſed veniant etiam futuræ.

783 Procurator an poſſit conſtitui ad inſinuandam donationem. ¶ Et an habeat facultatem illam inſinuandi poſt mortem donantis. ¶ Et quando talis facultas competat hæredi. ¶ Et an ius petendi fieri inſinuationem detur hæredibus donatarij. ¶ Mandatum an expiret morte mandantis, quamuis fiat ad donandum ex cauſa remunerationis. ¶ Et quid ſi expreſsè conferatur poſt mortem mandantis. ¶ Vel fiat irreuocabiliter vſque ad certum tempus. ¶ Vel donec fuerit reuocatum ¶ Vel ſi contineat executionem actus, vt in nuncio, cui Iudex commiſit,vt mittat aliquem in poſſeſſionem.¶ Vel quando principalis cauſa, cuius reſpectu adiicitur mandatum, non finitur morte, an etiam tunc expiret mandatum, tanquam eius acceſſorium. ¶ Donatio ante inſinuationem an acquirat aliquod dominium donatario, cui res donata fuit tradita. ¶ Et quando ſumptus in ea facti poſſint per eundem donatarium vendicari à donante, qui non vult inſinuare, & perficere donationem. ¶ Contractus an poſſit ratificari mortuo vno ex contrahentibus. ¶ Hæres an reuocet mandatum collatum poſt mortem tam ſi fuerit ad commodum ipſius, quam procuratoris, ſeu tertij. ¶ Intellectus *l. ſi ego* §. 1 *ff. de iur. dot.* remiſſiuè. ¶ Inſinuatio donationis an poſſit fieri in perpetuum etiam poſt triginta annos. ¶ Et quid ſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Procurator conſtitutus irreuocabiliter, & cum iuramento an poſſit validè reuocari. ¶ Donans ſi obierit ante ius quæſitum ex donatione an extinguatur donatio etiam fauore dotis. ¶ Hæres quo caſu repræſentet perſonam defuncti tam in iure actiuo, & paſſiuo formato in perſonam eiuſdem defuncti, quam in non creato tempore mortis ipſius. ¶ Venditio rei donatæ facta per donatarium quando reſoluatur.

784 Laudemium an debeatur ſolum habita ratione ad quantitatem pretij reſtricti, & vtilis dominij, quamuis res plus valeret. ¶ Et an ſit ſoluendum in venditione neceſſaria ¶ Et quãdo in ea requiratur cõſenſus domini directi.¶ Pacta,& onera quo caſu minuant, & augeant contractum. ¶ Cenſuarius, & habens priuilegium iuris cõgrui,vel ſimile an præferatur in venditione neceſſaria, & ſubhaſtatione facta per Iudicẽ pro executione rei iudicatæ.¶ Donatarius rei emphyteoticæ,ſeu feudalis cum pacto, vt teneatur ad onera cenſualia rerũ donatarum an ſit obligatus ad ſolutionem laudemij de toto valore rei. ¶ Hypotheca an competat pro laudemio, & canone,prout pro penſitatione publica. ¶ Legalis obligatio an idem operetur, quod conuentionalis. ¶ Bulla Pij V. concedens prælationem domino cenſus an ſit exorbitans à iure communi, ita vt ſit potius reſtringenda,quam amplianda ¶ Onera realia an tranſeant ad quemcumque poſſeſſorem etiam fiſcum, & eccleſiam. ¶ Onus laudemij an ſit odioſum, & poſſit extendi de caſu ad caſum.

785 Nepos ex filio an teneatur ad debita patris quando ingreditur in locum illius ſuccedendo ſimul cum altero filio viuente ¶ Et an tali ſucceſſio ſit legalis, ita vt nullum factum patris conſideretur, ſed ſolum perſona filij,adeo vt neque poſſit excludi per renunciationem aut repudiationem patris. ¶ Et quando talis repræſentatio, & ſucceſſio ſit tranſmiſſiua, ſeu priuatiua. ¶ Inter nepotes ex diuerſis fratribus, ſi eſt concurſus ad ſucceſſionem patrui, an etiam illi ingrediantur in locum patris. ¶ Conuentio de non ſuccedendo facta à matre an præiudicet filiæ, quæ venit ex perſona propria. ¶ Nepos an iura ſuitatis nanciſcatur, & præteritus rumpat teſtamentum aui, ſicut filius.

786 Oblatio verbalis quando ſufficiat ſtante recuſatione partis tam expreſſa,quã tacita.¶ Et an operetur idem quod iudicialis cum conſignatione,& depoſito. ¶ Beneficium retractus an requirat numerationem pretij. ¶ Vel ſatis ſit offerre. ¶ Et quid ſi agatur de acquiſitione fructuum.¶ Vel adſit incertitudo proueniens ex culpa obligati ad retrouendendum. ¶ Et quando conditio habeatur pro impleta, ſi ſtat per eum, cui eſt adimplendum, ita vt currant fructus. ¶ Stante dubio an competat ius redimendi quando ſit prius terminanda cauſa, antequam cognoſcatur validitas oblationis. ¶ In dubio iuris difficili an poſſit obiici, quod pretium, non fuerit depoſitatum, ſed ſolum verbaliter oblatum. ¶ Conuentio, vt in retrouenditione prius ſoluatur integrum pretium an excludat oblationem verbalem. ¶ Et quando ſit licita reemptio poſt tempus conſtitutum ad redimendum. ¶ Clauſula refectis expenſis an admittat oblationem.¶ Conditio quomodo ſit adimplenda. ¶ Pactum incontinenti appoſitum an habeatur pro parte pretij. ¶ Et quid ſi fiat ex interuallo ſeu ex mera gratia emptoris. ¶ Correſpectiuitas an excludatur ſtante expreſſione cauſæ etiam in actu facto eodem tempore. ¶ Oblatio tam realis cum depoſito, quam verbalis an debeat eſſe pura,vt dicatur valida. ¶ Et quando poſſit fieri vltimo die & vltimo momento temporis etiam nocturno. ¶ Mandatum ſpeciale an requiratur ad conſtituendum offerentem in mora. ¶ Et an detur illius purgatio de æquitate canonica ſtante pacto reſolutiuo. ¶ Citatio generalis an ſufficiat, vt competat ius redimendi, vel debeat eſſe ſpecialis,continens cauſam retractus.¶ Forma non ſeruata quando actus ſit ipſo iure nullus.

787 In actione reali de iure communi an procedatur ad excommunicationem, ſi non poteſt fieri immiſſio in poſſeſſionem bonorum. ¶ Habens plura remedia, & actiones quando poſſit eligere quam velit. ¶ Cenſuræ an relaxentur contra vnum ex obligatis non habentem aliqua bona, ſi

adeſt alius inſolidum cum eo obligatus, contra quem poſſit fieri executio perſonalis, & realis. ¶ Actio pro euictione quando competat ſolum pro parte rei euictæ, & an reſtitutio pretij ſit facienda pro rata. ¶ Et quando ad hunc effectum attendatur potius bonitas, ſeu menſura fundi. ¶ In caſibus in quibus imminet euictio, an poſſit retineri pretium in totum, vel tantum pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes.

788 Tranſactio, & diuiſio iurata an ſit reſcindenda propter enormem, ſeu enormiſſimam læſionem. ¶ Vel ob falſitatem & errorem cauſæ, quod bona ſint hæreditaria, ſeu communia, cum tamen eſſent propria. ¶ Et quid ſi ex alia cauſa poſſet ſuſtineri. ¶ Vel quando ſumus in maiore. ¶ Vel ſi adſint clauſulæ ex certa ſcientia, vel ſimiles ampliſſimæ. ¶ Vocatio fratrum & illorum filiorum naſciturorum an cenſeatur ordine ſucceſſiuo, & per fideicommiſſum. ¶ Renunciatio *l. de hu. C. d. tranſact.* qualis debeat eſſe, vt operetur. ¶ Filius quando præſumatur acquiſiuiſſe potius de bonis hæreditariis paternis, quam propriis. ¶ Prohibitio alienationis cum expreſſione, vt conſeruentur bona in familia an faciat, vt filij in conditione poſiti ſint ſubſtituti per fideicommiſſum. ¶ Præſumptio quod quis acquirat, & ditetur an habeat locum non probata cauſa, & induſtria. ¶ Renuncians cum clauſula omni legum auxilio, & ſimilibus verbis generalibus quando dicatur renunciaſſe fideicommiſſo. ¶ Et an ſit probanda ſcientia præciſa illius, & quod renunciatio non poſſit in alio iure verificari.

789 Confeſſio iurata quando poſſit reuocari poſt acceptationem, & ius quæſitum parti. ¶ Et quæ probationes requirantur ad docendum de illius errore. ¶ Et an teſtes debeant [illegible]ni exceptione maiores, tam in perſonis, quam in dictis, reddendo rationem etiam ſi non fuerint interrogati. ¶ Et an ſit probanda qualitas bonæ opinionis, & famæ. ¶ Negatiua an requirat ad illius probationē, quod adducatur ratio abſque interrogatione, ſiue ſimus in criminalibus, ſiue in ciuilibus. ¶ Probatio valoris, & fructuum an ſubſiſtat non probata quantitate bonorum. ¶ Confeſſio in precibus an magis afficiat, quam in alio actu. ¶ Et quando proſit abſenti, quamuis preces eſſent ſubreptitiæ, & contra eas fuiſſet iudicatum.

790 Dominium an probetur ex ſola recognitione rei emphyteoticæ. ¶ Vel ſit etiam probandū, quod recognoſcens poſſideret rem recognitam, & illius eſſet dominus tempore recognitionis. Et quid in antiquis. ¶ Et quod tempus dicatur tale. ¶ Et quando vnica recognitio ſufficiat. ¶ Et an illa præiudicet tertio poſſeſſori, & recognoſcenti, & hæredi vel legatario, donatario, emptori, & ſimilibus ab eo cauſam habentibus. ¶ Vel quando eadem recognitio reſpicit vtilitatem domini, qui non ſit talis, in quem dominium ſine traditione transferatur. ¶ Identitas rei cognitæ an ſit probanda. ¶ Et quæ probationes requirantur. ¶ Et quid ſtante diuerſitate menſuræ an tunc maior probatio ſit neceſſaria, ita vt ſit recurrendum ad duas demonſtrationes, per quas conſtet de corpore rei per appoſitionem loci cum duobus confinibus.

791 Facultas conferendi ordines minores an competat Abbatibus tam quo ad monachos, & conuerſos ſuos, quam laicos etiam cum dimiſſoriis Epiſcopi. ¶ Et quid ſeruandum ſit iuxta Concilium reiecto iure communi. ¶ Et in nouitiis ante profeſſionem. ¶ Monachi Silueſtrini, & Camaldolen. an ſint exempti ab oneribus & collectis iuxta priuilegia aliarum religionum. ¶ Et quid operetur cōmunicatio illorum, & ſimilium facultatum. ¶ Et an præſumantur eſſe in viridi obſeruantia. ¶ Clauſula ſublata, & decretum irritans quē effectum habeat. ¶ Coloni, & ſingulares de populo, & Canonici ſoluentes collectas, & alia onera, à quibus populus, & eccleſia, & domini ſunt exempti, an illis præiudicent. ¶ Res loco alterius erecta an poſſit continere plus quam alia, ita vt ſi non probetur, quod quædam qualitas inſit primæ, debeat ineſſe ſecundæ.

792 Mulier quando ſit redotanda tam propter amiſſionem totius dotis, quam partis, & tam per patrem, quam per fratrem obligatum dotare. ¶ Et quo caſu ſint expectandæ ſecundæ nuptiæ, ita vt ſufficiat interim filiam alimentare abſque eo, quod redotetur tam viuente patre, quam poſt obitum illius. ¶ Appellatione rei quando pars contineatur, ſiue ſimus in negatiuis, ſiue affirmatiuis, ſiue in fauorabilibus, ſiue in odioſis. ¶ Dos an ſuccedat loco legitimæ ſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Sub genere quando veniant ſingulæ eius ſpecies. ¶ Satiſdatio, & verſio, & dos an dicatur data ſi non durat datio, cum aliis ſimilibus remiſſiuè. ¶ Bona aſſignata pro legitima, & alimentis, ſi pereant, an iterum ſint aſſignanda. ¶ Prouiſiones, quæ fiunt in cauſis dotium an habeant locum, ſiue petatur tota dos, ſiue pars.

793 Error calculi in quo conſiſtat. ¶ Et quis dicatur calculator. ¶ Et quando calculatio erronea ſuſpendat executionem. ¶ Promiſſio ſoluendi reſeruato errore calculi an retardetur ſub prætextu, quod promittens nihil habeat in manibus de bonis ſpectantibus ad eum, pro quo fuit promiſſum. ¶ Suſcipiens alienum debitū quando teneatur ex cauſa vera, & putatiua. ¶ Reſeruatio an ſit referenda ad expreſſa, & determinata. ¶ Et quando confirmet voluntatem diſponentis in non reſeruatis. ¶ Clauſulæ ſponte & ex certa ſcientia, & omni meliori modo, & ſimiles an excludant repetitionem reſpectu erroris. ¶ Venditor an teneatur de euictione etiam non conuenta. ¶ Ceſſio an ſit de natura actus. ¶ Et quando illa poſſit peti tam ex interuallo, quàm poſt factam ſolutionem, tam per extraneum, quam per neceſſarium defenſorem. ¶ Et quid ſi poſt ſententiam petatur. ¶ Vel quando fuit renonciatum omni exceptioni. ¶ Officium Iudicis an competat ad faciendum ſibi cedi iura talia qualia, quamuis actio non daretur. ¶ Spoliatus an poſſit ius ſuum cedere, ita vt per talem ceſſionem tranſeant iura ſpolij in ceſſionarium.

794 Aſſignatio legitimæ an ſit facienda in omnibus bonis, & corporibus hæreditariis iuxta valorem obitus teſtatoris, vel in duobus, aut in tribus iuxta arbitrium Iudicis ſtante incommodo diuiſionis. ¶ Et an retardetur propter affictus non finitos, ex quibus poſſit damnum, aut vtilitas hæredibus contingere. ¶ Et quando tale ius conductionis ſit de actionibus, aut iuribus hæreditariis, ita vt veniat in detractione legitimæ, ſicut veniunt iura hæreditaria. ¶ Et quid ſi adſit incertitudo aliorum bonorum. ¶ Et quando illa poſſit certificari per æſtimationem, prout ſolet fieri in vſufructu

impu-

Epitome Capitulorum.

imputando,& in appaltibus Cameralibus. ¶ Et an interim debeat ſuſtineri, donec non ſequatur variatio. ¶ Bona ſuperuenientia poſt mortem teſtatoris an augeant legitimam, ſi procedant ex lite, quæ aderat ipſo viuente, & habeant originem ex cauſa de præterito. ¶ In militia, & vita ſubrogata loco legitimæ an attendatur tempus mortis feudatarij,ſeu emptionis feudi. ¶ Executio rei debitę an retardetur, ſi eſt certa iuxta præſentem ſtatum, quamuis poſſit alterari,vel minui ab aliquam cauſam. ¶ Seruus reuerſus ab hoſtibus poſt obitum teſtatoris an augeat hæreditatem ad fauorem legatariorum. ¶ Officia,de quibus filius non poteſt diſponere ob decretum patri reſeruatum, an imputentur in legitimam.

795 Depoſitum conditionale quando liberet deponentem. ¶ Et quid ſi fuerit admiſſum per Iudicem cum clauſula, prout de iure. ¶ Et de effectu eiuſdem clauſulę tã in admiſſione appellationis, quàm in ſimilibus actibus ¶ Conditio extrinſeca appoſita in productione cedulæ liberæ continentis depoſitum, an reddat idem depoſitum inualidum. ¶ Et quid ſi tali proteſtationi non fuerit contradictum. ¶ Oblatio an ſit facienda per procuratorem cum ſpeciali mandato, ad hoc, vt contrahatur mora. ¶ Depoſitum iudiciale an debeat fieri de mandato Iudicis competentis. ¶ Et an requiratur proteſtatio coram honeſtis viris,ſi eiuſdem Iudicis copia haberi non poſſit. ¶ Et quando ſubiectio ſit neceſſaria, vt quid dicatur de foro præcipientis. ¶ Iuriſdictio conceſſa alicui priuatiuè,ſeu denumeratiuè aggregatiuè, & diſtributiuè an impediat, vt nullus alios poſſit eſſe Iudex etiam pro rogatione. ¶ Priuilegium maius quando attendatur inter priuilegiatos,ſiue concurrant inter ſe,ſiue inter alios. ¶ Clauſula generalis an ſit referenda ad omnia etiam in odioſis, & in habentibus ſpecialem, propriam & ſeparatam determinationem.

796 Adminiſtratores Monaſterij deputati ad emendum cenſum ſcutorum mille, an poſt illius conſtitutioné poſſint declarare in apocha priuata, quod verè cenſus fuit conſtitutus in minori ſumma. ¶ Quæ incontinenti fiunt quando cenſeantur ineſſe etiam poſt actum perfectum ¶ Et quid ſi gerantur ab eis,qui non habent poteſtatem inchoandi actum. ¶ Confeſſio Prælati an præiudicet eccleſiæ etiam in quærendis, & in bonis immobilib. decretis à capitulo, & conuentu. ¶ Contradicens inſtrumento an grauetur duriori probatione. ¶ Et quem effectum habeat obſeruantia contractus in eo celebrati ¶ Diuerſitas ſummarum quando probet diuerſa credita ¶ Actus quo caſu dicatur correſpectiuus, & factus incontinenti. ¶ Declaratio an verſetur circa rem dubiam, vel claram. ¶ Et quando dicatur noua diſpoſitio, per quam non poſſit tolli ius alteri quæſitum ¶ Clauſula *actum*, an debeat poni in fine rei geſtæ, vt oſtendat illius perfectionem. ¶ Veriſimilitudo quando in probationibus habeatur pro lege, & faciat plenam fidem. ¶ Procurator an debeat ſoluere intereſſe non emens iuxta formam mandati per eum acceptam. ¶ Manutentio in exactione fructuum cenſus an ſit danda pendente lite. ¶ Vel lata ſententia ſuper illius inualiditate. ¶ Vel conceſſa reſtitutione in integrum aduerſus rem iudicatam.

797 Præſcientia, intimatio, notorium, & ſcientia quando ſuppleat omnem defectum citationis. ¶ Actus conficiendi inuentarium an ſit extraiudicialis,& leuis præiudicij. ¶ Et quando in eo conficiendo ſufficiat quæcumque denũciatio. ¶ Modus certiorationis an attendatur, ſi habemus effectum, non ſolum ſi idem effectus fuit cauſa modi inducendi, ſed è contra. ¶ Decretum Iudicis an requiratur in inuentario hæredis, & tutoris. ¶ Dolus an excludatur, ſi in confectione inuentarij fuerint plures citati, & aliqui non, ita vt hoc proſit ad reſtitutionem concedendam hæredi, ſiue agatur cum legatariis, ſiue cum creditoribus ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur maiori poſt aditam hæreditatem, & in aliis inductis ad conſeruandum iuris rigorem ob iuſtam cauſam. ¶ Et an illa dicatur talis, ſi fuerit detectum magnũ æs alienum, quod prius erat incognitum ¶ Paupertas an repellat teſtem, ſi non conſtat illum eſſe ſuſpectum ¶ Exceptio contra teſtem an debeat attendi, ſi non probetur de tempore examinis ¶ Contrarietas an adſit in teſte, qui prius dixit aliquid ſcire, & poſtea dicit neſcire,ita vt intelligatur, quod nihil ſit præter aliud, quam dixerit. ¶ Depoſitiones teſtium quando ſint reducendæ ad concordiam. ¶ Et an ſint inualidæ, ſi conuincantur de mendacio in his, quæ non concernunt negotium principale. ¶ Tempus vnius anni datum hæredi ad exequendam voluntatem defuncti, an currat ſtante iuſta cauſa, vel detur reſtitutio, quatenus curreret.

798 Tempus ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus nõ confectum inuentarium an duret per quadriennium poſt completam ætatem. ¶ Et an minori incumbat probatio iſtius quadriennij non elapſi, vel excipienti. ¶ Actio de dolo an ſit biennalis. ¶ Et quis debeat probare fuiſſe biennium decurſum. ¶ Creditores abſentes quãdo ſint citandi ad inuentarium conficiendum. ¶ Grauamen aſſumendi arma, & nomen teſtatoris an ſit validum. ¶ Et quando grauatus priuatur hæreditate ob non implementum. ¶ Et an interpellatio requiratur, ſiue ſimus in grauamine ſub modo, ſeu conditione. ¶ Et quando ſit expectandum tempus anni iuxta *auth. hoc amplius. Cod. de fideicommiſſ.* ¶ Vel potius ſit in arbitrio Iudicis abbreuiare tempus. ¶ Et an nomen aſſumendum debeat eſſe honeſtum, ita vt ſi non fuerit tale non ſit cogendus illud aſſumere, & nihilominus bona relicta acquirantur. ¶ De nominibus multa notanda remiſſiuè circa illorum impoſitionem, mutationem & ſuppreſſionem. ¶ Et quare nobis fuerit impoſitum nomen Chriſtiani non Ieſuani, cum tamen dicamus Chriſtum, & Ieſum. ¶ Et de quo tempore nomen Chriſtanorum exortum fuerit.

799 Filiusfamilias factus ſui iuris quando conueniatur inſolidum, vel deducto ne egeat ex contractu celebrato tempore, quo erat ſub patria poteſtate. ¶ Et quid antiquitus ſeruaretur. ¶ Vel quando contraxit, vt nuncius. ¶ Et an debeat abſtinere ab hæreditate patris ad hoc, vt gaudeat beneficio *l. 2. Cod. quod cum eo.* dum diſponit, vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt. ¶ Et quando poſſit dicto beneficio renunciare. ¶ Et an renunciatio generalis ſufficiat, vel cum clauſula omni legum auxilio, & inſolidum, & cum iuramento, & cum promiſſione de ſoluendo integrum debitum, vel potius debeat eſſe ſpecialis, & expreſſa. ¶ Et an

tales clauſulæ vel ſimiles extendantur ad exceptiones ſuperuenientes,& ad illa,quæ habent effectum, & cauſam de futuro. ¶ Et quid in ſociis hæredibus, & aliis ita renunciantibus. ¶ Clerici, & alij habentes priuilegium deducendi ne egeant, an poſſint illo vti quando creditor eſt pauperior.
¶ In pari cauſa neceſſitatis an præferatur qui tractat de damno. ¶ Renuncians cum obligatione camerali iurata, & cum clauſulis ampliſſimis omni legum auxilio, & ſimilibus an dicatur renunciaſſe exceptioni cedendarum, & diſpoſitioni *c. Odoardus de ſolutionibus.* ¶ Iuſiurandum an immutet naturam contractus, vel ſolum augeat obligationem, & addat robur, & vinculum religionis. ¶ Et quando illud euaneſcat ſublato contractu principali cum omnibus clauſulis in eo contentis. ¶ Dolus, culpa, & mendacium in contrahendo an faciat, vt filius amittat beneficium *l. 2. C. quod cum eo,* ¶ Et an talis dolus debeat eſſe præordinatus ad finem fraudandi creditores, vt detur iſta amiſſio.
¶ Exhæredari, abſtinere, & hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij an idem ſint ad hoc, vt filius gaudeat dicto priuilegio. ¶ Exceptio ne quis conueniatur niſi quatenus poſſit an ſit temporalis,ſeu peremptoria, & in ea conſideretur ſtatus ſucceſſiuus pingnioris fortunæ. ¶ Extraneus contrahens cum filiofamilias habente peculium an obliget illum inſolidum etiam mortuo patre, & peculio quoque adempto. ¶ Actio iudicati an poſſit impediri per filium condemnatum viuente patre, ſi tempore executionis ſit ſui iuris ad effectum, vt habeat priuilegium, ne egeat, quamuis contra ſententiam nihil ex ſtatuto poſſit opponi.
¶ Delictum an imputetur, niſi adſit deliberatio, & præordinatio ad illud committendum. ¶ Hæres verus an dicatur, qui adit eum beneficio legis, & inuentarij. ¶ Praxis qualis ſit, vt filius poſſit petere beneficium *leg. 2. Cod. quod cum eo.* ¶ Et an illud ſit diuerſum ab aliis, quæ dantur patri,fratri,& ſimilibus ob cauſam miſerationis, & reuerentiæ.
¶ Clauſula rebus ſic ſtantibus,quid operetur ¶ Exceptio competens principali an ſit danda fideiuſſori. ¶ Opinio vltimo loco relata quando ſit approbata ¶ Priuilegium *l. 2. C. quod cum eo.* an amittatur per filium ſi per plures annos contra eum non fuerit actum per creditores. ¶ Et quem effectum habeat in hoc dilatio temporis. ¶ Pendente iudicio deductionis ne egeat an interim debitor ſit carcerandus, vel ſufficiat cautio de parendo iudicato. ¶ Filius ſui iuris effectus an poſſit ratificare contractum geſtum in vita patris. ¶ Et an talis ratificatio intelligatur, prout eſt nunc, vel prout eſt tunc adeo, vt non ſit grauandus ad ſolutionem terminorum decurſorum ante ratificationem.
¶ Hæredi an competat beneficium conceſſum debitori ne grauetur niſi quatenus poſſit. ¶ Renunciatio quando ſit ſtrictè intelligenda poſtquam habuit vnum effectum.

800 Canonicus celebrans miſſam in aurora an poſſit eximi à cæteris ſeruitiis eccleſiæ, & lucretur integras diſtributiones quotidianas. ¶ Obligatus ad dicendam miſſam, quando habeat facultatem per alium celebrandi ¶ Qualitas ſacerdotij an ſit neceſſaria in actu non in habitu. ¶ Conſuetudo immemorabilis an habeat vim tituli, & priuilegij. ¶ Et an dicatur ſublata per reuocationem cuiuſcumque conſuetudinis. ¶ Subrogatus an debeat eſſe eiuſdem qualitatis cum ſubrogante. ¶ Canonici an poſſint ſe inuicem ſubſtituere in functionibus chori, & eccleſiæ. ¶ Priuilegium ſpeciale ſuper diſtributionibus an præſumatur ex iuſta cauſa præceſſiſſe, quidquid ſit in conſuetudine generali. ¶ Habens poteſtatem diſponendi an poſſit diſpoſitionem qualificare.

FINIS.

DISCE-

224 vol III-IV BK II
618/1.

DISCEPTATIONVM FORENSIVM Iudiciorum

STEPHANI GRATIANI

ROMANI. V. I. D.

TOMVS QVARTVS.

EPITOME.

PRÆLATI, & adminiſtratores Ecclesiatom quandn ſint loco tutorum, & eotum booa dicantur tacitè hypothecata pro malè adminiſtratis, ita vt competat Saluianum interdictum contra tertios poſſeſſotes. ¶ Hypotheca tacita an detur ad fauorem Epiſcopi, ſeu Cameræ Epiſcopalis, & Clericorum contra bona illorum cum quibus contrahunt. ¶ Et quid in Ciuitate Romana, & Antiochena, & in alijs vniuerſitatibus. ¶ Eccleſiá læſa ob negligentiam Prælati, contra quem eſt lapſum quadrienniom, an poſſit petere reſtitutinoem in integrum poſt quadriennium, vel aduerſus lapſum eiuſdem quadriennij. ¶ Enormiſſima læſio quę dicatur ad effectum concedendi talem reſtitutionem. ¶ Et quando ſubducatur tempus vitæ Prælati malè alienantis, vt ſit illi locus. ¶ Sententia quo caſu afficiat Eccleſiam collegiatam, & vniuerſitatem. ¶ Et quandn ſemper, & perpetuò debeat permanere illæſa. ¶ Et quomodo iſtæ dictionnes, & ſimiles intelligantur. ¶ In læſione, quæ quotidiè originatur, an competat reſtitutio poſt quadrienoium, vt in cauſa matrimoniali, vel alia habente grauamen continuum ſiue ius aſſiſtat, ſiue non aſſiſtat. ¶ Hypotheca an inducatur etiam in caſibus in iure non expreſſis. ¶ Minor, Ciuitas, Eccleſia, & reſpublica in quibus caſibus æquiparentur. ¶ Paritas ratinois, quando inducat extenſionem, ſeu compræheoſinoem, & proprium intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus reputatur tanquã ſponſus Eccleſiæ, & valet argumentũ de matrimonio carnali ad ſpiritnale.*

2 *Vxor habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote reſtituenda.*

3 *Bona Prælati & adminiſtratoris ſunt tacitè hypothecata pro damnis illatis Eccleſiæ à die acceptandæ adminiſtrationis.*

4 *Eccleſia æquiparatur minori, Ciuitati, & Reipublicæ, & numero 14.*

5 *Bona tutoris ſunt tacitè obligata pupillo.*

6 *Prælati, & Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ ſunt loco tutoris, numero 17. & 14.*

7 *Fiſcus habet tacitè obligata bona conducentium vectigalia.*

8 *Epiſcopus quaſi contrahit cum Eccleſia acceptando prælaturam.*

9 *Hypotheca non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Intellige vt numero 10.*

11 *Argumentum à paritate rationis nõ inducit extenſionem, ſed comprehenſionem, & proprium intellectũ.*

12 *Prælatus tenetur ſoluere de ſuo, ſi Eccleſia propter eius negligentiam paſſa fuerit damnum etiam lucri ceſſantis, & quamuis ſimus in quærendis.*

13 *Reſpublica, & vniuerſitas, excepta Ciuitate Romana, & Antiochena non habent tacitam hypothecam in bonis eorum, cum quibus contrahunt. Declara vt numero 16. 18. 19.*

15 *Fauor Eccleſiæ præponderat fauori ciuitatis.*

20 *Camera Epiſcopalis, ſeu Epiſcopus non habet priuilegium tacitæ hypotheca in bonis eorum, cum quibus contrahit, nec poteſt intentare remedium Saluiani contra tertios poſſeſſores ex d. cauſa, numero 24. Et quid in materia canonis, numero 21.*

22 *Bona clericorum an gaudeant eodem priuilegio cum bonis Eccleſiæ, quo ad effectum tacitæ hypotheca.*

23 *Eccleſia regitur iure communi, niſi in ſpecie reperiatur priuilegiata.*

25 *Cauſa dotis, & fiſcalis paribus paſſibus ambulant.*

26 *Prælatus negligens in adminiſtrando poteſt reuocari, ſicut tutor.*

28 *Eccleſia læſa ob negligentiam Prælati, contra quem eſt lapſum quadriennium non poteſt petere reſtitutionem in integrum etiam poſt quadriennium, nu. 29. 30. & 33. Declara vt numero 45. & 47.*

31 *Læſio ſi quotidiè originatur facit, vt poſſit peti reſtitutio poſt quadriennium, vt in cauſa matrimoniali. Intellige vt numero 32. & 34.*

35 *Eccleſia ſemper debet illæſa permanere, & quomodo hoc intelligatur, numero 37. & 39.*

36 *Dictio, ſemper, perpetuò, continuè, nunquam, & ſimiles quid ſignificent, numero 38. & 40.*

41 *Loca pia & vniuerſitates non ſolùm nõ reſtituuntur*

9

*vltra tempus quadriennij, ſed neq; poterunt reſti-
tui ad reſtitutionem petendam aduerſus lapſum
huius quadriennij, & de ratione, nu. 42. Idem in
minoribus, & ſimilibus, n. 43. Declara vt num 44.*
46 *Enormiſſima læſio quando dicatur ad effectum con-
cedendi reſtitutionem.*
48 *Tempus Prælati alienantis donec vixit, quando
ſubducatur, vt ſit locus reſtitutioni.*
49 *Sententia non afficit Eccleſiam collegiatam, & vni-
uerſitatem, niſi fuerit legitimè conuocata.*

CAPVT DCI.

ECCLESIA habet tacitam hypothe-
cam in bonis ſui adminiſtratoris, ſeu
œconomi, nam Prælatus reputatur
tanquam maritus Eccleſiæ *c. ſicut vir*
1 *non debet, &c. ſicut alterius, 7. quæſt. 1.* † & valet ar-
gumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale,
& è contra *c. inter corporalia, de tranſlat. epiſc.* Cyn.
& Sal. *in auth. niſi rogati, C. ad Trebell. Euerar. loco
argum. 76. & 77. à matrim. carnal. ad ſpiritual. & à
matrim. ſpiritual. ad carnal. nu. 1. cum ſeq. fol. 419. &*
2 438. † Vnde ſicut vxor habet tacitam hypothe-
cam in bonis mariti pro dote reſtituenda, & eius
adminiſtratione à die contracti matrimonij *l.
vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. l. aſſiduis, C.
qui pot. in pign. hab.* Ita etiam eandem tacitam ha-
bebit Eccleſia in bonis Prælati, & alterius cuiuſq;
adminiſtrãtis pro damnis per eum illatis in rebus
3 ſuis à die acceptæ adminiſtrationis, † non autem
à die damni illati, ſeu malæ geſtionis, ita in ſpecie
de tacita hypotheca concludit Gloſſ. *in c. ex literis,
§. in verb. obligata. poſt princ.* & ibi Abb. *nu. 11. co-
lum. vlt. ad med. verſ. ſecundo principaliter nota de
pignorib.* Idem Abb. *in c. epiſcopus. de præbend.* Iaſ.
*in §. item Seruiana, n. 76. col. 12. ad med. ver. & eodem
modo ſi inter.* & ibi Surdus *in addit. col. 3. ad med.
ver. nota quod licet aliàs eccleſia. inſt. de action. poſt
gloſſ. in l. ſimiliter, 16. q. 1.* Neguſ. *de pignorib. part. 2.
memb. 4. nu. 120. fol. 38.* Lupus *in rub. de donat. inter
virum & vxorem, §. 66. nu. 21. ad med. ver. ſicut in
ſimili dicemus, & verſ. & propterea ſicut bona, col.
10. poſt med. fol. 168.* & de communi teſtatur Mun-
noz. *de ratiocin. cap. 39. numero 13. poſt Petrum
Pequium de eccleſ. reparand. cap. 4. numero 3.*
Et facit quia Eccleſia æquiparatur minori *c. de re-
4 ſtit. in integr.* † vnde ſicut bona tutoris ſunt obli-
5 gata pupillo Gloſſ. *in l. fin. C. de legitim. tut.* † Ita &
bona Prælati erunt obligata Eccleſiæ, cum etiam
6 Prælatus in multis æquiparetur tutori † Abb. *in c.
cum deputati.* vbi Felin. *col. penult. verſ. quando præ-
latus æquiparetur, de iudic.* prout in propoſito hanc
rationem adducit Neguſant. *de pignorib. p. 2. mem-
brum 4. n. 121.* poſt Abb. *in c. ex literis, §. n. 11. de pi-
7 gnorib.* † vbi etiam addit, quod idem eſt in fiſco,
cui ſunt tacitè obligata bona conductorum ve-
8 ctigalium *l. ſemper, §. diuus, de iur. immunit.* † Ergo
etiam bona Prælati, qui quaſi contrahit cum Ec-
cleſia acceptando prælaturam *c. niſi de renunciat.*
Neque obſtat, quod hypotheca non inducatur, niſi
in caſibus à iure expreſſis Gloſſ. *in l. fundi, in fin. ff.
9 de priuil. credit.* † Rip. *in l. damus, n. 6. eod. tit.* Surd.
dec. 271. num. 10. Quia ſufficit, quod militet argu-
mentum à paritate rationis de matrimonio car-
nali ad ſpirituale, & de minore & tutore ad Ec-
cleſiam, & Prælatum ad effectum inducendi taci-
10 tam hypothecam, † vt notat Abb. *in c. ex litteris, n.
11. in princ. de pignorib.* Munnoz. *de ratiocin. admi-*
11 *niſtr. c. 39. n. 13. in fi.* † vbi etiam quod hoc caſu nõ
dicetur extenſio, ſed comprehenſio, & proprius
intellectus Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. libertis,
n. 44. & 45. C. de reuoc. donat.* poſt Cyn. & Bald. *in
l. quod vero, C. eod. tit.* Idẽ Bald. *in l. per diuerſas, col.
1. in fin. C. mand. & conſ. 433. domina Ioanna, ante
fi. li. 3.* Abb. *in ca. nihil col. 5. ver. nec obſtat ſi dicãt. de
electionib.* Alex. *in l. curatoris. C. de neg. geſt.* Anchar.
cõſ. 112. ſuperſtite domina, col. 1. Caſt. *cõſ. 441. pro de-
claratio. col. penult. li. 1. & cõſ. 84. præsẽs ſtat. col. 2. li. 2.*
Quibus adde, quod etiam contra Prælatum negligẽ-
tem in omittendo poteſt Eccleſia agere, vt de ſuo
12 ſoluat, † etiamſi eſſet damnum lucri ceſſantis Fe-
lin. *in c. accepimus, 4. n. 9. de fid. inſtr.* Ita vt ſi Præla-
tus præiudicat Eccleſiæ in quærendis, eodem mo-
do poſſit agi contra eum per Eccleſiam, prout di-
citur de tutore. Idem Felin. *in c. 1. n. 12. ver. beneficia-
tis. de præſcrip.* iuxta Gloſſ. *in c. ſi 16. q. 6. & l. vlt. C.
arbitr. tutel.* & per conſequens bona eiuſdẽ Præ-
lati erũt tacitè hypothecata; prout sũt illa tutoris
ad fauorẽ minoris, vt æquiparatorũ idẽ ſit iudiciũ.
Nec aduerſatur quod Reſpublica, vniuerſitas, & ci-
uitas exceptã ciuitate Romana, & Antiochena
non habeat tacitã hypothecam in bonis debito-
13 rum, & aliorum, cũ quibus contrahit, niſi ex ſpe-
ciali priuilegio ſeu pacto, cùm regulariter ciuita-
tes vtantur iure priuatorũ *l. 2. & ibi Gloſſ. in verb.
perſonalem, C. de iur. reipubl. li. 11. l. fi.* vbi Bart. *ff. ad
municipal. l. ſimile, 10.* vbi Gloſſ. *in verb. in bonis, ff.
eod. tit.* Franc. Marc. *dec. 339. n. 8. p. 1.* poſt Gloſ. *in
l. 2. in verb. obligari, in fi. C. in quib. cauſ. pig. vel hy-
pothec. tacit. contrahit.* Rip. *in l. priuilegia, nu. 29. &
30. ff. de priu. cred. cum alijs per Loſæum, de iur. vni-*
14 *uerſit. p. 3. c. 6. n. 22.* † Ergo idem erit in Eccleſia, quæ
æquiparatur ciuitati, & Reipublicæ, tanquam etiã
reſpublica debeat iuuari, ſicut pupilla *l. 3.* vbi
Gloſſ. *in verb. rempublicam, C. de iur. reipubl. li. 11.*
Quia reſpondetur, quod fauor Eccleſiæ debet præ-
ponderare fauori ciuitatis, vt in propoſito tenet
15 † Mundoz. *de ratioc. adminiſtr. c. 39. n. 13. ante fi.*
poſt Azeued. *li. 9. Recopilat. l. 2. tit. 13. nu. 5.* Cum
etiam contraria procedant in debitoribus ciuita-
tis, contra quos Ciuitas non habet hypothecam
16 tacitam, † ſicut nec Eccleſia, niſi ſolum in caſu ad-
miniſtrationis bonorum ipſius, qui eſt caſus ſpe-
cialis, tanquã adminiſtrator, & œconomus ſit tu-
17 tor, † & loco illius habeatur Neguſ. *de pignor. p. 2.
memb. 4. n. 121.* Cyn. & Bald. *in l. dotis, C. de iur. dot.*
Alex. *in l. ſi filio, §. fi. col. 3. ff. ſolut. matrim. & cõſ. 104.
plura ſuper his, in fi. li. 6.* Prout etiã idem eſt in ad-
18 miniſtratore bonorum ciuitatis, † contra quem ex
ſpeciali fauore habet ciuitas hypothecã tacitã in
eius bonis, quidquid ſecus ſit in alijs debitoribus
ciuit. Alex. *in l. 1. §. ſi hæres, in fi. ff. ad Treb. iuxt. Gloſ.
& Doctores in l. 1. alias 2. C. de debitorib. ciuit. li. 11.*
Obſeruandum eſt tamen, quod ſicut Eccleſia non
habet hypothecam tacitam in bonis debitorum,
19 cum quibus contraxit, † præterquã in caſu ſpecia-
lis adminiſtrationis, vt dictum eſt ſuprà *ver. neq;
aduerſatur quod reſpublic. in fi.* & notat etiã Alber.
*in l. 2. in fi. C. in quib. cauſ. pig vel hypothec. tacit. cõ-
trahit.* Ita etiã idem dicendum eſt in Camera Epi-
20 ſcopali, † quæ multo minus habebit priuilegium
tacitæ hypothecæ, vnde ſi quis contrahat cum Epi-
ſcopo, bona illius non ſunt tacitè hypothecata
Epiſcopo, nec Epiſcopatui, cum in hoc nullam le-
gem habeamus, vt tenet in ſpecie Neguſ. *de pi-
gnor.*

*gnor.p.2 memb 4.nu.122.fol.38.*Alex.*conſ.*104.*in fi.*
& ibi Addit.*in verb.eius.&.li.6.*Idem Alex. *in l.1.*
§.ſi heres.in fi ff.ad Trebell. Bald.*in rubr C.de priu.*
fiſc.in fi.& in l.vt inter diuinum, 19 quæ eſt vlt. n.9.
col.3.poſt princ ver.vlterius quære, C.de ſacroſ.Ec-
cleſ. vbi quod Eccleſiæ particulares non habent
tacitam hypothecam ex contractu, niſi in caſu
emphyteutæ non ſoluentis canonem iuxta *§.ſcire,*
authent.de non alienand.aut permutand rebus eccle-
21 *ſiaſtic.*†quamuis in hoc de canone dubitet,&plu-
ra in contrarium adducat Theſaur. *iuris emphy-*
*quæſt.4.n 6.vſq. ad 9 fol.17.*Alex.de Neuo.*conſ.95.*
nu.7.& 8 Socin.Iun *conſ.70 n.14 lib.1.*Rebuff.*de*
conſtitutionib.redditum vt non poſſ.niſi à quinquen.
pen.art.14.gloſſ 1.numero 27.tom 2.fol.415.
Provt etiam notandum eſt,quod licet Gloſſ. *in c.ex*
litteris, 5.in verb. obligata, de pignor. teneat quod
22 ad effectum tacitæ hypothecæ †bona clericorum
gaudeant eodem priuilegio cum bonis Eccleſiæ,
tamen hoc non eſt verum,quia potius eſt firman-
da regula in contrarium, quod videlicet ſolum
gaudeant priuilegijs Eccleſiarum in illis caſibus,
qui ſunt expreſſi in iure,cum in alijs nullum adſit
priuilegium Gloſſ *in ca.1.in prin.16.q.3.& in cap.*
quamquam,de cenſib.lib.6. Abb.*in ca.ex literis,in*
23 *fin.de pignorib.*†Immò etiam ipſa Eccleſia regitur
iure communi, niſi in ſpecie reperiatur priuile-
giata, & expreſſe appareat de eius priuilegio Sa-
lic.*in auth qui rem.nu.2.C.de ſacroſ.eccleſ.per text.*
*in c.1.de alienat.feud.*Corbul *de cauſ.priuat.ob non*
ſolut.canon.ampliat.27.numero 9 fol.389.
Ex prædictis colligitur malè conſuluiſſe pro Epiſco-
po eos,qui ex ſuo capite ſcripſerunt adeſſe hypo-
24 thecam,† & inde poſſe intentari Saluianum con-
tra tertios poſſeſſores, quia nulla ratio affertur,
quæ ſuffragetur huic opinioni, nam in Eccleſia
ideo admittunt Doctores dari hypothecam con-
tra Prælatum & œconomum,ac alios adminiſtra-
tores bonorum Eccleſiæ, quia tales dicuntur tu-
tores, quod non eſt in procuratore, & exactore
redituum Epiſcopi, qui Epiſcopus non eget tu-
tore,provt Eccleſia;& nullus Doctorum.qui alle-
gantur pro hypotheca,loquitur in Epiſcopo,& ſi
loqueretur non benè diceret,provt percurrendo
auctoritates adductas conſtabit ita eſſe,nã Gloſſ.
*in ca.ex litteris,de pignorib.*ſolum admittit hypo-
thecam in Eccleſia.§ Lap.*alleg.58.nu.9.*nil aliud
dicit, niſi quod bona clericorum ſunt obligata
Eccleſiæ pro mala adminiſtratione *ca.vlt. de vit.*
& hone,l.cleric.§ Rebuff.*de conſtit.redditutum, art.*
1.Gloſſ.14.n.30. dolet infelicitatem Prælatorum
deſtructorum Epiſcopatuum,& Abbatiarum, &
Prioratuum,qui male adminiſtrant talia bona,cũ
tamen ſint ad inſtar tutorum,adeò vt eorum bona
ſint tacitè hypothecata pro huiuſmodi mala ad-
miniſtratione bonorum Eccleſiæ.§Alex.*conſ.104.*
in fi.li.6 tenet contrarium & in Eccleſia,nam in-
25 quit†licet cauſa dotis & fiſcalis paribus paſſibus
ambulet *l.in omnis,C.de priu.fiſc.* tamen aliud eſt
in Eccleſia,quę in hoc ęquiparatur ciuitati,& vti-
tur iure illius, & ſicut ciuitas non habet tacitam
hypothecam *l.ſimile, ff.ad municip.*ita neq;Eccle-
ſia Bald.*in rubr.C.de priuil.fiſc.*Intelligendo tamẽ
in alijs debitoribus Eccleſiæ,quàm adminiſtrato-
ribus,vt ſupra dictum eſt, quia Alex. loquitur in
iſtis terminis,provt ex doctrinis per eum allega-
tis apparet.§Felin.*in ca.cum deputatis,11.n.8.de in-*
*dic.*ſolũ adducit Gloſ.*in l.præſes.C.quom.& quand.*
*iud.*ex quâ colligit,quod Prælatus non defendẽs
Eccleſiam ęquiparatur tutori non defendenti pu-
26 pillum,ſubdens,†quod Prælatus negligens poteſt
reuocari,ſicut tutor, & paſſim Eccleſia aſſimila-
tur pupillo Gloſſ.*in ca.inquirendum,de pecul.cleri-*
corum,& in ca.1.in verb ſedes,in fin.ne ſed.vacant.
§ Idem Felin.*in ca ad aures,8.n.4.de reſcript.*nul-
lum verbum ponit de hàc materiâ. § Abb.*in ca.*
ex literis.n.11.de pignor.& in ca.epiſcopus,4.de præ-
bend.& dignitat loquitur de bonis clericorũ,quæ
ſunt obligata pro mala adminiſtratione rerum
Eccleſiæ.§ Negui.*de pignor.p.2.memb.4.n.120.*fir-
mat concluſionem pro Eccleſia, vt ad eius fauo-
rẽ ſint obligata bona Prælati male adminiſtran-
tis;ſed poſteà *n. ſeq.*quod eſt 121. limitat in Epi-
ſcopo,& Camera Epiſcopali,quę non habet talẽ
hypothecam tacitam iuxta doctrinam Bald. *in*
rubr.C.d. iur.fiſc.in fi §.Bald.*in l.ſi quis presbyter.*
29.in princ.C.de epiſcop.& cleric. notat quod iux-
ta Gloſſ. *decreti* bona cuiuſq; Rectoris Eccleſiæ
ſunt tacitè obligata, provt ẽt idem eſt in Orpha-
notropho *l.orphanotrophos, C.de epiſcop. & cleric.*
dicta autem Gloſſ.decreti eſt *in c.a.ſimiliter,16.q.*
1.§ Idẽ Bald.*in l.ſi pignus,8.ff.qui potior.in pignor.*
*habeant.*dicit ſolum notandã eſſe Gloſ.ib.dum vi-
detur velle,quod ciuitas habeat tacitã hypothecã
in bonis ſecum contrahentium, quia poterit ha-
bere locum in bonis ſui adminiſtratoris,vt nota-
tur *in l.2.C.qui potior.in pignor habeãt.l.in rebus,C.*
de iur.dot.l.2.C de iur.reipubl.li.11.l.antiochenſiũ.
C.de priuil.creditor,l.1.C.in quibus cauſ.pign.tacit.
contrahit.§Rip.*in l.1.§. ſi hæres,n.36.ad med. ff.ad*
*Trebell.*explicat Gloſſ.ib. declarando, quod non
poſſit intelligi de tacita hypotheca,quia bona de-
bitoris non ſunt tacitè obligata ciuitati *l.ſimile,ff.*
*ad municipal.*Niſi ſaluando Gloſſ. ſecundũ Alex.
dicatur,quod licet regulariter bona debitoris nõ
ſint tacitè hypothecata, tamen fallit in bonis de-
bitorum ciuitatis ex cauſà adminiſtrationis *l.2.C.*
de debitor.ciuitat.li.11.§ Idem Rip.*in l.priuilegia,*
*n.29.vſq. ad 32.ff de priuil.creditor.*loquitur in Ec-
cleſia, & ciuitate reſpectu adminiſtrationis bo-
norum,cum in alijs debitoribus non detur hypo-
theca tacita *l.fin.Cod.quo quiſq; ordin.conueniat.li.*
*11.*quam ita intelligit Gloſſ.*in l.2.C.de debitor.ci-*
uit.eod.li.†Et in ſumma, ne conteramus tempus
in re clara, nullus ex doctoribus allegatis loqui-
tur in Epiſcopo,ſed ſolum in Eccleſia, & non eſt
inferendum de vno ad alium ex ſuperius addu-
ctis.Idem voluit Decian.*conſ.37.n.1.cum ſeq,li.2.*†
27 vbi æquiparat adminiſtratorem ciuitatis, & Ec-
cleſiæ tutori, cuius bona ſunt tacitè obligata pro
mala adminiſtratione, imo etiam pro neglecta
Bart.Bald.& Salic. *in l. pro officio, C.de admin.tut.*
Addendum eſt etiam, quod ſimiliter malè fuit con-
ſilium in alio dubio, dum quærebatur an Eccle-
28 ſia læſa ob negligentiam Prælati, † contra quem
eſt lapſum quadriennium poſſit petere reſtitutio-
nem in integrum etiam poſt quadriennium,nam
quidquid dicatur pro opinione affirmatiua, ve-
rior eſt negatiua,quod dicta reſtitutio non com-
petit,quia aliàs ſequeretur abſurdum,quod nun-
quam lapſus quadriennij induceret repulſionem
Prælati à petitione reſtitutionis in integrum, &
eſſet poſita de vento diſpoſitio *ca.1.de reſtit.in in-*
29 *tegrum,li.6.* † vbi Eccleſia poſt quadrienniũ non

admittitur ad petendam reſtitutionem contra
ſententiam, vel contractum, vel quid ſimile, niſi
præuaricationis, vel fraudis manifeſtæ probetur
ſuper hoc interueniſſe commentum, aut alia ra-
tionabilis cauſa ſubſit, quæ ſuperiorem mouere
debeat ad idem beneficium concedendum c. 2.
eod. tit. de reſti. in integr. li. 6. Soc. Iun. qui de com-
muni conſ. 115. n. 41, li. 2. Iaſ. in auth. quas actiones,
n. 35. C. de ſacroſ. eccleſ. Alciat. conſ. 203. n. 33. Oddo
30 de reſtitut. in integr p. 1. q. 19. n. 22. fol. 158. † Quibus
adde Felin. in c. 1. col. vlt. ad med. n. 13. de præſcript.
vbi reprehendit quendam Doctorem nullius no-
minis, quem propter eius honorem tacet, qui cō-
trarium tenebat, ſubdens eſſe puerile, non obſtā-
te ratione per eundem Doctorem allegata, quod
31 videlicet læſio quotidie originatur, † quo caſu po-
teſt peti reſtitutio in integrum etiam poſt qua-
driennium, prout eſt in cauſa matrimoniali, in
qua etiam poſt ſententiam, ſi fuit erronea, quoti-
die infertur præiudicium animabus, & datur re-
ſtitutio ēt poſt quadriennium Butr. in c. ex parte,
col 7. ver. ad vtramq; opinionem, de reſtit. ſpoliator. †
32 Quia reſpondetur quod iſta, quæ dicuntur de gra-
uamine quotidiano habent locum in grauamine,
cui non aſſiſtit ius & cui grauatus hodie non ac-
quieſcit, neq; preterita acquieſcentia operatur in
33 grauamine hodierno, † Aliud eſt in caſu noſtro, in
quo grauamen inductum ex lapſu quadriennij nō
eſt contra ius, immò ad ſui robur habet auctori-
tatem iuris, ſicut tranſitus in rem iudicatam, poſt
quem non allegatur grauamen, & præſcriptio le-
galis infert hanc pœnā negligenti, qui permittēs
labi tempus, tacitè ſubijcit ſe effectui illius tem-
poris, prout ēt ille, qui quotidiè grauatur, ſi ac-
quieuiſſet ſententiæ pronuncianti eum non gra-
34 uari, non audiretur amplius, † & contraria proce-
dunt in cauſa matrimoniali. & ſimili, in qua non
interuenit firmitas rei iudicatæ, vnde actus quo-
tidiè generat nouum peccatum, cui nullus partis
conſenſus potuit efficaciā conferre, & ita in ſpe-
cie reſpondet Felin. in cap. 1. ad fin. de præſcript. vbi
dicit iſta menti tenenda tāquam nouiſſima. Idem
Felin. in cap. accedens, il ſecondo, n. 15. col. 6. & vlt. in
fin. vt lit. non conteſtat. vbi de grauamine quotidiè
lædente, quod ab eo poſſit ſemper appellari
Franc. in c. ex parte, il 1. num. 8. cum ſeq. de appellat.
Nec facit, quod Eccleſię nullum tempus ſit ſtatuen-
dum ad petendam reſtitutionem in integrum, †
35 cum ſemper debeat illæſa permanere, vt dicit
text. in cap. de reſtitut. in integrum, li. 6. Quia illa di-
ctio, ſemper, debet intelligi pro omni caſu, deno-
36 tando ſempiternitatem actuum, † non autem tē-
porum, vt in ſpecie ita exponit Speculat. de reſtit.
in integrum, §. intra quod tempus, nu. 2. in fin. Oddo
eodem titul. q. 19. p. 1. nu. 13. fol. 158. vbi etiam de
37 dictione perpetuò, quæ ponitur † pro indiſtinctè,
ſiue generaliter Gloſſ. in l. 1. in verb. dum viuunt.
ff. pro ſocio, & in l. neſcimus, 35. §. tractatum, in verb.
perpetuo, ff. de negot. geſt. & in l. cognitionum, 5 §. cum
minuitur, in verb. perpetuo, ff. de var. & extraordinar.
cognitionib.. & inſtitut. de ſatiſd. tutor. in princ. in
38 verb. perpetuum, & ibi Silueſtr. nu. 24. † Et paſſim
iſtę dictiones ſemper, continuè perpetuò, nunquā
& ſimiles pro ſubiecta materia ſunt intelligendę.
Rebuff. in l. nam quem ſine liberis, 149. col. 4. in fin.
verſ. nam licet iſta dictiones, ff. de verbor. ſignif poſt
Gloſſ. in clement. 1. in verb. eius, de rebus eccleſ. non
alienand. Dec. conſ. 521. conſultus ab illuſtri domino,
col. 5. in princ. nu. 12. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff ſolut. ma-
39 trim. † Vnde aliquando iſta verba intelliguntur
ſecundum ſubiectam materiam, vel pro triennio,
vel pro decennio, vel pro viginti annis, vel pro
triginta, vel pro centum, vel vſq; in tertiam gene-
rationem, vel donec pœnituerit, vel in infinitum
ſine vlla temporis præfinitione, vel alias ſecun-
40 dum quod ſuadet illud, de quo diſputatur, † ſic
enim terminantur iſtæ dictiones, vt latè omnia
prædicta comprobat Silueſtr. inſtitut. de ſatiſdat.
tutor. in princip. n. 26. vſq; ad 34. poſt Bald. & Sa-
lic. in l. aduerſus, C. de viur. Alex. conſ. 60. & conſil.
85. li. 1. & conſ. 182. col. 3. li. 7. Calder. conſ. vlt. de
verb. ſignif. Rebuf. in l. nam quem ſine liberis, 149. co-
lum. 4 ff. eod. tit. Butr. conſ. 48. ad med. Ang in l. ex
facto, ff. de heredib. inſtituend. Addend. ad tract de
clauſul. p. 3. clauſ. 77.
Quę etiam ampliantur, vt non ſolùm Eccleſię, & ſi-
milia loca pia, ciuitates, & vniuerſitates non reſti-
41 tuantur † vltra tempus prędictum quadriennij, ſed
etiam neq; poterunt reſtitui ad reſtitutionem pe-
tendam aduerſus lapſum huius quadriennij Felin.
in ca. 1. n. 12 de præſcript. Odd. de reſtitut. in integr.
p. 1. q. 19. n. 25. & 26 fol. 158. poſt Anguſciol. conſ. 9.
n. 6. li. 7. Peregr. conſ. 94. n. 61 li. 2 & conſ. 102. n. 65.
42 li. 3. Giurb. dec. 106 n. 11. Et eſt ratio, † quia res in
infinitum traheretur, itaut qui contraxiſſet cum
Eccleſia, & locis pijs, & vniuerſitatibus, vel cū eis
aliquod negotium geſſiſſet, nec ipſe, nec eius hæ-
redes poſſent vllam ſecuritatem habere, cum ſimi-
lia loca nunquam moriantur, in quorum etiā prę-
iudicium hoc redundaret, nā cum eis nullus con-
43 traheret, † prout dicitur de ipſis minoribus, mu-
lieribus. & ſimilibus l. quod ſi minor, 25 § non ſem-
per, ff. de minorib. l. & ſi ſine, 8. in princ. ver. idem fa-
ciunt. vbi Gloſſ. in verb diſtrahantur, ff eod. tit. l. ſi
mulier tanquam, 11. vbi Gloſ. in verb contrahet, ff. ad
Senatuſconſul Vellcian. l ſancimus, in prin. C. ad Tre-
44 bel. l. cum plures, 13. §. 1 ff de adminiſt. tutor. † Dum-
modo tamen non ſubſit alia cauſa, quam lęſionis
Rimin. Iun. cōſ. 593. n. 56. li 5. Giurb. d. 106. n. 11. in fin
Contraria autem procedunt, quando enormiſſima
læſio allegaretur, tunc enim aduerſus ſententiam
45 conceditur reſtitutio † etiam poſt quadriennium
cap. 1 de reſtitut. in integrum, in 6 Bald. in l. 1. col. 2.
C. de condict. indebit. dixi ſupr. cap. 148. nu. 20. Ro-
man. conſ. 123. n. 5. vbi Mandoſ. in verb. enormiſſima:
Aym. conſ. 122. nu. 10. & de antiquit. tempor. p. 4. §.
46 materia iſta. n. 71. † vbi etiam quando ad iſtum ef-
fectum dicatur enormiſſima lęſio, de qua etiam
Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 21. n. 11. latè Socin. conſ 266.
n. 24. & 25. li. 2 Rot. diuer. dec. 1442. p. 3. li. 3. Surd.
conſ. 520. n. 10. in fin. li. 4. Miſing. obſeru. 51. cent. 1. n.
7. Guter. li. 2. pract quæſt. ca. 115. n 13. Pereg. conſil.
94. n. 62. li. 2. cū alijs latiſſimè adductis per Giur.
dec. 106. nu 12. & 13. vbi quod maximè procedit,
47 quando ageretur ſola facti veritate inſpecta, † vel
ſi vltra quadriennium ſuperuixit Prelatus, qui ma-
lè alienauit, tunc enim locus eſt reſtitutioni etiā
48 poſt lapſum quadriennij, † cum ſubducatur tem-
pus Prælati alienantis, donec vixit Gloſ. in c. 1. de
reſtit. in integr. & in ca. 1. in fin. eod. tit. in 6. Alexand.
conſ. 9. in fin. li. 5. Capic. dec. 4. n. 26. Roman. conſil.
407 num. 6. vbi Mandoſ. in verb. triginta Honded.
conſ. 80. nu 37. li. 2. Gabr. conſil. 67. num. 18. vſque
ad 21. lib. 2. Rimin. Sen. conſil. 450. numer. 49. lib. 3.

Caldaſ. *de reſtit. in integr. in verb. intra legitimum*
49 *tempus, nu.* 5. † Ita vt ſcientia non afficiat Eccle-
ſiam collegiatam,& vniuerſitatem,niſi fuerit le-
gitimè conuocata, Cagnol. *in l. 2. num.* 145 *ff. de*
orig. iur. Bertazzol. *conſ. ciuil.* 41. *nu.* 51. Ferret. *conſ.*
41. *nu.* 4. Corn. *conſil.* 46. *col.* 3. *&* 4. *li.* 3. & conclu-
dunt Bart. Ang. Caſtr. & alij communiter *in l. ſi-*
cut. § ſi quid vniuerſitati, ff. quod cuiuſq; vniuerſit.
nomin. Idem Bart. *in l. aut facta § fin. ff. de pœn. & in*
l. metum, §. animaduertendo, ff. quod met. cauſ. Al-
ciat. *conſ.* 7. *nu.* 14. *li.* 3. Dec. *conſ.* 437. *quæritur bre-*
uiter an homines, n. 3. Et ita viſis huiuſmodi allega-
tionibus etiam adhibito conſilio Patronorum, cũ
quibus omnia iſta fuerunt communicata, Epiſco-
pus ceſſauit à lite, quærendo aliam viam, ex qua
magis iuridicè poſſit ſibi de ſuo credito ſatisfieri.

EPITOME.

Petitio legitimæ, & eius ſupplementi, quando ſit confuſa per aditionem. ¶ Et an creditor illius poſſidens bona ſubiecta reſtitutioni, ex quibus debet detrahi, teneatur petere detractionem tanquam ſciens, vel ſcire debens illa eſſe reſtituenda ad hoc, vt ei non currat præſcriptio. ¶ Ius legitimæ non agnitum, an tranſmittatur ad hæredem extraneum. ¶ Et an is cui debetur legitima ante deductionem habeatur loco creditoris, ſeu domini pro indiuiſo.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, & illius ſupplementum, & quæcumque alia actio eſt præſcripta ſpatio quadraginta annorum.*

2 *Creditor legitimæ poſſidens bona ſubiecta reſtitutioni, ex quibus illa eſt detrahenda tenetur petere talem detractionem ad hoc vt ei non currat præſcriptio. Contrarium, nu. 4. 7. 10. & 14.*

3 *Ius legitimæ non agnitum tranſmittitur ad hæredem etiam extraneum.*

5 *Petitio legitimæ dicitur confuſa per aditionem, & quid talis confuſio operetur, nu. 6.*

8 *Renunciatio legitimæ non præſumitur, prout nec alterius iuris, quando alia coniectura capi poteſt, n. 9*

11 *Præſcriptio non currit poſſeſſori.*

12 *Creditor legitimæ, an poſſit conſiderari pro tertia dominus pro indiuiſo, vel ſit loco creditoris, quãuis non habeat dominium, nec poſſeſſionem antequam detrahatur, n.* 13.

15 *Negligens non poteſt dici, qui ſcit ius ſuũ durare, ideò non currit ei præſcriptio, quæ eſt pœna negligentiæ.*

CAPVT DCII.

[Adde *ad deciſ. Marchiæ* 4.]

IN dubio propoſito videbatur prima facie cõ-
cludendum eſſe locum præſcriptioni legitimę,
de qua agimus, nam cùm effluxerint quadraginta
anni, & vltra, dicitur omne ius amiſſum ſiue ſi-
1 mus in legitima, ſiue eius ſupplemento, † ſiue alia
quacumque diſpoſitione *l. cum notiſſimi, C. de præ-*
ſcrip. trigint. annor. Dec. *conſil.* 302. *in caſu occurrẽti*
in ciuitate poſt prin. verſ. venio ad ſecundum. Alex.
conſil. 8. *viſis ſubtiliſſimis dubitationibus, nu.* 25. *lib.*
3. Menoch. *conſil.* 81. *nu.* 28. *libr.* 1. Boer. *deciſ.* 250.
nu. 4. dixi latè *deciſ.* 4. *& ibid in addit.*
Quod etiam procedit non obſtante, quod creditor
legitimæ poſſideat bona, ex quibus illa ſit detra-
2 henda, † debebat enim petere talem detractio-
nem tanquam ſciens, vel ſcire debens, quod pote-
rat venire caſus reſtitutionis talium bonorum,
ideò requirebatur ſaltem declaratio animi, qua
declaratione non exiſtente, non poteſt dici, quod
adſit aliquod impedimentum iuris, ſed propriæ
negligentiæ, quæ non excuſat *l. in rebus, C. de iur.*
dot. & in puncto ita concludit Albenſ. *conſil.* 200.
quod eſt vltimum, nu. 24. *&* 25. *lib.* 1.
Verùm, quod in hoc caſu non detur præſcriptio, du-
bitationem facit, nam mortua matre, ius legitimę
3 † etiam non agnitum fuit tranſmiſſum ad eius
hæredem, etiam extraneum, & apud eum reman-
ſit, vt firmatum eſt in hac cauſa mihi delegata, &
eſt communis opinio, de qua per Dec. *conſil.* 302.
in caſu occurrenti, in prin. Alex. *conſi.* 150. *col. fin. n.* 8.
li. 2. *& conſ.* 88. *in princ. li.* 6. Aym. *conſ.* 312. *n.* 5. Do-
ctor. *in. l. ſcimus.* vbi Salyc. *in princ. q.* 1. *C. de inof-*
4 *fic. teſtam.* † Vnde non debet cõſiderari, quod talis
hæres non petierit, cùm enim ipſe poſſideret, &
eſſet debitor, & creditor, non cadit petitio, & con-
ſequenter non currit aliqua præſcriptio, nec vlla
adeſt negligentia *l.* 1. *& vlt. in fin. C. de annal. ex-*
5 *cept.* Ideò quantum ad petitionem legitimę † om-
ne ius dicitur confuſum per aditionem hæredita-
tis matris, ac ſi legitima eſſet ſoluta, adeò vt eue-
niente die reſtitutionis bonorum, rectè poſſit di-
ci, quòd legitima, quæ matri debebatur, non ſit
reſtituenda, & quod in tali caſu confuſio illa non
6 operetur, † quia tũc eſſet illi damnoſa, prout non
operatur quando adeſt tale damnum iuxta do-
ctrinam Bart. Caſtr. Imol. & aliorum communi-
ter *in l. ſtichum, §. aditio ff de ſolution.* Et ſic prædi-
ctis dabitur ſucceſſori retentio legitimæ, prout
daretur ipſi matri, non obſtante aliquo temporis
interuallo, cùm illud non conſideretur ob poſſeſ-
7 ſionem, quam habebat, † & ita in ſpecie per præ-
dictas, & ſimiles rationes concludit Socin. Iun.
conſ. 64. *n.* 14. *&* 15. *li.* 2. & ſequitur Menoch. *conſ.*
982. *n.* 9. *&* 10 *li.* 10. vbi quod eſt caſus cateſpro-
babili difficultate, cùm actio, & paſſio in eodem
8 ſubiecto eſſe nequeant, & non ſit credendum, †
quòd quis voluerit renunciare iuri ſuæ legitimæ,
quaſi non petierit propter retentionem bono-
rum, ex quibus illa erat detrahenda argumento *l.*
ſi quãdo, §. generaliter, C. de inoff. teſtam. Cum etiam
nunquam præſumatur renunciatio, quando alia
9 coniectura capi poteſt. † Alex. *conſ.* 33. *nu.* 7. *verſ.*
quin immò ſi dictus, lib. 5. Butr. *in cap. accedentibus,*
de priuil. Dec. *in cap. gratum, nu.* 4. *ver. quarto limi-*
tatur, de offic. delegat. Sutd. *conſil.* 35. *nu.* 2. *li.* 1. Quod
10 etiam in ſupplemento legitimæ † voluit Bald. *con-*
ſil. 50. *viſo teſtamento, n.* 2. *ver. reſpondeo ad euiden-*
tiam, lib. 5. vbi quod nunquam currit tempus pe-
tendi iſtud ſupplementum ob poſſeſſionẽ, quam
11 quis habet vniuerſalis hæreditatis, † quia poſſeſ-
ſori præſcriptio non currit; *l. cum notiſſimi,* 7. *C. de*
præſcript. trig. annor. l. ſi vt cuius rem, 31. *ff. ex quib.*
cauſ. maior. 25. *annor. in integr. reſtituant.*
Quibus additur, quod ille, cui debetur legitima po-
teſt conſiderari pro tertia dominus pro indiuiſo
12 † ex cauſa ſuæ legitimæ iuxta opinionem Bald. *in*
l. filium quem habentem, n. 36. *C. famil. erciſcund.* Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. art.* 36. *nu.* 35. *poſt princip.* vel
ſaltem ſecundum aliam opinionem dicitur cre-
13 ditor, & loco creditoris habetur, † quamuis non
haberet ante deductionẽ aliquod dominium, nec
aliquam poſſeſſionem certæ rei, ob incertitudinẽ
loci & quotæ, & ſic nomen, & creditum ſemper
erit ſaluum ad fauorẽ ipſius, & facta deductione
erunt bona ipſa *l. Iulianus, §. idẽ celſus, ff. de action.*
empt. Pereg. *de fideicomm. art.* 3. *n.* 133. *& art.* 4. *n.* 14.

& 15 & art.36.n.33 fol. 335. Aret. *conſ.* 556. *col. vlt.* Rip.
in l. quartam. n. 14 *ff. ad legem falcid.* Ruin. *conſ.* 59.
nu. 20. *&* 21. *li.* 4. Vnde ratione iſtius crediti, donec
ſit facta liquidatio, in qua parte bonorum per eum
poſſeſſorum ſit illi ſoluenda legitima, non debet ei
currere aliqua præſcriptio, cùm antequàm petan-
tur iſta bona per illum poſſeſſa, iuſtè retineat, non
14 conſiderato, quod debeat fieri declaratio, † cum
ſatis ſit, vt illam faciat tempore quo ab ipſo auo-
cantur bona, tunc enim poterit deducere ſuum
creditum, non obſtante temporis curſu, quaſi pri-
us non venerit eſſus reſtitutionis. Socin. Iun. *conſ.*
15 46 *n.* 14. *&* 15. *lib.* 2. † Cùm non poſſit dici negli-
gens, qui ſcit ius ſuum durare, & ideò non debet
currere præſcriptio, quæ eſt pœna negligentiæ
Bald. *in auth. niſi triennale. col.* 1. *C. de bon. matern.*
Caſtr. *conſil* 466 *numer.* 2. *&* 3. *libr.* 1. Peregrin. *de
fideicomm. ff. art.* 41. *numer.* 16. *ad med.* Quare ſtanti-
bus prædictis rationibus, & auctoritatibus, non
eſt curandum de opinione Albenſ. *conſ.* 200. *n.* 24.
& 25. *li.* 1. Et ita etiam pars acquieuit viſis, & con-
ſideratis omnibus ſupra adductis, recedendo ab
huiuſmodi exceptione præſcriptionis, & proce-
dendo in cauſa ad vlteriores inſpectiones.

EPITOME.

Conditio adiecta inſtitutioni, an cēſeatur repe-
tita in ſubſtitutione. ¶ Et quid in conditione po-
teſtatiua cohærente, vel non cohærente perſonæ.
Et quando adeſt intereſſe teſtatoris. ¶ Vel agitur
de fauore piæ cauſæ. ¶ Et quid ſi fuerit nomi-
natim relictum onus inſtituto, an debeatur à ſub-
ſtituto, vel è contra. ¶ Et quid in hærede repu-
diante, ſeu decedente ante aditionem an portio
illius accreſcat cum onere alteri cohæredi. ¶ Ex-
tenſio an detur in cōditionibus de caſu ad caſum,
vbi tractatur de priuilegio loci pij. ¶ Si inſtitua-
tur Titius, & ſi hæres non erit ſit ſubſtitutus Seius
cum onere dandi libertatem ſeruo, vel ſoluendi
centum Eccleſiæ, an exiſtente Titio hærede, hu-
iuſmodi onus ſit per eum implendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum in ſecundo, vel tertio gradu non
debetur quando eſt factum ſub conditione prio-
ris gradus deficientis, ſi talis primus gradus
non deficit, quo exiſtente non eſt locus ſecundo.
Fallit fauore piæ cauſa, num.* 2.
3 *Teſtator ſi inſtituat Titium, & ſi hæres non erit ſub-
ſtituat Seium cum onere dandi centum Eccleſia,
vel libertatem ſeruo, quamuis Titius ſit hæres, ta-
men tenetur ad tale relictum, num* 4. *&* 5.
6 *Valet argumentum de libertate ad piam cauſam.*
7 *Conditio adiecta in inſtitutione non cenſetur repetita
in ſubſtitutione, niſi interſit teſtatoris, vel adſit fa-
uor animæ ipſius, num.* 8. *&* 9.
10 *Conditio poteſtatiua non cohærens, vel cohærens per-
ſona, an dicatur repetita in ſubſtitute. n.* 11. 21. *&* 22
12 *Intereſſe teſtatoris conſideratur, quando adeſt honor
ipſius familiæ, vel celebratio miſſarū pro anima ſua.*
13 *Relicta nominatim ab inſtituto non debentur ab alio
ſubſtituto, niſi ſimus ad pias cauſas, vel in materia
fauorabili alimētorum, & ſimilium, n.* 14 15. *&* 18
16 *Onus pium nominatim impoſitum vni ex cohæredi-
bus, qui repudiat, vel decedit ante aditionem, por-
tio deficiens accreſcit cohæredi cum onere ſoluendi
legata pia, quidquid aliud ſit in non piis, num.* 17.
19 *Extenſio non datur in conditionibus de caſu ad ca-
ſum, neq; fauore piæ cauſa. Declara vt n.* 20. *&* 23

CAPVT DCIII.

[*Adde ſuprà ad c.* 204. *n.* 45. *cum ſeq. & ad c.* 217. *n.* 96.]

REquiſitus quid pro veritate ſentiam in caſu
propoſito, prout ſemper profiteor facere
etiam abſque aliqua requiſitione in quibuſcum-
que cauſis, omiſſa diſputatione, concludendum
eſt, quod onus erigendi iuſpatronatus nomina-
tim impoſitum à teſtatore vocatis in tertio gra-
du ſit implendum per eos, qui fuerunt inſtituti in
prioribus gradibus ſimpliciter, & abſque dicto
onere. Nam quidquid ſit in oneribus adimplen-
1 dis ad fauorem perſonæ extraneæ, † in quibus le-
gatum relictum in ſecundo, vel tertio gradu, nō
debetur quando eſt factum ſub conditione prio-
ris gradus deficientis, ſi talis primus gradus non
deficit, quo exiſtente non eſt locus ſecundo *l. cel-
ſus* 29 *§. vltim. ff. de legat.* 2. *l.* 1. *§. in ſubſtitutione, ff.
ad legem falcid.* Franc. *deciſ* 1. *nu.* 3. Surd. *de alim.
tit.* 8. *priuileg.* 15. *num.* 1. Tamen quando tractatur
2 de fauore piæ cauſæ, † vel alterius perſonæ pri-
uilegiatæ, non attenditur, quod onus ſit impoſi-
tum nominatim, nec quòd ſecundus gradus non
ſuccedat propter exiſtentiam primi, nam ſemper
onus dicitur relictum omnibus gradibus, qui te-
nentur illud adimplere, non ſecus ac ſi eis ſpe-
cialiter & expreſsè fuiſſet impoſitum, Ita com-
muniter concludunt Doctores *in l. imperator. ff.
de legat.* 1. *& in l. ſi duobus, §.* 1 *ff. eodem titul.* & be-
nè declarat Roman. *in auth ſimiliter, in* 30 *ſpecia-
li, n.* 88. *C ad legem falcid.* vbi exemplificat in te-
3 ſtatore, † qui Titium hæredem inſtituit, & ſi hæ-
res non erit ſubſtituit Seium cum onere dandi
centum Eccleſiæ, nā in tali caſu, quamuis Titius
ſit hæres, & impleatur primus gradus, in cuius
defectum fuit poſitus ſecundus, quē teſtator gra-
uauit ad ſoluendum legatum pium, nihilominus
tale relictum debetur, quoniam præſumptione
iuris, & pietatis fauore ab vtroq; gradu relictum
intelligitur Socin. qui idem voluit dicens eſſe
mirabile *in collectanea regular. iur. in verb. priuile-
gia pia cauſa, regul.* 32. *verſ. quadrageſimum nonum
priuilegium fol.* 45. Dec. *conſ.* 181. *in cauſa occurren-
ti, col.* 3. *in princ. verſ. & hoc in tantùm procedit, &
conſ.* 271. *in caſu propoſito, n.* 1. *verſ. vnde ſuccedit
ſingularis deciſio.* Euerard. *loco argument.* 58. *de li-
bertat ad piam cauſam, n.* 15. *ver. decimoquinto iſtud
facit fol.* 377. Card. Mantic. *de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 17. Tiraquell. *priuileg. pia cauſ.*
62. qui omnes mouentur per text. *in l.* 2. *ff. de ma-
4 numiſſ teſtament.* † cuius verba ſunt hæc, ſi quis ita
hæredem inſtituerit Titius hæres eſto, ſi Titius
non erit, Stichus liber hæreſque eſto; Non eſſe
Stichum liberum Ariſto ait, Titio hærede exi-
ſtente. Mihi videtur poſſe dici liberum fore qua-
ſi non vtiq; alio gradu acceperit libertatem, ſed
dupliciter, quo iure vtimur, Et ſic apparet ex iſto
textu, quod fauore libertatis relictum à ſecundo
gradu intelligitur relictum à primo gradu, quā-
uis primus gradus adiuerit ſecundo excluſo, &
ſic in materia priuilegiatā non attenditur, quod
non contingat caſus ſecundum ordinationē te-
ſtatoris, prout etiā notat Gloſſ. *in dict. l.* 2. *in verb.
dupliciter, ff de manum. teſt.* vbi etiam adducit tex.
5 *in l. diuus pius,* 16. *eod. tit.* † vbi Martianus ait fauo-
rabiliter fuit reſcriptum cum ſeruo cum liber-
tate ſubſtituto legatum erat, ſi hæres non eſſet nō
adſcri-

adſcripta libertate, perindè haberi, ac ſi adſcripta
eſſet libertas. Et ſic ex iſto textu colligitur eſſe
repetitam dictam conditionem libertatis, quæ
erat appoſita in ſubſtitutione, vt notat Gl. *in d. l.*
diuus, in verb. libertas, per text. in l. auia 76. ff. de cō-
dit. & demonſtrat. l. cùm ſeruum. ff. de condition. in-
ſtit. Et quamuis d. iura loquantur in libertate, †
6 Tamen valet argumentum de ea ad piam cauſā
Bald. *in l. 2. in princ. C. de fideicomm. liberta. & in l.*
ſi cuiro C. de manumiſſ. teſtam. Imol. *in l. proximè. in*
fin. ff. de his quæ in teſtam. delent. Alex. *in l. centurio,*
col. 2 de vulgar. & pupill. Euerard. *loco argument.*
58 de libertat. ad piam cauſ. num. 1. cum ſeq.

Quare etiam videmus, quod licet conditio edicta
in inſtitutione non cenſeatur repetita in ſubſti-
7 tutione † *l. ſub conditione 73. ff. de hæredib. inſti-*
tuen. cum alijs per Menoch. *præſump. 178. n. 10. &*
præſumpt. 179. n. 4 li. 4. Tamen aliud eſt quandò
intereſſet teſtatoris, vt talis conditio impleretur,
tunc enim etiam ſubſtitutus vulgaris agnoſcit
onus iſtius conditionis. Bald. *in l. vnica § pro ſe-*
cundo, colum. 1. ad med. ver. quarto immediatè oppo-
8 *no. n. 5. & 6. C. de caduc. tollend.* † vbi concludit,
quod ſi teſtator inſtituit Titium hæredem ſub
conditione ſi decē dederit pro anima ipſius, & ſi
hęres non erit ſubſtituit Seiū, ſi contingat, quod
Titius non ſoluerit dicta decem, illa erunt dan-
da per Seium, aliter non venit ex ſubſtitutione,
cū hoc interſit pro anima teſtatoris argumento
9 *c. licet, extr. de voto.* † Et quamuis Alex. *conſ. 158. n.*
6. li. 6. contrariū ſequatur, Tamē opinio Bald. *in d.*
§. pro ſecundo, n. 7. eſt verior vt notat Peregr. *de fi-*
deicom. ar. 16. n. 58. in fin. fol. 150. & ſequuntur Bel-
lapert. Socin. & alij de quibus per Menoch. *præ-*
ſumpt. 178. n. 28. li. 4. vbi teſtatur de communi; †
10 quando ſumus in conditione poteſtatiua, quę nō
cohęret perſonę, vt in ea quę conſiſtit in dando,
puta ſi teſtator inſtituat Caium ſi decem dederit
Męuio, talis enim conditio dicitur repetitiua in
11 ſubſtituto ipſi Caio, † quidquid aliud ſit in cōdi-
tione poteſtatiua in cohęrente perſonę, ſi videli-
cet quis inſtituatur, ſi talē vxorem duxerit, vel ſi
Capitolium aſcenderit, iſta enim non erat ſubſti-
tutum tanquā perſonalis: Imol. Caſtr. & alij *in l.*
quæ conditio ff. de condit. & demonſt. Menoch. *conſ.*
17. n. 40 li. 2. Gabr. *conſ. 117. n. 34. vſq; ad 36. li. 1.* †
12 De intereſſe autē teſtatoris cōſtat in caſu noſtro,
cum non ſolum fuerit impoſitum onus erigendi
iuſpatronatus in honorem familiæ, ſed & additū
ſit aliud onus celebrandi Miſſas pro anima ipſius
teſtatoris & ſuorum anteceſſorum, ita vt hoc re-
dundet in beneficiū, & commodum maximum
teſtantis: Dec. *conſ. 181. in cauſa occurrenti. col. 3. ad*
med. verſ. quia in tali caſu, nu. 7 poſt Alex. *conſ. 66.*
viſo teſtamento.

Imò quamuis relicta nominatim ab inſtituto non
13 debeantur ab alio ſubſtituto † *l. 1. §. id quod ex ſub-*
ſtitutione ff. ad legem falcid. in l. ratione. §. quod vul-
go. ff. eod. tit. Imol. *in l. ſi duobus 16. §. 1. ff. de leg. 1.*
Tamen relicta ad pias cauſas nominatim ab in-
ſtituto cenſentur tacitè repetita ab illius ſub-
14 ſtituto, † & ab eo debētur, non ſecus ac ſi teſtator
illum grauaſſet *l. 4. §. Lucius, de alim. & cibar. le-*
gat. Bar. *in l. Mela, in prin. ff. eod. tit.* Rom. *conſ. 388.*
col. 2. in fin. ver. his tamē non reſtagantibus, n. 5. & ibi
Mandoſ. *in verb. ſoluendum* Præll. *Papienſ. in form.*
libell. quæ agit. pro legat. rei ſingular. in princ. n. 85.
ver. item quintū in fol. 205. Sim. de Pret. *de interp. vlt.*
15 *volun. lib. 4 dubit. 11. n. 29 fol. 426.* † qui loquuntur
in materia fauorabili alimentorum, ſed illa con-
cluſio extenditur ad quæcumq; relicta ad pias
cauſas. Roman. *in authent. ſimiliter, n. 65. in 15 ſpe-*
cial. & n. 78. in 20. ſpecial. in fin. C. ad legem falcid.
Alex. *in l. licèt imperator, columm. penult. & in l. ſi*
duobus, §. 1. in fin. ff. de legat. 1. Iaſ. *in l. ſi fundum, §.*
Stichum, col. 1. ff. eod. tit. & conſ. 95. col. 1. ver. hoc non
obſtante, & ver. & iſtud in indiuiduo, li. 2. Dec. *conſ.*
581. in cauſa occurrenti, col. 3. in prin. ver. & ad hoc
etiā facit. & conſ. 272. in caſu propoſito, col. 1. ad med.
ver. & hoc idem confirmatur. Tiraq. *priuil. pia cauſ.*
36. ad med. Ruin. *conſ. 116. n. 4. li. 3. & conſ. 139. nu.*
13. eodem li. Hercul. *in l. 1. §. id quod, col. 3. ver. hāc*
tamen communem, ff. ad legem falcid Pereg. *de fidei-*
commiſſ. art. 16. n. 60. & 66 fol. 151. Gualdenſ. *de art.*
teſtand. tit. de legat. caut 45. n. 1. to. 8 p. 1. fol. 113. Surd.
de alim. tit. 8. priuil. 15. n. 2. Gomeſ. *variar. reſol. ca.*
12. to. 1 tit. de legat. n. 36. ver. ita etiā quando, fol. 125;
Franc. *de. 1. n. 8* & ibi Amendol. *in addit. n. 8.* Mag-
dalen *de num. teſtium. in teſtam. requiſit. ca. 4. pag. 2.*
n. 32. fol. 398. Menoch. *conſ. 347. n. 46. li. 4. & conſ.*
85. n. 25. li. 1. & præſumpt. 108. n. 36. & 57. li. 4. Grat.
conſ. 5. n. 24. li. 2. Card. Mant. *de coniectur. vltim. vo-*
lunt. li. 8. tit. 2. n. 16 Euerard. *loco argum. 59. de alim.*
ad piam cauſ. col. 2. ver. ſexto iſtud facit n. 7.

Simile eſt quod dicimus de coniuncto, nam ſi onus
pium fuerit nominatim impoſitum vni ex cohæ-
16 redibus, † qui hæreditatem repudiet, vel decedat
ante aditionem, portio, quæ deficit per eius repu-
diationem, accreſcit cohęredi cum onere ſoluen-
di alimenta, ſeu alia legata ad pias cauſas, & pro
animâ teſtatoris propter priuilegium alimento-
rum, & loci pij, *l. 3. §. fin.* vbi Bart. *in princ. ff. de ali-*
ment. & cibar. legat. Iaſ. *in l. ſi duobus. §. ſi hæres, n. 14.*
ff. de legat. 1. Cordubenſ. *in l. ſi quis à liberis, §. verū.*
n. 23. ff. de liber. agnoſcend. Ruin. *conſ. 139. columm. 4.*
in prin. ver. nam licet onus, nu. 13. li. 3. Euerard. *loco*
argument. 59. de aliment. ad piam cauſ. col. 2. verſ.
ſexto iſtud facit. n. 7. fol. 385. Gualdenſ. *de arte te-*
ſtand. tit. de legat. cautel. 45. n. 1. tom. 8. pag. 1. fol. 183.
Magdalen. *de num. teſtium in teſtam. requiſit. cap. 4.*
pag. 2. n. 32. fol. 398. Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 15.*
15 *n. 3.* † Quidquid aliud quando onus non pium in-
iunctum eſt nominatim vni tantùm ex cohæredi-
bus, portio deficiens accreſcat ſine aliquo onere
l. Celſus 29. §. vlt. ff. de leg. 2. Bar. *in l. Titio. §. 1. in fin.*
ff. eod. tit. Craſſ. *in §. ius accreſcendi, quæſt. 30. num. 3.*

Ex prædictis colligitur veriorem eſſe opinionem ſu-
pra firmatam pro adimplemento legati, & ere-
ctionis iuriſpatronatus, non obſtantibus conſilijs
18 Doctorum in contrarium redditis, quia † ſolum
in eis allegatur auctoritas Addentis ad Dec. *conſ.*
181. vbi dicit ſententiam pro Eccleſia non eſſe te-
nendam, cùm teſtator noluerit grauare primum
hæredem, ſed ſolùm ſecundum, quod etiam repe-
tit Idē Addens ad Dec. *conſ. 272. in princ.* Sed falli-
tur, nam ſi libertas eſt priuilegiata, ita etiam debet
eſſe Eccleſia ex rationibus, & auctoritatibus ad-
ductis, Maximè, quia auctor iſtarum additionum
eſt damnatus, vt in *Bulla Clem. Papæ VIII.* adeò
vt nihil ſit curandum de eius opinione, quę etiam
1[illegible]quam ſingularis non eſt tenenda, cum omnes,
ipſo excepto, concludant contrarium, vt dictum
eſt ſupra in princ. præſentis capitis.

Neque obſtat aliud, quod dicitur de conditione,

in qua non datur extenſio de caſu ad caſum, ne-
19 que fauore piæ cauſæ, † nam licet ob priuilegium
illius extendatur diſpoſitio, non tamen ſequitur,
ergo fauore piæ cauſæ extenditur conditio, cùm
diſpoſitio faciliùs recipiat extentionem, quàm
conditio, vt in ſpecie *l.2.de manumiſ.teſtam.* notat
Ruin.*conſ.76.n.17.ver.& ſi fortè dicatur,li.5.* Quia
20 †non ſumus in aliquo actu conditionali, ſed ſolũ
in onere impoſito vocatis in tertio gradu, quod
cenſetur relictum ab omnibus gradibus ob inter-
eſſe concernens animam teſtatoris, & propter fa-
uorem piæ cauſæ, vt dictum eſt *ſupra verſ.quare*
21 *etiam videmus,n.7.* Et † quamuis etiam eſſemus in
conditione. Tamen in ea quoq; datur extenſio,
quando ſumus in conditione poteſtatiua non co-
hærente perſonæ, quæ adiecta inſtituto cenſetur
repetita à ſubſtituto, cum in hâc materiâ tacitæ
repetitionis procedat à pari onus legatorum ac fi-
deicommiſſorum, & conditionum poteſtatiuarũ
in dando, & faciendo, quæ commodè poſſunt im-
pleri à ſubſtituto, ſicut ab inſtituto *l.vnica,§.pro
ſecundo,& §.ſin autem ſub conditione,& §.ne autem,
C.de caduc.tollend.* & ſic legata & fideicommiſſa
etiam vniuerſalia relicta ab inſtituto cenſentur
repetita à ſubſtituto per vulgarem, & quidem ſub
eiſdem conditionibus, ſicut à primo, quamuis
22 vulgaris ſit tacita, † ita vt nulla ſit conſtituenda
differentia inter hæreditates, & legata, ſed inter
conditiones poteſtatiuas, & caſuales, provt latè
comprobat Peregrin.*de fideicommiſſ.artic.16.n.56.
vſq. ad 59.fol.* 150. Et quamuis ibidem limitetur
talis concluſio, vt non habeat locum quando con-
ditio nominatim iniungitur hęredi, ſeu legatario,
ſiue ſit conditio poteſtatiua, ſiue præſtatio legati,
23 & fideicommiſſi, † Tamen iſta nominatio non
attenditur in cauſis pijs, & fauorabilibus in qui-
bus indiſtinctè datur repetitio, vt declarat idem
Peregr.*de fideicommiſſ.d.art.16.n.60.& 66.fol.*151.
iuxta *l.1.C.de legat.* poſt Gloſſ.Bart. & alios *in l.
4.§.fin.ff.de aliment.legat.* Et ita ex prædictis fuit
ceſſatum à lite, quærendo compoſitionẽ, & con-
cordiam, provt ſecuta fuit, habita ratione per Iu-
dices paupertatis ſupplicantis, cum alijs, de qui-
bus latius in literis ſuper hoc expeditis, & Com-
miſſarijs extra Vrbem directis.

EPITOME.

Pro recuperanda poſſeſſione, quam quis amiſit facto ſuo, & culpa propria, an detur remedium officij Iudicis ad fauorem mulieris maioris, ſicut competit minori. ¶ Obſeruantia, & ſtylus vnius curiæ, quando ſeruetur extra eam. ¶ Deciſiones Rotæ, an faciant ius in litibus vertentib. in partibus. ¶ Et quid in Regulis Cãcellarię. ¶ Mulieribus & ruſticis, an ſuccurratur in iudicialibus, & in his quæ ſunt inducta ad rigorem iuris cõſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis competens pro recuperanda poſſeſſione, quam quis amiſit culpa ſua habet locum etiam in muliere maiore. Contrariũ eſt verius, n.4 6.& 8*
2 *Æquitas debet praualere, ne quis cum alterius iactura locupletetur.*
3 *Officium Iudicis nititur æquitati.*
5 *Iura ſubueniunt vigilantibus, & non dormientibus.*
7 *Mulieres non habent idem beneficium reſtitutionis, quod datur minoribus, nu.11. Fallit, nu.9.& 10.*
12 *Obſeruantia vnius Curiæ non extenditur ad alias.*
13 *Stylus Rotæ non attenditur in lite vertẽte in partibus.*
4 *Deciſiones Rotæ non faciunt ius in litibus extra Curiã.*
5 *Regulæ Cancellariæ, quando attendantur extra Curiam, numer. 16.*
7 *Mulieribus ruſticis, & ſimilibus non ſuccurritur in iudicialibus, neque in his, quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandum.*

CAPVT DCIV.

[Adde ſupra *ad cap.503,num.29.*]

REmedium, quod competit officio Iudicis
pro recuperanda poſſeſſione, quam quis
amiſit facto, & culpa ſua, iuxta ea, quæ allegantur
1 ſupra *cap.503.n.29.tom.3.* † videtur prima facie,
quod habeat locum in quacumq; perſona etiam
maiore, quia ei non datur aliquod remediũ poſ-
ſeſſorium, provt reintegratio, nec manutentio, vt
dicitur *in d.c.503.nu.27.& 28.* Vndè ex æquitate
debet ei ſuccurri per officium Iudicis, provt ita
in terminis arguit Rip.*in c.ſæpè.num.14.de reſtit.*
2 *ſpoliat* † quæ æquitas debet preualere, ne ſpolia-
tor cum alterius iactura locupletetur. Menoch.
de recuper.poſſeſſ. remed.vlt.in prin. nu.4. cùm tale
3 officium Iudicis nitatur æquitati, † quare debet
attendi ad caſus, in quibus illa poteſt conſiderari
l.planè.ff.de petit.hæred.c.1.de offic.iudic. Dec.*in l.ſi
me & Titium,nu.4 & 5.ff.ſi cer. petat.*
Verum in hâc materiâ firmanda eſt contraria con-
cluſio, quod immò non competat aliquod offi-
4 cium Iudicis † cadenti à poſſeſſione ex facto pro-
prio, & iuſta cauſa, niſi illis, quibus de iure com-
petit beneficium reſtitutionis in integrum, vt mi-
nori Eccleſiæ, & ſimilibus, vt in ſpecie notat Soc.
*conſ.39.in quæſtione quæ vertitur,col.3.in prin. verſ.
circa ſecundam quæſtionem etiam concludo,n.5.li.3
& in l.rem quæ nobis,num.9.ff.de acquir.poſſeſſ.* poſt
Butr.*in cap.ſæpè,in fin.* vbi Rip.*nu.14.vſque ad 17.
de reſtit.ſpoliat.* Hoſt.Abb. & alij *in cap. accedens.
il 1.vt lit.non conteſt.* Alex.*conſil.103.nu.7.li.7.* So-
cin.Iun.*conſil.52.nu.6.li.2.* Coraſ. *in l.naturaliter.
§.nihil commune,p.2.n.125.ff.de acquir.poſſeſſ.* Me-
noch.*de recuper.remed.vlt. numero 14.& 15.*
Neque obſtat quod dictum eſt de æquitate, per
quam debet illi ſuccurri hoc remedio, cum aliter
5 ei non conſulatur, † Quia nulla hic æquitas ſub-
eſt, cùm factum proprium illi officiat, & quia
non dormientibus, ſed vigilantibus iura ſubue-
niunt *l.pupillus,in fin. ff.de his quæ in fraud.credit.*
Menoch.*de recuper.remed.15.nu.14. ad med.* vbi
ita in ſpecie reſpondet poſt Coraſ. *in l. naturali-
ter §.nihil commune,p.2.nu.125. ff.de acquir.poſſeſſ.*
Quibus ſtantibus, non poteſt mulier maior vti hoc
remedio officij Iudicis ad recuperandam poſſeſ-
6 ſionem, † à qua cecidit culpa ſua, & facto pro-
prio, cùm non ſit de illis perſonis, quibus com-
petat beneficium reſtitutionis, provt eſt minor,
& Eccleſia, quia mulier non habet reſtitutionem
ex ſola ſexus fragilitate, niſi alia concurrant, puta
quod non potuerit conſulere peritiores, cum ſi-
7 milibus cauſis, † neque enim mulieribus proui-
ſum eſt eodem modo, & beneficio reſtitutionis,
provt minoribus, vt latè per Odd. *de reſtitut. in
integr.qu.10.art.4.nu.21, cum ſeq. & art.6. nu.32.
verſ.contra tamen. q.10.fol.88.* poſt Bald. *in rubr.
extr.de cohabitat.clericor.& mulier.* Fulgoſ.*in l.ge-
neraliter.nu.5.C.ad Velleian.* Alexand.*conſil.165.n.
11.li.6,* Tiraq. *in l.ſi vnquàm, in præfat. num.101.
Cod.de reuoc. donationib.*
Et ita intelligenda ſunt, quæ dixi ſupra *cap.503.n.29.
tom.3.*

tom. 3. vt ſcilicet procedant in muliere minore,
8 † nõ autem maiore, cùm concluſio ibi firmata ſit
vera ſolùm in illis perſonis,quibus competit re-
ſtitutio,inter quas non eſt mulier maior,niſi talis
9 mulier eſſet perſona miſerabilis , † quia tunc re-
ſtitueretur,ſicut quilibet miſerabilis,& egenus,vt
per Maurit.*de reſtit.in integr.c.* 375.Oddo *eod.tit.*
10 *qu.* 10.*n.*35.*art* 6. † vbi etiam addit alias declara-
tiones,quando præſertim adeſſet talis obſeruan-
tia,vt mulieres etiam maiores reſtituerentur,vt in
Regno Neapolitano Maraut.*in Specul. p.*6.*ver.&*
*quãdoq; appellatur,n.*101.*in tit. de conclus.in cauſ.*
11 *n.*3.†Cum alias regulariter de iure communi mu-
lieres non reſtituantur , niſi in caſibus expreſſis:
Affl *ſuper conſtit.regni.lib.*2.*rubr.*37.*nu.*1.*cum ſeq.*
Et quamuis æquiparetur mulier minori quo ad re-
ſtitutionem concedendam iuxta dec.Afflict.215.
12 *nu.*2. † Tamen loquitur circa obſeruantiam pra-
xis Neapolitanę,quę non extenditur ad alias Cu-
13 rias Alciat.*conſ.*25.*nu.*5.*tom.*2.*lib.*5. † vbi amplius
loquitur de ſtylo Rotæ Honded *cõnſ.*28.*n.*62.*li.*1.
Lancellot.*de attentat.p.*2.*c.*6.*de attent.recuſat.pen-*
*dent.in princ.nu.*3.*tom.*5 *fol.*340.In lite præſertim
veniente in partibus.Idem Lancellot. *de attent.p.*
14 2.*c.*10.*limit.*1.*n.*1.*&* 2.*to.*5 *fol.*413. † vbi ampliat
ad deciſiones Rotę,quæ non faciunt ius in parti-
bus,nec decidunt cauſas tanquam lẽges,ſed velut
magiſtrales doctrinæ attenduntur,prout aliorum
Doctorum, Card.*in c.paſtoralis,de fid. inſtrument.*
Ferret.*conſ* 52 *dominus Antonius,n.*5.*li.*1.cum alijs
latè adductis per Maſcard.*concl.*484. *nu.*1.*vſq; ad*
15 14. † ſicut etiam dicimus de regulis Cancellarię,
Anchar.*conſ.*297.Roman.*conſ.*260.Iaſ.*in l.*1.& ib.
Dec.*in vlt.lectur.n.*74 Rip.*n.*65 *ff.ſi cert.pet.*Idem
Dec.*in c.*2.*in* 2.*lect.de conſtit.* Alciat.*conſ.*25.*nu.*5.
*tom.*2.*lib.*5 *fol.*77.Lancellott.*de attent.p.*2.*c.*20.*li-*
*mit.*1.*n.*2.*tom* 5.*fol.*413.Felin.*in c.ex parte, il* 1.*col.*
16 *pen.in prin.n.*45.*de reſcript.*†intelligendo iuxta ea,
quæ notat Mandoſ.*reg.*19.*qu.*3. *nu.*2.*&* 5.Rebuff.
*de nominat.q.*17.Sarnenſ.*ſuper regul. in proœm.q.*2.
Imnò quamuis etiam Afflict. loqueretur generali-
ter,& indiſtinctè , nihilominus eius opinio non
eſt tenenda,cum contraria ſententia ſit verior, vt
notat Oſaſc. *deciſ.*87. *num.*9. & latè comprobaui
17 *deciſ.*219. *num.*9 *& per tot.* † Cum paſſim in his,
quę ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruãdum,
& in iudicialibus non ſuccurratur mulieribus,
ruſticis,& ſimilibus.Bart.*in l.*1.§. *nunciatio.col.*5.
*verſ.ſed quid in muliere,nu.*5 *ff.de non.oper.nunciat.*
Bald.*in l.fin.C.de iur.& fact. ignorant.* Alex.*conſil.*
75.*nu* 10.*li.*5.*& conſil.*7.*num.*21.*lib.*7.*& conſil.*165.
*dubitatur an mulier,nu.*6.*cum ſeq.lib.*6. Felin.*in c.*
*fraternitatis,col.*5.*verſ.item ſecundo,nu.*6.*ad fin.de*
*teſtib.*Surd.*de alim.tit.*6.*q.*7.*numero* 6.

EPITOME.

Per ſecundum teſtamentum,an reuocantur tam inſtitutiones hæredum,quam legata, & alia in primo etiam iurato diſpoſita. † Et quando clauſula ceſſans , & irritans ſubintelligatur. ¶ In diſpoſitione ad pias cauſas,an requirantur ſolemnitates, vel ſufficiat ſola ſubſcriptio teſtatoris. ¶ Et quid in ſcriptura Militis facta in clypeo cum ipſius ſanguine. ¶ Legatum conſanguineo pauperi an cenſeatur relictum ob cauſam pietatis, ſeu conſanguinitatis. ¶ Et quis ad hunc effectum dicatur pauper. ¶ Inſtitutio hæredis, & legatum, an valeat,quando refertur ad aliam ſcripturam exiſtentem apud perſonam certam. ¶ Primum teſtamentum ſolemne ad pias cauſas,ſeu inter liberos,an ſit ſublatum per ſecundum minus ſolemne,quod poteſt eſſe validum de iure ſpeciali.¶ Et quid ſi ſecundum non ſortiatur effectum. ¶ Vel quando adſunt in ſecundo minora onera , quam in primo. ¶ Poſterius teſtamentum , quod ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus fauore piæ cauſæ , an valeat ſolumquoad inſtitutionem,vel etiam quoad legata extraneis relicta. ¶ Et quando illa accreſcant piæ cauſæ inſtitutæ , ſeu venientibus ab inteſtato. ¶ In codicillis,an ſit ſpeciale,vt relicta in primis non ſint ſublata in ſecundis.

SVMMARIVM.

1 *Per teſtamentum ſecundum reuocatur primum ipſo iure. Amplia quamuis idem hæres ſit inſtitutus in ſecundo qui erat in primo,nu.*3.

2 *Clauſula caſſans,& irritans ſubintelligitur in ſecundo teſtamento reuocante primum.*

4 *Secundum teſtamentum prævalet primo, quamuis teſtator iuraſſet non reuocare.*

5 *In dubio pronunciandum eſt primum teſtamentum fuiſſe reuocatum.*

6 *Per ſecundum teſtamentum reuocantur tam inſtitutiones hæredum,quam omnia legata,fideicommiſſa,donationes,confeſſiones, & alia quæcumque in primo diſpoſita,nu.*7.

8 *In codicillis eſt ſpeciale,vt relicta in primis non ſint ſublata in ſecundis.*

9 *Primum teſtamentũ ſolemne ad pias cauſas non tollitur per ſecundum minus ſolemne ẽt ad pias cauſas, quamuis poſſit eſſe validũ de iure ſpeciali.Contrariũ eſt verius,vt n.*10.*&* 12.*& de ratione.n.*11.15*&* 16.*Maximè ſi in ſecũdo adſunt minora onera, quam in primo ad fauorẽ piæ cauſæ inſtituta,n.*18

13 *Teſtamentum ſecundum minus ſolemne inter liberos validum de iure ſpeciali reuocat primum ẽt inter liberos , quod habet ſolemnitates de iure communi. Idem in teſtamento condito iure militari, nu.* 14 *vel iure prætorio etiam non ſortiente effectum, dummodo ſortiri potuerit, nu.*17.

19 *Liberatio ab oneribus & legatis facta in ſecundo teſtamento operatur,vt illud ſit magis fauorabile quam primum.*

20 *In diſpoſitione ad pias cauſas non requiruntur teſtes,ſed ſufficit ſola ſubſcriptio recognita per duos teſtes, nu.*22.

21 *Miles poteſt teſtari ſine ſolemnitate per ſolam ſcripturam in clypeo eius ſanguine factam dummodo eius manus recognoſcatur.*

23 *Poſterius teſtamentum, quod fauore piæ cauſæ ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus, an valeat ſolum quoad inſtitutionem, vel etiam quoad legata extraneis relicta,nu.*24.25.26.*& quid in teſtamento non ſolemni inter liberos, nu.*27.

28 *Legatum relictum conſanguineo pauperi cenſetur potius factum ratione paupertatis , quam conſanguinitatis.Intellige vt nu.*29.

30 *Pauper qualis dicatur ad hoc vt legatum ei factum poſſit dici ad piam cauſam, & quid ſi teſtator habebat legatarium pro paupere,nu.*31.

32 *Legatum inualidum an accreſcat piæ cauſæ inſtitutæ,ſeu venientibus ab inteſtato.nu.*33.

34 *Voluntas defuncti etiam non ſolemnis eſt exequenda ab Eccleſia hærede inſtituta.*

35 *Legata debentur quamuis non contineantur in apocha per teſtatorẽ ſcripta ſi fiat relatio ad aliã ſcripturã*

certam,& recognitam. Idem in conſtitutione hæredis, quæ refertur ad apocham exiſtentem apud tertium,numero 36. & 37.

CAPVT DCV.

LEgatum, de quo agimus, debetur Iulio tan-
quam illud ſit ſibi relictum in ſecundu teſta-
1 mento, † per quod fuit reuocatum primum ipſo
iure l.ſi quis priore 29 ff ad Trebellian l.ſi iure 18 ff.
de legat.3 quod procedit etiamſi in ſecundo nihil
fuerit dictum de reuocatione primi, cum ſemper
ſubintelligatur illa clauſula ceſſans & irritans,
2 † vnde multò magis in caſu noſtro, in quo talis
reuocatio legitur Bald.in l.fin.n 42. in princ.q 5.
ver.primo modo in actoris eneruādo.C.de edict.diu.
Adrian.tollend.Iaſ.in l.pacta nouiſſima 12.n.3.C.de
pact Surd.conſ.169.n.6 li.2 Menoc.conſ 1015.n.1.
3 vſq, ad 5.li.11. † vbi ampliat etiamſi idem hæres
ſit inſtitutus in ſecundo teſtamento, qui erat in
primo.Gloſſ.Bald.Imol.Aret.& Alex.in l.eum qui
duobus 51.in princ.ff.de acquirend.hered. Iaſ.conſil.
169.n.1.li.4.†licet ēt in primo teſtator iuraſſet ſe
illud non reuocaturum, quia tali iuramento non
obſtante ſemper præualet ſecundum teſtamentū
Bart.& alij in l.ſi quis in principio teſtamenti 22.ff.
de leg.3 Cyn.in l.1.col.vlt.C.de ſacroſ.eccleſ.Felin.
in ca ſi diligenti 12.col.penul.ante med.nu.33.de fore
compet.& in c.ededeceri 21.col 6 in prin.ver.& ibi di-
ctis adde,n.7.de reſcript.Boer.dec.204.n.17.Iaſ.cōſ.
122.in fin.li.4.Corn.conſ.172.n.7.li.3.Craſ.qui de
communi in §.teſtamentum.qu.87.n.1.& eſt verior
opinio,quidquid contrarium ſenſerint Specular.
de inſtrum.edition.§.compēdioſ.tranſcurrimus,rubr.
teſtamenta qualiter impugnentur,n.25.& 26. vt te-
ſtatur Gabr.conclnſ.1.n.8.de iureiuran.Fachin.lib.
5 4.contron iur.c.9.in fi.† Cum etiam in dubio ſem-
per pronunciandum ſit primum teſtamentum
fuiſſe reuocatum:Menoch.conſ.1148.nu.3.lib.12.
Stante igitur reuocatione primi teſtamenti nihil de-
betur Aduerſario, qui ex eo agit,cum per ſecun-
dum non ſolum ſint ſublatæ omnes inſtitutio-
6 nes hæredum,†ſed etiam omnia legata,fideicom-
miſſa,donationes,confeſſiones,& alia quæcumq;
In eo diſpoſita l.3.§.ſi legatarius.vbi Gloſſ.in verb.
ſcripſus ff.ſi cui plnſq. per leg. falcid.& in l.heredes
palā 21.§ ſi quis poſt factum,in verb.omnia.vbi Bald.
in fin.ff.de teſtam.Bart.in l.1.n.20.q.15.C.de iur.Co-
dicillor.Menoc.cōſ.1280.n.1.& 2.li.13. Curt.Iun.
conſ.163.n.16. Card.Mantic. de coniecturis vltim.
7 volunt.li.12.tit.1.n.36.cum ſeq.†vbi ampliat, quā-
uis idem heres fuerit inſtitutus in ſecundo, qui
fuit in primo.Natt.in authent.hoc inter liberos,nu.
88.C.de teſtam.Surd.dec.127.n 8. & conſ.169.n.7.
li.1.vbi quod in teſtamentis eſt neceſſaria repeti-
tio,ad hoc vt contenta in primo non cenſeantur
adempta in ſecundo,nam alias quoad omnia in-
8 telligitur facta reuocatio ipſo iure,† cum in co-
dicillis ſit ſpeciale, vt relicta in primo non ſunt
ſublata in ſecūdo, quod datur pro cautela vt quis
curet ſibi legatum fieri in codicillis,non in teſta-
mento,vt ſit tutus de non reuocatione Veronen.
caut.87.ſi aliquis velit ſibi relinquere,numero 2.
Neq; obſtat quod primum teſtamentum fuerit con-
9 ditum coram notario, † & ſeptem teſtibus, quo
caſu non cenſetur reuocatum per ſecundum mi-
nus ſolemne,prout eſt illud,in quo ſe fundat Iu-
lius,cum ſolum ſit folium ſubſcriptum à teſtato-
re Ruin.conſ.9.n.16.li.2.vbi poſt Oldrad cōſ.129.
Titius,n.1.concludit, quod primum teſtamentum
ſolemne de iure communi ad pias cauſas non
tollitur per ſecundum minus ſolemne, quamuis
poſſit eſſe validum de iure ſpeciali iuxta l.hac con-
ſultiſſima 21.§.ex imperfecto,& ſi quis autem C.de
teſtam.& Ruin.refert Card.Mantic. de coniect. vl-
tim.volunt.li.6.tit.3.n.46.in fin.Cephal.conſ.32. n.
10.lib.1.vbi de communi Socin. conſ. 229.primo
aſpectu,n.4.li.2.Anchar. & Imol.in c.cum eſſes. qu.
8.de teſtam. Addit ad Alex. conſ.146. in verb. libe-
ros,in fin.lib.2.Fachi.lib.4. controu.iur.c.6.col. fin.
Nam quidquid prædicti teneant, verior opinio, &
magis communis eſt,quod primum teſtamentum
10 ſolemne ad pias cauſas,†reuocetur per ſecundum
minus ſolemne etiam ad pias cauſas, cum ſuffi-
ciat,quod iſtud ſecundum ſit perfectū in ſua ſpe-
cie,&habeat ſua ſubſtātialia requiſita ad ſui ipſius
perfectionem,quamuis primum contineat plures
ſolemnitates,nam maior ſolemnitas non inducit
11 maiorem perfectionem,† vbicumque vtrumque
eſt perfectum quo ad ſolemnitatem neceſſariò
requiſitam,quaſi ſolemnitas ſuperflua,& non ne-
ceſſaria non attendatur iuxta doctrinam Bart.cō-
muniter in propoſito approbatam in l.heredes pa-
lam 21.§. ſi quis poſt num.3. verſ.ſed dubium. ff. de
teſtam.Iaſ.in l. ſi ita ſit ſcriptum.alias incip. ſi ita ſit
adſcriptum 14.num.28.ff.de legat.1.Dec. in l.nihil
tam naturale 35 num.5.& ibi Cagnol.num.7. ff.de
regul iur.cum alijs per Magdalen de num. teſt. in
teſtam.requiſ.c.16.num.235.lib.1.fol.224.
Et ita in ſpecie caſus noſtri quando adſunt duo te-
21 ſtamenta ad pias cauſas,†quod ſecundum præua-
leat quamuis ſit minus ſolemne primo magis ſo-
lemni, latè concludit Caſtr. conſ.362. alias 327.
dubium facit in ſuprascripto puncto,num 1.& 2.li.1.
quem ſequitur Alexan.in l. hac conſultiſſima 21.§.
ex imperfecto,n.11.C.de teſtam.& conſ.131.ſuper the-
mate,nu.3.li.7.& conſ.146.viſo themate, nu.11.li.2.
conſ.106.viſo ac diligenter conſiderato,n.8.ad med.
verſic.adeo quod lib.4 vbi etiam allegat Butr. in c.
in præſentia, verſ.ex his dicitur, de probationibus.
Aug.in §.ſi quidem,n.5.verſ. ſin autem ſecundum,
auth. de teſtam. imperfect. à parentibus in filios fact.
Roma.conſ.385.in caſu præmiſſo quo quæritur,n.1.
ad med.vbi Mandoſ.in verb.numerus,in fin. teſta-
tur de magis communi Dec.conſ.365.in cauſa quæ
Mantua,n.1.& in l.nihil tam naturale 35.n.6.ff.de
reg.iur.vbi etiam addit Barbat.conſ.43.col.4.lib.3.
Conarr.in rubr de teſtam p.2.nu.1.ad med.fol.3.Iaſ.
in l.ſi ita ſit ſcriptū 14.n.49 ff.de legat.1.Socin.Iun.
conſ.144.n.37.in fin.vſq, ad 41.li.2.Silueſt.in ſumm.
in ver.teſtamentum,il 1.q.6. ver.quartum.Magdal.
de num.teſt.in teſtam.requiſ.c.16.li.1.n.232 fol.174.
poſt Ludou.Zunt.qui latè multa cumulat,&hanc
opinionem tanquam magis veram, & receptiorē
defendit in reſpōſ pro vxor.n.593 cū ſeq.Tiraq priu.
piæ cau.2.in prin.& prin 51.fo.32.Grat.cōſ.90.n.2.li.2
Prout etiam videmus,quod ſecundum teſtamentum
13 minus ſolemne inter liberos, † ſi eſt validum de
iure ſpeciali, reuocat primum etiam inter libe-
ros, quòd habet ſolemnitates de iure communi
cum ſufficiat quod iſtud ſecundum ſit perfectum,
& validum de iure ciuili,& ex ſpeciali priuilegio
Pariſ.conſil.34.numer.58.in fin.libro 2.Socin.Iun.
conſ.144.n.34 vſque ad 41.li.2.Menoc,conſ.1015.
num 5.

*nu.5.li.11.*cum alijs per *Gabr.de teſtam.concl.7.nu.1.fol.*203.Card.Mantic.*de coniect.vlt.volunt. lib.6. tit.2.n.17.in fi.ver.ſed tamē hoc non videtur ſufficere fol.*117.latè *Magdalen.de num.teſt.in teſtam.requiſit.lib.1.cap.16.nu.*30 *cum ſeq. poſt Ludou.Zunt.* qui omnibus reſpondet *in reſpon.pro vxor.nu.*613. *& 694.vſq;* ad 722.Vaſq.*de ſucceſſ. creation.lib.*3. §.21.*limit.7.nu.65.fol.*8.& de magis communi teſtatur Rot. *per Card.Seraph. deciſ.*382.*num.*7.

Quare etiam ſecundum teſtamentum conditum iu-
14 re militari ſine ſolemnitatibus iuris communis † tollit præcedens teſtamentum habens ſolemnitates iuris communis *l. eius militis,* 33. §.*militia miſſus,ff.de militar.teſt.*Cum generale ſit in omnibus vltimis voluntatibus,quod tantā vim habeat teſtamentum validum de iure ſpeciali ad tollendum primū,quantum validum de iure communi, ne alias priuilegium conceſſum in certis caſibus de condendo teſtamentum ſine ſolemnitatibus ſit
15 inutile,† cum etiam idem operetur actus acquiſitus per priuilegium,quantum ille,qui acquiritur de iure communi,maximè qui licet in poſteriori voluntate interuenerit minor ſolemnitas , tamen adeſt ius potentius,quod deficit in prima,videlicet quod in teſtamentis attenditur vltima diſpoſitio, quæ præponderat ſolemnitati præcedentis
16 voluntatis,†vnde non mirum, ſi actus validus de iure ſpeciali tollat primum magis ſolemne,ita per prædicta latè concludit Alexand.*conſ.*146.*nu.*13. *li.2.& conſ.*131. *n.3.li.*7.iuxta Gloſſ. *in §.ex eo,in verb perfecto inſtit.quib.mod.teſtam. infirm.*Dec.*cōſ.* 475.*in cauſa quæ mantuæ,nu.*1.Socin.Iun.*conſ.*144. *n.32.li.*2.Couarr.*in rubr.de teſtam p.2.n.*1.Cephal. *conſ.3.n.2.& 3.li.*1.vbi ampliat quamuis etiam ſe-
17 cundum valeret ſolum de iure prętorio,† & quāuis poſterius teſtamentum non ſortiretur effectū, dummodo ſortiri potuerit Caſtr.*in l. cum in ſecūdo,*16.*n 4.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.fact.teſtam.*Alex. *in l.ſed ſi plures ſint ita ſubſtituti,*10.§.*ſi ex aſſe,nu. 2.ad med.ff.de vulgar.& pupill.& in l.ſi quis antea conduxit,*10.*n* 8.*de acquir.poſſeſſ.*

Et iſta concluſio ſine vlla difficultate procedit in caſu noſtro, cum ſit magis fauorabile, & vtilius ſe-
18 cundum teſtamentum piæ cauſæ inſtitutæ,†propter minora onera,& pauciora legata,ad quæ tenetur ex ſecundo,quàm ſi attenderetur primum, in quo eadem pia cauſa inſtituta magis grauatur, Tunc enim hoc ſtante ſemper primum dicitur reuocatum per ſecundum quāuis ſit minus ſolemne Aym.*conſ.*152. *n.*12. poſt Socin. *conſ.*163. *col. penult.li.*2.Alex.*conſ.*105.*col.4 ver.ſecundo reſpondeo,li.4.& in l.hac conſultiſſima,*21.§ *ſi quis autem, in fi. C.de teſt.*Bald.Salic.Cuman.Natt.& Caſt.*in auth.hoc inter liberos,C.eod.tit.*Boer.*dec.*240 *n.*11. & nullā dubitationem habere dicit Card. Mantic.*de coniectur.vltimar.volunt.li.6.tit.2.n.19.in fi.* Socin.Iun.*conſ.*127.*n.*10.*li.*1.Rom.*conſ.*385.*in caſu præmiſſo,n.*2 *in fi.*& hanc opinionem paſſim ſequitur Rot.coram Card.Seraph. *Auenionen.legati,*10.*Decembris* 1578.*in impreſſ.dec.*382.*n.7.& coram eodem Auenionen. hæreditatis,* 27.*Nouembris* 1598.*inter impreſſas dec.*1302.*num.*7.vbi allegantur concordantes deciſiones Michael Craſſ.*in §.teſtamentum,q.86.n.7.& 8.fol.*480.Grat.*conſ.90.nu.*28.
19 *li.*2.Corn.*conſ.*31.*li.*1.†& quid dicatur magis fauorabile piæ cauſæ ſecundum teſtamentum, quā primum propter liberationem ab oneribus & legatis,in quibus minus grauatur Si mon. de præt. *de interpr.vltim.volunt.dubit.2.li.4.n.4.& 5.fo.*460. poſt Io Bapt.de Sanct.Blaſ.*conſ.*168.*n.3.inter conſ. diuer.vlt.volunt.*Rim.Sen.*conſ.*110.*n.* 13.*cū ſeq.li.*1.

Neque eſt dubitandum,quod ſit validum ſecundum teſtamentum,de quo agimus, quamuis ſit ſolum
20 folium,ſeu cedula ſubſcripta manu teſtatoris, cū ſimus in diſpoſitione ad pias cauſas , in qua non requiruntur teſtes,nec aliç ſolennitates,& ſufficit ſola ſubſcriptio Couarr.*in cap.relatum, il* 1.*nu.*12. *in fin.teſtam.*Ruin.*conſ.71.nu.16.vſq; ad* 19.*libr.*3. Alex.*conſ.*4.*col.*3.*nu.*10.*libr.*7. Dec.*conſ.*158.*caſus qui proponitur,n.*3.Tiraq.*priuil. piæ cauſæ* 4. Imol. *in l.ſi is qui,alias incip. ſi quis cum teſtamentum* 25. *n.*6.& ibi Aret.*col.2.poſt med.ver.in primo caſu dicit hic.ff.de teſtam.*cum alijs per Rot.*diuer.dec.*74. *n.12.vſq; ad 10.p.*2.Craſſ.*in §.teſtamentum,q.*19.*n.*
21 3.Iaſ.*conſ.61.n.6.li.*1.Boer.*dec.*240.*n.*4.†Exemplo militis,cuius teſtamentum valet,ſine aliqua ſolēnitate etiam ſi eſſet ſcriptum in clypeo eius ſanguine rutilanti , dummodo per duos teſtes recognoſcatur eius manus *l.milites in expeditione degentes* 15.*C.de teſtam.milit.*ergo eodē modo ſche-
22 dula ad pias cauſas,†quæ valebit dūmodo probetur per duos teſtes manus ſcribentis,cùm iſti duo caſus æquiparentur:Ruin.*conſ.*71.*n.*18.*li.*3

Non obſtat, quod ſecundum teſtamentum licèt ſuſtineatur abſq; ſolennitatibus fauore piæ cauſæ,
23 tamen intelligitur†quoad inſtitutionem,non autem quo ad legata extraneis relicta,Caſtr.*conſ.*93. *n.1.& conſ.97.n.2.li.*1.Iaſ.*in l.hac conſultiſſima* 21. §.*ex imperfecto,n.*10.*C.de teſtam.* latiſſimè Magdalen.*de nu.teſt.in teſtam. requiſit. p.2.c.7.n.20.vſque*
24 *ad 26. fol.*430.Clar.*in §.teſtamentum.q.6. in fin.* † Quia iſta opinio non eſt tuta , cū verior ſit contraria ſententia,nam ex quo conualidatur inſtitutio , quæ eſt caput teſtamenti , conſequenter debent ſuſtineri omnes partes illius,prout latè defendit Salic.*in auth.caſſa & irrita,q.9.nu.7.C.de ſacroſ.eccleſ.*Crot.qui de communi *in l re coniūcti,*
25 *n.*160.*ff.de legat.3.inter repetentes,vol.4.fol* 298.† vbi quod eſt verior opinio , & in iudicando , & conſulendo tenenda *Butr.in c. quod clericis 9.col. penult.poſt prin.ver.idem puto in teſtamēto laici vt in quātum,de for.comp.*quē ſequitur Alex.*conſ.41.viſo tenore n.5.ad med.li. 1.& conſ.*105.*viſo ac diligēter conſiderato.n.14.li.*4.Ceph.*conſ.72.n.16.li.*1.Abb.*in c.eccleſia S.Mariæ* 11. *n.*40. *ad med.ver. ideò puto quod ſi laicus inſtituta eccleſia,de cōſtit.*Ruin.*conſ.*1. *n.12.li.*2.Corn.*conſ.178.n.6.li.*1.Couar.*in c.relatū, il 1.n.2.de teſtam.*Gualdens *de art.teſtand.tit.de te-*
26 *ſtam.cautel.3.in fi.to.8.p.1.fol.*113.† Quidquid cōtrarium ſentiāt Iaſ.Curt.Iun. & alij *in d.§. ex imperfecto,*quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Bened.*in c.Raynutius,in verb.teſtamentum,il* 1. *n.69.de teſtam.*cū aliis per Tiraq.*priu.pia cauſ* 80. *col.*1.& notat ēt latè Craſſ.*in §.teſtamentū,q.18.n.7. fol.*419.Vaſq.*de ſucceſ.creat.li.* 3.§.22.*limit.*12.*n.*11.
27 *fol.*30.Non obſtante *dec.diuer.*734 *p.*1.† Quæ loquitur in teſtamento non ſolemni inter liberos, quod valet ſolū quoad eos,ſecus quoad legata facta extraneis,cum aliud ſit in teſtamento ad piam cauſam,in quo magis ſpecialiter inductum eſt,vt talia legata ſint valida:Tiraq.*priu.piæ cau.2.& 80.* cum alijs ſupra adductis,& notat etiam Salic.*in d.auth.caſſa & irrita.q.9.n.7.*vbi reſpondet ad *d.l. hac conſultiſſima 21.§.ex imperfecto.C.de teſtam.*cū

etiam alias reſponſiones dat Crot. *in l. re coniun-*
cti.ff. de legat.3.

Immo legarom Iulio debitum dicitur pium, cum
28 enim ſit relictum conſanguioeo panperi,†cenſe-
tur potius factum ratione paupertatis,& pietaris,
quàm conſanguinitatis, & ob iſtam cauſam ſuſti-
netur, vt propter deficientem legitimam ſolem-
nitatem non pereat. Iaſ.*conſ.*183.*col.2.ver.ſeptimo*
*alias,lib.2.*Cephal. *conſ.*216.*num.*14.*&* 25.*lib.*2.
Card.Mantic.*de coniectur.vlt.volunt.li.6.tit.3.nu.*
14.*fol.*120.Euetard.*loco argument.de libert.ad piam*
*cau in fi.fol.*38.Menocb.*præſump.*115.*n.*9.*in fi.ver.*
hac tamen declaratio,libro 4. iuxta ea quæ in ſimili
ſcripſerunt Bal.& Fulgoſ.*in l. ſi tibi decem* 18.§.*ſi*
*pactus,ff.de pact.*Imol.& Commenſ.*in l.quod dici-*
tur 130. *ff.de verbor.obligat.*

Contraria autem procedunt, quando eſſet factum
legatum conſonguineo pauperi cum ſolemnitati-
29 bus requiſitis, † tunc enim præpoodetaret ratio
conſanguinitatis, ita vt ob talem cauſam præſu-
meretur teſtatorem motum fuiſſe, non propter
paupertatem, ſecus autem quando, prout io caſu
noſtro relinqueretur in voluntate minns ſolem-
ni,tunc enim ex ſolemnitate non adhibita colli-
gitur clara voluntas diſponentis, quod voluerit
relinquere ad pias cauſas, non propter affinita-
tē,ita in ſpecie diſtinguit Ceph. *cōſ.*216.*n.*23.*vſq;*
ad 26.*li.*2.Menoc.*præſump.*105.*n.*9.*in fi.li.*4. iux-
ta *l.nō codicillum* 14.*C.de teſtam.l.conficiūtur* 8. *in*
prin.ff.de iur.codicil.& notat etiā Tiraq.*de pia cau.*
*in præf.col.*3.*in fi.ver.ſed ſi hoc omninè eſt ſine dubio.*

Et quod ſimus in paupere admittebatur tanquam
30 notorium,cum legatarius nihil habeat,†quamnis
in hniuſmodi materia paupertatis non conſide-
retur an qnis aliquid poſſideat,necne,cū neceſſe
ſit,vt bona,quę poſſidentur,conueniant qualitati,
& conditioni ſuæ perſonæ; nam alias etiā multa
poſſidens dicitur pauper,& quod ei legatur cen-
ſetur ad piam cauſam relictum Menoc. *de arbit.*
*caſ.*65.*n.*8.*in fi.& præſump.*115.*nu.*8.*lib.*4.Tiraq.*de*
*nobilit.c.*20.*n.*184. Cnm etiam præſupponatur in
facto legatarium pro paupere habitum à teſtato-
31 te,qni bene nouerat conditionem ſui conſangui-
nei adeout iſta credulitas teſtatoris ſufficiat,quā-
uis etiam fuiſſet factum legatum diuiti,quem ipſe
credebat pauperem tanquā inſpecta mente,& vo-
luntate teſtatoris,quę debet attendi,ſemper dica-
tur legatum pium:Menoc.*præſumpt.*115.*nu.*7.*li.*4.

Vnde ſtante validitate huiuſmodi legati tanquā fa-
cti ad piam cauſam, non opus eſt quærere, an il-
lud accreſcat aduerſario, qui prætendit ab inte-
ſtato ſuccedere, non autem ſocietati ſanctiſſimæ
32 Annuntiatæ hæredi inſtitutæ;†Quamuis etiam ſi
eſſet iovalidum,verior eſt opinio,& magis com-
munia,vt accreſcat cauſæ inſtitutæ,non autē ve-
nientibus ab inteſtato, cū talis portio non dica-
tur propriè accreſcere, ſed remoneat penes piam
cauſā tanqnā caduca,vnde nulla ratio ſuadet,vt
venientes ab inteſtato ad eam vocentur,cum illi
non ſucedant, qnoties eſt locus ſucceſſioni ex
teſtamento *l.quamdiu,la* 2.*quæ eſt* 39. *ff.de acquir.*
33 *hered.l.quādiu* 89.*ff.de regul.iur.*†& ita in propo-
ſito latè comprobar,& omnibus obiectis reſpōdet
Magdal.*de nu.teſt.in teſtament.requiſit.p.*2. *ca.*7.*nu.*
26.iuxta *text.* clarum in hac materia *in l. hac con-*
ſultiſſima 21.§ *ex imperfecto*, & ibi.Fulg. *nu.*2.*C.de*
*teſtament.*Addit.ad Bald.*in repet.l.*1.*n.*8.*& in verb.*
ex imperfecto.C.de ſacroſ.eccleſ. Quidquid contra-
rium ſequatur Tiraq.*priuil.piæ cauſ.*80.*poſt med.*
*verſ.item pro hac parte adfert.fol.*41. poſt Bald.Sa-
lic.Caſtr.Alex.Corn.& alios *in l.ſenium* 3.*C.qui te-*
*ſtam.facer.poſſ.*per text. *in l.mulieri & Titio* 73 *ff.de*
cond.& demonſt. Imol. *in l. tam is qui teſtamentum*
25.§.1.*n.*6.*ad fin.de donat.cauſa mortis.*

Licet hoc dictum ſit ex abundanti,quia,vt ſupra fir-
34 matum eſt, ſumus in legato pio, † quod Eccleſia
hæres inſtituta tenetur ſoluere, quamnis non eſ-
ſet pium, dum conſtet de clara mente diſponen-
tis, qui enixè rogauit hæredem, vt quoad huiuſ-
modi legata voluntatem ſuā omnino exequere-
tur, quo caſu illa debentur in foro conſcientiæ,
cum ratio naturalis ſuggerat talem defuncti vo-
luntatem,quamuis non ſolemnem eſſe ſeruandā,
maximè à locis piis,& ab Eccleſia quę cultrix eſt
iuſtitię,& pietatis,vt in propoſito latè comprobar
Card.Mantic.*de coniect.vlt.volunt.li.*2.*tit.*14.*n.*16.
vſq; ad 30.tanquam apices iuris in foro conſciē-
tiæ non excuſent.Bald.*in auth.ad hec,n.*13.*in fi.de*
*vſur.& in l.*2.*num.*5.*&* 6.*C.de confeſſ.*iuxta *l.ſi ſer-*
uum ſtipulatus 91.§.*ſequitur, in fi ff.de verb.oblig.*

Nec facit,quod legata non ſint deſcripta in apocha
35 per teſtatorem ſubſcripta, † Quia ſufficit,quod
fuerit facta relatio ad aliam ſcripturam, de qua
cum appareat,& conſtet de eius identitate,& fue-
rit plenè recognita,habetur ac ſi eſſet in teſtamē-
to appoſita,non enim refert,an aliquid certum ſit
per ſpecialem ſui expreſſionem, an per relationē
ad aliud, ex quo talis implicita deſignatio verifi-
cetur, itavt hoc procedat non ſolùm in legatis,
ſed etiam in ipſamet inſtitutione hæredis non ex-
preſſo, ſed relata & exiſtente apud certam perſo-
nam iuxta doctrinam Bart. communiter appro-
batam,*in l.ſi ita ſcripſere* 38.*ff.de condit. & demōſt.*
Iaſ.*in l.vbi autem* 75.§.*illud, nu* 2. *ff.de verb.oblig.*
Pariſ.*conſ.*19.*n.*12.*cum ſeq.li.*3.Caſtr. *in l.hac con-*
36 *ſultiſſima.*§ *per nuncupationem.*†vbi Corn.atteſta-
tur de veriori,& magis communi opinione *C. de*
*teſtam.*Couar.*in ca.cum tibi,n.*5.*eod.tit.*& ita etiam
paſſim ſeruari dicit Craſſ.in §.*inſtitutio. q.*16.*n.*3.
& in §.*teſtamentum,quæſt.*16. *n.*10.Vaſq. *de ſucceſſ.*
creat.§ 17.*n.*53.*li.*2.*requiſit.*14.*fol.*42.Clar.*in* §.*te-*
*ſtamentum,qu.*36.*n.*2.*in fi.*latè Ludouic.Lana *in cōſ.*
*de form.teſtam.nuncupat.n.*6.Gabr.*concl.*11.*nu.*1.*cū*
*ſeq de teſtam.*Natt.*in auth.quod ſine,qu.*11.*n.*26.*C.*
*eod.tit.*Maſtrill *dec.*190.*nu.*2. *vſque ad* 6.*p.*2.Cum
huiuſmodi cauſa fuiſſet commiſſa in Rota R.P.D.
Vbaldo, fuit datum dubium an legatum debere-
tur Iulio, per quem hæc omnia ſupra adducta
fuerunt communicata Patronis ſui Aduerſarij, cui
fuit ſuaſum,vt à lite recederet, tanquam non fo-
neret bonum ius,prout receſſit,patiendo ſolui ei-
dem Iulio prædictum legatum,facto tamen rein-
ueſtimento pecuniarum relictarum in tot locis
Montium non vacabilibus,cum prohibitione de
illa non alienando ad fauorem hæredis,quatenus
ei deberetur falcidia, & ob alias cauſas, propter
multa debita in hæreditate reperta.

EPITOME.

Succeſſor in beneficio an teneatur ſtare locationi
anteceſſoris. ¶ Et quid ſi illa ſit facta ad tempus
permiſſum. ¶ Vel nomine Eccleſiæ. ¶ Vel ſi fun-
dus ſterilis eſſet redactus ad culturam. ¶ Vel

quando

quando fructus pendentes de proximo deberent colligi. ¶ Vel ſi fuit anticipatè ſolutum. ¶ Vel quando ſucceſſor recepit penſionem. ¶ Et an tunc approbetur locatio etiam pro tempore futuro. ¶ Rector Eccleſiæ an dicatur adminiſtrator redituum illius, ſeu vſufructuarius, vel vſuarius. ¶ Conductor, & colonus partiarius quo caſu poſſit cogi à ſucceſſore ad continuandum in locatione ſibi facta per anteceſſorem. ¶ Et an ſine dividendi fructus, quando ſeminauit, & fecit omnia ad culturam neceſſaria, etiam quod res locata illos non redderet niſi ſingulo quinquennio.

S V M M A R I V M.

5 *Locatio facta ab anteceſſore extinguitur per ſuperuenientiam ſucceſſoris, quando fuit nomine Rectoris, nō Eccleſia, & quod eſſet ad tempus permiſſum, n. 5.*

2 *Succeſſor recipiens penſionem à conductore anteceſſoris ſolum approbat locationem pro tempore, quo recepit, non autem pro futuro, n. 4.*

3 *Tacitus conſenſus non extenditur ultra illud quod exprimitur.*

6 *Rector Eccleſiæ dicitur ſolum adminiſtrator & fidelis diſpenſator redituum illius, ſeu vſufructuarius, vel vſuarius.*

7 *Reſoluto iure adminiſtratoris, & vſufructuarij reſoluitur etiam contractus per eum celebratus.*

8 *Succeſſor in beneficio cogitur ſtare conductori anteceſſoris, ſi fundus locatus erat ſterilis, & poſtea redactus ad culturam.*

9 *Prælatus tenetur ſtare colono, quando terra fuiſſent ſeminata, & fructus pendentes de proximo deberent colligi.*

10 *Epiſcopus non habet ius in fructibus, niſi vita ſua durante, in quibus non poteſt præiudicare ſucceſſori etiam reſpectu primi anni, quo obiit, & conductor anticipatè ſoluit. nu. 11.*

12 *Prædeceſſor non obligat ſucceſſorem.*

15 *Conductor non poteſt cogi à ſucceſſore ad continuandū in locatione ſibi facta per anteceſſorē, n. 15. Ampliatur etiā in colono partiario, n. 16. Declara vt n. 17.*

14 *Locator & Conductor ſunt correlatiui, ita vt conceſſum vni debeat concedi alteri.*

18 *Colonus ſeminans, & faciens ea, quæ circa agriculturam ſunt neceſſaria non poteſt expelli, ſed debet metere, & fructus diuidere, etiam quod res locata non redderet fructum niſi ſingulo quinquennio. n. 19.*

20 *Succeſſor tenetur ſtare colono, cui fuit locata res per eum, qui deſiit eſſe beneficiatus facto ſuo, videlicet renunciatione.*

CAPVT DCVI.

[*Adde ad deciſ. March. 99. n. 14.*]

PEr ſuperuenientiam ſucceſſoris extinguitur locatio facta ab anteceſſore ſine ſimus in teſi-
1 gnatario, † ſine alio ſucceſſore per obitum Recto-
ris, ſeu Beneficiati, ſemper enim debet fieri alia locatio, ſeu illa eſt renouanda, quando fuit facta nomine Rectoris, cum ſecus ſit ſi fuiſſet nomine eccleſiæ, vel pro vtilitate illius contractum, & pecunia inde recepta ſit conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, nam iſtis ceſſantibus, non tenetur ſucceſſor ſtare locationi, cum præbendarius non poſſit locare vltra tempus vitæ ſuæ, & conductor ſibi imputet, tanquam potuerit præuidere caſum mortis locantis. Iſta eſt communis opinio de qua late Redoan *de reb. eccleſ. nō alienand. q. 5. an & quomod. ex alienat. & fact. præceſſor. teneat ſucceſſ. §. ſed an contractus locationis, n. 6. & per tot. f. 335.* Pariſ. *de reſign. lib. 1. q. 16. n. 46. & 48. fol. 74.* vbi quod ita ſeruatur in Rot. iuxta *deciſ. Thom. de Tan. 33. in manuſcr.*
2 Put *deciſ. 181. n. 1. & 2. lib. 1.* † vbi etiam quod licet
ſucceſſor receperit penſionem à conductore, tamen intelligetur ſolum approbata pro illo tempore, quo recepit, non autem quod in futurum aliqua obligatio inducatur. Idem Put. *deciſ. 180. nu.*
3 *7. & 8. lib. 1.* iuxta regulam, † quod tacitus conſen-
ſus non extenditur vltra illud quod ſonat licèt ſecus ſit in expreſſo. Gloſſ. *in Clem. ſæpe, in verb. de partium, de verb. ſignificat.* Bart. *in l. 1. §. ſi quis interdicto, ff. de itin. actuque priuat.* Quod etiam de taci-
4 to conſenſu † voluit Bellam *deciſ. 747. incip. ſuppoſito quod dominus Guido. abiat eſt dec. 748. col. 2. prin. verſ. plus dixerunt domini, n. 2 fol. 141.* Et paſſim iſta concluſio ab omnibus admittitur, vt ſucceſſor in
5 beneficio non teneatur ſtare locationi † etiam factæ ad tempus permiſſum, Gloſſ. *in c. vlt. ne prælat. vic. ſuas.* Albert. *conſ. 108. nu. 1. vſque ad 6.* vbi late Vincent. Anibal. *in addi. in verb. nomine eccleſia.* Alex. *conſ. 160 n. 4. cum ſeq. lib 6.* Iaſ. *conſ. 94. n. 5. lib. 1.* Socin. *conſ. 6. nu. 9. lib. 1. & conſ. 34. nu. 1. & 4. lib. 3.* Polidor. Rip. *obſeru. 115. n. 2. & 3* Anchar. *cōſil. 116. ſecundum ordinem, per tot.* vbi quod etiam ſi adſit hypotheca ad fauorem conductoris, erit reſoluta
6 per mortem locantis. † qui erat ſolum adminiſtra-
tor, & fidelis diſpenſator redituum bonorum eccleſiæ, ſeu vt alij volunt vſufructuarius, vel vſuarius: Couarr *in c. cum in officiis, nu. 1. de teſtam* Ceual. *q 198 & q 388.* Guter. *lib. 2. pract. quæſt. c. 114. n. 4. vſque ad 13.* Nauarr *de reddit. q. 1. monit. 24 n. 12. & monit. 35 & 38 n 6.* Spin. *de teſtam. in rubr. gloſſ. 14. n. 5. & 14.* Bened. *in c. Raynutius, in verb. & vxorē nomine Adelaſiam. in prin n. 265. & 266. eod. tit.* cum aliis late adductis per Caſtill. *de vſufr. c. 5. n. 8. vſque*
7 *ad 12.* Craſſ. *in §. teſtamentum. q. 34 n 9.* † Quicumque
enim ſit talis Rector, & beneficiatus, reſolutum eſt ius conductionis, reſoluto iure adminiſtratoris, & vſufructuarij, & vſuarij, & habentis ius ad tempus, & ad vitam ſuam *c. tuæ nuper, de dona. inter vir. & vxor. l. ſi tutela. ff. de adminiſtr. tut.* Anchar. *conſ. 116 num. 3.*

Neque obſtant contrarium tenentes, Quia vel non bene loquuntur, vel debent intelligi, quando lo-
8 catio eſſet facta nomine Eccleſiæ, † vel quando
fundus locatus fuiſſet ſterilis, & poſtea factus fertilis, & redactus ad culturam, tunc enim vtiliter locauit, adeo vt ſtante vtilitate eccleſiæ non ſit amouendus conductor. Archid *in c. alienationes 12. quæſt. 2.* Hoſtienſ. *in c. nulli de rebus eccleſ. non alienan.* Redoan. *eod tit. q. 5. an & quomod. ex alienat. & fact. præceſſor teneat ſucceſſ. §. ſed an contractus locationis. nu. 10. fol 337.* poſt Bald, *in l. emptorem 9. C. locat. & in l. ſi quis domum. ff eod. tit.*

Prout etiam contraria procedunt, quando terræ
9 fuiſſent ſeminatæ, & fructus pendentes † de pro-
ximo deberent colligi, tunc enim teneretur ſucceſſor ſtare colono, prout reſoluit Rot. coram R. P. D. Orano Auximana locationis. 24. Ianuarij 1590. in fin. poſt Oſaſc. *deciſ. 81. num. 10.* Nam aliàs licèt Prælatus, & Epiſcopus poſſit locare ad tem-
10 pus modicum, Tamen cum non habeat ius in fru-
ctibus, niſi vita ſua durante, non poteſt per huiuſmodi locationem præiudicare ſucceſſori, *l. ſi quis domum ff. locat.* Rot *deciſ. 2. eod. tit. in nou.* Bald. *conſ. 225. lib. 1.* Soc. *conſ. 34. n. 4. lib. 3.* Rot. *in d. auximana locationis coram R. P. D. Orano 24. Ianuary 1590.* v

bi approbantur omnes ſupradictæ diſtinctiones,
11 ampliando, † vt etiam reſpectu primi anni, quo obiit prædeceſſor, & conductor ſoluit anticipatè, non teneatur ſucceſſor ſtare huiuſmodi locationi, cum debeat ſibi imputare, tanquam poſſet mortem Prælati præuidere: Calder. *conſ. 7. de locat.* Imol. *conſ. 161. nu. 9. in fin.* Ferret. *conſ. 152. lib. 1.* Niſi terræ fuiſſent ſatæ, & fructus de proximo colligendi, vt dictum eſt ſupra; Ita vt neque ſit curandum, quod Prælatus præceſſor obligauerit ſucceſ-
12 ſorem, † quia non propterea dicitur contraxiſſe nomine Eccleſiæ, cum aliud ſit contrahere nomine ſucceſſoris, & aliud nomine Eccleſiæ: Mohedan. *deciſ. 271. in fin.* Cum etiam prædeceſſor non poſſit obligare ſucceſſorem, ex quo actio perſonalis in eum non tranſibat. Put. *deciſ. 181. lib. 1.* Et ſucceſſor non receperat aliquod ius à Prælato præceſſore Rot. *dec. 1. de locat. in nou.* & ita etiam concluſum fuit in dict. Auximana locationis 24. Ianuarij coram R. P. D Orano.

Cum igitur ex prædictis locatio per mortem Prælati ipſo iure extinguatur, dixi in caſu aliàs propoſi-
13 to, † quod conductor non poterat cogi à ſucceſſore ad continuandum, & perſeuerandum in conductione, cum locator, & conductor ſint correlatiui, & contractus nõ debeat claudicare, nec pen-
14 dere illius reſolutio ab vnius voluntate, *l. in vendentis. C. de contrah. empt.* Caſtr. *in l. centeſimis. §. 2. n. 2. ff. de verb. oblig.* Socin. Iun *conſ. 41. n. 13. lib. 3.* Gomeſ. *var. reſolut. tom. 1. c. 2. n. 19.* Surd. *dec. 59 n. 9. &*
15 10. † vbi in ſpecie ob iſtam rationem correlatiuorum concludit non dari iſtam coactionem perſeuerandi poſt Socin. *conſ. 33 n. 9 lib. 1.* Couarr. *lib. 2. var. reſolut. c. 15. n. 6.* Cephal. *conſ. 255 nu. 24.* Gabr. *conſ. 68 in fin. lib. 1.* Burſat *conſil. 101. n. 8.*

Quæ procedunt ſiue ſimus in colono partiario, ſiue
16 conductore, tanquam in vtroque militet eadem ratio, cum verior ſit opinio, quod ſucceſſor ſingularis non teneatur ſtare colono partiario, vnde neque è contra poterit cogi talis colonus perſeuerare: Surd. *deciſ. 52. n. 10.* Roman. *conſ. 309. per tot.* Cephal. *conſ. 181. nu. 16.* iuxta *l. qui fundum. ff. locat.* Alex. *in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir in quinquennium. n. 17 ff. ſolut. matr.* Iaſ. *in l. cum filiofamilias, n. 183.* & ibid. Bauer. *num. 185 ff. de leg. 1.* Oſaſc. *dec. 82.*

Intelligendo tamen pro ſequentibus annis, nam
17 quoad annum inchoatum, † & pro quo iam eſt facta impenſa neceſſaria, vel maior pars illius, tunc ſucceſſor ſingularis tenetur ſtare colono, & è contra cogitur colonus perſeuerare, ex quo enim ſeminauit faciendo ea, quę circa agriculturam ſunt neceſſaria, debet etiam metere, & fructus diuide-
18 re. † Bald. *in l. emptorem. n. 7. verſ. ſed pone colonus. C. locat.* Vbald. *de duobus fratrib. p. 1. n. 37.* Oſaſc. *deciſ. 82 in fin.* Cagnol. *in l. 4. n. 221 verſ. ſecũdo limita. C. de pact. inter emptorem & venditor.* & quidquid dubitet Cephal *conſ. 181.* iſta eſt verior opinio, vt teſtatur Surd. *deciſ. 52. n. 12.* vbi amplius concludit, quod ſi res de ſui natura vnicum fructum reddit
19 ſingulo quinquennio, † ſtandum eſſet colono pro toto illo quinquennio Alex. *in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir, col. 1. in fin verſ. ſed quia ratio prima ff. ſolut. matr* Gabr. *conſ. 68. per tot lib 1.* vbi quod colonus poteſt cogi ſtare conductioni, quamuis fructus ſint difformes, quando quinquennium habetur pro vnico anno: Surd. *d. deciſ. 52. nu. 13.*

Inſuper obſeruandum eſt, quod locator quidque de-
20 ſinit eſſe beneficiatus ſine facto ſuo, † puta morte, tunc ſucceſſor non tenetur ſtare colono, ſecus quando facto ſuo, videlicet renunciatione, tunc enim tenebitur, ita diſtinguit Polid Rip. *obſeruat.* 132. ob illam rationem, quia quando vſusfructus finitur facto vſufructuarij, ſucceſſor tenetur ſtare conditionibus prioris poſſeſſoris, Prælatus autem æquiparatur vſufructuario: Couarr. *in c. cum in officiis. num. 1. de teſtament.* & dictum eſt ſupra *nu. 6.* De cuius tamen quæſtionis veritate dicam Deo dante in capite particulari.

EPITOME.

Statutum deferens lucrum dotis coniugibus quando ſit fauorabile, ſeu odioſum. ¶ Maior ſeptuaginta annorum, an dicatur qui ingreſſus eſt annum ſeptuageſimum. ¶ Dies cœptus, quando habeatur pro completo. ¶ Et quid in fauorabilibus ¶ Et in odioſis. ¶ Et in acquirendo lucro dotali. ¶ Et in admiſſione ad ciuilitatem. ¶ Vel ſtante dictione per, cum ſimilibus verbis poſitis in accuſatiuo ¶ Vſus communis loquendi, quando attendatur ¶ Eccleſia, & minor, an ſit reſtituendus aduerſus omiſſum implementum conditionis requiſitæ ad hoc, vt habeatur pro impleta, quamuis illa amplius non poſſit adimpleri. ¶ Ratio generalis ſtatuti, an conſideretur in caſibus non expreſſis. ¶ Et qualitates illius, quando ſint verificandæ.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex ſtatuto tenetur probare omnes qualitates in eo contentas. nu. 16 & 23.*
2 *Verba per octo menſes inducunt perfectionem menſium tanquam poſita per accuſatiuum. & n. 17.*
3 *Clauſula annullatiua inducit formam.*
4 *Statutum deferens lucrum dotis marito dicitur fauorabile, quamuis ſit contra ius commune, maximè ſi lucrum ſit reciprocum. & n. 5.*
6 *Dies cœptus habetur pro completo in fauorabilibus, ſecus in odioſis. nu. 15.*
7 *Maior ſeptuaginta annorum non dicitur qui ingreſſus eſt annum 70. niſi in materia fauorabili.*
8 *Vſus communis loquendi attenditur in quacunque diſpoſitione, & praualet proprietati verborum. nu 9. Declara vt n. 10. Et an requiratur probatio. n. 13.*
12 *Reſtitutio in integrum conceditur minori aduerſus omiſſum implementum conditionis requiſita per ſtatutum ad hoc, vt habeatur pro impleta, & vt lucrũ dotale conſequatur, quamuis conditio amplius adimpleri non poſſit. & n. 14.*
13 *Si relinquatur hereditas Eccleſiæ, ſi infra annum ædificauerit monaſterium, alioquin priuetur relicto, & transferatur in alium, competit eccleſia reſtitutio, ſi non fuerit per eam adimpletum.*
18 *Dictio per, ſignificat tempus perfectum.*
19 *Statutum requirens habitationem continuam per triginta annos, ad effectum acquirendi ciuilitatem, non habet locum niſi anni ſint completi.*
20 *Tempus deſignatũ per menſes non dicitur completum, niſi poſtquam ſit cœpta vltima dies vltimi menſis.*
21 *Menſis vel annus ciuiliter non ad momenta temporis, ſed ad dies numeratur.*
22 *Ratio generalis ſtatuti non attenditur, ſi ex eius diſpoſitione fiat reſtrictio ad caſum in eo expreſſum.*

CAPVT DCVII.

IN ſtatuto ciuitatis Maceratæ, defertur viro lucrum dotis in dimidia decedente vxore ſine filiis, & quod de alia dimidia vxor poſſit diſponere ad ſui libitum: cum declaratione, quod non

habeat

habeat locum in ſponſa nondum traducta ad domum viri, & nondum conſummato matrimonio, & ſi non ſteterit in domo viri per octo menſes ad minus, & vir non ſuſtinuerit onera matrimonij, alias non concedatur eidem d. lucrum, ſed ſeruetur ius commune. ¶ Ex verbis iſtius ſtatuti colligitur omnia ſupra narrata debere concurrere, ad hoc vt illi ſit locus *l. ſi heredi plures. ff. de condit. inſtitut.* Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 8. *lib.* 3. Et cum in caſu noſtro præſupponatur vxorem ſtetiſſe in domo viri ſolum per ſeptem menſes, & dies decem, vi-
2 debatur nõn eſſe locum ſtatuto, † cum verba illa per octo menſes inducant perfectionem menſiũ, tanquàm tempus ſit appoſitum per accuſatiuum: Natt. *conſ.* 461. *per totum*, ſtante præſertim clauſula
3 annullatiua expreſſa in dicto ſtatuto, † per quam magis præciſè eſt ſeruanda forma ab eodem ſtatuto tradita: Alex. *conſ.* 212. *n.* 5. *lib.* 6.

Pro contraria tamen opinione multum faciebat, quod ſtatutum prædictum licet videatur eſſe con-
4 tra ius commune, † Tamen eſt fauorabile, tanquam inducat hoc lucrum, vt viri facilius illiciantur ad contrahendum matrimonium, quod eſt vtile Reipublicæ, cum etiam tale lucrum veniat in conſequentiam tituli oneroſi, nam ſtatutum conſiderat graues expenſas, quas faciunt mariti in ducendis vxoribus, cum oneribus matrimonij, ita vt ſæpiſſimè contingat homines inopia laborare ob reſtitutionem dotium, & propter d. expenſas, vndetam ratione damni euitandi, & publicæ vtilitatis, quàm etiam in ſolatium dilectæ coniugis amiſſæ, exemplo ſucceſſionis delatæ matri per Tertullianum in ſolatium defuncti filij, ſtatutum non poteſt dici, niſi fauorabile iuxta veriorem, & magis communem opinionem, de qua teſtatur Cardin. Mantic. qui alios cumulat *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 20. *n.* 13. *& tit.* 26. *n.* 13. *lib.* 12. Natt. *conſ.* 281. *col.* 3. *poſt med.* Rimin. Iun. *conſ.* 189. *n.* 16. *lib.* 2.
5 Roland. *de dot. q.* 4. *nu.* 9. *fol.* 352. † Maximè quia in caſu noſtro non poteſt conſiderari aliquod odiũ, ſeu damnum ex parte mulieris, cum etiam per eã acquiratur tale lucrum præmoriente viro, ita vt magis ſtatutum dicatur fauorabile ſtante reciproco lucro, ob quod mulier non poteſt dici læſa: Cuman. in ſpecie *conſ.* 72. *n.* 3. *ad fin. per text. in l. ſi pater puellæ* 12. *C. de inoffic. teſtam.* Abb. *conſ.* 1. *n.* 5. *ad med. lib.* 1. cum ſimilibus adductis per Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, n.* 127. *C. de reuocand. donat.*

Stante igitur cauſa fauorabili ſufficit menſem octauum fuiſſe ceptum, quamuis enim non ſit com-
6 pletus † habetur pro completo in fauorabilibus. Balb. *de præſcription.* 3. *p.* 6. *part. princ. q.* 1. *nu.* 11. *per text. in l. in vſucapione* 15. & ibi Gloſſ. *in princ. ff. de diuerſ. & temporal præſcription.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore. n.* 53. *&* 54. *ff. de vſucapion.* Felin. *in cap. illud* 8. *n.* 14 *col* 9. *in fin. verſ. octaua concluſio. de præſcript.* Fenut. *de moment. tempor. cap.* 30. *n.* 10. *poſt prin. verſ. conſtituentes autem, & verſ. aut ſumus in materia fauorabili.* iuxta Gloſſ. *in l.* 3. *§. minore, in verb. momentum. ff. de minor. l.* 1. *ff. de manumiſſ. l. qua ætate* 5. *ff. de teſtam.* latè Mandoſ. *reg.* 34. *quæſt.* 20. *nu.* 3. *vſque ad n.* 6. & concludunt omnes *in. l.* 3. *§ Labeo* vbi Roman. *num.* 2. Iaſ. *n.* 17. Alex. *n.* 7. *&* 8. Aret. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Gloſſ. *in c. cum in cunctis* 7. *in princ. in verb. exegerit, de election.*

Immo in materia fauorabili, quamuis per legem re-
7 quireretur tempus perfectum, & abſolutum, † puta quod quis ſit maior ſeptuaginta annorum, tamen ſufficiet quod ſit ingreſſus annum ſeptuageſimum, quicquid aliàs non poſſit dici maior annis ſeptuaginta, qui annum agit ſeptuageſimum, cum requiratur, vt illũ ſit egreſſus *l. maiores* 3. vbi Gloſſ. *in verb. maior eſſe. ff. de iur. immunit. per text. in l. ad rempublicam* 8. vbi Gloſſ. *in verb. fauoris cauſa ff. de munerib. & honorib. l. qui filiũ* 74. vbi Gloſſ. *in verb. aliis, & in verb. & alia. ff. ad Trebellian. l. ſi maritus* 15. *§. lex Iulia.* vbi Gloſſ. *in verb. agit. ff. ad leg. Iul. de adulter. l.* 3. *§. minore ff. de minoribus.* Bald. *in l. qua ætate* 5. *in fin ff. de teſtament.*

Accedat quod iuxta communem vſum loquendi octauus menſis dicitur etiam ille, qui non eſt com-
8 pletus, † qui vſus etiam attenditur in ſtatutis, & debet præualere ẽt proprietati verborum: Bart. *in l. non dubium. C. de legib. per text. in l. librorum* 50. *§. quod autẽ Caſſius.* vbi Gloſſ. *in verb. non continebantur, ff. de legat.* 3. Matthe ſil. *ſing* 96. & in ſimili ſtatuto lucri dotis Roland. *de dot. quæſt.* 6. *n.* 8. *tom.* 9. *fol.*
9 354. *& quæſt.* 106. *n.* 22. *&* 23 *fol.* 393. † Quod procedit in quacumque materia, in qua ſemper præfertur dictus communis vſus loquendi propriæ ſignificationi, ſiue id eliciatur ex definitione, ſiue ex etymologia, ſiue ex iuris auctoritate, quamuis etiam ſtatuta deberent intelligi ad litterã, & prout iacẽt. Idem Roland. *de dot. quæſt.* 98. *n.* 7. *&* 8. *f.* 386. poſt Abb. *in cap.* 1. *col. penult. verſic. ad vnum tamen aduertas. de iudic.* Felin. *in proœm. decreta. col.* 5. *verſ. ſecundo amplia.* Alex. *conſil.* 111. *nu.* 2 *lib.* 6. Maximè
10 † quia præſupponitur dictum communem vſum loquendi extare tam ante, quàm poſt conditũ ſtatutum, prout requiritur Roland. *d q.* 6. *n.* 12. *vſque ad* 14. *fol.* 354. Et cùm ſemper omnes appellauerint, & appellent aliquem eſſe in octauo anno, ſeu mẽſe, quamuis non completo, † talis communis vſus loquendi nõ indigebit aliqua probatione tanquã de antiquo inoleuerit, Alciat. *de verb. ſignif. lib.* 2. *n.* 30. *verſ. quapropter qui hodie. fol.* 89.

Vlterius ſtante minori ætate, quæ præſupponitur in marito ducẽte vxorem, & quod elapſi ſint nouem aut decem menſes poſt matrimonium contractũ, ex quo tempore poterat illud conſummari, & v-
12 xor ad domum ipſius viri traduci, † eſt concedenda reſtitutio in integrum aduerſus omiſſum implementum cõditionis requiſitæ per ſtatutum, ad effectum vt habeatur pro impleta, & vt lucrum dotale conſequatur, quamuis conditio, & qualitas traductionis amplius adimpleri, & reſtaurari ac renouari non poſſit, præſertim quia tale lucrũ delatum per ſtatutum non eſt ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa propter graues expenſas factas à marito, & alia quæ concernunt onera matrimonij, prout in ſpecie concludit Ruin. *conſ.* 199. *n.* 3. *vſque ad* 7. *lib.* 1. *per tex. in l.* 3. *§. & ſi heres inſtitutus. ff. de minorib. & in l. Iulianus. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* quod etiam voluit Aret. *conſ.* 67. *diligenter & mature. col.* 4. *ad fin. verſ. venio ad quartum. nu.* 5. *vſque ad n.* 10. per doctrinam Bald. *in l. pupillorum* 5. *n.* 4.
13 *&* 5. *C. de repud hereditt.* † vbi ſi relinquatur hæreditas Eccleſiæ, ſi intra annum ædificauerit monaſterium, alioquin priuetur relicto, & transferatur in alium, competit reſtitutio eccleſię iure minoris aduerſus hanc diſpoſitiõnem teſtatoris, niſi probaretur dolus adminiſtratorum, qui dolus nunquam præſumitur in minore, vt notatur *in l. fin. C.*

de iur. & fact.ignor. Aret.*d.conſil.*167.*d* 9.*poſt.med.*
14 † & quidquid contrarium ſentiat Fulgoſ. *conſ.*61. iſta eſt verior opinio, non habita conſideratione, quod amplius non poſſit adimpleri conditio per minorem, maxime quia non ſumus in ſimplici lucro, ſed damno propter onera matrimonij, vt dictum eſt, & teſtatur Phanuc. *de lucro dot.gloſſ.*2.*in verb.nupta,n.*106.*vſq.ad* 109.*tom.*9.*fol.*420.Odd.*de reſtit.in integr.q.*89.*art.*1.*n.*10.*p.*2.

Et quamuis ſtatutum requirat tempus octo menſium ad minus, Tamen non ex hoc debet eſſe octauus menſis completus, cum habeatur pro completo ſtante materia fauorabili, quando eſt ceptus,
15 †quicquid ſit in odioſis, vt per Aret.*inſt.quib.mod. tut.finit.inprinc.n.*2.& cócludunt omnes *in l.ſi cui* 51.*in princ.ff.de legat.*1.cum aliis ſupra allegatis Et ita in huiuſmodi cauſa Maceraten.lucri dotis fuit iudicatum, quod videlicet tale lucrū ſit debitum viro iuxta formam ſtatuti, Quamuis poſtea in Rota coram R.P.D.Pamphilio.10 Aprilis 1617. fuerit concluſum contrarium, ob illam rationem,
16 †quia non fuit verificata qualitas per ſtatutum requiſita de ſtando per octo menſes ad minus in domo viri, prout illa erat verificanda, vt notat in ſimilibus terminis Pariſ.*conſ.*34.*n.*10. *cum ſeq.lib.*3. Roland.*conſ.*46.*n.*8. *lib.*4. Honded. *conſ.*3.*n.*7.*lib.* 2.poſt Bald.*in l.ſi quis non dicam rapere, nu.*2.*C.de epiſc.& cleric.*Curt.ſen.*conſ.*17.*n.*10.

Et quamuis menſis octauus eſſet ceptus & lapſi eſ-
17 ſent dies ſeptem, ſeu decem, †Tamen ad iſtum effectum tempus debebat eſſe completum tanquam poſitum in accuſatiuo, cum in ſtatuto dicatur per octo menſes.Ang.& Imol.*in l.ſi cui legetur,in prin. ff.de legat.*1.Rot.*diuerſ.dec.*75.*n.*33.*p.*2. Surd.*deciſ.*
18 178.*n.*6.Pariſ.*de reſignat.lib.*12.*q.*8.*n.*14.† Maxime ob illam dictionem, per, quæ ſimiliter de ſui natura denotat tēpus perfectum *l.vrbana,§.pernoctare,ff.de verb.ſignific.*Surd.*deciſ.*178.*n.* 6. & in iſtis terminis notat Rimin.Iun.*conſ.*717.*nu.* 6.*cum ſeq.*
19 *lib.*6.† Prout dicimus de requirente habitationē continuam per triginta annos ad effectum acquirendi ciuilitatem, tunc enim debent dicti anni eſſe completi Rot.coram R.P.D Mauzanedo Peruſina ciuilitatis 26 Ianuarij 1615.

Cum etiam tempus ſit deſignatum per menſes, tunc
20 enim illud dicitur completum† quando eſt cepte vltima dies vltimi menſis *l.qua ætate.ff qui teſtam. facer.poſſ.l.*1.*de manumiſſ.l.in vſucapionibus*, *cum l. ſeq.ff.de vſucapion.l.ſi in annos.ff.de cond.& demon-*
21 *ſtrat.*† quia menſis, vel annus ciuiliter non ad momenta temporum; ſed ad dies numeratur *l.anniculus,la* 2.*ff de verb.ſignif.*& eſt textus *in l.putabā, ff. de condit.& demonſtr.*Rot.*diuerſ.deciſ.* 75.*n.*45. *p.*2. Pariſ.*de reſignat.lib.*12.*q.*8.*n.*27.

Neque habenda eſt conſideratio expenſarum, & ſumptuum, quos maritus fecit in nuptiis & traductione vxoris ad domum, quaſi militet eadem ratio in tempore non completo, Quia ſtatutum ex-
22 preſſe declarat de octo menſibus ad minus,† vnde non attenditur ratio generalis, tanquam ex diſpoſitione ipſius ſtatuti reſtringatur ad caſum in eo expreſſum Bald.*conſ.*200.*n.*4. *lib.*4. Gabr.*conſ.* 33.*nu.*3.*lib.*1.Surd.*deciſ.*9.*n.*13.*&* 16.Ita vt caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis ad hoc, vt illud corrigatur quanto minus fieri
23 poſſit, *c.cum dilectus,de conſuetud,*Fulgoſ.*conſil.*34. Surd.*dec.*9.*n.*14.† Cum ēt ſtatutū plures qualitates copulatiue requirat, & præcipue, quod mulier ſteterit in domo viri per octo mēſes ad minus, & vt ſuſtinuerit onera matrimonij, quo caſu ad effectum vt lucrū ex eo debeatur, non ſufficit aliquas tantū ex illis adeſſe, ſed omnes ſimul debēt cócurrere *l.ſi quis ſtipulatus,de verb.oblig.*Bart.*in l ſi haredi plures.ff.de condit.inſtitut.*& in ſimilib. terminis Rimin.Iun.*conſ.*717.*n.*56.*lib.*6.Honded.*conſ.*3. *n.*8.*& cōſ.*4.*n.*61.*lib.*2.Pariſ.*cōſ.*37.*n.*7.*li.*3. Hactenus deciſio, poſtquam nihil actum fuit in cauſa, cum iterum ſuper prædictis pars eſſet audienda.

EPITOME.

Conſtitutio contra debitores ad fauorem creditorum præſentium, & præteritorum an comprehendat creditores futuros. ¶ Et quid in priuilegiis. ¶ Vel ſtante obſeruantia. ¶ Lex quando dicatur vniuerſalis, ſi non ſit facta motu proprio, ſed ad petitionem alterius. ¶ Et quo caſu extendatur ad futura tam in odioſis, quam in fauorabilibus. ¶ Priuilegium conceſſum ſuper decimis an procedat in poſſeſſionibus poſtea quæſitis. ¶ Prærogatiua conceſſa his qui laborauerint an habeat locum etiam poſt illius publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, & conſtitutio mandans, vt debitores ſatisfaciant creditoribus præteritis & præſentibus, comprehendit etiam futuros propter eandem rationem, & publicam fidem.n.* 2. 4. *&* 12. *Maxime ſtante obſeruantia.nu.*15.
3 *Prærogatiua conceſſa his qui laborauerint, habet locū etiam in laborantibus poſt publicationem illius.*
5 *Verba de præterito trahuntur ad futurum in diſpoſitione per viam legis.*
6 *Conſtitutio dicitur lex, quamuis non ſit vniuerſalis, ſed particularis in fauorem creditorum. Amplia licet non ſit facta motu proprio, ſed aliquo proponente dummodo non fiat ad commodum impetrantis n.*7.*&* 8.
9 *Clauſula motu proprio quando cenſeatur per importunitatem oppoſita.*
10 *Indulgentia delictorum non extenditur ad futura, ſecus in diſpoſitione fauorabili.nu.*11.
13 *Priuilegium conceſſum ſuper decimis procedit etiam in poſſeſſionibus poſtea quæſitis.*
14 *Sermo vniuerſalis comprehendit futura ſecundum ſubiectam materiam.*
16 *Vera eſt interpretatio, quæ à practica ſumitur.*
17 *Præſcriptio non requiritur in obſeruantia interpretatiua.*

CAPVT DCVIII.

IN principio proœmij conſtitutionis Clement. VIII.ſanctæ memoriæ, de qua in *Bullar.nu.*41. *p.*3.*fol* 55.adſunt illa verba.¶ Poſtulat iuſtitiæ ratio, & cauſa publicæ fidei, vt conſulamus indemnitati eorum, qui crediderunt pecunias ſubditis noſtris, ſeu quibus aliquid ab eis debetur quauis
1 occaſione & cauſa.¶ Ex†quibus colligitur, quod quamuis conſtitutio loquatur de creditoribus præteritis, & præſentibus, Tamen quia ratio, & verba illius adaptantur etiam futuris propter publicam fidem, & rationem iuſtitiæ, quæ militat etiam in illis, qui poſt cōſtitutionem credent pecunias eiſdem ſubditis, ideo etiam in eis conſtitutio habet locum, & comprehendet tam futuros, quam præteritos creditores: Gemin.*in c.ne aliqui,*
2 *num.*3.*in fin.& n.*4. *de priuileg.in* 6.†vbi etiam loquitur de priuilegiis, quę ſunt magis ſtricte interpretanda,

pretanda, in quibus licet adſint verba, conceſſis, quæ ſunt præteriti temporis, nihilominus extenduntur ad futura, quando ratio illis adapta. ut iuxta *cap. priuilegium, de verb. ſignificat.* quod etiam ſequitur Felin. *in cap. vlt. col. 2. ante fin. verſic. hoc modo iſta tertia ampliatio de conſtitution.* Roman. *conſil. 323. quo ad primum articulum in quo quæritur, n. 2. & 3.* vbi de prærogatiua conceſſa in decreto his,
3 † qui laborauerint, quod comprehendit etiam laborantes poſt publicationem illius ſtante paritate rationis, per text. *in l. talis ſcriptura, cum l. ſeq. ff. de leg. 1.*

Et vltra prædicta ſequitur in eadem conſtitutione, ¶ Quod multorum querelis perlatum eſt nonnullos Barones contracto ære alieno nullam inire rationem illud diſſoluendi, annuas præſtationes perſoluere, & creditores dum eorum credita exigere conantur magnos ſumptus facere, & credita non poſſe conſequi, nec fideiuſſores poſſe liberari, nec ſolui fructus locorum Montium erectorum ex gratia ſpeciali ſummorum Pontificum, quo fit, vt creditores magno detrimento affecti fuerint, & in dies magis afficiantur, Ideo nos volentes prouidere dictorum creditorum ſatisfactioni, & hiſce malis occurrere motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis deputamus ad omnia, & ſingula facienda auctoritate apoſtolica tenore præſentium, &c.
4 † ¶ Iſta omnia quæ conſiderantur per ſummum Pontificem in ære alieno contracto ante conſtitutionem militant et in contrahendo poſt illius publicationem, vnde ſemper attendetur illa concluſio, quod in ea comprehendantur futura credita propter identitatem rationis, vt dictum eſt in prima cauſa publicæ fidei ex Gemin. Felin. & aliis ſupra allegatis.

Quibus additur, quod ſumus in diſpoſitione per viā legis, in qua verba de præterito trahantur ad futurum, † cum lex ſemper loquatur, & eius natura
5 ſit etiam futuris proſpicere. Bart. *in l. ſi ita. n. 2 ff. de aur. & argent. legat.* Angel. *conſ. 161. n. 5.* Caſtr. *conſ. 314. ſuper eo quod quæritur facit dubium, n. 6. verſ. ſed quando profertur, & n. 7. verſ. inſuper pro hac parte, lib. 1. per l. iuriſgentium, in fin. ff. de pact. l. Arriani C.*
6 *de hæretic. l. 1. C. de condict. ex leg.* † Et talis conſtitutio dicitur lex: quamuis enim non ſit vniuerſalis, ſed particularis, ſcilicet in fauorem creditorū, *l. 2. C. de legib.* Tamen idem iuris debet eſſe quo ad illos, quos comprehendit, quod eſſet de generali, quo ad omnes, prout in propoſito declarat Caſtr. *dict. conſ. 314. col. 1. in fin. verſ. conſtat autem, n. 3. lib. 1.* argum. *l. omnes. C. de præſcript. trigint. annor. l. ſi duo. ff. de adminiſtr. tut.*

Maximè, quia ſumus in conſtitutione facta motu proprio, quamuis idem eſſet, ſi fieret ad poſtula-
7 tionem, † nam vbi poſtulantes non tractant de proprio commodo, ſed publico propter rationem iuſtitiæ, & cauſam publicæ fidei conſideratam in dicta conſtitutione, non poteſt dici ambitioſa, nam etiam lex generalis conſueuit fieri aliquo proponente, & ſuadente *l. item veniunt. §. cum antequam ff de petit. hæreditat.* Et tamen non per hoc minus dicitur facta motu proprio, nec poteſt dici ambitioſa ob rationem prædictam; Ita in terminis concludit Caſtrenſ. *conſ. 314. n. 1. in fin. verſ. nec etiam obſtat quod non fuit facta. lib. 1.* vbi etiam nu. 2. quod non aduerſatur text. *in cap. ſi motu pro-*
8 *prio. verſ. ibi vel alterius, de præbend. in 6.* † Quia illud procedit, quando aliquid concederetur ad commodum impetrantis, vel alterius priuatæ, ſeu ſingularis perſonæ in ipſo repræſentatæ, tunc enim eſt ambitioſa impetratio, & clauſula motu proprio nihil operatur. Socin. Iun. *conſil. 77. nu 98.*
9 *lib. 1.* † Nam ſicut per importunitatem Princeps conceſſit, ita per eandem importunitatem cenſetur illam clauſulam appoſuiſſe *l. doli, §. diuerſum. ff. de nouation.* Neuiz. *inter conſ. Bruni 12. col. 14. ad fin.* Socin. Iun. *conſ. 77. n. 77. lib. 1.*

Neque obſtat *l. cum lex ff. de legibus.* Quia intelligitur cum lex concedit indulgentiam delictorum,
10 † vt in caſu *l. 2. C. de abolition.* tunc enim non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi, *l. ſi vnus §. illud. ff. de pact. l. conuenire. ff de pact. dotalib.* ſecus ſi continet diſpoſitionem fauorabilem,
11 prout eſt iſta, de qua agitur, † nam tunc veniunt etiam futura, ita in ſpecie diſtinguit Caſtrenſ. *conſil. 314. nu. 5. lib. 1.* vbi etiam addit, quod quam verba eſſent implicita, comprehenderentur quoque futura *l. cum tale, §. 1 ff. de condit. & demonſtr.*

Et ita in puncto de ſimili prouiſione facta ad fauo-
12 rem certorum creditorum, † quod habeat locum in futuris debitoribus ipſorum creditorum poſt ipſam prouiſionem concludit Calder. *conſil. 1. de conſtitutionib.* vbi etiam conſiderat, quod talis diſpoſitio eſt fauorabilis: ideo debet extendi ad futura negotia *c. odia, & c. quæ à iure, de reg. iur. in 6.* Cum etiam ſit par ratio in omnibus creditoribus
13 *c. vt circa, de elect. in 6.* † prout quoque priuilegium conceſſum ſuper decimis habet locum etiam in poſſeſſionibus poſtea acquiſitis, nedum in præteritis. *c. quia circa, de priuil.*

Accedat, quod ſummus Pontifex in conſtitutione loquitur de omnibus, & ſingulis creditoribus inſtrumentariis, hypothecariis, chirographariis, legatariis, ratione mercedis, cibariorum, veſtiarij, vel mercium, ſiue aliarum rerum occaſione, pro qualibet ſumma & quantitate tam Baronū, quàm ipſorum parentum, ſeu anteceſſorum, & auctorum quorumcumque, qui creditores ſi de ipſorum creditis docuerint per mandata exequutiua relaxata à quibuſcumque iudicibus, illaque exhibuerint, quamprimum eis ſatisfiat modis, de quibus
14 in conſtitutione, † Et cum iſta verba ſint vniuerſalia, debent comprehendere etiam creditores futuros, cum ſecundum ſubiectam materiam diſpoſitionis legalis talis interpretatio ſit facienda, non habito reſpectu verborum, quæ in præteritum conciperentur: Caſtrenſ. *conſ. 314. n. 6. col. 2. in fin. verſ. tertio facit dubium, lib. 1. per text. in l. leges & conſtitutiones. C. de legib. l. ſi vno anno 17. ff. locat.*

Quæ magis procedunt, quia præſupponitur, quod
15 ſemper fuit obſeruata conſtitutio prædicta † tam in creditis præteritis, quàm in futuris, contractis poſt illius editionem, per quam obſeruantiam tollitur omne dubium, ſi quod adeſſet, an creditores futuri comprehenderentur in huiuſmodi diſpoſitione, vt in ſpecie ſimilis conſtitutionis propter talem obſeruantiam quod veniant futura quamuis loqueretur de præteritis concludit Caſtrenſ. *conſ. 314. ſuper eo quod quæritur facit dubium, in fin. verſ. item ſi prædicta aliquid dubitationis, li. 1.*
16 † Cum vera ſit interpretatio, quæ à practica ſumitur Bald. *in c. 1. in princ. de feud. ſin. culp. non amittend.* Aym. *conſil. 118. numer. 2.* vbi etiam quod in tali obſeruantia interpretatiua non requiritur

17 ſpatium longi temporis, † ſed ſufficit aliquando fuiſſe ita obſeruatum. Caſtr. *conſ. 347. quia circa donationem, col. fin. li. 1.* Aret. *conſ. 11. col. 3. verſ. ſi tamen ex ſuperabundanti.* Socin. *conſ. 111. col. vlt. verſ. ſed certè poſſumus dicere, lib. 1.* Dec. *conſ. 156. col. fin.* Menoch. *conſ. 21. n. 15. lib. 1.* Et ita fuit iudicatum, quod comprehendantur futuri creditores, iuxta rationes ſupra adductas, omiſſis aliis, quæ potuiſſent allegari, ſi plus ocij datum fuiſſet, cum ex improuiſo, & currenti calamo hæc ſcripſerim.

EPITOME.

Maritus promittens reſtituere dotem, an cenſeatur renunciaſſe lucro dotali ſibi per ſtatutum debito, ¶ Et quid ſi promiſſio ſit de tota, & integra dote. ¶ Vel cum clauſula inſolidum. ¶ Vel ſi concedatur licentia vxori de ingrediendo poſſeſſionem bonorum ipſius viri, donec fuerit integrè ſatisfacta. ¶ Et an ſit probandum, quod maritus habuerit ſcientiam dicti ſtatuti. ¶ Clauſulæ exequutiuæ quales ſint. ¶ Et quando amplient diſpoſitionem. ¶ Et cenſeantur appoſitæ de ſtylo notariorum. ¶ Et quo caſu declarent mẽtem diſponentis. ¶ Teſtator mandans totam ſuam hæreditatem reſtitui, an voluerit prohibere trebellianicam. ¶ Promiſſio reſtituendi dotem cum facultate capiendi bona vſque ad plenam illius ſatisfactionem, an intelligatur ſolum in caſu quo prædeceſſerit maritus. ¶ Statutum domicilij viri, vel vxoris, an ſit ſeruandum quo ad lucrum dotale. ¶ Et quid in Florentina nubente Bononienſi traducta Bononiam. ¶ Et de intellectu ſtatutorum dictarum ciuitatum quo ad lucrum dotis debitum marito. ¶ Clauſula capiendi poſſeſſionem bonorum propria auctoritate, an ſit exequtiua.

SVMMARIVM.

1 *Promittens reſtituere dotem intelligitur promiſiſſe reſtitutionem iuxta formam ſtatuti. Fallit ſi promiſſio ſit de integra & tota dote, vel inſolidum, n. 2.*

3 *Teſtator mandans ſuam hæreditatem reſtitui dicitur prohibuiſſe trebellianicam.*

4 *Licentia conceſſa vxori, vt poſſit ingredi poſſeſſionem bonorum mariti donec fuerit ſibi plenè, & integrè ſatisfactum de ſua dote non excludit hæredes mariti à conſecutione lucri dotalis, num. 5. Declara vt num. 8. 9. 17. & 20.*

6 *Verba ad conualidandum, quod prius fuit promiſſum non amplient principalem diſpoſitionem.*

7 *Clauſula capiendi poſſeſſionem bonorum mariti auctoritate propria dicitur executiua.*

10 *Clauſula executiua quales dicantur, n. 11. & 12. Et an operentur augmentum, num. 13. & 18.*

14 *Conuentio, quæ non tendit ad exequendum, ſed ad augendam promiſſionem, quando illam ampliet.*

15 *Clauſulæ executiuæ declarant mentem diſponentis de quanta, & quali reſtitutione ſenſerit, & de quibus hæredibus, n. 16.*

19 *Stylus notariorum tollitur, quando apparet de clara conuentione partium.*

21 *Promiſſio reſtituendi dotem, & conceſſio vendendi bona vſque ad integram ſatisfactionem, intelligitur in caſu, in quo prædeceſſerit maritus vxori, non è contra. Fallit, num. 22.*

23 *Scientia mariti quo ad lucrum delatum à ſtatuto, an ſit probanda ad hoc, vt per promiſſionem reſtituendi integrã dotem dicatur eidem ſtatuto renunciaſſe.*

24 *Statutum domicilij viri, non vxoris eſt ſeruandũ circa lucrum dotale, & quid in Florentina nubente Bononienſi, & traducta Bononiam, n. 25. & 26.*

27 *Statutum Florentinũ affert maiorem vtilitatem marito propter lucrum totius dotis, quam Bononienſe afferens ſolum dimidiam, & an iſta vtilitas ſit conſideranda ad fauorem mariti. n. 28. & 29.*

30 *Conſtitutio mandans, quod Forenſi agenti Bononiæ idem ius reddatur quale redderetur Bononienſi agenti in loco, de quo diceretur ipſe Forenſis, quomodo intelligatur. nu. 31.*

32 *Mulier ſtatim nubendo acquirit forum mariti, & domicilium, ac ciuitatem ipſius, ita vt comprehendatur in ſtatuto loquente de ciuibus.*

CAPVT DCIX.

IN inſtrumento exhibito fuit promiſſa dos ſcutorum bis mille, cuius medietas deberet ſolui in die ſponſalium, altera infra annum, prout ſoluta fuit, quam dotem maritus ſe obligauit reſtituere vxori præſenti pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in omnem caſum d. dotis reſtituendæ conſtante matrimonio, vel ſoluto vbique locorum, & in qualibet mundi parte, vbi vxor, vel eius hæredes, & ſucceſſores d. dotem petierit, & petierint, cum pacto dotali appoſito, & ſolemni ſtipulatione inter partes vallato, quod quicumque caſus euenerit d. dotis reſtituendæ conſtante matrimonio, & ſoluto, liceat d. vxori, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus propria auctoritate ingredi poſſeſſionem bonorum quorumcumque, illaque vendere, & alienare, donec, & quouſque d. vxori, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus de d. dote fuerit plenè, & integrè ſatisfactum, prout latius in eodem inſtrumento continetur.

Ex quibus verbis clarè apparet non eſſe habendam conſiderationem ſtatutorum deferẽtium lucrum dotale marito, ſed totam dotem debere reſtitui
1 hæredibus vxoris. † Quamuis enim promittens reſtituere ſimpliciter dotem intelligatur promiſiſſe reſtitutionem iuxta formam ſtatuti. Bald. *in l. vlt. n. 3. C. ad leg. falcid.* Tamen quando adſunt verba vniuerſalia de reſtituendo dotẽ integram, ſeu inſolidum, vel totam, cum ſimilibus verbis,
2 tunc cenſetur renunciatũ beneficio ſtatuti, † quaſi tunc nihil cenſeatur exceptum, aut reſeruatum, ſed promiſſio reſtituendi debeat intelligi abſque aliqua diminutione, & ſine vlla prorſus retentione. Ang. *in l. damni. §. poſt parietem, de damn. infect.* Alex. qui de magis communi *conſ. 5. n. 13. lib. 3. & conſ. 133. n. 5.* vbi late Natt. in addit. *in verb. videtur renunciare.* & *in verb. non per errorem, lib. 5.* Dec. *conſ. 401. in cauſa illuſtriſſimi. n. 2 & 3 & conſ. 194. ſtudendo breuitati n. 1.* Afflict. *dec. 399. n. 14.* Ceph. *conſ. 327. n. 19. lib. 3.* Bald. *in l. quod nomine, ad fin. verſ. ſed quid ſi ex conſuetudine. ff. de condict. indebit.* Boer. *dec. 244. n. 8. ad fin. verſ. ſed ego multum dubito.* cum aliis per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. c. 8. n. 27.* vbi teſtatur de magis communi opinione Tiraquell. qui poſt multos allegat, & etiam docet de recepta ſententia *in l. vnquam, in verb. totum, n. 1. poſt princ. C. de reuocand. donation.*

Exemplo teſtatoris iubentis totam ſuam hæreditatem
3 ad quempiam peruenire, tunc enim per iſta verba intelligitur prohibita detractio Trebellianicæ: Bart. *in l. centurio, col. 7. verſ. quid dicemus.* & ibi Alex. *col. 4. ff. de vulgar & pupill. ſubſtit.* Tiraq. *in dict. l. ſi vnquam, in verb. totum, n. 1. ad med. verſ. ſimiliter. C. de reuocand. donat.*

In hoc tamen eſſet videndum an prædicta concluſio

ſio poſſit applicari caſui noſtro, cùm illa procedat
quando maritus promiſiſſet totam & integram
dotem reſtituere, quæ promiſſio totalis, & inte-
gralis non adeſt in inſtrumento exhibito, in quo
maritus ſimpliciter promittit dotem reſtituere,&
4 licet poſtea adiiciatur per eum pactum,† vt poſſit
vxor,& eius hæres ingredi poſſeſſionem bonorum
ipſius, & illa vendere donec ei de d. dote fuerit
plenè,& integrè ſatisfactum, Tamen non videtur,
quod tunc maritus renunciauerit beneficio ſtatu-
ti de lucro dotis, quia aliud eſt promittere reſti-
tutionem integræ dotis, quæ intelligitur ſine di-
minutione, Aliud eſt bona obligare,& concedere
illorum diſtractionem vſque ad integram reſtitu-
tionem, quæ dicitur facta, quando dos reſtituitur
iuxta formam ſtatutorum, maxime quia iſta verba
non ſunt appoſita in principali diſpoſitione, &
5 obligatione reſtituendi dotem, † ſed in clauſula
executiua, puta hypotheca, ſeu conſtituto bono-
rum, aut in ſimilibus, clauſulis, quæ non debent
extendere principalem diſpoſitionem, Ita in ter-
minis concludit Dec. conſ. 194. ſtudendo breuitati,
col. 3. ad med. verſ. ſecundo diligenter conſiderandum
eſt. Purpurat. conſ. 476. n. 2. verſ. nõ obſtat igitur quod
maritus, lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uent. lib. 3. tit. 8. n. 17. verſ. illud etiam eſt aduertendũ.
Et facit quia regulariter iſtæ clauſulæ, quæ opponũ-
6 tur ad confirmandum,† & conualidandum illud,
quod prius fuit promiſſum, & quod præcedit,
quamuis loquantur latius quam diſpoſitio, quæ
præceſſit, non ampliant principalem diſpoſitio-
nem tanquam acceſſoriæ, ita vt non comprehen-
dant, niſi ſolùm præcedentia prout præmiſſa ſunt
Calder. conſ. 16. de præbend. Imol. in c. quoniã abbas,
de offic. delegat. Gemin. in c. 1. §. confirmatos, de reli-
gioſ. domib. in 6. Alex. in l. & quia, de iuriſdict. omn.
iudic. Felin. in cap. licet, col. 3. de offic. ordin. Dec. conſ.
194. col. 3. in fin. Caputaq. deciſ. 83. n. 3. p. 1. Rot. dec.
7 55. n. 5. p. 1. & dec. 624. n. 8. p. 2. in recentiorib. † Et de
capienda poſſeſſione bonorum mariti propria au-
ctoritate quod iſta clauſula dicatur executiua
Rot. dec. 708. n. 2. p. 1. in recentiorib.
Ideo expediret, antequam agatur ad reſtitutionem
totius dotis propter illa verba integrè, & plenè,
prius firmare an ſimus in clauſulis executiuis,
necne, quia tota difficultas conſiſtit in huiuſmodi
cognitione. Et quidem videtur concludendum
negatiue, quod non ſimus in clauſulis executiuis,
8 † nam pactum concedens licentiam vendendi vſ-
que ad integralem ſatisfactionem dotis fuit ap-
poſitum in verbis ſubſtantialibus, quo caſu am-
pliant principalem diſpoſitionem, cum contraria
procedant quando tales clauſulæ ponuntur poſt
contractum perfectum, tunc enim illam non au-
9 gent,† neque mutant. Oſaſc. deciſ. 164. n. 2. & 3. &
ſæpius deciſum in Rota multis deciſionibus rela-
tis dicitur in tract. de clauſul. p. 4. clauſul. 10. num. 1.
10 in 2. edition. † Neque enim talis clauſula reſpicit
executionem, ſed principalem promiſſionem, cum
fuerit dictum, Promiſit, & conuenit pacto dotali
appoſito, &c. Dec. conſ. 423. negari, col. vlt. in princ.
11 verſ. non obſtat, n. 18. in fin.† Cum etiam immediatè
ſit poſita poſt promiſſionem reſtitutionis. Rot. de-
ciſ. 642. n. 6. & 7. p. in recentiorib. Et numquam clau-
ſula dicitur poſita in executiuis, quando ponitur
12 ante perfectam diſpoſitionem, cum † clauſulę exe-
cutiuæ incipiant à clauſula pro quibus, &c. vel
quæ omnia, &c. vel iubens, & mandans, &c. La-
derch. conſ. 1. n. 14. quèm ſequitur Rot. deciſ. 287. n.
1. p. 1. in recentiorib. Immo etiam in caſu, in quo po-
13 nuntur † iſtæ clauſulę ſtatim poſt perfectam diſpo-
ſitionem continuando ſermonem, operantur au-
gmentum, quidquid ſit, quando poneretur ex in-
teruallo poſt actum perfectum, & nõ immediatè,
prout diſtinguit Rot. dec. 294. n. 7. p. 2. in recentio-
rib. iuxta Oſaſc. deciſ. 164. num. 2. in fin.
Cum etiam in caſu noſtro iſta conuentio non tendat
14 ſimpliciter ad exequendum, † ſed ad augendum
illud, quod prius fuit promiſſum, tanquam conſi-
ſtat in ipſa actuali reſtitutione, & non in adim-
plendo omnia, & ſingula promiſſa, tunc enim am-
pliatur diſpoſitio. Ruin. conſ. 111. nu. 7. lib. 1. Oſaſc.
conſil. 16. n. 3.
Maxime quia etiam clauſulæ executiuæ declarant
15 mentem diſponentis, † de quanta, & quali reſti-
tutione ſenſerit. Dec. conſ. 423. negari non poteſt, in
fin. num. 19. & 20. Oſaſc. deciſ. 161. n. 3. Bald. in l. eam
quam, n. 32. C. de fideicommiſſ. Curt. ſen. conſ. 53. n. 3.
verſ. ad iſtud. Menoch. conſ. 323. n. 27. lib. 4. Couarr.
in rubr. de teſtam. par. 2. nu. 13. Rot. coram Cardin.
16 Pamphil. Brixien. feudi. 1. Iulij 1592. † vbi quod de-
claratur de quibus hæredibus diſponens ſenſerit
etiam in clauſulis executiuis, cum aliis in tractat.
de clauſul p. 4 n. 5. cum ſeq. in 2. editione.
Amplius etiam clauſulæ executiuæ augent, quando
apparet illas eſſe poſitas de conſenſu partium ex-
17 preſſo, prout eſt in caſu noſtro,† in quo conuen-
tio de integrali ſatisfactione fuit ſpecialiter ex-
preſſa, & hinc inde inter contrahentes ſolemni
ſtipulatione vallata, tunc enim non poteſt dici,
quod tales clauſulæ executiuæ ſint poſitę de ſtylo
notariorum, quare meritò operantur augmentum,
tanquam conſtet de conſenſu partium, prout latè
comprobat. Menoch. conſ. 87. n. 41. vſque ad conſ. 51.
18 lib. 1. & conſ. 323. n. 24. & 26. lib. 4. † vbi etiam quod
illæ operantur, quando eſſent ſine effectu. Rip. in
l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 84. de verb. oblig. Socin.
Iun. conſ. 93. n. 25. lib. 3. Et ita etiam præſupponitur,
in deciſ. 624. n. 8. in fin. p. 2. in recentiorib. vbi datur
ſimilis reſponſio, quod clauſulæ executiuæ regu-
19 lariter ponuntur de ſtylo notariorum,† qui ſtylus
tollitur in caſu noſtro. cum appareat de clara cõ-
uentione partium, vt dictum eſt, ideo non mirum
ſi debet dari ampliatio. Socin. Iun. conſ. 93. num. 33.
lib. 3. Gozad. conſ. 6. n. 31. Natt. conſ. 582. n. 8.
Et in iſtis terminis loquuntur Purpur. Dec. & Card.
20 Mantic. ſupra allegati, † præſupponunt enim,
quod illa verba vſque ad integralem reſtitutionem
dotis ſint poſita in clauſula executiua hypothecæ,
& conſtitutio bonorum, quæ non ampliat princi-
palem diſpoſitionem clement. 1. de præbend. cum
aliis ſupra adductis Honded. conſ. 14. n. 49. lib. 2.
Neque obſtat, quod promiſſio viri de reſtituendo
dotem, & conceſſio vendendi bona vſque ad in-
21 tegralem ſolutionem poſſit intelligi in caſu, † in
quo prædeceſſerit maritus vxori, non è contra, ita
vt aliter interpretando, non adſit repugnantia
cum ſtatutis, quæ concedunt lucrum viro in euen-
tum in quem prius vxor moriatur ſine filiis, prout
in terminis conſideratur Purpur. conſ. 476. n. 3. poſt
med. verſ. cum dicta clarius procedere videntur. li.
2. iuxta Dec. conſil. 400. in cauſa illuſtriſſimi, col. 3. in
princ. verſ. & quia talis reſtitutio, n. 4. in fin.
Quia prædicta non poſſunt applicari caſui noſtro, in

22 quo fuit cogitatum † tam de reſtitutione dotis fa-
cienda per obitum viri. quam in omnem caſum,
& euentũ reſtitutionis dotis, qui etiam compre-
hendit reſtitutionem per mortem vxoris, maxime
quia ſtipulatio eſt cõcepta non ſolum ad fauorem
vxoris ſi petierit talem reſtitutionem, ſed etiã ad
commodum hæredum ſi petierint, ad quos refer-
tur petitio reſtitutionis, & eius effectus ad hære-
des eſt tranſmiſſus, quod non eſt in caſu Purpur.
*d.conſ.*476.*n.*2. vbi præſupponit de hæredibus non
fuiſſe cogitatum, neque ad eos tranſmiſſionem eſ-
ſe factam iuxta *l.cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſ.*

In prædictis etiam eſſet conſiderandum, an conſtet
23 de certa ſcientia mariti, † quæ requiritur ad hoc,
vt per talem promiſſionem reſtituendi integram
dotem dicatur renunciaſſe ſtatuto Natt. *conſ.*103.
*n.*3. cum aliis per Card. Mantic. *de tacit. & ambig.*
*conuent. lib.*3. *tit.*8. *n.*17. *verſ. & hæc communis opinio.*
Dec. *conſ* 402. *n.*6. *&* 7. Sed cũ habeamus prǽſum-
ptam notitiam ſtatuti illius loci, in quo maritus
eſt oriundus, & in quo verſatur, non poteſt dici,
quod non conſtet de ſcientia, & quód error ſit
probabilis Bart. *in l. quod nerua, verſ. iuxta prædicta*
quæro, ff. depoſit.

Ex iſtis colligitur non poſſe ſuſtineri ſententiam la-
tam ad fauorem mariti, cum illi fuerit data tota
dos tanquam acquiſita ex forma ſtatuti Florenti-
ni, cum potius per eundem virum deberet dos in-
tegra reſtitui hæredibus vxoris ex ſupra adductis,
quæ etiam ſi non procederent reſpectu totius do-
tis, ſaltem ſententia eſſet iniuſta, cum in ea man-
detur attendi ſtatutum Florentinum; quod non e-
rat faciendum ſtante ſtatuto Bononienſi, in quo
ſolum conceditur viro medietas dotis decedente
vxore ſine liberis, quod ſtatutum debebat præua-
lere; Dos enim conſiſtit in pecunia, non autem in
24 bonis, † vnde ſequitur concluſio paſſim ab omni-
bus approbata, quod circa lucrum dotale, ſeruan-
dum eſt ſtatutum domicilij viri, non vxoris, in quo
contractus dotis eſt celebratus Alber. Bart. Bald.
Caſtr. Ang. & alij *in l. exigere, ff. de iudic.* latiſſime
Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*3. *tit.*14.
*n.*1. *vſque ad* 5. *& num.* 9. *ad med.*

Et ita in ſpecie de Florentina ciue origine, & habi-
25 tatione, † quæ nupſit Bononienſi ciui origine, &
incolatu, & per eum ducta Bononiam domiciliũ
viri, qui dotem recepit Florentiæ, & ibi fecit con-
tractum, & inſtrumentum dotis in forma commu-
ni, promittendo illam reſtituere Florentiæ, vel
Bononiæ, ſeu vbique locorum, quod attendatur
ſtatutum Bononienſe quo ad lucrum dotale, non
curata reſtitutione facienda, & deſtinata Floren-
tiæ mixtim, cum aliis locis concludit Caccialup.
in repetit. l. cunctos populos. num. 117. *C. de ſumm. tri-*
*nit. & fid. catholic. vol.*7. *fol.*18. vbi teſtatur eſſe ca-
ſum indubitatum.

Quæ adeo vera ſunt, vt etiam procedant, quando
26 mulier Florentina origine, † & habitatione nu-
pſiſſet Florentino etiam origine propria, & pater-
na, ſed incolatu, domicilio, & habitatione, & ci-
uitate accidentaliter tunc erat Bononiæ, & ibi la-
rem conſtituerat & poſt matrimoninm contractũ
Florentię, & inſtrumentum dotale ibi confectum,
& dotem receptam ibidem conſummaſſet matri-
monium, quam poſtea duxit Bononiam, vbi cum
familia habitabat, & continuè habitauit, licet etiã
paulo ante mortem talis mulier petiſſet Floren-
tiam viſitatura ſuos conſanguineos, & ibidem
obiiſſet, nam etiam hoc caſu cir a lucrum dotis
deberet attendi ſtatutum Bononienſe, non autem
Florentinum, prout multis rationibus, & auctori-
tatibus defendit Caccialup. *in l. cunctos populos, n.*
124. *vſque ad* 130. & ibi Purpurat. *n.*123. *verſ. tertio*
infertur ex præmiſſis. Salic. *col.* 3. *verſ. item quæro ſi in*
ciuitate originis mulieris, C. de ſumm. trinit. & fid.
catholic. Alex. *conſ.*100. *ex inſpectione, per tot. li.*3. Iaſ.
*in l. ſi arrogator, n.*44. *vſque ad* 51. *ff. de adoptionib.*

Et quamuis ſtatutum Florentinum afferat maiorem
27 vtilitatem marito, † propter lucrum totius dotis
ſibi delatæ, cum tamen ſtatutum Bononienſe affe-
rat ſolùm dimidiam partem, tamen non eſt conſi-
deranda iſta vtilitas mariti, vt præualeat ſtatutum
Florentinum ſuæ originis, ſed debet attendi Bo-
28 nonienſe, † vbi habet domicilium, tanquam ſit po-
tentior illa cauſa, quæ magis fauet iuri communi,
ſed quod minus lædit ius commune, cum etiam in
concurrentia eius, quod nocet, & prodeſt, atten-
datur illud quod nocet, prout per iſtas, & ſimiles
rationes concludit Alex. *conſil.*100. *ex inſpectione,*
*col. vlt. lib.*3. & eſt verior, & tutior opinio, vt teſta-
tur Purpur. *in l. omnes populi, n.*124. *poſt med. verſ.*
tertio etiam ſi vtilius. & ibi Caccialup. *n.*128. *in fin.*
*& n.*129. *poſt med. verſ. nõ obſtat illud. & verſ. confert*
29 *ad prædicta. C. de ſumm. trinit.* † quidquid contrari-
um conetur defendere. Barbat *conſ.*4. *lib.*2. cum
aduerſus eum ſit magis communis, vt dicunt ſu-
pradicti Doctores, & ſequitur etiam Iaſ. *in l ſi ar-*
*rogatur, num.*46. *cum ſeq ff. de adopt.*

Non obſtat ſtatutum Bononienſe, *lib.*2. *rubr. quomod.*
30 *& qualit. forenſ. agent. ius reddat. fol.*382. † vbi diſpo-
nitur, quod forenſi agenti Bononiæ idem ius eſt
reddendum, quale redderetur Bononienſi agenti
in loco, de quo diceretur ipſe forenſis, vnde ſicut
Bononienſis filius ex primo matrimonio agens
Florentiæ contra ſecundum maritum pro medie-
tate dotis matris mortuæ ſine filiis ex ſecundo vi-
ro excluderetur à ſtatuto Florentino dante totam
dotem viro, ita etiam debent excludi hæredes ab
eadem medietate dotis petita.

Quia diſpoſitio d. ſtatuti Bononienſis non habet lo-
31 cum in caſu noſtro, † cum loquatur de forenſi, &
habente cauſam ab eo, nos autem non ſumus in
forenſi. neque in eo, qui cauſam habeat à nõ ſub-
dito, nam agitur per hæredes matris, quæ non eſt
forenſis, ſed ciuis Bononienſis, cũ ſtatim nubendo
32 acquirat forum mariti, † & domiciliũ, & ciuilita-
tem ipſius, ita vt comprehendatur in ſtatuto lo-
quente de ciuibus Bart. *in l. fi. § item reſcripſerunt,*
verſ. quæro vtrum vxor. ff. ad municipal. Bald. *conſ.*139.
*col.*2. *verſ. ſecundo eſt conſiderandum, lib.*5. Iaſ. Alex.
Dec. & Cagnol. *in l. cum quædam puella, ff de iuriſd.*
omn iudic. Tiraq. *de legib. connubial. l.*1. *p.*1. *n.*28. *vſq.*
ad 34. Surd. *deciſ.*330. *nu.* 9. *vſque ad* 17. Franc. *dec.*
363. *per tot.*

Aliæ dantur reſponſiones ad dictum ſtatutum Bono-
nienſe, quas omitto, cum in facto fuerint dedu-
ctæ, quibus nihil eſt addendum. ita vt ex iſtis, &
aliis allegatis clara videatur iniuſtitia ſententiæ,
adeo vt ſit locus illius reuocationi, cum omnibus
inde ſecutis, prout ita in huiuſmodi cauſa Bono-
nienſi reſtitutionis dotis deciſum fuit coram R.P.
D. Manzanedo. 7. Februarij & 14. Iunij 1620.

EPITOME.

In legato victus, & alimentorum, an conti-
neatur

neatur habitatio, & lectus cum ornamentis iuxta qualitatem perſonarum ¶ Facultas conceſſa liberè eligendi bona pro ſui crediti ſatisfactione, quomodo intelligatur. ¶ Res dotales immobiles an debeant ſtatim ſoluto matrimonio reſtitui, ita vt illis non reſtitutis ſint debiti fructus ex eis percepti. ¶ Et quid ſi vidua habuerit alimenta ab hæredibus viri pendente tali reſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Legatum victus continet alimenta.*
2 *Habitatio venit in legato alimentorum, & dicitur pars illorum, n.3.*
4 *Eccleſia tenetur patrono ad inopiam redacto dare alimenta, & habitationem.*
5 *Habens facultatem liberè eligendi, debet eligere iuxta legis diſpoſitionem, quæ mandat, vt bona mediocria eligantur, etiam quando quantitas eſt in obligatione reſpectu ſpeciei ad finem conſequendi ſpeciẽ, n.6. & 7.*
8 *Aliud pro alio non poteſt ſolui inuito creditore.*
9 *Creditor non poteſt petere aliud pro alio contradicente hærede.*
10 *Lectus debet dari ei cui ſunt relicta alimenta.*
11 *Sine lecto non poteſt quis viuere.*
12 *Lectus legatus intelligitur cum omnibus ornamentis, quæ lecto accedunt, iuxta qualitatem perſonarum, & quæ ſint iſta ornamenta, n.13.*
14 *Res dotales immobiles ſtatim debent reſtitui vxori, quibus non reſtitutis, debentur fructus ex eis percepti, num.15. Intellige vt n.16.*
17 *Maritus facit fructus ſuos dotis ratione onerum, quæ non ſuſtinet poſt ſolutum matrimonium.*
18 *Diuiſio fructuum perceptorum poſt vltimum annum inceptum finiti matrimonij quomodo ſint diuidendi inter hæredes coniugis defuncti, & ſuperſtitem.*
19 *Fructus dotis ſoluto matrimonio percepti ſunt reſtituendi mulieri etiam ſi habuerit alimenta ab hæredibus viri, deductis tamen ſumptibus alimentorũ, nu.23. Declara vt num.20. & 21.*
22 *Hæredes viri non tenentur viduam alere ſi dos conſiſtit in immobilibus.*

CAPVT DCX.

Debentur Franciſcæ vxori Pauli omnia iocalia & alia quæ ab eodem Paulo teſtatore deſcribuntur in teſtamẽto, prout etiam victus & veſtitus condecens pro eius perſona donec vidua erit, & vitam vidualem honeſtam duxerit iuxta legatum ſibi factũ in codicillis, In quo legato victus & veſtitus, veniet etiam habitatio, quamuis
1 enim teſtator illam non expreſſerit, † Tamen de iure intelligitur, cum paria ſint, quod alicui legetur victus, vel quod legentur alimenta *l.alimenta, & l.fin.ff.de alim.& cibar.legat.*Ruin.*conſ.86.nu.2. lib.2.*Pract.Papienſ.*in form.libell.qua agit.act.real. in verb.& redditibus,n.2.in princ.fol.21.* cum aliis per Surd.*de alim.tit.2.q.2.n.6. & 8.fol.185.*Bertr. *conſ.180.num.1.ad med.lib.1.p.2.*

Quando autem ſunt præſtanda alimenta, venit etiam
2 habitatio † *l.legatis,ff.de alim.& cibar.legat.*Gloſſ. *in l.cum hi,§.qui tranſigit,ff.de tranſact.* Pract. Papienſ.*in form.libell.vbi agit pro legat. rei ſingulàr.in princ.n.65.*Io.de Anan.*conſil.37.*Iaſ.*in l.ſi quis à liberis,§.non tantum,*vbi Cordubenſ.*n.24.ff.de liber. agnoſcend.*Menoch.*de arbitr.caſ.170.n.29.*Roland. *conſ.22.n.1.lib.1.Surd.de alim.tit.4.quaeſt.4. num.1.*
3 † vbi quod habitatio dicitur pars alimentorum, & victus.Beroald.*conſ.24.n.8.lib.2.& conſ.48.nu.10.eod.lib.*Bertrand.*conſ.226.n.5.lib.4.*Rebuff.*in l.*
4 *verbo victus,43.col.2.ad med.ff.de verb.ſignific.*† vbi infert ad eccleſiam, quæ tenetur patrono ad inopiam redacto dare victum, & veſtitum, & habitationem, cum enim debeat ei præſtare alimenta etiam dabit habitationem, & veſtitum, cum ſine iſtis non poſſit corpus ali *cap.nobis, de iur. patronat.*Gloſſ.*in cap.quicumque,16. qu.7.* Paul de Citad.*de iur.patron.p.6.quaeſt.4.*

Quo vero ad ſcuta mille dicendum eſt etiam illa deberi Fabritio, & Octauio, cum teſtator ita mandauerit pro æquipatraggio ſimilium ſcutorum mille ſolutorum, & aſſignatorum Sancti, & dicta ſcuta mille debent habere & accipere pro quolibet ſuper bonis ſtabilibus, in terra Cinthiani, & eius
5 territorio iuxta mandatum eiuſdem teſtatoris, † Verum pro huiuſmodi credito non ſunt capienda bona ad electionẽ creditorũ, cum iſta electio non ſpectet ad eos libere, ſed iuxta legis diſpoſitionẽ, quæ mandat, vt facultas eligendi referatur non ad bona meliora, neque deteriora, ſed ad mediocria, tanquam extrema ſint vitioſa, ideo ſtandum eſt in medio, quod eſt laudabilius, & vtrique parti expediens, quod procedit ſiue ſimus in vltimis voluntatibus, ſiue in contractibus, in quibus ſemper
6 promiſſio de bono † & æquo ita regulatur, *l.ſi quid venditor.18. ad med* vbi Gloſſ.*in verb.de bono.ff.de ædil.edict.l.legato generaliter,37.ff.de legat.1.l.ſi hæres generaliter,113.ff.eod.tit.*Bald.*conſ.* 180. *ad euidentiam eſt præmittendum,n.2.in fin.& n.4.in fin.lib.*
7 2.vbi † ampliat idem eſſe quando quantitas eſt in obligatione reſpectu ſpeciei, ad finem conſequendi ſpeciem per text.*in l.ſi quis argentum,35.§.ſi vero redditum,& §.ſimilique modo.*vbi Gloſſ. *in verb. mediocris,C.de donat.l.fi.§.ſed ſi quis emptionem,C. commu.de legat.l.qui lancem,ff.de aur.& argent.leg.*

Quantum autem ad legatum ſcutorum centum relictum Octauio, non poteſt per eum prætendi electio in bonis teſtatoris pro illo conſequendo, cum teſtator diſpoſuerit debere illi ſolui ſcuta centum monetæ ad iulios decem pro ſcuto, & ſic in pecu-
8 nia numerata, vnde non in bonis, † ſicuti enim non poteſt ſolui aliud pro alio inuito creditore, *l.2.§.mutui datio.* vbi Gloſſ.*ff. ſi cert. petat.* Bertr. *conſ.146.in fin.lib.1.p.1.*Ita neque creditor poteſt
9 petere aliud pro alio † inuito hærede, cum forma relicti ſit ſeruanda *l.non debet actori,41.ff.de regul. iur.*Surd.*de alim.tit.2.q.15. num.69.*

Circa lectum, licet teſtator non expreſſerit, quod de-
10 tur vxori, † Tamen quia mandauit illi præſtanda eſſe alimenta, cum legauerit victum & veſtitum, concludendum eſt, quod et lectus ei debeat dari, cum lectus neceſſariò ſit præſtandus ei, cui relinquuntur alimenta, tanquam ſine eo nõ poſſit quis viuere *l.inſtratum,45.*vbi Gloſſ.*in princ.ff.de verb. ſignif.l.quos nos hoſtes,234.§.verbũ viuere.*vbi Gloſſ. *in verb.neminem,ad med.*Alciat.*n.2.ff.eod.tit.* Bart. *in l.legatis,in fi.ff.de alim.& cibar. legat.& in tract.*
11 *de alim.n.4.*† vbi idẽ dicit quãdo legatur victus, & educatio, ex quo ſine lecto non poſſit vita cõmoda degi Alex.*conſ.178.n.7.in princ.lib.6.*Angel.*in l.cum hi,§.qui tranſigit* & ibi Iaſ.*n.3.in fin ff.de trãſact.*Bald.*in l.penult.§.ſeruus vxoris,col.1.in fin.verſ. & ideo quarta ff.ſolut.matrim.*Roland.*conſ.22.n.6. li.1.*Menoch.*de arbitr.caſ.170.n.30.* Pic.*in l.titia.§. titia cũ nuberet,n.161.verſ.quarto dubitatur ff.de leg. 2.*Surd.*de alim.tit.4.q.7.n.1.vſq.ad 5.*Capt.*cõſ.87.*

*num.*11.Lup.*in rubr.de donat.inter vir.& vxor.*§.11.
n.2.verſ hoc idem videtur dicendum. Clement. *de*
*patr.poteſt.effect.*16.*n.*38.Simon.de Pret. *de interpr.*
vltim.volunt.lib 4.*dubit.*11.*nu.* 39. *ante fin.fol.*426.
Bertrand.*conſ.*180.*n.*1.*lib.*1.*p.*2. Rimin. Iun. *conſ.*
132.*num.*14.*lib.*2.Franc. Marc. *deciſ.*154.*nu.*7.*p.*2.
Et quod dicimus de lecto,non debet ſtricte intelligi
12 de eo,† ſuper quo requieſcimus,ſed large de om-
nibus ornamentis,quæ accedunt lecto iuxta qua-
litatem perſonarum , vnde venient omnia fulcra,
& culcitræ *l.librorum,*50.*in fin.* vbi Gloſſ. *in verb.*
*fulcra,ff.de legat.*3.Florian.*in l.ſed & ſi quid,§.pro-*
*prietatis, in fin. ff. de vſufr.*Card.Mantic.*de coniect.*
*vltim.volunt.lib.*6.*tit.*11.*n.*17.*ad med.*Surd.*de alim.*
*tit.*4.*quaeſt.*7.*nu.*4.*&* 5.Alciat.*in l.inſtratum,*45.*n.* 4.
*& in l.quos nos hoſtes,*234.§.*verbũ vinere,ff.de verb.*
13 *ſignific.* † vbi quod appellatione lecti intelligitur
de inſtructo,& apparato, vnde continentur ſtra-
menta,quo nomine ſignificatur omne quod ſolum
cauſa quieſcendi inſternitur,vt floreæ, phormio-
nes, paleæ, & mattæ, quare & vulgo mataraccia
vocamus,cum aliis ornamentis qualitati perſona-
rum conuenientibus Surd.*de alim.tit.*4.*qu.*7.*nu.*5.
poſt Bart.*in d.l.librorum,§.fin.ff.de leg.*3.*& in l.vlt.*
§.1.*ff.de aur.arg.legat.* Rebuff.*in l.inſtratum,* 45.*col.*
2.*ante fin.verſ.ſi vero quis donet,ff de verb.ſignific.*
De fructibus autem vineæ reſoluendum eſt affirma-
14 tiue,†quod illi ſint reſtituendi vxori , etenim res
dotales immobiles ſtatim debent reſtitui *l vnic.§.*
exactio,C.de rei vxor. act. Vnde cum tales fructus
ſint percepti ex prædictis rebus , ſemper ſpectant
ad vxorem, nam cum lex iubeat immobilia ſtatim
15 reſtitui,†ſi hoc nõ præſtetur per maritum,& eius
hæredes videntur eſſe in mora, *l.magnam, C. de*
contrah.& committ.ſtipulat. & conſequenter tene-
buntur ad fructuum perceptorum reſtitutionem
l.mora, §.*in bonæ fidei,de vſur.*& ita notant omnes
*in l.diuortio,*8.§.*non ſolum* vbi Barboſ.*n.*13 *ff ſolut.*
*matrim.*Pract.Papienſ.*in form.libell.ad dot.& vſu-*
fruct.tanquam bona , ad fin. verſ. tertio autem caſu,
*n.*3.*iuxta l.vnic.§.exactio,verſ.fructibus,C.de rei v-*
*xor.act. l mora,ff.ſolut.matrim.*Card.Mant.*de tacit.*
16 *& ambig.conuent.lib.*12.*tit.*31.*nu.*8.† vbi tamen de-
clarat, quod nõ illico ex tempore diſſoluti matri-
monij ſunt reſtituendi tales fructus , ſicut dicitur
de rebus,quæ ſolo continentur, ideo poteſt intel-
ligi infra annum,prout de rebus mobilibus diſpo-
nitur. Præſertim quia maritus facit fructus dotis
17 ſuos ratione onerum,†quę cum non ſuſtineat poſt
ſolutum matrimonium debet reſtituere fructus
vxori tanquam perceptos ex re aliena Doct.*in l.*
*ſi mora,*10.vbi Barboſ.*n.*102 *ff ſolut.matrim.*
Quidquid aliud ſit in fructibus perceptis poſt vlti-
mum annum inceptum finiti matrimonij , qui
18 †diuidendi ſunt inter hæredes coniugis defuncti,
& ſuperſtitem pro rata temporis,quo durauit ma-
trimonium *l.diuortio, §. interdum, ff.ſolut.matrim.*
Pract. Papienſ.*vbi ſupra n.*3.*in fin* Card.Mantic.*de*
*tacit.& ambig.conuent.li.*12.*tit.*31.*n.*12.iuxta *l.vnic.*
§.cumque ex ſtipulatu,verſ.ſed & nouiſſimi anni, C.
*de rei vxor.act.*Alex.& alij *in l.fructus. ff.ſolut. ma-*
*trim.*Surd.*de alim.tit.*1.*quaeſt.*33.*n.*23.
Quæ etiam procedunt,quamuis mulier poſt mortem
viri cum eius hæredibus habitauerit , & alimenta
19 ab illis perceperit,† nam etiam tunc fructus dotis
ſoluto matrimonio percepti ſunt eidem mulieri
reſtituendi, deductis tamen ſumptibus alimento-
rum, quia vſque ad eorum quantitatem debet fieri
compenſatio *l.ſin.ff. de petit hæredit.l.in inſulam.§.*
*vltim.ff.ſolut.matrim.*Bart.*in l.diuortio, in prin.n.*4.
20 *in fin.ff.eod tit.*Dec.*conſ.*79.*nu.*21.*lib.*2.†Quod eſt
intelligendum , niſi alimenta eſſent vxori legata
Bart.*in d.l.diuortio, in princ.n.*3. Vel niſi eſſet præ-
21 gnans,quia † tunc ex bonis mariti debent ventri
exhiberi alimenta *l.* 1. §. *quoties , & l. curator , de*
ventr.in poſſeſſ.mittend. & ita ſecundum prædictas
diſtinctiones concludit Card. Mantic. *de tacit. &*
*ambig.conuent.lib.*12.*tit.*31.*n.*20.*&* 21.poſt Ang.de
Vbald.*conſ.*142.*incip. tutor. pupilli.ſeu ſuper primo*
inquirendum eſt an mulieri.poſt princ.verſ.ſed quid
*ſi vidua remanſit.*Surd.*de alim.tit.*1.*quaeſt.* 44.*n.*65.
Et quamuis hæredes viri non teneantur viduam a-
lere quando dos conſiſtit in immobilibus , cum
22 † ſtatim illa reddi debeat , non expectato anno,
tanquam in hoc caſu non cadat aliqua dilatio.
Alex.*in l.diuortio,n.*16.Iaſ.*n.*18.Socin.*n.*15.*ff.ſolut.*
*matrim.*Salic.*in l.vnic.§.exactio,C.de rei vxor. act.*
23 Corn.*conſ.*19.*n.*2.*lib.*1.†Tamen non ex hoc infer-
tur, quod ſi dicti hæredes præſtiterint alimẽta vi-
duæ quamuis non tenerentur, nõ debeant lucrari
fructus dotis conſiſtentis in rebus immobilibus
pro rata eius , quod erogarunt in alimentis; reſti-
tuendo reſiduum Surd.*de aliment.tit.*1.*qu.*44.*n.*65.

EPITOME.

Onera realia,vel mixta,cenſus, & ſimiles præ-
ſtationes an debeantur per legatarium , ſeu per
hæredem. ¶ Et quid in relictis pro anima , vel in
cauſam piam. ¶ Legatum rei alienæ, vel alteri ob-
ligatæ an valeat ſaltem quo ad æſtimationem. ¶ Et
quid de æquitate canonica. ¶ Vel quando eſt in
totum res aliena, ſeu in parte. ¶ Vel ſi ſuit relicta
coniuncto,amico,& locis piis. ¶ Vel quando te-
ſtator non habebat niſi ſolùm poſſeſſionem ¶ Le-
gatarius an cenſeatur magis dilectus teſtatori
quam hæres. ¶ Feudum relictum pro anima an ſit
validum quo ad æſtimationem. ¶ Intellectus *l.ſti-*
chum,D.de vſufr.legat. ¶ Vſufructuarius an tenea-
tur ad collectas,gabellas,cenſus, & ſimilia. ¶ Le-
gatum quo caſu ſit large interpretandum , ita vt
in eo veniat quod maius eſt, non quod minus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ſuper fundo legato an ſit ſoluendus per hære-*
dem,ſeu legatarium. Et quid ſi relinquatur pro a-
*nima,& in cauſam piam, num.*7.
2 *Onera realia , vel mixta debentur per eos , qui poſſi-*
dent tales res obnoxias.
3 *Teſtator legando aliquid ſimpliciter videtur legaſſe*
cum ſeruitute reali actiua,vel paſſiua.
4 *Relictum à teſtatore intelligitur ſolum de illo iure,*
quod ipſe habet.
5 *Vſufructuarius tenetur ad omnia onera collectarum ,*
*cenſuum & ſimilium præſtationum,& nu.*6.
8 *Teſtator ſi ignorãs legat rem alienã ad pias cauſas,ſeu*
coniunctæ perſonæ , vel amicis cenſetur legaſſe æſti-
*mationem per hæredem ſoluẽdam,n.*9.10.12.*&* 13.
11 *Deus eſt pater noſter,& Eccleſia mater noſtra.*
14 *Anima eſt magis coniuncta omnibus conſanguineis,*
*& amicis, & num.*35.
15 *Legatum ad pias cauſas debemus largè interpretari,*
*& in eo venit,quod maius eſt,non minus,num.*16.
Idem ſi legetur coniuncto , quamuis etiam hæres
*eſſet coniunctus,nu.*17.*&* 18.
19 *Legatum rei alienæ,vel alteri obligatæ non valet de*
æquitate

æquitate canonica licet ſit factum coniuncto, ſeu pia cauſæ. Contrarium eſt verius, nu.20.& 22.

21 *Lex ciuilis iniuſta non mereretur nomen legis, nec in republica eſt recipienda.*

23 *Statuta Vrbis mandant vt prius ius ciuile obſeruetur, quam canonicum.*

24 *Legatum coniuncto de re aliena valet ſi in totum ſit aliena, ſecus ſi in ea aliquod ius teſtator haberet, quia tunc cenſetur relictum ſolum illud ius, quod ad eum ſpectabat. Intellige vt num.25.*

26 *Appellatione rei venit dominium.*

27 *Intellectus* l.ſtichum, ff.de vſufruct.legat.*& n.28.*

28 *Teſtator legans rem, in qua ſolum habebat poſſeſſionẽ cenſetur etiam legaſſe proprietatem, quæ ad alium ſpectabat.*

30 *Legatarius coniunctus non vtitur priuilegio contra pariter coniunctum. Declara vt num.31.& 32.*

34 *Præſumptio minus fortis tollitur per magis fortem, & nu.34.*

36 *Legatarius eſt magis dilectus in re legata, quam hæres. Amplia vt nu.37.*

38 *Feudum relictum pro anima non valet, nec quo ad æſtimationem. Contrarium eſt verius, n.39.*

CAPVT DCXI.

[Adde *ad deciſ.Marth.56.*]

QVando teſtator legauit fundum, pro quo de-
betur cenſus, an huiuſmodi onus ſit ſoluen-
1 dum per hæredes, vel legatarium, † communis vi-
detur eſſe diſtinctio, quod pro cenſibus præteri-
tis ante mortem teſtatoris teneatur hæres, ſecus
autem pro cenſibus decurrendis, iſti enim deben-
tur à legatario *l.apud Iulianum, alias incip. Aphri-
canus.40.vel incip idem Iulianus, 41. §. hæres.* vbi
Gloſſ.*in verb.præteritum, & in verb ſolarium.ff.de
leg.1.l.qui concubinam, 28.§. qui hortus, in fin.ff.de le-
gat.3.*& notat in ſpecie Io.Ferrar.*in ſua prax.* Pa-
pienſ.*in form.libell.pro legat.rei ſingular. in princ.n.*
2 17.*fol.*200.† Cum onera realia, vel mixta ſemper
tranſeant cum re legata, & vadãt ad perſonas, quæ
tales res obnoxias poſſident *l.fin.*& ibi Bald.& Sa-
lic.*in 3.notab.C.ſine cenſ.vel reliq.*Roland.*conſ.32.n.
3.& 4 lib.* late Caſtill.*de vſufr.c.*36.*n.*15.Rimin.
3 Iun.*conſ.*298.*n.*7.*lib.*3.Burſat.*conſ.5.n.12.li.1.*† Vn-
de non mirum, ſi teſtator legando aliquã rem ſim-
pliciter, ſemper videatur eam legare cũ ſuo one-
re, & ſeruitute reali actiua, vel paſſiua ſibi impo-
ſita, *l.ſi is cui, §.ff.quemadmod. ſeruitut. amitt.l.me-
uius, §.penul.de legat.2.*cum aliis per Gomeſ.*tom.1.
var.reſolut.cap.12.de legat.nu.39 ad fin.verſ.tertia
difficultas fol.*127.

Et facit communis concluſio, quod re legata, intel-
4 ligitur tantum relictum illud, † quod in ea teſta-
tor habebat *l.ſerui electione, §.fin ff.de leg.1.l. vxor
patrui, C.de legat.*Capr.*concl.*106.*&* 107.*n.*12.Bur-
ſatt.*conſ.5.n.14.lib.1.& conſ.6.n.16. eodẽ lib.*Socin.
Iun.*conſ.74 n.19 lib.*1.Gomeſ.*var.reſol.tom.1.c.12.
de legat.num.*15.Surd.*deciſ.*11.*n.*10.

Idem eſt in vſufructuario qui tenetur ad omnia one-
ra collectarum, gabellarum, cẽſuum, penſionum,
tributorum, & ſimilium præſtationum, cum enim
poſſideat, & fructus ex re poſſeſſa percipiat, æquũ
5 eſt, † vt ſoluat huiuſmodi onera ſiue ſint vetera, ſi-
ue de nouo imponantur, vt late comprobat Ayni.
*conſ.*217.*num.*5. *&* 6.Caualcan.*de vſufr.num.*160.
vſque ad 164.poſt Bart.*l.quæro, ff.eod.tit. de vſufr.*
Pinell.*in l.1.p.2.num.72.C.de bon.matern.* Garz.*de
expenſ.n.45.vſque ad* 62.Molin.*de primogenit. hi-
ſpan.lib.1.c.27.n.8.*Valaſc *de emphyt.quæſt.*17.Craſſ.
in §.legatũ.q.37. cum aliis per Caſtill. *de vſufr. c.*
6 57.*n.*14.*&* 15.† vbi de onere cenſuum, quod ſpectet
ad vſufructuarium, de quo etiam late Pedroc.*conſ.*
2 *num.73.cum ſeq.*Papienſ. *in form. libell. pro legat.
rei ſingul.in princ.n.*17.*ad fin.fol.*200.

Quamuis autem iſta de plano procedant, Tamen
contrarium videtur concludendum eſſe in caſu
noſtro, in quo agitur de legato facto piæ cauſæ, &
7 pro Miſſis dicendis pro anima teſtatoris, † tunc e-
nim potius coniectura ſumenda eſt, vt teſtator
voluerit rem liberam legare Eccleſiæ, ita vt onus
cenſus ſuper ea impoſiti ſpectet ad hæredem, qui
tunc tenebitur illam liberare, prout dicimus de
legato facto de re alteri obligata, quam licèt hæres
non teneatur luere, Tamen aliud eſt, quando te-
ſtator ſciuit illam rem eſſe obligatam, vel quando
talem rem legauit coniunctæ perſonæ, vel cauſæ
piæ, tunc enim ſiue teſtator ſciret, vel ignoraret
huiuſmodi rem legatã eſſe alteri obligatam, præ-
ſumitur quod liberam reliquiſſet, ita vt hæres o-
mnino illam luere teneatur, tanquam onus luen-
di cenſeatur veriſimiliter hæredi impoſitum ob
prædictam cauſam cõiunctionis, & animæ prout
communiter concludunt Gloſſ.Bart.& alij *in l.ſi
res obligata, ff de legat* Bald.*in l.prædia, 6 n 3.C.de
fideic.* Anchar. & Imol.*in c.filius*, & ibi Couarr.
*n.4.de teſtam.*Capr *concl.*107.*n.*11 *vſque ad* 16.*fol.*
158 Pariſ.*conſ.57 num 25.lib.3* Bellon. *conſ. 9 nu.*
8.Menoch.*conſ.89.num.*124.*&* 125.*lib.*1.

Simile eſt, quando teſtator ignorans legaſſet rem a-
8 lienam pro anima, † ſeu ad pias cauſas, tunc enim
valebit tale legatum ſicut quando legaretur con-
iunctæ perſonæ ſaltem quo ad æſtimationem, cũ
nulla videatur eſſe maior coniunctio, quam ani-
mæ, quæ cæteris rebus eſt præferenda *l. ſancimus,
la 2.C.de ſacroſanc.eccleſ. cap. præcipimus, 12.qu.1.
cap.Matthæus, de ſimon.* & in ſpecie ita conclu-
dunt omnes *in l.cum alienam* vbi Bart.*n.2.C.de le-
gat.*Gloſſ *in cap.filijs, de teſtam, & in §.non ſolum,
verſ.quod autem, inſtit.eod tit.* Capra. qui de com-
muni *concluſ.106 n.2.& 13.vſque ad* 19.

Neque obſtat, quod leges loquentes de legato rei a-
lienæ ignoranter relicto debent intelligi, vt va-
9 leat tale legatum † quando relinquitur perſonæ
coniunctæ, non autem piæ cauſæ, ad quàm non
extenditur earundem legum diſpoſitio Hoſtienſ.
Imol.Card.& alij *in cap filius de teſtam.* Abb.*in cap.
cum eſſes.col.8 verſ. venio ad quæſtiones. eod.tit.*Iaſ.
10 *in leg.cum alienã.col.penult.C.de legat* † Nam quid-
quid prædicti dicant, verior eſt opinio, & magis
recepta, vt omnia diſpoſita in iſta materia legati
ad fauorem coniunctorum habeant locum etiam
in pia cauſa, & in legato relicto Eccleſiæ, & pro a-
11 nima † cum Deus ſit pater noſter, & Eccleſia ma-
ter noſtra *c.qui abſtulerit, 12.q.2.c.ſi quis iraſcitur.
15.q.2.*Ideo non eſt recedendum ab opinione ſu-
pra firmata, quam vltra ſuperius adductos late
12 comprobat † Tiraq.*priuileg.piæ cauſ.66.in princip.
& in fin.*poſt Bald.*in repet.l.1.col.13.in princ.n.44.
verſic.item pono tertium caſum indubitatum, C.de ſa-
croſanct.eccleſ.*Rom.*conſ.235.quo ad primum, nu.5.*
Menoch.*præſumpt.116.n.30.li.4.*Card. Mantic.*de
13 coniect.vlt.volun.lib.9.tit.9.n.4.*† Cum ẽt prædicta
extendantur ad legatum factum valde amicis.Me-
noch.*de arbitr.caſ.146.num.1.fol.*154.Vnde multò
magis ſi fiat tale legatum Eccleſiæ, & pro anima,

14 † quæ eſt magis coniuncta omnibus conſanguineis,& amicis l.ſancimus la 1.C.de ſacroſ.eccleſ.Tiraq.priuil. piæ cauſ. 66. in fin. Maximè quia etiam ſemper legatum factum piæ cauſæ debemus largè
15 interpretari,† quidquid alias illud ſtrictè ſit intelligendum l.titia.§.ſeia.vbi Bart.ff.de aur.& argent. legat.Surd.de alim.tit.2.q.10.n.17.& tit.8.priuil.25.
16 n 6.& latius dec.298.n.10.† Vbi quod in iſtis legatis ſemper venit,quod eſt maius,non quod eſt minus.Anch.Abb.Barbar.& Imol. in c.indicante de teſt.Rom.ſing.521.vbi Addit.num.1.Bald.in auth.ſi quis ad declinandū.col.penult.C.de epiſcop.& cleric. Gozad conſ.160.col.2.Cagnol.in l.ſemper in obſcu-
17 ris.n.10.de regul.iur.† Prout ēt dicimus de legato facto cōiunctæ perſonæ quod debemus latiſſimè interpretari Bar.in l.aurelius,§.titius,de liberat.le-
18 gat.Surd.dec.88.n.16.& conſ.72.n.16.† vbi ampliat quamuis ēt hæres inſtitutus eſſet pariter ſanguine coniunctus,quando præſertim non minuitur multum hæreditas Corn.conſ.115.col.2.ad fin.lib.3.

Contra prædictam concluſionem vt ſupra per nos
19 firmatā,opponebatur ex aduerſo,† quod illa procedat ſolū de rigore iuris ciuilis,non autem de æquitate canonica, ſecundum quam legatum factū coniunctæ perſonæ,ſeu piæ cauſæ de re aliena,vel alteri obligata non valet;Ideo hæres non tenebitur eam luere ob dictā æquitatem,quæ debet præualere iuxta doctrinam Bald.in repet.l.1.n.44.verſ. item pono tertium,C.de ſacroſ.Eccl.Felin.in c.eccleſia S.Mariæ,10.n.52.col.25.verſ.quarta declaratio.de conſtit.Gulielm.Mayner.in l.capienda occaſio.de regul.iur.& multa hinc inde adducit Vaſq.de ſucceſſion.creat.lib.3.§.21.limit.1.num.4.vſque ad 6 fol.3.

Verum non eſt admittenda huiuſmodi diſtinctio, Nam quidquid dicat Bald.cum aliis,qui illum ſe-
20 quuntur,† contra eos eſt verior opinio, & magis recepta,quod indiſtinctè tam de iure ciuili,quam de iure Canonico valeat tale legatū ad fauorem coniunctæ perſonæ,& piæ cauſæ,Nam ſi talis differentia inter iſta iura admitteretur,non eſſet ob aliam rationem, niſi quod lex ciuilis haberetur
21 pro iniuſta, † vnde ſi eſſet talis nec legis nomen haberet, nec in Republica reciperetur c. erit autem lex.4.diſtinct.c.fin.de præſcript. l.conuenire,ff.de pact.dotalib.Hoc autem eſt abſurdum,cum iſta lex ciuilis ſit iuſtiſſima, nam voluntas teſtatoris executioni demandatur, dum ex bonis ſuis ſoluitur æſtimatio rei alienæ coniuncto relicta, nec vlla iniuria fit domino rei nolenti eam vendere,Vnde nemini licitum eſt ſāctiſſimas leges in Reipublicæ vtilitatem inſtitutas tollere, cum in vtroque foro tàm ciuili, quàm canonico ſint ſeruandæ, prout ex prædictis,& aliis rationibus,quas omit-
22 to,† ita in ſpecie reprobata contraria ſententia,& prædicta diſtinctione, cōcludunt magis communiter Doct.in c.filius noſter.vbi Couarr. nu.6.de teſtam.& late comprobat Corn.conſ.32.col.2.n.3.cum ſeq.lib.1.& latius Fortun.Garz.de vlt.fin.illat.12.n. 197.vſq.ad 219.tom.1.f.116. cum aliis per Spin.de teſtam.gloſſ.8 princ.n.43.vſque ad 47. Card. Mant. de coniect.vlt.volunt.lib.9.tit.9.n.7.fol.227.Coſt.de iur.& fact.ignorant.diſtinct.66.n.3.centur.1.fol.296. Magdalen.de num.teſt.in teſtam.requiſit.part.2.c.4. n.35.& 36.f.398.Menoch.præſumpt.117.n.5.lib.4. Craſſ.in §.legatum,q.14.n.23.fol.55.Quamuis hoc
23 dictum ſit ex abundanti,† quia habemus clarum ſtatutum Vrbis à ſummo Pontifice confirmatum, quod debeat attendi prius ius ciuile,in cuius defectum ſuccedit Ius Canonicum.

Non obſtat alia diſtinctio, quod aut res quæ relinquitur eſt in totum aliena, ſeu pro toto obligata, & tunc procedat opinio per nos firmata quod valeat legatum coniunctæ perſonæ iuxta l.ſi res ob-
24 ligata.ff.de legat.2.† Aut teſtator in re aliena aliquod ius habebat,& tunc cēſetur legare illud tantum ius,quod in eadem re ad eū ſpectabat,quamuis legatum fuiſſet factum ad fauorem coniunctę perſonæ,prout tenet Iaſon.in l. quod in rerum,§.ſi vſumfructum,ff.de leg 1.Socin.Iun. conſ. 74.nu.20. verſ.nec dicatur lib.1.per text.qui ex aduerſo allegatur tanquam ponens gladium ad radicem in l. ſticho 36 ff.de vſufr.legat.Quibus addi poteſt Bald. in l.habitatio.11.C.de vſufr.late Gomeſ.qui multas illationes in propoſito adducit var reſolut. tom.1. cap.12.de legat.n.15.verſ.quod ſingulariter extende. fol.16.Couarr.qui alios allegat, & de communi teſtatur in cap.filius,num.2 poſt med.de teſtament.

Quia omiſſa diſputatione an huiuſmodi diſtinctio ſit recepta quoad perſonam coniunctam,Reſponde-
25 tur † illam procedere quando teſtator ſimpliciter legauit rem, in qua habeba t aliquod ius,ſecus quando, prout in caſu noſtro, adiecit aliquod onus legatario, tunc enim ratione talis oneris, cenſetur totam rem voluiſſe legare, non autem illud ſolum ius, quod ad eum ſpectabat in eadem re,Ita in puncto declarando text. in d. l.ſticho,& Iaſ.& Socin. Iun. ex aduerſo allegatos, notat Couarr.in cap.filius noſter,num.2.in fin.verſ.hæc tamen ſententia ceſſat, de teſtam. ſequitur Menoch. præſumpt.116.n.27 ad med.verſ.& alios refert,li 4. poſt Alex.conſ.9.n.15.in princ.& num. 16.verſ.ſed
26 quod teſtator in caſu præpoſito,lib.2.† Cum etiam in caſu noſtro fuerit legata res ſimpliciter, adeo vt tunc appellatione ipſius rei intelligatur de dominio l.ſi duo,§.fin.ff.vti poſſidet. l. ſi rem aliquam,& ibi Bartol.de acquir.poſſeſſ.Alexand. conſ.9.num.15. in fin.col.vlt.in princ.lib.2.

Præterea diſpoſitio d.l.ſticho,ff.de vſufr.legat. proce-
27 dit quia teſtator tempore,† quo fecit legatum nepoti,credebat rem legatam ad ſe pertinere titulo aliquo ſpeciali,qui iam erat extinctus, tunc enim non mirum,ſi legatum euaneſcit,quia aderat coniectura clara, quod ſi ſciuiſſet titulum ſuum finitum,non legaſſet, quia ſolus error induxit ad legandum coniuncto, prout in ſpecie conſiderat Gloſſ.in d.l.ſticho.36.in verb.ſtichus,& in verb.crederet,de vſufr.legat.Corn.conſ.32.col.1. lib.1.cum aliis per Couarr.in cap.filius.n.4.de teſtam. Caſtr. & Alex.in l.ſi domus,§.1.ff.de legat.1.Menoch.præ-
28 ſumpt.116.num.17.ad med.lib.4.† Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non apparet de iſta contraria voluntate teſtatoris, ſed potius militat coniectura, quod voluerit totam rem legare pro anima ſua cum onere miſſarum, & aliis de quibus in facto, non obſtante cenſu exiſtente in re legata, cuius notitiam habebat, ex qua coniectura voluntatis legatum eſt præſtandum in totum,cum relicta ad piam cauſam debeamus large interpretari iuxta ſuperius adducta.

Ideo etiam quamuis teſtator videatur ſolum legare
29 ius quod habet in re legata, vt dictum eſt, † Tamen ſi habet ſolùm poſſeſſionem illius rei, & illam rem leget, intelligitur legaſſe pleno iure etiam quo ad proprietatem, quæ erat aliena, non

autem

autem quoad ſolam poſſeſſionem, cum aliud ſit res, & aliud poſſeſſio rei Ruin.in ſpecie *conſil.* 25. *num.9.lib.2.*Menoch.*præſumpt.*116 *num.27.in fin. libr.*4 poſt Alex.*in l.ſi domus,§.fin.D.de legat.*1.

Nec refert quod ſimus in hærede coniuncto, & ſic
30 priuilegiato, non autem in extraneo, † quo caſu legatarius etiam coniunctus non vtitur priuilegio contra pariter coniunctum, & ſic ceſſat ratio coniunctionis, ob quam ſimilia legata in totum valent, vnde ſufficiet illa eſſe valida pro iure cõpetente teſtatori: Socin.in terminis *conſ.*74. *num.* 21.*li.*1.Gualdenſ.*de art.teſtand.de legat.caut.*38.*n.* 3.*tom* 8. *p.* 1. *fol.*132. Quia prædicta procedunt †
31 quando eſſemus in perſonis priuilegiatis habentibus par,& ęquale priuilegium,nam alias habens priuilegium potentius debet præferri habenti minus potens,Bart.*in auth.qui rem,col.2.ver.ſi vero vterq; eſt priuilegiatus,C.de ſacroſ. eccl.*Bald.*in auth.habita, col.*7.*ver.ſecũdo quæro,C.ne fil.pro patr.* Ruin *conſ.*27.*col.penul.in fi.ver. quia pro ſolutione,*
32 *nu.*22.*lib.*4. † vbi quod iſta opinio eſt communis, ſiue concurrant inter ſe,ſiue contra tertium iuxta *l. verum,§.vlt.cum l.ſeq.D.de minorib.*Lamberteng.*ſuper ſtatut.de contractib.mulier. in fi.nu.*119. *poſt med.*Abb.*in c.in preſentia, col.*13.*verſ. & quoniam iſte articulus, de probat.*

Provt dicimus de pręſumptione minus forti,quę tol-
33 litur per magis fortem † *l.qui duos, § fi. D.de reb. dub.l.diuus,*vbi Gloſſ.*in verb.æſtimari* & Bart.*col.* 2. *verſ. ſecundo nota, de reſtit. in integr.* Abb. *in c. tranſmiſſæ,in fi.qui fil.ſint legit.*Aym.*conſ.*56.*n.*14. Alex.*conſ.*124.*col.vlt. ad med. lib.*6.Lamberteng.
34 *de contr.mulier.in fi.nu.*120. † vbi quod tunc vna præſumptio tollit aliam, quando ambæ ſunt pares,cùm alias præualeat ſemper maior Socin.*conſil.*28.*col.* 2.*verſ.quarta concluſio, lib.*1.

Iſta autem paritas priuilegij,vel ſimilis præſumptio non datur in caſu noſtro, cum legatum pro anima, & ad pias cauſas præferatur omnibus legatis
35 factis conſanguineis,& amicis tanquam † anima ſit pretioſior cunctis rebus *l.ſancimus, la.*1. *C.de ſacroſ.eccl.*cum alijs adductis ſupra n... Cum etiã legatarius cenſeatur magis dilectus in re legata,
36 quàm hæres, † Ideò ei eſt magis fauendum quam hęredi,*l.publius menius,*36.*D.de condit.& demonſtrat.*Io.*de* Mont.Sperell.*conſ.*105. *numer.*6. *in fi.* †
37 Quamuis etiam hæres eſſet pariter coniunctus ipſi teſtatori,ſemper enim debemus latiſſimè interpretari legatum factum coniuncto ad fauorem legatarij Surd *conſil.*72.*num.*16. *in fin lib.*1.

Neque obſtant alia adducta per Socin. *conſil.*74. *nu.* 20.*ver.& ita in indiuiduo in terminis noſtris,libr.*1. vbi quod neque pro legato rei alienæ facto pro
38 anima debetur æſtimatio;Quia † loquitur in feudo relicto pro anima in quo ſpeciale eſt, vt illud non valeat, neq; quoad ęſtimationem,cùm in eo non attendatur ordinatio defuncti,ſed natura,pactum,conſuetudo,& licentia domini, & ideò nihil operatur voluntas diſponentis, qui cùm prohibeatur de eo teſtari, prohibetur etiam legare, vel donare cauſa mortis Gloſſ.Bald.& Afflict.*in c.* 1.*de prohibit.feud.alienat.per federic.* cum alijs per
39 Roland.*conſil.*41.*nu.*29 *vſque ad* 32.*lib.*2. † Quàuis verior ſit opinio,&magis communis,vt etiam debeatur æſtimatio rei feudalis legatæ, non ſolùm ſi relinquatur pro anima, ſed etiam pro alia cauſa, quando teſtator non ignorabat illam eſſe feudalem,vt latè comprobat,& omnibus reſpondet,& ita fuiſſe iudicatum dicit Card,Mantic. *de coniect.vlt.volunt.li.*9.*tit.*11.*n.*8.*v.*9.*ad* 14 *fo.*230. iuxta opinionem Ioan.Fabr.*in §. non ſolum, inſti. de legat.*& admittit etiam Socin. ex aduerſo allegatus *dict.conſ.*74.*nu.*21.*in fi.li.*1.Menoc.*præſump.* 119.*nu.*6.*lib.*4 Craſſ.*in §.legatum, qu.*14.*num.*18. *cum ſeq.*Roſſent.*de feud cap.*7. *concluſ.*2.*per tot.*

EPITOME.

Hæres hærédis,quando dicatur hęres teſtatoris. ¶ Legatum ad vitam legatarij, ſeu donec ille vixerit,an redeat ad hæredes hærédis,ſi hęres teſtatoris prius moriatur. ¶ Et quo caſu tranſmittatur ad hæredes ipſius legatarij. ¶ Et quid ſi adſint verba ſupraſcriptis,infraſcriptis,& ſimilia. ¶ Vel quando fuit hæreditas contemplata quo ad onerum præſtationem. ¶ Hæres rogatus aliquid dare filiæ eâ conditione,vt ſi ſine liberis deceſſiſſet illud reſtitueret hæredi, an ſi cauerit dare hæredi hęredis poſſit talem cautionem condicere.

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus aliquid dare filiæ,ita vt ſi ſine liberis deceſſiſſet illud reſtitueret hæredi,an teneatur dare hæredi hæredis,& num.*3.
2 *Legatum conditionale dandum hæredi non tranſmittitur ad hæredem.*
4 *Legatum ad vitam legatarij, ſeu donec ille vixerit, an redeat ad hæredes hæredis, ſi hæres teſtatoris prius moriatur, & quando tranſmittatur ad hæredes ipſius legatarij num.*5.6.*&* 7.
8 *Hæres hæredis cenſetur vocatus ex præſumpta affectione teſtatoris.*
9 *Nepos eo modo diligitur ab auo,ſicut filius,& n.*10.
11 *Filius dicitur portio corporis patris, immò vnum corpus, & vna perſona.*
12 *Diſpoſitio extenditur ad hæredes hæredis propter ſimilitudinem rationis.*
13 *Hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris. Declara,vt num.*14.*&* 15.
16 *Verba ſupraſcriptis, ſeu infraſcriptis, cum ſimilibus adaptantur ſolum nominatis in teſtamento.*
17 *Hæreditas ſi ſit contemplata à teſtatore quo ad præſtationem onerum,illa debentur à quocumque poſſeſſore hæreditatis.*
18 *Grauatus in vno, in alio eſt releuandus, & vtilitas ab onere regulatur.*

CAPVT DCXII.

EX diſpoſitione Firmani teſtatoris poſt obitũ Antonij, & Vincentij ſine filijs pecuniæ eis relictæ debent reuerti ad eius hæredes, vnde dubitatum fuit an huiuſmodi legatum debeatur Comiti Franciſco,qui eſt filius,& hæres hæredis;Iſta quęſtio videtur deciſa per text.*in l.in cauſa cognitione la ſeconda quæ eſt* 17.*§.pomponius, D.de mino-*
1 *rib* † Vbi hæres fuit rogatus dare filiæ fratris tęſtatoris quamplures res ea conditione, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret eas hæredi, cum autem contigiſſet, quod defuncto hærede,legataria cauiſſet reſtituere hæredi hæredis,dubitatum extitit,an talis cautio potuerit condici, & pro affirmatiua fuit concluſum eſſe locum condictioni, nam legataria non tenebatur cauere, erat enim fideicommiſſum, ſeu legatum conditionale dan-
2 dum hæredi, † qui non tranſmiſit ad hæredem pendente conditione *l. vnic. § fin autem aliquid C. de caduc. tollend.* Vnde merito hæc cau-

3 tio condicitur tamquam ſine cauſa expoſita,† vt declarat gl. *in d. §. Pomponius, in verb. hæredi eius per tex. in l. 1. de cond ſin. cauſ. & in l. hæres D. ad Trebell.*

Quo ſtante videtur concludendum, quod legatum prædictum non reuertatur ad hæredem hæredis, ad quem teſtator non poteſt dici non habuiſſe affectionem tãquam incognitum, ſicut ad primũ
4 hæredem nominatum ſibi cognitum,† & ob iſtã rationem ita paſſim concludunt omnes Doctores magis communiter, dum volunt, quod quãdo legatur ad vitã legatarij, ſeu donec ille vixerit, tunc quamuis hæres teſtatoris prius moriatur, quam legatarius, tamen legatum redit ad hæredes hæredis, quia non poteſt tale legatum effici caducũ, cum fuerit limitatum ad vitã legatarij, & ſic non poteſt tranſire ad hæredes eiuſdem legatarij. Quare meritò reuertitur ad hæredes teſtatoris, quaſi tunc non ſit habitus reſpectus ad perſonã, ſed ad ius hæreditarium, ideò finito tempore vitę, bona legata conſolidantur cum hęreditate, non iure fideicommiſſi, ſed iure conſolidationis, Vnde licèt hæres præmortuus ſit, bona tamen perueniunt ad eum, apud quem eſt hæreditas, & hic non eſt caſus
5 noſter, † At teſtator mandat ſimpliciter ſolui legatum, & poſt legatarij mortem abſq; filijs diſponit, vt reuertatur ad eius hæredem, tunc videtur legatum perpetuum, ita vt defuncto prius hęrede, quàm decedat legatarius, tranſmittatur legatum ad ipſius legatarij hęredes, non autem ad hęredes hæredis teſtatoris, qui tamquam non cogniti non cenſentur vocati, cùm ſolum de primis videatur ſenſiſſe ab eo nominatis, & iſte videtur ca-
6 ſus noſter, † & ſecundum huiuſmodi diſtinctionẽ latè conſuluit Alex. *conſ. 173. per tot. lib. 5. & in l. illud, quæ eſt vlt. co. ſi ver. concl. ipſe*, vbi Caſtr. *n. 2. & 3. C. de legat.* Pariſ. *conſ. 21. n. 44. cum ſeq. li. 1. & conſ. 97. n. 8. eod. lib.* Socin. *conſ. 102. col. penult. ad fi. ver. ſed poſito quod cenſeretur relicta proprietas, nu. 10. li. 3.* Ceph. *conſ. 158. n. 27. & 28. li. 2.* plenè Ruin. *conſ. 29. n. 5. li. 2.* Dilect. *de art. teſtand. tit. 6. de legat. cautel. 60. n. 1. & 2. tom. 8. 1. fol. 135* Rubeus, *conſ. 23. n. 3.* Surd. *conſ. 123. n. 11. & 12. li 1.* Caualcan. *de vſufruct. n. 81.* cũ alijs per Io. Anton. Trigon. *ſingul. 2.*
7 *n 1. & 2.* † & ita diſtinguendo concordantur opiniones Bart. & aliorum, *in l. titia §. titia cum nuberet.* vbi latè Picus *nu. 17. & 18. D. de legat. 2.* cum alijs per Peregrin. *de fideicommiſſ art. 36. nu. 68. & 74. vſq. ad 79. fo. 293* Dec *conſ. 597. ſuperiori anno. nu. 4.* & concludunt Bart. Bald. Salicet. Corn. Iaſ. & alij communiter *in d. l. illud, quæ eſt vlt. C. de legat.* Rot. *dec. 163 nu. 4. pa. 2. in recentioribus.*

Quidquid tamen ſit de prædictis, in caſu noſtro contrarium eſt verius, videlicet quod huiuſmodi le-
8 gatum debeatur hęredi hęredis teſtatoris, † quia materia iſta tota pendet ex coniecturis, & ex præſumpta affectione teſtatoris, quibus ſtantibus ſemper intelligitur vocatus hæres hæredis, quãdo poteſt colligi adeſſe parem affectionem in vtroque, provt è contrà ceſſabit iſta vocatio, ſi talis affectio ceſſet, quia tunc ſolùm diſpoſitio dirigetur ad primum hæredem, vt in ſpecie notat Anchar. *conſ. 130. num. 3. & 4. iuxta l. qui liberis. §. hæc verba, D. vulgar. & pupillar.* & ſequitur Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 14. in fin.*
9 † Iſta autem par affectio militat in caſu noſtro, cum fuerit inſtituta filia, cui ſucceſſit filius, & ſic nepos teſtatoris, qui eo modo diligitur ab auo, ſicut filius, imo magis tanquam amor deſcendat, filius enim exponitur à ph lo, quod eſt amor, qui ita cadit in filijs, ſicut in nepotibus Bald. *in l. ma-*
10 *ximum vitium. 4. nu. 7. & 8 C. de lib. præt.* vbi † ẽt quod aui cõſueuerunt nepotes appellare filios ẽt ex dictamine naturali, adeò vt ex hoc verè, & propriè nepos dicatur filius, qui dicitur portio cor-
11 poris patris, † imò vnum corpus, & vna perſona *l. vnica*, vbi Bald *in fi. C. de impub. & alijs ſubſt. l. cũ ſcimus, §. vlt.* vbi latè Luc. de Pen. *col. 1. C. de agricol. & cenſit. li. 10.* cum alijs per Tiraq. *in l. ſi vnquam, in præf nu. 15. cum ſeq. C. de reuoc. don. & de*
12 *primoge. q. 40. n. 31.* † Et paſſim ſtante ſimilitudine rationis apta comprehendere omnes, datur extẽſio diſpoſitionis ad hęredes hęredis: Peregr *fideic. art 36. n. 70.* iuxta doctrinam Bar communiter receptam *in l. pater filium, § qui fundum, D. de leg 3.*

Quibus additur nota concluſio, quod hæres hęredis dicitur etiam hæres teſtatoris † *l. qui per ſucceſſio-*
13 *nem, 54. de reg. iur. l ſi C. de hered. inſtit l. ſciendum, 70 D. de verb. ſig. l. hæred. appell. 65. & l. heredis appellatione, 170. D. eod. tit.* Alex. *conſ. 36. viſo themate, col. 3. & 4. n. 6. cum ſeq li. 3.* Surd *cõſ. 212. n. 17. li. 2.*

Quæ procedunt in quacùmque diſpoſitione etiam ſtricti iuris, etiam implendæ in forma ſpecifica, etiam in libellis, & etiam ſecundum proprietatem ſermonis, maximè quando ſumus in materia de ſui natura tranſeunte ad hæredes, provt eſt ca-
14 ſus noſter, † quidquid aliud ſit quãdo mentio hæredis fieret circa rem, quæ de ſui natura non trãſiret, ſicuti eſt vſusfructus, qui morte finitur, tunc enim de primo ſolum hærede diſpoſitio intelligeretur *l. in annalibus. C. de legat. l. antiquitas, 14.*
15 *C. de vſufr* Pariſ. *conſ. 33 nu. 38. lib. 1.* † Et latè omnia prædicta comprobat Tiraq. *de retract. conuention. §. 1. gloſ. 6 num. 20. vſq. ad 23.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib 8. tit. 14 nu 21. ad med.*

Maximè quia in caſu, de quo agimus, teſtator nominauit ſimpliciter eius hæredes abſque aliqua dictione denotante vocationem primi hæredis, pu-
16 ta quando feciſſet mentionem de hæredibus ſupraſcriptis, ſeu infraſcriptis, cum ſimilibus verbis, ex quibus reſultaret, quod non alij deberent admitti, quam ſolum illi, qui eſſent deſcripti in teſtamento Bart. *in l. qui liberis, §. hæc verba, ad fi.* & ibi Alex. *n. 11. D. de vulg. & pup.* Ruin. *conſ. 29. n. 5. li. 1.* latè Sim. de Pręt. *de interpr. vlt. vol. li. 3. interp. 1 ſolut. 5. n. 27. fo. 198.* Surd. *conſ. 123. nu 13. lib. 1. & conſ. 230. n. 25. li. 2. & conſ. 395. n. 39. li. 3.* Men. *conſ. 86. numer. 43. & conſil 95. numero 28. lib. 1.* Card. Mantic *de coniectur. vltim. volunt. libro 8. titul. 14. numero 21. ad fin.*

Præſertim quia teſtator mandauit ſolui huiuſmodi legatum Antonio, & Vincentio infra terminum decem annorum, vnde potuit cogitare, quod in ſpatio iſtius temporis onus ſoluendi d. legatum
17 potuiſſet ſpectare etiam ad hæredem hæredis, † ſi primus hæres obiiſſet, provt regulariter ſpectat, quamuis etiam teſtator mandaſſet ſolui tale legatum per infraſcriptos eius hæredes, quia non obſtantibus iſtis verbis etiam hæres hæredis teneretur, & ſic tale onus tranſibit tam ad primos, quàm ad ſecundos, & ſucceſſiuè ad omnes hæredes, quaſi contemplata ſit hæreditas, à qua ſunt præſtanda onera per quemcumque eadem hæreditas detineatur. Corn. latè *conſ. 69. per tot. libr. 4.*

Peregrin.

Peregr. *de fideicommiſſ. art. 32, n. 70. ad med. fo. 293.*
18 Quare etiam dicendum eſt teſtatorem voluiſſe
vocare ad commodum reuerſionis legati hære-
des heredum, vt grauati in vno in alio releuentur,
cùm vtilitas ab onere regulatur, *l. ſeruus, in princ. de*
ann. leg. l. is qui in poteſtate, D. de leg. præſtand. l. ſecun-
dum naturam, 10. D. reg. iur. c. qui ſentit, eod. tit. in
6. Bart. & Ang. *in l. plane, §. ſi duobus, D. de leg. 1.* &
in propoſito Pereg. *de fideicommiſſ. art. 36. nu. 37.*

EPITOME.

IN taxandis alimentis an ſint conſiderandæ fa-
cultates, dignitas, & qualitas perſonarum, vel
ſola neceſſitas. ¶ Et quid in marito vergente ad
inopiam. ¶ Et in filiis naturalibus, & ſpuriis, & in
ſeruis. ¶ Intellectus *c. cum haberet, de eo qui dux.*
in matrimon. quam poll. ¶ Alimenta taxata cum
conſenſu eius, qui eſt alendus, an augeantur aucta
tam familiâ, quam dignitate. ¶ Diſpoſitio quando
ſit intelligenda rebus in eodem ſtatu manētibus.
¶ Stipulans ſibi alimenta, quo caſu cenſeatur ſti-
pulaſſe etiam pro vxore, & perſona extranea.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quibuſcumque debita taxantur arbitrio*
boni viri, quod intelligitur pro mandato Iudicis,
& prout declararet paterfamilias, nu. 2. & 3.
4 *Facultates ſunt conſideranda in eo qui tenetur pra-*
ſtare alimenta vltra dignitatem, & qualitatem
perſonarum, numero 5.
6 *Filius illegitimus debet ali iuxta neceſſitatem non*
dignitatem, & vires patrimonij. Contrarium, num.
7. 8. 9 & 10.
11 *Inter filios nobilis & diuitis, & inter natos ex pau-*
peribus, & plebeis eſt facienda differentia.
12 *Intellectus* c. cùm haberet, de eo qui dux, in ma-
trim. quam polluit.
13 *Maritus vergens ad inopiam non debet ali, niſi*
iuxta neceſſitatem. Contrarium, numer. 14. & 15.
16 *Dignitas, & non ſola neceſſitas conſideratur etiam*
in alendis ſeruis, & quomodo dicantur digniores
alijs, numero 7.
18 *Alimenta taxata, & acceptata ab eo, qui eſt alen-*
dus ſunt augenda aucta familia, & dignitate.
Declara vt numero 21. 22. 23. 24. & 25.
19 *Filius non poteſt ſibi praeiudicare in alimentis.*
20 *Diſpoſitio debet intelligi rebus in eodem ſtatu ma-*
nentibus. Intellige vt num. 29.
26 *Nemo tenetur praſtare vltra id quod promiſit.*
27 *Stipulans ſibi alimenta non intelligitur ſtipulaſſe*
pro perſona extrinſeca, tamen neque pro vxore.
28 *Debitor non eſt grauandus vltra illud, ad quod ve-*
riſimiliter non ſe obligauit.

CAPVT DCXIII.

[Adde ſuprà *ad cap. 112. num 1. cum ſeq.*]

IN taxandis alimentis, quæ debentur filiis ille-
gitimis, ſeu quibuſcumque aliis ſtandum eſt ar-
1 bitrio boni viri † Gloſſ. *in § conſideremus, in ver.*
legitima, auth. de trient. & ſemiſſ. Igneus *in repet. l.*
neceſſarios, §. non alias, numero 146. D. ad Syllanian.
Paris. *conſil. 4. num 27. lib. 2.*
Iſtud autem arbitrium boni viri intelligitur pro
2 mandato Iudicis ſecundū † Gloſ. *in l penult. in ver.*
arbitratu, D de procurat. & in l. ſed & ſi vnius per-
miſſu, 17. § pretor ait in verbo, quaſi D. de iniur. Spi.
de teſta. gl. ſ. 16. princ. nu. 101. ver. boni viri arbitrio.
Tiraq. *de retract. lignag. §. 30 gloſſ. 2. numer. 2. in fin.*
Prout etiam idem arbitrium debemus interpraetari
eo modo, quod declararet diligens paterfamilias,
3 † qui nullū intereſſe haberet *l. quod niſi, 20 ad ver.*
dummodo patronus, de oper. libertor. Spin *de teſtam.*
gloſſ. 16. principal. num. 101. ad fi. argumento *l. cum*
vnus, § fi. D. de vſufruct.
Quamuis autem iſta taxatio remittatur Iudici, ſeu
4 bono viro, vt dictum eſt, tamen lex mandat; †
quod per eum conſiderentur facultates illius, qui
tenetur præſtare alimenta, nam iuxta vires patri-
monij & redditus, qui ex eo percipiuntur, debet
ali tā naturalis, quàm alius quicunq; cui debentur
alimenta *l 2. D vbi pup. educ. deb l 3. in princ. ver.*
modum, D. eod. tit. Bart. *in l. penult. D. de alim. & ci-*
bar. legat. Alex. *conſ. 100. in fi. lib. 1. & conſ. 72. nu. 7.*
li. 5. Aym. *conſ. 189 nu. 11.* Menoc. *de arbit. caſ. 169.*
nu. 2. & 3. Gabr *de alim. conc. 1. nu. 31. ver. contra-*
rium ſumitur. Fachin. *contrẽuer iur. li. 6. c. 34. in princ.*
Non ſufficiet tamen conſideratio facultatum, cum
5 etiam debeat ſpectari dignitas, † & qualitas per-
ſonarum in præſtandis alimentis. Felin. *in c. cum*
omnes, col. 18. de conſtit. Doct *in l. ſi cui. D de ann.*
leg. & in l. mela. de alim. & cibar. legat. Men. *de ar-*
bitr. caſ. 159. nu. 5. Aym. *conſ 189. nu. 11.* Lambert. *de*
iurepatron. q 3 lib. 3. art. 11. fol. 17. Tiraq. *de nobil. c.*
20. nu. 143. Surd. *de alim. tit. 4. q. 18. per tot.* Capu-
taq. *dec. 21. nu. 3. p. 1.* Aldobrand *conſ. 31. nu. 8 & 9.*
lib. 1. Imol. *in l. neſennius, 41. in fi. de re iudicat.*
Neque obſtat, quod iſta conditio qualitatis perſona-
6 rum non ſit conſideranda in filio illegitimo, † cū
ſufficiat illum ali iuxta neceſſitatem, & educa-
tionem de iure ciuili requiſitam: Caſſan. *conſ 39.*
nu. 55. Benintend. *dec. 22. n. 5.* Barz. *dec. 129. num. 11.*
& 19. & dec. 69. n. 5. Barbol. *in l. 1. p. 4 nu. 64. D ſo-*
lut. matrim. fol. 199. vbi tenet, quod ſola neceſſitas
ſpectetur, & latè examinat Ludouic. *concl. 1. eclia.*
vbi quod quando præſtantur coactè, non atten-
ditur opulentia patrimonij, ſed neceſſitas: Burſ.
7 *conſ. 62. nu. 20. li. 2.* † Quia verior eſt opinio, quod
non ſolum in naturalibus, de quibus agimus, ſed
etiam ſpuriis, qui ſunt deterioris conditionis, de-
beat attendi dignitas & conditio perſonæ in præ-
ſtatione alimentorum, non autem ſola neceſſitas,
quidquid alij malè ſenſerint, dum conſiderant ſo-
8 lùm neceſſitatem, † Quamuis enim ius natura-
le inſpiciat ſolum, quatenus vitæ ſubueniatur *l. ſi*
paſce, 86. de ſtendit. necare, D. de lib. agnoſcend. Ta-
men ius humanum addidit, vt alimenta præſten-
tur etiam ſecundum ſtatum, & dignitatem perſo-
narum, vnde hoc quoque admittetur in filiis ille-
gitimis, prout in ſpecie concludit Couar. *de ſponſ.*
ſals. c. 8. §. 6. n. 7. & 8. p. 1. fo. 247. Corſet. *ſing. 2. alias*
330. in verbo, ſpurius, Ludouic Molin. *de primoge-*
nit. hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 55. vbi quod ita ſerua-
tur in practica Peregr. *de iur. fiſc. tit. 17. lib. 3. nu.*
72. ver. contra tamen, fol. 166. Spin. *de teſtament. gl.*
16. princ. nu. 101. ver. contrariam tamen ſententiam,
Surd. *de aliment. tit. 4. q. 18 nu. 51. poſt princip. ver.*
ſed etiam ſpurius, fol. 305. vbi etiam allegat Bona-
coſt. *de aequiat canonic. concl. 2.* Tell. Ferdin. *ad l.*
10. taur. nu. 2. Azeued. *ad l. 7. taur. li. 5. tit 8. nu. 16.*
Matien. *lib. 8. ti 8. ordinem gloſ. 1. nu. 10.* Greg. *ad l.*
10. tit. 16. p. 6. in verbo, heredar. Ceuant. *ad l. 10.*
taur. n. 2. & 66. ver. cum, in quaſtione pracedēte. Vin-
cen Franc. *dec. 282. alias 283. incip. legatus per pa-*
9 *trem, n. 18.* † vbi quod iſta opinio eſt verior, & in
forenſibus controuerſiis ſecundum eā iudicatum,

quod ſcilicet tàm qualitas & dignitas patris, quã
conditio perſonarum vnà cum facultatibus ſit
conſideranda in alimentis debitis ſpurijs, cùm
10 ſit inconueniẽs, vt ſola neceſſitas attendatur, † tã-
quam ſit facienda diſtinctio inter filios nobilis, &
diuitis, & inter natos ex pauperibus & plebeis,
Idem Franc. *in addit. ad d. dec. 85. num. 18.* quod
enim voluit Bald. *cõſ. 258. erãt tres fratres. in fi. li. 3.*
11 † vbi quod in alendis ſpurijs & taxatione ali-
mentorum eis facienda inſpicitur pietas, miſera-
tio, & nobilitas patris, quia tractatur de illius ho-
nore, & ſequitur Caccialup. *in l. ſi qua illuſtris. nu.*
92. C. ad orphician. Zuar. *de naturalib. lib. num. 24.*
Gom. *ad l. taur. 9. nu. 40.* bene Genuenſ. Epiſcop.
Iſern. *practicabil. eccleſiaſt. q. 409. nu. 1. & 2.*
Nec facit *tex. in c. cum haberet. in fi. de eo qui dux. in*
12 *matrim. quam poll.* Quia non dicitur ibi, quod ſo-
lum pręſtentur alimenta iuxta neceſſitatẽ natura-
lem, ſed etiã adduntur illa verba, ſecundum quod
eis ſuppetit, & licet ẽt ibi fiat mentio neceſſitatis
tamen ẽt neceſſitas conſideratur in dignitate eius
qui debet ali, prout in terminis declarat Gl. *in c.*
epiſcopus, 4. in verb. neceſſaria & ibi Franc. & Anch.
n. 5. de preb. & notat ẽt in propoſito noſtro Surd. *de*
ali. tit. 4. q. 18. n. 51. ad med. v. & hoc ẽt innuit textus.
Minus facit, quod ſimus in alimentis pręſtandis ob
cauſam miſerationis, quę non debẽtur, niſi iuxta
13 neceſſitatem, † vltra quã non datur exceſſus, Bald.
in l. ſi maritus, D. ſolut. matrim. vbi de marito ver-
gente ad inopiam, cui dantur ſolùm neceſſaria ad
vitæ ſuſtentationem cùm dentur ex cauſa miſera-
tionis, nõ ex aliqua obligatione Rol. *conſ. 24. n. 41.*
li. 1. Quia in quocumq; caſu ſimus, ſemper verior
eſt opinio, quod non varietur modus alimentorũ
14 † ſiue debeãtur ex cauſa miſerationis, ſiue ex obli-
gatione, cũ in vtroq; caſu ſit habenda ratio digni-
tatis, & exiſtimationis, ac conditionis perſonarũ,
prout hanc ſententiam ẽt in marito vergente ad
inopiam dicit eſſe magis veram & receptiorem
Surd. *de alim. tit. 4. q. 18. n. 45. ver. cõtra tamen. n. 46.*
ver. & ideo ſtabit. Cin *in l vnic. § cum autem in fi. C.*
de rei vxor. act. Imol. *in l. ſi maritus, n. 3.* vbi Alex. *n.*
5. Herculan. *n. 3. D. ſolut. matr.* Rim. Iun. *inſtit. quib.*
alien. lic. vel non in fi. n. 362. Alciat. *in l. nepos procu-*
15 *lo in fi. ff. de verb. ſig.* † & ita in praxi ſeruandum eſ-
ſe dicit Lancell. Gall. *conſu. Alex. in verb. ſolidos.*
q. 6. n. 102. cum ſeq. Peregr. *de iur. fiſc. li. 3. n. 72. ver.*
contrarium. Cordubenſ. *in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi*
filius. n. 74. ff. de liber. agnoſc. Campeg. *de dot. p. 3. qu.*
239. Tiraq. *de nob. c. 20. n. 142.* Beit. *conſ. 242. in fi. li. 3*
Immò ẽt in ſeruis conſiderabitur iſta dignitas quoad
16 pręſtationem alimentorum eis faciendam, † & nõ
ſola neceſſitas *l ſed ſi quid inædificauerit. §. manci-*
piorum in fi. vbi Florian. *ff. de vſur.* Cum ẽt ſerui di-
cantur digniores, & magis nobiles alijs, & per Re-
buff. *in l. lege cenſoria. 203. §. itemque de ſeruis. ver.*
17 *atrienſes ff de verb. ſignif.* Intelligendo † dignitatem
pro meliori ſtatu, & conditione iuxta Gloſſ. *in d.*
§. mancipiorum. in verb. dignitas. Rebuff. *in l. nepos.*
proculo. 125. col. vlt. poſt princ. de verbor. ſignif.
Amplius ſi augeatur familia, & dignitas, erunt augẽ-
da etiam alimenta, quamuis prius eſſent minus
18 taxata vigore ſententiæ † etiam acceptatæ ab eo,
qui eſt alendus, cùm ſemper in eis ſpectentur tẽ-
pora, & conditiones perſonarum, quibus dèben-
tur Aldobrand. *conſ. 31. n. 9. tom. 1.* Gozad. *conſ. 95.*
num. 4. poſt med ver. item ſunt augenda. Ang. *conſil.*
357. dominus Gregorius, col. penult. n. 5. ad med. ver.
ſed vbi præſtari. Florian. *in l. ſed & ſi quid. §. manci-*
piorum ff. de vſufr. Doctor. *in l. ſi cum dotem. §. ſin*
19 *autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrim.* † Vnde conſen-
ſus præſtitus taxationi prius factæ de alimentis
non præiudicat filio, qui non poteſt illis renun-
ciare, quamuis etiã pactum fuiſſet iuratum Aym.
conſ. 116. n. 2. & conſ. 189. nu. 3. cum ſemper idem
20 conſenſus debeat intelligi † rebus in eodem ſtatu
manentibus *l. quod ſeruus. ff. de condic. ob cau.* & ita
ſæpius Rota iudicauit iuxta d. conſ. Aldobr. 13.
num 6. de quo per Cardin. Mantic. *dec. 331. num* 5.
In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod non sẽ-
per datur augmentum alimentorum aucta fami-
21 lia, & dignitate eius, qui debet ali, nã † quando ex
conuentione, ſeu ex præcepto teſtatoris taxatur
certa quantitas pro alimentis annuatim præſtan-
dis, tunc nõ datur augmentum, neq; diminutio,
ſed ſolũ promittens tenetur ad quantitatem pro-
miſſam tanquã ſit attendenda mens diſponẽtis, vt
dicit *tex. in l lucius titius. 12 ff. de ali. & cibar. legat.*
l. cũ alimenta. 22. in prin. ff. eod. tit. l. alũnæ. 30. in prin.
ff de adimend. leg. Nat. *conſ. 211. n. 16.* Guid. Pap. *dec.*
8. Cin. *in l. ſi quis argentum q. 2. C. de donat.* Sim. de
Pret. *de interpr. vlt. volunt. li. 4 dubit. 11. n. 45 fo. 427.*
Hoc ſtante dixi non potuiſſe prætendi aliquod au-
gmentum alimentorum ſub pręrextu neceſſitatis
ſuperuenientis occaſione præcepti emanati à ſu-
periore de tenendo equum, cũ obſtet conuentio,
22 † in qua non fuit ſimpliciter promiſſa alimenta-
tio, ſed tantum fuit taxata certa quantitas, ad quã
ſolum tenetur promittens, cum appareat illum in
plus noluiſſe obligari, ita vt iſta promiſſio magis
in quantitate quã in corpore conſiſtat *l. titia ſeio*
teſſeram. 89. in prin. ff. de legat. 2. Gloſ. *in l. cum ali-*
menta. 22. in verb. quantitate, ff. de ali. & cibar. legat.
& in l. ſi ſeruus plurium, 53. §. fi. in verb. conſuetudo.
poſt prin ver. tertium mens quæ colligitur. ff. de legat.
Non obſtat, quod ex cauſa ſuperuenienti receditur
à taxatione alimentorum, & in eis datur augmẽ-
tum, quaſi illa taxatio intelligatur rebus ſic ſtan-
tibus, vt per Rot. coram Card. Mantic. Romana
alimentorũ 22. Maij 1595. quę eſt inter impreſſas
eiuſdem Mantic. 331. ſeu Rot. *diuer. 431. p. 4.* †
23 Quia ibi erant debita alimenta filio non ex iure
alicuius conuentionis limitatæ, ſed iure naturæ,
& ſanguinis, quo caſu præſtanda ſunt ſufficienter
& plenè, quæ ſufficientia non poteſt conſiderari,
quando poſt taxationem factam à Iudice per
modum prouiſionis augetur filio expenſa ratio-
ne familiæ auctæ ob nuptias ſecutas, vel liberos
ſuſceptos, vnde non mirum ſi ob iſtos caſus con-
tingentes non ſtatur primæ taxationi, ſed alia re-
quiritur, cum non poſſet dici ſufficienter alimen-
tatus filius, ſi non daretur iſtud augmentum *l. a. 2.*
in fi. vbi Gloſſ. *in verb. auguri ff. vbi pupill. educ. deb.*
l. fi. §. vlt. in fi ff. de legat. 3. l. cum vnus, 10. in fi. vbi
Gloſſ. *in verb. ætatis ff de alim. & cibar. legat. l. ali-*
menta, 16. § baſilice. vbi Gloſſ. *in verb. ampliaret. ff.*
24 *eod tit.* † & bene explicat Florian. *in l. ſed & ſi quid.*
§. mancipiorum. num. 16 ff de vſufr. vbi quod nun-
quam poſſent dici ſufficienter præſtita alimenta
filio, niſi illa augerentur aucto ſtatu filij, vel æta-
te puellæ per *text. in l. ſicut impendia eod. tit. de*
vſufr. Din. *in l. ſi cum dotem. § ſin autem in ſæuiſſimo.*
D. ſolut.

D ſolut. matrim. Menoch. *de arbitr. caſ.* 169. *n* 4 *fol.* 165. Gonzad. *conſ.* 95. *n* 4 *ad med.* Aldobr. *conſ.* 31. *n.* 9. *li* 1. Sim de Pret. *de interpretat. vlt. volunt. li.* 4. *dubit.* 11 *n.* 58. *in fi. & n.* 69 *in fi. fol.* 428 poſt Speculat §. 1 *col. pen. ver. debet autem accipi modus, quo filij ſint legit.* Io Lecirier. *de primog lib.* 1. *ca.* 3. *nu.* 9.

Aliud eſt quando, provt in caſu noſtro, alimenta debentur ex conuentione taxata per eum, qui non
55 tenebatur alere, †tunc enim apparet, quod partes non voluerunt ſuffi ienter prouidere de alimentis, ideò non attenditur, quod creſcat ſtatus eius, cui fuit promiſſa certa quantitas pro illis præſtãdis, ſed præualet taxatio, ſeu determinatio, & limitatio promiſſa *l. cum certus* 5. vbi Gloſ. *in verb. taxationis, D de tritic. vin. & oleo legat.* cum alijs ſu-
56 prà allegatis. †Nemo enim tenetur prȩſtare vltrà quam promiſit *ſi quis in conſcribẽdo. C. de pact.* & in propoſito noſtro explicat Surd. *de ali. q.* 24 *tit.* 4 *n* 6 vbi ex hoc concludit, quod ſi quis ſibi ſti-
57 pulatur alimẽta †non intelligetur in tali ſtipulatione perſona extrinſeca, quamuis etiã eſſet vxor, quæ licet faciat vnum corpus cum viro, Tamen alimenta patiuntur diuiſionem, & ſeparationem, cum alia ſint illa, quæ præſtantur viro, alia autem, quȩ prȩſtitur vxori *l. ſi non ſortem,* 56. §. *libertus D. de condict indeb.* & declarat etiam Cordubenſ. *in l. ſi quis à liberis, §. non tantũ, n.* 66. *D. de liber agnoſc.* Cal ler. *conſ.* 3. *ad fi. ver. tamen illa vxor, de teſtam.*

Et quidem ſi propter quamcunq; neceſſitatem ſuperuenientem teneretur promittens augere taxationem conuentam, eſſet multum læſiua tranſactio, & contra veriſimilem mentem promittentis, qui ideò ſe obligauit ad certam quantitatem,
58 vt eſſet certus ad quid teneretur, †cùm aliàs promiſiſſet potius in genere alimenta, ſi voluiſſet ſufficienter illa præſtare, & ea quacumque cauſa augere, ideò non eſt grauandus debitor vltra illud, ad quod veriſimiliter non ſe obligaſſet Bald. *in l. cum acutiſſimi, col.* 1. *C. de fideicomm.* cum alijs per Tiraq. *in l ſi vnquã in præfat. n.* 56 *C. de reuoc. donat.* Maximè quia tempore tranſactionis aduerſarius erat miles, vnde non poteſt dici quod ſuperuenerit cauſa, quæ à partibus non potuerit præuideri, tunc enim non obſtat, quod ex aduerſo dicitur diſpoſitionem eſſe intelligendam rebus ſic ſtanti-
59 bus, †quia hoc procedit, quando nullo modo cauſa ſuperueniens potuit præuideri, ſecus ſi aliquo modo etiam in genere poſſibilis fuit cogitatio. Natt. *conſ.* 125. *n.* 18. *cum ſeq.* Ruin *conſ.* 105. *in fi li.* 5. *per tex. in l. planè D. vt poſſeſſ. legator.* Oſaſc. *dec.* 91. *n.* 16. Alciat. *præſump.* 16. *n.* 6. *in fi. ver. fallit quarto, reg* 2. & notant Bart. & Bald. *in l. fi. C. de ſponſalib.* Angel. *in l. nemo carcerem. C. de exactorib. tributor. libro* 10. Imol. *in l.* 2. *in princ. D. ſolut. matrim.*

EPITOME.

Præſcriptio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo an requiratur in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli. ¶ Et quid in ea, quæ fit æquè principaliter an ſufficiat quadragenaria ſine titulo, cum bona fide. ¶ Vnio qualiter probetur. ¶ Et quo caſu dicatur odioſa. ¶ Et quando fructus ſpectent ad locum vnitum. † Legatum Eccleſiæ pro miſſis celebrandis an cenſeatur factum contemplatione perſonæ Sacerdotis. ¶ Et an ei datur actio ad illud conſequendum. ¶ Celebratio miſſarum an competat ratione ordinis, ſeu ratione Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficij probatur ex conceſſione Papæ, ſeu Epiſcopi, vel præſcriptione cum titulo, & curſu quadraginta annorum, ſeu immemorabili, n.* 5. 7. *&* 8.

2 *Epiſcopus tenetur vnionem facere, ſi apparet de cauſa legitima vniendi.*

3 *Fructus ſpectant ad dominum etiam ſi alius ſeuerit fundum nomine proprio.*

4 *Vnio dicitur odioſa & nu.* 16.

6 *Fructus debent reſtitui, ſi non conſtat, quod vnio ſit legitimè facta.*

9 *Præſcriptio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo requiritur in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli, ſecus in ea, quæ fit æque principaliter, in qua ſufficit quadragenaria ſine titulo cũ bona fide.*

10 *Rector poteſt agere ad legatum ſuæ Eccleſiæ relictum.*

11 *Legatum Eccleſiæ pro miſſis celebrandis pro anima teſtatoris cenſetur factum contemplatione perſonæ Sacerdotis.*

12 *Labor cohæret perſonæ.*

13 *Celebratio miſſarum competit ratione ordinis non ratione Eccleſiæ.*

14 *Exactiones factæ per eum, qui prætendit eſſe in poſſeſſione exigendi non præiudicant, ſi non probetur ſcientia, & patientia Rectoris.*

15 *Vnio fit plurib. modis, ex quib. varij reſultant effectus.*

CAPVT DCXIV.

Deciſio huiuſmodi cauſȩ pendet ex facto, ſi n conſtet de vnione Altaris S. Antonij de Padua a l fauorem Confraternitatis Sãctiſſimi Corporis Chriſti, & quidem videtur prima facie concludendũ affirmatiuè, quod appareat de tali vnione, quia de anno 1565. Franciſcus Piacinus legauit ſcut. 200. Confraternitati cum conditione, vt procuraret ab Archiepiſcopo vnionem prȩfatam, provt in executionem prædicti legati idem Archiepiſcopus conceſſit licentiam vniendi vt dicitur conſtare ea annotatione facta in libris confraternitatis per quam etiam poſteà fuit obtentum à Sanctiſſmo vt d. altare eſſet priuilegiatum, cum multis impenſis factis in conſtructione, & ornatu eiuſdem capellæ, ex quibus omnibus, ex alijs videtur probata vnio, cùm præſertim non ſit veriſimile, quod ordinarius in viſitatione permiſiſſet iſtam capellam permanere in d. ſtatu, ſi verè
1 non vniſſet, †nam virtualiter de vnione conſtat, cùm talis confraternitas non poſſet alio modo d. capellam obtinere, quàm ex largitione Epiſcopi, vel conceſſione Papæ, vel præſcriptione cum titulo, & curſu 40. annorum *Vual. in clem. frequens. n.* 97. *vſq. ad* 100. *de exceſſib. prælator.* Card. Seraph. *dec.* 1304. *in fi.* Maximè cùm præſupponatur adfuiſſe cauſam vniendi, tamquam locus iſtius capellæ eſſet informis, & immundus cum alijs ad-
2 ductis in facto, † ea quibus apparet de cauſa legitima vniendi, ob quam Epiſcopos tenetur vnire *Archid. in c. & temporis.* 16. *q.* 1. *Caccial ap. de vnion. art.* 3 *in fi. Mandoſ. reg.* 15. *q.* 6. *n.* 4. *Fuſc. de viſu. lib.* 2. *qu.* 26. *n.* 50. *in fi.* Præſuppoſita igitur d. vnione fructus debentur capellæ, ad cuius fauorem facta
3 eſt vnio† tanquã fructus ſpectent ad dominum *c.* 2. *&* 3. *de vſur. c. conqueſt. eod. tit. l ſi dominũ C. de pignorib l.* 2. *&* 31. *C. de pignorat. act.* Surd. *cõſ* 53. *n.* 3. *lib.* 1.
4 *Cephal. conſ.* 3. *n.* 71. *vſq; ad* 84. *li.* 1. † Etiamſi alius

ſeuerit fundum proprio nomine, nam fructus nõ
iure ſeminis, ſed iure ſoli percipiuntur *qui ſcit fū-*
dum 25. in princ. D. de vſur. Surd. *d. conſ. 53. n. 3. li. 1.*
Verum eſt dubitandum an probetur talis vnio, cum
enim ſimus in materia odioſa. Rot. *diuer. dec. 557.*
5 *num 5. li. 1.* † nun videntur ſufficere præſumptio-
nes allegatæ, ideò opus eſſet illius probatio fiat
per inſtrumentum ſeu per literas vnionis, & ſcri-
pturas authenticas, ſeu priuilegia Apoſtolica, &
præſcriptionem immemorabilem Aym. *conſ. 258.*
n. 10. & 11. cum alijs per Garz. *de benefic. p. 12. c. 2.*
§. 3. n. 226 fo. 418. vbi quod ſolo verbo, aut facto nõ
debent vniri beneficia, & ſi ita fiant vniones paſ-
6 ſim irritantur, † & fructus interim tanquam malè
percepti reſtituuntur, provt accidiſſe teſtatur Be-
neuenti, vbi quædam beneficia erant vnita ſemi-
nario ſolo verbo, & facto, & per Nuntium Apo-
ſtolicum fuit lata ſententia reuocationis talium
vnionum cum condemnatione reſtitutionis fru-
ctuum, quod etiam ita accidiſſe Beneuenti notat
Zerol. *in prax. p. 1. in verb. vnio, §. 8.*
Et quamuis poſſit etiam probari vnio ex diuturnita-
te temporis, quæ in caſu noſtro videtur adeſſe. Fe-
lin. *in ca. ex parte, num. 2. de teſtib. & in ca. cauſam*
quæ, nu. 3. de præſcriptionib. Menoch. *præſumpt. 80.*
7 *nu. 2. & 3. lib. 6.* † Tamen non ſufficit ſolum tem-
pus quadraginta annorum, ſed debet adeſſe etiam
titulus putatiuus dans cauſam præſcribendi, cum
etiam vnio poſſit præſcribi, vel requiritur tem-
8 pus immemorabile, cum probatione, quod † be-
neficium ſemper fuit poſſeſſum tanquam vnitum,
prout multis auctoritatibus, & deciſionibus Ro-
tæ comprobat Garzias, *de benefic. p. 12. c. 2. §. 3. nu.*
235. vſq; ad 240. Aym. *conſ. 255. n. 11.* Oſaſc. *dc. 116.*
n. 11. & 12. Caputaq. *dec. 347 p. 3.* Put. *dec. 209. li.*
2. Felin. *conſ. 2. col. 1. & in ca. ſi diligenti nu. 21. de*
9 *præſcripti.* Menoc. *præſumpt. 80. n. 5. li. 6.* † Maximè
quando ſumus in vnione acceſſoria, & extincti-
ua tituli, quicquid ſecus ſit in vnione æq; princi-
paliter, in qua quodlibet beneficium remanet in
ſuo ſtatu, & retinet nomen iura, & ſolum agitur,
vt vnus ſit rector vtriuſq; tunc enim non reſiſtit
ius commune, ideò in ea non erit neceſſaria im-
memorabilis, vel quadragenaria cum titulo, ſed
ſufficiet quadragenaria ſine titulo cum bona fi-
de, vt per Rot. coram Card. Blanchetto Tiraſo-
nen. iuris præſentandi. 16 Martij, & 16. Octobris,
1592. & in eadem cauſa coram R. P. D. Litta. 21.
Octobris, 1594. quarum deciſionum tenorem po-
nit Garz. *de benefic. p. 12 ca. 2. §. 3. n. 240. fol. 420.*
Nec videtur obſtare, quod hæc capella fuerit dilata-
ta, & ad maiorem ornatum Eccleſiæ incorporata
capellæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti. Nam ex iſtis
actibus non poteſt deſumi clara probatio vnio-
nis, Præſertim quia conſtat Capellaniam fuiſſe, &
eſſe in ſtatu collatiuo, cum antea poſſideretur per
Gentiluccium, per cuius reſignationem fuit pro-
uiſus Antinutius à Clem. VIII. fœlicis recor-
10 dat. † vnde ad eum tanquam Rectorem ſpectat
ius agendi ad legatum tuæ Eccleſiæ relictum *ca.*
cū deputati, de iudic. clem. 1. de reſcript. Petr. Vbald.
de canonic. epiſcopal. & parochial. c. 4. q. 15. num. 3.
11 *tom. 15. p. 2. fol. 211.* † Maximè quando legata fi-
unt pro miſſis celebrandis pro anima teſtatoris
legantis, quo caſu cenſetur legatum contempla-
tione perſonæ Sacerdotis, qui debet miſſas cele-
brare, id eſt pro labore ipſius; qui labor cohę-
12 ret perſonæ † *l. ſcio. D. de annuis legat.* cum etiam
celebrare competat ratione ordinis, & non ratio-
13 ne Eccleſiæ † *cap. 1. de celebr. miſſar.* vnde magis
legatum debetur tali perſonæ, non autem Eccle-
ſiæ. Petr. Vbald. *de canonic. epiſcop. & parochial. c. 7.*
n. 57. & 58. tom. 15. p. 2. fol. 218.
Et cum hodie agatur in petitorio, ad quem ſpectet
exactio huiuſmodi legati, non eſt attendendum,
quis ſit in poſſeſſione exigendi, quamuis neque
obſtaret, quod Confraternitas exegerit alia lega-
ta facta capellæ ſancti Antonij, cum non probe-
14 tur, † quod tales exactiones fuerint factæ cū ſcien-
tia, & patientia Rectoris, ideò illi non præiudi-
cant. Rip. *in ca. cum Eccleſia ſutrina, nu. 14 de cau.*
poſſ. & proprietat. per l. 2. vbi omnes notant *C. de*
ſeruit. & aqua. Alex. *conſ. 16. n. 13. li. 5* Felin. *in cap.*
de quarta, n. 41. de præſcrips. Caputaq. *dec. 418. p. 2.*
Ferret. *conſ. 58. n. 6.* Rot. *diuer. dec. 805. n. 7. p. 1.* cum
alijs per Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloſſ. 45. §. 2. n. 32.*
Et teſtes, qui adducuntur pro verificanda vnione,
non concludunt, cùm ſolum deponant de con-
ſtructione noui altaris, de loco, & de ſitu, & quod
fuit factum in vim teſtamenti q. Piazzini de anno
1565. Vnde arguitur tranſlatio capellæ antiquæ
in capellam de nuuo fabricatam, non autem ſup-
preſſio, & ſic remanſit in priſtino ſtatu collatiuo,
ideo erat probanda in ſpecie ſuppreſſio, & quo-
15 modo & qualiter fuerit facta vnio, † cum etiam
vniones fiant multis modis, vel vt ex duabus Ec-
cleſiis, & capellis fiat vna, vel vt vna capella alte-
ri ſubjiciatur, ſeu vna alteri acceſſoriè, ſeu duarum
Eccleſiarum inuicem æque principaliter, ex qui-
bus diuerſis modis vniendi varij reſultant effe-
ctus, vt per Garz *de benefic. ca. 2. in princ. numer. 7.*
cum ſeq fol. 397. Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloſſ. 5. §.*
7. Put. *dec. 442. lib. 1.* poſt Gloſſ & alios *in c. & tem-*
poris, 16. q. 1. Hoied. *de incompatib. benefic. p. 2. cap.*
3. nu. 2. Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. de vnionib.*
Quare cum teſtes non concludant quomodo ſit fa-
cta talis vnio, nec probent qualitates illius, non
infertur quod ſimus in vnione extinctiua tituli,
16 quod erat ſpecificè probandum, † cum aliàs ta-
lis vnio non præſumatur tanquam odioſa. Cal-
der. *conſil. 13. ver. item vnio, de reb. Eccleſ. non alie-*
nand. Aym. *conſi 258. num. 10.* Federic. Decian. *con-*
ſil. 232. viſo tenore bullarum, numero 3. ad med. col. 3.
in princ. Bellam. *conſil. 3, col. 14.* tanquam ſit ſpecies
ſeruitutis, & graue afferat præiudicium Eccleſiæ
vnitæ, quia priuat eam Rectore proprio, quem
debet habere quælibet Eccleſia: *cap. præcipimus,*
16. queſt. 1. cap. ſanctorum canonum. 70. diſtinct.
Aym. *conſil. 258. num. 10* Et per conſequens, ſtan-
tibus prædictis, non videtur eſſe tutum in huiuſ-
modi vnione ſe fundare, ſalua ſemper meliori ſẽ-
tentia, cum hæc ſcripſerim. vt ſatisfacerem amico,
cui potius contrarium votum dediſſem, ſi allega-
tæ rationes non vrgerent, quibus non fuit rectè
reſponſum, provt etiam exitus comprobatur, cū
per quatuor vices huiuſmodi cauſa fuerit in Rota
propoſita, & ſemper abſque vlla contradictione
deciſum pro inualiditate vnionis excludendo
Confraternitatem à conſecutione legati, de quo
agebatur, vt latius continetur in deciſione co-
ram R. P. D. Caualerio Beneuentana legati No-
uembris, 1616. & 1618.

EPI-

EPITOME.

Vſufructuarius an dicatur dominus rei, in qua habet vſumfructum. ¶ Et quando ad eum ſpectet renouatio inueſtiturarum antiquarum, & noua conceſſio, laudemium, & vtilitas prouenieus etiã ex iuribus incorporalibus. ¶ Ingreſſus ſolus in fundum an ſufficiat, vt quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione vſusfructus, vel requiratur aliquis vſus, & exercitium illius. ¶ Et quid in ſeruitutibus ruſticis, & vrbanis. Poſſeſſio an acquiratur per actum præparatorium ad vſum. ¶ Dictio, eumve, quando ſit copulatiua, ſeu disiunctiua. ¶ Seruitus aquæductus, & tigni immittendi quando incipiat. ¶ Proconſul ingrediendo prouinciam an acquirat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis abſq; alio vſu. ¶ Poſſeſſio ex quibus probetur. ¶ Et an ſit neceſſaria perceptio fructuum. ¶ Oblectamentum quando ſit pretio æſtimabile. ¶ Et an pro eo aliquid debeatur. ¶ Multa de iſtis oblectationibus quoad Muſicos, Cantores, citharedos, & ſimiles. ¶ Salarium quando ſit præſtandum. ¶ Alienæ menſæ appetentes quare vocentur Myconij ¶ Et de venientibus ad conuiuia quãuis non ſint vocati cur dicantur Vmbrę. ¶ Probata poſſeſſione, an ſit probata perceptio fructuũ. ¶ Manutentio quo ad ſcamnum, ſepulturam & ædificium an comprehendat manutentionem in iure ſedendi, & vſu ſepulturæ, ac vſu ædificij, ad quem idem ædificium erat deſtinatum.

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus ſolus in fundum, non ſufficit, vt quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione vſusfruct. ſed requiritur aliquis vſus, & exercitium illius, cum ſcientia, & patientia aduerſarij, numero 4. & 5. Contrarium eſt verius, numero 7. 8. 9. 17. & 36.*

2 *Dominium poteſt acquiri ſine poſſeſſione ex ſola traditione, vel apprehenſione rei corporalis, & n. 10.*

3 *Fundus eſt diuerſus à iure incorporali ſeruitutis, vel alterius iuris, quod in eo debet acquiri.*

6 *Vſus ſeruitutis, & ſimilium iurium quomodo probetur remiſſiuè.*

11 *Vſufructuarius dicitur dominus rei in qua habet vſumfructum, & numero 17.*

12 *Renouatio antiquarum inueſtiturarum ſpectat ad vſufructuarium, prout laudemium, & omnis vtilitas proueniens etiam ex incorporalibus, quidquid ſecus ſit in noua conceſſione.*

13 *Poſſeſſio acquiritur per actum præparatoriũ ad vſum.*

14 *Quaſi poſſeſſio hauriendi aquam dicitur acquiſita faciendo riuum vel foſſam.*

15 *Proconſul ingrediendo prouinciam acquirit quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis abſque alio vſu.*

16 *In ſeruitutibus ruſticis, & vrbanis an quæratur ius, & quaſi poſſeſſio per ſolam inductionem in fundum, numero 19. 20. & 23.*

18 *Vſufructuarius naturaliter poſſidet fundum in quo habet vſumfructum.*

21 *Ius incorporale, & ſeruitus realis acquiritur eiſdem modis, quibus vſusfructus, & numero 22.*

23 *Seruitus aquæductus nõ incipit antequam fiat riuus, per quem ducatur, prout ſeruitus tigni immittendi in qua requiritur, quod fiat foramen, nu. 25. & 26.*

28 *Dictio, eumve, quando ſit copulatiua, vel disiunctiua, numero 29. & 30.*

31 *Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum.*

32 *Subſtantia poſſeſſionis non conſiſtit in perceptione prouentuũ, ſed potius efficacia, vtilitas, & eius effectus.*

33 *Poſſeſſio etiam acquiritur abſque eo, quod fructus percipiantur, cum ſufficiat cultura agri, vel quid ſimile, numero 34. & 35.*

37 *Poſſeſſio domus probatur per ſimplicem habitationẽ, & per ſolum aſpectũ, n. 38. & per ſimplicẽ deambulationẽ, ſi cõſtat de animo, & cauſa poſſidendi. n. 39*

40 *In rebus ſterilibus ſufficit ſolus vſus ipſius rei.*

41 *Oblectamentũ idẽ operatur, quod fructus in re fructifera, & eſt pretio æſtimabile, n. 43. Intellige vt n. 45.*

42 *Fructus non ſolum conſiſtunt in his, quæ ſunt deſtinata ad eſum, vel potum, ſed etiam in aliis, quæ conferunt ad vſum vitæ.*

44 *Percipiens fructus ex fundo alieno tenetur ad eorum reſtitutionẽ, dummodo non ſint bona fide conſũpti.*

46 *Salarium debetur, ſi præſtans ſeruitium erat ſolitus locare operas, & recipiens conducere.*

47 *Ex oblectamẽto an aliquid debeatur, n. 48. 49. & 50.*

51 *Voluptas quando ſit merces voluptatis, & de Muſicis, Cantoribus, Citharedis, & ſimilibus multa, numero 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 68.*

59 *Apud Græcos honeſtum habebatur ſcire canere.*

60 *Rex Scytarum iucundius audiebat hinnitum equi, quàm cantum.*

61 *Oblectationes quales ſint vitandæ.*

62 *Promptus, & ad ridendum ſuauis inuitatur ab omnibus ad conuiuia, numero 63.*

64 *Vmbræ vocantur, qui veniunt ad conuiuium comites eorum, qui ad illud ſunt vocati, & vnde hoc originem habuerit, numero 65.*

66 *Liguritores, ſeu Myconij erant alienæ menſæ appetentes, & quare ſic dicti, numero 67.*

69 *Probata poſſeſſione dicitur etiam probata perceptio, ita vt talis poſſeſſor teneatur ad illorum reſtitutionẽ.*

70 *Manutentio cõceſſa quoad ſcamnũ comprehẽdit etiã manutentionem in iure ſedendi in eodem ſcamno.*

71 *Poſſeſſor ſepulturæ dicitur eſſe in poſſeſſione illius vſus.*

72 *Habens poſſeſſionem ædificij cenſetur etiam habere vſum ad quem ædificium erat deſtinatum.*

CAPVT DCXV.

POſt donationem bonorum, de quibus agebatur, orta eſt controuerſia inter donantem & donatariũ, quis eorum eſſet manutenẽdus in poſſeſſione rerum donatarum, & cum multæ rationes eſſent conſideratæ ad effectum excludendi eumdem donatarium à prætenſa manutentione, fuerunt omnes illę omiſſę, donec prius videretur, an noua ratio adducta ſubſiſteret in iure, quod videlicet nulla probetur poſſeſſio ex parte dicti donatarij. Nam ei non fuit facta aliqua donatio eorumdem bonorum, cum ſolum illi fuerit dona-
1 tus vſusfructus illorum, † vnde non ſatis fuit probaſſe Aduerſario ingreſſum, & introductionem in fundum, cum ex illo ſolummodo quæratur ius reale ſeruitutis, & vſusfructus, non tamen aliqua poſſeſſio vel quaſi, nam ad effectum acquirendi iſtam poſſeſſionem requiritur etiam aliquis vſus, ſeu exercitium illius, ſine quo traditio, vel indu-
2 ctio rei non ſufficit, † nam ſicut poteſt quis acquirere dominium ſine poſſeſſione ex ſola traditione, vel apprehenſione rei corporalis ſine eius poſſeſſione *l. ſi fundum, ff. de fund. dotal. leg. cum res, vbi Gloſſ. ff. de probat.* Ita quis poteſt acquirere ius incorporale ſeruitutis, vel alterius iuris dominiũ, & illius proprietatem per ingreſſum, & inductionem in fundo ſine acquiſitione poſſeſſionis talis iuris dominij, & ſeruitutis, tanquam vnum ius ſit

3 diſtinctum ab alio, † diuerſus eſt enim ipſe fun-
dus à iure incorporali ſeruitutis, vel alterius iuris,
quod in eo debet acquiri, *l. 3 ff. de acq. poſſ l. 3. §. ſi*
item, ff de act. emp. l. quoties, ff. de ſeruit. l. ſeruitutes, l.
4 *ff. eod. tit l. ſequitur, §. ſi viam ff de vſucap.*

Et ita in ſpecie, quod requiratur vſus, & non ſuffi-
4 ciat ſolus ingreſſus ad hoc, † vt quis dicatur eſſe in
quaſi poſſeſſione vſusfructus, & ſimilis ſeruitutis
concludit latè Franc Aret. *in l. poſſideri. 3. col. 1. &*
2. n 2. in fi. cum ſeq ff de acquir poſſeſſ. vbi teſtatur de
communi opinione, & reſpondet omnibus, quæ
in contrarium adducuntur, quod etiam ib. ſequi-
tur Alex. *col. 3. ad med. ver. hec non procedit, n. 14. &*
col. 6. in fi ver. vbi per apprehenſionem rerum, nu. 55.
& latè etiam comprobat Rebuff. *de mater. poſſeſſ.*
in præfat. n. 151. v q, ad nu 156. Bald. *in c. 1. in princ.*
col. 5 poſt med. ver. conſidera dominus qui pleno iure
poſſidet, n. 5. quod ſit inueſtitur. Ang Aret. *in §. ſi fi-*
nium, quod eſt vltim. col 4. ante med. ver. 5. caſu aut
res non ſunt omnino incorporales, n 3 inſtit. de offic. iu-
dic. Innoc. *c. in literis, 5. n. 6. & 8. de reſtit ſpoliat. &*
in c. 1. in fi. ver. & idem quod dicit, de immun. eccleſ.
Bald. *in l. 1. n. 7. in fi C. de ſeruitutib. & aqua, & in l.*
2. n. 10. C. eod. tit Roſental *de feud. c. 10. conclu. 3 t. n.*
7. fo 114. & c 15 conclu. 15. n. 85. poſt prin fol 375. Me-
noc *de retin. poſſ. remed. 3. n. 147.* Capic. *dec. 57. n. 1.*
5 Gail. *obſeruat. 66 n. 5. li. 2.* qui † omnes concludunt,
quod requiratur vſus ipſius iuris & ſeruitutis, cũ
ſcientia, & patiẽtia aduerſarij iuxta *l. quoties, la ſe-*
conda, ff. de ſeruitutib. & multa etiã adducit Couar.
in c. poſſeſſor. p. 2. in pr. n 6. & 8. Menoc. *de arbit. caſ.*
6 160. & ibi *fo. 161.* † & quã plura d · huiuſmodi vſu
probando adducit Peer. *de fideicom. q. 12. n. 72. vſq,*
ad n. 285. Caſtill. *de vſufrn. c. 12. n. 55. vſque ad 29.*

Verum ne in litibus immoremur, In prædictia ob-
ſeruandum eſt quod non videtor tuta iſta opinio,
nam contraria ſententia communiter recipitur,
7 † quod tam ius reale ſeruitutis, & vſusfructus, &
alterius iuria, quam etiam poſſeſſio plena, perfe-
cta acquiratur per ingreſſum & inductionem in
fundo, etiã ſine probatione alicuius vſus, & exer-
citij, provt eſt text. in terminis *in l. 3. in princ. ver.*
dari ff de vſufr. l. 1. §. traditio. ff. de ſeruit. ruſtic præ-
dio. l. ſi ego, §. 1 ff de publ c. l. ſi partem, 19. quemadm.
8 *ſeruit. amitt. l. via iter, ff. de ſeruit.* † & ita per præ-
dicta iura, & multas rationes latè concludit Go-
meſ *var. reſol. tom 2. c. 15. de ſeruit. nu. 25 fol. 273.*
quod prius voluit Caſtr. *in d. l ſi partem, nu. 1. poſt*
med ver. ſed oppono quod ee ipſe, ff. quemad. ſeruit.
amit. & in l. 3 in princ n 2 ver. per quem modum. vbi
Soc. *nu. 15. vſq, ad 55. ff de acquir. poſſeſſ.* Milius, *in*
verb. poſſeſſ. iuris vſusfructus acquiritur eo quod quis
ingreditur, f 317. col. 5. Rip. *in c. cũ Eccleſia ſutrina,*
n. 57. vſq, ad 64. de cauſ. poſſeſſ. & propriet Anchar.
in c. ſine poſſeſſione, 3. col. 13. poſt. med ver. vel dic. &
melius quod aliud eſt in vſufructuario, de regul. iur.
n. 6. Caſtil. *de vſufr. c. 15. n. 59. vſq; ad 19.* vbi etiã al-
legat Anto. de Leo. *in l. 5 n. 3. in fi. ff. de ſeruitutibus,*

Neq; obſtant Doctores ſuprà allegati, qui contra-
9 rium tenent, Quia omiſſo † quod loquuntur con-
tra communem opinionem, & contra tex. expreſ-
ſum *in l 3. in prin. ff de vſufr.* & alia circa ſuperius
adducta, Reſpondetur quod præter Franciſ. Aret.
& Ang Aret. alij doctores ſolùm firmant illam
concluſionem, quod requiritur vſus & exercitiũ,
vt ſit acquiſita poſſeſſio in iurib. incorporalibus,
quod non negatur, ſed aliud eſt quando adeſt in-
greſſus, & inductio in fundum, tunc enim non eſt
neceſſarius aliquis vſus, cũ duobus modis acqui-
ratur talia poſſeſſio, & per vſum & patientiã, quo
caſu nõ requiritur aliqua inductio in fundum, &
etiam per ingreſſum, & inductionem, & tunc non
requiritur alia probatio vſus, provt in propoſito
ita reſpondet Rip. *in ca. cum eccleſia ſutrina, nu. 58.*
in prin. & n. 60. in fi. de cauſ. poſſ. & propriet. Soc. *in l.*
poſſideri, 3. in prin. n. 17 cum ſeq ff. de acq. poſſeſſ.

Quoniam ratio eſt, quia ſicut ſolet acquiri dominiũ
10 & poſſeſſio per traditionem rei corporalis † *l tra-*
ditionibus, C. de pact. Ita dicendum eſt, quod per
traditionem fundi acquiratur quaſi poſſeſſio iu-
ris vſusfructus, qui eſt pars dominij integralis *l.*
11 *4 in princ. ff. de vſufr.* † Ideo vſufructuarius dici-
tur ſæpiſſimè dominus rei *l. qui vſumfructum, in fi.*
ff. ſi vſufru. petat, l. cum filius, § dominus ff. de leg. 2.
Menoch. *conſ. 66. n 3. li. 1,* vbi etiam ex hoc con-
cludit, quod renouatio antiquarum inueſtiturarũ
12 Eccleſiaſticarum † ſpectat ad vſufructuarium,
quidquid ſit in noua conceſſione, vnde etiam ad
eum pertinet laudemiũ, & omnis vtilitas prone-
niens etiam ex incorporalib. *l. vxori, de vſufru. le-*
ga. Albec. *in rubr. C de vſufr. q. 1.* Bellon. *conſi. 6. nu.*
57. Menoch *d. conſil. 66. per tot.* de quo per Rot.
dec. 394. n. 2. p. 2. in recentior Et ita in ſpecie hanc
rationem admittit. Soc. *in l. poſſideri. 3. nu. 20. & 2.*
ff. de acqu. poſſ. & ſequitur Gomeſ *var. reſol. tom. 2.*
c. 15. n. 25. ver. & vltra eos confirmari.

Cùm etiam vſufructuarius intrando fundum dica-
tur facere actum ſaltem præparatorium illi vſui
quamuis fructus non capiat, Vnde cum talis actus
13 conueniat vſui, † dicitur etiam acquiſita poſſeſſio
per huiuſmodi actum præparatorium, tanquã ſuf-
ficiat ad illam acquirendam, quod adſit exercitiũ
circa præparamentum ad vſum, provt in terminis
iſtam rationem adducit Rip. *in c. cum eccleſia ſutri-*
na, n. 57. in prin. & n. 58 in fi. ver. vnde conſidera, &
n. 61. in fi. de cau. poſſeſſ. & propriet. iuxta l. partem, ff.
14 *quemad. ſeruit. amittat.* † vbi faciendo riuum, vel
foſſam acquiritur quaſi poſſeſſio ducendi aquam,
quemadmodum etiã dicimus de Proconſul, quĩ
ingrediendo prouinciam acquirit quaſi poſſeſſio-
15 nem iuriſdictionis abſq; alio vſu, † quaſi talis in-
troitus cum apparatu tangat actum præeminen-
tię. & iuriſdictionis *l. 1. ff de off. proconſ. & legat.* In-
telligendo vt per Rip *in d. c cũ eccleſia ſutrina, n. 62*

Et in vſufructuario prædicta magis procedunt, cum
16 omnes doctores communiter diſtinguant, † quod
in alijs ſeruitutibus tam ruſticis, quam vrbanis
non quæratur ius, nec poſſeſſio per ingreſſum, &
introductionem in fundo, ſed neceſſario requira-
tur vſus acquirentis cum ſcientia, & patientia ad-
uerſarij, provt intelligitur *l. quoties, la 2. D. de ſer.*
Cum aliud ſit in vſufructu, in quo ſufficiet ſolus
ingreſſus, & ſola inductio in fundum iuxta *l. 3. in*
17 *prin. ver. dari, D. de vſufruct.* † tamquã vſusfructus
ſit pars dominij, vt dictum eſt, *l. 4 D. eod tit.* Ideò
concedendum magis eſt, quod vſusfructus acqui-
ratur per apprehenſionem fundi. Cum etiam vſu-
18 fructuarius naturaliter poſſideat fundum, † in quo
habet vſumfructum *l. naturaliter, D. de acqu. poſſ.*
Quod non eſt in alijs ſeruitutibus, & iuribus in-
corporalibus Gomeſ. *variar. reſolut. to. 1. c. 15. n. 25.*
verſi. rurſus etiam confirmari poteſt, fol. 273. colum. 4.
ad med.

19 *ad med.*†& iſtam diſtinctionem ponit Innoc.*in c.*
*in literis,col.fi.n.12.*vbi Io.Andr *col.7. ad fi.v.item*
aliud eſt in vſufructuario,de reſtitut.ſpoliat. Butr.*in*
*c.fi.col.7.n.22.de cau.poſſeſſ.& propr.*Anchar.*in c.ſi-*
ne poſſeſſione,3.col.13.ad med.v.ita eſt in acquiſitione
quaſi poſſeſſionis ſeruit.q.1. n.8.de reg.iur.in 6.f.617.
Quamuis etiam verior ſit opinio, quod ſine aliqua
diſtinctione, ſed ſimpliciter, & abſque vlla diffe-
20 rentia, † idem operatur ingreſſus & inductio in
fundum in cœteris ſeruitutibus ad effectum ac-
quirendæ poſſeſſionis ſine alio vſu, quod opera-
tur in ſeruitute vſusfructus ad fauorem vſufru-
ctuarij,provt latè comprobat *Gomeſ. var. reſolut.*
tom.2 ca.15 n.25.ver ſed licet iſta concordia,fo.273.
21 *col.4 poſt med.iuxta l.via,iter,ff.de ſeruitutib.*† vbi
ſeruitus realis, vel aliud ius corporale acquiritur
eiſdem modis, quibus vſusfructus, provt paſſim
æquiparatur acquiſitio iuris, & poſſeſſionis tam
22 in vſufructu, quàm in cæteris ſeruitutibus † *l. ſi*
ego 13.§.1.ff de publician.in rem action.& ita etiam
ſequendo opinionem Gomeſ. abſque alia diſtin-
ctione comprobat Caſtill. *de vſufr.c.12. num.34.*
Intelligendo tamen prædicta in ſeruitutibus,ad qua-
rum vſum non requiritur quod aliquod opus fiat
23 in re ſeruiente,†vt in ſeruitute itineris,viæ,vel al-
tius non tollendi,ſeu hauſtus aquæ,vel ſimilium,
in iſtis enim datur æquiparatio ad acquirendam
poſſeſſionem per ingreſſum in fundum, provt in
24 vſufructu,cum aliud ſit in illis ſeruitutibus, † ad
quarum vſum requiritur, quod aliquod opus fiat
in re ſeruiente, vt in ſeruitute aquæductus, quæ
non incipit,antequàm fiat riuus,per quem duca-
tur,provt etiam in ſeruitute tigni immittendi,in
qua requiritur,quod fiat foramen,nam antequam
fiat,ſeruitus non poteſt dici ſtatim conſtituta per
ingreſſum & inductionem in fundum,cùm enim
ſit neceſſarium, vt aliquid fiat, ſine quo quis vti
non poteſt,non eſt mirum, ſi eo ipſo quo indu-
cor in fundum animo conſtituendi ſeruitutem,
non ſit conſtituta talis ſeruitus,quod nõ eſt in vſu-
fructu,&alijs ſeruitutibus in quibus nõ eſt neceſ-
ſe aliud fieri,in iſtis enim operatur ſtatim talis in-
greſſus.Ita in ſpecie declarat *Caſtr.in l.ſi partẽ,19.*
25 *n.2.& 3.ff quemadmod.ſeruit.amittat.* † vbi quod
eſt perpetuo menti tenendum, cum prima facie
quilibet diceret contrarium per *tex.in l.3.in prin.*
ff de vſufr.& declarat etiam *Fulgoſ.in d.l.ſi partem.*
26 *vbi Alber. in §.ſi per fundum n.2.* † diſtinguendo
inter ſeruitutem conſtitutã inter viuos,& in vlti-
ma voluntate,*vt ibi.per eos,*iuxta *d §.ſi per fundũ.*
Ex iſtis colligitur non poſſe defendi, quod per ſolũ
ingreſſum & inductionem in fundum non ſit ac-
quiſita poſſeſſio,cum obſtent omnia ſupra addu-
17 cta,& præſertim *tex.*in terminis *in l.3. in prin. v.*
*dari,ff.de vſufr.*vbi clarè diſponitur,quod dare ali-
cui vſumfructum quis intelligitur, ſi induxerit in
fundum legatarium,eumvé patiatur vti frui,&ſic
conſideratur tamquã diuerſa iſta patientia,& in-
ductio,& non adaptatur interpretatio eorum,qui
28 contrariũ ſentiunt,†quod illa dictio, eumve, re-
ſoluatur in dictionem,& cum, & ſumatur copu-
latiuè,vt videlicet opus ſit ingreſſu,& vſu, vt di-
cit *Franciſc.Aret.in l.poſſideri,3.in prin col 1. ff de*
acquirẽd.poſſeſſ.poſt Gl.& alios in l.ſi ego,§.1.ff.de
publ.in rẽ act.& in l.1.in fi.ff.de ſeruit.ruſt.c.prædior.
*Couar.in ca.poſſeſſor,in inu.2.p.n.8.*Quia hoc eſſet
deſtruere,& violare mentem, & verba iuriſcon-
ſulti,à quorum proprietate non debemus recede-
29 re,cũ † illa dictio,ve,de ſui natura ſit diſiunctiua
Alciat.in l.ſæpe.n.4.ff.de verb. ſign.iuxta l.triplici,
*ff.eodẽ tit.Menoch.de adipiſc.remed 3.n 21.*Quam-
uis enim aliquãdo illa dictio,vel,ſtet copulatiuè,
Tamen quãdo ponitur inter plura,regulariter ca-
30 pitur alternatiuè,præſertim quãdo illa duo diuer-
ſa nomina non eſſent eadem quoad effectum,nã
ſi eſſent eadem,exponeretur pro id eſt,*Rebuff.in l.*
verbum oportere,37.in fi.v.notate quod quãdo.ff.de
verb.ſignif per text.in l. ſi heredi plures ff.de condi-
*tionibus & demonſtr.*Rom.*in l.ſi ſupra iter,§ officiũ,*
ff.de aqu.pluu.arcend & in ſpecie talem interpræ-
tationem non eſſe recipiendam probat Caſtill.
de vſufruct. cap.12. num.39. poſt Rip.*in cap. cum*
Eccleſia ſutrina,num.58.de cau.poſſeſſ.& proprietat.
Nec facit quod poſſeſſio probetur ex perceptione
fructuum *l.titia, ff. de ſolutionibus.*Bart.*in l.2.C.de*
31 *acquirend poſſeſſ.*†Socin.*conſ.13.n.14.li.4.Ceſar de*
*Graſſ.Dec.10.n.3.de cau poſſeſſ.& propriet.*Rot.*dec.*
*508.n.1.p.1.in recentior.*late Maſcard. *concl.1183.*
*n.1.cum ſeq.*Quia iſta perceptio fructuum eſt vnus
modus probandi poſſeſſionem,non autem ſequi-
tur,quod non poſſit alijs modis probari,vt latiſſi-
me per Menoc.*de retin.poſſeſſ.remed.4.n.561.vſq.*
32 *ad n.588.*†Imo ſubſtantia ipſius poſſeſſionis non
cõſiſtit in perceptione fructuum & prouentuum,
ſed potius efficacia,eius veritas, & effectus Bald.
*in ca.licet,n.57 de probationib.*Contard *de momen-*
tan.poſſeſſ.oppoſ.5.n.8. fo.77 Rot .*dec.397 n.4.in fi.*
*p.1.in recentioribus.*Ruin.*conſ.53.n.7. lib.4.* Aliud
eſt enim fructus,& aliud poſſeſſio *l.ſi fur.ff. de*
33 *vſufr.l.ſi apes,§.vlt.eod.tit.* † Et paſſim acquiritur
poſſeſſio abſq; perceptione fructuum.etiam in re,
ex qua fructus percipiuntur Claud. Seiſſel. *in l.*
*celſus.n.50.& ib.*Balb.*in repetit.q.1.n.2.fo.708.ff de*
vſucap. Vbi quod ſufficit probare, quod quis fe-
34 cerit aliquos alios actus tamquã dominus,† puta
quod agrũ coluerit,arauerit, vel ſeminauerit,vel
per illum iuerit aliquid agendo ẽt abſq; eo quod
aliquã recollectionem fructuum probauerit Bald.
in l.iudicia,C.de rei vendicat. & in l 3. vbi etiam
35 Caſtr.*C.fi.regund.*Bero.*conſ.114 n 9 l 3.*†Alias ſe-
queretur, quod nũquam poſſet acquiri poſſeſſio
fundi, niſi quando fructus perciperentur, quod
eſſet abſurdum,& contra *tex.in l.3.in prin. ff de*
36 *acq poſ.*†vbi per ſolũ ingreſſum acquiritur poſſeſ-
ſio fundi,quando conſtat.quod ſit animo poſſidẽ-
di Menoc.*de retinen.poſſ rem.3.n.561.& 562.* vbi
ẽt quod probatur poſſeſſio domus per ſimplicem
37 habitationem.†Dec.*conſ 56.n.3.& conſ.400.n.3.*
& 4. Albenſ *conſ.64.n.18.*Imò ẽt ſine introitu per
ſolũ aſpectum, quando traditur ab alio poſſeſſo-
38 re † *l.1.§.ſi inſſerim,ff.de acq. poſſeſſ.l.quod meo,§.ſi*
venditorem, ff eod. tit. Quidquid aliud ſit quando
non conſtaret de animo,ſeu de causâ poſſidendi,
39 tunc†enim per ſimplicẽ deambulationem in fun-
do nõ probaretur poſſeſſio Bald.*in l.poſt ſententiã,*
co.3.C.de ſenten.& interlocutor.omn.iudic.& cũ iſta
diſtinctione tanquam communi; & clara tranſit
Seiſell *in l.celſus,n.50.ad med ff.de vſucapion.*Con-
tard *in l.vnic.oppoſ.5.in fi.fo.78 C.ſi de moment.poſ-*
40 *ſeſſ.*Maſcard.*conclu.1183.n 13 cum ſeq.* † vbi etiã
quod in rebus ſterilibus ſufficiet ſolus vſus ipſius
rei,Menoch.*de retinend. poſſ.remed.3. numer.576.*

Quare etiã videmus, quod licet quis non percipiat
fructus ex aliqua re, Tamen dicitur eſſe in poſſeſ-
41 ſione illius ex ſolo oblectamento, † quod eſt pre-
tio æſtimabile, tanquam oblectatio idem opere-
tur, quod fructus in re fructuoſa, prout latè decla-
raui ſuprà *c.258.nu vſq ad* 15. Quibus adde Rot.
dec.394.n.1.p.2. vbi etiam quod fructus non con-
42 ſiſtit ſolùm in illis, † quæ ſunt deſtinata ad eſum,
vel potum, ſed etiam in alijs, quæ quomodocumq;
conferunt ad vſum vitæ humanæ *l. fructu, D. de
vſufr.* plenè Menoch. *conſil.66 nu. 1. cum ſeq. lib.* 1.
Quæ tamen ſunt intelligenda, dummodo probetur,
quod tale oblectamentum ſit deductum in pre-
tium ex conuentione partium tacita, vel expreſſa,
43 † nã hoc non probato, non poſſet dici, quod oble-
ctatio ſit in fructu, ita vt pretio eſſet æſtimabilis,
etenim duplex eſt ſpecies fructuum; alia eorum,
quę communiter ſunt apud homines in pretiu, &
commercio, vt vinum, oleum, frumẽtum, & ſimi-
44 lia, & in iſtis, qui illos percipit ex fundo alieno, †
ſemper tenetur ad eorum reſtitutionem, dummo-
do non fuerint per eum bona fide conſumpti *l.
certũ.* vbi gl. *in verb. extantes, C. de rei vendicat. l. ex
diuerſo*, vbi gl *in verbo, non habendum, ver. de conſũ-
ptis, D. eod. tit §. ſi quis à nõ domino.* vbi gl. *in verbo,
non poteſt, inſtit. de rer. dec.* Cuman. *conſ.* 150 *nu.* 4.
Alia ſpecies fructuum eſt illa, quę communiter non
45 eſt in pretio apud omnes, † ſed apud aliquos tan-
tũ, & in hac, qui illos percipit non tenebitur ſim-
pliciter, ſed ita demũ, ſi præceſſit contentio, Vn-
de licet quis oblectamentũ capiat ex vinea, vel ſi-
mili re, nõ poteſt cogi ad aliquod pretium pro iſta
delectatione, niſi probetur, quod ipſe alias fuiſſet
conducturus vineam pro ſolo oblectamento, vel
quòd dominus eiuſdem vineæ pro eo eſſet loca-
turus. Ita in terminis declarauit Rot. *dec.394.n.2.
46 vſq, ad 5.p.2. in recentiorib.* † Exemplo ſeruitij prę-
ſtiti, in quo debetur ſalarium, ſi præſtans ſeruitiũ
erat ſolitus locare operas ſuas, & recipiens con-
ducere Rot *diuer. dec.519.p.1.* cum alijs deciſioni-
bus relatis *in d.d.394.n 3. ad med p.2. in recentiorib.*
[Adde *ſup ad cap.185.nu.39.cum ſeq.*]
Et faciunt multa, quę de ſimilibus oblectamentis di-
47 ximus ſupra *c.185.n.39 vſq, ad* 45. † vbi etiam de
comedente duos panes grandes ad odorẽ perdi-
cis aſſæ, à quo tabernarius petebat pecuniam ob
huiuſmodi oblectationem, de quo etiam per Rot.
dec.394.n.6.p.2. in recentiorib. & de locatore equo-
48 rum, qui prætendebat à viatore mercedem, † ex
eo quod in itinere quieuit æſtiuo tẽpore ad vm-
brã ſui equi, & de iudicio Bocchoris contra mu-
lierem poſcentem magnam auri quantitatẽ pro-
pter oblectamentum adoleſcentis, dum putauit in
49 ſomnis ſe cum ea rem habuiſſe, & de alijs, qui
iocando, canendo, & ſaltando demulciunt, & de-
uinciunt aures ſuperiorum, an ex iſtis oblecta-
mentis poſſint exigere aliquid, cum ſimilibus, de
quibus in *d.c.585. tom. 5. & ibi. in addit. poſt reper-
tor. d. tomi, n.45.* & per Coler. *de proceſſib. executiu.
50 p.1.c 9.n.12.* † vbi quod ſufficit, vt tales fruãtur mẽ-
ſa, poculis, & veſtitu dominorũ, cùm nulla ſit vo-
luptatis æſtimatio *l. voluptaria, 7. D. de impenſ. in
reb. dotal fact.* Zaſ. *reſponſ. ſingul. lib.1.c.3. num.*44.
Vnde Dionyſius Senior, cùm peritum quemdam
muſicum magnificis promiſſis ad ſe pellexiſſet,
51 † vt quam optimè canentem audiret, & muſicus
per aliquot dies egregiè cecinisſet, nec quicquam
daret Rex, cœpit efflagitare mercedem: Tum
Dionyſius aſſeuerabat ſe iamdudum mercedem
dediſſe, voluptatem, videlicet pro voluptate; Non
52 enim minus delectauerat muſicum ſpe, † quam
muſicus illum cantu. Paul. Manut. *in Prouer. Par
pari referre*, Plutarchus *libr. 2. de Fort.* Bruſonius.
libr.9.cap.11. ex Ariſt. Ethicorum.9.
Et Philippus Macedo, cùm Alexandrum filium ſuum
audiſſet quodam in loco ſcitè ceciniſſe, obiur-
53 gauit, dicens: † Non te tui pudet, qui noris
tam bellè nugari? Significans, alias artes regi
conuenire. *Plut. in Pericle.*
Quidam, vt Cleomeni Cantorem quemdam com-
mendaret, cum alijs multis nominibus prædi-
54 cabat hominem; † tum illud in primis affirma-
bat, eum eſſe cantorem inter Græcos præſtan-
tiſſimum; At Cleomenes, oſtenſo quodam ex his
qui aderant, Ac per deos hi.. inquit, apud me iuris
condiendi artifex. Contempſit autem ad ſolam
delectationem vtilem. Plutarchus. Hoc idem,
& Archidamo tribuitur.
Eudamidas rogatus de cantore quodam, qui fœli-
citer cecinerat, qualis ipſi videretur, Magnus,
55 † inquit, in re parua delinitor. Contempſit
operoſam artem, cuius nullus erat fructus, præ-
ter inanem ac temporariam delectatiunculam
aurium. Plut. *in Lacon.*
Antiſthenes Cynicus cùm audiſſet Iſmeniam Th[illegible]ba-
56 num optimum tibicinẽ: † At, inquit, eſt ho[illegible]o ne-
quam: nõ enim, ſi probus foret tibicen eſſet. Q[illegible]
dicto muſicos arguebat, vt vnguentarios, & mini-
ſtros voluptatum. Plutarchus in vita Periclis.
Zeuxidami filius Archidamus, cum nimio plus admi-
raretur quidam citharędum, vimq; eius laudaret:
57 † O præſtantiſſime, inquit, quodnam bonis viris
præmium ſtatues, cui tantùm arridet citharędu.?
Diogenes Cynicus muſicos in ius vocabat, quod
cùm lyræ chordas congruè aptarent, animi mores
58 inconcinnos haberent. † Laertius, *lib.6.*
In conuiuio cum lyra circumferretur, cœterique or-
dine canerent (nam id apud Græcos honeſtum
59 habebatur) † Gelon Syracuſanus equum iuſſit
induci in conuiuium facilèque ac leuiter in illum
inſilijt, ſignificans, hoc eſſe regalius, quam lyra
canere. Plut. *in regum Apoh.*
Anteas Scytarum rex, cum Iſmeniam Theabanom ti-
bicinem optimum in bello cepiſſet, iuſſit illum
60 canere: † ac cæteris admirantibus, ipſe iurauit per
ventum, & acinacen, ſibi iucundius eſſe, audire
hinnitum equi, Plutarchus *in Lacon.* & Briſonius,
*lib.4.cap.*17 & Cælius, *lib.9. cap.* 1.
Et quidem huiuſmodi oblectationes nugæ ſunt, &
vitandæ, vnde Ægypti muſicæ nullo modo vaca-
61 bant, † quotidianum illius exercitium iunioti-
bus noxium, & periculoſum eſſe arbitrantes,
quaſi virorum animos effeminaret. Diodorus Sic.
libro 1. cap. 6. de reb. antiq.
Et cùm prædicti delectentur aliena menſa, facit
quod dicitur de Creſibio Chalcidenſi Menedemi
62 familiari, † qui cùm interrogaretur, quid ſibi
ex philoſophia lucratus videretur: Vt cænem, in-
quit, immunis. Erat autem promptus, & ad riden-
dum ſuauis, quo efficiebatur, vt ab omnibus ad
conuiuia vocaretur. Athen. *lib.4. cap.* 59.
Philoxenus Leucadij filius Ephesum naui aduectus,
cum

cùm cauponam vacuam reperiſſet quæſitâq; cau-
ſa,omnia ad nuptias coempta eſſe audiuiſſet:lotus
63 acceſſit inuocatus, cantatoq; † hymnæo poſt cæ-
nam omnes exhilarauit, à ſponſus: Et cras, in-
quit,hic cœnabis,cui ille reſpondit: Si nemo op-
ſonium vendiderit. *Suidas ex Athenæo.*
Vmbræ autem dicuntur,qui ad conuiuium veniunt,
comites eorum,qui vocati fuerant, Prouerbium
64 † natum putant à Socrate, qui Ariſtodemo per-
ſuaſerit,vt non vocatus,ſecum ad Agathonis cō-
uiuium accederet , Acciderat enim Ariſtod. mo
ridiculum quiddam.Siquidem cum inter eundū
65 non ſentiret Socratem à tergo relictum† prior in-
greſſus eſt planè velut vmbra corpus præcedens
lumine à tergo ſequente.Plut. *lib.7.Sympoſiacon.*
Myconius vicinus In eum, qui inuocatus ad conui-
uium accedit. Nam hoc nomine Myconios no-
tauit antiquitas,quòd liguritores eſſent,& alienę
66 appetentes menſæ.Ad hunc modum Suidas. Ze-
nodotus autem ait conuenire in ſordidos, atque
humiles homunciones,propter ea quod ea inſula
inter contemptas habita ſit ob ſterilitatem,atque
ob id gentem auidiuſculam , & alieni appeten-
tiorem fuiſſe. *Athenæus* idem fermè teſtatur *lib.1.
cap.3.Dipnoſophiſtarum,* citans ex *Archiloche* ver-
ſum, quo taxauit Periclen quendam : id eſt velut
qui inuocatus irruerit in conuiuia, Myconiorum
67 more. † Idē addit,Myconios quod inopes eſſent,
vtpote ſterilem inſulam incolentes fuiſſe nota-
tos , egeſtas enim facit auidos alienarum rerum.
Vnde & Cratinus Iſchomachum quendam gulæ
mancipium,Myconium appellauit.
Noui tamen laudes datas Muſicis Cytharedis,Lyri-
68 cis,& his ſimilibus, & eorum exercitationes † à
multis approbatas non ſolum in ludicris rebus,
verumēt in ſerijs,in theoricis,in practicis,ad pru-
dentiam, ad fortitudinem bellicam,Temperan-
tiam, Manſuetudinem, Clementiam, Humanita-
tem , Hilaritatem conuiuiorum, & extra conui-
uia,Mœſtitiam,& dolorem,Iuſtitiam religioſam,
Sacrificia,fortunæ & corporis bona, Morborum
curationes,exercitia mechanica. Pacem & con-
cordiam, imvt Reges, Philoſophi, & Pontifices
muſicæ operam dederint,eamque magno ſtudio,
& cultu ſint amplexi, muſicos amando,præmijs,
& honoribus quibuſcumque afficiendo,& quan-
tum in ſe eſt ad illius ſtudium alios cohortando,
docendo & inueniendo, quæ cùm non ſint præ-
ſentis inſpectionis libenter omiſi , hæc enim ſo-
lum ſcripſi in gratiam amici iubentis.
Et vt reuertamur ad materiam poſſeſſoriam , à qua
digreſſi ſumus , notandum eſt circa aliud de quo
69 quærebatur,†quod probata poſſeſſione præſumi-
tur, quod poſſeſſor perceperit fructus, & ideò te-
netur ad illorum reſtitutionem,niſi probet,quod
alius percepit Rot.*dec.25.de prob.in nou.* & quā-
uis *ibi.in fi.*de hoc dubitetur, Tamen ſine dubita-
tione ita reſoluit Rot. coram R. P. D. Pamphilio
Toletana Capellaniæ de Paſtrano 15.Decembris
1610.quæ eſt *deciſ.269. nu.2. p.1.in recentior.*vbi
quod ita fuit ſæpiùs deciſum Corr. *dec.51.* Rot.
coram R. P. D. Decano Panormitana Archidia-
conatus 22.Maij 1592. & coram Card. Ludoui-
ſio Pamphilonen. Prioratus , 26. Aprilis 1602.
Cardin.Seraphin.*dec.1245.num.6.* Vbi quod non
dato alio poſſeſſore , fructuum perceptio dicitur
probata ex poſſeſſione , Quamuis contrarium
quod ad probandos fructus non ſufficiat præſum-
ptiua ; & veriſimilis perceptio concludat Capu-
taq *dec.30. pa 2.*
Circa vltimum concludendum eſt , quod conceſſa
manutentione quoad ſcamnum , cenſetur etiam
70 conceſſa manutentio † in iure ſedendi in dicto
ſcamno,ne reddatur inutilis poſſeſſio dicti ſcam-
ni , cùm vſus illius ſcamni non conſiſtat in alio,
quam in ſedendo , vnde tale commodum debet
ſpectare ad poſſeſſorem.Rot.in ſpecie,*dec.378.n.
1.p.2.in recentio.*Prout dicimus de eo,qui reperi-
71 tur in poſſeſſione ſepulturæ , † qui etiam dicitur
eſſe in poſſeſſione illius vſus,Rot. coram R P D.
Decano Abulen. ſepulturæ , 20. Februarij 1611.
Quemadmodum, etiam , qui reperitur in poſſeſ-
72 ſione ædificij † videtur eſſe in poſſeſſione illius
vſus, ad quem ædificium eſt deſtinatum,Rot. *di-
uer.dec.222.nu 6 p.1.*

EPITOME.

PRetium reinueſtiendum per venditorem prō ſecuritate emptoris in locis montium , ſeu ſtabilibus , an poſſit reinueſtiri in redimenda domo per eumdem venditorem prius vendita cum pacto retrouendendi. ❡ Creditor, ex cuius pecunijs fuit aliquid emptum, an præferatur anterioribus creditoribus in re empta. ❡ Et quid ſi ſint creditores priuilegiati etiam ex cauſa dotis. ❡ Recuſans conſentire quando habeatur pro conſentiente ❡ Ius redimendi an ſit æſtimandum, vt aſcendat ad ſextam ſeu tertiam partem ❡ Pro fideiuſſore,ſeu pignore dato,quando aliud æque idoneum poſſit præſtari.

SVMMARIVM.

1 *Promittens dare pignus poteſt dare aliud æq; bonum.*
2 *Pro fideiuſſore dato alius ſimiliter idoneus præſtatur.*
3 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt,debet fieri.*
4 *Redimens domum debitoris ſuis proprijs pecunijs,& illam ſpecialiter obligans præfertur omnibus etiam anterioribus,& habentibus quamcumque cauſam priuilegiatam etiam dotalem, num 5.6.10.& 13. Declara vt num.15.*
6 *Ius redimendi æſtimatur , vt aſcendat ad ſextam partem pretij rei venditæ iuxta ſtylum Rotæ,quāuis ſecundum alios ad tertiam partem, num.8.*
9 *Recuſans conſentire ſine cauſa habetur pro conſentiente,& datur licentia per Iudicem ac ſi ipſe conſenſiſſet.*
11 *Hypotheca ſuper fundo nō extinguitur ipſius fundi venditione & num 14.*
12 *Actio hypothecaria eſt in rem , & ſequitur vnumquemquē poſſeſſorem.*
16 *Debitor poteſt in quærēdis præiudicare creditoribus.*
17 *Poſterior creditor de cuius pecunia emitur præfertur anteriori , dummodo id fiat ſine aliorum iniuria.*

CAPVT DCXVI.

SAtisfactum videbatur conuentioni,de qua in
inſtrumento,ſi pecuniæ,quæ debēt reinueſti-
ri in bonis ſtabilibus,conuertantur in redimenda
domo vigore pacti de retrouendendo competen-
ti ei,qui tenebatur ad reinueſtiendū, etenim hic
agitur ſolum de cautione,& ſecuritate emptoris,
quæ tantum prodeſt ſi in dicta redemptione,quā
1 ſi in alijs bonis adimpletur.†Vnde promittens da-
re vnum pignus poteſt dare aliud æq; bonum gl.
*in l.ſi tutio.22.in verb.pigneratitia,inſi.de pig.*Dec.
in l.plus cautionis, 25. in fin.verſ. quia reſpondetur;

2 *nu.4. de reg.iur.* † vbi etiam quod pro fideiuſſore
dato aliuſq; idoneus præſtari poteſt *l. habee ait, §.*
fi.de arbit.l.quis autẽ,§.ſed & ſi quis certã,D.de con-
3 *ſtit.pecun.* † Quaſi quis teneatur facere,quod ſibi
nõ nocet, & alteri prodeſt *l.in credit.18.* vbi gl.*in*
verb. quod ſine. D.de eut.l.2. §.idem varus,de aq
plu. arc.

Quod autem emptor ſit ſecutus ex conuerſione pe-
4 cuniarum in dictam cauſam,apparet,quia † redi-
mendo præfatam domum ex iſtis pecunijs,& illã
ei ſpecialiter obligando præfertur omnibus cre-
ditoribus etiam anterioribus à quibus nullã po-
terit timere moleſtiam, licèt haberent cauſam
quantumuis priuilegiatam,nam ex hac emptione
facienda cũ ſpeciali hypotheca, nulla infertur in-
iuria anterioribus creditoribus,quaſi bona iſta nõ
eſſent in bonis eorum debitoris,niſi fuiſſet pecu-
nia huius poſterioris *l. licet, 7. C. qui potior in pi-*
gnor.habeant. vbi Bart.*n.2.* Bella.*n.1.*& latè decla-
rat Franc.*dec.97.num.2.v'q, ad 5.* Cepol. *caut.124.*
5 *vulgaris eſt quæſtio.n.1.* † vbi etiam loquitur in do-
te,prout Lud.*dec.Per.45.n.19.p.1.*& late etiam in
dote Neguſ.*de pignorib.p.5.membr.2. nu 17.& 18.*
quos refert & ſequitur Barboſ. *in l. ſi cum dotem,*
6 *23.§.vlt.n.34.ad fi.D.ſolut.matrim* † quæ ſenten-
tia eſt verior, quidquid contrarium ſentiat Rip.
in l.priuilegia,n.32.v.9.fallit.D.de priuil. creditor,
per tex.in §.his conſequens vbi gl. *in verb. agrum,*
auth.de æqualit dot. Quia eius opinio non appro-
batur,vt per eoſdem Doctores vbi ſupra, de qua
etiam multa apud Couar *li.7.var.reſolut. n.3.li.1.*

Non obſtat,quod in obligatione omnium bonorum
ad fauorem emptoris contineatur iſtud ius redi-
7 mendi competens venditori,† quod ſolet æſtima-
ri,vt aſcendat ad ſextam partem pretij rei vendi-
tæ, Rot.coram Card.Lancellotto Romana reſidui
domus 31.Ianoarij 1611.Rot.*dec.446.in fi.p.1.in*
recentioribus. vbi quod ita ſeruatur de ſtylo Rotæ,
8 † quamuis ſecundum alios iſtud pactum æſtime-
tur in tertia parte. Card.Mantic.*de tacit.& ambig.*
conuentio.lib 8.tit.10.num.49. Ludouic.*dec.Peruſ.*
97.nu.4. Tiraq.*de retract conu.in præfat.nu.10.* vbi
quod res valoris centum ſine tali pacto valet ſo-
lùm ſeptuaginta cum eo Roland.*conſ.96.num.36.*
vſque ad 42.lib.2. Quia in hoc fit melior conditio
emptoris, qui licet in ſua obligatione habeat il-
lud ius redimendi, Tamen ſi non redimatur, per-
ditur & illi præiudicatur,vnde per redemptionem
magis ei conſulitur, vltra quod præfertur omni-
bus creditoribus anterioribus,vt dictum eſt.

Minus obſtat, quod requiratur conſenſus emptoris
9 in huiuſmodi reinueſtimento, † Quia ſtante nul-
la iuſta cauſa recuſandi,& nullo intereſſe empto-
ris ex ſupra allegatis,recuſans facit ſe alienum,&
eius diſſenſus non attenditur, & officium iudicis
eſt impartiri licentiã ac ſi ipſe conſenſiſſet.Caſtr.
in l.1.numer.3.in fi.C.vnd. vir & vxor, Felin.*in c.*
cum venerabilis.6.nu.32.poſt med.de excep. Roland.
conſ.1.nu.182.li.2. cum alijs per Mandoſ. *regul.32.*
qu.31.num.2. Menoch.*de arbitr. caſ.182. num.12.*
Cardin.Mantic. *dec.238. numer.9.*& concludunt
omnes *in l. ſi cum dotem, §. ee autem tempore,* vbi
Bart.*num.2.* Bald.*num.1.in 4.notab.* Caſtr.*numer.11.*
D ſolut matrim. Abb. *in c.nullus ,de iure patron.*

Nec facit,quod per inueſtituram pretij in prædicta
redemptione, non ſit cautum emptori, cum poſ-
ſit contingere,quod domus redimenda eſſet obli-
gata creditoribus venditoris antequam alienare-
10 tur cum pacto de retrouendendo, † Quia non
poteſt dari talis caſus, cùm ſemper ſit præferen-
dus emptor,quando ex eius propria pecunia tale
ius redimitur, cum ſufficere debeat anterioribus
creditoribus quod ipſi præferantur in bonis,quę
tunc temporis debitor habebat antequam iſta ac-
quireret,non autem in illis,quæ cum ſpeciali hy-
potheca fuerunt per ipſum quæſita ſuis proprijs
pecunijs,ſine quibus non eſſent in bonis debito-
ris,Franc.*deciſ.97. numero 3.& 4.*

Verum prædicta non videbantur ſufficere ad effe-
ctum,vt poſſit dici non adfuiſſe cauſam iuſtã con-
11 tradicendi prędictu reinueſtimento,† Nam hypo-
theca creditorum anteriorum eius,qui poterat ta-
lem domum redimere,non fuit extincta per ven-
ditionem ſubſecutam,ſed rem venditã fuit comi-
12 tata *3.diſtractis,14 C.de pignorib.* † actio enim hy-
pothecaria eſt in rem quæ ſequitur vnumquemq;
poſſeſſorem *l.eos,D.qui potior. in pignor habeant,l.*
ſi fundus,§.in vendicatione,D.de pignoribus l.pigno-
ris.18 vbi gl.Bald.& Salic.*C.eodem tit.l. debitum,*
5.& l. res pignoris,10. C.de diſtrah. pignorib. cum
alijs per Surd *dec.310.n.5.vſq, ad 9.* Tiraq.*de retra.*
lig.§.8 gl.5.nu.10 cum ſeq. Vndè dicti creditores
ſemper agere poſſent contra domum retrò em-
ptam,& ſic non eſſet proſpectum emptori reiu-
ueſtienti pretium in hac domo redimenda : quod
inconueniens ceſſat,quando emitur res,quę nun-
quam fuit venditoris, quia poteſt exprimi in in-
ſtrumento, quod illa fuit empta de pecunijs ſuis,
13 † & ſibi ſpecialiter obligatis, quo caſu præfertur
anterioribus creditoribus *l.licet, C.qui potior.in*
pignorib.habeant. Afflict.*dec.306.n.4.* Cаualca. *dec.*
27.n 27 p.a Hartm.de Hartm.*li.2.ca.16.tit.de cre-*
ditorib. Franc.*dec.369. & dec.97.* vbi latè Amen-
dol.*in addit.num.1.* plenè Gutier.*alleg.5. numer.1.*
& 2. cum alijs ſupra allegatis , numero quarto
cum ſeq.

Ex quibus colligitur,quod diſpoſitio *dict. l. licet,C.*
qui potior.in pignor.habeant. non poteſt applicari,
quando redimitur res propria ipſius debitoris,
14 † in qua creditores habent ius hypothecæ radi-
catum,quæ hypotheca non poteſt tolli per debi-
torem,neque in ea illis aliquod præiudicium in-
ferri, vt dictum eſt *l. ſi vnus. §. ante omnia,D.de*
pact.l.debitorum, vbi Bald.Salic.Iaſ *(eod. tit. l.1.*
vbi Salic.*C.debiter.vendit.pignor.impedir.non poſſe.*
Negut. *de pignorib. membr.3.p.6.nu.11.* Surd.*dec.*
15 *286.nu.1.* † Vnde etiam quando ex pecunia alte-
rius emitur res, quæ nunquam fuit debitoris, ſi
poſt emptionem ex interuallo fiat pactum, quod
res ſit illi ſpecialiter hypothecata,illud nihil ope-
ratur,cum iam ſit quæſitum ius hypothecæ ante-
rioribus creditoribus,*l. licet, verſ. ſtatim reuertit.*
vbi Bellapert.*in fin.* Sichard.*numer.7.verſ prætereà*
procedit,C.qui potior.in pignorib habeant.

Aliud eſt, quando res noua acquiritur. Nam debi-
16 tor † poteſt in quærendis creditoribus præiudi-
care,neque illis fit iniuria, quorum ius in aliquo
non læditur,*l. qui autem in princ D de his quæ in*
fraudem credit.l.non fraudantur.D.de reg.iur. Et in
propoſito notat Franc *deciſ.97.numero 6.* Etenim
æquum eſt poſteriorem,de cuius pecunia emitur,
17 anteriori præferri , † dummodo id fiat ſine alio-
rum iniuria,prout in caſu *dict.l.licet,C.qui potior.*
in pignor.hab. in quo dũ poſterior præfertur, nihil

adimitur

adimitur anteriori, qui nullum ius habiturus erat, ſi nemo pecuniam ad rem emendam crediдиſſet, vt explicant omnes in *d. l. licèt* vbi Donell. *num.* 1. *Cod. qui potior. in pign. habeant.*

Cum etiam creditor, ad cuius fauorem iſtæ pecuniæ ſunt reinueſtiendæ habeat pro defenſione rei emptæ hypothecatum ius luendi prius venditum, quod ius æſtimatur in ſexta parte pretij capiendo minimam æſtimationem, quam ſeruat Rota vt dictum eſt *ſup. num* 7. Quæ hypotheca tolleretur ſi in eadem domo fieret huiuſmodi reinueſtimentum, ſalua autem remaneret, ſi in alijs ſtabilibus illud eſſet faciendum, & ita in prædictis præualuit iſta opinio confirmando ſententiam, in qua fuerat declaratum pretium in redemptione domus reinueſtiri non poſſe, vt in deciſione Rot. coram R. P. D. Buratto, Romana domus 16. Iunij 1614. quæ poſteà fuit impreſſa inter deciſiones Rot. in recentioribus, 503. tom. 2.

EPITOME.

Penſio quando poſſit reſeruari per Epiſcopum. ¶ Et an requiratur cauſa. ¶ Et qualis illa eſſe debeat. ¶ Et quomodo probetur. ¶ Et an ſit reſeruanda per viam quantitatis, & non quotæ. ¶ Et an ad vitam ſolum primi onerati, vel etiam ſucceſſoris in beneficio. ¶ Et quando in tali penſione ponenda ſit clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, ſicut ponitur in illis, quæ reſeruantur per Papam. ¶ Et an egeat confirmatione Summi Pontificis, & expeditione bullarum in vrbe. ¶ Præceptores, Commendatores & delegati quibus caſibus habeant facultatem reſeruandi penſiones. ¶ Et an religioſi habentes beneficia amouibilia poſſint excipere contra penſiones reſeruatas in ſuis beneficijs. ¶ Penſionarius obtinens, vt beneficiatus priuetur beneficio ob non ſolutam penſionem, an poſſit petere ab eo penſiones decurſas. ¶ Regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis, an ſit præiudicialis, & abſorbeat cauſam reductioni penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt ex officio mandare, vt recipiens beneficium pinguius ſoluat aliquam penſionem ad coæquandos fructus vtriuſq; beneficij permutati, n. 3.*

2 *Quod conceditur de toto videtur etiam conceſſum de parte.*

4 *Spirituale poteſt permutari cum ſpirituali, & temporale cum temporali.*

5 *Penſio non reſeruatur ſine auctoritate Papæ. Fallit ſtante cauſa ob quam etiam Epiſcopus reſeruat penſiones, & quæ ſunt iſtæ cauſæ, num. 7. & 8. quomodo probentur, num. 18.*

9 *Penſio quæ poteſt reſeruari per Epiſcopum debet eſſe per viam quantitatis non quotæ. Secus in Papa, & Dataria, num. 11. & 12.*

10 *Diuiſio beneficij non permittitur Epiſcopo, & n. 15.*

13 *Epiſcopus non reſeruat penſiones niſi vſque ad vitam primi onerati, non autem ſucceſſoris in beneficio, num. 14. Intellige vt num. 16.*

17 *Exterendæ ſunt lites, ita vt ab eis recedens magnum commodum conſequatur.*

19 *Reſeruatio penſionis dicitur alienatio.*

20 *In penſionibus reſeruatis per inferiores à Papa non ponitur clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, ſicut in his quæ reſeruantur per Summum Pontificem, Declara, vt num. 21.*

22 *Reſeruatio penſionis facta per Epiſcopum ex cauſa non eget confirmatione Papæ, aut expeditione bullarum in Vrbe num. 24. & 25.*

23 *Superfluum eſt poſtulare, quod à lege permittitur.*

26 *Noua prouiſio, & reſeruatio penſionis quando concedatur.*

27 *Compoſitio & reſeruatio penſionis pro concordia non poteſt fieri per delegatum.*

28 *Præceptores, & Commendatores generales non imponunt penſiones niſi cauſa expreſſa, Intellige vt num. 29. & 32.*

30 *Beneficia regularia, & ad nutum amouibilia non tranſeunt ad religioſos niſi quo ad nudam fructuum adminiſtrationem, ideò non poſſunt excipere contra penſiones reſeruatas ſuper ſuo beneficio, num. 31.*

33 *Non repugnat paupertati habere penſionem ex permiſſu ſuperioris, quæ ſit nutu amouibilis.*

34 *Priuatus beneficio ob non ſolutionem penſionis non tenetur ſoluere penſiones decurſas.*

35 *Regreſſus quem penſionarius habet ad beneficium ob non ſolutionem penſionis eſt præiudicialis, & abſorbet cauſam reductionis penſionis.*

CAPVT DCXVII.

POteſt Epiſcopus ex officio, ceſſante pacto,
mandare, quod recipiens beneficiũ pinguius
ſoluat aliquam penſionem ſuo tempore duraturam ad coæquandos fructus vtriuſq; beneficij
1 permutati, † cum enim poſſit de beneficijs prouidere, conferre, & diſponere, quod eſt totum, multo magis de penſione & fructibus tanquam partibus beneficij. Nam paſſim, quod conceditur de
2 toto, † videtur etiam conceſſum de parte *cap. paſtoralis, §. quod ſi in totum de offi. delegat.* & ita in ſpecie concludit Anchar *cõſ. 279. quæſt. proponitur in themate, ad med. ver. ex qua cauſa, n. 1.* quẽ ſequitur Felin. *in c. quia veriſimile, 10. poſt princ. ver. & ſubdit ſignanter, n. 2. poſt med. de præſump. & in c. ad audientiam, il 2. quod eſt 31. eo. ad med. ver. exemplifica cõclaſionem, de reſcrip.* Dec. *conſ. 436. viſa inſtructione, n. 13. co. 3. poſt princ. ver. & eodem auctoritate papæ,* Gig *de penſionib. q 6. n. 1. to. 15. p. 1 fo. 332.* Caccialup. *in eo tract. q. 4. n. 4. & 6. to. 15. p. 1. fo 321.* Nauar. *cõſ. 43 de ſimo. lib. 1. fo. 235.* Gonz. *ad reg. 8. cancellar. glo. 5. § 5. n. 27. in fi. ver. necnõ ex cauſa, & gl. 14. n. 58.* Pariſ. *de confident. qu. 28. n. 120. in princ. & in fi. ver. ad coæquandum fructus. fo 124.* Redoan. *de ſimo. p. 2. c. 21. n. 34. cum ſeq. to. 15. p. 1. fo. 72.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. n. 103. & 110. & in prax. tit. de reſeruat. n. 23. in fi. fo. 89.* qui omnes ſequuntur Anchar. *d. conſ. 279* argumento *tex. in c. ad quæſtiones ſoluen-*
5 *das; 6 de rer. permut.* † vbi permittit Summus Pontifex refundi certam pecuniæ quantitatem de poſſeſſionibus ad beneficiatos ſpectantibus, vt ſic permutationes beneficiorum ad æqualitatem perueniant; quando alterum illorum reſpectu pro-
4 uentuum meliorum plus abundat, † cum ſpirituale poſſit permutari cum ſpirituali, ſicut temporale cum temporali, & ſit licita iſta commutatio, & reductio ad æqualitatem præuia auctoritate ſuperioris, vt notat Gloſ. *in d. c. ad quæſtionem in verb. queat, de rer. permutat. & in c. ſuper eod. de tranſact.*
Quamuis enim regulariter Ordinarius non poſſit re-
5 ſeruare penſiones, cum illæ non reſeruentur, † niſi auctoritate Papæ; Rot. *dec. 437. n. 2. part. 1. in recentior.* Tamen hoc intelligit ſine iuſta cauſa, nam illa exiſtente paſſim ei permittitur talis reſeruatio, videlicet pro bono pacis, vel pro ſtudio alicuius ſcholaris pauperis, vel in vtilitatem Eccleſiæ, pro

concordia litis,pro pauperibus & egenis,pro be-
6 nemeritis , † pro vſu pio , pro renuntiantibus ex
cauſa renunciationis loco alimentorum in quan-
titate moderata, & non ex pactione partium , &
præcedentibus ſimilibus legitimis, & rationabi-
libus cauſis,de quibus latè Pariſ.de confident.c.28.
nu.120.fol.125.Rebuff.de pacific.poſſeſſ.nu.106.cum
ſeq.poſt Felin.in cap. ad audientiam, il ſecũdo col.
1.ver ſecunda concluſio de reſcript.Innoc.in cap.de
caetero,de tranſact.Butr.in c.audiuimus,de colluſ.de-
teg.Abb.in c.veniens,n.9.de reſtit.ſpoliator.& in ca.
3.vt eccleſiaſt.benefic.Dec.conſ.141.ad plura dubia,
nu.3.& conſ.436.viſa inſtructione n.12 Oldrad cõſ.
226.quidam epiſcopus col.1.Gonzal. ad reg.8.can-
7 cell.glo.75.§.5.n.27.† vbi refert multas deciſiones
Rotæ, & reſpondet omnibus, qui volunt Epiſco-
pum non poſſe reſeruare penſiones iuxta bullas
Pij IV.& Pij V.de quibus per Vgolin.de epiſc.c.52.
§.1.nu.7.& de ſimon.c.22 §.1. & per Pariſ.de confi-
dent.qu.28.n.121. Cum dictæ Bullæ nihil faciant
Gambar.de auctor.legat.de later.li.6.nu.184.cum
ſeq.to.12.par.2 fo.196.Redoan.de ſimon.c.21.nu.33.
vſq; ad 38.tom.15.par.2.fol.72.Gomeſ.de annal.qu.
2.col.2.in fi.fol.238.Mandoſ.reg.33.de ſignatur.per
fiat.quaeſt.14.nu.11 fol.145.Gig.de penſionib.qu 6.n.
2.cum ſeq.Caccialup.eod.tit. qu.4.Nauar.conſ.15.
nu.2.ad.med.de reb.eccleſ non alien.& conſ.4.nu.2.
de ſimon.& conſ.22.nu 4 eod.tit.Rot.dec.166.nu.5.
8 par 2.in recentior.† vbi admitit pro iuſta cauſa,ſi
reſeruetur penſio per Epiſcopum ſuo nepoti pro-
pter amorem, quo ipſum perſequebatur , & quo
commodius ſtudio Theologię poſſet incumbere:
quando enim nepos eſt dignus , etiam per Epi-
ſcopum poteſt conferri beneficium nepoti abſq;
labe confidentiæ, nedum reſeruari penſio, provt
etiam poſt Bullas Pij IV.& V. ſuper confidentiis
concludit Nauar.in manual.c 23. nu.109.Pariſ.de
confident.quaeſt.1. num.20.quos ſequitur Rot.deciſ.
166.numero 4.parte 2.in recentior.

In quibus tamen erit notandum , vt talis penſio re-
9 ſeruetur per viam quantitatis pecuniæ bladi,†vel
vini,non autem per viam quotæ, videlicet quod
detur tertia,vel quarta pars reddituum, quia hoc
eſſet diuidere beneficium,quod de iure prohibe-
10 tur†c.maioribus de prebend.cap.de caetero, de tran-
ſaction.provt notat in ſpecie Dec.conſ.141.ad plu-
ra,num.3.quaeſt.3.& ibid.Addit.in verb. quota poſt
Ioan.de Anan.in c.audiuimus,col.2 nu.3.de colluſ.
detegend Felin.in ca.ad audientiam,il.2.quod eſt 31.
col.2.in fi. ver. & dicit de reſcript.Rebuff. de paci-
fic.poſſeſſionib.nu.104.fol.310 vbi etiam allegat Pe-
truc.in l.1.in remedio ſexto finiendarum litium,ff.de
iureiurand.Redoan.de ſimon. par.2. cap.21.nu.37.
to.15.par.2.fol.72.Gig de penſionib.quaeſt 8. nu.1.to.
11 15.par.1.fol 334.Caccialup.eod.tit. qu.6. † quid-
quid aliud ſit in Papa,quia poteſt reſeruare pen-
ſiones in quotá provt ſibi magis placet Gig.ibid.
quaeſt.8.Provt etiam Dataria Rot.dec.193.num.5.
12 par.2.in recentiorib. † cum declaratione tamen de
qua ibid. numero 2. in fin.

Provt etiam obſeruandum eſt , quod in caſu quod
Epiſcopus poteſt reſeruare penſionem , iſtud in-
telligeretur, vt reſeruatio ſolum fiat vſque ad vi-
13 tam onerati,†ita vt tantum teneatur ad talem pẽ-
ſionem primus oneratus, non autem ſucceſſor in
illo beneficio, provt concludit Redoan. de ſimon.
part.2.c.21.n.36.to.15.par.2. fol.72.Nauar.conſ.43.
nu.4.eod.tit. de ſimon. vbi quod talis penſio debet
durare tantum , dum permutans teneret benefi-
cium ſibi quæſitum per illam permutationem ad
14 coæquandos fructus Pariſ.de confident. qu 28.nu.
20.ad fi. † Non enim Ordinarius, vel alius infe-
rior poſſet imponere huiuſmodi penſiones perpe-
tuas,& ad ſucceſſores trãſmiſſibiles,& alias,pro-
vt facit Summus Pontifex,nec fructus beneficio-
15 rum diuidere.†Doctor.in c extirpanda §.fi.de pra-
bend.Gomeſ.in compend.ſignatur.quod eſt poſitum
poſt regul.de non iudicand iux form.ſupplication.co-
lum.antepen.verſ.& eſt aduertendum,fol.170.Cac-
cialup.de penſion.q.4.Mandoſ.regul.33.de ſignatur.
16 per fiat q.14.n.11.fol.145.†vbi tamen intelligit,ni-
ſi pro bono pacis ex cauſa concordiæ, & ad lites
tollẽdas tales penſiones reſeruaret, quia tunc ha-
bet facultatem illas imponendi perpetuò duratu-
ras,& ad ſucceſſores tranſitorias, provt Papa ſo-
let reſeruare Innoc.in c.niſi in fi.& ibi Abb.de pra-
bend.Anan.in c.audiuimus,col.2. de colluſ. detegen.
Caccial.de penſionib.q.4 n.4.Gig.eod.tract q.85.nu.
11.Redoan.de ſimon.p.2.q.21.nu.36. Gomeſ.in re-
gul.de annal.q.2.col.2 in fi.verſ. & eod.modo vide-
17 mus, fol.138. † vbi etiam multa ponit in execra-
tionem litium , quæ dicitur continere honeſtam
cauſam , itavt recedens ab eis magnum commo-
dum conſequatur l.Lucius,§.fi.ff.ad Trebell.Dec.
conſil.216.col.2.Alex.conſil.41.col.4.libro 1.

Quibus etiam addendum eſt,quod non ſufficeret aſ-
18 ſertio Epiſcopi dicentis cauſam interueniſſe † in
ſimilibus penſionibus per eum reſeruatis , ideò
aliunde debet conſtare de cauſa Rebuf.de pacific.
poſſeſſionib.n.107.poſt Abb.in ca. diuerſis fallacys,
col.2.poſt Gloſ.ib.de cleric.coniugat.Oldrad.conſil.
19 226.quidam epiſc.colum.1. † Iſta enim impoſitio
penſionis dicitur alienatio,in qua requiritur cau-
ſa,qua non probata,eſt inualida,etiam ſi ſolenni-
tas interuenerit Rebuff.de pacific.poſſeſſ. n.106.&
in c ſine exceptione,12.q.1.Socin.conſ.29 viſo quo-
dã inſtrumẽto col.1.li.1.Abb.in c. 3. de integr. reſtit.

Ideò in iſtis penſionibus impoſitis per inferiores à
Papa non ponitur illa clauſula ſine retardatione
20 ſolutionis penſionis,†provt ſolet poni in eis,quę
reſeruantur à ſummo Pontifice,nam in iſtis non
requiritur cauſa,nõ enim poteſt eſſe aliquod du-
bium ſuper illarum validitate,quare ſtatim habet
executionem,cum in alijs requiratur cauſa iuſta,
& legitima , tanquam non poſſint imponi niſi in
caſibus permiſſis, vnde non eſt honeſtum, vt fiat
executio ſine diſcuſſione , & cognitione cauſæ
Gomeſ.in compen.ſignatur.poſito poſt regul.de non
iudic iuxt.form ſupplic. col. antepen. ver.& aduer-
tendum,fol.170.Gig de penſion.q.85.n.2.to.15. p.1.
21 fol.360.†vbi nu.12.ampliat etiam ad penſionem,
quæ imponeretur per Epiſcopum ex cauſa con-
cordiæ,Niſi forte penſionarius eſſet in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi,quia tunc nihilominus eſſet ap-
ponenda dicta clauſula ſine retardatione ſolutio-
nis penſionis ex alio capite , quia alias penſiona-
rius priuaretur ſua poſſeſſione contra iuris debi-
tum, & poſſet agere ſpolio Veſtr. in prax. libr.5.
cap.vlt num.1.fol.77.Gig. de penſionibus, quaeſt.47.

Cum igitur Epiſcopus habeat facultatem impo-
nendi penſionem ad coæquandos fructus in per-
22 mutatione beneficiorum ex ſupra allegatis,† ſe-
quitur reſolutio negatiua propoſiti dubij, videli-
cet , quod non erit neceſſaria alia confirmatio
Summi

Summi Pontificis,aut expeditio Bullarum in Vr-
be ſuper tali reſeruatione,cum enim valeat colla-
tio,& reſeruatio facta per ordinariũ,non eſt opus
Apoſtolica confirmatione,tanquã ſuperfluum ſic
23 hoc precibus poſtulare, † quod iam lege permiſ-
ſum eſt *l.vnic.ante med.*vbi Gloſ.*in verb.lege,C.de
theſaur.li.*10.*l.*3 *in princ.C.de epiſc.audient l.cùm
interdicta* 6.& ibi Gloſ.*in verb.à nobis,C.de arbit.
tutel.leg.*1.*in fi ff.ad municip.l.in cauſa la* 2. *quæ eſt*
17.*in princ.ff.de minor.l.quæ ſub conditione,ff.de cõ-
24 ditionib.inſtit.*& ita in propoſito noſtro,quod non
requiratur alia expeditio,ſeu cõfirmatio apoſtoli-
ca notat Gonzal.*ad reg* 8.*cãcellar.gl* 5.§.5.*n.*30.vbi
atteſtatur de ſtilo Curię ſecundum quem nunquã
Papa concedit confirmationem prouiſionis factę
25 ab ordinario,†nec reſeruationis penſionis per eũ
factæ,nam ſi eſt valida, & reſeruata præuia iuſta
cauſa non indiget apoſtolica confirmatione,ſi nõ
26 eſt valida non confirmatur,†ſed datur noua pro-
uiſio beneficiorum,vel noua reſeruatio penſionũ:
Rebuff *in prax.tit de non.prouiſion.n.*14.*fol* 147.*&
in tit.de reſeruat.n.*17.*in fi.ver.& cõfirmatio penſio-
nis,fo* 88 Mando.*de ſignatur,grat.titul.de confirma-
tionib.ad med.ver.penſionis ab ordinario impoſitæ,iu-
xta,c.quia,& c.poſt actionem, de conceſſ.præbend.*
Obſeruandum eſt tamen , quod compoſitio , & re-
ſeruatio penſionis pro concordia,& lite dirimen-
27 da † non poteſt fieri per Delegatum, niſi habeat
à Papa ſpeciale mandatum,vel niſi per eum con-
firmetur *cap.veniens de tranſact.* Felin. *in cap. ad
audientiam,il* 1.quod eſt 31.*col.*2.*in fi.de reſcript.*
Anan.*in cap.audiuimus, num.*3.*de colluſ. detegend.*
Item adde quod iſti Præceptores, & Commendato-
28 res generales vt S.Spiritus,& ſimiles, qui † fun-
guntur loco ordinarij collatoris non imponunt
penſiones,niſi cauſa expreſſa, de qua tunc dica-
tur conſtare,quando talis penſio alteri fratri aſſi-
gnaretur pro indumentis,& alijs neceſſarijs, pro
quib. Religio alias eſſet grauanda:Rot.*dec.*302.*n.*
29 3.*p.*2.*in recentiorib.*vbi etiam ſubditur,† quod ne-
que iſta cauſa requiretur , quando eſſet reſerua-
ta ſuper beneficijs regularibus,& ad nutum amo-
uibilibus , quæ reſpectu proprietatis non tran-
30 ſeunt ad religioſum † in quem beneficium con-
fertur:Mohed.*dec.* 10.*n.*1.*de cauſ.poſſeſ.& proprie.*
poſt Abb.*in c.cùm ad monaſterium,de ſtat.monach.*
Ideò tales religioſi habent ſolam nudam admini-
ſtrationem fructuum & nihil poſſunt excipere
31 contra penſiones reſeruatas†ſuper ſuo beneficio,
Rot. coram Card.Seraph Meliten. penſionis 21.
Maij 1601.quæ eſt in impreſſ. *dec.*1390.& coram
Card.Mantic. Romana hæreditatis ſeu Meliten.
impoſitionum 29.Maij 1592.in impreſſ.250.Qua-
re iſti generales Commendatarij prout Abbates
poſſunt huiuſmodi fructus inter fratres diuidere
32 non perpetuo , † ſed ad tempus, vel eorum loco
penſionem reſeruare,Card.*in clem.*1. *n.*4.*oppoſ* 5.
de ſuppl. neglig prælator. vt etiam ſoluatur alteri
fratri eiuſdem ordinis,Abb.*in c.niſi eſſent, n.*12.*de
præbend.*Rot.*dec.*302.*n.*2.*ad med.p.*2.*in recentiorib.*
vbi etiam quòd non repugnat paupertati habere
33 penſionem†ex permiſſu ſuperioris,quæ ſit ad nu-
tum amouibilis,Rot *diuer. dec.*772.*num.*2.*par.*1.

[Adde *ſupra ad c.*152.*num.*19.]

Inſuper notandum eſt quod penſionarius,qui obti-
34 nuit,quod poſſeſſor beneficij illo priuetur†ob nõ
ſolutionem penſionis , non potuit petere decur-
ſas penſiones,vt late defendit Gig. *de penſion. qu.*
76.*n.*3.*cum ſeq.to.*15.*p.*1.*fo.*357.& dixi *ſup.c.*152.
*nu.*19.Et cum de veritate iſtius opinionis conti-
giſſet iterum dubitari , licet multa adducerentur
in contrarium,Tamen illis non obſtantibus tan-
quam ad rem non facientibus fuit denuò iudica-
tum iuxta eamdem ſententiam per Gig. vbi ſu-
pra comprobatam,quam etiam ſequitur Alphonſ.
Aluar. *in theſaur. chriſtian. religion.* & in Specul.
Summor.Pontif.Imper.Reg.& Epiſcop.*c.*61.*de
penſionib.eccleſiaſt.nu.*9.*fol.*332.Quidquid contra-
rium aſſerat Leſ.Zecch.*de benefic & penſion.c.*11.
*n.*8.*ver,*10.*ampliatur fol.*116. quia *ibi* ſolum alle-
gat Gig. *dict. qu.*76. approbandum quod poſſint
exigi penſiones præteritæ per eum qui obtinet
Rectorem priuari beneficio, cum tamen aliud
Gig.concludat,ideò dicendum eſt vel eum erraſ-
ſe,vel ſuam opinionem nihil facere,cum dictum
Doctoris debeat intelligi ſecundum eum , quem
allegat. Quæ ſunt notanda pro iſtis, qui habent
regreſſum ad beneficia reſignata ob non ſolutio-
35 nem penſionis, †& quidem talis regreſſus eſt pręi-
iudicialis,& abſorbet cauſam reductionis penſio-
nis,nam eo ipſo quod reſignatarius non vult ſol-
uere penſionem promiſſam,vel petit illius redu-
ctionem contra pactum initum, ſtatim intrat re-
greſſus , & ius conſolidatur in reſignante, & ipſe
regreſſus inprimis per ſententiam Iudicis eſt ca-
nonizandus, pro vt ita ſeruari teſtatur Pellegrin.
*dec.*264.*p.*3.*cum alijs in tract.de clauſul. p.*1.*clauſ.*
278.*incip.& quod non poſſit dici de nullitate,n.*4 *vſ-
que ad* 9. *fol.* 290. Pariſ. qui etiam multa alia de
regreſſu adducit *de reſignat.li.*6.*qu.*3.*n.*36.*fol.*320.

EPITOME.

Procurator an licitè retineat ſcripturas pro ſa-
lario,& ſumptibus litis. ¶ Et quo caſu poſſit reuo-
cari illis ſibi non ſolutis. ¶ Et quid ſtante iuſta
cauſa reuocandi.¶ Et qualis debeat eſſe. ¶ Et an
in reuocatione requiratur cauſæ cognitio. ¶ Et
quid ſi per eum non opponatur ſuſpicionibus
allegatis.¶Et an interim adminiſtret.¶Et an ſuffi-
ciat,vt ipſe ſolus conſentiat reuocationi, vel etiã
requiratur conſenſus aduerſarij litigantis.¶Arbi-
tris & arbitratoribus an debeantur ſportulæ.

SVMMARIVM.

1 *Retentio ſcripturarum non datur procuratori pro ſa-
lario ſibi debito, num.*2.3.5.*&* 8. *Secus pro ſum-
ptibus in lite factis,num.*7.*&* 9.
4 *Vna res pro alia, non poteſt retineri.*
6 *Intellectus* l. quæ omnia , 25. in fin. ff. de pro-
curatorib.
10 *Procurator non poteſt reuocari , niſi fuerit ei prius
ſolutum omne debitum pro expenſis , & ſalario.
Fallit ſtante iuſta cauſa reuocandi , num.* 11. *Et
qualis illa ſit,num.*12.13.*&* 14.
15 *Cognitio ſaltem ſummaria requiritur ſuper reuo-
catione procuratoris.Et de ratione,n.*16.17.*&* 18.
19 *Reuocatio procuratoris non eſt facienda cauſa co-
gnita,quando ipſe non opponit ſuſpicionibus alle-
gatis:& quomodo debeat ſe opponere,& an admi-
niſtret,numero* 20.
21 *In reuocatione procuratoris poſt litem conteſta-
tam non ſufficit ſola voluntas eiuſdem procura-
toris , ſed requiritur conſenſus aduerſarij liti-
gantis, & numero* 22.

23 *Arbiter, & arbitrator poteſt recipere ſalarium. Idem in menſore, qui dicitur arbitrator. num. 14.*

CAPVT DCXVIII.

[Adde *ſupra ad c. 56. num. 14. & 15.*]

PRocurator pro ſalario ſibi debito non habet
priuilegium retentionis ſcripturarum, & in-
1 ſtrumentorum clientis, † provt firmaui *ſupr. cap.*
56. n. 14 & 15. Sed quoniam per aliquos de præ-
dictis dubitatur propter autoritatem multorum,
qui contrariam ſententiam ſunt ſecuti, maximè
quia etiam variæ deciſiones Sacræ Rotæ Roma-
næ adducebantur, Ideò vt vera concluſio habea-
tur, cum ſæpiſſimè in Curijs occurrat huiuſmodi
quæſtio, iterum dixi non eſſe recedendum ab opi-
nione negatiua propter rationes adductas *dict. c.*
2 56. † quibus non obſtat deciſio Rot. coram R.
P. D. Litta Placen. Salarij 23. Ianuarij 1598. Quia
ab ea fuit receſſum per Rot. coram R. P. D. Vero-
ſpio. Gerunden. vnionis. 2. Decembris 1615. quæ
eſt *dec. 691. in fi. p. 1. in recentiorib.* Vbi quod inci-
denter fuit per Littam hoc deciſum confunden-
do ſalarium, & expenſas, & allegando Fulgoſ. *in*
leg. ante litẽ, n. 14 de procuratorib. qui eſt ſibi con-
trarius, cum aliud ſentiat *in leg. ſi non ſortem 26. §.*
ſi centum nu. 6. verſi. quamquam, ff de condit. indebit.
3 † & ita etiam aliàs reſoluit Rot. coram R. P. D.
Iuſto Burgen. mercedis. 4. Iunij 1604. vbi fuit de-
negata retentio ſcripturarum pro ſalario, cũ vna
4 res pro alia non poſſit retineri † *l. fi. Cod. commo-*
dat. l. ſi non inducta. 5. Cod. in quib. cauſ. pignus vel
5 *hypothec. tacitè contrahat.* & hanc ſententiam † Ca-
pic. *dec. 11. num. 1.* vbi Maſull. *in addit. nu. 1. in fin.*
Boer. *dec. 15. n. 4.* quem ſequitur Ariſmin. Tepat. *in*
compend. var. ſentent. iur. tit. 87. ca. 13. in fi. quod etiã
voluit Alber. *in l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centum,* vbi
Iaſ *numer. 10 ff. de condict. indeb.* Grauat. ad Veſtr.
lib. 3. c. 4. num 8. in fin. Rot. coram R. P. D. Cocci-
no Oueten mercedis 5. Maij 1606. quæ eſt *dec. 1ſ.*
172. num 3. p. 2. in recentiorib.
Non obſtat *lex quæ omnia, 25. in fin. ff. de procurator.*
6 vbi deciditur, quod ſi † procurator velit vti ali-
qua retentione, non facile id eſt nullo modo ab
eo liceſt transferenda, Quia diſpoſitio *d. legis* pro-
cedit in retentione pro ſumptibus, quos fecit in
lite; non autem pro ſalario Boer. *deciſ. 15. numero*
7 3. † vbi quod hæc eſt verior interpretatio iuxta
l. qui proprio, 46 §. procurator. in fin. verſi litis im-
pendia ff. de procurat. & ita etiam prius notauit
Gloſſ. *in dict. leg. quæ omnia §. vltim. in verb. item ſi*
retentione, & ibi Bart. *numero 2.* Caſtr. *num. 4. verſic.*
ex ſecundo caſu. Ang. *ante finem verſic. ſequitur in*
textu retentione aliqua ff. de procurat. Iacob. de S.
Georg. *in l. ſumptus, n. 2 ff. de pact.* Gail. *obſeruat. 12.*
n §. li. 2. Farinac. *q 106. n. 61. poſt princ.* Rot. coram
R. P. D. Litta Placentina nullitatis reuocationis
procuratoris, 23 Ianuarij 1598. & coram R. P. D.
Coccino Decano, Oueten. mercedis 5. Maij 1606.
quæ eſt *dec. 172. nu. 3. p. 2. in recentior.* & coram R.
P. D. Veroſpio Gerunden. vnionis, 2. Decembris
1615. quæ eſt *dec. 691. nu. 1. p. 1. in recentiorib.*
Quare cauendum eſt à Coler. *de proceſſib executiu. c.*
2. p. 1. nu. 247 Quia eius opinio non eſt admitten-
8 da, † cùm loquatur de retentione ſcripturarum
etiam pro ſalario, nam illa non datur, niſi pro ex-
penſis factis in lite, vt dictum eſt, provt etiam ita
intelligendus eſt Gail. *obſeruat. 17. nu. 5. lib. 2.* per
Coler. allegatus, quem ſic declarat Rot *d. dec 691.*
9 *nu. 3. p. 1. in recentiorib.* † vbi etiam *nu 4. in fi.* quod
ita eſt intelligendus Bald. *in d. l. quæ omnia §. item ſi*
retentione, ff. de procur. quod tãtùm loquatur de ex-
penſis, nõ autem de ſalario, & *d. l quæ omnia.* Bald.
interpretatur *ſub l. muturi, 24 ff. eod. tit. de procura.*

[Adde *ſupra ad cap. 56. num. 17.*]

Quibus addendum eſt, quod non poteſt reuocari
procurator, niſi fuerit ei prius ſolutum omne il-
10 lud, † quod eſt ſibi debitum pro expenſis, & ſala-
rio, Gemin. *in cap. 2. nu. 5. poſt med verſic. 3. quando*
vult retinere, & ibid. Franc. *nu. 1. verſic. 3. quando de*
ſuo, de procurator. in 6. dixi *ſup c. 56. num. 17.* Quod
tamen erit intelligendum, dummodo non adſit
iuſta cauſa reuocandi, nam illa exiſtente ſi poſteà
11 fuerit iuſtè reuocatus, & ob ſuam culpam, † non
debetur ei aliquod ſalarium Rot. *dec. 172. num. 1.*
pag. 2. in recentiorib. vbi fuit approbata pro iuſta
cauſa, quia procurator mouit litem domino pro
ſalario, petendo maiorem ſummam, quã ſibi pro-
12 miſſam ſuper diſtributionibus quotidianis, nec †
non intereſſe pro pecunijs acceptis ad cambium
pro dictis diſtributionibus, & ſalario, ſuper qui-
bus fuit deciſum, quod non deberentur, & cùm
circa iſtas cauſas non poſſit certa regula tradi, re-
13 linquitur arbitrio Iudicis, † qui cognoſcit, quæ ſit
cauſa rationabilis Monac. *in cap. 2 nu. 1. de procu-*
rator. in 6. argumento eius quod notatur *in l. ſi quis*
ſeruũ, C. de furt. & ſeru. corrupt. Bald. *in l. 1. n. 7. in fi.*
Cod. de aduocat. diuer. iudicior. iuxta l. qui ſolidum,
§. etia ff. de legat. 2. Iaſ. *in l. properandum, §. ſin autẽ*
24 *alterutra, nu* & ibi Alex. *nu. 17. C. de iudic.* qui † lo-
quuntur de iuſta cauſa litigandi, quam Iudex de-
bet arbitrari, quando ſit talis Ruin. *conſ. 1. n. 24. li.*
3 Afflict. *in c. 1. n. 21. verſic. item habet arbitrium co-*
gnoſcendi, ex quib. cauſ. feud amittat. Cagnol. *in leg.*
qui in alterius, in fi ff. de reg. iur. Menoc. *de arbitrar.*
caſ. 177 n. 2. fol. 172. Rot. *d. dec. 172. n. 1. in fi.*
In prædictis etiam obſeruandum eſt, quod ſuper tali
15 reuocatione requiritur cognitio Iudicis † ſaltem
ſummaria *l. poſt litem 17.* vbi Gloſ. *in ver b. cognita,*
ff de procuratoribus, leg. in cauſa cognitione, 27. & ibi
Gloſ. *§ hac autem cognitio, in verb. prætoris, ff eod. ti-*
tul. vbi quod poterit cognoſci ſine libello, & à
quolibet iudice Rom. *ſing. 371. in ſ. ſic quod procu-*
16 *rator in fi.* | & eſt ratio, quia in huiuſmodi reuoca-
tionibus factis tam ante litis conteſtationem, quã
poſt, debet inſpici an procurator ſit in rem ſuam,
vel an ſit ſimplex procurator, & an ille qui vult re-
mouere, & per ſe litigare ſit perſona illuſtris, vel
ſimilis, quæ per ſe non poſſet agere; vel an ſit pu-
pillus, & an procurator ſe pro domino in aliquo
iudicio obligauerit, vt declarat Gloſ. *in l. is cuius*
nomine, 64. in verb. cognita, ff. de procuratorib. Ge-
min. *in c. 2. n. 5* vbi Franc. *nu. 1. verſic. 4. quando eod.*
17 *tit. in 6.* † vbi quod idem eſſet ſi dominus nollet re-
uocare in totum, ſed in parte tantum, quia vult cũ
retinere in aliquo iudicio, & in alio eum reuo-
care, quaſi poſſit iſta inconſtantia recuſari *l. in*
cauſæ cognitione 27. in princ. vbi Gloſ. *in verbo recu-*
18 *ſabit. & in verbo hoc im, ff. de procuratorib.* † vel in
ſimilibus exemplis relatis per Gloſ. *in l. quæ omnia,*
25 §. ſed ſi aduerſarius in verb. ſuſpectus, ff eod tit.

Huiuſmodi

Huiuſmodi autem cauſæ cogntio non erit neceſſa-
ria,niſi in caſibus,in quibus ſe procurator oppo-
nit criminibus,vel ſuſpicionibus allegatis per do-
minum,vel alijs cauſis, ob quas prætenditur re-
19 uocatio, † nam ceſſante oppoſitione,& reſiſten-
tia procuratoris,& ſtante illius conſenſu non re-
quiritur alia cauſæ cognitio,Rot. *dec.172.num.2.*
*part.2.in recentiorib.*quod prius voluit Felin.*in ca.*
ex parte decani il tertio quod eſt 33.*col.*18.*in fi.nu.*
*27.de reſcript.*Anchar.*in cap.2.in 3. notab. nu.2.de*
procurat.in 6.Miſinger.*obſeruat.*44. *nu.2.& 4.cen-*
*tur.*4 poſt Bart.*in leg.vnica Cod.de ſatiſdat.* Odo-
20 fred.*in lege poſt litem 17.nu.1.ff.de procurator.*† vbi
etiam quomodo poocurator ſe debeat opponere
Gloſ.*in leg.quæ omnia 25.§.ſed ſi aduerſarius,in ver.*
mentiri.ff.de procuratorib. vbi etiam quod interim
non debet adminiſtrare, donec cauſa huiuſmodi
ſuſpicionis tractetur *l.quod ſi forte ff. de ſolution.§.*
ſi quis,inſti.de ſuſpect.tutorib.leg.cum quē,C.eod.tit.
Verum in hoc eſt animaduertendum,quod in reuo-
catione procuratoris,quæ fit poſt litem conteſta-
21 tam,† non ſufficit,quod fiat volente procuratore;
cum etiam requiratur conſenſus aduerſarij liti-
gantis, quia per litis conteſtationem procurator
quaſi contraxit cum eo *l.2.§.idem ſcribit ff.de pe-*
*cul.*Vnde talis quaſi contractus non poteſt diſſol-
22 ui per dominum, † & per procuratorem inuito
aduerſario,cuius intereſt,vt procurator ſine cau-
ſa non reuocetur,ne variando iudicium in muta-
tione perſonarum illi præiudicium fiat, argumē-
to *leg.iam tamen,§.ſi tamen ff. iudic. ſolui leg. ne in*
plures ff.de exercitor.act.& in ſpecie notat Gloſ. *in*
l.poſt litē,17.in verb cognita,in fi.ff.de procuratorib.
bene Felin.*in c.ex par.decani il tertio,quod eſt,*53.*co.*
18.*in fi.n.27.de reſcript.*poſt Anchar.*in c.2.in 3.no-*
*tab.n.2.*vbi Franc.*nu.5.poſt princ.verſic. intellige ex*
iuſta. de procura. in 6.Abb.*in c. audit is, col.3. ver.*
*ſed ſaluādo, eod.tit.*Minſinger.*obſer.44.n.5.cētur.5.*
Quid autem in arbitris,& arbitratoribus an habeant
retentionem ſcripturarum pro ſportulis eis debi-
23 tis,dicam infra in capite particulari, cum etiam
Arbiter poſſit recipere ſalarium à partibus,vide-
licet vnum aureum Guid.Pap.*queſt* 68.*num.fi.fol.*
101.per tex.*in lege in ſacris,12.verſicul. & ſi apud*
*arbitrum.Cod.de proxim.ſacror.ſerin.li.*12.Petr.de
Rauen.*ſingul.* 36 *iuxta legem multis,8.Cod de prin-*
cipibus agentium in rebus lib. 10. & ibi notat Bart.
in fine & Pariſ.*in Addit.in verb.à partibus.*Luc.de
Penn.*col.2.ad med. verſicul.quod autem petunt.*Io.
ad Plat.*ad fi.verſic quarto,ibi arbitris,* licet addat,
quod plus debet dari in iudicio ordinario, quam
coram arbitro, & delegato Blanc. *de compromiſſ.*
qu.8 nu.22 fol. 266. Idem ſequitur Florian. *in leg.*
24 *ſed & loci,§.in iudicio,n.2. ff. ſi.reg.* † vbi loquitur
etiam in menſore,qui poteſt habere ſalarium, ſi-
cut arbitrator,cum menſor dicatur arbitrator,*l.1.*
ff.ſi menſ. falſ mod dixer. ſubdens poſteà quod vi-
dēdus eſt Gul.*in Auth.offeratur,C.de lit.cōteſtation.*

EPITOME.

ACcipiens mandatum ad vulnerandum, ſeù ad occidendum an puniatur pœna aſſaſſinij,ſi fuerit data pecunia. ¶ Et an debeat expreſsè acceptari, vel ſuffi iat taciturnitas, ſiue intentio vnius, vel oblatio fauoris,aut ſpes præmij. ¶ Qualitas grauans delictum, an probetur ex ficta confeſſione inquiſiti. ¶ Immunitas eccleſiaſtica pro quibus criminibus concedatur. ¶ Et an pro delicto proditorio.Et quando quis dicatur proditor tam quoad effectum immunitatis, quam reſpectu pœnæ. ¶ Et quid ſi adſit inimicitia ſolum reſpectu mandantis,non mandatarij.¶ Committens delictum prope Eccleſiam an gaudeat illius immunitate. ¶ Aſſaſſinus quis propriè dicatur. ¶ Mandans ad baſtonandum,an teneatur de occiſo ſi ſequatur mors baſtonati.

SVMMARIVM.

1 *Pœna aſſaſſinij non habet locum,ſi fuerit datum mandatum ad baſtonandum,non ad occidendum, numero 3. & 4.*

2 *Aſſaſſinus dicitur, qui ſeiungit animam à corpore nummis perceptis, num.16.& 17.*

5 *Accipiens mandatum ad vulnerandum pro pecunia grauius punitur.*

6 *Pecunia oblata per mandantem homicidium debet expreſsè acceptari per mandatarium, vt dicatur aſſaſſinus,nec ſufficit taciturnitas & intentio vnius, cum requiratur cōſenſus vtriuſq; n.7.8.& 9.prout nec oblatio fauoris,aut ſpes præmij, n.10.& 11.*

12 *Mandans ad baſtonandum non tenetur de occiſo, quamuis baſtonatus moriatur,num.13 Declara vt numero 14.& 15.*

18 *Qualitas in omni diſpoſitione eſt verificanda.maximè ſi grauet delictum, & mutet in aliam ſpeciem, ita vt neque ſufficiat illam conſtare ex ficta confeſſione inquiſiti,numero 19.*

20 *Immunitas eccleſiaſtica conceditur pro quibuſcunq; delictis dummodo nō exceptis,n.31.Quod ſeruatur etiam apud infideles nedū apud Chriſtianos,n.21.*

22 *Delinquens proditoriè, ſeu retro non gaudet immunitate eccleſiaſtica, Contrarium nu.28.30.& 32.*

23 *Proditor non dicitur, qui retro occidit inimicum tanquam ab eo deberet præcauere, nu.24.Contrarium n.27.Sed prima opinio eſt verior,n.29.*

25 *Delictum non dicitur proditorium retro factum ſi mandans erat inimicus,quamuis mandatarij non eſſent tales.Et de ratione, numero 26.*

33 *Committens delictum propè Eccleſiam non gaudet immunitate eccleſiaſtica,Intellige vt nu.34.& 35.*

36 *Priuilegium immunitatis conceditur ſi ceſſat animus delinquendi ſub ſpe illius.*

CAPVT DCXIX.

[Adde ſupra *ad c.* 198. *tom.* 3.]

DElictum, de quo erat controuerſia Dixi nō
poſſe puniri pœnâ aſſaſſinij, Nam mandatū
1 non fuit datum ad occidendum,ſed†ſolum ad ba-
ſtonandum, quod facit,vt non habeat locum di-
ſpoſitio text.*in c.pro humani,1.de homicid.in* 6.cum
requiratur, vt quis pecunia recepta,aut promiſſa
accipiat mandatum ad occidendum, non autem
ſimpliciter ad vulnerandum, tanquam aſſaſſinus
2 dicatur, † qui ſeiungit animam à corpore,& qui
nummis perceptis talem ſeiunctionem facit,pro-
vt in ſpecie ita concludit Archidiac.*in d.c.pro hu-*
mani 1.co.1 & ibi Io.Andr.*co.1.in fi.*Dominic.*col.*
2.in prin.de homic in 6 Franciſc.de Plat.*de excom-*
*munic.§.26. n.1.in fi.to.24.fol.*355.Alciat.*conſ.23.nu.*
*17.to.1 fo.*8.Baiard.ad Clar.*in §.aſſaſſiniū,n.2.*Gabr.
*de criminalib.concluſ.1.n.*30.vbi quod iſta eſt ve-
3 rior opinio, quidquid contrarium ſenſerit Alex.
*conſ.66.li.6.*cum alijs qui eum ſequuntur, teſtatur
Vulpell.*conſ.143.n.1.in fi.*& Farinac.*conſ.99.n.52.*

li.1.poſt Brunot.à ſole in queſt.legal.c.34.n.37.in
fin.Maſcard.concluſ.138.nu.11.Carret.in prax.in 3.
tract. de homicid.& aſſaſſin.§. circa igitur tertium
4 n.3.in fi.Dec.in prax.criminal.li.9.c.30.n.41. † vbi
ex hoc infert, quod tales delinquentes non ha-
bentur pro aſſaſſinis, neque illorum nomine ve-
niunt, cum text.in d.c.1. non debeat extendi, niſi
prout loquitur de mandato ad occidendum Gu-
ter.li.3.pract.queſt.c.7.nu.60. Quamuis accipien-
tes mandatum ad vulnerandum,& non occiden-
5 dum grauius puniātur, † cùm illud quod fit, aut
fieri mādatur pro pecunia,ſit maius crimen.Bart.
in l.non ſolum,21.§ ſi mandato,num.14.ff de iniur.
Card. in cap. ſicut. el ſecundo de homicid. Felin. &
Anan.in c.ſi aliquis,eod.ti.Guter.pract.li.3.c.7.n.60
Quo magis procedit in caſu noſtro, cum pecunia
oblata per mandantem non fuerit acceptata per
6 mandatarios,†immò ab eis reiecta,non enim ſuf-
ficit ſola promiſſio, oblatio, & pollicitatio, niſi
ſequatur acceptatio, ad effectum vt quis dicatur
aſſaſſinus,Bald in ſpecie conſit.183.alias 98. betto-
nus de cecco,nu.3 li.1.Grammat.vot.11.nu.19 quē
ſequitur Gabr.de malefic.concluſ.1.in fi.nu.39 Boſ.
de mandat ad homic.nu 35.Brunot. à ſole queſtio.
legal.34.nu.13.latè Dec.in praxi li.9.ca.30. n.17.
7 fol. 291. vbi quod ita ſunt intelligendi omnes do-
ctores,dum volunt ſufficere promiſſionem,ſecu-
ta tamen acceptatione,Farinac.qu.123.num.147.
inſpect.5.Salic.in l.non ideò minus, in fi.Cod. de ac-
cuſat. Cpt.Sen.conſ.20.n.43.ad fi.Carrer in praxi
crimin.§.circa quintum nu.6.in fi.Munticell. regul.
crimin.8.nu.9.Plaz in epitom.delic.li.1. ca.19.nu.
10.ver. rurſus & illud conuenit. fo.294. vbi etiā al-
legat Campeg.decis.155.dub.3.Ang.conſ.24.Felin.
in ca.inquiſitionis, limit.3. de accuſation. cum alijs
per Rimin.Iun.conſ.685.n.11.vſq. ad 17. li.6. poſt
8 Paul.Merend.conſ.88.nu.15.& 17.tom.2.crimin. †
Adeò vt requiratur etiam expreſſa acceptatio, cū
non ſufficeret taciturnitas etiā quod poſteà fuiſ-
ſet ſecutum homicidium Farinac.q.123.inſpect.3.
nu.147.in fi. Cum etiam in hac materia aſſaſſinij
9 non ſufficiat ſola mentio vnius, † ſed requiratur
conſenſus vtriuſque Gabr.conſ.170.num.16.lib.1.
Ideò etiam concludunt Doctores, quod neque ſuf-
ficiant generalia verba prolata per mandantem,
quod mandatario ſemper prēſto erit,cū ſimilibus
10 oblationibus, † cum ex eis nunquam inducatur
aſſaſſinium Bald.conſil.256.lib.2.& conſi.383.lib.5.
Cornel.249 lib.1.Aret.conſil.164.Pariſ.conſil.166.
lib.4.Boſſ.de homicid.titul.de mandat.nu.35. quos
omnes refert & ſequitur Vulpell. conſil.143.nu.6.
11 cum ſeq. † vbi etiam addit, quod ſi mandatarius
ſpe præmij non promiſſi,vel in mandantis gratiā
delinquat,non poterit dici aſſaſſinus Alciat.conſ.
11 nu.18.lib.1.tom.1.Gabr.conſil.170.nu.15.& 16.
lib.1.Nam ratio ſpei, quam quis ſua ſponte con-
cipit, nunquam habetur in conſideratione Sar-
nenſ.in reg.de reg.iur.quaſit.non toll.num.12.
Non obſtat, quod fuerit ſecuta mors percuſſi cum
baculo, Quia cum mandatum fuerit ſimpliciter
12 ad baſtonandum, † non tenetur quis de occiſo,
quamuis baſtonatus moriatur, vt in ſpecie con-
cludit Bald.in leg.cum mandati,in fine Cod.mandat.
& in leg.non ideo minus, nu.29.Cod. de accuſat.Iaſ.
in leg.1.nu.31.verſicul.tertio ergo limita.Cod.de ſeru.
fugitiu.Boſſ.de mandat.ad homicid.nu.10. Menoc.
qui de communi de arbitr.caſu 352. num.3.& 4.
poſt Clar.queſt.89.verſicul. pone aliquis.Plaz.in
epitom.delictor.li.1.c.15.n.1.Grammat.conſ.10 n.2.
13 & 3.Farinac.de homicid.queſt.126.n.112.†vbi quod
ita fuit practicatum in vulnerante curſorem plu-
ribus percuſſionibus cum baculo in capite præ-
meditate, qui non fuit condemnatus pæna ordi-
naria delicti, quamuis percuſſus obierit. Gram-
mat.vot.13.cum alijs per Maſcard concluſ.864.n.9
Nec facit,quod quando præcedit inimicitia capita-
14 lis, prout præſupponitur in caſu noſtro, † tunc
habet locum pœna ordinaria, quamuis percuſſio
fuerit facta cum baculo in capite, ſi fuerit itera-
ta, quaſi tunc iſtis concurrentibus præſumatur
animus occidendi, vt per Farinac.d.queſt.126.nu-
mero 33. Quia iſta præſumptio eſt ſublata,ſtante
expreſſa proteſtatione mandantis, ne percuſſio
15 fieret in capite: † ex quo enim erat in poteſtate
mandatarij fines mandati non excedere, talis ex-
ceſſus non auget aliquam pœnam,quidquid aliud
ſit, quando mandatarius non poſſet ſtare in fini-
bus mandati,ex genere enim inſtrumenti non ve-
riſimiliter apti ad inferendam mortem, cum ex-
preſſa reſeruatione non percutiendi in capite ap-
paret de non animo occidendi,ita vt non ſit locus
pœnæ ordinariæ,vt latè declarat Marſil.conſil.67.
nu.17.vſque ad 53.Menoc.de arbitrar.caſ.352.n.3.
& 4.Grammat.conſil. 10.num.1.cum ſeq.poſt Bald.
in l.ſi quis mihi bona,§.ſi coram, ff. de acquir. here-
dit.& in leg.non ideò minus,col.penult.ad finem,Co.
de accuſatio.Bart.in l.diuus, §.vlt. ff ad leg.Cornel.
de ſicar. Imol.in c.ſicut dignum, de homicid.Felin.
in ca.vniuerſitatis,de ſenten.excommunication.Aret.
de malefic.in verb.Sempronium mandatorem, queſt.
18.Iaſ.in leg.1.colum 1.Cod.de ſeru.fugitiu.
Et quidquid ſit de prædictis, ſiue ſimus in pœna or-
dinaria infligenda, ſiue in extraordinaria,ſiue ad-
ſint coniecturæ animi occidendi,ſiue non adſint,
16 † non tamen ſumus in aſſaſſinio,quia,vt ſupra di-
ctum eſt, in facto mihi exhibito præſupponitur
clarè conſtare,quod nulla ſit pecunia accepta pro
huiuſmodi delicto perpetrando, cum tamen ad
effectum iſtius qualitatis aſſaſſinij,vt verificetur,
non poſſit eſſe abſque pecunia, vel promiſſione
de illa danda, cum aliàs non dicatur quis aſſaſſi-
nus Bald.conſil.98 bettonus,libro 1.Capic.dec.155.
num 5.in fin. verſic. tertia dubitatio.Grammat.vot.
11.nu.19.Franc decis.176. num.4.& 5.& ibi Fla-
uius Amendol.in addit. num.4.Baiar.ad Clar.in
§.aſſaſſinum,num.6.Aloyſ.Catalan.in ſpec. de indul.
cap.32.num.12.Farinac.qu.123.inſpect.5.num.145.
& 146.Gab.conſil.170.num.18.lib.1.
Erit igitur delictum ſeparatum ab iſta qualitate aſ-
ſaſſinij, in quo habebunt locum aliæ pœnæ con-
17 ſtitutæ de iure communi, † non autem illæ, quæ
imponuntur pro crimine aſſaſſinij, vt in ſpecie
notat Pariſ. conſilio 166.numero 4.& 5. lib.4.poſt
Bart.in l.non ſolum,§.ſi mandato, num.2. ff.de iniur.
& concludunt Franc.Ioann.Andr.& alij in capit.
18 1.de homicid. in 6. † Prout paſſim qualitas requi-
ſita in aliqua diſpoſitione debet prius verificari,
cum illa ceſſante, & non probata, ceſſet etiam
diſpoſitio, maximè, quia ſumus in qualitate mul-
tum aggrauante delictum, & mutante illud de
vna ſpecie in aliam atrociorem Surd.conſilio 33.
numero 3.lib.1.& conſil.131.numero 25.eodem lib.&
conſ.

conſ.179.num.40.poſt Bart.in l.ſi quis poſthumo,§.
1.vbi Iaſ.numer.51.ff.de liber.& poſthum.Menoch.
conſil.35.num.13.lib.1.Bertazz. conſil. crimin.196.
19 num.2.lib.1.& conſil.50.num.5.& 6.eod.lib. † vbi
quod adeò eſt probanda talis qualitas, vt neque
ſufficiat illam conſtare ex ficta confeſſione inqui-
ſiti.Foller.in prax.crimin.4.part.3.part.princip.in
gloſ.& ſi confitebuntur,num.9.& numer.92.verſ.17.
Ceſſante itaq; probatione criminis aſſaſſinij, ſumus
20 in caſu non comprehenſo in Bulla, & † per con-
ſequens debent delinquentes gaudere immunita-
te Eccleſiaſtica, qua potiuntur confugientes ad
Eccleſiam cuiuſcumq; conditionis ſint, & quan-
tumcumq; grauia delicta commiſerint, dummo-
do non ſint de exceptis,l.præſenti.in princ.C.de his
qui ad eccleſ.confug.Concil.Trident.ſeſſ.25. cap.10.
de reſor.capit.inter alia,de immunit. eccleſ. Gutter.
21 practic.quæſt.lib.1. cap.1. num.7.vſque ad 10. † vbi
quod ita fuit ſeruatum apud omnes gentes ab or-
be condito etiam apud infideles, ne dum apud
Chriſtianos,Decian.conſ.80.num.10. cum ſeq.li.3.
Non obſtat quod prætendatur delictum fuiſſe pro-
ditoriè commiſſum,& vt vulgo dicitur di dietro,
22 non de facie ad faciē, † quo caſu non debet de-
linquens gaudere priuilegio immunitatis Farinac.
quæſt.18.nu.76.ad med.Quia prædicta procedunt,
quando eſſemus in occidente eum, qui non erat
inimicus,vel cui occidens ſe amicum fingebat,ſe-
cus quando erat inimicus, vt in caſu noſtro, tunc
23 enim non poteſt quis dici proditor, † quamuis
per inſidias,& retrò occiderit,quia debebat præ-
cauere à ſuo inimico Bartol.in l.reſpiciendum.§.de-
linquunt.nu.1.ff.de pœnis Bald.in ca.1.col.4. quibus
modis feud.amittat.Anchar.in ca.1. de homici.in 6.
Afflict.dec.265.nu.64. ad med.Cephal.conſ.57.nu.
13.li.1.Vulpell.conſ.59.n.1.Aret.in §.interdū,n.4.
inſtit.de hereditat. quæ ab inteſtat. defer.& in tract.
de maleſic. in verbo fecit inſultum,ver. & bene nota.
Gomeſ.tom.3.ca.3.de homicid. nu.5 Alexand.conſ.
145.nu.5.li.7.& conſ.13.nu.8 li.6. Igneus in l.& ſi
certus,§.ſi vnus ex dominis,n.14.ff ad Syllanian.Bru.
in tractat.de ſeditioſis,tit.de crimin.proditíon.ca.13.
nu.2.tom.11.par.1.fol.108 Decian.conſil.48.nu.25.
li.3 & in prax.criminal.li.7.tit.29.n.24.Catalan.
de indult.cap.31.limit.4.nū.6.cum ſeq.& ibi Ioan.
24 Bapt.de Leonard. num 5. vſque ad 29. † & iſta eſt
communis & recepta opinio, vt concludunt om-
nes in dict. cap.1.de homicid. in 6. & in cap.1 vbi
Prepoſ.nu.3. poſt princ.Baltazaran.num.14.in fi.&
Rauen. num.1.an ille qui interfic.fratr. dom.Gutet.
pract.quæſt.li.1.c.2.n.3.& 4.Gig.de crimin.læſæ ma-
ieſtat.tit.de proditorib.q 1.n.7.& 9.tom.11.p1 fo.79.
Iacob.de S.Georg.de feud.ver.dictiq; vaſalli promi-
ſerunt,n.17. to.19. p.1.fo.212.Ghetard.Petr.Sanct.
ſing. 16.nu.6.& 7. Cæteros conſultò omitto,quia
nimis longum eſſet omnes recenſere, & eſt opi-
nio cōmunis,& recepta,& per Felin.in c.1.de ho-
micid.cum alijs relatis per Schrad.de feud.p.9.c.3.
n.69.& per Roſental.eod.tit.c.10. concluſ.19 n.16.
Et quamuis iſta inimicitia fuerit ſolùm reſpectu mā-
dantis,non reſpectu mandatariorum, qui nullam
25 habebant cum occiſo inimicitiam:Tamen † neq;
etiam illorum intuitu poteſt dici delictum prodi-
torium, licèt retro commiſſum prætendatur cum
præſente ipſo inimico mandante omnia fuerint
perpetrata,& concludit in ſpecie Gabr.conſ.170.
num.13.li.1.quem ſequitur Bertaz.conſ.143.n.13.
26 li.1. † ob illam rationem,quia quando mandata-
rius ſolum delinquit,vt plurimum eſt ignotus ad-
uerſario, qui cum difficultate poteſt præcauere;
quod non accidit ſi etiam ipſemet principalis in-
teruenit, prout in caſu de quo agimus, ideò non
mirum ſi talis interuentus operatur excluſionem
pœnę impoſitæ pro aſſaſſino,& proditione, cum
verè tales non poſſint dici aſſaſſini, nec prodito-
res,etiam quod principalis, qui interuenit cum
illis,pecuniam eis dediſſet,vt per Gab.d.conſ.170.
n.15.& 16.li.1.& per Bertaz.d.conſ.143.n 15.li.1.
Neq; obſtabit, quod etiam proditores dicantur qui
27 retro,ſeu à tergo incautum occidunt, quamuis †
adſit inimicitia iuxta opinionem Farinac.q.18.n.
76.cum ſeq.Menoc.de arbit.caſ.361.Nā quidquid
ſit in alijs caſibus,in ſpecie immunitatis Eccleſia-
ſticæ,fuit declaratum contrarium,quod prodito-
res ſolùm dicantur,qui colore amicitię delictum
28 committunt,† vt refert Prax Archiepiſc.c.94 n.1.
& 2.iuxta declarationem Clem.8 Februar.1597.
ibi,relatam:pro qua facit opinio Bar.in l.reſpic ē-
dum,§.delinquunt,ff.de pœnis, quæ eſt magis vera,
29 & communis,quidquid alij ſenſerint,† nā ad effe-
ctū proditionis requiritur cauſa amicitiæ. Franc.
dec.713.p.4 Cephal.conſ.57.n.13.li.1.Anchar.in
cap.1. de homicid.Ghetard.ſing.14. nu.3.cum alijs
ſupra allegatis, & ſequitur etiam Guter. pract.qu.
li.1.c.2.n.9.poſt Remig.de immunit.eccl.fallent.14.
n.2.to.13 p 1.fo.99. vbi loquitur in ſpecie immu-
nitatis eccleſiaſticæ Burg.de Paz.conſ.22.n.16.
Neq; eſt tuta opinio,quod etiam de iure communi
30 proditor nō gaudeat immunitate eccleſię,† Quia
contraria ſententia eſt verior, & magis recepta,
vt latè multis rationibus comprobat Guter. li.1.
pract.quæ.c.2.n.5.cum ſeq.Boet.de.109.n.3.poſt med.
Nam tex.in c.inter alia,de immunit.eccleſ.genera-
liter diſponit,quod omnis delinquens gaudet im-
munitate eccleſiaſtica, quamuis graue delictum
31 perpetrauerit, † excipiendo ſolum publicum la-
tronem,& depopulatorem agrorum,vnde in cæ-
teris remanet firma regula affirmatiua,prout etiā
tenet Abb.in c.cum nō ab homine,& in c.at ſi cleri-
ci,in prin.de iudic.cum alijs latè adductis per De-
cian.conſ.80 primo quia nō poteſt,n.21.vſq; ad 25.li.3
Sed quidquid ſit de huiuſmodi opinione,ſiue prodi-
tor de iure communi gaudeat immunitate, ſiue
32 non gaudeat; † ſatis eſt quod in caſu noſtro non
ſumus in proditore,cùm ex ſupradictis oſtenſum
fuerit ad effectum perdendi immunitatem requi-
ri,vt delictum ſit commiſſum ſub ſpecie amicitię;
non autem quando adeſt inimicitia,quia illa exi-
ſtente non intrat propriè crimen proditionis re-
ſeruatum in Bulla Gregorij, vt per Prax. Archi-
epiſc.c.94.n.1.& 2.Remig de immunit.eccl.fallent.
14.n.2.to.13.p.1.fo 99.pract quæſt.li.1. c.2. num.9.
Minus obſtat, quod delinquentes confugerint ſta-
tim ad Eccleſiam perpetrato delicto prope eam,
33 † quo caſu potiri non debent immunitate, tan-
quam ſub ſpe illius deliquerint Alciat.præſumpt.
33.numero 3.regul.3. Quia in facto mihi exhibito
hoc non verificatur, cùm immò conſtet, quod
poſt delictum ſe contulerunt verſus portam Mi-
randulę,vbi aderat multitudo gentium congrega-
ta,ob cuius timorem ſubſidium recurſum habue-
runt ad Eccleſiam, quo ſtante non debet priuari

priuilegio immunitatis, vt notat Menoch. *præ-
ſumpt.10. numero 14 libro 5.*
Immò non eſt vera coniectura illa, de qua per Al-
34 ciat *de præſũp.33.reg.3 n.3.*† quod quis præſumitur
occidiſſe alterum ſpe, & animo ſe recipiendi in
Eccleſiam, quando ex propoſito, & deliberatè cũ
occidit, & ſtatim ad Eccleſiam confugit, quaſi
actus ſequens declaret præcedentem. Quia hoc
ſolum procedit, quando delictum committitur
propè Eccleſiam, vt in cemeterio, vel alio loco ibi
35 admodum vicino, † nam alias tota immunitas
Eccleſiæ regulariter ſubmoueretur, vt in propo-
ſito concludit Guter. *pract.quæſt.li.3.c.1.num.16.
poſt med.* & talis vicinitas non verificatur in caſu
noſtro, in quo etiam ceſſat omnis difficultas, cũ,
vt dictum eſt, delinquentes prius alibi confuge-
rint, & propter timorẽ impedimenti reuertentes
36 ad Eccleſiam recurſum habuerint, † vnde apparet,
quod ceſſat animus delinquendi ſub ſpe immuni-
tatis, quo ceſſante non debet denegari illius pri-
uilegium, Anch. *in c.vlt.de immun. Eccleſ.* Remig.
eod tit fallent.15.n.25. Rebuff *etiã eod.tit.art.1.gloſ.
1.n.20* cum alijs per Menoc *præſumpt.10.n.4.li.5.*

EPITOME.

Epiſcopus an exigat cathedraticum, ſeu ſyno-
daticum à qualibet Eccleſia ¶ Et ob quã cauſam.
¶ Et in quo conſiſtat. ¶ Et an poſſit illud remitti in
totum, ſeu in parte. ¶ Et quanto tempore præſcri-
batur ¶ Et ſufficiat tempus 40. annorum, vel re-
quiratur etiam titulus, ſeu immemorabilis ¶ Et an
reſpiciat iuriſdictionẽ & legem diœceſanam, ſeù
iuriſdictionem ordinariam. ¶ Exempti an tenean-
tur ire ad ſynodum ad illam eccleſiã, in qua ſol-
uunt cathedraticum. ¶ Et de quibus exemptis ſit in-
telligendum. † Epiſcopi qui nulli Archiepiſcopo
ſubijciũtur an teneantur eligere aliquem vicinum
Metropolitanum in cuius ſynodo prouinciali cũ
alijs intereſſe debeant. ¶ Et quando ab eo poſſint
compelli ad ſeruandas leges in illa ſynodo latas.

SVMMARIVM.

1 *Synodaticum, ſeu cathedraticum debetur Epiſcopo à
qualibet Eccleſia in ſignum ſubiectionis. Et quo-
modo aliter vocetur, num.2.*
3 *Duo ſolidi, ſeu aurei ſunt debiti pro cathedratico, ni-
ſi aliud ſeruetur, num 4.*
5 *Beneficiati Eccleſiarum tenentur ad Cathedraticum,
quamuis in præteritum ſoluerint, dummodo non
adſit tempus immemorabile, vel ſpacium 40. anno-
rum, cum titulo, & bona fide, num.6. & 7.*
8 *Præſcriptio non currit contra habentem aſſiſtentiam
iuris communis niſi ſit immemorabilis, vel qua-
dragenaria, cum titulo, & hoc caſu quando priui-
legium ſeu exemptio ſit oſtendenda.*
10 *Epiſcopus non poteſt eximere Eccleſias ſibi ſubiectas
à ſolutione cathedratici. Intellige, vt num.12.*
11 *Synodaticum nunquam venit in generali diſpoſitione.*
13 *Cathedraticum reſpicit iuriſdictionem, & legem
diœceſanam, non iuriſdictionem ordinariam.*
14 *Exempti tenentur ire ad ſynodum ad illam Eccle-
ſiam, in qua ſoluunt cathedraticum: & de quibus
exemptis ſit intelligendum, num.16.17.18 & 19.*
15 *Exemptus à iuriſdictione eximitur à lege diœceſana.*
20 *Epiſcopi qui nulli Archiepiſcopo ſubijciuntur tenen-
tur ſemel eligere aliquem vicinum Metropolita-
num, in cuius ſynodo prouinciali cum alijs inter-
eſſe debet, & poſſunt compelli ab eodem Metro-
politano ad ſeruandas leges in illa ſynodo latas,
licet in reliquis ſalua ſit exemptio.*

CAPVT DCXX.

Cathedraticum debetur Epiſcopo à quali-
bet Eccleſia ſuæ diœceſis pro honore ca-
1 thedræ Epiſcopalis, † & in ſignum ſubiectionis,
& dicitur etiam ſynodaticum, quia in ſynodo da-
tur *c placuit, & c.inter cætera, 10.q.3.c.olim, de cen-
ſib* Gloſ. *in c.conquerente, 16. in verbo duos ſolidos, de
offic.ordinar.* Archidiacon. *in ca.1. de præbend.* Abb.
*conſ.7.tria col.4.ad med. ver. quamquã hæc vrgere,
li.2. & in c paſtoralis, n.7. in gloſ. in verb. præter ca-
thedraticum de donation.* Ioan. Vgo. *de offic. quatuor
prælator, p.2. in fi. rubric. de exact. epiſcop. n.1. to.13. p.
2. fo.291.* Io Franc. Leo *in theſaur. for. eccleſ. pa.2. ca.
29 de quart. funeral. n.5. fo.466.* Pauin. *de viſitat. p.1.
q.5 n.12. cum ſequent. to.14. fo.182.* Marſil. *de eccle-
ſiaſt. redditib. c.6. n 15. to.14. p.2. fo.344.* Gemin. *conſ.
2 85. n.6. ad med.* † vbi etiam, quod quandoque ap-
pellatur curata, & parata quando datur, quia cir-
cuit Parochiam *cap.1.* & ibi Vgo. *in prin. 10. qu.3.*
Sunt autem duo ſolidi, qui debentur pro cathedrati-
3 co, quos interpretamur pro duobus aureis iuxta
gloſ. *in c.placuit. in princ. 10 q 3.* argumento *l.1.
C. de ſportul. & in inſtit. de pæn. temer. litig. in fi.* licèt
iſti duo ſolidi dentur ſecundum æſtimationem
illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio ſolui
conſueuit, niſi circa ſolutionẽ minoris monetæ,
4 quæ hodie eſt in vſu, aliud ſeruetur, † ſiue ſit ma-
ior moneta in vſu, ſiue minor, Gloſ. *in c.conquerẽte
in verbo duos ſolidos de offic. ordin. iuxta ca. olim de
cenſibus, c.cum canonicis, eod. tit.* & notat etiã Hen-
ric. Botteus *de ſynod. epiſc. p.3. n.81. & 90. to.13. p.2.
fol.306.* Pauin. *de viſitat. par.1. quæſt.5. numer.13.
tom. 14. fol. 182.*
Hoc ſtante non ſunt audiendi beneficiati Eccleſiarũ,
dum prætendunt non teneri ad ſolutionem ca-
thedratici ſub prætextu, quod in præteritum non
5 ſoluerint, † Quia hoc non ſufficit, niſi probetur
legitima præſcriptio, & non vſus ſolutionis per
tempus immemorabile, & de cuius initio nõ ex-
tet memoria, cum enim cathedraticum ſit reſer-
uatum Epiſcopo in ſignum ſpecialis priuilegij, &
Epiſcopus in hoc habeat aſſiſtentiam iuris com-
munis, vt dictum eſt, ad talia præſcribenda requi-
ritur tempus immemorabile, vt in ſpecie conclu-
dit Henric. Botteus *de ſynodo epiſc. n.91 vſq. 95. to.
13 p.2. fo.386.* iuxta doctrinam Abb. *in c. final. col.
7. ver. quantum verò ad tempus,* vbi Rocc. *col.42.
ver. limita autem, de conſuet.* Dec. *conſ.85. & diligẽ-
ter. col.1. ver. hic tamen,* Rot. *diuer. dec.76. n.2. p.1. in
recentioribus, & dec.91. n.1. in fi. & dec 97. n.3. p. ead.*
Ideò ceſſante immemorabili, non datur præſcriptio
cathedratici Gloſ. *in cap. quicumque il primo cauſ.
6 16. q.7.* † Card. *in clem.1. q.3. de iurepatr. & in clem.
1. qu.12 de cenſibus.* Balb. *de præſcrip. part.1. part.5.
princip quæſt.16 nu.3. fol.456. & part.6. in princ. nu.
2 fol.543.* poſt Calder. *conſ.2. eod. tit. de præſcriptio-
nib.* Abb *conſ.94 videtur primo col. vlt. ad med. ver.
conclude ergo ex prædictis, lib.1.* Henric. Botteus *de
ſynod. epiſcop. part.3. numer.87. tom.3. part.1. fol.386.*
Et quatenus etiam daretur alia præſcriptio præter
immemorabilem, Tamen illa debet eſſe quadra-
7 ginta annorum † cum titulo, & bona fide, cum
enim

enimEpiſcopus habeat intentionem ſuam funda-
tam de iure communi ſuper cathedratico ſibi de-
bito *cap placuit, & cap.inter catera*, 10.q.3.*cum alijs*
8 *ſupra allegatis*, † non iuuat præſcriptio, niſi cum
titulo,& ſpatio 40.annorum,vel niſi adſit imme-
morabilis *c.1.de praſcrip.in 6.cap.apoſtolica.& ca.
cum contingat* vbi Abb.*in 2.notab.de decim*.Balb *de
praſcript.p.5.princ.par.1.q.7 num.13.fol.*421.Rot.
dec.76.nu.1.& 2.par.1.in recentioribus,& dec 97.
num 3.par.eadem.Put.*dec* 238.*lib.*1.Rebuff *de de-*
9 *cim. queſt.* 13. *numero* 81. *&* 82. † Et in hoc caſu
poſſet Epiſcopus cogere beneficiatos Eccleſiarũ
oſtendere priuilegium,ſeu exemptionem à titulo,
præſcriptione,iudicato, vel conſuetudine cauſa-
tam,cùm Epiſcopus habeat intentionem funda-
tam in iure communi iuxta *c.cum perſona, de pri-
uileg.in* 6 & notat in ſpecie Henric Botteus *de ſy-
nodo epiſcop.p.3.num* 94.*tom.*13.*par.*2. *fol.*386.
Amplius neque Epiſcopus poſſet eximere Eccleſias
10 ſibi ſubiectas à ſolutione cathedratici† Abb. *in
cap.cum venerabilis*,21.*nu*.3.*& ib*.Ioann.de Anan.
nu.4.in princ.de cenſibus. Ideò etiam neq; cathe-
11 draticum venit in generali diſpoſitione † *cap.pa-
ſtoralis*,vbi Ioann.Andr.*de donationibus*.Hoſtien.
*in ſumma de offic.ordinar.§ quid pertinet,ver.& no-
ta*,Abb.*in ea.cum venerabilis,nu*.3.& ibi.Card. *q.*
3.*de cenſibus*,Henric. Botteus *de ſynod.epiſcop. par.*
3 83.*tom.*13.*par.*2. *fol.*386 poſt Gemin & Franc.
in ca 1.de praben.in 6. Cùm enim ſoluitur in ſi-
gnum ſubiectionis in ſpiritualibus,non datur re-
12 miſſio in totum , licet in aliqua † parte propter
conſuetudinem,aut præſcriptionem poſſet dimi-
nui quantitas cathedratici Alberic *de lanu p.2 q.*
104.*cum ſeq*.Alex.*conſ*.135.*n*.42.*li* 6 *iuxta ca.tua.*
cum ibi notatis per Innoc.*de decim*.Gloſ.& Do-
ctoc.*in c.à nobis,eod.tit*.Card.*in c.cum venerabilis,
qu* 3.*ante fi.ver.ſed contrarium,col.ult.poſt princ de
cenſibus*.
Immò cathedraticum reſpicit iuriſdictionem & le-
gem diœceſanam,non autem iuriſdictionem or-
13 dinariam,†quæ inter ſe differunt Abb. *in c. dile-
ctis,in princ.de offic.ordinar*.Vnde Concil.Trident.
14 *ſeſſ.*24 *cap.2.in fi de reformat.*†diſponit,quod exẽ-
pti teneantur ire ad ſynodum ad illam Eccleſiam,
in qua ſoluunt cathedraticum, vt in ſpecie notat
Card.Thuſc.*concluſ.*132.*n*.3.*to.t fol* 678. vbi etiã
15 quod exemptus à iuriſdictione non † eximitur à
lege diœceſana,ſubdens,*ibidem*,quod cathedrati-
cũ reſpicit legem diœceſanã Abb.*conſ.26.col.1.in
fi.nu.3.ad med.verſ.ad hoc bonus textus,lib*.2.
Et dum in eodem Concil.Trident *ſeſſ.*14. *cap.*2. di-
ſponitur,quod Synodi diœceſanæ quotannis ce-
lebrentur , ad quas exempti omnes accedere te-
16 neantur,† Notandum eſt,quod illi exempti, qui
vtramque iuriſdictionem habent in parochos, &
parochianos,adeò quod ab Epiſcopis non poſſunt
viſitari iuxta Conc l.*cap.11.ſeſſ.25 de regularibus*.
17 † non tenentur accedere ad ſynodum diœceſa-
nam iuxta declarationem eiuſdem Concilij die
25. Martij 1584. Quia ex diſpoſitione dicti Con-
cilij illi exempti debent ire , qui ceſſante exem-
ptione deberent intereſſe , & populos, & paro-
18 chianos Epiſcopo ſubiectos haberent , † Iſti au-
tem, cùm habeant iuriſdictionem epiſcopalem,
& temporalem,& populum non ſubiectum, non
tenentur ire ceſſante dicta cauſa:Gloſſ.*in c. dile-
ctis,in verb.de lege,de offic.ordin.& in cap.quod ſu-
per,in verb.diœceſana*.vbi Abb.*de maiorit. & obe-
dien* Famaguſt.*in ſynodial fol.*4. *col* 2.*&* 3.Iacoba.
19 *de concil. lib.*2. *articul.*2. *fol.*81. † niſi adſit aliqua
rationabilis cauſa, & ideò Ciſtercienſes non te-
nentur ire,quia non habent populum, conſulen-
dum tamen eis eſſet vt irent,vt poſt Hoſtienſ.di-
cit Prepoſ.*in c.epiſcopus,diſt.*18.ne fiant contra eos
ſtatuta,quę præſentes poſſent impedire,ne fierẽt.
Item obſeruandum eſt,quod in *d.c.2.ſeſſ* 24 diſponi-
tur,quodEpiſcopi,qui nulli archiepiſcopo ſubij-
20 ciuntur,† ſemel eligant aliquem vicinum Metro-
politanum , in cuius ſynodo prouinciali cum
alijs intereſſe debeant,vt latius *in d.c.*2.Ideò ſi ſe-
mel Epiſcopus exemptus elegit aliquem in Me-
tropolitanum , poterit ab eodem Metropolitano
compelli ad ſeruandas leges,& conſtitutiones in
illa ſynodo latas , nam in reliquis ſalua eſt exem-
ptio, quaſi velit Concilium dicere , quod in hoc
ſubeſſe debeat Metropolitano , vt reſoluit Con-
gregatio Concilij 9. Aprilis 1587. Idem in alijs
Prælatis inferioribus,qui ſunt nullius diœceſis,vt
declarauit Pius V. ſanctæ memoriæ.

EPITOME.

Vocatio in defectum ambarum ſororum , an requirat obitum vtriuſque. ¶ Succeſſio quo caſu deferatur per ſaltum de vna linea in aliam,quando ſupereſt maſculus, ſeu fœmina ex linea illius, qui fuit admiſſus. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ , & quales debeant eſſe. ¶ Ratio conſeruandæ agnationis an præferat maſculos remotiores fœminis. ¶ Et quid ſi non ſit expreſſa , ſed adſit conſuetudo domus , & familiæ. ¶ Teſtator in ea parte qua prædilexit filios alicuius, an cenſeatur etiam prædilexiſſe omnem eius poſteritatem. ¶ Verba,ambarum, ipſarum, ſemper,modo & ordine ſupra expreſſo, quid ſignificent. ¶ Primogenituræ,& fideicommiſſa an regulentur iuxta naturam feudorum. ¶ Conceſſio feudalis indiuidua ex voluntate diſponentis ad fauorem fœminarum in defectum maſculorum, ſi in vno habuit initium,finita vna linea maſculina, an tranſeat ad aliam lineam maſculinam excluſis fœminis. ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria cum adiectione copulatiuæ , ſeu nominis collectiui, an reſoluatur in ſingularitatem. ¶ Et quid ſi ſupereſt perſona magis dilecta. ¶ In feudis an excludatur fœmina, admiſſis maſculis etiam remotioribus non conſiderata diuerſitate linearum.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus non admittitur ſi vocetur in defectum ambarum ſororum,niſi vtraque obierit,propter dictionem ambarum, quæ eſt collectiua,& vnam, & alteram requirit,& num.*27.

2 *Dictio ipſarum eſt relatiua, & denotat perſonalitatẽ.*

3 *Succeſſio an deferatur per ſaltum de vna linea in aliam,donec ſupereſt aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina ex linea illius,qui fuit admiſſus.Et quid in hoc operentur coniectura,num.*4.*&* 5.

6 *Ratio conſeruandæ agnationis facit , vt præferantur maſculi etiam quod ſint remotiores fœminis, num.* 34. *Amplia quamuis non ſit facta mentio agnationis, ſi talis eſſet conſuetudo domus,& familia,n.*7.

8 *Teſtator in ea parte,in qua prædilexit filios alicuius, cenſetur etiam prædilexiſſe omnem eius poſteritatem. Declara vt numero* 9.

10 *Primogenitura conſtituitur tam in bonis paternis, quam maternis pro conſeruanda agnatione.*

11 *Sorores licet ſint de agnatione teſtatoris, non tamen filij ſunt de eius agnatione.*

12 *Fœmina licet non ſit agnata, tamen non poteſt etiam in agnatione alterius conſtituere fideicommiſſum.*

13 *Mulier non conſeruat agnationem.*

14 *Prædilectio maſculorum eſt præcipua coniectura excluſionis fœminarum etiam proximiorum ad fauorem maſculorum alterius lineæ.*

15 *Noſtrum eſſe magis conſeruatur in ſexu maſculino.*

16 *Natiuitate maſculi tota domus lætatur, ſecus in fœmina.*

17 *Prior nominatio denotat ordinem maioris affectionis.*

18 *Dictio, ſemper, ſignificat diuerſitatem, & pluralitatem temporum, & caſuum, & quando inducat excluſionem fœminarum, num. 19.*

20 *Primogenitura ſeu fideicommiſſum regulatur iuxta naturam feudorum.*

21 *In feudis excluditur fœmina, admiſſis maſculis etiam remotioribus, non conſiderata diuerſitate linearũ.*

22 *Teſtator poteſt facere diuiduum, quod eſt indiuiſibile, & è contra, num. 23.*

24. *Bona ſi debeant integra conſeruari in agnatione non debet aliqua parte diſtrahi donec illa durat, & numero 26.*

25 *Conceſſio feudalis indiuidua ex voluntate diſponentis ad fauorem fœminarum in defectum maſculorum, ſi in vno habuit initium, finita vna linea maſculina tranſit ad aliam lineam maſculinam excluſis fœminis*

28 *Verba modo & ordine ſupra expreſſo repetunt omnes qualitates ſuperius narratas ſingula ſingulis referendo.*

29 *Geminatio verborum magis denotat voluntatem diſponentis.*

30 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, niſi quando conſtat de mente teſtatoris.*

31 *Pluralis numerus verificatur in ſingulari ſi adeſt eadem ratio vnius, & multorum.*

32 *Subſtitutio fideicõmiſſaria cum adiectione copulatiua, ſeu nominis collectiui non reſoluitur in ſingularitatem, maximè quando ſupereſt perſona magis dilecta, numero 33.*

CAPVT DCXXI.

FVerunt in teſtamento mihi tranſmiſſo ſubſtituti Carolo hæredi filij legitimi primogeniti
Comitiſſę Polixenę, & Æmilię ęquis portionibus,
& in defectum primogenitorum ſecundogeniti
earum, & ſic in ordine ſemper ſucceſſiuo, & in defectum maſculorum ipſarum ambarum ſororum
filię primogenitę earum ęqualiter vt ſupra, & ordine ſucceſſiuo, ex quibus verbis colligitur, quod
bona, quæ peruenerunt ad filium primogenitum
Æmiliæ vigore dictæ ſubſtitutionis non poſſunt
poſt illius obitum aliquo modo ſpectare ad Lauram filiam primogenitã eiuſdem Æmilię, cum dicta filia non ſit vocata, niſi in defectum maſculorum ipſarum ambarũ ſororum Polixenę & Æmilię,
quę conditio non eſt purificata, cùm adſit Comes
Frãciſcus filius primogenitus Polixenę, per cuius
exiſtentiam non poteſt dici quod defecerint filij
1 primogeniti ambarum ſororum, † tanquam talis
dictio, ambarum, ſit collectiua. & vnam & alterã
requirat, ita vt non admittatur ſubſtitutus, niſi
vtraq; obierit *l. cum quidam duobus*, 10. vbi Gloſ.
in verb. ſuccedere, C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus, l. qui duos, 10 *ff. de reb. dub.* Rebuf. *in l. rectè dicimus*, 25. §. *Quintus Mutius, in fi. ver. item ſi fuerint
inſtituti, ff de verb. ſignific.* Caſti. *conſ.* 125. *viſo teſtamento Michaelis poſt princ. ver. & facit dubiũ, li.* 1. *& conſ.* 271. *quanquã multa ſcripta, nu.* 1. *li.* 2. Roman.
conſ. 31. *n.* 1. *& ib.* latè Mandoſ. *in verbo* 1. *dubitatio.
& in verbo locus eſt*, Anan. *conſ.* 66. *col.* 2. *in fi. ver. ſed
contrariũ puto de iure verius, nu.* 3. Hooded. *conſ.* 66.
numero 29. *libro* 1.

Cum etiã vltra dictionem ambarum, adſint illa ver-
2 ba † ipſarũ ſororum, quæ non ſolùm ſunt relatiua
ad ipſas duas ſorores, ſed etiam denotant quandã
perſonalitatẽ, ita vt non poſſit ad alios referri ſubſtitutio, niſi per ipſos nominatos Rip. *in l. filius fa.
§. diui. n.* 111, *ff. de leg.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 358. *nu.* 135.
& 166. *li.* 4. Roland. *conſ* 97. *n.* 20. *cum ſeq. li.* 4. Pariſ. *conſ.* 103. *nu.* 14. *lib* 1. Natta. *conſ.* 678. *num.* 23.

Neq; obſtat quod ſucceſſio non debeat referri per
ſaltum de vna linea in aliam, cùm donec ſupereſt
3 aliquis ſiue maſculus, † ſiue fœmina ex linea illius,
qui fuit admiſſus, non poſſit fieri tranſitus ad alteram lineam remotiorem Peregr. *de fideic art.* 7.
n. 13. *cum ſeq.* Quia omiſſo, quod multi tenent cõtrarium, vt ibid. Peregr. teſtatur *nu.* 12. & quod in
facti contingentia non fuit aliquid deciſum propter varietatẽ opinionum, ob quã partes ſe concordarunt, vt per eumdẽ Peregr. *d. art.* 7. *n.* 15. *in fi.*

Reſpondetur, quicquid ſit de huiuſmodi opinionibus In caſu noſtro nulla adeſt probabilis dubita-
4 tio, † cum ex mente, & coniecturis, & verbis teſtamenti appareat diſponentẽ voluiſſe fœminã propinquiorem excludi per maſculum remotiorem,
tunc enim iuxta tales cõiecturas iudicandum eſt,
tanquã illę in ſimilibus vocationibus ſufficiant etiam quando tractatur de tranſitu ex vna linea in
aliã, & latè concludit Ludo. de Caſanat. *conſ.* 47. *n.*
5. *per tot. li.* 1. poſt Loffred. *conſ.* 39. *n.* 28. Molin. *de
primog. Hiſpa. li.* 3. *c.* 4. *n.* 38. *cũ ſeq. fo.* 369. † vbi quod
5 hoc caſu pręſumptiones, & coniecturę erũt liquidiſſimę probationes, quamuis teſtator non apertè
expreſſerit ſuã voluntatẽ *l. licet imperator, ff. de legat.* 1. *l. quidã teſtamento, ff de vulgar & pupil. ſubſti.
l.* 1. *C. de teſt. milit.* Valaſco in propoſito noſtro *ad
l.* 40. *taur. gloſ.* 9. *n.* 5. Menoc. *conſ.* 95. *num* 32. *lib.* 1.

Quod autem adſint huiuſmodi coniecturæ, colligitur ex præcipua intẽtione teſtatricis expreſſe mãdantis, vt omnia ſua bona perpetuò conſeruentur
in eius agnatione, ob quã cauſam prohibuit quaſcunq; alienationes & diſtractiones bonorũ, & hęreditatis in totum, vel in aliqua illius parte, vt la-
6 tius in teſtamento continetur, † ita vt ex tali argumento cõſeruandi agnationem ſit dicendum maſculos fuiſſe prælatos etiam quod ſint remotiores
fœminis: Caſanat *cõſ.* 47. *n.* 15. *cum ſeq. li.* 1. vbi etiã
ampliat hoc eſſe ſtatuendum, quamuis non fuerit
7 expreſſe facta mentio de agnatione, † cũ ſufficeret
quod talis eſſet conſuetudo domus, & familię, ſeu
prouincię, vnde multo magis quando expreſſa eſſet conſeruatio agnationis Decian. *conſ.* 1. *n.* 317. *cũ
ſeq. li.* 1. Socin. Iun. *conſ.* 168. *n.* 40. *li.* 2. Paril. *conſ.* 7.
n. 40. *li.* 3. *& conſ.* 72. *n.* 11. *&* 19. *li.* 4. Ruin. *conſ.* 34.
n. 5 *li.* 1. Iaſ. *in l. omnes populi, n.* 24. *ff de iuſtit. & iur.*

Non obſtat, quod in ea parte, in qua teſtatrix prædilexit filios Æmiliæ, videtur quoque prædilexiſſe
8 omnem eius poſteritatem, † & ſic potius vocaſſe Lauram de linea Æmiliæ, & ſororem filij
maſculi vocari & prędilecti quam filium Polixenę alterius lineæ: Baldus *in l. cũ acutiſſimi, co.* 1. *n.* 5.

Cod. de

C. de fideicommiſſ. Curt. Sen. *conſil.* 44. *col.* 10. *ver. cõſequenter cum portione nu.* 26. Alex. *conſil.* 204. *nu* 3. *li.* 2. Quia iſta non procedunt, quando in poſteritate deficit illa qualitas, ob quam teſtator, vel expreſſe, vel ex legitimis coniecturis eum honora-
9 uit, † vt quia talis ſit maſculus, deſcendens verò fœmina, tunc enim ex facto ſubiecto apparet tationem maſculinitatis ſupra fœminas habitã fuiſſe, prout ita in terminis noſtris reſpondet Peregr. *de fideicommiſſ artic* 27 *nu.* 15. *ad med ver. huic tamen obiecto fol.* 252. *& artic* 25. *nu* 46. *&* 47. *fol.* 243. poſt Socin Iunior. *conſ.* 168. *nu.* 80. *li.* 2. Rimin. Iunior. apud Paul Leon. *conſ.* 4. *n.* 37. *&* 38. Et ita etiã declarat Menoc *conſ* 93. *n.* 94. *li.* 1. Roland. *conſil.* 82. *nu* 40. *ver. ſimiliter. li.* 3.

Et quamuis ſimus in fœminis, tamen etiam in eis militat ratio conſeruandæ agnationis, quando de ea
10 eſt facta mentio, † ſicut in maſculis, cum votum commune vtriuſque parentis ſit potius habere ſucceſſores vniuerſales maſculos, quàm fœminas, ideò tam in bonis paternis, quàm maternis conſtituuntur primogenituræ, & fideicommiſſa pro conſeruanda agnatione, latè Roland. *conſ.* 82. *num.* 41. *in princ. ver. vlterius dicitur, col* 8 *&* 9. *li.* 3. poſt Girard. Maxol. *conſil* 5. *n* 95 & ibi Soc. Iun. *conſil.* 7. inter conſ. eiuſdem Girard cum alijs per Simon de Pret *de interpr. vlt. volunt. lib* 3. *ſolut* 11. *num.* 1. *ad med. fol.* 287 iuncta conſ. Fulgoſ. 86 *col.* 2. Pariſ. *conſil.* 87. *num.* 26 *lib.* 2.

Neq; obſtat, quod non ſit conſideranda ratio agnationis, cũ teſtatrix nõ minùs vocauerit maſculos, & fœminas vnius ſororis Æmiliæ vxoris Theobaldi de Hippolitis, quam alterius ſororis Polixe-
11 næ nuptæ Guidoni Gonzagæ, † nam licet illæ ſorores ſint de agnatione teſtatricis, non tamen filij ſunt de eius agnatione, quia fœmina vxorata ipſo iure perdit ius agnationis, ſicut & iura ciuitatis, tãquam efficiatur de loco vnde vir Theſaur. *dec.* 37. *nu.* 8. *in fi. & decif.* 123. *num* 12. Quia reſpondetur,
12 † quod licet fœmina non ſit agnata, tamen benè poteſt etiam in agnatione illius conſtituere primogenituram, & fideicommiſſum, vt eius bona in illa conſeruentur Roland. *conſil.* 82. *num.* 41. *lib.* 3. cum alijs ſupra allegatis Decian. *conſil.* 127. *num.* 25. *lib.* 3. poſt Caſtr. *conſil* 92 *num* 7. *lib.* 2 Socin. Iunior. *conſil.* 81. *nu.* 3. *lib* 3. Et ſatis eſt, quod iſta agnatio conſiderata à teſtatrice poſſit verificari tam in deſcendentibus à Carolo, quã in filijs maſculis Polixenæ, quæ cum ſit nupta in domo & agnatione de Gõzaghis, ac in propria ſtirpe ipſius teſtatricis, dicendum eſt eamdem ſuam agnationem conſeruari in filijs maſculis eiuſdem Polixenæ, excluſa Laura fœmina, quæ eſt finis agnatio-
13 nis † & non poteſt dici agnata, nec conſeruare agnationem à teſtatrice, vt ſuprà conſi leratam *l.* 1. *§. penultim. ff de ventr. inſpic* Surd *conſ* 96. *nu.* 27. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 65. *num.* 36. *lig.* 1. Rimin Iunior. *conſil.* 401. *num* 60. *&* 61. *lib.* 4

Et vltra agnationem ſufficeret prædilectio maſculorum, quæ eſt præcipua coniectura excluſionis
14 fœminarum † etiam proximiorum ad fauorem maſculorum remotiorum alterius lineæ, vt in ſpecie comprobat Caſanat. *conſil* 47. *num.* 27. *cum ſeq. lib.* 1. iuxta Socin. *conſil* 13. *num* 21. *lib.* 1. Alciat *conſ.* 112. *n.* 9. *in fi. lib.* 9. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib* 7 *tit.* 10. *n.* 15 Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 1. *interpret.* 2. *dubit.* 2. *ſolut.* 5. *per tot* poſt Bart. *conſil.* 54. *num.* 4. *lib.* 1. Socin. Iun. *conſil.* 127 *num.* 7. *&* 25. *lib.* 1.

Et iſta prædilectio maſculorum eſt clara ex generali præſumptione, quod noſtrum eſſe magis conſer-
15 uatur in ſexu maſculino, † ideò in eo eſt maior dilectio Signor. *conſil.* 171. *num.* 3. *in fi.* Raudenſ. *conſil.* 35. *num* 8. & vt vulgo dici ſolet, natiuitate maſculi tota domus ridet & lætatur, natiuitate
16 verò fœminæ contriſtatur † Caſanat *conſ.* 47. *nu.* 29. *in fi. lib.* 1. Maximè quia ſemper teſtator prius nominauit maſculos, & poſt eorum fœminas; ita vt ex iſta priori nominatione, demonſtretur etiã
17 ordo maioris charitatis, & affectionis † *l. quoties, in princ. ff. de vſufruct. l. heredes mei, §. peto, ff ad Trebellia. l ſi ita legatum, in princ pio, ff de legat.* 1. Angel. & Imol. *in l. qui ſoluenda. ff. de hæred. inſtituend.* Aymon. *conſil.* 297. *num.* 2.

Additur quod teſtatrix vocauit maſculos primogenitos, & in defectum illorum ſecundogenitos ſemper in ordine ſucceſſiuo, antequam filiæ poſſint ſuccedere, quibus filiabus cùm fuerint ſemper prælati primogeniti, & ſecundogeniti, ſequitur quod talis prælatio ſit intelligenda in omni caſu,
18 & in omni tempore, † ob illam dictionem ſemper, quæ de ſui natura denotat diuerſitatem temporum & caſuum, ac continuam, & æqualem diſpoſitionem in omnibus, & in omni caſu, & tempore in perpetuum ſeruandam Decian. *conſil.* 1. *num.* 158 *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 90. *num* 28. *&* 29. *lib.* 2. poſt Gloſ. *in l.* 1. *in verb ſemper*, & ibi Bart *col* 5 *ff. ſolut. matrim.* per text. *in l. Caſo. ff. imperator ff de*
19 *aliment. legat. l. ſemper, ff. de iur. immunitat.* † & ita in terminis hanc coniecturam pro maſculis ad excluſionem fœminarum etiam proximiorum ob dictionem ſemper admittit Caſanat. *conſil.* 47. *numero* 122. *vſque ad num.* 130. *lib.* 1. Peregr. *conſil.* 44. *col. vltim. ver ad quintum reſpondeo, num.* 28. *ad med. lib.* 1. *& de fideicomm. art.* 27. *num.* 2. *fol.* 251. Pancirol. *conſil.* 90. *numero* 20.

Præterea ſumus in primogenitura, quã teſtatrix vo-
20 luit conſtituere, quæ licet ſit fideicommiſſum, † tamen debet regulari iuxta naturam feudorum Bald. *in l. antiquiaribus. col.* 9. *Cod. de iur. deliber.* Archidiacon. & Præpoſit. *in c quam periculoſum*, 7. *queſt.* 1. *Cirier. de primogenit. qu.* 1. Couar. *lib.* 3 *variar. reſolut. c.* 5. *nu.* 5. *ver. quinto feuda & maioratus*, Cephal. *conſ.* 684 *nu.* 3. *li.* 5. Pariſ. *conſ.* 72. *nu* 73. *&*
21 74. *lib.* 4. Socin. *conſil.* 47. *nu.* 4. *cum ſeq. lib.* 3. † In feudis autem regulariter excluditur fœmina, admiſſis maſculis etiam remotioribus, non conſiderata aliqua diuerſitate linearum *cap.* 1. *§. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. cap.* 1. *§. filia de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de ea qui ſibi & ſuis heredibus*, Couarr. *lib.* 3. *var. reſolut. c.* 5 *n.* 5 *ver. quinto feuda, in fi.* Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 6. *&* 13. *lib* 4. Curt. *de feud.* 1. *par.* 3. *par. principal. num* 18 Schrader. *eod tit. par.* 7 *ca.* 4. *num* 60. *vſque ad* 72 Euerard. *conſil.* 63. cum alijs per Burſatt. *conſil.* 63. *num.* 12. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 391 *nu.* 14. *vſque ad* 19. *lib.* 4. *& conſil.* 400. *nu.* 7. *eod. lib. & conſil.* 931. *num* 31. *lib.* 10. *& conſil.* 979. *num.* 19 *eod lib.* Aym. *conſil.* 664. *numero* 15.

Vlterius fuit per teſtatricem durante agnatione conſiderata integritas bonorum, quæ in illa deberent conſeruari abſque aliqua diminutione, & ſic ſumus in rebus indiuiduis ex voluntate diſpo-
22 nentis, † qui poteſt facere indiuiduum, quod eſt diuiſibile, ſiue agatur de contractibus, ſiue de

alia quacumqne diſpoſitione , ſiue talis fuiſſet
vtriuſque partis intentio, ſiue alterius tantum, ſi-
ue res ſit indiuidua , ſiue non ſit talis, ſed partes
crediđiſſent Alciat. *in l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum,*
col. 3. in fi. num. 16 & 17. vbi Imol. *num. 68.* & An-
gel. *num. 3. ff de ver. oblig* poſt Bart. in *l. Græce, §. il-*
lud commune, nu. 4 ff. de fideiuſſoribus, per text. *in l.*
23 *pedine, in fi. ff. de arbor.* † Quaſi non debeat fieri
eiuſdem voluntatis diuiſio Felin. *in c. cũ ſuper, 23.*
nu. 8. de offic. delegat. Gemin. *in c. 1. in princ. nu. 2. de*
de, penſ. impub. lib. 6. Vnde ſtante iſta indiuiduita-
te donec duret agnatio , ad cuius fauorem eſt in-
24 ducta integritas bonorum , † non debet fieri di-
ſtractio alicuius partis hæreditatis in fœminas,
ſed tota debet conſeruari in maſculis cuiuſcunq;
lineæ, per quos conſeruantur bona in agnatione
Oldrad *conſ. 231. nu. 3. in fi.* Exemplo conceſſiunis
feudalis, quæ ſi fuerit indiuiſibilis ex voluntate di-
25 ſponentis, † quia in viro habuit initium etiã ſi pro
fœminis, in defectum maſculorum, accipiatur, fi-
nita vna linea maſcul. tranſit ad aliam lineã ma-
ſculinam excluſis fœminis c. 1. *de eo qui ſibi & hæ-*
redibus maſcul. Thom. de Maiin. *de feud. fœm. tit.*
11. qu. 8. in fi & in propoſito Caualcan. *dec. 17. nu.*
26 *94. & 95 par. 3.* † vbi quod alias ſi fieret diuiſio
eſſet contra mentem teſtatoris, & deſtrueretur inte-
gritas bonorum Simon. de Pret. *de interpret. vlt.*
volunt. lib. 3. ſolut. 11. num. 29. fol. 290. Aym. *con-*
ſil. 60. numero 2.

Hæc omnia dicta ſunt ex abundanti , quia pro ex-
cluſione Lauræ ſufficit ſola illa ratio ſuperius
conſiderata , quod teſtatrix vocauit fæminas in
defectum filiorum maſculorum ipſarum ambarũ
ſororum, quæ verba tanquam collectiua faciunt,
vt fœmina non dicatur vocata, niſi vtraq; defece-
27 tit † cùm non ſufficiat obitus vnius tantùm: latè
Dec. *conſil. 594. viſo teſtamento, num. 1. vſque ad 5.*
Maximè quia iſta verba fuerunt geminata, & plu-
ries repetita, nam in fine teſtatrix ſubdit, quod in
caſo delicti à Carolo perpetrandi vocauit omnes
filios, & filias Polixenæ, & Æmiliæ modo, & ordi-
ne ſuprà expreſſo, & ſic in defectum maſculorum
28 ambarum ipſarum ſororum, † cum hoc ſignificent
dicta verba modo & ordine, tanquam ſe referant
ad omnes qualitates narratas, ſingula ſingulis re-
ferendo iuxta ordinem prius datum Pariſ. *conſ. 19.*
num. 6. li. 1. Rim. Iun. *conſil. 318. nu. 30. lib. 3.* Ruin.
29 *conſil. 142. nu. 15. lib. 3.* Aym. *conſil. 98. nu. 11.* † Ita
vt ſtante iſta geminatione talium verborum ma-
gis colligatur voluntas teſtatricis circa vocatio-
nem fœminarum poſt filios maſculos tam vnius,
quàm alterius ſororis, excludendo omnem aliam
interpretationem, cùm præciſè talis diſpoſitio ſit
intelligenda propter iſtam geminationem Gloſ.
in clem. 1 in verb. diœceſanis, de iurepatronat. Bart. *in*
l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib. 11. cum alijs
per Becc. *conſil. 24. num. 24.* Menoch. *conſil. 63. nu-*
mer. 13. lib. 1. Surd. *conſil. 179. num. 18. lib. 1.*

Quo ſtante non poteſt dici, quod huiuſmodi verba
pluralis numeri collectiua reſolnantur in ſingu-
laritatem Honded. *conſil. 65. nu. 20. cum ſeq. lib. 2.*
30 † Quia nunquam pluralitas reſoluitur in ſingula-
ritatem, niſi quando conſtat de mente teſtatoris
l. falſa §. fi. D. de cond. & demonſt. Accoram *in l. hæ-*
redes mei, in pr. n. 3. D. ad Trebell. Card. Mantic. *de*
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. nu. 29. poſt med. ver.
31 *ſed certè durum videtur*, Dec. *conſil. 594. nu. 4.* † Ma-
ximè quia tunc pluralis numerus verificatur in
ſingulari, quando eſt eadem ratio vnius, & mul-
torum, Io. Andr. *in c. 1.* vbi Gemin. *n. 4.* Franc. *n. 5.*
de rerum permut. in 6. Bald *in l. 1. n. 3.* Caſtr. *n. 2. Cod.*
de condit. inſert. Imol. *in clem. 1. col. 1.* & ibi Card.
oppoſ. 6. de re-nuntiat. Soc. *conſ. 278. col. 1. li. 2.* Aret.
in l. ſi quis ante col. 2. de acquirend. poſſeſſ. Rebuf. *in l.*
nõ eſt ſine liberis col. 3. ver. notandum eſt igitur, D. de
verborum ſignificat. Ruſtic. *ad l. cum auus, libro ſex-*
to, cap. ſeptimo, num. 18. D. de condition. & demonſt.

In caſu autem noſtro non militat eadem ratio in
vno, quę in pluribus, cùm propter affectionem, &
agnationem conſeruandam , & alias coniecturas
ſupra conſideratas appareat teſtatricem voluiſſe
prius vtrumque filium ambarum ſororum vo-
care, antequam Laura fœmina poſſet ſuccedere.
Vnde non mirum ſi pluralis numerus non reſol-
32 uitur in ſingularitatem , † Adeò vt ſtantibus præ-
dictis etiam in ſpecie ſubſtitutionis fideicom-
miſſariæ cum adiectione copulatiuę, vel nominis
collectiui verior ſit opinio, & magis communis,
quod illa non reſoluatur in ſingularitatem, vt te-
ſtatur multis doctorum auctoritatibus relatis
Menoch. *conſil. 1028. num. 22. lib. 11. & præſumpt.*
386. num. 43. ad med ver. cæterum à prædictis lib. 4.
Dec. *conſil. 594. viſo teſtamento, colum. 1.* Honded.
conſil. 66. num 29. lib. 1. Cardin. Mantic. *de coniect.*
vltim. voluntat. li. 11. tit. 5. num. 29. ad med. Bero. *cõ-*
ſil. 79. num. 7. & 8. lib. 2. Ruin *conſil. 77. num. 11. li*
3. & conſil. 172. num. 4. lib. 2 Rip. *in l. hæredes mei,*
§. cum ita, numero 143. D ad Trebellianum.
33 Maximè quandò , prout in caſu noſtro ſupereſt
perſona magis dilecta , vt ſupra probatum fuit
Anan *conſil. 22.* & ibi Bolognin. *in addit. ad med.*
ver ſed aduertendum eſt. Corn. *conſil. 298. numer. 1.*
lib. 4 quos ſequitur Rot. *deciſ. 145. num. 4. part. 1.*
in recentioribus , vbi ita concordantur contrariæ
opiniones , & quod ita debet intelligi ſententia
Bart. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, D. ad Trebell.*

Stante præſertim agnatione ſuperius conſiderata, cui
non obſtabit , quod teſtatrix fœminas admittat
deficientibus maſculis , nam ex hoc non tollitur,
quod inter vocatos non voluerit agnationem
34 conſeruare , cum ſemper cenſeatur habita ratio
agnationis quamdiu extant maſculi, licet poſt il-
los extinctos tranſeant bona ad fœminas, Socin.
Iunior. *conſil. 158. numero 41. libro ſecundo & con-*
ſil. 116. numero 10. libro tertio, Rub. *conſil. 35. numero*
quarto Tiraqu. *de iur. primogenit. quæſt. 13. numero*
10. Gabr. *conſil. 116. numero 13. libro ſecundo* cum
alijs per Surd. *conſil. 316. numero 14. & 15. libro 2.*

EPITOME.

INter ſocios quando partes debeant eſſe æqua-
les, quamuis vnus poſuerit plusquam alius, tam
in ſocietate particulari , quam vniuerſali. ¶ Res
empta ex pecunia aliena , quo caſu efficiatur
propria ipſius ementis. ¶ Et quando ſit reſtitu-
enda domino cum intereſſe, & fructibus. ¶ Poſt
contractam ſocietatem an licitum ſit vni ex ſo-
cijs augere capitale. ¶ Et an tunc poſſit per
augentem percipi maius lucrum , quam per
conſocium.

SVMMARIVM.

1 *Societas in ſummo gradu bonam fidem deſiderat.*

2 *Inter*

2 *Inter ſocios tunc partes debent eſſe viriles. quando cætera ſunt æqualia, nam aliàs diuiſio eſt facienda reſpectiue ad ea, quæ ſunt collata, num. 3.*

4 *Lucrum debet eſſe commune inter ſocios ſi pecunia vnius fuit communiter negotiata. Declara vt num 6. & 7.*

5 *Res empta ex pecunia aliena nomine ementis efficitur propria ipſius, non autem eſt communis cum eo, qui eſt dominus pecuniæ Intellige vt num. 9.*

8 *Poſt contractam ſocietatem licitum eſt vni ex ſociis augere capitale, ex quo maius lucrum percipiet, quam alter ſocius.*

10 *Mutuum in dubio non præſumitur, maxime in perſonis non ſolitis tenere pecuniam otioſam.*

11 *In ſocietate vniuerſali omnium bonorum non diſtinguitur capitale à lucro, nec cõſideratur, quod quis poſuerit plus, quam alius, cum omnia æqualiter communicentur, & nu. 13.*

12 *Societas vniuerſalis iuſtificatur à dubio euentu, cum poſſit eſſe quod quis à principio minus ponat, & nihilominus curſu temporis magis lucretur.*

CAPVT DCXXII.

LVcrum proueniens ex negotio, de quo coram me erat controuerſia, Dixi non eſſe diuidendum inter Hieronymum, & Petrum fratres pro æquali portione, ſed proportionabiliter, & reſpectiue ad ea, quæ ſunt collata: † Hoc enim maxime
1 congruit naturali iuſtitiæ, & æquitati, & arbitrio boni viri, & naturæ ſocietatis, quæ in ſummo gradu bonam fidem requirit *l. ſi non fuerint, §. 1. verſ. ſi modo aliquis. ff. pro ſocio, l. quod enim, §. 1. & l. in propoſita ff. eod. tit.* Bald. *conſil. 343. num. 1. lib. 1.*

Nulla autem æquitas ſuadet, quod qui plus pecuniæ contulit minus accipiat, cum inter ſocios tunc par-
2 tes debeant eſſe viriles, † quando cætera ſunt æqualia, vnde ſi quantitas, opera, induſtria, labor, vel quid ſimile excedat potius in vno ex ſociis, quã in alio, eſt facienda diuiſio, vt partes lucri, & damni ſint æquales equalitate proportionis, id eſt quan-
3 titatis, & laboris, non æqualitatis, † Vnde ſi Titius contulit in ſocietate mille, Caius quingenta, lucrum diuidetur in tres partes, vt Titius habeat duas portiones, Caius autem vnam tantum, & iſta eſt communis, & verior ſententia, quidquid alij male contrarium ſentiant, vt concludunt Doctor. *in l. ſi non fuerint. in princ. ff pro ſocio* Bald. *in l. 1. nu. 7. C. eod tit.* Alex. *conſ. 99. nu. 1. cum ſeq lib. 2. & conſ. 77. n. 2. lib. 5.* Corn. *conſ. 54. n. 6. & 7 lib. 1.* Pariſ. *conſ. 84. num 60 & conſ. 85. num. 12. cum ſeq lib. 1.* Decian. *conſ. 39 nu. 12. & conſil. 552. & 53. lib. 1.* Menoch. *conſ. 121. n. 26. lib. 2. & conſil. 552. nu. 5. vſque ad 17 lib. 3. & de arbitr. caſ. 125. num. 5 fol. 546.* Card. Mant *de tacit. & amb. conuent. lib 6. tit. 14. n. 7. vſq. ad 19.* Purpur. *in l. ſi paſcenda. n. 27. C. de pact.* Alberi. *conſ. 51. n. 1. lib. 1. & conſ. 343. per tot.* vbi late Annibal. *in addit. in verb. ſed æquales, lib. 2.*

Non obſtat, quod pecunia fuerit communi nomine negotiata, vnde etiam tunc debet eſſe cõmune lu-
4 crum † argumento text *in l. 2. C pro ſocio*, vbi ſi duo ſocij rem communi nomine emerint, vnus autem totum pretium ſoluerit, acquiritur ſocio pro eius portione, licet ſoluenti detur actio contra ſocium
5 pro reſtitutione pecuniæ expenſæ, † prout è contra dicimus rem proprio nomine emptam ex pecunia aliena eſſe propriam emptoris, non autem communem cum eo, qui eſt dominus Bart. *in l. ſi ex pecunia, C. de rei vendic. & in l. ſi patruus.* vbi Bald. *Cod. communi vtriuſque iudic.* Corn. *conſ. 152. nu. 8 lib. 3.*

Quia prædicta procedunt, quando clare appareret quod emens tranſtulit dominium rei emptæ in ſo-
6 cium, † pro quo ſoluit pecuniam, tunc enim illa efficitur ſocij, qui mediante perſona ſoluentis acquiſiuit eius dominiũ. Aliud eſt quando, prout in caſu noſtro, ſocij negotiantur communiter pecuniã poſitam in ſocietate, tunc enim non colligitur, quod dominium ipſius pecuniæ ſit tranſlatum in ſocium,
7 † ſed ſolum, quod ſocietas communi nomine ſequatur, reſeruata tamen, in diuiſione æqualitate proportionis, videlicet quantitatis in ſocietate poſitæ, cum non ſit conſequens neceſſarium, vt ſocius patiatur communi nomine rem ſuam negotiari, ergo dominium illius rei tranſtulit, nam vt dictum eſt; quando non adeſt ſpecialis conuentio, ſemper tacitè videtur contractum, vt qui plus poſuit, maius lucrum conſequatur, nam inter ſocios, præſertim Mercatores, bona fides ſemper cenſetur reſeruata, quæ non patitur, vt æquales ſint partes ſtante inæqualitate capitalis, prout multis comprobat Menoch. *conſ. 121. nu. 26. vſque ad 30 lib. 2.* vbi amplius vult hæc procedere non ſolum, quando ab initio ſocietatis contractæ vnus ſociorum plus confert,
8 quam alter, † ſed etiam quando augetur poſt contractam ſocietatem capitale per vnum ex ſociis, cum licitum ſit tale augmentum, ex quo augens poterit maius lucrum percipere Decian. *conſ. 60 lib. 2.* Late Felicius *de ſocietat. c. 15. num. 61. cum ſeq.*

Immo quamuis res à me quæſita nomine meo ex tua pecunia efficiatur mea quantum ad ipſam ſpeciem,
9 vt dictum eſt, † Tamen teneor ad reſtitutionem illius pecuniæ, cum qua dicta res fuit empta, & ad ipſas vſuras id eſt ad omne lucrum, quod ex illa pecunia potuit obuenire Menoch. *conſ. 121. n. 35. lib. 2.* poſt Bald. *in l. 1. q. 10. C. pro ſocio.* Dec. *in l. certi condictio §. vlt. in 3. notab. ff ſi cert. pet.*

Minus obſtat, quod ex iſta pecunia poſita in communi, & communiter negotiata præſumatur, quod frater illam mutuauerit fratri ad hoc vt etiam com-
10 mune ſit lucrum, † Quia in dubio mutuum non præſumitur, & alleganti incumbit onus probandi, maxime quia ex qualitate perſonarum, prout ſunt mercatores, potius contrarium præſumendum eſt, cum illi non ſint ſoliti tenere otioſam tam magnam pecuniarum quantitatem, ideo eis licitè præſtatur intereſſe tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis Alex. *conſ. 41. n. 4. lib. 3.* Ruin *conſ. 55. n. 10. lib. 2.* Rot. Ianuenſ. *dec. 177 n. 7.*

Alia quę poſſent opponi, non obſtant, cum habeant lo-
11 cum in ſocietate vniuerſali omnium bonorum, † in qua non diſtinguitur capitale à lucro, neque conſideratur, quod quis poſuerit plus, quã alius, & quod vnus minus lucratus fuerit, quàm alter, ſed omnia æqualiter ſunt diuidenda, & æqualiter cõmunicantur Aym. *conſ. 173. n. 1.* Purp. *in l. ſi tranſcanda. n. 38 C. de pact.* Soc. *conſ. 160. nu. 17 lib. 2.* Iaſ. *conſ. 1. col 6. verſ. octauo lib. 5.* Cous. *lib. 2 var. reſol. c. 2. n. 3. verſ quintus eſt caſus.* Cor. *conſ. 187. n. 6. lib. 1 & conſ. 310. n. 6. lib. 4.* & de communi iſte teſtatur Felic *de ſociet. cap. 15.*
12 *num. 1. cum ſeq* † Quod permittitur in hac ſocietate vniuerſali ratione dubij euentus, nam poteſt eſſe, quod à principio vnus minus ponat, & nihilominus curſu temporis magis lucretur, ita vt ab iſto dubio euentu ſocietas poſſit iuſtificari *l. 3. §. de illo. ff.*
13 *pro ſocio.* † Vnde meritò omnia ſunt communicanda

da *l. ſi fratres.53. § idem papinia. ff eod. tit.* Corn. *conſil.* 58. *n.8. lib.4.* Aym. *conſ.173. n.1. ad med verſ. immo ſine alio pacto* Bald. & Salic. *in l.1. in 2. q. C. pro ſocio.*

EPITOME.

Statuta quibus ligatur maritus, an comprehendant vxorem forenſem, ſeu viduam. ¶ Et quid in odioſis. ¶ Et in priuilegiis etiam perſonalibus. ¶ Et an requiratur habitatio, & onerum ſolutio. ¶ Vxor an verè, & propriè efficiatur ciuis loci domicilij viri, ad effectum, vt ſubſit ſtatutis loquentib. de ciuibus. ¶ Domicilium originis, & habitationis, an ſit magis principale, quam ciuilitatis. ¶ Et quid ſi agitur de bonis exiſtentibus in alio foro, in quo adeſt ſubiectio, an ex hoc attendatur minus principale. ¶ Statutum excludens fœminas propter maſculos, an includat etiam vxorem forenſem effectã ciuem, ita vt bona loci originis, & habitationis deferantur ſecundum ſtatuta illius loci, alia autem iuxta ſtatuta loci ciuilitatis ¶ Habitatio an requiratur, vt quis poſſit conueniri ſtatutis ciuitatum. ¶ Domicilia plura an quis poſſit habere eodem tempore.

SVMMARIVM.

1 *Duces & alij quauis dignitate praditi nõ poſſunt acquirere bona immobilia in ſtatu Eccleſiaſtico, ſi ibi non habitent, niſi ex gratia Summi Pontificis ſint diſpenſati, num.2.*

3 *Priuilegium conceſſum viro comprehendit etiam vxorẽ ob virtutem matrimonij, quod facit, vt acquirat etiam domicilium, & ciuilitatem mariti.*

4 *Vidua habetur pro ciue prout erat tempore quo maritus viuebat, & gaudet dignitate, & honore maritali, n.5.*

6 *Vidua includitur in ſtatuto loquente de muliere exiſtente in matrimonio, & appellatur vxor, & dicitur ciuis, & incola illius ciuitatis, cuius eſt vir, & gaudet priuilegiis viri etiam perſonalibus, n.7.*

8 *Statuta quæ ligant virum includunt etiam vxorem forenſem, & n.12. Amplia vt nu.9. & 10. Et quid in odioſis, n.17.*

11 *Ciuilitas inducitur non ſolum per ius commune, ſed etiã municipale.*

13 *Vxor an verè & propriè efficiatur ciuis ſeu per fictionem ad effectum, vt comprehendatur in ſtatutis loquentibus de ciuibus, & n.14.*

15 *Statutum habet locũ in caſu ficto, prout in vero, ſi adeſt eadem ratio.*

16 *Nomen ciuilitatis eſt nomen iuris includens verè, & propriè omnes quibus hoc ius tribuitur.*

18 *Habens priuilegium ciuilitatis ad ſui fauorem tenebitur etiam ad datia, & alia onera, quæ ſunt de natura rei conceſſæ, quamuis illa ignoret, nu.19. Et licet non habitet n.20.*

21 *Statutum excludens fœminas propter maſculos comprehendit etiam vxorem forenſem effectam ciuem, ita vt bona loci originis, & habitationis deferantur ſecundum ſtatuta illius loci, alia autem iuxta ſtatuta loci ciuilitatis. Intellige vt n.22.*

23 *Domiciliũ originis, & habitationis eſt magis principale, quã ciuilitatis, ſecus ſi bona ſint in alio foro, & de eis tractatur, & adeſt ſubiectio, tunc enim propter exiſtentiam bonorum attenditur minus principale, quo ad ſucceſſiones, n.27. & 28.*

24 *Habitatio non requiritur ad hoc vt quis poſſit conueniri priuilegiis ciuilitatis.*

25 *Domicilia plura poteſt quis habere.*

26 *Cum propriè & verè dicitur qui non habitat, ſi ſubeſt onera.*

CAPVT DCXXIII.

IN conſtitutione Clem. VIII. edita de ann. 1601. pridie nonas Iulij, de qua in bullario *nu.78. p.3. fol.121.* ſtatuitur, quod quicumque Principes, Duces, & alia quauis dignitate præditi non poſſint acquirere aliqua bona ſtabilia in ſtatu eccleſiaſtico,
1 † & in Vrbe exiſtentia quouis titulo, ſeu diſpoſitione tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, qui in propriis ditionibus, vel alibi degentes non poſſunt venire habitatum ad ſtatum eccleſiaſticum, vel veriſimiliter non ſunt venturi, aut ſi aliquando venerunt, vel venient, recedere tamen ſolent non amplius reuenturi.

Cum autem Marchio Laurentius Saluiatus eſſet aſtrictus ad huiuſmodi habitationem ſeruandam vigore d. conſtitutionis propter multa bona, & ca-
2 ſtra, † quæ per eum poſſidebantur in Vrbe, & ſtatu eccleſiaſtico, cum etiam fuiſſet decoratus à Clem. VIII. titulo Marchionatus, & cum nobilis familia de Saluiatis à longo tempore citra in Vrbe tamquam in patrio ſolo degere conſueuiſſet, obtinuit à Leone XI. quod tam idem Marchio, quàm ſui ſucceſſores quamuis extra ſtatum eccleſiaſticum habitauerint, ſint habiles ad omnia & quæcumque bona, caſtra, & iura, & alia quæcumque perinde ac ſi veri originarij ac ratione temporalis iuriſdictionis Sedi Apoſtolicæ ſubiecti, ac veri & continui habitatores ſtatus eccleſiaſtici fuiſſent, & eſſent, cum aliis iuribus & priuilegiis, quibus fruuntur Nobiles Domicelli Romani in Vrbe, & in d. ſtatu eccleſiaſtico continuè domicilium habentes abſque aliqua prorſus differentia, perinde ac ſi verè originarij Vrbis eſſent, & in dictis Vrbe & ſtatu eccleſiaſtico domicilium continue haberent, prout latius continetur in breui eiuſdem Leonis ſub datum Romæ 24. Aprilis 1605.

Et tale priuilegium conceſſum viro circa ciuilitatem, habitationem, domiciliũ, originẽ, & alia ſup. enarra-
3 ta cenſetur datũ ipſius vxori, † cum mulier nubendo ſtatim acquirat forum mariti, quãuis nondum traducta ob virtutem matrimonij, quod facit vnicam domum, & vnicũ corpus, tanquã ſint duo in carne vna, quare de vtroq; idem iudicandum eſt ob talem coniunctionem, ita vt non ſolum vxor aſſequatur domicilium viri, ſed etiam ciuilitatẽ, cum efficiatur ciuis eiuſdem ciuitatis, cuius eſt vir, & comprehendatur in ſtatuto loquente de ciuibus, vel alicuius ciuitatis ſiue ſit ciuis naturalis, ſiue ex priuilegio, quamuis etiam ageretur de priuilegio perſonali. Iaſ. Alex. Dec. & Cagnol. *l. cum quodam puella ff. de iuriſd. omn. iudic.* Gloſ. Io. de Plat & Ang. *in l. ciues, C. de incol. lib.10.* Bart. *in l. fin §. item reſcripſerunt, verſ. quæro virũ vxor ff. ad municipal.* Bald. *conſ.159. colum. a verſ.2. eſt conſiderãdũ, li 5.* Tiraq. *de legib. connubia. lib. l.1. p.1. n.28. vſq. ad 34.* Milaneſ. *dec.10. n.6. cũ ſeq.* Fiãc. *dec.363. per tot.* Surd. *dec.330. n.9 vſq. ad 17.*

Quæ etiam procedunt in vidua viuente vidualiter, talis enim habetur pro ciue, prout erat tempore,
4 quo maritus viuebat, † tanquam ſit imago mortui viri Bald *in l. pignoris. in fin. Cod. de pignorat. act.* & retinet nomen, & familiam mariti Bartol. *in l. quicumque, C. de re militar. li.12.* & durat in ea ciuilitas, & domicilium viri Fulgoſ. *in l. fin. Cod. de verbor ſi-*
5 *gnificat* Bald *in l cum te, C. de nupt.* † & gaudet priuilegiis mariti, & prioris matrimonij, cum dignitate, honore, & conditione maritali Bart. *in l. fi. n.1.*

C. de

*C.de priuil.ſchol.lib.*12.Guid.Pap.*conſ.*217.*&* *q.*389.
Menoch.*de arbitr.caſ.*379.*n.*5.Tiraq.*de nobilit.c.*18.
*n.*5.*vſq.ad* 11.Lup.*in rubr.de don.int.vir.& vxor.*§.31.
*col.fin.*Bened.*in c.Rainutius.in verb.duas habens filias,*
*n.*119.*ad fin.de teſtam.*Boer.*deciſ.*358.*n.*12 Aym.*conſ.*
6 753.*n.*16.Cephal.*conſ.*526.*n.*48.†Ita vt etiam vidua
includatur ſub ſtatuto loquente de muliere exiſten-
te in matrimonio Rimin. Sen. *conſ.* 167.*nu.*5.*lib.*1.
vbi etiam quod vidua ſoluto matrimonio appella-
tur vxor *l.ſi qui reum,§.item Iulianus.*vbi Gloſ.*ff de*
libert.legat.& adeo vidua dicitur ciuis, & incola il-
7 lius ciuitatis,cuius eſt vir,†vt etiam gaudeat priuile-
giis viri tam ei competentibus de iure communi,
quàm ſpeciali etiam quod priuilegium eſſet perſo-
nale,Franc.*dec.*365.*per tot.*Milaneſ.*dec.*10.*n.*6.*cũ ſeq.*
Cum igitur Marchio tanquam ciuis Romanus, & ve-
rus originarius Vrbis, & habitator ligetur ſtatutis
Vrbis, ita quoque ligabitur eius vxor etiam vidua,
8 †cùm regulariter ſtatuta,quæ ligant virum includãt
etiam eius vxorẽ,quæ licet ſit forenſis,tamen nõ po-
teſt dici amplius talis,cũ ſit ciuis, & habitatrix,pro-
ut maritus Bald.*cõſ.*489.*n.*4.*verſ.breuiter ſi ſecundũ,*
*li.*4.*& in l.ſi vxorem,*5.*in princ.verſ.itẽ in iuriſdictio-*
ne,C.de cond.inſert. *& in ſua margar. in verb. mulier*
*poſt mortẽ.*Imol.*conſ.*73.*n.*8.Barbat.*conſ.*4.*col.*1 *lib.*2.
9 Grat.*conſ.*113.*n.*9.*vſq.ad* 12.*lib.*2.†vbi quod proce-
dit in omnibus ſtatutis deciſoriis tam actiuè, quàm
paſſiuè Soc *conſ.*81.*in princ.lib.*3.Theſaur.*dec.* 123.*n.*
10.Carpan.*ad ſtat. Mediol.c.*454.*n.*5. *& c.*295.*n.*47.
10 vbi ampliat†etiam ſi vxor ignoraret diſpoſitionem
ſtatuti Lancel.Gall.*ſuper conſuet.*Alex.*in verb.vxori.*
*q.*2.*num.*6.*&* 7.Plot.*conſ.*19.*nu.*77.78. *&* 116. Ber-
taz *conſ.ciuil.*11.*nu* 4.*&* 5.*& conſ.* 24.*nu.*35.
Ideo mulier nupta dicitur verè & propriè de ciuilita-
te, ideſt de iure ciuili illius ciuitatis in qua maritus
11 eſt ciuis,† quia natura ciuilitatis poteſt induci per
diſpoſitionem legalem, & non ſolum per ius com-
mune,ſed etiam per ius municipale, vt notat Bald.
*conſ.*139.*ſtatuto communis aſſiſij.ad fin.verſ.ſolutio hic*
12 *conſiderandum eſt lib* 5.† vbi ex hoc concludit,quod
vxor ligatur ſtatuto Aſſiſij, quod non poſſit diſpo-
nere de ſua dote iuxta formam eiuſdem ſtatuti Ber-
tazol.*conſ. ciuil.*24.*num.*35.
Et quamuis prætendatur vxorem non effici verè &
13 propriè ciuem,ſed per fictionem,†Tamen hoc non
ſubſiſtit, quia inducitur vnio ex iure diuino, per
quod eſt effecta vna caro, & vna ſubſtantia cum
marito,ius autem diuinum operatur per veritatem,
non autem per fictionem, ideò eſt verè & propriè
ciuis, & includitur in ſtatuto loquente de ciue:
14 Surd.qui alios adducit *dec.* 330 *num.* 22. vbi etiam
quod quamuis eſſet impropriè ciuis, tamen ſemper
comprehenditur ſub ſtatutis, quæ dum diſponunt
de caſu vero, locum habent in ficto; qui æquipara-
tur vero Gloſ.*in c.ſuſceptum,de reſcript.in* 6. Gemin.
in c.fin.in princ.col.penul.verſ. ſi vero eſt contra ius, de
conſuet.in 6.Tiraq.*de leg.connub.gloſ.*7.*n.*48. Iaſ. *in l.*
15 1.*§.item acquirimus,n.*12 *ff.de acq.poſſeſſ.*† Prout etiã
quando eſt eadem ratio in caſu ficto, quæ in vero,
ſtatutum locum habet in vtroq;Aym.*conſ.*418.*n.*17.
& concludunt omnes *in l.gallus,§.& quid ſi tantum,*
*ff.de liber.& poſth.*licet hoc dictum ſit ex abundanti,
16 † quia nomen ciuilitatis eſt nomẽ iuris,quod inclu-
dit verè & propriè omnes, quibus per ius tribuitur
hoc nomen, immo magis propriè verificabitur in
eo,qui eſt factus ciuis à iure, quàm à natura Surd.

*deciſ.*330.*n.*26.poſt Cephal.*conſ.*451. *num.* 16.*vſque*
ad 39.*lib.*4.Decian.*conſ.*44.*nu.*9.*&* 10.*lib* 4.
Neque obſtat,quod vxor gaudeat priuilegio viri quã-
do eſt ei fauor, & propter ſplendorem dignitatis
17 maritalis, † non autem quando hoc redundaret in
eius odium, prout redũdaret, ſi excluderetur à ſuc-
ceſſione filij propter ſtatutũ. Quia verius eſt quod
ſiue in odioſis,ſiue in fauorabilibus ſemper ligatur
ſtatutis loci,in quo vir ſubditus eſt,& vbi habet do-
micilium,iuxta regulam,commoda,quæ ſentis,iun-
gas onus emolumentis Caſtr.*in ſpecie conſ.* 147 *reuo-*
*catur in dubium,n.*1.*&* 2.*li.*2.Surd.*dec.* 330.*n.*27.*ad*
18 *med.*Bald.*conſ.*139.*ad fin lib.*5. † Ideo quamuis ali-
cui concedatur priuilegium ciuitatis ad ſui fauo-
rem, tamen tenebitur ad datia, collectas, & alia
onera, & incommoda tanquam ciuis,quia hæc ſunt
de natura rei conceſſæ, cui iſta ſunt annexa. Idem
Bald.*in l.quod fauore,*6.*n.*10.*in fin.C de legib.*Roman.
*in l.ſi is qui pro emptore,n.*12 *ff de vſucap.per tex.in l.*
cum ex ratione,ad fin.de excuſat.tutor.l.quidam cum
filium,de verb.obl.l.ſed ſi hæc,§ ſed ſi ius annulorũ, ff.
*de in ius vocand.*Caſtr.*in l.ſi duo,*38 *n.*3.*in vlt.notab.*
*ff.de acquir.hæred.*vbi quod,qui acceptat vnũ, vide-
tur ſe obligare omnibus legibus loquẽtibus de illo,
19 † ideo ſi aliquis acceptat ciuilitatem in aliquo loco
cenſetur ſe obligaſſe omnibus oneribus, & incom-
modis ciuium, & ad cuncta quibus ciues ligantur,
quamuis illa ignoret,& ſibi imputet, quare ea non
perquiſiuit,etiam quod ciuilitas ſit conceſſa de gra-
tia ſpeciali, & ob illius tantum fauorem, cum hoc
procedat ex eo,quod ſit ſubditus eiuſdem ciuitatis,
20 † Vnde etiam ligabitur ſtatutis quibuſcunque etiã
ſi non habitet, cum habitatio non ſit neceſſaria, &
eo ipſo,quod forum ſortitur, etiam ſtatutis ligatur.
Alex.qui alios adducit.*conſ.*156.*n.*13. *vſque ad* 17.*li.*
2.Franc.Curt.*in addit.ad Caſtr.in d.l.ſi duo, in verb.*
*ex quo dico,ff.de acquir.hæredit.*Menoch.*conſ.*1129.*n.*
45 *vſque ad* 48.*lib.*12.
Et ita in ſpeciẽ ſtatuti excludentis fœminas propter
maſculos late concludit Alciat.*conſ.*4.*n.*2.*vſq.ad* 15.
21 *tom.*1.*lib.*2.*fol.*22.† vbi quod licèt, quis in vtroque
loco ſortiatur domicilium in vno videlicet reſpectu
originis & habitationis, in alio reſpectu bonorum,
tamen iudicabitur de hac hæreditate tanquam de
duplici vt bona vnius deferãtur iuxta ſtatutum do-
micilij & habitationis, bona alterius ſecundum le-
gem, & ſtatutum loci ciuilitatis,cum hoc faciat di-
uerſitas patrimoniorum,& ratio ſubiectionis & iu-
riſdictionis, & redactio ad inſtar originariorum, &
ſic fiet ſeparatio bonorum, vt quælibet bona iudi-
22 centur ſecundum ſua ſtatuta, & ſuas leges,† Et quæ
poſſent allegari in contrarium procedunt, quando
mulier non eſſet ciuis & ſubiecta illi ciuitati, vbi
adſunt bona, cum etiam ſicut vera originaria ex-
cluderetur ab iſta ſucceſſione propter tale ſtatu-
tum, multo fortius excludetur quæ eſt ciuis ex pri-
uilegio, in quem durat ius, vis, & poteſtas circa
eum, qui non debet eſſe melioris conditionis,
quam naturalis, maxime quia ex priuilegio ſunt
facti veri habitatores & originarij, & ſuppoſiti
iuriſdictioni ſummi Pontificis, vnde debet acce-
ptari priuilegium cum ſuis qualitatibus & oneri-
23 bus. † Et quamuis alias domicilium originis, &
habitationis ſit principalius, Tamen fallit quan-
do bona ſunt in alio foro, & de eius bonis tracta-
tur, & adeſt ſubiectio, prout de veriori opinione

circa omnia prædicta, & in praxi ſeruanda teſtatur
Idem Alciat. *d.conſ.4.col.1.lib.2 tom.1.fol.22.* quod
etiam voluit Bald *in l.ſi arrogator.inſ.lectur.qu 3.col.
penult. in fin. verſ. & facit ad plures quæſtiones, ff.de
adoption* Bertaz.*conſ.ciuil.14.nu.36.*

Minus obſtat, quod debeat conſiderari habitatio ad
hoc vt poſſit quis ſimilibus priuilegiis ciuitatis con-
24 ueniri, † Quia verius eſt, quod ad eſſentiam ciuili-
tatis non requiratur habitatio, cum ſufficiat ciuem
creatum ſuſtinere onera in ciuitate, quamuis in ea
non habitet, ita vt tunc dicatur etiam propriè &
verè ciuis, ſicuti enim quis poteſt habere plura do-
micilia *l.aſſumptio.§.viru prudētibus ff ad municipal.
& de incol.* Gloſ.*in c.præſenti.§.idem eſt.*vbi Gemin.*n.*
25 *4 de præbend.in 6.* † ſic etiam poteſt quis eſſe ciuis,
plurium ciuitatum, nemo autem poteſt eodem tem-
26 pore. & continuò habitare in duobus locis, † Vnde
ciuis dicitur propriè etiam ſi non habitet in ciuita-
te, alioquin vel vnius, vel alterius ciuis eſſe non
poſſet, prout omnia ſupradicta comprobat Me-
noch *conſ 1129 n.54.& 55.*vbi etiam *num. 66.cum ſeq.*
quod iſte eſt propriè ſubditus, qui etiam ſi in loco
non habitat, tamen ſuſtinet onera, quorum occa-
ſione iſta ſubiectio conſideratur. Caſtr. *conſ 89 poſ-
ſet quis, in fi.lib.2.*Dec.*conſ 661.n.6 in fi.* Socin.*conſ.
74.nu.3 lib.1.*Franc. Marc.*q 454 nu. 32.p.1* Licet in
caſu noſtro conſtet etiam de habitatione cum per
Breue Summi Pont. Leonis X I. Marchio fuerit fa-
ctus Domicellus Romanus, & vetus, & continuus
habitator, quamuis non habitet, & vetus origina-
rius, & ſubiectus etiā in temporalibus iuriſdictioni
Sedis Apoſtolicæ per quæ verba non poteſt opponi,
quod non adſit animus habitandi, cum ſatis ſit, quod
habeatur pro habitatore, & ſic ſemper ligabitur
ſtatutis illius loci, in quo reputatur verus origina-
27 rius, & habitator, † & quælibet bona iudicabun-
tur, quo ad ſucceſſiones iuxta leges, & ſtatuta lo-
corum, in quibus ſunt ſita, quamuis enim vnum
domicilium eſſet principalius, tamen attenditur
inferius, & minus principale propter exiſtentiam
bonorum Dec.*in ſpecie conſ.282.& diligenter, col pe-
nult.in fi.verſ.quia ad hoc reſpondetur, nu.11.*Abb.*in c.
dilectus filius, el 1 quod eſt 29. col. penult. in princip.
verſ.tertia concluſio, nu.6. de reſcript.* & ibi Felin.*col.*
28 *penult.poſt med verſ.fallit ſecundo, n.13.*† vbi de com-
muni, & de nouo dicto, & refert, & ſequitur Alciat.
conſ 4 li.2.tom.1.n.13.& 14. cum aliis ſupra allegatis,
quę ſufficiunt pro fundanda intentione Marchionis
& pro excludenda Marchioniſſa Matre à prætenſa
hæreditate, & pro reſponſione eorū, quæ ex aduerſo
adducuntur, omiſſis multis quæ poſſent addi pro
confirmatione prędictorum, propter breuitatem tē-
poris, & alia impedientia vlteriorem diſceptationē.

In huiuſmodi cauſa non obſtantibus prædictis, ac
multis rationibus per alios adductis fuit iudicatum
ad fauorem matris, Sed quoniam nihil fuit reſpon-
ſum concluſionibus ſupra firmatis, nec vllum ver-
bum dictum, ex quo poſſet conſtare de rectitudi-
ne, & iuſtitia ſententiæ, neque potuit dari certum
conſilium an eſſet recedendum à lite necne, &
quidem articulus erat cognoſcendus in ſacra Rota,
in qua dantur deciſiones cum rationib. ad cauſam
facientibus, Sed placuit contrarium, cum agere-
tur inter matrem & filium, ideo iterum fuit com-
miſſa cauſa reuiſionis Prælato, à quo expectatur
reſolutio, & de ea poſtea fiet mentio in capite par-
ticulari, maxime, quia modò prætenditur ſententias
fuiſſe latas, quia ſumus in forenſe non comprehen-
ſo à ſtatuto iuxta deciſionem R.P.D. Buratti Collen.
hæreditatis.10. Iunij 1616. de cuius applicatione in-
fra erit videndum in alio capite.

EPITOME.

Per Eccleſiam læſam quando reſcindatur con-
tractus, & ſint reſtituendi fructus. ¶ Subrogatum
an aſſumat qualitatem, & naturam eius, in cuius lo-
cum fit ſubrogatio etiam tacita nedum in vniuer-
ſalibus, ſed in particularibus. ¶ Et quid in re feuda-
li, dotali, vſufructu, fideicommiſſo, & emphyteuſi.
¶ Conuertens pretium rei venditæ in emptionem
alterius rei, an cenſeatur iſtā ſubrogaſſe loco illius.
¶ Decretum Iudicis & beneplacitum Apoſtolicum
an ſuppleat defectum cauſæ, & ſolemnitatum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus reſcinditur per Eccleſiam læſam, n.17. Et fru-
ctus reſtituuntur, n.18. Etiam non obſtante iuramen-
to, nu.19.*
2 *Bona quæ ſubrogantur loco aliorum bonorum aſſumunt
naturam & qualitatem illorum.*
3 *Permutatio ſi fiat cum conſenſu domini directi, effectus
vnius in aliam transfunditur, & n 15.*
4 *Res quæ non eſt feudalis permutata cum feudali efficitur
feudalis. Idem in re dotali, n.5. Et de vſufructu ſubro-
gato in locum annui redditus, num.6. Et in fideicom-
miſſo, nu.7. Et in emphyteuſi n.8.*
9 *In particularibus, nedū in vniuerſalibus ſubrogatus eius
naturam ſapit, etiam in ſubrogatione tacita n.10.*
11 *Conuertens ſtatim pretium rei venditæ in emptionem al-
terius rei, declarat ſe velle ſubrogare iſtam loco illius.*
12 *Correſpectiua cenſentur actus ineſſe.*
13 *Breuitas temporis facit, vt quæ ſequuntur, dicantur in
primo actu cogitata.*
14 *Voluntas declaratur facto ac verbis.*
16 *Decretum Iudicis, & beneplacitum Apoſtolicum ſup-
plet defectum ſolemnitatum, non defectum cauſæ.*
20 *Princeps non vult præiudicare iuri tertij quamuis
reſcribat cum clauſula motus proprij, n. 21.*
22 *Motus proprius excludit tantum ſurreptionem.*
23 *Vtilitas euidens eccleſiæ eſt probanda per allegantem.*

CAPVT DCXXIV.

PRo reſciſſione contractus, de quo agebatur.
Dixi concludendum eſſe, Nam cenſus ducato-
rum quindecim debitus Eccleſiæ non potuit redi-
mi, ſeu extingui pro pretio ſoluto, cum obſtet pa-
ctum, de quo in inſtrumento, vbi ſolum fuit re-
ſeruata poteſtas affrancandi domos cenſuatas à di-
cto perpetuo cenſu, ſi fuerit conſignatus alius cen-
ſus cum conuenienti augmento, & vtilitate Eccle-
ſiæ, quæ in caſu noſtro non interuenit, immo ma-
1 gna læſio, † qua ſtante datur reſciſſio actus, Dec.
*conſ.142.pro tenui facultate mea, col 3.in princ.nu.4 &
conſ.173.in fi* Felin.*in c.ad audientiam, n.4.de præſcri-
ptionib.* Aym.*in reſponſ.pro gener n.286.*Card. Mant.
de tacit.& ambig.conuentionib lib.15.tit.6.n.68. poſt
Gemin.*conſ.48.*Rot.*diuerſ.dec.463.n.1.p.1.*

Quod etiam ceſſante pacto eſt de iure communi, ſe-
2 cundum quod bona, quæ ſubrogantur, ſeu † per-
mutantur loco aliorum bonorum aſſumunt natu-
ram, & qualitatem bonorum ſubrogatorum *l. ſi do-
nata,§ ſi ſponſus ff.de donation.int.vir & vxor.l impe-
rator.§ vlt.cum l.ſeq ff.de legat.2* Alber. *in l.vltim.n.
4.verſ.item res, ff.de negot.geſt.* Bald.*conſi.212.num.5.
lib.1.*

*lib.*1.cum aliis per Euerard.*loco argument.*121.*n.*1.
*cum ſeq.*Aim.*conſ.*973.*per tot.*Ruin.*conſ.*153.*nu.*23.
*lib.*4.Card.Mantic.*de tacit.& ambig.conuention.li.*
3 25.*tit.*2.*n.*14.*vſque ad* 16.†Maximè,quando,prout
in caſu noſtro permutatio,ſeu ſubrogatio eſt facta
cum conſenſu domini directi, tunc enim effectus
vnius in aliam transfunditur, Idem Cardin.Mant.
*de tacit.& ambig.conuention.lib.*25.*tit.*4.*n.*13.& 14.
poſt Affl.*in c.cum autem. in* 4. *notab. de controuerſ.*
inueſtitur.

Quare dicimus quod res, quæ non eſt feudalis per-
4 mutata,ſeu ſubrogata cum feudali efficitur† feu-
dalis Alber.*in l.vlt.col.*2.*verſ.nũc quærit.ff.de negot.*
*geſt.*Surd.*deciſ.*78.*n.*28.& 29.Loffred.*conſ.*7.*col* 4.
Menoch.*cõſ.*320 *n* 40.*lib.*4. Card.Mantic.*de tacit.*
& ambig.conuent.lib 25.*tit.*4.*n.*13.Iaſ.*in prælud feu-*
*dor.col.*22.*in* 3.*dec.n.*88.Euerard.*loco argument.*121.
*n.*3.*in fin.*Affl.*in c.*1.*n,*10.*de vaſal decrep.ætat.*Pereg.
*de fideicommiſſ.art.*44.*nu.*30.*in fin.fol.*415.Luc.de
Penn.*in l.*1.*col.*3.*C.de imponend.lucrat.deſcript.lib.*
10.Dec *conſ.*55.*n.*76.*lib.*3.& *conſi.*52.*nu.*34.*lib.*1.

Quod etiam eſt in omnibus diſpoſitionibus, in qui-
bus res ſubrogatæ,& permutatæ inſcipiunt natu-
ram rei,pro qua fuit facta ſubrogatio, & permu-
5 tatio,†prout dicimus de re dotali:Iaſ.*conſi.*23.*viſa*
*duæ mulieres.col.*1.*li.*2.poſt Bald.*in auth.ſi qua mu-*
*lier.C.ad Velleian.*Menoch.*cõſ.*70.*n.*7 *lib.*1.& *cõſ.*
320.*n.*41.*lib.*4.Tiraq.*de retract.lignag.*§.32 *gl.*1.*n.*
27.*in fin.*Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.*
*tit.*3.*n.*22.Affl.*dec.*336.*nu.*3.Dec.*conſ.*55.*n.* 77.*lib.*
6 3.& *conſ.*52.*n.*35.*li.* 1.†Et de vſufructu ſubrogato
in locum annui redditus,*l.generali,*§.*hæredi.ff de*
*vſufruct.legat.*Ruin.*conſ.*59.*n.*3. *in fin.li.*2.

Prout etiam eſt in fideicommiſſo Menoch *conſil.*70.
*n.*8.*lib.*1.poſt Bald.*conſ.*112.*quæritur qui intelligan-*
7 *tur.*† *col.*1.*verſ.quarto quæritur vtrum li.*1.Cardin.
Mantic.*de tacit.li.*25.*tit.*5.*n.*7.& *de coniectur vltim.*
*volunt.lib.*7.*tit.*8 *n.*23.Dec.*conſ.*27.*n.*7.& 8.*lib.*1.
& *conſ.*52.*n.* 33.& 39.*cũ ſeq eod.lib.* Aim.*conſi.*295.
*n.*4.Albenſ.*conſ.*97.*n.*51.Peregr.*de fideicommiſſ.art.*
44.*nu.* 30.*verſ.& in ſpecie rem permutatam.fol.*414.
Corn.*conſ.*150.*col.fi.li.*1.Iaſ.*conſ.*231.*n.*2.*li.*2.Soc.
Iun.*conſi.*90.*li.*3.Marzar.*cõſ.*22.*in* 1.*dub.* Tiraq *de*
retract.lignag.§.32.*gl.* 1.*n.*26 *vſque ad* 30.

Et in ſpecie emphyteuſis, quod bona ſubrogata, &
permutata loco bonorum emphyteoticorum, aſ-
8 ſumant naturam illorum,cum ſua cauſa,& onere,
ac ſi eſſent illamet à principio conceſſa,concludit
Bero.*conſ.*110.*n.*4.*li.*1.poſt Socin.*conſ.*93 *in fi. lib.*
3.Corbul.*de cauſ.priuation.ob alienation. irrequiſ.*
*domin.ampliat.*38 *n.*1.*f.*226.*per text.in l.imperator*
§.*fin.cũ l.ſeq.ff.de legat.*1.*l.ſi cũ* § *qui iniuriarũ ff.ſi*
*quis cautionib.*Bart.*in l.certi condictio.in princ.col.*3.
9 *ff.ſi cert.pet.*†Cum etiam in particularibus,nedum
in vniuerſalibus ſubrogatum eius naturam ſapiat.
l.ſi donata res.§.*ſi ſponſus.ff.de donationib inter vir.&*
*vxor.*Iaſ.*in l.ſi grege.col.*2.*verſ.nonò nota.ff.de legat.*
1.Tiraq.*de retract.lignag.*§.32.*gl.*1.*n.*25.*in fin.*

Quæ etiam procedunt ſiue expreſſè,ſiue tacitè fuerit
10 facta ſubrogatio poſterioris rei † in locum prio-
ris,in vtroque enim caſu aſſumitur eadem natura,
& cauſa,vnde ſi vendens ipſe confeſtim venditio-
ne facta cõuerterit pecuniam in emptionem alio-
rum prædiorũ,ſatis videtur ex breuitate temporis,
declarare id ſe vendidiſſe, vt emeret,& ſubſtitue-
11 ret hunc fundum in locum alterius,†prout in ter-
minis notat Tiraq.*de retract lignat.*§.32.*gl.*1.*n.*24.
Quaſi omnia iſta cẽſeãtur correſpectiua, & vnũ
factum contemplatione alterius, & ipſi actui vi-
12 deatur ineſſe,†vt latè cõcludit Idem Tiraq.*de re-*
*tract.cõuentional gl.*1.§.5.*n.*2.*vſq. ad* 28.poſt Gloſ.
*& alios in l.bona fides,& in l petens.C.de pact.*Bart.
*in l.contractus.C.de fid.inſtrumẽt.*Maximè quia ex
breuitate temporis præſumimus ea,quę ſecuta ſũt
13 in primo actu fuiſſe cogitata,† eumque ipſum ob
ea geſtũ fuiſſe *l.ſi ventri.*§.*vlt.*vbi Bart.*ff.de priui-*
*leg.creditor.*Alber.*in l.ſi tibi pecuniam ff.ſi cert.pet.*
Bald.*conſ.*293.*multiloquium col.*2.*verſ.certo ego,li.*
4.Cum etiam nihil interſit, quod voluntas decla-
14 retur verbis,†aut factis *l.de quibus.ff.de legat.l.re-*
cuſari.& ibi Gl.*ff.de acquir.hæreditat.*Vnde multò
magis in caſu noſtro,in quo adeſt expreſſa declara-
tio ſubrogationis cui ſtãdũ eſt,Gloſ.*in l.ſed ſi lege.*
§.1.*ff.de petit.hæredit.& in l.imperator.*§.*vlt.ff.de*
*leg.*1.Tiraq.*de retract.lignag.*§.32.*gl.*1.*n.*23.Stan-
te præſertim cõſenſu domini directi talẽ ſubroga-
15 tionẽ approbãtis,† per quẽ trãsfũditur omnis effe-
ctus vnius rei in aliã ſubrogatã vt ſupradictũ eſt:
Card.Mant.*de tacit.& ambig.cõuẽt.li.*25.*tit.*4.*n.*13.

Non obſtat decretum Iudicis, in quo mandauit re-
trouenditionem cenſus fieri ex officio, Quia hoc
factum fuit in contumaciam procuratoris ob non
exhibitionem inſtrumenti, quo exhibito ſtatim
ceſſat decretum,& de eius notoria nullitate,& in-
16 iuſtitia apparet † ita vt nedum decretum, ſed ne-
que beneplacitum Apoſtolicum in hoc caſu ali-
quid operaretur,cum illud ſuppleat defectum ſo-
lẽnitatum,non autem defectum cauſæ *l.non liceat*
12.*q.*2. Vnde ſi permutatio facta ſit in caſu non
permiſſo,quãuis ſolẽnitas beneplaciti, & decreti
fuerit adhibita,non tamen ſubſiſtit; late Gemin.
17 *conſ.*48.†& licet ipſo iure valeat, nihilominus ſi
deterior facta ſit conditio Eccleſiæ, poteſt retra-
ctari Dec.*conſ.*142.*pro tenui facultate n.*4.Cardin.
Mant.*de tacit.& ambig.conuentionib.lib.*25.*tit.*6.*n.*
68.vbi etiam teſtatur in *Rota deciſum*,quod ſit re-
18 ſtituenda res cum fructibus†apud Oradin.Piſana
liquidationis fructuum 15.Octobris 1571.Aim.*in*
*cõſ.pro gener.n.*280.*per text.in l.ſi prædiũ.C.de præ-*
*diis minor.l.non ſolũ,& l.prædiorũ.C.eod.tit.l.*1.*C.ſi*
*quis ignorãs rẽ minor.eſſe ſine decreto cõparauer.*Dec.
*conſ.*173.*pro tenui facultate mea.in fi. verſ. & ita ex*
*omnibus ſupradictis.& cõſ.*556.*viſo cõſilio clariſſimo*
*n.*6.& concludũt Gloſ.& alij cõmuniter *in l.iube-*
mus §.*ſanè il* 1.*C.de ſacroſanct.eccleſ.per tex.cũ Gloſ.*
fin.in c.ſi quis presbyterorũ de reb.eccleſ.nõ alienãd.
19 † Ita vt etiam ipſis agentibus non obſtet iuramẽ-
tũ, quod præſtiterunt *c.* 1.*de his quæ fiunt à maior.*
*part.capitul.*Dec.*d.conſ.*173.*in fi.verſ.& ipſis agẽti-*
*bus.*iuxta Gl.& Doctor.*in d.c.ſi quis presbyterorũ.*

Nec obeſt Breue *felic.record.Clem. Papæ VIII.*dan-
tis facultatẽ vendẽdi huiuſmodi bona per credi-
tores ad effectum illis ſatisfaciendi de eorũ cre-
ditis,& extinguendi cenſum, qui erat impoſitus
in d.bonis,Quia non ex hoc ſequitur, quod idem
cenſus deberet extingui in minori quãtitate, quã
erat conuentum, cum mens Summi Pontificis
non fuerit, niſi prout iura diſponunt, vt ſcilicet
cuilibet ſoluatur quantitas debita,nec aliàs læda-
20 tur ius tertij, cui numquam præſumitur, † quod
Princeps voluerit præiudicare,*leg.*2.§.*merito.&* §.
ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publ.l.ex facto:in

princ. de vulg & pupill. l. nec auus C. de emancip. liber. l. ſi quando. in princ. C. de in off teſtam. Quamuis
21 etiam reſcriberet † cum clauſula motu proprio Bald. *in c. ad audientiam de reſcript.* Gemin. *in l. ſi propter, col 6. eod. tit. in* 6. cum motus proprius excludat tantum ſurreptionem, nec aliud operetur
22 in præiudicium tertij, † niſi adſit certioratio de iure illius. Abb. *in c. cauſam quæ, il 2. n. 3. & 4. de teſtib.* late Mandoſ. *ad reg. 16. q. 4. n. 8. & q. 6. n. 10.* Felin. *in c. ad aures, 8. col. 6. poſt princ. verſ. tertius caſus, n. 8. de reſcript.* Rot. *diuerſ. dec. 451. nu. 4. p. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gl 32. n. 5. & 6.*
De læſione autẽ huiuſmodi extinctionis apparet ex
23 facto, ita vt non ſit aliud quærendum, † cum tamen vtilitas euidens Eccleſiæ eſſet probanda per aduerſarium, cum augmento, & aliis qualitatibus in inſtrumento expreſſis *c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6.* Alex. *conſ. 160. n. 5. lib. 6.* Rot. *diuerſ dec. 463. p. 1.*

EPITOME.

Dominus quãdo teneatur de delicto famuli tã ciuiliter, quàm criminaliter. ¶ Et quid ſi delinquẽs fuerit exhibitus, & condemnatus. ¶ Et quid in officiali publico, & priuato. ¶ Et quando eſſent deputati, illi qui putabantur boni ¶ Vel homines liberi, & non liberi. ¶ Vel quando adeſt tolerantia. ¶ Et quid in delicto ſucceſſiuo ¶ Et quando illud dicatur tale. ¶ Emptores doganarum quando habeant iura fiſci, & Principis. ¶ Et poſſint remittere pœnas in totum, ſeu in parte ¶ Sciens delictum, & illi non obuians, an teneatur ad aliquam pœnam, quamuis potuiſſet commodè, & ſine periculo obuiare. ¶ Et quid in criminibus exceptis. ¶ Et in foro interiori. ¶ Accuſatio criminalis an ceſſet, ſi remanet actio ciuilis. ¶ Articulum falſum producens an teneatur pœna falſi non examinatis teſtibus, & non probato, quod doloſè procurauit teſtes falſos examinari. ¶ Scientia qualis requiratur ad condẽnandum publicanum pro delicto ſerui. ¶ Intellectus *l. prouiſum, 7. C. de fabricenſib. lib. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Emptores doganarũ habent omnia iura fiſci, & Principis, & poſſunt remittere pœnas in totũ, vel in parte, tamquam illa ſpectent ad eos ſiue ſint indictæ per nomina multiplicatiua, ſiue aliter, n. 3. & 4.*

2 *Dominium omnium, quæ incidunt in commiſſum ſtatim tranſit ad Datiarium ſicut tranſibat ad Principem, n. 5. 6. & 7.*

8 *Teſtis productus probat contra producentem.*

9 *Paritas adminiſtrationis facit, vt adminiſtrantes non bene inter ſe conueniant.*

10 *Scientia vbi requiritur debet eſſe præciſa, & plena cum ſuis qualitatibus. n. 35.*

11 *Coniecturæ non ſufficiunt, vt quis puniatur propter ſcientiam præſumptam.*

12 *Sciens delictum & illi non obuians nõ tenetur ad pœnã quamuis cõmode, & ſine periculo potuiſſet ei obuiare, etiam de iure canonico, niſi in delictis exceptis, & atrociſſimis, & niſi in foro interiori, n. 13. & 14.*

15 *Dominus tenetur de delicto ſucceſſiuo præpoſiti, dummodo agatur ciuiliter, non criminaliter, n. 16.*

17 *Habens officium publicum non conuenitur pro delicto famuli, ſi illum exhibeat, ſecus in officio priuato, n. 18. 29. 30. & 31.*

19 *Ceſſante vtilitate non poteſt prætendi ſcientia domini, ita vt teneatur pro delicto ſucceſſiuo famuli, n. 34.*

20 *Accuſatio criminalis ceſſat, ſi remanet actio ciuilis, maxime in adminiſtratione doganarum, & vectigalium, n. 21.*

22 *Dominus vectigalium poteſt conueniri ex facto familiæ. Fallit quando deputaſſet illos, qui boni putabantur, n. 23. & 42.*

24 *Publicanus tenetur pro delicto ſerui hominis non liberi, quamuis illum exhibuerit ſi agatur ciuiliter, ſecus ſi famulus ſit homo liber, quo caſu exhibitio ſufficit, nu. 25. 40. & 41.*

26 *Intellectus* l. iure prouiſum, 7. C. de fabricenſibus lib. 10.

27 *Suſpitio fraudis ceſſat in homine nobili, probo, & diuite. Et multa priuilegia ſimilium perſonarum remiſſiue, num. 28.*

32 *Exhibitio famuli delinquentis non iuuat dominum, ſi ſciuit delictum, & non prohibuit, ſed permiſit, n.* 33. 36 37 & 38.

39 *Delictum ſucceſſiuum quale dicatur.*

43 *Facta exhibitione, & ſequuta condemnatione famuli delinquentis officialis publicus non tenetur, nu. 44.*

45 *Debitum capſerij non inducit neceſſitatem fraudis quando illud eſt de conſenſu domini.*

46 *Actio in factum non eſt famoſa nec irrogat infamiã.*

47 *Articulum falſum producens nõ punitur pœna falſi, non examinatis teſtibus, & non probato, quod doloſe procurauit teſtes falſos examinari, n. 48.*

CAPVT DCXXV.

PRimum dubium decidendum eſt negatiuè, quod nullum ius competat Fiſco in caſu, & ad effectum, de quo agimus, Quia emptores doganarum poſſunt conſignare bona pertinentia ad doganam cuicumque voluerint abſque aliqua ſolu-
1 tione, & adnotatione in libris, † prout etiam poſſunt remittere pœnas in totum, ſeu in parte, quarum remiſſio licèt regulariter ſpectet ad principem, & Fiſcum, Tamen hoc non procedit quando adſunt tales emptores, cum habeant omnia iura fiſci & Principis *l. creditor.* vbi Bart. & Bald *ff. de action. empt.* Idem Bald. *cõſ. 256. præmittẽda ſunt quædã, n. 1. li. 4. & in l ſi quis,* vbi Salic. *C. de vectigalib. & commiſ.* Guid. Pap. *dec* 413. *n.* 1. Pereg. *de iur. fiſc.*
2 *lib 8. tit 5. n. 3* † Vnde dominiũ omnium, quę incidunt in commiſſum ſpectat ad Datiarium, & ſtatim ad illum tranſit ſicut tranſibat ad cameram & ad Principem *l. commiſſ. ff. de public.* Bald. *conſ. 256. n. 2 l. b. 4.* Immo etiam omnes aliæ pœnæ indictæ
3 ob cauſam gabellarum † pertinent ad conductores. Ang. *in § pœnales, col. 4. inſtit. de actionib.* Alex. *in l quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iudic.* Boer. *deciſ.*
4 180. *n. 3. poſt med.* Dec *conſ. 4. n. 2.* † ſiue pœnæ ſint indictæ per nomina multiplicatiua puta in duplũ, vel in triplum, ſiue aliter Socin. *conſ. 36. n. 12. ad*
5 *med. li* 4. Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 32.* † Cũ etiã omnia iſta ſint in fructu, vnde magis ſpectant ad emptores taliũ redditũ, vt bene per Bald. *in rubr. ff. de rer. diuiſ. n. 4. & in l. 1. nu. 10. C. de fructib. & lit, expenſ.* & per conſequens poſſunt facere quidquid volunt in concernentibus ſimilia negotia gabel-
6 larum † tanquam ſubrogentur loco Dominorum, quibus talis poteſtas tribuitur Grammat. *dec. 36. n. 12.* cum aliis per Peregr *de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 15.*
Et quamuis prætendatur, quod poſſit exiſtere aliquod intereſſe Fiſci in habendo notitiam fructus & redditus doganarum, quæ non poſſet haberi, ſi non fiat adnotatio illorum in libris Doganæ, † Tamen

7 † Tamen iſti fructus non attenduntur in nouis
appaltibus, cũ ſęper fiant per duos, aut tres annos
ante finẽ currentis conductionis, & ſic non poteſt
cõſiderari aliquod intereſſe reſpectu iſtius notitię,
Maxime quia, vt dictũ eſt, Datiarij tanquã domini
poſſunt gratiã facere cuicumque abſque eo quod
aliquid adnotetur in libris, diſponendo de pœnis,
& aliis emolumentis ſibi debitis, cum ſint fructus
appaltus, & ſuccedãt loco rei. Bald. *in rubr ff de rer.
diuiſ num 4 per text. in l. creditor. vbi Cin Cod de
action. emp. l. ſi quis, 11 in fin. C. de vectigal & commiſ.*
Præſertim quia liber inconttri non fuit tentus in
8 omnibus Dogana vt deponit teſtis Fiſci fol 112.†
cui ſtandum eſt tanquam à parte producto Iaſ. *in
l admonẽd .col 46. de iureiurand* Gabr. *de teſtib. con-
cluſ. 1 n 13 verſ. contrarũ tenet* Pariſ *conſ* 88 *n. 11 li. 3*,
Secundum dubium eſt etiam reſoluendum negatiuè,
quod non conſtet de ſcientia prætenſarum frau-
dum. Nam omiſſis multis exceptionibus quæ ad-
ſunt contra teſtes, de quibus latè in facto, ſatis eſt
quod in caſu noſtro Dominus non tenebatur cre-
dere Mario quo ad imputationes datas Gualterio,
9 tanquam non bene cum eo conueniret, †ob pari-
tatem adminiſtrationis, à qua illum libenter re-
mouiſſet Aym *conſ* 319. *n.* 26 Cum etiam non fue-
rit facta per Marium notificatio prætenſarũ frau-
dum ſpecialiter, & diſtinctè, ita vt Dominus po-
tuerit habere veram, & præciſam ſcientiam illa-
rum, ob quas poſſet iuſtè punire delinquentem, &
10 eum officio priuare, †prout talis ſcientia require-
batur Gloſ. *in c. cum ex ertationi in verb. ſciuerit de ap-
pell* Oſasc *dec.* 176. *n* 6 Becc. *conſ.* 37 *n.* 25. *cum ſeq.*
Tiraq. *de retract. l. gnag § 36. gl 2 n.* 30 Surd. *conſ.*
328. *n.* 28 *l b* 3 Bertaz. *conſ. crimin.* 439. *n.* 8. *lib.* 2.
Cephal *conſ* 350 *n.* 10 *lib.* 3. Alex. *conſ.* 114. *n.* 4. *ad
med lib.* 1. Caputaq *deciſ.* 116. *nn.* 4 *p.* 1.
Et quamuis ex aduerſo prætendatur adeſſe coniectu-
ras, ex quibus ſcientia ſolet probari, Tamen cõie-
cturę debent eſſe tutis, quæ neque ſufficerent quã-
11 do, † prout in caſu noſtro, agitur criminaliter, vt
quis propter præſumptam ſcientiam puniatur § *ſi
quis autẽ & § hinc nobis, in fi. verſ ſi vero exp eſſim.
auth. de hæredib. & falcid* Surd. *conſ.* 328 *n.* 29 *l b.* 3.
Arer. *conſ* 47. *num.* 2. Cephal. *conſ.* 150. *num.* 6 *lib.* 3.
Honded. *conſ.* 96 *nn* 35 *lib.* 2 Rot *deciſ.* 21. *de dol. &
contumac. in antiq* Card. Seraphin. *dec.* 135. *n.* 2. *verſ.
tamen hoc non procedit in pœnalibus, & dec.* 99. *n.* 2.
Bertazol. *conſ crimin.* 319. *n.* 12. *lib.* 2. Farinac. *conſi.*
125. *n.* 8 *in fin. lib* 2. late Rot coram R. P. D. Penia
Romana Domus S Ludouici. 14. Aprilis 1600 de
qua per Farinac. *deciſ* 151 *poſt conſ. lib* 2.
Et quatenus etiam probaretur talis ſcientia per veras
12 probationes, non præſumptas, † Tamen neque ſuf-
ficeret, cum ſc ẽtia delicti non faciat ſcientẽ teneri
ad pœnã Nam quidquid ſit in delictis exceptis, &
atrociſſimis, vt in crimine læſæ maieſtatis, & parri-
cidij, ac ſimilibus, & quidquid ſit in foro interiori
animæ, veriſſima eſt opinio, quod in aliis delictis,
& in foro exteriori non debet condemnari pœna
aliqua, etiam extraordinaria qui ſciens delictũ nõ
obuiat, vt non committatur, quamuis commodè,
& ſine periculo poſſet hoc facere *l* 1. § *ſed ſi eo.* vbi
Bart. *n.* 1 *ff ad Sillanian.* Abb *in c.* 1. *n* 5. *verſ. ſed pone.*
& ibi Felin. *n.* 4. Bero. *n* 75 *de offic. d leg* Io m Fe-
lin. *in c. quante* 47. *n* 4 *de ſenten. excommunicat.*
Roman. *conſ.* 117. *n.* 1. *verſ. aut volumus intelligere.* &
ibi Mandoſ. *verb. non puniatur.* Boer. *late in addit.
ad Din. in c. non eſt ſine culpa. 9 de reg. iur. in 6* Dec.
in l. culpa caret. 50. *n.* 7 *& 8 ff eod. tit* Natt *conſ.* 158.
n. 13. Thob. *conſ.* 101. *n* 18. Clar. *in § fin. q.* 17 *verſ.*
13 *dictũ eſt quod ex ſola, n* 3 †vbi quod hoc etiam pro-
cedit de iure canonico, & quidquid aliud ſentiant
Cagn *l. in d. l. culpa caret.* & Couarr. *in clem.* 1 *p.*
2. § 1. *n.* 7 *de homicid* & Menoch *de arbitr. caſ* 355.
14 *n.* 7. *in fi.* † contra eos eſt verior & magis recepta
opinio, vt teſtatur Honded *conſ.* 98 *n.* 34. *lib* 1. *&
conſi.* 96 *n.* 26. *vſque ad* 29 *lib.* 1 Bertaz *conſ. crimin.*
445. *n* 2. *lib.* 2. cum aliis per Farinac. *q.* 51. *nu.* 4.
Neq; obſtat, quod ſi præpoſitus in officio delinquit,
15 Dominus præponens teneatur pro eo, † ſi agatur
de delicto ſucceſſiuo, ac continuatis fraudibus,
quaſi præſumatur de eius volũtate deliquiſſe, tan-
quam non obuiauerit, cum poſſet illum remouere
[Adde *ad deciſ Marc.* 6.] Natt *conſ.* 499. *nu* 2 *poſt
princ.* Menoch. *præſump* 27. *nu.* 12. *&* 13. *l b.* 5. Quia
prædicta procedunt dũmodo agatur ciuiliter cõ-
16 tra dominum, † ſecus ſi criminaliter, prout in caſu
noſtro, tunc enim dominus non tenetur Gloſ *in l.
obſeruare.* 4 *in ve b. ratiocin. ſi ff de offic. proconſul &
legat. & in c. cum ad ſedem* 15. *in verb interd cũ, ante
med. verſ. nec enim de facto familia de reſt. in integr. ſpoliat-
tor.* Roman. *conſ.* 11 *n.* 3 *verſ. prod ctũ tamẽ diſtinctio,
& cõſ.* 15. *n.* 1 *&* 2. & ibi Mandoſ *in verb criminali-
ter*, Felin *in c. petrus* 17. *n.* 13. *col penult. in fi. verſ* 3.
declara. de homic. & in c cum veniſſet, 25 *n* 4. *ad med.
de teſtib & in c legebatur* 13 *n.* 2. *de maior. & obed ẽt.
& in c* 2. *n.* 2. vbi Dec. *in* 2. *lectur. n.* 4 *de conſtit* Iaſ. *in
l. ã impoſſibile, n.* 2. *ff de pact.* Barbat. *inter illoſ* Cal-
can. 66. *n.* 1 *in fi* Franciſc Marc. *q* 423. *n.* 13. Dec *cõſ.*
25. *n.* 14 *lib.* 2. *& conſ.* 4 *n.* 62. *verſ. nẽ ſi ſtẽderetur lib.* 1.
Auff er. *ad dec. Capell. Thol.* 96. *n.* 2. Hõded. *cõſ* 96.
n. 16. *l b.* 2. Farinac. *q.* 24 *n* 89 *& conſ.* 125. *n.* 7. *lib.* 2.
Accedit carceratio, & exhibitio officialis, qui prætẽ-
ditur fraudes cõmiſiſſe, tũc enim dominus illum
17 præponẽs non tenetur, †cum ſufficiat malefacto-
rem exhibuiſſe quãdo, prout in caſu noſtro, ſumus
in habente officium publicum, quidquid aliud ſit
in officio priuato, puta tabernario, nauta, hoſpite,
vel ſimilibus, tunc enim non ſufficeret exhibitio,
cum eſſet in poteſtate damnum paſſi agere con-
tra præponentem, ſeu præpoſitum *l vnic. ff furt. ad-
uerſ nau caupon. & ſtabular.* Felin. *in c. petrus*, 17. *col.
penult. in fin. verſ* 5 *declara, n.* 12. *de homicid.* Auffr.
ad dec. Capell. Tholoſ. 196. *n.* 4 Roman. *conſil* 434. *in
fin.* vbi Mandoſ. *in verb. liberãtur* Bald. *conſ* 210. *præ-
ſuppoſita ſtatuto n.* 4. *lo.* 1. Abb. *in c.* 1 *n.* 7. *de reſtit. ſpo-
liator.* Firmian *de vectig. l. b.* 1. *q.* 7 Dec. *in l.* 2. *nu.
13. ff. quod quiſque iur.* Marſil *in rubr. de fideiuſſorib.
n.* 18 Dec. *conſ* 25. *n.* 15. *lib.* 2. Affl & *dec.* 82. *nu.* 4.
18 Roncagal. *in eandẽ*, 9 *n.* 184 *ff. de duob. reis.* † Quod
procedit ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, Fa-
rinac. *conſ* 125. *nu.* 9 *lib.* 2.
Quibus additur quod ex prętenſis fraudibus per mi-
niſtrum commiſſis nulla vtilitas poteſt dici acqui-
ſita Domino, prout etiam ex aduerſo prę ſupponi-
19 tur per Fiſcum, qua vtilitate ceſſante, † non poteſt
prætendi aliqua voluntas, & ſcientia domini, nec
aliquod delictum ſucceſſiuum in commodum, &
in vtilitatem ipſius, quod per eundem dominum
poſſet prohiberi, & per conſequens nulla æquitas
ſuadet, vt pro famulo teneatur Honded. 97. *n* 8.
lib. 2. Menoch. *conſ.* 53. *n.* 15 *lib.* 1. poſt Ruin. *conſi.* 21.

nu.1.lib.4 Calcan.conſ.63.n.1.Barbat.conſ.13.col.an-
tepenult.li.3.poſt Rom.& Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis
ipſi præteri.vbi Alex.nu.24 ff.de non.oper.nunciat.&
concludunt omnes in c.conſtitutis.il 1.vbi Hoſt.nu.
4.verſ ſi quis autem.Abb.nu.3 Imol.nu.2.Felin.n.1.
de teſtib.Grammat.conſ.8.n.3.

Ceſſáte igitur intereſſe fiſci,ac ſublatis omnibus
pretenſionibus ſociorũ adhærentiũ fiſco, abſolu-
tio eſt concedenda,maxime quia inter iſtos ſocios
adſunt conuétiones cum diuerſis capitulis,in qui-
bus fuerunt promiſſa omnia,quę tendunt ad ſecu-
ritatẽ cuiuſcũque ſociorum, & ad obſeruãtiã pro-
miſſorum,cũ pœnis,& aliis in eiſdẽ capitulis cõ-
20 tentis,† quę faciunt ceſſare omnem accuſationem
criminalem,tanquam remaneat actio ciuilis, quæ
etiã comprehendet dolum commiſſum contra ali-
quem,nam ſi talis dolus poteſt purgari actione ex
contractu,ceſſat actio de dolo, nec poteſt puniri
dolus criminaliter, vnde multò magis in caſu no-
ſtro,in quo nullus dolus poteſt conſiderari ex ſu-
pra allegatis.Bald.conſ.15.ad euidentiã,lib.1.Caſtr.
conſ 412.viſo facto & dubiis mihi traditis,n.4.lib. 1.
Aym.cõſ 6.n.105.& cõſ.280 col.penult.ad med.verſ.
poſtremo cõſidero, & verſ. pro quo melius facit. Me-
21 noc.qui loquitur in ſpecie doganarũ, † ſeu vecti-
galium,& tributorum conſ.98.n.83.& 84 li.1.poſt
Abb.conſ.68.n 5.lib.1.Bero.conſ.206 n 24.li.3.Ro-
lãd,cõſ.75.n 31.li.1.per tex.in l.& elegater,7.in princ.
ff.de dolo malo l.licet 41.§.ea obligatio.ff.de procura-
tor.

Non obſtat tex in l.cũ ſi exhibuiſſent,3 ff.de public.vbi
Dominus vectigalium conuenitur ex facto fami-
22 liæ, † cum debeat bonos ſeruos ad hoc miniſte-
rium eligere,& ideo tam dura cõditio publicano-
rum efficitur, quaſi ſint in culpa tales præponẽdo
§.itẽ ſi ex cuius,& §.cui,& §.exercitor.inſtit.de obli-
gation.quæ ex quaſi delict.naſcunt. Quia reſpõdetur
quod diſpoſitio d.l. cũ ſi exhibuiſſent. nõ procedit,
quando publicanus deputaſſet illos, qui boni pu-
23 tabantur,† prout conſtat in caſu noſtro, tũc enim
non tenetur. Ita in ſpecie declarat ibid. Cuman.
ante med.verſ.in caſu idcirco,n.1.in princ.vbi quod
eſt notandum argumẽto à ratione iuxta l.adigere,
§.quamuis, de iure patron.l.argentum, ff.commodat.
quod etiam voluit Felin.in c.petrus n. 10.de homi-
cid.latè Card.Seraph.deciſ.528.n.1.ad med.vbi in
ſpecie ſequitur Cuman.in d.l.cũ ſi exhibuiſſent.ff.de
publican.cum aliis per Gabr.de malefic.concluſ.7.n.
9.Rebuff.in prax.tit.de ferm.vicariat.n.189.

Præterea diſpoſitio d.l. cum ſi exhibuiſſent,procedit in
24 delicto commiſſo per ſeruum publicum,† & ſic in
homine non libero, tunc enim non ſufficit exhi-
bitio,neque liberatur dominus ſine noxæ deditio-
ne, Aliud eſt quando exhibetur homo liber, qui
deliquit,nam tunc amplius dominus non tenetur,
ita poſt Iacob.de Areu.declarat Bart.in l.1.§.quod
nouiſſimè.in princ.ff.de publican.Cuman. in d.l.cum
ſi exhibuiſſent in princ.ff.eod.tit.

Et quamuis etiam in libero homine vltra exhibitio-
25 nem teneretur dominus pro noxa famuli, † Ta-
men tenebitur ciuiliter, non criminaliter,pro vt
ita in ſpecie notat.Franciſc.Marc.dec.423.n.13.p.
2.Felin.in c.petrus.n.13.de homicid.Dec.cõſ.25.n.14.
lib.2.cũ aliis adductis ſupra verſ.neque obſtat.quod
ſi præpoſitus.n.15.& ſecundum etiam prædictas de-
26 clarationes intelligitur † tex. in l. iure proui-
ſum,7.C.de fabricenſib lib.10, Quamuis diſpoſitio

illius text.procedat ſpecialiter in illo caſu,quia v-
nus ſuccedit alteri, ideò ratione iſtius ſimultaneę
ſucceſſionis æquum eſt,vt vnus teneatur pro alio,
vt ibid.notat Io.de Plat.n.1.

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, cum pro abſo-
lutione accuſati ſufficeret ſolum allegare eius no-
bilitatem,& probitatẽ, ac integritatem omnibus
notam in adminiſtratione diuerſorum negotiorũ
27 tam publicorum quam priuatorum, † vltra am-
plitudinem diuitiarum,ita vt iſtis concurrentibus
inueriſimiles,& impoſſibiles ſint prætenſæ parti-
cipationes fraudum,cũ in ſimilibus perſonis ceſ-
ſet omnis ſiniſtra ſuſpicio Gloſ. in c. illud 40.di-
ſtinct.Boer.dec.217.n.9.ad med.Felin.in c. ſuper his
28 16.col.penult.& vlt.de accuſation.† & multa priui-
legia perſonarum integrarum ponit Tiraqu. de
nobilit.c.3 & 20.& in l.ſi vnquam,in verb.bona, C.
de reuoc.donation.

In eadem cauſa prætenditur denuo ex aduerſo, quod
poſſit criminaliter agi contra Dominum pro deli-
29 cto familiæ, † & ad hoc probandum adducitur
tex.in §.exercitor.in fi.inſt. de obligat. quæ ex quaſi
delict.naſcũt.& in l.ſi cũ exhibuiſſent 3.ff.de publican.
& vectig.& in l.1.§.hac autẽ facultas,ff.ſi famil.furt.
feciſ.dicat.& in l.iure promiſũ,7.C.de fabricẽſib.li.10.

Verum facilis eſt reſponſio, quia prædicta proce-
dunt, quando non exhiberetur famulus delin-
quens,ſecus autem ſi exhibitio interuenit, prout
30 in caſu noſtro,† tunc enim ceſſat omnis actio con-
tra dominum habentem officium publicum,pro-
vt eſt publicanus,qui dicitur habere munus,& of-
ficium publicum à Principe. Caſtr. in l.prætor.in
princ.C.de edend.Aret.in c.1.n.20.de probation.Dec.
in l.fœmina.nu.25.verſ decimo nõ poteſt.ff.de reg.iur.
Roncagal.in l.eamdem,9.nu.144 verſ.arbitror ta-
men.ff.de duob.reis.

Contraria autem procedunt in habente officium
priuatum, vt in nauta, caupone, & ſtabulario,ac
31 ſimilibus,† in iſtis enim non ſufficit exhibitio,cũ
ſit in poteſtate damnum paſſim agere contra do-
minum,quod non eſt in officiali publico, qui li-
beratur exhibendo famulum delinquentem, Iſta
eſt communis,& vera diſtinctio,de qua per Felin.
in c.petrus,17.col.penult.in fin.verſ.quinto declara,n.
17.de homicid.cum aliis adductis ſupra,verſ.acce-
dat carceratio.num.17.

Neque obſtat,quod nõ ſufficiat exhibitio l.1.§.cete-
32 rum ſi ſciẽte,ff.ſi famil.furt.feciſ.dicat.† Quia diſpo-
ſitio illius text. procedit quando dominus ſciuit
delictum famuli,& nõ prohibuit,ſed permiſit,ſeu
iuſſit, tunc enim nõ iuuatur priuilegio exhibitio-
nis quaſi illud perdiderit ex ſuo delicto, vt decla-
rat Gloſ. in d.l,1.in verb. erit data. & ibi Bart.in
princ.requirit,quod dominus delinquat circa ma-
33 leficium commiſſum à famulo, † tunc enim non
mirum,ſi non habet beneficium exhibendi, quia
cõuenitur ex ſuo delicto, prout etiam notat ibi
Albet.ad med.& in fin.quia inquit dominus parti-
cipauit propter ſcientiam, & ob non prohibitio-
nem,cum poſſet prohibere, quaſi tunc etiam ipſe
idem faciat ex ſuo interpretatiuo delicto.

Immo etiam requiritur, quod ex delicto commiſſo
per famulum in fraudibus, aut ſimilibus delictis
vtilitas acquiratur domino, cum illa ceſſante non
poſſit prætendi aliqua voluntas, & ſcientia do-
mini,nec aliquod delictum ſucceſſiuum in com-
34 modum,& vtilitatem ipſius, † quod per eundem
dominum

dominium poſſet prohiberi ; & per conſequens
nulla æquitas ſuadet, vt pro famulo quis teneatur
iuxta communem opinionem, de qua per Docto-
res *in c.conſtitutus.il* 1.vbi Hoſt.*n.4 verſ.ſi quis autem.*
Abb *nu.4.* Imol *num.2* Felin. *num.1. de teſtib.* & latè
oſtenſum fuit *ſupr.verſ.quibus additur.n.19.*

De iſta autem vtilitate, & ſcientia non conſtat, quia
teſtes inducti ad talem ſcientiam probandam ſunt
condemnati de fraudibus, & aliis delictis, de qui-
bus in facto, & habent tot exceptiones, vt mirum
35 ſit quod ſuper illis inſiſtatur, † Maxime cum non
fuerint notificatæ fraudes ſpecialiter, & cum ſuis
qualitatibus, provt requirebatur, ad hoc, vt ſcien-
tia induceretur, & vt dominus poſſet famulum te-
mouere: nec enim ſufficit in genere aliquem admo-
nere, tamquam non poſſit ex hoc quis dici ſcire.
Gloſ. *in c. concertationi, in verb. ſciuerit. de appellat.*
cũ aliis, de quibus *ſupr.verſ.ſecundum dubium, n.10.*

Amplius etiam conſtat ex proceſſu, quòd licèt non eſ-
ſet credendum talibus monitoribus de prætenſis
generalibus fraudibus, tamen Dominus ſuſpendit
36 ab officio Gualterium.† & ſic non adeſt tolerantia,
quæ ex aduerſo præſupponitur, & cum factis dili-
gentiis nihil contra eum inuenerit poſt multos dies
illum ad officium reintegrauit, prohibendo etiam
Mario expreſsè, ne permitteret aliquam extractio-
nem Gualterio in præiudicium doganæ, vt
37 † fatetur ipſe Marius teſtis ex aduerſo productus,
qui probat contra producentem etiam quod ſit v-
nicus *l ſi quis teſt.b.* Gabr.*eod.tit.concluſ.1.num.13.&*
14. Adeo vt ceſſante tolerantia, nulla actio detur
contra Dominum pro delicto famuli exhibiti. Bart.
in l 1.in princ.& ibi Albet.*ad med.ff.ſi famil.furt.feciſ.
dicat.*

Maximè, quia licèt opponatur iſtas fraudes iudicari
tamquam delictum ſucceſſiuum, Tamen verius eſt
39 non poſſe dici delictum ſucceſſiuum, † cum illud
dicatur tale quando habet cauſam ſucceſſiuam, &
continuatam, vt eſt guerra, rebellio, vel quid ſimi-
le: ſecus ſi cauſa ſit momentanea, puta homicidium,
furtum, vel aliud, quod momento perpetratur: tunc
enim factum familiaris non imputatur domino,
cum non poſſit præſumi, quod ſit geſtum de eius
conſenſu, & ſic in caſu noſtro erunt plura furta,
non autem delicta ſucceſſiua, præſertim quia in fa-
cto præſupponitur quinquennium interceſſiſſe in-
ter vnam & alteram fraudem. Ita in iſta materia
ſucceſſiuitatis declarat Felin. *in c cum omnes 6.n.31.
& 32.verſ.ſexta declaratio de cõſtit.*Cardin *in Clem.
1.§ cenſitas.n.3.de pœnis.*Capic.*dec.130.n.69.*

Præterea omnia intra ex aduerſo adducta circa non ſuf-
40 ficientiam exhibitionis † procedunt in delicto com-
miſſo per ſeruum publicani, & ſic in homine non
libero, tunc enim non ſufficit exhibitio, neque li-
beratur dominus ſine noxæ deditione, Aliud quan-
do exhibetur homo liber, qui deliquit, nam tunc
amplius dominus non tenetur, vt poſt Iaco.de Aren.
declarat Bart.*in l.1.§. quod nouiſſime. in prin. ff. de
public.& vectigalib.*Cuman.*in l.cum ſi exhibuiſſent 3.
in princ.ff eod tit & dictum eſt ſupr.n.24.*

Et in omnibus caſibus, in quibus teneretur dominus
pro homine etiam libero vltra exhibitionem, ex-
41 cepta participatione, vt ſupra dictum eſt, † tene-
bitur ſolum ciuiliter, non criminaliter, prout in
ſpecie declarat Franc.Marc. *dec 423.num.13.pag.1.*
cum aliis ſuperius adductis *verſic. neque obſtat. quod
ſi propoſitum, numero 15.*

Cum etiam diſpoſitio *d.l.ſi cum exhibuiſſent & aliorum
iurium*, quæ ex aduerſo adducuntur, procedant,
42 quando publicanus depuraſſet illos, qui improbi
putabantur, & eſſent notorij delinquentes, ſecus,
quando fuit facta electio hominum probatæ vitæ,
& bonæ exiſtimationis, provt conſtat in caſu
de quo agimus, tunc enim dominus non tenetur
de eo, quod poſtea euenit, vt in ſpecie declarat
Cuman.*in dict.l.ſi cum exhibuiſſent 3.ante med.verſ.in
verſu ideirco.n.1.in princ ff.de publican.*Felin Cardin.
Seraph. & alij quos adduximus *ſupr. verſ.non obſtat:
text.in l.cum ſi.nu.21.* & ſequitur etiam Rebuff. *in
tractat.de hoſpitib.n.12.tom.2 fol.275.*

Quibus additur, quod in concurſu legum, quæ hinc
inde allegantur, an publicanus amplius teneatur
43 pro delicto famuli exhibiti, verior eſt opinio, &
illa paſſim practicatur, quod facta exhibitione, &
ſequuta condemnatione famuli delinquentis non
poſſit amplius dominus, & officialis publicus mo-
leſtari, vt teſtatur Albet. *in l.quanta audacia num.3.
verſ.& iſta iura multum fuerunt trutinata ff. de public.
& vectigalib.* vbi quod ita cum ſociis iudicauit ad
fauorem Poteſtatis Pergami, qui ſuos officiales de-
44 linquentes exhibuit & condemnauit, † poſt quam
exhibitionem & condemnationem fuit liberatus
per *text.in l.ſi poſt depoſitum 9. C. de aſſeſſorib. l. 3. in
princ ff de publican* cum aliis adductis per Albet. *in
d l quanta auda ia ff eod.tit.*

Neque rectè infertur per Aduerſarium dum dicitur,
quod Gualterius erat homo malæ opinionis, &
famæ, cum remanſerit deb tor Domini dum capſam
adminiſtrauit, Quia hoc fuit de conſenſu ipſius;
& paſſim capſerij potius remanent debitores quam
creditores, ita vt tale debitum non inducat neceſ-
45 ſitatem fraudis, quæ tunc dicetur talis, quando
probaretur diſſenſus Domini, qui non ſolum non
probaretur, ſed potius conſtat de conſenſu, ideo
non debet attendi. §. 1.*& § furtum.& §.placuit.inſtit.
de obligat.quæ ex delict.naſcunt. l. falſus. §. 1.de furt.*
Bertaxol.*conſ.crimin.224.n.18.lib.1.*

Non eſt igitur amplius moleſtandus Dominus crimi-
naliter, maxime quia pro delicto familiæ competit
actio in factum parti læſæ contra dominum,
46 † vt probant omnia iura ex aduerſo adducta, &
ſpecialiter *tex.in §.vlt.inſtit.de oblig quæ ex quaſi de-
lict.naſcunt.* quæ actio in factum non eſt famoſa, nec
irrogat infamiam, *l.non debet 11.in fin ff.de dolo malo.*
Ita vt ſufficiat agi ad damna & intereſſe, ſi quæ ſint,
& ſatis eſt exhibitio delinquentis, & ſolutio per
eum facta, vel facienda, quæ liberat alium, quando
ſumus in obligationibus, quæ ex quaſi delicto na-
ſcuntur. quidquid aliud ſit in illis quæ ex maleficio
ortum habent Gloſ. *in § penultim. in verb. haredi.ad
med.verſ.item in actione.inſtit. de obligat. quæ ex quaſi
delict.naſcuntur* per text.*in l.licet. §.poſſumus.§ naut.
caupon.ſtabular l.1.de condict.furtiu.*

Quo verò ad nouas querelas ſubornationis, & pro-
ductionis falſi articuli nihil eſt reſpondendum,
quia non verificantur, immò ex narratiua facti col-
47 ligitur nullam adeſſe cauſam querelandi, † Ma-
xime quia etiam ſi datus fuiſſet articulus falſus,
Tamen non habet locum pœna falſi, non exami-
natis teſtibus, niſi præcedente interrogatorio ari
velit vti, quæ cum in caſu noſtro non præceſſe-
rit, omnis prætenſio corruit, & eſt concedenda

abſolutio; Præſertim quia etiam requiritur, quod
probetur producentem ſcienter, & doloſe procu-
raſſe falſos teſtes examinari ſuper articulo falſo fa-
48 bricato ab ipſo producente, † cum alias non poſſit
criminaliter agi ſuper falſitate, vt declarat Farinac.
q.159.de falſit.& ſimulat.nu.37.cum ſeq.iuxta doctri-
nam Bart.in l.diuus,n.3 ff.de falſis.Rimin.Iun.conſil.
344.n.29.lib.3.& conſ.345.n.15.eod.lib.Abb.in c.præ-
ſentium,n.10 in fin.de teſtib.Angel.de maleſic.in verb.
falſario,n.43.verſ.ſed diligenter aduertas.Capic.dec.
67.n.7.ad fin. Et ita ex prædictis poſt longam diſ-
cuſſionem fuit lata ſententia abſolutoria ad fauo-
rem emptoris doganarum imponendo perpetuum
ſilentium tam Fiſco, quàm adhærentibus.

EPITOME.

Admioiſtratores annonæ, mioorum, & alij qui-
cumque an teneantur de periculo nominum debi-
torum, maxime per eos contractorum. ¶ Et quan-
do illis incumbat onus probandi eos eſſe ido-
oeos ¶ Penuria perſonarum quo caſu operetur, vt
inhabiles admittantur. ¶ Frumentatores qui præ-
ſunt frumento publicè emendo, quando debeant
ſeruari indemnes. ¶ Verba ſegniter quomodo in-
terpretemur. ¶ Diligentia qualiter ſit probanda.
¶ Frumentum publicum quando ſit diſtribuendum
inter ciues.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum non exacta cedunt periculo admini-
ſtratorum tam minorum, quam annonæ, & aliorum
quorumcumque, num. 2.3.& 17. Maxime ſi per eos
fuerint contracta, nu.4.& 5.*

6 *Adminiſtratori incumbit onus probandi nomen debitoris
per eum contractum fuiſſe idoneum.*

7 *Teſtis deponens de facto proprio fidem facit, præſertim ſi
ſit deputatus ad officium ſuper cuius concernentibus
teſtificatur, n.8.*

9 *Diligentia non poteſt probari directè, tamen dicetur pro-
bata ſi non docto de aliquo impedimento quis non fe-
cit, quod poterat facere.*

10 *Exactio contra debitores ciuitatum eſt facilis propter
multa priuilegia ei conceſſa.*

11 *Credulitas nedum vnius, ſed plurium non facit, vt quis
dicatur idoneus.*

12 *Diues quis non præſumitur, niſi probetur per allegantē.*

13 *Penuria perſonarum facit, vt poſſit contrahi cum mi-
nus idoneis. Intellige vt nu. 14.*

15 *Neceſſitas multa fieri ſinit, quæ alioquin crimine non
vacarent.*

16 *Frumentum publicum ſi non poteſt vendi diſtribuitur
inter ciues.*

18 *Frumentatores, qui præſunt frumento publicè emendo.
& condēdo debent ſeruari indemnes, ſi non ſegniter
functi ſunt officio ſuo.& nu.21.*

19 *Verba ſegniter interpretamur pro tarde, negligenter, &
otioſe agere.*

CAPVT DCXXVI.

CONfirmandam dixi ſententiam latam contra
Adminiſtratores annonæ, cum iuſtè fuerint
condemnati ob non exactionem nominum debi-
1 torum, † quorum periculum ad ipſos ſpectat l.chi-
rographis.l.qui negotiationem.§.penult.l.ſi tutela, l.cū
quæritur.ff.de adminiſtrat.tutor.l.debitoribus, C.eod.
tit.l.2.C.arbitr.tutel.late Socin.conſ.2.n.8.vſque ad
34.lib.1.vbi ampliat ad quoſcūque adminiſtratores
2 † tam rerum minorum, quàm aliorum l.1.§.magi-
ſtratus.ff.de magiſtrat.conuenien.cum aliis per Muo-
noz.de ratiocin.adminiſtr.c.19.n.21.Caualcan.de tu-
tor.& curator.n.114 & 118.Gutet.eod tit.p.3.c.1 nu.
95.Rebuff.in l.bones 89.§.inter edere.col.5.verſ.7.vt
3 eorum ff.de verb.ſignific.fol.547. † Et in admioiſtra-
toribus, de quibus agimus, eſt text.in l.vlt.ad fi.verſ.
item reſcripſerunt nominum ff.de adminiſtr.rer.ad ciui-
tat.pertinent.Iaſ.in l.periculum.n.1.& 2.ff.ſi certum pet.
iuxta l.imperator.ff ad municip.l.2.C.de adminiſtr.rer.
publicar.lib.11.l.1 C.de peric.nominator.eod.lib.l.qui
ſolidum 80.§ etiam reſpublica ff.de legat.2.l.vnic.C.de
his qui ex offic.quod adminiſtrauer.conueniunt.lib.11.
Loiſeus de iur.vniuerſitat.p.3.c.vlt.n.32 vſque ad 36.
Præſertim quia ſumus in nominibus debitorum, quæ
4 ipſimet adminiſtratores contraxerunt, † quorum
periculum magis ad eos pertinet l.litis conteſtata.
§.ſi pecunia.D.de negotio geſt Vnde in talibus requi-
ritur diligentia tam in illis contrahendis quam in
eis poſtea exigendis, qua non præſtita, ipſi tene-
5 buntur l.quidquid C.arbitr.tutel. † Gutet.de tutel.p.3.
cap.1.nu.98.Alex.conſi 104 nu.3.lib.4.& in iſtis no-
minibus ab ipſis adminiſtratorib. contractis debet
per eos probari nomen debitoris fuiſſe idoneum,
6 † & in contrahendo fuiſſe adhibitam diligentiam
l.qui ſub conditione quæ eſt antepenult. ff. de condit.&
demonſtrationibus.l.ſi res pupillaris 51.verſ.cū celeber-
rimus.D.de adminiſtr.tutor.l.1.§.ſi magiſtratus.verſ.
probatio autem.D.de magiſtratib.conueniend. Barbat.
conſ.92.n.13.lib.3.Gutet.de tutel.p.3.c.1.n.90.Rebuff.
in l.bones 89 §.inter edere col.5.verſ.ſexto rationē red-
dens, D.de verb.ſignificat.fol.547.Socin.conſ.92.nu.7.
in princ.lib.4.Roland conſ.49.n.36.lib.1.Firmian.de
epiſcop.p.6.lib 4.quæſt.29. Et bene Gloſ quæ multos
textus concordantes adducit in l.1.in verb.mutila-
tum.ad med.C.de peric.nominator.lib.11.
Immo potius probata fuit negligentia adminiſtrato-
rum, cum ad manus Furnarij ſingulis diebus perue-
nirent multæ pecuniarum quantitates ex retractu
7 panis venditi, vt deponunt vltimus teſtis ſuper ſe-
cundo, cui danda eſt fides tanquam teſtificanti de
facto proprio Caſtr. in l. quicunque.in fin. Cod. de
ſeru.fugitiu.Salic.in auth.ſi quis decurio.oppoſ.4.C.ad
l.Cornel.de falſ.Socin.Iun.conſ.31.n.33.lib.2.Tiraqu.
de retr.lignag.§.1 gl.24 n.47.Vaſq controuerſ.illuſtr.
c.34.n.2.Dec.conſ.93.nu.2.lib.1. cum aliis per Ce-
8 uall. nu. 494. Maximè † cum ſimus in deputato ad
officium venditionis panis Rot.coram Cardin. Se-
raph.Romana.de Pichis.1.Iunij 1585.
Vnde ſi ſingulis quibuſcumque diebus fuiſſent per
officiales exactæ pecuniæ ſaltem pro aliqua rata à
Furnario, non remanſiſſet debitum in tam magna
quantitate: ex hoc enim ſatis dicitur probata ne-
9 gligentia, † quæ licet directè probari non poſſit,
Angel.in l.teſtium.Cod de teſtibus. Menoch. de recu-
per.poſſ.remed.7.qu.5. Tamen plene, & ſufficienter
illa eſt probata, quando, non docto de aliquo im-
pedimento, quis non fecit, quod poterat facere
c.licet epiſcopus, de præbend. in 6. Socin. conſil. 273.
col.4.verſ.confirmatur iſta concluſio. lib. 2. poſt Bart.
conſi.201.cariſſime domini, lib.1.Ruin.conſi.52.num.8.
lib.5.Aym conſi 132.nn.4.ad fin.Felin. in c.ſi autem.
num.3.de reſcript. Bald.in l.iuris ignorantia. Cod.qui
admitt.
Maxime cum facilior ſit exactio contra debitores
ciuitatum, & vniuerſitatum, ita vt minus ſit ex-
cuſandus,

10 cuſandus, † qui ab illis ſtatim non exigit ob multa
priuilegia, quæ dantur vniuerſitatibus aduerſus ta-
les debitores *l.1. & 2. C. de debitorib. ciuitat. lib.11. l.
bonis §. reſpublica. de priuil. creditor. l.2. de vſur. l. etiam
ex mode. eod. tit.* Bald. *in l. vlt. n. 1. & 2. C. quor. appell.
non recipiunt.* cum aliis per Loſſe. *de iur. vniuerſit. p.3.
c.6. n.2. cum ſeq.*
Neque obſtat, quod frumentum fuerit datum Furnario
approbato tanquam conductori Principis, Quia
11 ex hoc non infertur illum fuiſſe idoneum, † cum
credulitas etiam plurium, nedum vnius non faciat,
vt quis dicatur idoneus; tanquam requiratur etiam
ſufficientia facultatum. Alex. *in l.2. nu.5. ad fin. ff. qui
ſatiſdar. cogant.* Iaſ. *in l. ſi quis ſtipulatus 112. n.4.* & ibi
late Aret. *n.6.* Alciat. *n.7. ff. de verb. obligat.* Boer. *dec.
217. col.5.* Hemic. *de fideiuſſorib. c.8. num.70 vſque ad
85.* poſt Franc. *eod. tract. c.4. concluſione 1. numero 30.*
12 Cum † præſertim approbatio Furnarij ſit reſpectu
conductionis, quæ non trahitur ad facultates &
diuitias, Vnde illæ debent probari aliunde per ad-
miniſtratorem cum eo contrahentem, prout quili-
bet alius tenetur ad huiuſmodi probationem, cum
quis non præſumatur idoneus facultatibus, niſi pro-
betur *l. non eſt neceſſe, de probationib. l. ſi contendat. fide-
iuſſor. de fideiuſſorib.* Boer *dec.59.* Roncegall. *in l. eun-
dem. n.223. ff. de duob. reis.*
Neque facit quod non adeſſet in loco, niſi vnus Fur-
narius, ita vt ſtante penuria perſonarum potuerit
13 † licitè cum eo cõtrahi *l.3. § ſpurios ff. de decurionib.
l. æſtimationem 16. in fin. ff. de muneribus & honoribus.*
Quia prædicta procedunt quando ciuitas indiget
hominibus; qui præſint curæ & adminiſtrationi
rerum ad eam pertinentium: tunc enim ad iſta
munera obeunda neceſſitas facit, vt quicum-
que admittantur, ſi non adſint idonei, cum me-
14 lius ſit præfici minus idoneos, † & habiles, quàm
omnino nullos, vnde quamuis minores propter re-
rum imperitiam arceantur à Reipublicæ guberna-
culis *l.1. in princ. ff. de vacat. & excuſat. muner.* Ta-
men hoc remittitur ob penuriam ciuium idoneo-
rum *l.2.* & ibi Gloſ. *in verb. non eſt. C. qui ætat. vel pro-
feſſ. ſe excuſ. lib.10. l. vt gradatim 11.* & ibi Gloſ. *infrin-
guntur ff. de muneribus & honoribus.* Rodulph Forner.
15 *lib.5. rerum quotidian. c.10.* † Neceſſitas enim multa
fieri ſinit, quæ alioquin crimine non vacarent *c.4.
de regul. iur.* Gloſ. *in l. in verb. recipientur. ff. de decu-
rionibus.* Aliud eſt in caſu noſtro in quo non tracta-
16 tur de huiuſmodi officiis, † neque adeſt aliqua neceſ-
ſitas, cum non deſint modi circa diſtributiones
frumenti publici, quando non inuenirentur em-
ptores, vt notatur in *l.1. C. de condit. in public. horreis.
lib.11.* Poterat enim, vel diſtribui ciuibus vel pro-
curari licentia de extrahendo alibi, cum ſimilibus
prouiſionibus, ex quibus conſuleretur indemnitati
Communitatis, Vnde non erat licita venditio ei,
17 qui non eſſet idoneus, cum † in hoc detegatur
culpa adminiſtratoris, ob quam tenebitur de no-
minibus per eum contractis, *l. vltim. ad fin. ff. de ad-
miniſtrat. rerum ad ciuitat. pertinent.* cum aliis ſupra
adductis *nu.2. & 3.*
Cætera, quæ opponuntur ſunt ſublata ex ſupradictis,
18 ideo non indigent reſponſione, † cum etiam iura,
quæ in puncto allegantur *in l. vlt. §. item reſcripſe-
runt ſitonas de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent & l. fin.
§.1 ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor.* faciant pro Com-
munitate, quia ibidem frumentatores, qui præ-
ſunt frumento publicè emendo, & condendo de-
bent ſeruari indemnes, quia non ſegniter defuncti
19 erant officio ſuo, † iſta enim verba ſegniter inter-
pretamur pro tarde, negligenter, contumaciter, &
otioſè agere, cum hoc ſignificet ſegnitia. Alber. *in
dictionar. in verb. ſegniter. & in verb. ſegnitia.* iuxta
Gl. *in l. ſi nulla, C. de inſtitor. & exercitor. action. l. in
poſtulandis. C de inſpect. tutorib. l. tutor quoque 3. § fin.*
& ibi Gloſ. *in verb. remotus ff. eod. tit.* Prateius & Spie-
gel. *in lexic. iur. in verb. ſegnitia.* † Vnde cum in caſu
noſtro appareat de iſta tarditate, & negligentia in
exigendo, vt ſupra probatum fuit, tanquam pecu-
niæ poſſent ſingulis diebus exigi à furnario, non
mirum, ſi talis ſegnities eſt adſcribenda exactoribus,
& adminiſtratoribus Iaſ. *in l. creditum. ff. ſi cert. pet.*
cum aliis ſupra allegatis.

EPITOME.

Exceptio dolo facis petendo, quod reſtituere
debes, quo caſu procedat. § Dos à patre profecta,
quando ad illum reuertatur. § Renuncians ſtatu-
to Vrbis quo ad lucrum dotis, & quo ad reſtitu-
tionem illius extantibus liberis, an cenſeatur re-
nunciaſſe diſpoſitioni iuris communis, ſecundum
quod pater eſt vſufructuarius bonorum filij.
§ Clauſula pro omnibus, an habeat vim ſpecialis
expreſſionis, & virtutem diuiſiuam, & referatur
ad omnia narrata, nedum principaliter, ſed enun-
ciatiuè, & incidenter. § Pater retinendo dotem,
quam recepit, an præſumatur velle adire nomine
filiæ ſuæ infantis. § Maritus, quando poſſit poſt
ſolutum matrimonium exigere dotem proprio
nomine, & illam exactam reſtituere quibus de iu-
re eſt aſſignanda. § Diſpoſitio correſpectiua an
debeat diuerſo iure cenſeri. § Verbum accedis,
& reſpectiuè quid ſignificet. § Clauſulæ executiuæ
quando operentur augmentum, & declarent men-
tem diſponentis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poteſt dotem non ſolutã proprio nomine exigere
poſt ſolutũ matrimoniũ, quam poſtea debet reddere,
quibus illa eſt aſſignanda. n.2.4. & 5. Maxime ratio-
ne vſusfructus quẽ habet in tali dote. n.11.12. & 27.*
3 *Exceptio dolo facis petere, quod reſtituturus es, proce-
dit, quando reſtitutio eſt facienda ipſimet debitori
conuento, ſecus ſi alteri, & quando ſtatim debet reſti-
tui, non ex interuallo. n.10.*
6 *Vtilitas contractus licet ſpectet ad tertium, tamen actio
acquiritur ſtipulanti cedenda ei, pro quo fuit ſtipu-
latum.*
7 *Stipulatio habet fundamentum in perſonam ſtipulatoris.*
8 *Pro dote promiſſa viro non agit vxor, ſed maritus.*
9 *Statutum Vrbis defert in totum marito dotẽ liberis ex-
tãtibus, quibus illã tenetur reſeruare iuxta iuris di-
ſpoſitionem ſi autem non adſint filij, quartam partem
dotis quo ad vſumfructum, & proprietatem n.17.*
13 *Dos à patre profecta ad illũ reuertitur. Fallit ſtante ſta-
tuto Vrbis. n.14. Et exiſtentibus liberis iuxta cõſue-
tudinem generalem, & totius mundi, quæ non indiget
aliqua probatione. nu.15.16. & 24.*
18 *Renunciatio ſtatuti quo ad quartam dotale nõ compre-
hendit aliud caput eiuſdem ſtatuti circa acquiſitio-
nem dotis ob exiſtentiam liberorum. & n.23.*
19 *Limitata renunciatio non extenditur de vno caſu ad a-
lium.*
20 *Pater non cenſetur renunciaſſe vſumfructum bonorum*

filij, niſi quando ex illo actu de neceſſitate infertur.
31 *Diſpoſitio correſpectiua nō debet diuerſe iure cēſeri.n.12.*
25 *Renuncians ſtatuto quo ad lucrum dotis, & quo ad reſtitutionem illius extantibus liberis, non dicitur renunciaſſe diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quod pater eſt vſufructuarius bonorum filij.*
26 *Pater retinendo dotem, quam recepit, an cenſeatur velle adire nomine ſuæ filiæ infantis n.28.*
29 *Clauſula pro obſeruatione omnium habet vim ſpecialis expreſſionis, & virtutem diuiſiuam, ita vt omnia ſint ſpecialiter, & diuiſim promiſſa, & refertur ad cuncta etiam enunciatiuè & incid.pter, nedū principaliter narrata, n 31.33 & 37.*
30 *Verbum accedit expenditur pro accreſcere, & adiungere vni obligationi, & pro fideiubere, n.31.*
34 *Clauſula executiua quando operetur augmentum, & declarent mentem diſponentis, nu.35.*
36 *Verba reſpectiuè operantur reſtrictionem.*
38 *Exceptio cedendarum quando obſtet, n.39.*

CAPVT DCXXVII.

BEne fuiſſe actum per maritum dixi pro reſiduo dotis, quamuis enim fuerit ſolutum matrimonium, & remanſerit filia, & ad eam tanquam
1 hæredem ſpectet dos, † Tamen non ex hoc excluditur maritus, vt non poſſit proprio nomine ad dotem non ſolutam agere, cum ſtipulatio, & promiſſio eiuſdem dotis ſit facta ipſi viro, cui etiam ſoluto matrimonio competit actio, qui poſtea tenetur talem dotem exactam reddere, quibus illa eſt aſſignanda, ita vt non poſſit à debitoribus dotis exceptione repelli, quod dos ſit alteri reſtituenda, Ita in ſpecie concludit Corn.*conſ.* 153. *col.* 1 *nu.*2.*lib.*4. iuxta diſpoſitionem *text.* in terminis *in l.ſi ſocer.* 45.
2 § *lucius titius, ff.ſolut.matrimon.* † vbi etiam concluditur, quod neceſſe habet maritus talem dotem exigere, & exactam præſtare cui de iure eſt præſtanda poſt ſolutum matrimonium, vel actiones eidem cedere, neque enim poteſt contra eum admitti exceptio illa quod dolo videatur petere id, quod
3 alteri eſt reſtituendum, † cum illud procedat, quando reſtitutio eſſet facienda ipſimet debitori conuento, ſecus ſi alteri, vt notat etiam Gloſ. *in d.* §. *Lucius Titius in verb ſed alij.* & ibi Bald. *not.* 7. Imol.& Cuman.*n.* 3. Alberic.*nu.*2.Caſtr.*in princ.* & *n.6 iuxta l.dolo ff.de dol.except l.in condemnatione.* §. *ſi.*vbi Dec.*nu.* 1.*de reg.iur.l.*4 § *cauſa, de carbon.edict.* Ruin.*conſ.* 135.*col fin. in princ.verſ.alia etiam ratione,*
4 *lib.*4.† quod etiam voluit Bart. *in l.ſi pater.poſt med.* & *in l,nupta,*31.§ *quoties, in fi ff ſolut.matrim.* & *in d. l.ſocer,* §.*lucius titius, nu* 3 *ff. eod tit.* vbi quod licet ſit ſolutum matrimonium, tamen ſemper dos dicitur debita viro, & ſi illa exigatur, in dotem conuertitur *l.ratio centum,* 70.§ *tutio genere, ff.de condit.* & *demonſtrat.l.ſi marito* 32 § *ſi pater ff ſolut.matrim.*& notat etiam Cuman.*in d.l.ſi pater, nu.*1.*ff.eod.tit.* Pha-
5 nuc.*de lucr.dot.rubr vir reſtituens,n.*55.†& ita etiam in terminis late firmauit Rot. coram R.P.D. Pamphilio Senogallien dotis. 26. Iunij 1606. impreſſa poſt Galleſ.*d dec.* 10 *fol.*272
Amplius quamuis intereſſe, ſeu vtilitas contractus
6 pertineret ad tertium, tamen † non per hoc illi acquiritur actio, cum quæratur ſtipulanti, cedenda tamen ei, pro quo fuit ſtipulatum *l.penult. C.ad*
7 *exhib.l.ſtipulatio iſta.*§.*ſi ſtipul.ff.de verb.oblig.*†Quoniam ſtipulatio habet fundamentum in perſonam ſtipulatoris: Rom.*conſ.* 441.*nu.* 5.Alex.*conſ.* 40 *circa*
8 *principium.n.*8.*lib.*Pariſ.*conſ.*82.*n.* 3.*lib.*1. Ideò † ſi marito dos permittatur, pro ea non agit vxor, ſed vir *l.ſi pro te.C.de dot.promiſſ.* vbi Bald. dicit notandum Gabr.*conſ.*129.*n.*8.*lib.*1.Surd.*dec.*229.*n.*15.
Et vltra ſtipulationem ad fauorem mariti, magis ipſi competit exactio dotis, cum vigore ſtatuti Vrbis
9 *cap.*131.*lib.*1.† dos fuerit acquiſita in totum eidem marito, liberis extantibus, quibus illam reſeruare tenetur iuxta iuris diſpoſitionem, vnde cum interim maritus ſit vſufructuarius, & non teneatur dotem reſtituere incontinenti, rectè agit ad exactionem dotis, neque poteſt ei obiici exceptio, quod dolo faciat petendo quod reſtituturus eſt, cum talis exceptio non habeat locum, quando ex interuallo
10 eſſet facienda reſtitutio. Caſtr. *in l. ſi ſocer* 45. §. *Lucius Titius.col.penult.poſt princ.verſ item procedit. n.6.ff ſol.matr.* Cum etiam ratione intereſſe, quod maritus habet in huiuſmodi dote ſibi acquiſita quo ad vſumfructum, iuxta *l.* 1. *Cod. de bon. matern.*
11 † danda ſit ei actio pro illa exigenda, tanquam ob dictum vſumfructum ſit ei debita, vt in ſpecie reſoluit Rot. coram R.P.D. Pamphilio Senogallien. dotis 26 Iunij 1606. *in fin.* prout in ſimili dicimus,
12 quando ex ſtatuto † maritus lucratur dotem Ruin. *conſ.*133.*col.fin.lib.*4.Phanuc.*de lucr.dot.rubr.vir reſtituens n.*55.Pamphil.*ibid.in fin.*
Non obſtat, quod contrarium ſequatur Alex. *conſ.*67.
13 *nu.* 1.*cum ſeq lib.*7.† Vbi quod ſoluto matrimonio poſt mortem vxoris non datur amplius actio marito, cum dos reuerti debeat ad patrem etiam extantibus liberis ex illo matrimonio iuxta *l. dos à patre. C.ſolut.matrim.*Idem Alex *conſ.*115.*n.*1.*lib.*1.Burſat. *conſ.*375.*nu.*18 *lib.*4. Quia in caſu noſtro adeſt ſta-
14 tutum *c.*131.*lib.*1. † in quo diſponitur quod dos ſit acquiſita marito exiſtentibus liberis, Vnde ſtante tali ſtatuto, non eſt quærendum, quod dos reuertatur ad patrem, quod procedit de iure communi, prout loquitur Alex. *dict.conſ.*67 *n.*1.*lib.*7.
Immo etiam ceſſante ſtatuto, & attento iure commu-
15 ni non ſubſiſtit opinio Alex. † Quia diſpoſitio *l dos à patre C.ſolut matrim.* non habet amplius locum de conſuetudine, cum ſecundum eam attendatur opinio Martini, videlicet quod dos ipſa ad filios ſpectet, non autem amplius ad patrem reuertatur, reiecta alia contraria opinione Bulgari, vt latiſſimè de communi teſtatur Theſaur. *dec.* 190. *numer* 4.Capic.*deciſ.* 176. Rot. coram R.P.D.Peregrino Clunna dotis 12. Ianuar. 1598. quæ eſt inter
16 *deciſ.Rot. diuerſ.*148. *p.* 4 † Vbi etiam, quod iſta conſuetudo eſt generalis totius mundi, & non particularis, ideo non indiget aliqua probatione, cum ſit habenda pro lege, & pro ipſo iure communi, & non amplius pro iure conſuetudinario, tanquam ſit approbata ab omnibus Curiis, & Iudicibus Alex. *in l. ſi poſt dotem. numero* 15. *ff ſolut. matr.* Ang.& Odoffr. *in l.dos à patre.Cod eod.tit.*Theſaur. *deciſ.*190.*nu.* 5.& 6.Capic.*dec.*176. *nu.* 18. cum aliis per Peregrin. *in d.Cluſiana dotis.* Gabriel.*conſ.*165. *nu.*16.*lib.*2 Neuiz.*conſ.*45.*nu.*57.& late comprobatur per Rot. coram R.P.D. Remboldo Fauentina dotis. 3.Martij 1618.
Neque obſtat, quod nouiter opponitur de renunciatione ſtatuti facta in apocha matrimoniali, ob quam renunciationem non habet amplius maritus vſumfructum dotis, quem ex ſtatuto acquiſiuiſ-
17 ſet, ſi non obſtaret renunciatio, † Quia ſtatutum

c.131.

cap. 131.*lib.*1.cõtinet duo capita,quorum primum
eſt, dum refert lucrum dotale quartæ partis mari-
to nõ extantibus filiis tam quo ad vſumfructum,
quam quo ad proprietatem. In ſecundo autem
capite maritus totam dotem lucratur extantibus
liberis, quã iuxta iuris communis diſpoſitionem
liberis communis matrimonij reſeruare tenetur,
18 † in apocha autem leguntur hæc verba,qual dote
adeſſo per quando l'hauerà intieramente hauuta
promette conſeruarla, & in ogni caſo di reſtitu-
tione reſtituirla à d.ſignora Vittoria,ò à chi di ra-
gione ſi deuerà ſenza però retentione del quarto
dotale in virtù del ſtatuto *lib.*1.*cap.*131.al qual ſta-
tuto tanto eſſo Signor Michel Angelo, quanto
detta ſignora Vittoria expreſſamente renuncia-
no, ex quibus verbis luce meridiana clariùs appa-
ret, quod renunciatio ſtatuti fuit reſpectu quarti
dotalis tantum, & ſic quoad vnum caput ipſius
ſtatuti, non autem reſpectu totius dotis, cui circa
19 iſtud caput maritus renunciauit,† adeo vt renun-
ciatio limitata non extendatur de vno caſu ad a-
lium, tanquam ſit ſtricti iuris Bald. *conſil.* 437.
*n.*2.*lib.*1.Caſtr.*conſ.*86.*n.*6.*lib.*1. Surd.*conſ.*133.*n.*
28.*lib.*1.*& conſ.*161.*n.*72.*lib.*2.*& conſ.*431.*n.*15.*lib.*
3.Alex.*conſ.*115.*n.*1.*lib.*5. Dec.*conſ.*419.*n.*17. Pur-
pur. *conſ.*372.*n.*4.*&* 5. Cephal.*conſ.*427.*nu.*9. late
Rimin.Iun.*conſ.*484.*n.*35.*vſq. ad* 40.*lib.*5.*& conſ.*
20 614.*n.*66 *lib.*6.Becc.*conſ.*74 *n.*23.†Maxime in re-
nunciatione vſusfructus, cui minus cenſetur re-
nunciaſſe, niſi quando ex illo actu de neceſſitate
infertur Surd. *conſ.*431.*num.*22.*lib.*3. poſt Anchar.
*conſ.*106. Aim.*conſ.*247.*n.*4. Menoch.*conſil.*389. *n.*
13. Dec.*conſil.*113.*n.*18.*lib.*3.
Præſertim quia renunciatio quarti dotalis facta per
virum eſt correſpectiua renunciationi eiuſdem
21 quarti factæ per vxorem,†vnde non debet diuer-
ſo iure cenſeri, adeo vt quemadmodum vxor ſen-
ſit de lucro quartæ partis dotis, ita etiam de iſto
ſolo, & non de alio maritus dicatur ſenſiſſe, tan-
quam vnus actus ſit cauſa finalis, & pars alterius
*l.lecta.D cert petat..l.ſi ventri,§.in bonis de priuileg.
credit.*Cephal.*conſ.*719.*n.*25. Federic.*conſ.*257. *fa-
ctum tale eſt,col.*2. Decian *conſ.*32.*n.*116.*lib.*2. late
22 Giurb.*deciſ.*85.*n* 18.*vſque ad* 21.*col.*12.*&* 13.†&
paſſim ſtante correſpectiuitate non eſt facienda
diuerſitas vnius ab altero,ſed vnum debet eſſe in-
dicium *l.alumna,§.feia, D.de alim.legat.l.etiam,§.
ex cauſa,D.de minorib.*Aim.*conſ.*16.*num.*4.*& conſ.*
179.*n.*13 Rim.Iun.*conſ.*662.*n.*18.*& conſ.*807.*n* 5.
Accedat quod etiam ſi adeſſet pactum de dote reſti-
tuenda abſque aliqua donatione, & augmento
propter nuptias, & lucro, quod vigore ſtatuti de-
23 fertur,†tamen nihil oberit marito qui nihilomi-
nus lucrabitur totam dotem iuxta formam eiuſ-
dem ſtatuti, nam pactum eſt reſtrictum in euen-
tum reſtitutionis dotis, ſed extantibus liberis cõ-
munis matrimonij non fit reſtitutio dotis Corn.
*conſ.*224. *n.*6.*lib* 3. Ideo renunciatio non porrigi-
tur ad iſtum caſum, vt in terminis noſtris reſol-
uit Rot.coram Card. Millino Romana hæredita-
tis, 1.Februarij, 1593.iuxta Paul.de Mont.Pic.*conſ.*
52. Rimin Sen. *conſ.*314.*lib.*2.
Cum etiam non obſtet, quod liberis extantibus ſit
locus reſtitutioni dotis, Quia contraria opinio
24 eſt verior,vt per Theſ.*deciſ.*190.*n.*4. & dictum eſt
ſupra *verſ.immo ceſſante ſta uto,nu* 15.& ita quoque
in propoſito noſtro reſpondet Rot. coram Card.

Millino Romana hæreditatis, 1.Februar.1593.
Quibus additur quod quatenus etiam expreſſe fue-
25 rit renunciatum ſtatuto in vtroque capite,† Ni-
hilominus non cenſeretur renunciatum diſpoſi-
tioni iuris communis, ſecundum quod pater eſt
vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij *l fin.
C.de bon.quæ liber.* Surd.*conſ.*116. *n.*2.*lib.*1.*conſil.*
259.*n.*1.*cum ſeq.lib.*2.Ita vt renunciatio vnius non
trahatur ad alium. Idem Surd.*conſ.*431.*num.*15.*&*
22.*lib.*3. Purpur. *conſ.*372.*n.*4.*&* 5.*lib.*1. Dec. *conſ.*
429. *viſo elegant,in vlt dub.*
Nec facit,quod pater retinendo dotem, quam rece-
pit,cenſetur velle adire nomine ſuæ filiæ infantis,
26 † eique illam reſtituere tanquam hæredi matris
Surd. *deciſ.*140. *num.*1. *&* 10. Quia omiſſo quod
multi contrarium tenent, de quibus per Maſcard.
*concluſ.*44.*n.*52. Non ſequitur ex hoc, quod pater
nomine filij debeat agere, cum etiam illi detur
27 actio ratione vſusfructus, † ob quem cenſetur
quoque dotem retinere, &.ita declarat Rot. co-
ram R.P.D.Buratto impreſſa in recentiorib.*deciſ.*
723.*nu.*14.*in fin.p.*2. vbi ideo admittitur ibi, quod
pater præſumatur adiuiſſe nomine filiæ, ex quo
28 poſſedit bona illius per multos annos,† quia non
poterat retinere d.bona ad eam ſpectantia ratio-
ne vſusfructus iuxta *§.ſi igitur defunctus,verſ. ſi ve-
ro,auth de hære.lib.ab inteſt.venientib* Ang *in §.præ-
ferimtur,num.*9 *inſtit.ad Tertullian.* cum aliis *in d.
deciſ.*723.*nu.*14. *in fin.& nu.*17.
Minus obſtat quod non competat actio marito niſi
pro ſcutis bis mille, quæ fuerunt ſoluta, cum pro
aliis promiſſis pro dote nulla adiit obligatio,Quia
contrarium apparet ex apocha, in qua pro obſer-
uatione omnium in ea cõtentorum accedunt Ad-
uerſarij, Vnde cum ſupra in eadem apocha fuerit
facta mentio tam de ſcutis bis mille loco fundi
dotalis,quam de aliis promiſſis in dotem,obliga-
tio ſubſecuta comprehendit omnia, & ſingula ſu-
29 perius expreſſa,† cum hoc importet illa clauſula
pro obſeruatione omnium dictarum rerum, tan-
quam habeat vim ſpecialis expreſſionis, non ſe-
cus ac ſi promittens dixiſſet, obligo me tam pro
ſcutis bis mille, quàm pro aliis expreſſis, quia ta-
lia verba habent virtutem diuiſiuam, ita vt om-
nia ſpecialiter, & diuiſim ſint promiſſa gloſſ. *in
cap.vt circa, de elect.in* 6. Socin.*conſ.*13. *nu.*17. *lib.*3.
Ruin.*conſ.*76.*num.*7. Card.Mauric. *de tacit. & am-
big conuen lib* 4. *tit.*30.*nu.*18. late Gabr. *conſ.*144.
*n.*68 *&* 69.*lib.*1. Pariſ. *conſ.*97.*n* 91.*lib.*2 *& conſil.*
1.*n.*105.*lib* 1. Rot. *deciſ.*130.*nu.*3.*p.*2.*in recentiorib.*
Aret.*conſil.*114.*col.fin.*
Et magis iſta interpretatio eſt admittenda, quia pro
ſcutis bis mille iam fuerat facta particularis pro-
miſſio in principio eiuſdem apochæ, vnde cum
poſtea ſubſequatur alia obligatio pro obſeruatio-
ne omnium ſupradictarum rerum, illa debet in-
telligi de aliis vltra ea, pro quibus ſe particulari-
30 ter obligauit † ſtante præſertim verbo accedunt,
quod apponitur pro accreſcere & adiungere vni
obligationi aliam *l.ſi in emptione fundi, de contra-
hend.empt. l.Iulianus,§.ſi titius,ff.de act.empt.* Re-
buff. *in l.pecunia,*178.*§.hereditas, in princ.in verb.
acceſſionem,ff.de verb.ſign.*†vbi etiã quod accipitur
pro fideiubere *l.ſi ſeruũ,*91.*§.nunc videamus,in fin.
ff.de verb.obli.*Prateius *in lexico iuris,in verb.acceſ-
ſio.*Neq;oberit,quod clauſula pro omnibus & ſin-
gulis nihil de nouo inducat tanquam ſit relatiua

præcedentium,& non augeat ſubſtantiam præce-
dentis obligationis, maxime cum ſimus in execu-
32 tiuis,† Quia non dicimus quod non augeatur ob-
ligatio per talem clauſulam,ſed quod per eam de-
beat fieri relatio ad omnia contenta in apocha
etiam quod eſſent ennunciatiuè narrata, & inci-
denter,& acceſſoriè,ne dum principaliter expreſ-
ſa Alex. *conſ.17.n.2.lib.3.* Pariſ. *conſ.97.n 91.lib.1.*
Rot. *diuerſ.deciſ.741.n.2.p.1.* & ita etiam conclu-
dit *deciſ.111.n.14.& 15 impreſſa poſt tract.de oblig.
cameral.* quæ ex aduerſo allegatur *& deciſ.61.n.2.
33 & 3. ibid.impreſſa.* † vbi quod talis clauſula poni-
tur ad qualificandum omnia capitula contractus,
& ad efficacius, & maiori vinculo obligandum
Barz. *de guarantig q.5.verſ.nam per appoſitionem.*

Immo etiam clauſulæ executiuæ ſtatim poſitæ poſt
diſpoſitionem continuando ſermonem operan-
34 tur augmentum,† quidquid aliud ſit, quando po-
nerentur ex interuallo, poſt actum perfectum, &
non immediatè prout diſtinguit Rot. *deciſ.294.
n.7.p.2.in recentiorib.iuxta deciſ.* Oſaſc.164.*n.2. in
fin.* Cum etiam clauſulæ executiuæ declarent men-
35 tem diſponentis, † de qua ſumma ſe voluerit ob-
ligare, & de quibus rebus ſenſerit Dec. *conſ.423.
negari non poteſt,in fi.n.19.& 20.* Oſaſc *deciſ.161.n.
3.* poſt Bald. *in l.eam quam, n.32. C.de fideicomm.*
Curt.Sen. *conſ.53.n.3.verſ.iſtud.* Menoch. *conſ.323.
n.27.lib.4.* Couarr. *in rubr.de teſtam.p.2.n.13.*

Nec oberit, quod obligatio Aduerſarij ſit cum illa
clauſula reſpectiuè, ob quam cenſebitur ſolum
obligatus reſpectu ſummæ ſcutorum bis mille in
36 apocha promiſſorum,tanquam † illa ſit reſtricti-
ua Rot *diuerſ.deciſ.77.n.10.p.2.* Card.Seraph. *de-
ciſ.1124. nu.7.* Quia in caſu noſtro iſta verba re-
ſpectiuè non ſunt poſita in obligatione facta per
Aduerſarium, ſed ſunt directa ad D.Victoriam, &
D. Michaelem Angelum, occaſione conſenſus,
quo Victoria egebat ad differentiam alterius illo
non egentis, vt expreſsè legitur in Apocha, ideo
non ſunt trahenda ad alium, ad quem multo mi-
nus poſſunt conuenire, tanquam per eum fuiſſet
iam facta promiſſio particularis pro ſcutis bis
37 mille in principio apochæ, † adeo vt ſubſequens
obligatio pro omnibus & ſingulis trahatur ad alia
in eadem apocha contenta ſiue principaliter, ſi-
ue incidenter narrata Bart. *in l.ſi cui ſerui,§.ſi à fi-
lio, D.de legat.1.* Alex. *conſil.17. nu.2. lib.3.* cum a-
liis ſupra allegatis *num.29.*

Non obſtat quod Aduerſarius non ſe obligauerit
ſimpliciter, ſed contemplatione fratris qui vna
cum eo ſe debebat obligare, vnde cum iſta obli-
gatio non fuerit ſecuta, neque D.Michael Ange-
38 lus curauerit illum facere obligare,† obſtat exce-
ptio cedendarum, tanquam actiones non poſſint
cedi contra eundem fratrem Henrig. *de fideiuſſo-
rib.p.4.cap.27.n.6.14.& 15.* Craſſ. *de except.cap.10.
n.20.in fin.* Quia in apocha mihi exhibita non ad-
eſt talis contemplatio obligationis, immo in ea-
dem apocha, tam in principio, quam in fine ex-
preſſe apparet dictũ fratrem ſe obligaſſe vna cum
Aduerſario pro obſeruatione omnium in ea con-
tentorum, Vnde nón opus eſt videre an obſtet hu-
iuſmodi exceptio cedendarum, tanquam in facto
aliud conſtet ex dicta apocha recognita,& de qua
non controuertitur, ita vt faciat probationem
39 probatam. † Quamuis etiam ſi non adeſſet talis
obligatio, Tamen ex quo ſumus in dote, non ob-
ſtaret dicta exceptio Craſſ. *de except.cap.10 nu.20.*

EPITOME.

Cenſus quando dicatur conſtitutus per con-
feſſionem,ſeu numerationem. ¶ Et quid ſi adſint,
verba recepit,& ad ſe traxit & manualiter habuit,
vel ſimilia, quæ ſint poſita per notarium poſt aſ-
ſertionem partis & illius confeſſionem. ¶ Verba
ſcutorum exiſtentium in ſacculo,an ſint demon-
ſtratiua, vel taxatiua excludentia numerationem.
¶ Notarius an debeat inſpicere quantitatem pe-
cuniarum per contrahentes narratam, ad hoc vt
poſſit atteſtari de illarum numero. ¶ Commiſſio
auocatoria quando liget ignorantem, & impediat
progreſſum in cauſa.¶ Et quo caſu ſit notificanda,
vt ſciatur an illam impetrans velit ſe ex ea iuua-
re. ¶ Et quando ſit facienda mentio de omnibus
factis coram primis iudicibus, ad hoc, vt antea
geſta annullentur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus quando dicatur conſtitutus in pecunia nume-
rata ſeu per confeſſionem, & num.2.*
3 *Verba notarij, habuit, recepit, & ad ſe traxit,inclu-
dunt de neceſſitate numerationem maximè in aliis
contractibus, quam mutui. num.4.*
5 *Clauſula manualiter idem importat, quod realiter,
& cum effectu, & conuenit vera numerationi, non
autem confeſſioni, n.6.8.& 9.*
7 *Aliud eſt verbaliter offerre, aliud realiter.*
10 *Verba ad ſe traxit, & ſimilia poſita per notarium
poſt aſſertionem partis non probant numerationem,
ſed confeſſionem. Intellige vt num.11.*
12 *Mentio exiſtentiæ ſcutorũ in ſacculo,ſeu ſcatola ſunt
demonſtratiua,& non excludunt numerationem.*
13 *Notarius non debet inſpicere, an quantitas pecunia-
rum ſit prout partes exprimunt, cum ſufficiat illa-
rum aſſertio.*
14 *Simulatio contractus cenſus non inducitur quamuis
ſit geſtus inter fratres, & per longum tempus non
ſint ſoluti fructus.*
15 *Cauſa ſimulationis eſt probanda, vt actus poſſit dici
ſimulatus.*
16 *Nullus Iudex poteſt cognoſcere de cauſis, in quibus
eſt data iuriſdictio priuatiuè.*
17 *Commiſſio auocatoria non ligat ignorantem, nec im-
pedit progreſſum in cauſa, niſi quando adeſſet de-
cretum irritans, & clauſula motus proprij.*
18 *Impetrans commiſſionem auocatoriam debet illam
notificare ad effectum ſciendi, an velit illa vti.*
19 *Auocatoriæ cauſarum ſunt odioſæ & in eis eſt fa-
cienda mentio de omnibus factis coram primis Iu-
dicibus ad hoc,vt annullentur antea geſta.*

CAPVT DCXXVIII.

VErba inſtrumenti exhibiti in cauſa Romana
cenſus ſunt iſta, quod Petrus venditor ſcuta
quadrigenta ad præſens in præſentia mei, &c. in
tanta moneta argentea,& aurea exiſtentia in qua-
1 dam ſcatoletta longa alba,† & reſpectiuè in quo-
dam ſacculo telæ albæ, & quæ totidem eſſe dixit,
& aſſeruit, habuit, & recepit, & ad ſe traxit ab
eodem Iacobo emptore præſente, & exburſante,
& poſt quam manualem receptionem, renuncia-
uit, &c. & dictum Iacobum præſentem vt ſupra
quietauit,&c. prout latius,&c.

Ex iſtis verbis colligitur, quod notarius atteſtatur
de tribus coram ſe geſtis, Primo, quod venditor
aſſeruit, & dixit, quod pecuniæ erant in ſumma
2 ſcutorum quadringentorum. † Secundo, quod
idem

idem venditor habuit, & recepit, & ad ſe traxit ab emptore præſente, & exburſante dicta ſcuta quadringenta. Tertio, quod venditor poſt manualem receptionem renunciauit, vocauit, & quietauit.

Quibus ſtantibus non poteſt dici, quod cenſus fuerit
3 conſtitutus per confeſſionem, † Quia immo eſt per numerationem, cum notarius atteſtetur non de cõfeſſione, ſed de numeratione vera propter illa verba habuit, recepit, & ad ſe traxit, quæ de neceſſitate includunt numerationem Socin. *conſ.143. n.2. verſ. præterea aliud eſt, & nu.3. lib.1.* vbi quod hoc
4 maxime procedit in aliis contractibus, † quàm mutui. Imol. *in l.ſi ita ſtipulatus, 126. § griſogonus, col. 5. in fin. verſ. vbi autem notarius, & verſ. hæc enim verba, D.de verb.oblig.* Felin. *in cap.ſi cautio, 14.n.53. verſ. ſed certè quando dicit, recepi, de fide inſtrument.* Bertazzol. *clauſ.34.gloſſ.5. nu.2.& 3. & gloſſ.8. nu.1.* Farinac. *de falſ.quæſt.153.n.57.*

Præſertim quia vltra dicta verba habuit, & recepit, adſunt etiam alia verba, ad ſe traxit ab emptore
5 præſente, & exburſante, † & poſt manualem receptionem renunciauit, &c. quæ non poſſunt conuenire confeſſioni, ſed veræ numerationi, cum idem ſit manualiter, quod realiter, & cum effectu Claud. Bertazzol. *clauſ.33. gloſſ.7.nu.1.* & in addit. ad Barthol. Bertaz. *conſil.544. ad fin. in verb. adſunt præ-*
6 *terea. col.pen.* † & per iſta verba tolli omnem difficultatem dicit Socin. *conſ.143. nu.4. lib.1.* cum non dicatur fieri realiter, & cum effectu, quod ſolo verbo fit, ſicut dicimus, quod aliud eſt realiter offerre,
7 † aliud verbaliter *l.acceptam, C.de vſur. l.ſi mora, D.ſolut.matrim.* Maxime, quia omnia iſta verba fuerunt ſimul appoſita, per quæ magis declaratur nu-
8 meratio, & non confeſſio, vt in propoſito † notat Socin. *conſ.143. num.4. lib 1. iuxta l.baliſta, D. ad Trebellian.* Et in verbis ad ſe trahens, & poſt manualem receptionem, quod per illa inducatur
9 per neceſſe vera numeratio, † eſt deciſio Rot. coram R. P. D. Coccino Bononien. de qua per Rot. *deciſ.320. in fin.n.8. & deciſ.132. nu.4. & 5. poſt lib. 2. conſ. Farinac.* vbi etiam allegatur ſimilis deciſio coram Card.Millino Florentina bonorum, 17. Aprilis 1592.

Non obſtat, quod iſta verba recepit, habuit, traxit, & poſt manualem receptionem renunciauit, &c. ſint referenda ad confeſſionem, cum ſint poſita, poſtquam notarius in inſtrumento incepit à confeſſione, quod videlicet pars aſſeruit, & dixit eſſe ſcuta
10 quadringenta, † quaſi omnia iſta ſubſequentia ſint referenda ad dictam confeſſionem, & aſſertionem partis Surd. *deciſ.284.num.9. & 10.* Rot. *deciſ.320.*
11 *nu.4. poſt lib.2. conſ. Farinac.* † Quia prædicta non procedunt, quando conſtat, quod notarius non ſe retulit ad confeſſionem partis, ſed ad ipſum, qui ita ſe rogauit de receptione, prout in caſu noſtro, in quo expreſsè dixit in præſentia mei, & teſtium infra ſcriptorum habuit, recepit, ad ſe traxit, & poſt manualem receptionem renunciauit, tunc enim apparet de clara mente notarij volentis ſe rogare de actu coram ſe geſto, vnde non eſt facienda relatio ad confeſſionem, & aſſertionem partium, ſed ad ipſum notarium, ita vt tunc probetur vera numeratio, prout de veriori opinione atteſtatur Farinac. *de falſit.& ſimulat. q.154.num.67* poſt Bart. *in c.ſi cautio, num.12. in fin. verſ. vel dic.* & ibid. Imol. *num.11. verſ. præterea.* Felin, *num.52.in fin.de fid. inſtrum* Io.Mar. Rimin. *in l.ſingularia, num.15.* *verſ.ad prædicta. D ſi cert.petat.* cum aliis per Claud. Bertazol. ad Barthol. Bertaz. *conſ.crim.544. verſ. ſi autem in inſtrumento, ad fin. & verſ. adſunt præterea, lib.2.* Alex. *conſ.37. nu.8. ad med. verſ. ſed in caſu noſtro, lib.3.* Socin. *conſ.143.nu.1.lib.1.* Aret. *inſtit.de litter. obligat. in princ. num.9. & in §.actionum, nu.3. inſtit.de actionib.*

Nec refert, quod notarius faciat mentionem de exiſtentia dictorum ſcutorum quadringentorum in
12 ſcatola, & in ſacculo, † Quia ſunt verba demonſtratiua, ex quibus non excluditur numeratio, quæ poſtea interuenit, & de qua ipſe rogatus fuit, cum paſſim ſemper contingat, quod pecuniæ deferantur in ſacculo, & ſcatola, & demum de ea extrahantur, & manualiter ſoluantur, prout fuit in caſu noſtro, in quo notarius atteſtatur dicta ſcuta eſſe in moneta aurea, & argentea, & ſoluta venditori cenſus, & per eum habita, & recepta, & ad ſe tracta exburſante emptore, quæ verba arguunt de neceſſitate numerationem, non autem, quod ſacculus occluſus fuerit datus, ſi enim exburſauit, non erant amplius in burſa, & perconſequens non adfuit ſola confeſſio, ſed vera numeratio ſtantibus prædictis verbis Bart. *in l.ſi ita ſtipulatus, § griſogonus, n.3.* & ibid. Alex. *n 14. D.de verb.oblig* Bald. *in l ſi ex cautione, nu.14. verſ.& ideo probant. C.de num. pecun.* quos ſequitur Rot. *deciſ.132. nu.5. poſt lib 2.*
13 *conſ. Farin.* † Non habita conſideratione, quod notarius penitus, & ad vnguem inſpiciat, an ſit talis quantitas, quæ exprimitur, cum ſatis ſit, quod partes tantam aſſerant, prout in omnibus formulariis iſta aſſertio ponitur, & notat Cagnol. *in l.ſi librarius, 39.n.78. poſt med. D.de reg.iur.*

Nec facit prætenſa ſimulatio huiuſmodi contractus cenſus tanquam facti inter fratres, iuncta non ſo-
14 lutione fructuum † per interuallum temporis, quaſi hoc ſit præſumendum propter coniunctionem ſanguinis, iuxta Farin. exaduerſo allegatum *conſ. 188. nu.29. lib.2.* Quia Farinac. concludit contrarium, dum dicit, quod iſta præſumptio coniunctionis ſanguinis eſt nimis debilis, cum etiam inter fratres fiant cenſus & ſocietates officiorum, & alij quicumque contractus, vnde aduerſus publicum inſtrumentum talis præſumptio non eſt admittenda Becc. *conſ.53.n.4.lib.1.* Caputaq *deciſ.411. nu.3. par.2.* Farinac. *d.conſ.188.n.28.par.2.*

Cum etiam non ſufficiat ſimulatio probata, niſi quoque conſtet de cauſa ſimulationis probabili, ſuffi-
15 cienti, † & veriſimili, qua ceſſante omnis ſimulatio excluditur, quamuis plures præſumptiones, & coniecturæ ſimulationis adeſſent Bart. *conſ.65. n 4. lib.1.* Alban. *conſ.97.n.24.& 28.* Decian. *conſ.67.n.6. li.3.* Corn. *conſ.189 n.12.lib.2.* Honded. *conſ.41. n. 28.lib.2.* Rot. *diuerſ.deciſ.69. n.2.p.2. & in recentiorib.deciſ.413.n.1.tom.2.* Caputaq. *deciſ.163.n.5.p.3.*

Et hæc quo ad validitatem cenſus. Quo verò ad omnia, quæ geſta ſunt coram Iudice Archiconfraternitatis, concludendum eſt etiam illa eſſe valida tanquam facta in vim motus proprij eidem conceſſi priuatiuè, quoad omnes iudices tam actiuè, quam paſſiuè etiam contra alia æquè, vel magis pia loca, vniuerſitates, monaſteria, Congregationes, Collegia quomodocumque priuilegiata
16 † cum clauſulis ampliſſimis, de quibus latius in breui Sanctiſſimi, adeo vt ex iſtis nullus ſit locus dubitationi circa iuriſdictionem, quæ cum ſit data priuatiuè, tunc de ea nullus alius Iudex poteſt

cognoſcere, nec in ea ſe intromittere Gloſſ. *in l.*1. vbi Ang.*C.vbi & apud quem.*Felin. *in cap.paſtoralis, colum.*2. *poſt med. verſ. tertio limita, de offic. ordin.* Ruin.*conſil* 7.*num.*7. *lib.*4. Menoch.*de arbitrar.lib.* 1. *quaſt.*40.*n.*2.

Non obſtat prætenſa auocatio cauſæ, quia per eam
non fuerunt reuocata antea validè geſta, quæ re-
manent firma in ſuo robore tanquam cenſeatur
commiſſa cauſa in ſtatu, & terminis in quibus re-
17 peritur, cum etiam non prohibeatur Iudex proce-
dere in cauſa propter huiuſmodi commiſſiones
auocatorias, quæ non ligant ignorantes, niſi quan-
do commiſſio eſſet cum clauſula motus proprij, &
cum decreto irritanti, ideo ſemper acta ſunt vali-
da, & rectè proceditur: Rot.coram Achill. *deciſ.*
24. *alias* 8. *de reſcript.* vbi ita declaratur *conſ. Ge-*
*min.*47.& de veriori opinione teſtatur etiam Man-
doſ.*de commiſſionib.formul.*6. *in fin.* Rip *in c.cum m.*
*ferrarienſis, num.*196. *de conſtitutionib.* Franc.*in c.vt*
noſtrum 51.*num.*6.*de appellat.*

Maxime, quia ſumus in commiſſione auocatoria ad
18 partis petitionem, in qua neceſſe eſt, vt † fiat noti-
ficatio per impetrantem, ad effectum ſciendi, an
velit vti tali commiſſione, nam cenſetur Papa a-
uocaſſe conditionaliter dummodo impetrans vo-
luerit ſe litteris auocatoriis iuuari, vnde ante no-
tificationem, & vſum non aufertur iuriſdictio, &
valebit proceſſus agitatus poſt talem expreſſam a-
uocationem factam ad partis inſtantiam, quidquid
aliud ſit poſt præſentatam commiſſionem Franc. *in*
*c.vt noſtrum,*56.*n.*6.*poſt princ.verſ.aliquando & quar-*
to eſt ſola directa reuocatio, de appellat. poſt Anton *in*
c.cæterum. de reſcript. Innoc. *in c.ex conqueſtione, de*
reſtitut. ſpoliator. & in cap. 1. *de præbend.in ſexto.*

Vnde ſi valent geſta poſt conceſſam auocationem an-
19 tequam ſit Iudici notificata, † multo magis vale-
bunt, quæ prius validè fuerunt actitata, & per ta-
lem auocatoriam nunquã cenſebuntur reuocata,
cum cenſeantur odioſæ iſtæ auocatoriæ cauſarum,
ideo mentio in eis eſt facienda de omnibus coram
primis iudicibus factis ad hoc, vt eorum detur re-
uocatio, & vt minus tertio præiudicetur Mandoſ.
*de commiſſionib. formul.*7. *verſ. delegatis apoſtolicis.*
*fol.*48.*iuxta ad hæc, de ſent.excommunicat. c.ex litteris*
poſt princ. & ibi Hoſt. *col.* 2. *de offic.delegat.*

EPITOME.

Filiorum appellatione quando in fideicommiſſis veniant nepotes. ¶ Et quid ſi exprimatur qualitas illis non conueniens. ¶ Vel quando eſt facta reſtrictio ad perſonas certas. ¶ Vel ſub nomine collectiuo & appellatiuo. ¶ Vel cum dictionibus ipſis, prædictis, præfatis, eiſdem, & ſimilibus etiam pluries geminatis. ¶ Nepos quando ſubintret in locum patris. ¶ Et quid in vocatione proximorum. ¶ Vel ſalua gradus prærogatiua. ¶ Vel in diſpoſitione reſtrictiua. ¶ In fideicommiſſo, in quo vocantur filiæ in defectum lineæ maſculorum, dummodo maritentur cum aliquo de tali familia an veniant filij filiarum. ¶ Subſtitutio ſub conditione caſuali, ſi deceſſerit ſine filiis, an tranſmittatur ad deſcendentes teſtatoris ¶ Et quid ſtantibus coniecturis. ¶ Et quales debeant eſſe, & præualere in concurſu plurium

SVMMARIVM.

1 *Vocatio filiarum nuptarum & nubendarum non extenditur ad nepotes, & pronepotes.& num* 6.

2 *In fideicommiſſis filiorum appellatione non veniunt nepotes, etiam in vocatione actiua, & vbi de alterius grauamine agitur. Declara vt num.*4.*&* 5.

3 *Extenſio non datur de perſona ad perſonam in fideicommiſſis.*

7 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando in filiis exprimitur qualitas, quæ non conuenit nepotibus.*

8 *Diſpoſitio deficit, ſi verba diſpoſitionis deficiunt, etiam ſi in parte conuenirent, num.*9.

10 *Sermo reſtrictiuus ad filias natas ex vxore, vel ſimili excludit nepotes, qui tunc non veniunt appellatione filiorum.*

11 *Verba, dictis, præfatis, eiuſdem, ipſius matris, ſunt perſonaliſſima, & non adaptantur ad pronepotes.*

12 *Appellatione filiorum ex ſuo corpore natorum veniunt nepotes.*

13 *Verba reſtrictiua pluries geminata ſunt loco ſpecialis nominationis, per quam nepotes excluduntur.*

14 *In fideicommiſſo, in quo vocantur filiæ in defectum lineæ maſculorum dummodo maritentur cum aliquo de tali familia, non veniunt filij filiarum, & numero* 15.

16 *Repræſentatio excluditur quando teſtator reſtrinxit ſuam diſpoſitionem ad filias natas ex certa perſona, neque tunc filius ingreditur in locum patris. Fallit in nominatione impropria, vel ſub nomine collectiuo, ſeu appellatiuo num.*17.

18 *Nominatio expreſſa filiorum proprio nomine reſtringitur ad filios exiſtentes tempore teſtamenti, & excludit nepotes. Amplia vt num.*19.

20 *Natura dictionis prædicti eſt referre præcedentia, cum ſuis qualitatibus.*

21 *Gradus propinquior attenditur in vocatione proximiorum, neque nepos ſubintrat in locum patris.*

22 *In ſucceſſione ſalua gradus prærogatiua filius non ingreditur locum patris. Intellige vt num.*23.

24 *Fideicommiſſum ſub conditione caſuali, ſi deceſſerit ſine filiis non tranſmittitur ad deſcendentes teſtatoris. Fallit ſtantibus coniecturis, & quales debent eſſe. num.*25.

26 *Coniecturæ validiores debent præualere.*

27 *Subſtitutiones non ſunt ſomniandæ, nec multiplicandæ etiam fauore agnationis.*

CAPVT DCXXIX.

DEcedente Comite Hermete ſine filiis legiti-
mis & naturalibus, vel non exiſtente in gra-
tia principis iuxta formam teſtamenti Comitis Al-
berti patris, non debent admitti ad ſucceſſionem
hæreditatis, & bonorum per eundem relictorum,
nec Carolus nepos Barbaræ ex Aurelio filio, nec
Ioſeph, & Alexander nepotes Siluiæ ex Antonio
etiam filio, Nam idem Albertus teſtator ſolum in
defectum dictarum conditionum vocauit filias nu-
ptas, & nubendas, quarum Barbara tunc erat
nupta, & Siluia erat nubenda, Vnde cum deceſ-
ſerint tam Barbara, quàm Siluia ante Hermetem,
non eſt factus locus fideicommiſſo ad fauorem fi-
1 liorum, & nepotum Barbaræ, & Siluiæ, † ſtante
ſimplici vocatione de filiabus nuptis, & nubendis,
quæ non extenditur ad nepotes, nec pronepotes,
tanquam tales non veniant appellatione filiarum
l.quid ſi nepotes, 6. *D.de teſtam. tut. §.fin.* vbi Aldo-
brand. *in gloſſ. in verb. appell. inſtit. qui teſtam. tu-*
tor. dar. poſſ. Bart. *in l.liberorum, num.*10.*D.de ver-*
*bor.ſignif.*Alex.*conſ.*1.*nu.*17.*lib.*1. cum aliis per Dec.
*conſ.*95. *& pro tenui, num.*6. late Card. Mantic. *de*
*coniectur. vltim. volunt. lib.*6. *tit.*8.*num.*2. Roland.
*conſil.*43.

conſ.43.nu.26.lib.4. Rim.Iun.*conſ.173.nu.36. lib 3.* Et paſſim in fideicommiſſis appellatione filiorum nō veniunt nepotes etiam in vocatione actiua, & vbicumque de alterius grauamine agitur etiam ſi adſit fauor ipſius nepotis Bero. *conſil.122. col.1. lib.2.* Natt.*conſil.191.nu.10.* Socin.*conſ.14.in princ. lib.1.* Thob. *conſil.33. num.26.* cum aliis per Rot. coram R. P. D. Veroſpio Ariminen. fideicommiſſi.17. Ianuar.1614.quæ in impreſſis eſt *deciſ.507.n.4. & per tot.p.2. in recentior.* vbi ſequitur Menoch. qui omnibus contrariis reſpondet *conſ.215.nu.37. cum ſeq.*
3 *lib.3.*† Neque enim in fideicommiſſis datur extenſio de perſona in perſonam, etiam ex identitate rationis, nec etiam ex præſumpta, & veriſimili mente teſtatoris Iaſ. *conſ.220. nu.10. lib.1.* Roland. *conſ.56 n.24. lib.3.* Honded. *conſ 56. n.7. lib.2.* Menoch.*d. conſ.215.n.6.vſque ad 37.lib.3.* Rot.*d.deciſ. 507.num.3.ad med.p.2.in recentiorib.* & latius *deciſ. 667. per tot. p.ead.*

Neque obſtat, quod in fideicommiſſis aſcendentium
4 nepotes veniant appellatione † filiorum Gabr. *concluſ.1. de verb. ſign.* Quia omiſſa veritate iſtius opinionis, quam multum controuerſam, & potius negatiuam veriorem poſt Menoch. Dec. Ruin. & alios dicit Rot.*dict.deciſ.507. n.12.p.2. in recentio-*
5 *rib.* Reſpondetur illam procedere, † quando concurrent plures coniecturæ ad fauorem nepotum, & quidem illæ violentæ, ex quibus clarè, & non æquiuocè poſſit neceſſariò deduci voluntas teſtatoris volentis ſuam vocationem extendere ad nepotes Rot. *deciſ.667.n.4.p.2. in recentiorib.*

In caſu autem noſtro non ſolum adſunt aliquæ coniecturæ pro excluſione nepotum, ſed potius ad illos excludendos diſpoſitio teſtatoris ex multis præſumptionibus & coniecturis redditur clara, ex quibus illa eſt præcipua, quia fuerunt vocatæ in ſubſtitutione eiuſdem teſtatoris filiæ tam nuptæ,
6 quàm nubendæ, † quæ verba non poſſunt adaptari ad nepotes, ſeu pronepotes maſculos, vt ex ſe patet, & in propoſito noſtro notat Card. Seraph. *deciſ.1486.nu.10.* Franciſc.de Pont.*conſ.61.col.4. in princ.verſ.ſed quomodo poteſt reſponderi, n.12.* Immo neque dicta verba poterunt adaptari ad neptes ex filiabus, cum tempore conditi teſtamenti nullæ neptes eſſent nuptæ, vnde dictæ neptæ non poſſunt dici à teſtatore vocatæ per fideicommiſſum, ſed tantum ipſæmet filiæ primi gradus, tanquam vna Barbara tunc temporis erat nupta Siluestro,
7 † Vnde cum iſta qualitas non conueniat nepotibus, non mirum, ſi non veniunt appellatione filiorum, tanquam non debeat fieri extenſio ad perſonam, in quam non fuit huiuſmodi qualitas tranſlata, & cui illa non poteſt conuenire Alex. in ſpecie *conſil.123 col.1.in fin.verſ.ſic etiam videmus, lib.1.& conſ.4 n 7.& 8. lib.4 iuxta l.fin. C.de naturalib.lib. l.non ſolum,§.ſi puellæ, D.de ritu nuptiar.l.1.*vbi Bart. *C.de priuil.dot.* Idem Bart.*in l.liberorum,col.4. verſ. item prædicta vera, D.de verb ſign.* Bald. *in l.in ſuis, ad fin. D.de liber. & poſthum. & in l.iubemus,§.vlt. C.ad Trebellian.* Anchar.*in clem.1.col.3.qu.2.de baptiſm.*Alciat.*conſ.98 n.6.* Corn. *conſ.290. nu.5. verſ. 4. hoc perſuadetur, lib.4 & conſ.234.viſo deciſione, col. fin. eod. lib.* Marſill.*ſingul 303.nu.2.* Menoch. *præſumpt.94. n.11.lib.4.* Gabr. *conſ.121. num.23. & 24. lib 1* Decian.*conſ.2.n.33.& 34.lib.2.*Capic.*deciſ.21. n.8* Ruh.Alex in *conſ.22. in fin num. 14.* Socin.Iun. *conſil.146 col 2 lib.1.* Tiraq.*de iur.primogen. qu 40. num.54.* Card. Seraph. *deciſ.1486.numero 10.*

Et vbi verba diſpoſitionis deficiunt, deficit quoque
8 ipſa diſpoſitio *l.4.§.toties,* † vbi Bart. *ff.de damn.infect.*Bald *in l.1.col.2. oppoſ.4. C.ſi quis omiſ. cauſ.teſt.* Anchar.*in c.indemnitatibus, §.vlt.in 8.notab. de elect. in 6* Caſtr.*conſ.33.de iure communi, in prin.li.1.* cum aliis per Tiraq.*in l ſi vnquā,in verb.libertis, nu.2. C.*
9 *de reuocand.donat.* † vbi *in fin.* addit hoc procedere etiam ſi verba diſpoſitionis pro parte conueniant, cum debeant in totum conuenire Grat. *conſil.61. n.16.& 17. lib.1.* poſt Salic. & Fulgoſ. *in l.ſi mancipia. C.de ſeru.fugitiu.* Dec.*in l.1.col.4. C.de edend.*

Accedat quod teſtator in teſtamento fecit particularem mentionem de ſuis filiabus diſtinguendo quas filias vocauerit per hæc verba, videlicet, item ordinauit quod filiæ fœminæ præfati teſtatoris legitimæ, & naturales natæ ex dicto teſtatore, & præfata eius vxore Magdalena dotentur, & dotari debeant de bonis ipſius teſtatoris ad arbitrium præfatæ vxoris ſuæ earum matris, & eas ex nunc in dicta dote conſtituenda vt ſupra inſtituit, iubens eas eſſe tacitas & cōtentas, &c. poſt quam diſpoſitionem, facta inſtitutione, ſubdit idem teſtator, & eo caſu videlicet vbi dicti omnes eius filij hæredes inſtituti decederent ſine filiis vt ſupra, ſibi & vltimo morienti in tota eius hæreditate inſtituit & ſubſtituit hæredes dicti eiuſdem teſtatoris filias tam nuptas, quàm nubendas, & omni in caſu ipſæ filiæ etiam teneantur ad dictum legatum viginti-
10 quinque milliū ſcutorum, † ex quibus verbis clare apparet, quod non vocauit neptes, nec nepotes, cum ſemper vſus fuerit dictione illa præfatas, dictas eiuſdem teſtatoris filias, cum ſimilibus locutionibus, quæ ſunt reſtrictiuæ ad præcedentia, & ſic ad filias natas ex Magdalena vxore, & matre dictarum filiarum, & per conſequens ad filias tantum primi gradus, de quibus ſupra locutus fuit, quo caſu ſemper excluduntur nepotes, & non veniunt appellatione filiorum Alex. *conſ.140. n.3. & 4.lib.6* Ruin.*conſ.117.n 1.cum ſeq.lib.2.& conſil.181. n 2.& 5 eod.lib.*Zaſ.*conſ.7.lib.1.*Gozad.*conſ.29.n.15.* Socin.Iun. *conſ.163.nu 9. vſque ad 12.lib.3.* Rip. *in l. filiusfamilias,§.diui nu.111.ff.de legat.1.* Zanch. *in l. hæredes mei,§.cum ita. 4 par.nu.213.ff.ad Trebellian.* Gabr. *concluſ.1. nu.85.de verb. ſignif.* Menoch. *præſump.94.n 5.lib 4.* Dec.*conſ.465.n.8.* Curt.Iun.*conſ. 58.col.1. in fin.*cum aliis per Caſanat. *conſ.85. nu.10. & 11.lib.1* Surd.*conſ.230.nu 23.ad med.lib.2.*

Cum præſertim teſtator non ſolum vſus fuerit verbis dictis, præfatis & ſimilibus, ſed etiam addiderit eiuſ-
11 dem teſtatoris filias, † quæ verba ſunt perſonaliſſima denotantia, quod ſolum vocauit filias ex ipſo natas, & ſic non poteſt dici cogitaſſe de neptibus, & pronepotibus ob dictam perſonalitatem reſultantem ex dictione illa eiuſdem, vel ipſius, maximè, quia ſupra nominauit iſtas filias natas ex vxore ſua Magdalena, & dictarum filiarum matre, quæ verba non poſſunt adaptari ad pronepotes Alex. *conſil.57.num.2.in fin.verſ.3. pro hoc facit. lib.5. iuxta l.eo tempore in fin. ff.de pecc. l.1. C.ſi ſeru. exter.* late Rimin.Iun. *conſ.173. num.8. vſque ad 12. lib.2.* Aym.*conſ.98.n.9.*Corn. *conſ.47.col.3.lib.4.*Menoch.
12 *conſ.215.nu.5. vſque ad 54. lib.3.* Quidquid † aliæ non exiſtente illa nominatione vxoris Magdalenæ, appellatione filiorum ex ſuo corpore natorum veniant nepotes Bertr. *conſ.157.nu.2.l.b.1.par.2.* Ruin. *conſ.203.col.pen. in prin. nu.25 lib.3.* Rom.*conſ.148.*

*col.*1. Gabr. *concluſ.*1. *num.*47. & 78. *de verb. ſignif.*
Ita vt ſtantibus iſtis verbis reſtrictiuis toties ge-
minatis magis ex voluntate teſtatoris detur excluſ-
13 ſio nepotum, & pronepotum, † tanquam ſint loco
ſpecialis nominationis, vt in propoſito noſtro no-
tat Menoch. *conſ.*215.*n.*53.*lib.*3. Vbi quod tunc per
talem geminationem tollitur omnis dubitatio,
Idem Menoch. *conſil.*49. *num.*4. *lib.* 1. poſt Gozad.
conſ 4.*num.*25. & *conſ.*50.*num.*3. Ludouic. Caſanat.
conſil 58.*num.*12.

Quibus additur in propriis terminis deciſio Rotæ
coram Card. Seraphino Romana hæreditatis ſeu
fideicommiſſi, 23. Ianuar. 1604. inter impreſſas,
14 *deciſ.*1486. vbi late concluſum fuit, quod in fidei-
commiſſo, in quo teſtatur poſt defectu lineæ ma-
ſculorum vocauit filias fœminas dummodo ma-
ritarentur cum aliqua de familia Vrſina, etiam ſi
ad ſecunda vota pluries tranſierint, non veniunt
filij filiarum, neque cenſentur aliquo modo voca-
ti ad bona, & hæreditatem dicti teſtatoris ob mul-
tas rationes, inter quas præcipua illa fuit, quia te-
ſtator vocauit filias dummodo maritentur in domo
de Vrſinis, quæ qualitas nullo modo poteſt con-
uenire natum filiis maſculis, & ſic nepotibus, quo
caſu illi non veniunt appellatione filiorum Bart. *in
l.liberorum*, *n.*6. *ff.de verb. ſignif.* Rot. coram Card.
Millino Romana fideicommiſſi de bonadies. 21.
Aprilis 1603. cum aliis ſupra adductis *verſ. in caſu*
15 *autem noſtro*, *num.*7. † Dicuntur enim illi nominati
nomine proprio, quibus ſolis poteſt conuenire
qualitas adiecta Decia.*conſil.*2.*n.*35.*lib.*2. Gabr.*conſ.*
121.*n.*24.*lib.*2. Surd. *conſil.* 230.*n.*24.*lib.*2.

Ex prædictis ſequitur, quod neque eſt tractandum
de aliqua repræſentatione, cum enim teſtator ex-
preſsè ſuam diſpoſitionem reſtrinxerit ad filias
natas ex Magdalena ſua vxore, & de eis ſpecialem
16 mentionem fecerit, † & ſucceſſiuè dictas filias vo-
cauerit poſt obitum hæredum inſtitutorum, ne-
pos nunquam ingreditur in locum patris, & ex-
cluditur repræſentatio Dec. *conſ.*217. *in caſu ad me
transmiſſo*, *col.*4. *poſt med. verſ. cum ergo facta fuerit*,
*n.*9. Pariſ.*conſ.*37.*n.*53.*cum ſeq.lib.*2. & *conſ.*90.*n.*48.
& 49.*eod.lib.* Menoch.*conſ.*215.*nu.*32. *vſque ad* 135.
Gabr. *concl.*3.*n.*9. *de fideicom.* Curt. Iun. *conſ.*58.*col.*1.
poſt med. verſ. præmiſſa tanto clarius. Theſaur. *deciſ.*
65.*n.*1.*in fin.* Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *q.*11.*n.*9. Co-
uarr. *pract. quæſt. c.*38.*n.*4.*verſ.*3. *ad intellectum.* Petr.
*de fideicommiſſ. q.*11.*n.*39. Cephal.*conſ.*16.*n.*25. *lib.*1.
Roſenthal. *de feud. cap.*7. *concluſ.*56. *num.*28. Port.
Imol.*conſ.*8.*n.*8 & *conſ.*128.*n.*7.*in fin.* Ruin.*conſ.*101.
*n.*19.*ad fin.li.*2. late Ludouic. Caſanat. *conſ.*58. *n.*10.
vſque ad 13.*li.*1. cum aliis per Ruſtic. *ad l.cum anus*,
*li.*6.*c.*14.*n.*52 *vſque ad* 56.*ff.de condit. & demonſtrat.*

Et ita concordantur omnes Doctores hinc inde diſ-
17 ſentientes ſuper repræſentatione, † Nam ſtante no-
minatione propria adeſt maior dilectio teſtatoris
erga ſic ſpecialiter nominatos, ideo dabitur eis
prælatio tanquam expreſſa, quæ præualet tacitæ,
prout eſt caſus noſter, Cum aliud ſit, quando ſu-
mus in nominatione impropria ſub nomine colle-
ctiuo, ſeu appellatiuo, quia tunc non excluditur
repræſentatio, Ita in propoſito diſtinguit Bald. *in
l.cum ita*, §. *in fideicommiſſo*, *qu.*1. *in fin. ff. de leg.*2.
Socin. Iun. *conſil.*20.*n.*8.*lib.*3. Gozad.*conſil.*4. *col.*7.
Ruin.*conſil.*115.*n.*19.*lib.*3. Curt. iun. *conſil.*57.*nu.*4.
Pariſ.*conſ.*39.*n.*8. & 16 *lib.*2. Menoch.*conſ.*124. *nu.*
90.*lib.*2. Card. Seraph. *deciſ.*1281.*num.*1.*in fi.* Card.
Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*8.*tit.*9.*n.*8. *in prin.* &
in fin.

Quorum ratio eſt, quia nepotes nunquam veniunt ap-
pellatione aliorum, quãdo filij propriis nominibus
18 reperiuntur expreſsè vocati, † tanquam ob iſtam
nominationem cenſeatur diſpoſitio reſtricta ad fi-
lios exiſtentes tempore teſtamenti, quaſi magis di-
lectos Bart. *in l.liberorum*, *n.*5. *ff de verb. ſig.* Curt.
iun. *conſ.*57.*n.*2. Aym *conſ.*98.*nu.*9. Craſſ. *in* §. *fidei-
commiſſum*, *q.*9 *n.*12. Menoch *conſ.*106.*num.*168 *cum
ſeq.lib.*1. Caſanat.*conſil.*58.*n.*12.*lib.*1. Card. Mantic.
*de coniect. vltim. vol. lib.*8 *tit.*8.*n.*4. latiſſimè Ruſtic.
ad l.cum anus, *lib.*6.*cap* 14.*n.*52. & 54. *ff.de condit.* &
19 *demonſtr.* † Vbi amplius, quamuis poſt primam no-
minationem ſpecialem prius factam, teſtator ſub-
iunxiſſet illa verba dicti filij mei, quæ faciunt ſo-
lam relationem ad ſupra nominatos illos tantum
comprehendendo, & omnes alios excludendo Rip.
in l.filiusfamilias, §. *diui*, *n.*111. *ff.de legat.*1. Dec.*conſ.*
465.*perſcrutatis*, *n.*9. Burſat. *conſ.*13.*n.*21.*lib.*1. Me-
noch.*conſ* 200.*n.*98.*ad med.lib.*2. Surd.*cõſ.*230.*n.*27.
20 *l.b.*2. † Cum de natura iſtius dictionis prædicti ſit
referre præcedentia cum omnibus ſuis qualitati-
bus Bart. *in l.ſi quis forum*, §. *fin. ff.de leg.*2. Bero *conſ.*
132 *n* 7.*lib.*3. Ruin.*conſil.*2-6. *n.*5.*lib.*2. Pariſ. *conſ.*
86.*n.*36.*lib.*2. Socin. Iun *conſ.*102.*n.*3.*lib.*3.

Quod generale eſt in omnibus diſpoſitionibus reſtri-
ctiuis, in quibus non datur repræſentatio, cum re-
pugnet menti teſtatoris qui voluit potius admitti
filium, quam nepotem, prout dicimus in expreſſa
vocatione proximiorum, ad quos adeſt maior di-
21 lectio, † ita vt gradu propinquior tunc attenda-
tur, neque nepos ſubintret in locum patris Aret.
in §. *cum filius*, *in fin. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.*
Menoch. *conſil.*668. *n.*7. *lib.*7. Celſ. Vgo. *conſil.*39.
*lib.*1. Pariſ.*conſ.*30. *n.*55.*cum ſeq.lib.*2. Roland.*conſ.*
38. *n.*33. *ad med. lib.*4. cum aliis quos adduxi ſupra
*c.*419.*n.*22. & 23.*tom.*3.

Idem quando teſtator voluit ſubſtitutos ſuccedere
22 ſalua gradus prærogatiua, † tunc enim filius non
ingreditur locum patris, vt ſuccedat vna cum gra-
du anterioribus Caſtr. *in auth. defuncto*, *col.*2. *n.*4. *C.
ad tertull.* Socin. iun. *conſ.*20.*in p.lib.*3. Aym. *conſil.*
67.*n* 5. Grammat. *deciſ.*1.*n.*2. & 5. Ferret. *conſ.*272.
*nu.*4.*lib.*2. Couarr. *pract. quæſt. c.*38. *verſ. quarto vbi
fideicommiſſum.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. vo-
lunt. lib.*8.*tit.*9. *nu* 9. Peregr. *de fideicommiſſ. art.*21.
*n.*3. *cum ſeq.* Craſſ. *eod.tit.qu.*21.*nu.*8. Molin. *de pri-
mogen. hiſpan. lib* 3.*c.*8.*n.*16. vbi teſtatur de receptiſ-
ſima opinione Sim. de Pret. *de interpret. vlt. volunt.*
23 *dub.*4 *ſolut.*3.*n.*23. *fol.*339. † Contraria autem pro-
cedunt in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, in quo ſi ap-
poſita ſit talis clauſula ſalua gradus prærogatiua
non excluditur nepos, vt non ſubintret locum
patris, cum aliud ſit in diſpoſitione hominis Rot.
*diuerſ. deciſ.*708.*n.*7.*p.*1.*cum aliis in tract. de clauſul.
p.*1.*clauſul.*147. & *p.*3. *clauſ.*74.*n.*2.

Accedat, quod ſumus in fideicommiſſo ſub conditio-
24 ne caſuali, ſi deceſſerit ſine filiis, † quod non tranſ-
mittitur, neque ad deſcendentes teſtatoris, ita vt
hoc caſu neptes non admittantur ex perſona patris
Socin, *in l.heredes mei*, §. *cum ita*, *col.*6. *ad Trebell.*
& *conſ.*6. *nu.*13.*verſ.nec obſtat*, *lib* 3. Menoch. *conſil.*
215.*n.*166. *in fin. verſ.*3. *dubitatio*, *lib.*3. & *conſ.*200.
*num.*92. *cum ſeq. lib.* 2. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*,
*quæſt.*67.*num.*6.*verſ. ſecundus caſus.* Peregrin. *eodem
titul. artic.*31.*num.*6. Cardin. Mantic. *de coniect. vl-
tim.*

tim.volunt.lib. 1 *c.tit.* 20. *colum.* 1.

Et quamuis ex coniecturis admittatur traoſmiſſio,
tamen tales coniecturæ debent eſſe neceſſariæ,
25 † & molrum probabiles, & reſultantes ex ipſo te-
ſtamento Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 233.
ff ad Treb. Menoch *præſumpt.* 201. *n.* 79. *lib.* 4. Card.
Seraph. *deciſ.* 1456 *n.* 18. Rot. *deciſ.* 667. *nu* 4. *p.* 2. *in*
recentior. Coniecturæ autem in caſo noſtro non ſo-
lum non adſunt ad inducendam tranſmiſſionem,
26 ſed † potius multæ colliguntur eidem tranſmiſſio-
ni repugnaotes, vt ſupra dictum fuit, ideo illæ de-
bent prævalere, *l.* 3. §. 1. *de teſtib.* Sard. *conſil.* 1. *nu.*
6. *& conſ* 429. *num* 28. *lib* 3. & in propoſito Rot.
deciſ. 507. *nu.* 12. *in fin. p.* 2. *in recentiorib.* Dec. *conſil.*
470. *nu.* 10. *& conſ.* 47. *nu* 4. Tiraq *in l ſi vnquam, in*
27 *verb. donatione largitus, n.* 156. *C. de reuoc. dona:* † ita
vt neque fauore agnationis ſint multiplicandæ ſeu
ſomniandæ ſubſtitutiones vltra ea, quæ teſtator diſ-
poſuit. cum debeant extendi ad caſum non expreſ-
ſum, & perſonas non nominatas Cardin. Mant. *de*
coniectur. vlt. volunt lib. 6. *tit.* 15. *num.* 6.

EPITOME.

Teſtator mandans, vt ſui hæredes poſſint, & valeant vendere rationem fundaci an cenſeatur impoſuiſſe neceſſitatem vendendi. ¶ Et quando iſta verba ſint facultatiua, vel ſint exponenda pro debeant, & teneantur, tam in vltimis voluntatibus, quam in diſpoſitionibus inter viuos, reſcriptis, & legibus. ¶ Et quid ſi adſit grauamen ad commodum teſtatoris, non autem hæredum. ¶ Vel adſint verba omnimodo, omnino, vel ſimilia. ¶ Et quid illa ſignificent, præſertim quando ſunt geminata. ¶ Mandans cuſtodiri prædia, vt poſſint ad Sempronium peruenire, an dicatur inſtituiſſe fideicommiſſum. ¶ Libertas legata ſeruo cum potuerit dare centum Titio, an competat antequam illa cum effectu ſoluantur.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris etiam tacita, nedum expreſſa non poteſt alterari per hæredes quamuis præiudicaretur actus fauorabili.*

2 *Verba poſſint, & valeant inducunt ſolum facultatem, arbitrium, & poteſtatem. Intellige in legibus, reſcriptis, & contractibus, ſecus in vltimis voluntatibus, in quibus important neceſſitatem, n.* 3. 4. *&* 6.

6 *Clauſula poſſit, & valeat, poſita cum grauamine non eſt deprecatiua, ſed exponitur pro debet & tenetur.*

7 *Teſtator dicens hæredi, vt poſſit dare Titio centum, imponit neceſſitatem dandi.*

8 *Verba prolata ad fauorem teſtatoris, non hæredum, quamuis videantur facultatiua tamen inducunt neceſſitatem.*

9 *In vltimis voluntatibus nihil refert, quomodo verba concipiantur, dummodo mens teſtatoris poſſit colligi.*

10 *Teſtator mandans cuſtodiri prædia, vt poſſint ad Sempronium peruenire dicitur inſtituiſſe fideicommiſſum.*

11 *Libertas legata ſeruo, cum potuerit dare centum Titio, non competit, niſi cum effectu illa dentur.*

12 *Verba omni modo denotant præciſam executionem, & neceſſitatem.*

13 *Dictio omnino iuncta orationi affirmatiua accipitur pro funditus, prorſus, ipſo iure, & in totum.*

14 *Geminatio verborum tum dictione omnino, vel ſimili magis oſtendit voluntatem diſponentis, vt inducatur neceſſitas, num.* 15 *&* 16.

CAPVT DCXXX.

IVſsit teſtator, quod ſocietas inita in exercitio fundaci pannorum, & aliorum cum Octauio continuetur per Coſtam ſuum generum per tempus conuentum, & ſecundum conuentiones factas, quo termino elapſo, poſſint, & valeant hæredes infraſcripti dictam rationem fundaci vendere, & precium erogare, vt infra omni modo.

Ex prædictis verbis colliguntur tria per teſtatorem iniuncta, videlicet. Primum quod ſocietas continuetur pro tempore in capitulis ſocietatis præfixu. Secundum, quod illo elapſo ratio fundaci vendatur, Tertium quod pretium erogetur iuxta ordinationem teſtatoris inferius deſcriptam in eodem teſtamento.

Cum igitur modo euenerit caſus elapſi termini in ſocietate præfixi, non eſt locus amplius continuationi, quæ prætenditur in eadem ſocietate, ſed eſt procedendum ad venditionem bonorum illius, &
1 erogationem pretij, prout † mandauit teſtator,
cuius voluntas eſt ſeruanda, nec per hæredes po-
teſt alterari, etiam quod eſſet tacita, vnde multo
magis quando eſt expreſſa, quo caſu nulla alia in-
terpretatio admittitur, etiam quod præiudicetur
actui fauorabili, ita vt nullam non ſeruans exclu-
datur ab omni beneficio, & commodo hæredita-
tis, etiam quod vellet commutare talem volunta-
tem in meliorem vſum, vt late omnia prædicta
comprobat Card. Mantic. *de coniect. volunt. lib.* 3.
tit. 3. *num.* 1. *vſque ad* 12.

Neque obſtat, quod teſtator vſus fuerit verbis poſ-
2 ſint, & valeant vendere, & erogare pretium, † quæ
important ſolum facultatem, arbitrium, & pote-
ſtatem, non autem neceſſitatem, quando ſunt af-
firmatiuè prolata Gloſſ. *in l. ſæpe audiui*, 8. *in verb.*
neceſſitatem, in princ. ff. de offic. præſid. Ruin. *conſil* 69.
nu. 11. *lib.* 1. cum aliis per Surd. *conſ.* 98. *n.* 1. *vſque ad*
6. *lib.* 1. Quia prædicta procedunt quando talia ver-
ba ponerentur in legibus, reſcriptis, & contracti-
3 bus, † in iſtis enim non inducunt neceſſitatem præ-
ciſam, ſed cauſatiuam iuxta, *l. ſi mandauero, § fin ff.*
mandat. d. l. ſæpe de offic. præſid. Aliud quando, prout
in noſtro caſu, ſumus in vltimis voluntatibus, nam
tunc inducitur neceſſitas, ſi ponatur in oratione
4 diſpoſitiuè per ſe principaliter, † non incidenter
per modum conditionis, vel cauſæ. Ita diſtinguit
Bart. *in l. gallus*, 29. *in princ. num.* 4. & ibi late Ga-
liagul. *nu.* 19. Ruin. *n.* 16. *ff de liber. & poſthum.* Pra-
5 ter. *in lexic. iur. in verb poteſt, fol.* 154. vbi quod tunc
exponatur debet gloſſ. *in l. ſi mandauero, la* 1. *quæ*
eſt 22 § *ſicut autem liberum, in verb. ita poteſt, ff. man-*
dat. & in l. obſeruare, 3. *poſt hæc ingreſſus, in verb. de-*
bet, ad med. verſ. ſic è contra, ff. de offic. proconſ. & le-
gat. iuxt. l. 2. *in fin. C. de pedan. iudic. l. creditor,* 12. *in*
prin. vbi gloſſ. *verb. poterit, ff. qui potior, in pign. hab.*

Maximè quia in caſu noſtro grauantur hæredes, vt
facta venditione integrum pretium rationis fun-
daci teneantur erogare in emptionem locorum
montium non vacabilium, & fructus diſtribuere
in ſolutionem legatorum, & debitorum quorum-
cumque ſuæ hæreditatis, & reſiduũ inter eos diui-
6 dere, † ita vt ſtante ipſo grauamine non poſſit dici,
quod huiuſmodi verba ſint deprecatiua & faculta-
tiua, ſed inductiua neceſſitatem vendēdi & erogan-
di pretium in prædictas ſolutiones tanquam relata
ad grauatum nahag. *in l gallus, in princ. n.* 19. *ff. de lib.*
7 *& poſthu.* † vbi exemplum dat in teſtatore dicente

hæredi, vt poſſit dare Titio centum, nam per iſta verba inducetur neceſſitas, iuxta *l.vnū ex familia, 69.in fi.* vbi Bart. *ff.de legat.2.* Idem Bart. *in l.pote.ſt 1. in prin.n.3.& 4.* poſt Gloſ. *ibid.in verb. ab iis verſ. ſecus ſi deprecatiua, ff eod.tit. de legat.2.* per tex *in l. generali, 32. in 1. reſponſ. ff.de vſu & vſufruct. legat.* cum ſimilibus exemplis relatis per Alciat. *in l.nepos, 125. num.3.& 4. ff.de verbor.ſignificat.*

Vnde cum iſta verba non ſint prolata ad fauorem
8 hæredum, ſed ad commodum teſtatoris, † vt ſcilicet ſoluantur debita per eum contracta, & legata per eundem relicta, non poſſunt importare aliquam facultatem, ſed neceſſitatem, quidquid aliud ſit quando eſſent relata ad fauorem hæredis & ad illius cautelã, qui tunc poterit vti facultate, prout voluerit, Surd. *conſ.99. n.2. vſque ad 6. lib.1.* Cum etiam in vltimis voluntatibus nihil referat quomo-
9 do verba concipiantur, † dummodo mens teſtatoris colligi poſſit, *l.fideicommiſſa, 11.§. hæc verba.* vbi Gloſ. *in verb.contineri, ff.de leg.3.* vbi quod verba teſtatoris mandantis cuſtodiri prædia, vt poſſint ad Sempronium peruenire, quamuis videantur non
10 exprimere fideicommiſſum, † ſed magis conſilium, quam neceſſitatem relinquendi, tamen ex mente inducetur neceſſitas reſtitutionis, & illud verbum, poſſit, exponendum erit pro reueantur. Alciat. *in l.nepos, 125.nu.4. ff.de verb.ſign.* vbi etiam
11 de ſeruo, † quem teſtator iuſſit eſſe liberum, cùm poterit dare centum Titio, non enim competit libertas, niſi cum effectu illa dentur, nam conditio non videtur adiecta ob ſolam cauſam dilationis, ſed vt Titio quoque conſultum ſit, ideo verbum poterit reſoluetur in neceſſitatem, *l.3.§.ſi quis acceperit libertatem, ff.de ſtat.liber.*

Et magis iſta voluntas teſtatoris colligitur, quia iuſſit omni modo erogari pretiũ rationis venditæ, vt
12 infra diſpoſuit, † quæ verba omni modo ſunt præciſa & neceſſitatem inducunt, includendo omnem modum, & omnem caſum, & in totum denotando præciſam executionem *l. ſi cum exceptione, §. labeo il 2. & §.quatenus verſ. res quidem, ff. quod met.cauſ.l.3.§.1.verſ.at hoc edicto, ff.naut.caup. ſtabular.l.ſin autem, ff.de rei vendic. l.hac autem, ff.de ſeruitut.vrb.in præd.* Rebuff. *in l.pecunia verbum, 48. in princ. col.2. in fi. verſ. poſtremo, ff de verb. ſignif. fol.*
13 812.† Cum hæc dictio omnimodo ſit ſimilis dictioni omnino, quæ etiam iuncta orationi affirmatiuæ accipitur pro funditus, prorſus, in diſtinctè, ipſo iure, omni caſu, in totum, & ſine aliqua exceptione, & dilatione *l.non erit, ff.de iureiuran. l.non omnis, ff.ſi cert. petat, l.cum de indebito, §.ſin autem pro parte, verſ.ipſum omnino, ff.de probat.cap.ſi beneficia, &c. ſi nulla,* vbi Ioan. Andr. *de præbend. in 6.* late Rebuff. *in d l.pecunia verbum, 48. col.1. & 2. verſ. primum igitur, vſque ad verſ. poſtremo, ff.de verb. ſignif.* poſt gloſſ. *in clement. 1. in verb. omnino, de vita & honeſt.cleric* Bart. *in l. 1. ff.ſudi.ſolu.* Bald. *in l.ſuper rebus, C.de contrah.empt.* late Tiraq. *in l.ſi vnquam, in verb.reuertatur, n 89.cum ſeq. C.de reuocand.donat.* Matheſil. *ſing.* 121. *& ibi plene Addit. col.1 & 2.*

Præſertim quia iſta erogatio fructuum in ſolutionem debitorum, & legatorum hæreditatis fuit bis per teſtatorem expreſſa cum præfata dictione omnimodo, tam in primo capitulo, in quo mandat vendi rationem fundaci, quam in alio ſubſequenti, ad quod refert idem teſtator, in quo iubet emi loca
14 montium ex retractu venditionis d. fundaci, † quæ geminatio verborum cum illa dictione omnimodo bis poſita magis oſtendit voluntatem teſtatoris fuiſſe, quod imponeretur neceſſitas vendendi, vt eius debita, & legata ſoluerentur *l. balyſta, ff ad Treb.* Natt. *conſ.160.n.31.* Roland. *conſ.58.in fin.li.1.* Becc. *conſ.21.n.14.* Menoch *conſ.65.n.13.* Surd. *conſ.*
15 30. *nu.54.* † Maximè quando tales dictiones geminatæ proferuntur in ſcriptura, quia tunc videntur cum maiori deliberatione prolatæ quam ſi eodem contextu vna voce dicerentur Felin. *in cap. ſi cautio, col.11. de fid. inſtrum.* Natt. *conſ.160. num.31.*
16 † Cum etiam in caſu noſtro geminatio cum dictis verbis omnimodo ſit ex interuallo, & in capitulis ſeparatis, quæ magis arguit eiuſdem voluntatem teſtatoris, licet etiam ſufficeret, quod ad hunc effectum eſſet in vnica oratione, & eodem contextu: Surd. *conſil.369.n.15.& 16 lib.3.*

EPITOME.

Publicatio priuilegij, quo caſu requiratur cum omnibus qualitatibus in eo contentis. ¶ Et an ſufficiat ſola ſcientia priuilegiati, & ſtatim ſuum effectum operetur. ¶ Vel etiam ſit neceſſaria notitia ejus, de cuius præiudicio agitur. ¶ Et quid ſi adſit pœna. ¶ Vel conſtet quod ſtatim concedens voluit executionem illius ¶ Vel quando continet decretum irritans. ¶ Annullatio actus an dicatur pœnalis, ſi eſt in odium perſonarum, vel ob defectum ſolemnitatum. ¶ Facultas vt quis non poſſit excommunicari an liget Epiſcopum ignorantem, ita vt ſi ab eo feratur ſententia excommunicationis non præiudicet priuilegiato.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præſumitur non probata ſcientia: Maxime in actu per alium geſto, num.12.*

2 *Priuilegia prohibentia impreſſiones operum debent publicari cum expreſſione omnium qualitatum in eis contentarum, alias non ligant, n.3.& 17.*

4 *Scientia priuilegiorum, quæ ſunt clauſa in corpore iuris, præſumitur.*

5 *Publicatio priuilegij non requiritur, neque notitia eius, in cuius damnum conceditur. Intellige ſi non contineatur in eo pœna, n 6. Vel quando non conſtat quod concedens voluit ſtatim illud ligare, n.10.*

7 *Facultas conceſſa per Papam, vt quis non poſſit excommunicari, ſtatim ligat epiſcopum ignorantem, ita vt ſi ab eo feratur ſententia excommunicationis non præiudicet priuilegiato. Et de ratione, nu.9.*

8 *Prælati omnes quo ad Papam cenſentur miniſtri.*

11 *Coniectura non attenduntur, ſi conſtat de voluntate Principis.*

13 *Annullatio actus dicitur pœnalis, ſi eſt in odium perſonarum, ſecus ſi ob defectum ſolemnitatum.*

14 *Decretum irritans appoſitum in generali, ſeu particulari conſtitutione priuilegiatiua non ligat ignorantes quo ad pœnam. Et quando requiratur publicatio, num.15.& 16.*

18 *Inhibitio ante executionem non afficit.*

19 *Scientia ſola priuilegiati ſufficit quando priuilegium continet fauorem ipſius ad hoc vt operetur ſuum effectum, ſecus ſi adſit præiudicium alterius, nam hoc reſpectu requiritur notitia eius, cui præiudicatur, num.21.*

20 *Ignorans non dicitur negligere, aut contrauenire.*

CAPVT DCXXXI.

CONdemnantur in ſententia lata in cauſa Florentina priuilegij, qui non erant condemnandi,

di, cum nullibi conſtet, quod per eos fuerit contrauentum priuilegio, prout debebat conſtare, pro-
1 bando ſcientiam illius, qua † non probata præſumitur ignorantia, maxime in facto alieno *l. verius*, vbi Gloſſ. *in verb. obligat. ff. de prob. c. præſumitur, de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. 1. num. 2. C. ad macedon.* Surd. *conſ. 73. nu. 45. lib. 1.*

Præſertim quia iuxta communem obſeruantiam, ſimilia priuilegia prohibentia impreſſiones operum ſolent inſeri in ipſo opere impreſſo, per quam inſertionem habetur quis pro intimato, cum alias non
2 poſſit dici, † quod adſit notitia eius, de quo non fuit facta mentio, ideo requiritur publicatio, poſt quam non poteſt amplius prætendi ignorantia Gl. *in c. propoſuiſti, in verb. non probatur, 82. diſtinct.* Abb. *in c. paſtoralis, col. 1. in fin. de fid. inſtru.* Dec. *in c. ad hæc, col. 3. de poſtulat. prælator.* Card. *conſ. 33. num. 2. deciſ. 36. num. 14. & 15.*

Neque obſtat, quod in opere impreſſo fuerit dictum adeſſe priuilegium Sanctiſſimi D. N. Quia non
3 ſufficit iſta generalis inſertio, † cum per eam non poſſit quis dici perfectè ſcire omnes qualitates in priuilegio contentas, ideo opus erat ſpeciali certioratione omnium ibi deſcriptorum, maximè quia iſta priuilegia diuerſimodè conceduntur, aliquando enim ſimpliciter prohibentur ſimiles impreſſiones, non autem cum additionibus, & declarationibus, aliquando autem etiam iſtæ interdicuntur, ita vt ex iſta difformi conceſſione magis requiratur ſcientia ſpecialis ad hoc vt prohibitio operetur Gloſſ. *in cap. concertationi, in verb. ſciuerit, de appellat. in 6.* Alex. *conſil. 114. col. 2. lib. 1.* Nat. *conſ. 636. nu. 192. cum ſeq.* Becc. *conſ. 37. nu. 23.* Surd. *conſ. 82. n. 11. & conſ. 150. in fi. n. 136. lib. 1.*

Quæ magis procedunt in priuilegio non inſertis in corpore iuris, quorum ignorantia dicitur iuſta,
4 † cum iſta priuilegia non præſumantur tanquam extrinſecus obuenient, quidquid ſecus ſit in priuilegiis cauſis in corpore iuris, in quib. ignorantia non prodeſſet Gloſſ. *in auth. qui in prouincia, C. vbi de crimin. agi opor.* Medic. *de caſib. fortuit. qu. 3. n. 14.* Rim. Iun. *conſ. 628 n. 38 lib. 6.* per text. *in c. cum perſona, de priuil. in 6.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. inſpect. 98. n. 1. cum ſeq.* Rot. *diuerſ. deciſ. 429 n. 2. p. 1.*

Nec facit quod in priuilegiis non requiratur publicatio, neque notitia eius, in cuius damnum conce-
5 duntur, † cum immediatè ligent, & effectum ſuum ſortiantur *c. 1. verſ. nam ſi alicui, & verſ. ſimiliter, de conceſſ. prabend. in 6.* Felin. *in c. cognoſcentes, 2. col. 6. ante med. verſ. hanc limitationem intelligo, nu. 7.* & ibi Dec. *num. 17. col. penult. in fin. verſ. 4. concluſio.* Butr. *nu. 18.* Imol. *n. 5. ante fin.* Mantua *nu. 45.* Bero. *num. 48. de conſtitut.* Put. *deciſ. 45 lib. 2.* Rom. *conſ. 339. n. 18. verſ. dicitur ſecundo.* Gemin. *in d. c. 1. verſ. dicebat, n. 4. & 5.* & ibi Io. Andr. *n. 6. & 8.* Bart. *in l. diuæ memoria in princ. C. de decur. lib. 10.* Rot. coram R. P. D. Litta Calaguritana beneficij, 26. Februarij, 1607. de qua Mareſcott. qui alios adducit *var. reſolut. lib. 2. c. 39. n. 2. vſque ad 5. fol. 94.* Carol. Tapia. *in l. fi. p. 1. c. 4. nu. 23. ff. de conſtit. princ.* late Menoch. *de arbitrar. caſ. 185. n. 28. fol. 180.* Burſatt. *conſ. 200. n. 110. lib. 2.* Medic. *de legib. p. 4. c. 24. num. 5. in fin.* Rip. *in rubr. de conſtit. n. 47.*

Quia reſpondetur, quod prædicta procedunt, quando
6 ſimpliciter eſſet conceſſum priuilegium, † in quo aliis prohiberetur aliquid fieri ad fauorem priuilegiati, tunc enim actus non valebit, ſi fiat poſt huiuſmodi indultum, ſecus autem quando, prout in caſu noſtro, in iſta prohibitione adeſſet commixta pœna, quia tunc talis prohibitio in pœnam abſentis data non ligaret illum, niſi à tempore, quo ſciret, Ita in ſpecie declarat Innoc. *in c. 1. col. 3. in prin. in verb. facultatem n. 6. ad fin.* & ibi Butr. *n. 4. ad med. verſ. quæro quid ſi prohibuit.* Io Monac. *nu. 14.* Franc. *n. 4. in §. dicebat.* Io. Andr. *nu 9. de conceſſ. prabend. in 6.* Archidiacon. *in c. propoſuiſti, col. vlt. nu 7. verſ. hoc tamen dictũ, 82. diſtinct.* Vitalin. *in prohem. clement. in verb. hunc igitur, p. 5. in fi. n. 50. & 51.*

Præterea contraria procedunt, quando non tractatur de præiudicio alterius, prout eſt in caſu, de quo in *d. c. 1. de conceſſ prabend. in 6.* vbi Papa conceſſit
7 facultatem, † vt quis non poſſit excommunicari, tunc enim ſtatim ligatur Epiſcopus, quamuis neſciat tale priuilegium, ita vt non poſſit ferre ſententiam excommunicationis, quæ ſi proferatur, non præiudicabit priuilegiato, quia omnes Prælati & Epiſcopi quo ad Papam ſunt cenſendi vt ſim-
8 plices miniſtri † *cap. mandata, de præſumpt.* Vnde non expedit eis intimari, cum nondum eorum vertatur præiudicium, ſi non poſſunt excommunicare *cap. dudum, ad fin. de prabend. in 6.* & ita in propoſito reſpondet Anchar. *in d. c. 1. col. 3. in fin. verſ. quod verum credo, nu. 6. poſt med. de conceſſ. prabend.*
9 *in 6.* † Cum etiam ſcientia, vel ignorantia non ſit cauſa quare valeat, vel non valeat excommunicatio, ſed poteſtas, vel non poteſtas inducunt validitatem, ſeu inualiditatem excommunicationis, quare ſi profertur excommunicatio, erit lata ab eo, qui non habebat poteſtatem, & ſic non mirum, ſi in illo caſu non requiritur ſcientia, ita in puncto declarat Gemin. *in d. c. 1. in verb. dicebat, in fin* & ibi Franc *num 3 in fin. de conceſſ prab. in 6.*

Vlterius prædicta habent locum, quia conſtat de in-
10 tentione concedentis priuilegium, † qui voluit ſtatim illud ligare, vnde non mirum, ſi alia ſcientia non requiratur Io. Monach. *in c. 1. n. 13. & 14* & ibi Prob. *in addit n. 13. & 15 de conceſſ. prab. in 6.* Archid. *in c. propoſuiſti, n 7. col vlt. 82. diſtinct.* Aliud in caſu noſtro, in quo Papa declarat ſuam intentionem eſſe, vt priuilegium notificetur, dum mandat quod eadem fides adhibeatur tranſumptis etiam in ipſo opere impreſſis, quæ adhiberetur ipſis literis ori-
11 ginalibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, † Vnde ſtante intentione Principis, non eſt recurrendum ad alias coniecturas, cum ipſa ſola attendatur: Prob. ad Monac. *in d. c. 1. num. 13. & 15* Quod etiam ſuadet æquitas, ne ob negligentiam, & culpam non curantis tertium certiorare, fiat aliquod præiudicium ei, qui dat operam rei licitæ, & ignorat prohibitionem, quam ſi ſciuiſſet, non vtique cum tam magna impenſa huiuſmodi opus imprimi curaſſet,
12 † cum tamen ſufficeret actum fieri palam, & publicè, tunc enim magis ignorantia præſumitur, & negotium eſt excuſabile. Imol. *clem 1. col. 2. in fi* & ibid. Vitalin. *col. vlt. de conſang. & affinit.* Tiber. *concl. 5. num. 31. de reg. iur.*

Accedat, quod ſumus in pœnalibus, cum per annullationem actus, impreſſor ignorans priuaretur iure ſuo quæſito, vel inchoato quærendi, vel cum diminutione patrimonij, † quo caſu dicitur pœna, maxime quia retractatio, & annullatio actus fieret in odium perſonarum actum explicantium, non autem ob defectum ſolemnitatum, vt concludunt omnes *in c. cognoſcentes, 2.* vbi Io. de Anan. *n. 4.* Card.

oppoſ.5.col.2. ante fin. verſ. vel dic clarius, Abb. num. 5. de conſtit. poſt Bald. in l.non dubium, C.de legib. & in l.nemo martyres, C.de ſacroſ. eccleſ. Boer. deciſ. 1.nu.16.& 17. Vnde cum ſimus in pœnalibus, non attenditur, quod reſcriptum, ſeu priuilegium liget ignorantes, cum ad iſtum effectum nihil operetur,
14 ſed requiratur ſcientia præciſa, † quod procedit, quamuis etiam adeſſet decretum irritans, ſi enim illud eſſet appoſitum tam in conſtitutione generali, quàm particulari priuilegiatiua, nunquam ligaret ignorantes quo ad pœnam Gl. in cle. nolentes, in princ. in verb. ex tunc, de hæretic. Felin. in c cæterum, 3.col.14 verſ.2.reſtrictio,n.19. de reſcrip. Io.Andr. in c.tibi qui, ad fi.eod.tit.n.6. Put.deciſ.281.nu.4.lib.1. Fab.deciſ.19.lib.1. Gabr. de clauſ. concl.3.nu.8. cum ſeq. Gonzal.ad reg.8.cancell.gl.67.& vlt.n.19.

Nec aduerſatur deciſ.Rot.diuerſ.578.p 1. Quia non eſt deciſio,ſed votum R. P. D. Robuſtetij contra quod tenuit Rot. coram Card. Blanchetto Calaguritana beneficij ſanctorum Iacobi & Andreæ, 17. Maij 1593.de qua per Mareſcort.var.reſolut. lib.2.c.39.n. 1.& 13 fol.94. vbi etiam quod Caſſador.& Put.per
15 Robuſter. allegati ſolum dicunt, † quod decretum irritans ligat ignorantes, ſed non dicunt, quod quando eſt appoſitum in lege, ſeu conſtitutione generali liget ante publicationem & Burſatt. allegatus per Robuſter. ſe correxit conſ.200.num.109. vbi clarè concludit, quod non liget, niſi poſt pu-
16 blicationem, † quaſi decretum tanquam acceſſorium reguletur ab ipſa conſtitutione Capr. reg.5. nu.13. cum aliis per Rot. in d.Calaguritana beneficij coram Card. Blanchetto. Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, cum in caſu noſtro non adſit aliquod decretum irritans, ideò non opus eſt vlteriori diſceptatione, quæ neque erit neceſſaria in reſpondendo ad deciſ.Put.175.p.1.cum ibi præſupponatur
17 adeſſe in priuilegio dictum decretum, † Immo ibid.num.2. apertè concluditur, quod tunc priuilegium operatur effectum ſuum, quando tranſiuit in notitiam eius, contra quem conceditur iuxta c.1. §.dicebatur, de conceſſ. preben.in 6. Capr. reg.5.nu.9. Quod magis eſt in caſu noſtro, quia Papa non annullat actum ad fauorem priuilegiati, ſed inhibet, ne impreſſores, bibliopolæ, & alij audeant,& præſumant huiuſmodi opus imprimere, Vnde magis
18 requirebatur notitia, & certioratio,† cum tota vis inhibitionis conſiſtat, vt mandetur parti, ne aliquid faciat, quod non poteſt habere effectum, niſi poſt inhibitionem executioni demandatam, & formiter intimatam Mandoſ. de inhibit. quæ.16. num.2. poſt Feder. de Sen. conſ.300. factum tale eſt, col.1. verſ.vnde videtur.

Quibus additur Bero. in c.cognoſcentes,2. num.48. de conſt. Vbi conſiderat an priuilegium contineat ſo-
19 lum fauorem priuilegiati, † & non tendat in alterius præiudicium, & tunc ſufficit ſola ſcientia priuilegiati, ad hoc vt omnem ſuum effectum operetur, an vero ſit priuilegium continens fauorem vnius, & præiudicium alterius, & tunc quo ad priuilegiatum operatur ſtatim, vel poſt ſcientiam iuxta opiniones, de quibus per Doct. in d.c. cognoſcentes. Sed quoad tertium, vt contra eum operetur præiudicium, non poteſt effectum habere, niſi data ipſius notitia,& ſcientia, quamuis enim poſſit concedi à Principe abſque illius ſcientia, cum difficile eſſet, quod omnes, quibus præiudicatur in illius conceſſione, requirerentur, Tamen habito reſpectu, vt tale præiudicium habeat effectum contra tertium, & aduerſus eum operetur, ſemper requiritur certioratio, ne quis ſine ſua culpa grauetur, quæ culpa non poteſt conſiderari in eo, qui
20 factum alterius ignorat, † cum talis non dicatur contemnere, aut negligere, aut contrauenire l.ſi ignorans, ff.locat. l.ex maleficiis, §.longius, vbi gl. ff. de action.& oblig. Oſaſc.deciſ.38.n.24. Surd.conſ.150. n.42.& 44.lib.1. † Et iſte intellectus etiam colligitur ex text. in c.1.§ ex parte, & §.nec obſtare, de conceſſ.preb. in 6. vt per Bero. in d.c.cognoſcentes, n.48. in fin. de conſtit. Et ita poſt plures propoſitiones fuit in Camera deciſum,reuocando ſententiam Iudicis à quo,& abſoluendo impreſſores ab omnibus contra eos intentatis.

EPITOME.

Socius accipiens pecunias nomine proprio, & declarans,quod illas accipit pro ſuo particulari ſeruitio, an eas acquirat ſocietati, ſi fuerint communicatæ pro communi negotio. ¶ Et quomodo talis verſio probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Creditor, qui dedit pecuniam ſocio, an poſſit conuenire conſocium actione directa, ſeu vtili, ſi talis pecunia fuerit conuerſa in eiuſdem conſocij vtilitatem, quamuis cum eo non contraxerit ¶ Adminiſtratores quando præſumantur conſumpſiſſe pecunias acceptas in cauſam per eos narratam.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ acceptæ per ſocium pro ſuo particulari ſeruitio non acquiruntur ſocietati. Fallit ſi poſtea fuerint communicata in negotio communi, num.2.13. & 14.*

3 *Factum contradicens verbis, & ſcripturæ attenditur.*

4 *Liber negociationis inſcriptus nomine proprio ſocij excludit præſumptionem communionis cum aliis ſociis. Declara vt num.5.*

6 *Creditor, qui dedit pecuniam ſocio, poteſt conuenire conſocium, ſi illa fuerit conuerſa in eiuſdem conſocij commodum. Contrarium num.7. Sed prima opinio eſt verior, num.8.& 9.*

10 *Commodum ſentiens debet etiam pati onera, num.11.*

12 *Verſio pecuniarum eſt probanda, & ſufficiunt coniecturæ, nu.15.*

16 *Panni præſumuntur facti ad vtilitatem ſocietatis ex lanarum emptione.*

17 *Socius macelli emens animalia præſumitur illa occidiſſe,& vendidiſſe pro ſeruitio communi.*

18 *Adminiſtrator accipiens pecunias nomine Eccleſiæ, ciuitatis, vel pupilli pro aliqua cauſa præſumitur illas in eam conuertiſſe. Maxime ſtante probitate adminiſtratorum, n.19.*

CAPVT DCXXXII.

Communicandum dixi lucrum ſocietatis, de qua agimus, non obſtante, prætenſa declaratione, quod pecuniæ fuerint acceptæ pro particulari, &
1 proprio ſeruitio ſocij recipientis,¶ Quamuis enim hoc caſu illæ non acquirantur ſocietati. Bart. in l. ſi patruus, C.commun. vtriuſque iudic. Tamen cum adpareat ex facto, quod poſtea dictæ pecuniæ fuerunt expenſæ, & communicatæ pro indigentiis ſocietatis, dicitur receſſum à dicta declaratione, nulla habita ratione nominis proprij, in quo negocia-
2 tio reſidet, † vt in ſpecie concludit Socin. qui de communi conſil.160.num.4. ad med. verſ. immo expreſsè hoc volunt, lib.2. Cum enim factum contra-
3 dicat verbis, ſeu ſcripturæ, ſuperat factum,† & ſcriptura illi cedit l.1. C.plus valer. quod agit. & plus

plus eſt facto demonſtrare, quam verbis c.dilecti
filij, de appellat.
Quare etiam videmus, quod licèt non dicatur con-
tracta ſocietas, quando vnus ex fratribus exſcribit
4 † librum negociationis ſub nomine proprio, quaſi
ex iſta declaratione colligatur animus excluden-
di ſocium in tali negotio Crot. conſ. 40.nu.15.lib.
5 1. Alex. conſ.152.n 9. lib.5.† Nihilominus talis in-
ſcriptio, & declaratio nihil operatur, ſed tollitur
ſtatim, quod lucrum eiuſdem negotiationis com-
municatur alteri fratri, cum contrarium ex facto
appareat, per quod prima declaratio eſt penitus
fu. [illegible] Socin. conſ.160.col.2.ad med.nu.4 verſ.ſed
ad hanc obiectionem, col 4.in fin.n.9 lib.2. Ludouic.
concluſ.53.col.42.ad med.in 14.contell. verſ. declara-
tur iſta. Maſcard.conclu.1310.nu.36.Hect.Felic. de
ſocietat.c.11.nu 22. Gabr.conſ.51.n.7.lib.2.
Et magis eſt communicãdum lucrum huiuſmodi pe-
cuniarum, quia cum illæ fuerint verſæ in negotio
6 ſociali, Antonius, † qui dictas pecunias dedit, ha-
bebat etiam obligatum Alexandrum ſocium, qui
poterat conueniri pro illarum reſtitutione l. ſi
qui, in fin.C quod cum eo. Alex conſ.139.nu 4.in fin.
verſ.ex quibus concludo, lib.5.
Neque obſtat, quod etiam probata verſione non
7 poſſet Alexander conueniri ab Antonio iuxta †
Alber. in l.iure ſocietatis, ff.pro ſocio. & Petr.de V-
bald.de duob fratrib.p.1.q.9.n.1.ad fin verſ.aut quæ-
rimus de iure creditoris, tom 6.p.1 fol.161. ex aduer-
ſo allegatos. Quibus additur Cephal.conſ.635.nu.
3.& 8.lib.5. vbi tenet, quod creditor, qui dedit
pecuniam ſocio, non poteſt conuenire conſo-
cium, quamuis pecunia per eum data fuerit verſa
in vtilitatem ipſius conſocij, tanquam cum eo ni-
hil contraxerit Paſer. conſ.199. nu. 13.& 14. Rim.
Iun. conſ.351.n.8.lib.3 poſt Fulgoſ.conſ.209. duob.
fratrib.col pen.poſt med.verſ.niſi probaretur.Cuman.
conſ.8 in pr.
Quia verior eſt opinio contraria, quod immo ſtante
verſione conſocius poſſit à creditore conueniri,
8 † provt notant omnes in l.iure ſocietatis,83. ff.pro
ſocio. qui textus licet loquatur inter ſocios, tamen
etiam extenditur ad fauorem creditoris, cui in
hoc conſulitur propter vtilitatem, quam ex ver-
ſione conſocius percipit, vt per Bald.in d l.iure ſo-
cietatis, in prin.& Fulgoſ in fin.poſt Glo. in l.ſi qui,
7.in verb.ratum, ad med.vbi Cyn.num.2.in 3.notab.
Caſtr in §.alioquin, n.1.poſt princ.verſ.niſi in duobus
caſibus.Salic.n.2.in fi.Fulgoſ.in prin. Bellapert.n.1.
C quod cum eo qui in alien.poteſt.ar.Bart.in l.ſi pupil-
li,6.§.1 n.5.ad med.col.2.in fin.verſ.vel ſaltem debet
probare.& ibi Addit.in verb.lege ei qui, in fin.in litt.
g.ff.de neg geſt.Aym.conſ.129.n.12.Pariſ.conſ.94.nu.
27.in fin.verſ.& cum non appareat, lib.1. Alex.d.conſ.
9 139.nu 4.in fin.lib.5.† Contraria autem procedũt
in actione directa, quæ non competit creditori
contra conſocium, cũ ſecus ſit in vtili, vt per Cyn.
& Bellapert. in d l.ſi qui, & alios ſupra allegatos.
Ita vt ſtante huiuſmodi incommodo, quod patitur
ſocius vt poſſit pro iſtis pecuniis cõueniri, debeat
10 etiam releuari, † vt lucrum faciat ex eiſdem pe-
cuniis communicatis, & ſuperlucratis l.ſecundum
naturam, 10 ff.de regul.iur.c.qui ſentit, eod.tit. in 6.
11 l.1. in princ. ff.de inſtitor. act. † Nam commodum
regulatur ab onere Bald.& Ang.in l.plane, §.ſi duo-
bus, ff.de legat.1. Bart.in l.ſcio, ff.de ann.legat.
Minus obſtat, quod non probetur iſta verſio pecu-
12 niarum receptarum ab Antonio, † provt erat pro-
banda Theſaur.deciſ.136.n.6 poſt med Rot.Ianuẽſ.
deciſ 14.n.125. Quia in facto ſatis conſtat de iſta
verſione, cum pecuniæ fuerint ſolutæ per Anto-
niũ die 8 Octobris 1605. per mediũ Banchi Her-
reræ, & Coſtæ, & eademmet die tranſportatæ in
Banco Roberti Primi, & cum eiſdem pecuniis ac-
ceptis à dicto Banco ſolutæ ſocietates officiorum
diſdictæ, quæ fuerunt initæ pro communi ſeruitio
emptionis notariatus vna cum nonnullis maſſis
debitis à dictis ſociis, vt ex partitis librorum in a-
ctis productis, ex quibus apparet declarationem
ſocij, quod dictas pecunias recipiebat pro parti-
culari ſuo ſeruitio, vel eſſe fictam, vel ab ea receſ-
ſum fuiſſe propter communicationem, vt ſupra
factam, provt etiam conſtat ex computo exhibi-
to, & ex calculo peritorum electorum, de quo in
actis, ita vt ex iſtis non poſſit negari communica-
tio pecuniarum, & verſio in vtilitatem ſocietatis,
non obſtante declaratione, & proteſtatione in a-
ctu receptionis pecuniarum, quæ nihil operatur
ſtãte communicatione poſtea ſecuta, ita vt ioitet
conuentio, de qua in capitulis ſocialibus nu.2.&
nu.37. in quibus diſponitur, quod omnes pecuniæ
acceptæ pro indigentiis, & renouatione ſocieta-
tum, vel alio quocumque modo; intelligantur
cuilibet ſociorum accollatæ pro ſua portione;
13 † quæ conuentio licet debeat intelligi de pecuniis
acceptis pro ſeruitiis ſocietatis, Alex.conſ.139.n.1.
cum ſeq.lib.5.Theſaur.deciſ.136.nu.3.in fin. Tamen
idem eſt, quod à principio pecuniæ accipiantur
pro ſeruitio ſocietatis, vel quod poſtea fiat com-
municatio in eiſdem ſeruitiis, cum ſemper ex hoc
colligatur animus ſocij, quod voluerit illas acqui-
14 rere ſocietati, † non obſtante proprio nomine ap-
poſito in receptione pecuniarum Socin. conſ.160.
n.4.ad med.lib.2.cum aliis ſupra allegatis nu.2.
Maximè, quia etiam coniecturæ ſufficiunt ad pro-
bandam verſionem Bart.in auth hoc ius porrectum,
15 † nu.17.C.de ſacroſ.eccleſ.Caſtr.conſ.338 primo quæ-
ritur poſito, n.2 lib.1. Rim.Sen. in l.ciuitas, col. vlt.
verſ.ex quo colligitur.vbi Dec.nu.10. Alciat. num.6.
ff.ſi cert.petat.Ruin.conſ.142.num.4.lib.1.Menoch.
16 conſ.375.num.12. cum ſeq.lib.4. † Vbi de emptione
lanarum, ex quibus præſumendum eſt fuiſſe con-
fectos pannus ad vtilitatem ſocietatis. Bald. conſ.
125 quidam Ioannes, col.vlt. verſ. item ſi eſſet, lib.5.
17 † Vbi quod ſi ſocius macelli emit animalia, præſu-
mitur, quod ex illis à ſe emptis occiſa fuerint, &
propterea illa empta fuiſſe verſa in vtilitatem ſo-
cietatis. Ita quoque dicimus, quod ſi prælatus Ec-
18 cleſiæ, vel adminiſtrator ciuitatis, † vel tutor pu-
pilli mutuo ſuſceperunt pecuniã nomine Eccleſiæ,
ciuitatis, vel pupilli ob aliquam cauſam, ſi deinde
apparet illam habuiſſe effectum, præſumptio eſt,
quod talis pecunia in eam cauſam conuerſa fuerit
Roman.in l.ciuitas.vbi Rim.Sen.colum.vlt.verſ.&
quidquid dixerit.Alciat.n.6.verſ.quid ſi confeſtim, ff.
19 ſi cert.petat.† Stante maximè probitate, & pruden-
tia talium adminiſtrantium, quæ facit vt dicantur
pecuniæ verſæ in cauſam narratam Archid. & Ge-
min.in c.hoc ius porrectum, 10.q 2. Maſcard.concluſ.
1161.n.28. Menoch.de arbitrar.caſ.432.n.36.

EPITOME.

Conuentio, quod poſſit capi poſſeſſio propria
auctoritate propter alienationem, ſeu canonem
non ſolutum, an poſſit exerceri non facta liqui-

datione etiam contra ſingularem ſucceſſorem. ¶ Et quid ſi adſint verba abſque decreto, & licentia Iudicis. ¶ Vel quod ſit licita retentio ante aliquam declarationem. ¶ Conceſſio bonorum tanquam deuolutorum, an ſit valida, ſi prius nõ conſtet de cauſa deuolutionis. ¶ Caducitas an poſſit declarari contra hæredem, & ſucceſſorem, ſi non probetur per dominum ſcientia præciſa rei emphyteoticæ cum omnibus qualitatibus in ea contentis. ¶ Emphyteota an poſſit donare ius ſuum abſq; conſenſu domini. ¶ Caducitas quo caſu cenſeatur remiſſa per receptionem, ſeu petitionem canonis, tam pro tempore præterito, quàm futuro. ¶ Et, quid ſi recipiatur à procuratore generali, an tunc excuſetur emphyteuta à caducitate. ¶ Et quomodo probetur ratificatio domini. ¶ Alienans ſaluo & reſeruato conſenſu domini, quo caſu non incurrat in pœnam commiſſi. ¶ Et quid ſi ſequuta fuit traditio rei alienatæ. ¶ Vel quando eſt difficilis recuperationis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod poſſit capi poſſeſſio propria auctoritate propter alienationem, ſeu canonem non ſolutum nõ poteſt exerceri, niſi prius præcedat liquidatio cum citatione partis, num. 3. 4. 7. & 9.*
2 *Debitor prius eſt conuincendus, antequam ad ſolutionem vrgeatur.*
5 *Facultas compenſandi non habet locum, niſi in debito liquido.*
6 *Additio hæreditatis non poteſt fieri, ſi dubitatur de viribus teſtamenti.*
8 *Liquidatio eſt facienda parte citata.*
12 *Pacta de ingrediendo poſſeſſionem auctoritate propria non poſſunt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem. Amplia vt num 12.*
13 *Verba ſine decreto, & licentia Iudicis, an operentur, vt quis poſſit ingredi poſſeſſionem non liquidato negotio, num. 14.*
15 *Conceſſio bonorum tanquam deuolutorum eſt inefficax ſi prius non conſtet de deuolutione, nu. 16. Amplia vt num. 17.*
18 *Succeſſor, & hæres nõ poteſt declarari, quod ceciderit ab emphyteuſi ob non ſolutũ canonem, ſeu ob alienationem, niſi dominus probet illum habuiſſe ſciẽtiam præciſam rei emphyteoticæ cũ omnibus qualitatib' in ea contentis, n. 19. 20. 21. & 22. Declara vt n. 26.*
23 *Emphyteuta poteſt donare ius ſuum ſine conſenſu domini, & abſque incurſu caducitatis.*
24 *Scientia non inducitur abſque certioratione qualitatum maxime ad incurrendam pœnam, ita vt non ſufficiat præſumpta, num. 25.*
27 *Alienans ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, & non alias &c. non cadit à iure ſuo etiam ſecuta traditione, n. 29. 35. & 36. Intellige vt nu. 28. Et quomodo talia verba ſint ponenda, nu. 30. & 33.*
31 *Verba quatenus opus ſit referuntur ad omnia ſupra expreſſa in vnica oratione.*
32 *Præcedentia magis influunt in ſequentia.*
34 *Relatio eſt facienda ad omnia, in quibus non adeſt ratio diuerſitatis.*
37 *Caducitas eſt remiſſa per receptionem ſiue petitionem canonis ſiue agatur pro tempore præterito, ſeu pro futuro, nu. 38. 39. & 40.*
41 *Procurator recipiendo canonem non poteſt remittere caducitatem. Fallit ſi probetur verſio pecuniarum receptarum in vtilitatem domini, qui tunc dicitur ratificaſſe, & num. 42.*
43 *Geſtor negotiorum recipiens canonem non præiudicat domino, excuſatur tamen emphyteuta, ne cadat ab emphyteuſi.*

CAPVT DCXXXIII.

NOn eſt locus prætenſæ aſſociationi pro capienda poſſeſſione bonorum, de quibus agimus, Quamuis enim prætendatur adeſſe pactum,
1 † quod poſſit capi poſſeſſio propria auctoritate
propter alienationem, & canonem non ſolutum,
etiam abſque decreto Iudicis. & abſque vitio ſpolij, & attentatorum, Tamen iſtud pactum non poteſt exerceri, niſi prius præcedat legitima liquidatio cum citatione partis, tanquam talis facultas ingrediendi poſſeſſionem ſemper intelligatur, vt tunc habeat locum, quando pactum debet ſortiri ſuum effectum, cum aliud dicendum ſit, quando prius diſcutiendum eſt an locus ſit pacto, ante-
2 quam illud poſſit demandari executioni, † prout
dicimus, quod prius oportet conuinci debitorem, antequam ad ſolutionem vrgeatur *l. vnic. C. de ſequeſtrat. pecun. l. negantes, C. de action. & obligation.*
3 † Et ita in ſpecie huiuſmodi pacti reſoluit Rot. co-
ram Cardin. Mantic. Ceſenaten. ſpolij, 22. Iunij 1592. quæ eſt in impreſſis *deciſ. 194. n. 8. & 9* quam iterum ſecuta eſt Rot. coram Cardin. Ludouiſio Bononien. pecuniaria, 14. Aprilis 1603. quæ eſt *deciſ. 85. n. 4. p. 2. in recentiorib.* & coram R. P. D. Vbaldo Mantuana bonorum, 14. Maij 1612. quę eſt *deciſ. 409. n. 7. in fin. p. 1. in recentiorib.* vbi etiã allegatur deciſio corã R. P. D. Pamphilio Bononien.
4 de Canalibus, 11. Ianuar. 1601. † Quod prius vo-
luit late Bar. *in l. creditores. 3. n. 14. & 15. q 3. in princ. C. de pignorib.* Aret. *conſ. 32. nu. 1. in fin.* Gozad. *conſ. 95. n. 3.* Affl. *ſuper conſtit. regn. lib. 1. rubr. 8. de cult. pac. n. 20. ad med verſ. 3. fallit, fol. 49.* Bald *in l. per diuerſas, n. 10. qu. 10. C. mandat. & in l. ſi cauſam, 2. in fin. nu. 8. C. de execution. rei iudicat.* Roland. *conſ. 20. n. 12. & 13 lib. 1.* Alex. *conſ. 188. n. 2. lib. 2. & cõſ. 96. col. 2. n. 3. in fin. lib. 4* Socin. *conſ. 82. col. 2. verſ 4. concluſio. lib. 3. & conſ. 27. in fio. lib. 4.* Ruin. *conſ. 88. n. 9. in fin. li. 5.* Barbat. *conſ 28. col. 4. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 201. n 19. li. 3.* Caſſan. *ſuper conſuet. Burgund. rub. 9. §. 14. in textu ibi ſaiſi. fol. 1254.* Alciat. *conſ. 293. in fi.*
Prout idem dicimus de compenſatione, Quamuis enim quis habeat facultatem propria auctoritate
5 compenſandi, † quod ſibi debetur cum eo, quod
ipſe debet, Tamen hoc non habet locum, niſi in debito liquido *l. fin. C. de compenſat.* Quod etiam eſt in hæreditate, cuius aditio non poteſt fieri,
6 † ſi dubitetur de viribus teſtamenti *l. ſed & ſi de*
ſua, ff de acquir. hæredit. l. falſum, ff. eod. tit. & ita in
7 propoſito noſtro prædicta conſiderat † Bart. *in l.*
creditores, 3. nu. 14. ad fi. quæſt. 1. in princ. C. de pign. vbi etiam concludit, quod iſta liquidatio eſt fa-
8 cienda parte citata, ſolemniter, libellu dato, † &
lite cõteſtata *l. in cauſa ff. de minorib. l. iudices, C. de iudic. auth offeratur, C. de lit. conteſt.* Et quamuis dicta ſimilia, & exempla per Bart. adducta oppu-
9 gnentur † per Bald. & Salicet. Tamen illa defendit
Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. nu. 56. & 57.*
Quare datur cautela, & remedium, vt quis poſſit ingredi poſſeſſionem etiam non liquidato negotio,
10 † quod dicatur expreſsè in conuentione, quod li-
cet ingredi poſſeſſionem, & eam retinere ante aliquam declarationem, ſeu liquidationem prodicta quantitate, ſeu pro alia, quæ apparebit ipſum

debi-

debitorem teneri ex cauſa præmiſſa, & ſecundum
hoc valebit ingreſſus nullo liquidato negotio: Bart.
in l. creditores, 3. *n.* 16. & ibi Salic. *q.* 11. *C. de pignorib.*
per text. *in l. vlt. §. fin. C. de iur. domin. impetr.*

Et paſſim iſta pacta de ingrediendo poſſeſſionem au-
11 ctoritate propria non poſſunt exerceri contra † ſin-
gularem ſucceſſorem: Alber. *in l. creditores. col.* 2.
verſ. item quærit prædictus. vbi Salic. *col.* 6. *verſ. quæ-
ro nunc. C. de pignorib.* Corn. *conſ.* 218. *col.* 2. *lib.* 3, cum
aliis per Afflict. *ſuper conſtit. regn. lib* 1. *rubr.* 8. *de
cultu pacis. num.* 18. *fol.* 49. Gabr. *concluſ.* 8. *de acquir.
12 vel amittend. poſſ. n.* 1. *ad med. & n.* 10. *&* 11. vbi † etiam
concludit, quod quamuis agatur de executione
iuris realis, & ſucceſſor habeat cauſam ab eo, qui
fecerat huiuſmodi pactum, tamen requiritur, quod
ius exequendi ſit productum in tempore, quo ſit
alienatio, vel quod ſit in actu producendi, ad hoc
vt tranſeat iſtud ius exequendi etiam contra ſingu-
larem ſucceſſorem, cum alias non tranſiret, ita
vt non poſſit dici, quod idem ius exequendi ſit in
eſſe productum, ſi debitum non fuiſſet liquidatum:
Alex. *conſ.* 96. *nu.* 3. *in fin. lib.* 4 Iaſ. *conſ.* 138. *col fin. in
princ. lib.* 1. Socin. Afflict. & Aret. de quibus per
Gabr. *d. concluſ.* 8. *num.* 11. *de acquir. poſſeſſ.* cum aliis
ſupra allegatis.

Nec aduerſatur, quod pactum de ingrediendo poſ-
ſeſſionem auctoritate propria poſſit exerceri abſ-
13 que liquidatione, † quando adſunt etiam verba ſi-
ne decreto, & licentia Iudicis, quaſi tunc in ne-
ceſſarium antecedens videatur conceſſum, vt o-
mittatur liquidatio, cum ſit permiſſa apprehenſio
abſque licentia Iudicis, & illius requiſitione: So-
cin. *conſ.* 82. *n.* 6. *col.* 2. *in fin. lib.* 3. Neguſant. *de pigno-
rib. p.* 4. *n.* 22. *fol.* 64. Carthar. *deciſ.* 12. *n.* 8. *&* 9. Quia
14 iſta † verba poſſunt habere alium ſenſum, nempe
quod apprehendatur poſſeſſio ſine aditione, &
licentia Iudicis, hoc eſt ſua ſponte, quando tamen
debitum liquidum erit, prout in puncto contra
Socin. & alios concludit Menoch. *de adipiſcend.
poſſeſſ. remed.* 5. *n.* 64. *&* 65.

Præterea cum in caſu noſtro huiuſmodi bona fuerint
conceſſa per Archihoſpitale Aduerſario tanquam
15 deuoluta, † prius debet conſtare de deuolutione,
nam aliàs hoc non verificato, conceſſio eſt
inefficax, & nullius momenti, tanquam ceſſet cau-
ſa finalis, ob quam Dominus motus fuit ad facien-
dam nouam conceſſionem, *c. quia circa. de conſan-
guinitat. & affinitat. c. ex parte. de conceß. præbend.* Et
16 in ſpecie † ita concludit Dec. *conſ.* 606. *Sereniſſimus
Imperator Carolus. col. pen. in princ. num.* 15. Decian.
conſ. 73. *n.* 63. *in princ. lib.* 2. Rot. *deciſ.* 124. *n.* 2. *in fin.
p.* 1. *in recentioribus*, & coram R. P. D. Dunozet. Re-
gin. bonorum, 20. Decemb. 1613. & coram Card.
Ludouiſio Bononien. pecuniaria 14. April. 1603.
quæ eſt deciſ. 85. *n.* 7. *p.* 2. *in recentioribus.* vbi fuit de-
negata manutentio, cum prius non conſtiterit,
17 nec legitimè doctum fuerit, † quod finita eſſet
emphyteuſis, quamuis etiam adeſſet pactum ingre-
diendi propria auctoritate in caſu lineæ finitæ,
& deuolutionis, quia prius debet parte citata li-
quidari, quod talis caſus euenerit Rot. coram R.
P. D. Decano Montis Faliſci 27. Maij 1589. Card.
Mantic. *deciſ.* 194. *nu.* 8. *&* 9.

Vnde videndum eſt in primis, & ante omnia an iſtud
ius ſit deuolutum, Et quidem non conſtat, neque
18 poteſt conſtare de tali prætenſa deuolutione, † e-
tenim ſumus in nouo ſucceſſore, & hærede, con-
tra quem non datur de caducitate ob non ſolutum
canonem, vel ſimilem cauſam, niſi dominus pro-
bet ſcientiam hæredis de re emphyteotica, & de
omnibus qualitatibus in ea contentis, tanquam pro
hærede adſit præſumptio ignorantiæ, quæ il-
lum debet excuſare ab omni, & quacunque deuo-
lutione, ita vt etiam maior vigintiquinque annis
hoc caſu reſtituatur, vt canonem ſoluat, & em-
phyteuſim retineat Gloſ. *in l.* 2. *in verb. & ſecundum:
in fin.* vbi Bart. *in fin.* Bald. *in* 2. *lect. nu.* 25. Iaſ. *nu.* 184.
Salic. *n.* 25. *C. de iur. emphyteot.* Imol. *in c. potuit. n.* 56.
de locat. Caſtr. *conſ.* 311. *in fin. lib.* 1. Socin. Iun. *qui de
communi conſ.* 70. *n.* 23. *lib.* 1. Rom. *in l. ſi vero. §. de vi-
ro. n.* 281. *ff. ſolut. matrim. & conſ.* 27. *ad fin. verſ. ſecun-
do obiicitur.* vbi Mandoſ. *in verb. poſſe.* Tiraq. *de retr.
19 lign. §.* 35. *gloſ.* 4. *nu.* 36. & ita † in practica ſeruari, &
nullam habere difficultatem teſtatur Redoan. *de
reb. eccleſ. non alienan. qu.* 24. *in verb. ſed. quo emphy-
teuta aut eductor cadit à iure ſuo. nu.* 33. *fol. mihi* 501.
20 quod etiam † notat Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 8. *col.* 6.
verſ. proſequendo. in fin. num. 9. poſt Anchar. *conſ.* 174.
dominus Lazarus *n.* 5. Corn. *conſ.* 165. *n.* 3. *lib.* 1. Abb.
conſ. 3. *q.* 6. *col.* 7. *in fin. verſ. non enim eſt ignoranti. li.* 2.
21 Cæteros † conſultò omitto, quia eſt receptiſſima
opinio, vt teſtantur etiam omnes *in c. is qui in ius.*
vbi Bart. & Dyn. *de reg. iur. & in l. qui in alterius.* vbi
Cagnol. *num.* 3. *eod tit.* Idem Cagnol. *in auth. qui rem.
n.* 32. *C. de ſacroſ. eccleſ.*

Nec obſtat, quod licet ſimus in hærede, & ſucceſſo-
re, tamen contra ipſum potuit declarari caducitas,
cum præſupponatur in facto conſtare de ſcientia
emphyteuſis, cum in inſtrumento donationis factæ
eidem ſucceſſori fuerit expreſſum rem donatam
22 eſſe ſub directo dominio eccleſiæ, † Quia iſta ge-
neralis expreſſio non ſufficit, cum ad inducendam
ſcientiam requiratur ſpecificatio omnium quali-
tatum, quibus non expreſſis, nihil dicitur geſtum,
quod præiudicium inferat Gloſ. *in c. concertationi. in
verb. ſciuerit. de appell. in* 6. Nat. *conſ.* 637. *n.* 192. Surd.
conſil. 81. *n.* 11. Oſaſc. *deciſ.* 176. *n.* 3.

Et eſt ratio, quia non omnia bona, quæ ſunt ſub di-
recto dominio alterius, prohibentur alienari, cum
in ſimilibus conceſſionibus adſint multæ clauſu-
læ, & conditiones, ex quibus permittitur aliena-
23 tio, vt eſt notorium, † Ideo in ſpecie donationis,
de qua agimus, non conſideratur deuolutio, cum
poſſit emphyteuta donare ius ſuum abſque con-
ſenſu domini, & ſine incurſu caducitatis Gloſ. *in
l. fin. in verb. aliis vendere. C. de iur. emphyt.* Aret. qui
de communi *conſil.* 41. *nu.* 1. Corbul. *de cauſ. priuat.
irrequiſ. domin. lim.* 13. *nu.* 1. Natt. *conſ.* 516. *n.* 2. Vnde
non mirum, ſi ſucceſſor erat certiorandus de iſta
qualitate, ſi forſan adeſſet in inſtrumento prohi-
bitio donationis, cum illa non exiſtente, apparet
bonum ius, ſecundum quod non eſt prohibita do-
natio in ſimilibus conceſſionibus, & per conſe-
24 quens non poteſt prætendi, † quod ſit inducta a-
liqua ſcientia abſque certioratione qualitatum in
inſtrumento emphyteuſis contentarum: Surd. *conſ.*
105. *nu.* 38. *lib.* 1. *& conſil.* 150. *n.* 136. *eod. lib.* Maximè
ad incurrendam pœnam, quo caſu magis requiritur
ſcientia certa, & indubitata, ita vt neque ſufficiat
25 præſumpta † *§. ſi quis autem. & §. hinc nobis, in fin.
verſ. ſi vero expreſſim, auth. de hæredib. & falcid.*
Surd. *conſ.* 328. *n.* 29. *lib.* 3. Card. Seraph. *deciſ.* 133. *n.* 2.
& dec. 991. *num.* 2. Cephal. *conſil.* 150, *num.* 13. *lib.* 3.
latè Rot. coram R. P. D. Penia Romana domus

S. Ludouici 24. April. 1600. de qua per Farin. *deciſ.*
26 51. *poſt lib. 2. conſil.* † Cum etiam iſtæ prohibitiones de non alienando fiant aliquando in rem, aliquando in perſonam, ita vt ſtante iſta diuerſitate prohibitionis hæres non teneatur ſi eſt in perſonam, cum ſecus eſſet ſi in rem Corbul. *de corbul. priuatio. ob non ſolut. canon. limitat. 20. nu* 7. Et quando ſit in perſonam, ſeu in rem docet Bart. *in l. aut qui aliter. §. vlt. in fi. D. quod vi aut clam.* vbi dat exemplum quod erit in rem, ſi dicatur, quod pro homicidio quis puniatur in mille, erit autem in perſonam, ſi dictum ſit, quod ſi quis fecerit homicidium puniatur in mille.

Neque etiam habet locum deuolutio ſub prætextu
27 prætenſæ alienationis, ſeu donationis, quia † fuit facta ſaluo & reſeruato in primis quatenus opus ſit, & requiratur & non alias, &c. de quo &c. conſenſu & beneplacito Venerabilis Archihoſpitalis S. Spiritus in Saſſia Vrbis, & aliorum forſan infraſcriptorum bonorum proprietariorum, & ſine præiudicio eorum proprietatis, & directi dominij, cum aliis in inſtrumento contentis, ex quibus clare colligitur nullam eſſe inductam caducitatem, nam per iſtas clauſulas non alias nec alio modo tanquam præſeruatiuas, & limitatiuas perinde eſt ac ſi nihil eſſet geſtum, ideo operantur, vt etiam ſecuta traditione emphyteuta alienans etiam ſine conſenſu Domini non cadat à iure ſuo, Bald. *in c. 1. §. denique, n. 5. quæ ſit prim. cauſ. benef. amittend. & in auth. ingreſſi, nu. 7. verſ. idem ſi proteſtor. C. de ſacroſ. eccleſ.* Felin. *in c. quæ in eccleſiarum, num* 85. *&* 86. *verſ. totius caſus, de conſtitut.* Clar. de communi *in §. feudum. q.* 31. *verſ. bene verum eſt, n. 5. ad med. & in §. emphyteuſis, q.* 13. *verſ. item quæro n. 5. ante med. verſ. bene verum eſt.* Grammat. *deciſ. 49. n. 3. &* 4. & ita paſſim ſeruat Rot. de qua per R.P.D. Oranum Senogallien. bonorum. 2. Iunij 1597. & coram Card. Pamphilio Rauennaten. bonorum 21. Iunij 1596. cum aliis late adductis *in tract. de clauſul. p. 1. clauſ. 76. n. 1. & p. 4. clauſ. 8. n. 2.* Guid. Pap. *dec. 163. in princ.*

Maximè quia non ſumus in traditione rei difficilis
28 recuperationis, † quo caſu ſemper eſt vera ſupradicta opinio, quod non cadat vaſallus re tradita ſtantibus dictis clauſulis præſeruatiuis, quidquid aliud ſit quando eſſet caſtrum, vel alia res, quæ non eſſet facilis ad recuperandum Felin. *in c. quæ in eccleſiarum, n. 85. de conſtit.* Clar. *in §. emphyteuſis, qu. 13. n. 5 in fin. verſ. nihilominus non recederem.* Modern. *de clauſul. p. 1. clauſul. 76. nu. 4. in fin. verſ. pro concordia, & p. 4. clauſ. 8. nu. 3.* iuxta deciſ. Rot. in d. cauſa Senogallien. 1. Iunij 1597. coram R.P.D. Orano.

Ex quibus non obſtant contraria, quia procedunt
29 quando ſimpliciter fieret alienatio, † & traditio ſaluo iure domini, abſque clauſula non alias, &c. quæ adeſt in inſtrumento, de quo agimus, & in iſtis terminis loquitur Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 31. nu. 1. & 4. ad med.* Roland. *conſil. 51. nu. 28. lib. 2.* Alex. *conſ. 3. col. 2 lib. 1.* Rip. *in c. cum M. Ferrarienſis, n. 80. de conſtitution.* Rubeus *in l. non ſolum, §. morte, n. 316. & 320. ff. de nou. oper. nunciat.* & ita etiam latius declarat idem Corbul. ex aduerſo adductus *de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 38. in fin. verſ. obtineret tamen locum.* Roland. *d. conſ. 51. nu. 36. lib. 2.* Grat. *conſ. 147. n. 16. lib. 2.* Felin. *in c. quæ in eccleſiarum, num. 85. de conſtitut.*

Nec facit, quod donatio non fuit facta cum illa clau-
30 ſula & non alias aliter & alio modo, † cum talis clauſula non ſit appoſita donationi, nempe quod fiat donatio reſeruato conſenſu & non alias, &c. ſed ſit poſita illis verbis quatenus opus ſit, & requiratur, & non alias &c. Quia ſi legatur tota ſeries, & periodus, apparebit claré dictam clauſulam comprehendere omnia narrata, Etenim in copia mihi exhibita dicitur, quod donatur ſaluo & reſeruato in primis quatenus opus ſit, & requiratur, & non alias &c. conſenſu & beneplacito Archihoſpitalis, & aliorum forſan infraſcriptorum bonorum proprietariorum, & ſine præiudicio eorum proprietatis &c. ex quibus verbis patet, quod fuit donatum conditionaliter, quia ſub vnica oratione ſit donatio, & reſeruatur conſenſus, & ſit proteſtatio de non præiudicando domino directo,
31 & ponitur clauſula, & non alias &c. † Quę licet ſit poſita poſt illa verba quatenus opus ſit, tamen ſufficit tanquam influat in omnia quæ exprimuntur in vnica oratione, ita vt ad cuncta ſupra narrata referatur Felin. *in c. cauſam quæ. 18. nu. 4. de reſcript. iuxta l. talis ſcriptura. in fin. ff. de leg. 1. l. vlt. ff. de reb. dub. l. 1.* vbi Iaſ. *n. 4. C. de liber. præteris.* Bart. *in l. 3 §. filius. n. 7. de liber. & poſthu.* Capic. *dec. 108. nu. 9.* cum aliis per Gabr. *de clauſul. concl. 9. n. 1. cum ſeq.*

Præſertim quia non ſolum d. Clauſula non alias eſt in fine poſita reſpectu alienationis, & reſeruationis conſenſus quatenus opus ſit, ſed etiam eſt poſita in principio reſpectu aliorum verborum inſequentium, dum denuò repetitur ſine præiudicio proprietatis domini directi, ita vt hoc caſu ſit ma-
32 ioris efficaciæ ad determinandum ſequentia, † cum naturaliter præcedentia magis influant in ſequentia Bart. *in l. ania in princ. ff. de condit. & demonſt.* Alex. *conſil. 51. nu. 2.* vbi latè Addit. *in verb. ſequentia. lib. 3.* Roman. *ſing. 665. in fin.* Menoch. *præſumpt. 28. nu. 24. lib. 1. & de arbitrar. caſ. 64. nu. 19.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 14. n. 25.*

Cum etiam nulla ratio diuerſitatis poſſit dari quare potius referatur ad illa verba quatenus opus ſit,
33 & non ad alienationem, † cum immò potius dicendum ſit talem clauſulam non alias &c. fuiſſe poſitam ad actum donandi cum conſenſu domini directi non alias, nec alio modo, quam ſimpliciter ad illa verba quatenus opus ſit, vt actus donationis redderetur validus, & non ſubiaceret caducitati, ſi conſenſus non fuiſſet reſeruatus cum dicta proteſtatione, adeo vt non exiſtente iſta diuerſitate rationis, ſemper fiat relatio huiuſmodi clauſulæ ad omnia contenta in eadem oratione,
34 quidquid alias non eſſet referenda, vbi diuerſa ratio poſſet conſiderari. Alex. *conſil. 47. num. 7. lib. 3. & conſil. 158. nu. 11. cum ſeq. lib. 6.* Bald. *in l. actionib. in 3. notab. ff. de his qui notant. infam.* quem refert & ſequitur Felin. *in c. cauſam quæ 18. nu. 4. col. 5. ante med. verſ. limita ſecundo niſi aliqua. de reſcript. iuxta l. ſi idem. §. fin.* vbi Alex. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Geminian. *in c. illi qui 5. q. 5.* Honded. *conſ. 72. nu. 27. lib. 1.* Gabr. *de clauſul. concl. 9. nu. 3.*

Minus obſtat, quod etiam ſtante clauſula non alias &c. non excuſetur emphyteuta à caducitate,
35 † quando tradidit rem alienatam, vt in deciſ. corã R.P.D. Robuſterio Piſana priuationis ex aduerſo allegata. Quia in d. deciſione non adeſt annus, neque dies, ita vt poſſit reperiri, & quatenus etiam illa admitteretur, tamen aliud ſeruatur in deciſionibus ſuperius allegatis videlicet coram

R.P.D

R.P.D.Orano Senogallien.bonorum 2.Iunij 1597.
& coram Cardin.Pamphilio Rauennat. bonorum
21.Iunij 1596.cum alijs relatis *in tractat. de clau-*
36 *ſul.p.1.clauſ.76.n.1.& p.4.clauſul.8.n.2.* † Cum ĕt
poſſet intelligi dec.Robuſter.quando res quæ fuit
tradita cum dicta clauſula non alias &c.eſſet diffi-
cilis recuperationis,vt caſtrũ,fortalitium,vel quid
ſimile,ſecus in alijs bonis,provt eſt in caſu noſtro,
vt diſtinguitur per Rot.*in d.Senogallien. bonorum*
cum alijs adductis ſuprà *verſi. maxime numero* 8.
Accedat remiſſio omnis prætenſæ caducitatis ſtante
petitione ſolutionis canonum facta per Archiho-
37 ſpitale,†& oblatione emphyteutæ de ſoluendo ad
rationem contentam in inueſtitura præuia men-
ſuratione, ac receptione ſcutorum decem ad tale
computum cum quietantia ſubſequuta, cum alijs
in facto, ex quibus manifeſtè apparet remiſſam
fuiſſe omnem deuolutionem,quatenus extaret,li-
cet non extet ex ſuprà allegatis,cum per talem ſo-
lutionem canonis ſit purgata omnis mora,& per
38 Dominum admiſſa purgatio†ſiue agatur pro tem-
pore præterito,ſiue pro futuro,Boer.*qu.309.nu.5.*
Corbul.*de priuat.ob non ſolut. canon. ampliat.9.nu.*
10.*&* 11.& eſt verior opinio, quidquid alij con-
trarium ſentiant,vt teſtatur Surd.*dec.317.n.14.&*
conſ.86.nu.14.& 15.Honded.*conſ.34.num.86.lib.2.*
Card.Manti.*de tacit.& ambig conuent.tit.33.li.22.*
39 *n.3.*Menoc.*conſ.206.n.123.*†Itavt ad hũc effectum
ĕt æquiparentur receptiones canonum cum illo-
rum petitione Sal.*in l.commiſſoriæ,ver. & faciunt*
*hec quod ſi dominus,C.de pact.int.emp.& vẽd.*Ruin.
*cõſ.119.n.4.li.5.*Tira.*de retra.cõuentio,§.1.glo.2.n.64*
Et quamuis ex aduerſo prætendatur talem remiſſio-
nem non ſuffragari de tempore præterito poſt
commiſſam caducitatem,ſed ante declaratam ca-
ducitatem iuxta *dec.Surd.317.nu.25.&* 30.quæ li-
cet pro nobis allegata fuerit,tamen opponitur ex
40 aduerſo *ibid.*tenere contrarium,†Nihilominus ſi
rectè legatur deciſio firmat concluſionem ad fa-
uorem noſtrum, quod videlicet dominus peten-
do,vel recipiendo canonem præteriti tẽporis, qui
non incepit ab expulſione, videtur remiſiſſe ca-
ducitatem,vt concludit Surd.*ibid.nu.14.vſque ad*
*17.poſt infinitos per eum allegatos.*Et quamuis poſteà
ſubdat aliqua pro contraria opinione,Tamen *in*
fine d. deciſ.317. dicit illa fuiſſe excitata eruendæ
veritatis cauſa, non diſcedendo tamen à commu-
ni ſuperius firmata, à qua ſenatus non diſceſſit,
non obſtantibus prædictis.
Non obſtat,quod non probetur facultas procurato-
ris remittentis caducitatem per iſtam receptio-
41 nem,†Quia cum pecuniȩ receptȩ ſint verſȩ in vti-
litatem Archihoſpitalis, & de eis habita ratio in
libris computorum per Dominum Commenda-
torem,videtur ratificata receptio. & remiſſio ca-
42 ducitatis,ob quam ratificationem†non poteſt op-
poni, quod procurator non potuerit illam remit-
tere,Dec.*conſ.329.n.3.*Ruin.*conſ.151. n.12.ver.& in-*
*ſuper non obſtat,li.1.*Rim.Iun.*conſ.22.n.11.*Corbul.
de cau.priuat.ob non ſolut.canon.limit.21.nu.16.in fi.
Honded.*conſ.55.n.87.li.1.*Cum ĕt in caſu quo non
43 liceret exactori remittere caducitatem,† Tamen
talis exactio liberaret à commiſſo: Specul. *de lo-*
*cat.§.nunc aliqua,ver.*81.vbi quod & ſi geſtor ne-
gotiorum non præiudicet domino in recipiendo
canonem,Nihilominus id ſufficit emphyteutæ ad
excuſationem,ne cadat ab emphyteuſi:Surd. *conſ.*
*307.numer.4.& 5.libro 3.*Et ita ex ſuprà dictis de-
ciſum fuit non conſtare de aliqua deuolutione.

EPITOME.

Pro alimentis an detur hypotheca vxori, & fi-
lijs contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, &
ſoceri tam conſtante matrimonio, quam ſoluto.
¶ Et quid ſi adſit obligatio reſtituendi dotem cum
damnis, & intereſſe.¶ Filius an habeat hypothe-
cata bona patris pro alimentis. ¶ Iudicium dotis
an ſit vniuerſale. ¶ Et quando in eo veniant ac-
ceſſiones tanquam pars rei iure actionis, ſi ma-
ritus non ſuſtinet onera matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Vxor & filij habent hypothecam pro alimentis tam*
conſtante matrimonio, quam ſoluto contra tertios
poſſeſſores bonorum mariti,ſeu ſoceri ſicut pro dote,
numero 3.4.5.8.9.& 10.
2 *Bona obligata pro ſorte dicuntur ĕt obligata pro vſuris.*
6 *Alimenta ſunt fauorabilia, & acceſſoria ad dotem:*
7 *Iudicium dotis eſt vniuerſale, & in eo veniunt acceſ-*
ſiones tanquam pars rei iure actionis.
11 *Filius an habeat hypothecata bona patris,n.12.& 13.*
14 *Promiſſio reſtituendi dotem cum obligatione came-*
rali damnorum,& intereſſe operatur,vt etiam ali-
menta veniant ſub tali hypotheca, & numero 15.
16 *Fructus dotis augent ipsã dotem,& petuntur actione*
de dote,quãdo maritus nõ ſuſtinet onera matrimonij.

CAPVT DCXXXIV.

QVæſtio propoſita quamuis ſit v.ldè contro-
uerſa,ita vt etiam multi non auſi fuerint fir-
mare, quæ ſit verior opinio, vt poſt alios Alciat.
1 *conſ.332.n.2.*†Tamen ſi conſideremus rationes,&
auctoritates,concludendum eſt,quod magis com-
munis,& vera,& æquior ſententia ſit affirmatiua,
quod pro alimentorum præſtatione detur hypo-
theca, quam vxor poterit intentare contra tertios
poſſeſſores bonorum, cum in hoc æquiparentur
alimenta ipſi doti,pro qua ſicut bona mariti ſunt
tacitè hypothecata, ita etiam pro alimentis præ-
2 ſtandis ipſi vxori, † provt etiam bona, quæ ſunt
obligata pro ſorte cenſentur ĕt obligata pro vſu-
ris *l.Lucius,ff.qui potior.in pignor.habeant,l. per re-*
*tentionem,& l. pignorib.*vbi Cyn.*nu.1.C.de vſur.*&
3 ita in ſpecie poſt Iacob.de Aren.†concludit Caſtr.
in l.ſi cum dotem 23.§ ſin autem in ſaniſſimo,n.3.ad
med.ver.allegatur etiam,ff.ſolut.matr. vbi quod ha-
buit de facto huiuſmodi quæſtionem,& quod ſe-
cundum iſtam opinionem affirmatiuam obtinuit
per tres ſententias conformes, & ſequitur Guter.
4 alios adducens,*de iuram.confirmator.p.1.q.46.n.5.*†
vbi ampliat, tam reſpectu alimentorum, quæ pe-
tuntur conſtãte matrimonio, quàm eo ſoluto,Be-
ro,*conſ.52.nu.13 li.2.*vbi de cõmuni,& quod pro-
5 cedit non ſolum in bonis mariti,†ſed etiam ſoce-
ri,Guid.Pap.*q.576.in princ.& conſ.127.num.1.in fi.*
Nat.*conſi.547.nu.12.*Afflict.*deci.10. nu.3.*Præpoſ.
in c.1.n.2. q.2.de donat.inter vir.& vxor. vbi quod
ſicut res obligata pro ſorte cenſetur pro vſuris,
quæ ſunt odioſæ,ita etiam,& multò magis pro ali-
6 mentis,†quæ ſunt fauorabilia,& acceſſoria ad do-
tem,Neguſ.*de pignoribus 4.memb.2.p.n.47.vſq, ad*
52.tom.6.pag.1.fol.204. Vbi latè diſputat,& teſta-
tur de veriori,& magis recepta ſententia, ſiue pro
alimentis competat officium Iudicis mercena-
rium,ſeu nobile, quamuis verius ſit, quod petan-
7 tur iure actionis, † cum iudicium de dote ſit vni-
uerſale, ex parte vxoris, in quo iudicio vniuerſali

veniunt acceſſiones tanquam pars rei iure actio-
nis, & per conſequens datur tacita hypotheca, vt
per Negul. *ibi. nu. 52.* Socin. *conſ. 41. in præſenti con-
ſultatione, col 4. in fi. ver. ſed hac reſponſio, num. 12. &
13. li. 4.* Mingger. *obſeruat. 64. nu. 1. in fi. centur 1. fol.
410.* Plot. *inter conſ. criminal. diuerſor. 130. nu. 86. to.
1* Rebuff. *de ſent. præiudicialibus ſeu prouiſionali-
bus, artic. 3. gloſ. 1. nu. 18. to. 1. fol. 273.* Iaſ. *in §. fuerat,
n. 42.* vbi Aret. *nu. 11. inſtit. de actionibus.* Ruin. qui
de communi *in l. 1. n. 101. ff. de legat. 1.* Lata, qui
multos adducit *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his,
n. 40. ff. de liber. agnoſcend.* Alios conſulto omitto,
8 cum longum eſſet omnes recenſere, † & ſatis eſt,
quod iſta ſit verior opinio, & magis communis,
prout ferè omnes tenent *in d. l. ſi cum dotem, 23. §.
in fauiſſimo,* & ibi Apoſtill. ad Bart. *n. 7. ff. ſolut. ma-
trimon.* & teſtatur etiam Surd. *de alimen. tit. 8. pri-
uil. 49.* vbi licet latè diſputet afferendo multas ra-
9 tiones hinc inde, † Tamen *n. 8 in fin.* concludit va-
num eſſe recedere ab iſta opinione affirmatiua in
indicando, tanquam ſit magis communis. Idem
Surd. *dict. tit 8. priuil. 51. n. 1. cum ſeq.* Lup. *in cap. per
veſtras, not. 3. § 23. n. 16. de donat. inter virum & vxo-
rem.* Becc. *conſ. 8. n. 7. & 11. lib. 1.* Dec. *conſ. 376. viſo
caſu, n. 3. & conſ. 519. viſis tit, n. 3* Rip. *in l. priuilegia,
n. 12. ff de priuileg. creditor.* Peregr. *de iur. fiſc. tit. 1. n.
75. & 76. fol. 239.* Burſat *conſ 120. n. 38. lib. 2.* vbi de
magis communi poſt Alex. de Neuo. *conſ. 95. n. 28.*
Moron. *de treug. & pac. c. 21 n. 6.* Adeo vt ſtantibus
prædictis non ſit curandum, quod contrarium te-
neant multi relati per Gabr. *concluſ. 2. de aliment.*
Ceual. *q. 692* Barboſ. qui latè diſputat *in l. 1. p. 3. n.
27. vſque ad 30. ff. ſolut. matrim.*

Cum igitur iſta opinio ſit vera fauore mulieris debet
10 etiam procedere ad commodum filij, nam † in hoc
æquiparantur liberi, & vxor, vt notat in propoſi-
to Bero. *conſ. 51. n. 13. lib. 2.* cum huiuſmodi priui-
legium prælationis, quod habet mulier in bonis
mariti, competat etiã filiis, & aliis deſcendentibus
ipſius mulieris, etiã quod non eſſent eius hæredes,
tanquam non conſideretur in hoc caſu ius hære-
ditarium, ſed filiatio, vnde multo magis quando
etiã ſunt heredes Iaſ. *in §. fuerat, col. 25 ad med. n. 94.
inſtit. de actionib.* poſt Gloſ. *in l. 1. C. de priuileg dot.
& in l. etiam, in prin. ff. ſolut. matrim. iuxta auth. ſi
quid. verſ. ſeu qualibet eius ſuboles, C. qui potior. in
pign. habeant.*

Neque obſtat, quod non debeat dari hypotheca vxo-
11 ri in bonis viri pro alimentis, ſicut nõ datur † pro
eis hypotheca filio in bonis patris. Couarr. *in epit.
de ſponſalibus p. 2. c. 8. §. 6. n. 14. ad med.* poſt Bart. *in
l. Lucius, ff. de alim. & cibar. legat.* Gig. *de penſionib.
q. 51.* Ceuall *q 692. n. 6. tom. 2.* Prout neq; pro legi-
tima. Salic. *in l. omnimodo, in princ. C. de inoffi. teſtam.*
Aflli. *dec. 162. n. 5* Graſſ. *in §. legitima, q. 14 ad med.*

Quia omiſſo, quod multi tenent contrarium, vt per
Gualdenſ *de arte teſtand tit. de heredibus inſtituend.
12 caut. 17. n 7 tom. 8. p. 1. f. 19.* † cum aliis per Surd. *de
alim. tit. 8. priuil. 51. n. 1. cũ ſeq.* Reſpondetur, quod
prædicta nõ applicantur ad caſum noſtrum, cum
iſta alimenta dentur mulieri tanquam acceſſoria
dotis, pro qua ſicut datur hypotheca, ita etiã debet
13 dari pro acceſſoriis, † quod non eſt in alimentis fi-
lio debitis. quæ non habent aliquod principale,
in quo ſubſiſtant, & à quo dependeant, prout ſunt
alimenta, quæ petuntur per vxorem, quę ſunt fun-
data in dote, & ſunt pars illius, vnde non mirum
ſi hypotheca, quæ competit pro toto, extendatur
etiam ad partem, & ad ea, quæ ſunt connexa, &
habent dependentiam ab ipſo principali, vt bene
explicat Præpoſit. *in c. 1. n. 1. q. 2. de donat. inter vir.
& vxor.* Negul. *de pignor. p. 2. membr. 4 nu. 47. vſque
ad 52. tom. 6. p. 1. fol. 204.* Et quamuis etiam ſint de-
bita alimenta mulieri nubenti abſque dote, Tamẽ
ſatis eſt quod in caſu noſtro adeſt dos, & promiſ-
ſio de illam reſtituendo cum obligatione came-
tali, & aliis de quibus in inſtrumento, quæ ope-
14 rantur, vt † etiam alimenta veniant ſub tali hypo-
theca tanquam acceſſoria ad dotem, vt in ſpecie
notat Bal. Nouell. *de dot. priuil. 7 in fin. p 6.* & quã-
uis diſſentiat Surd. *de alim. priuil. 49. nu. 9.* Tamen
eſt verior opinio, cum in iſtis damnis, & intereſſe
15 etiam poſſint comprehendi alimenta, † prout etiã
voluit Alciat. *conſ. 140. n. 3. & conſ. 332. n 2.* & de ve-
riori opinione teſtatur Burſat. *conſ 120. n. 38. & 39.
lib. 1. & conſ. 184 n. 30. lib. 2.* Io. Bapt. Coſt. *de clau-
ſul. 178. nu. 6. fol. 205.*

Cum præſertim ſimus in marito, qui non ſuſtinet
onera matrimonij, quo caſu fructus dotis augent
16 ipſam dotem, † & poſſint peti alimenta actione
de dote, & ideo bona mariti ſunt hypothecata
pro alimentis, ſicut ipſa bona dotalia. Bald. No-
uell. *de dot. priuil. 7. pag. 6. col pen in princ. verſ in
potes concludere. num. 4.* Gabr. *de aliment. concluſ. 2.
in fine, num. 5.*

EPITOME.

Mentio filiorum, nepotum, & ventris præ-
gnantis quando ſit facienda in legitimatione.
¶ Et quid ſi filia excludat per ſtatutum. ¶ Et quo
caſu requiratur citatio. ¶ Habens facultatem le-
gitimandi ſolum cum clauſula ſine præiudicio
venientium ab inteſtato an debeat hoc exprime-
re, vt valeat legitimatio. ¶ Et an talis clauſula ex-
cludat à legitima. ¶ Princeps quo caſu transferat
in alium poteſtatem legitimandi, quam ipſe ha-
bet. ¶ Surreptio legitimationis an tollatur per
clauſulas quorum tenores, pro expreſſis, & dero-
gatorias legum, ac cõſtitutionum, cum ſimilibus.
¶ Et quando ſcientia præſumpta legitimantis ſuf-
ficiat, vt non poſſit dici de inualiditate legitima-
tionis. ¶ Facultas legitimandi conceſſa per patrem
filio quando poſſit reuocari. Et quo caſu talis re-
nocatio ſit notificanda filio. ¶ Et quando cenſea-
tur ab ea receſſum. ¶ Legitimatus poſt mortem
patris an excludat venientes ab inteſtato.
¶ Et quid ſi iam hæreditatem adiuerunt. ¶ Vel
quando præceſſit præordinatio patris, vt filius le-
gitimetur. ¶ Et qualiter ſit probanda iſta volun-
tas patris. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et an
ſatis ſit, quod pater impetrauerit licentiam legiti-
mandi. ¶ Et quando talis voluntas patris extin-
guatur cum primo actu legitimationis, ita vt filius
non ſit amplius legitimandus. ¶ Procurator tam
patris, quam filij an valeat impetrare legitima-
tionem. ¶ Comites Palatini an poſſint committe-
re alteri facultatem legitimandi ¶ Et quando legi-
timationes per eos conceſſæ ſint validæ, & appro-
bentur per Rotam. ¶ Bulla Pij IV. n. 86. an proce-
dat quando legitimatus veniret contra mentem
teſtatoris. ¶ Vel ſi ageretur de iure quæſito quan-
do legitimatio fieret poſt purificatum fideicom-
miſſum. ¶ Plures legitimationes an poſſint im-
petrari. ¶ Et quando ſit de eis facienda mentio.
¶ Et quæ illarum debeat attendi.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio eſt inualida, ſi non fiat mentio filiorum, & nepotum, & ventris pragnantis, num. 2. Non tamen requiritur citatio.*

4 *Clauſula ſine praiudicio venientium ab inteſtato operatur, vt neque legitima ſit debita legitimatio.*

5 *Habens facultatem legitimandi ſolum cum clauſula ſine praiudicio venientium ab inteſtato cenſetur ita legitimaſſe, quamuis non dixerit.*

6 *Princeps poteſt transferre in alium eamdem poteſtatem legitimandi, quam ipſe habet. Declara vt num. 7.*

8 *Clauſula ampliſſime, & derogationes quarumcumque legum & conſtitutionum faciunt vt non poſſit dici de nullitate legitimationis, quamuis non ſit facta mentio filiorum.*

9 *Subreptio tollitur per clauſulam quorum tenores, & pro expreſſis, licet talia eſſent qua de verbo ad verbum deberent exprimi.*

10 *Scientia praſumpta legitimantis ſufficit ad hoc vt cõtra legitimationem non poſſit dici de ſubreptione.*

12 *Mentio non eſt facienda in legitimatione de filia excluſa per ſtatutum, nu. 12. Intellige, vt nu. 13. & 14.*

15 *Legitimationes, qua fiunt per Comites de Campegiis ſunt valida, & approbantur per Rotam.*

16 *Legitimatio plenior attenditur, & non repugnat, quod quis poſſit ſe pluries facere legitimari, num. 17. Declara, vt num. 18.*

19 *Excluſio venientium ab inteſtato eſt in poteſtate patris, qui poteſt de ſuis bonis quomodo voluerit diſponere.*

20 *Legitimatio conceſſa poſt mortem patris non praiudicat illis, quibus fuit ius quaſitum poſt eiuſdem patris obitum, Fallit quando praceſſit praordinatio patris, num. 21. & 22. Amplia etiam poſt litem introductam, num. 23. Et etiam in ſpuriis, num. 24*

25 *Praordinatio quecumq; patris ſufficit tam in teſtamẽto quam in actu inter viuos, vt filius poſſit legitimari poſt mortem illius. Itavt etiam ſufficiant coniecturæ, & ſigna ad probandam iſtam voluntatem, n. 26.*

27 *Licentia legitimandi per patrem impetrata nõ ſufficit ad hoc, vt filius poſſit poſt illius obitum legitimari.*

28 *Voluntas patris an extinguatur cum primo actu legitimationis, itavt filius non ſit legitimandus.*

29 *Facultas legitimandi conceſſa per patrem filio, & per eum acceptata, non poteſt reuocari, Intellige vt n. 30.*

31 *Reuocatio facultatis legitimandi facta per patrem filio debet notificari, antequam filius ſit legitimatus.*

32 *Ignorantia reuocationis praſumitur.*

33 *Reuocatio verbalis legitimationis cenſetur ſublata per actum contrarium conſiſtentem in facto.*

34 *Actus limitatus quoad certa bona non extenditur quo ad alia.*

35 *Legitimatus poſt mortem patris ex eius praordinatione excludit venientes ab inteſtato quamuis hareditatem adiuerint, tanquam non potuiſſent adire, donec pendet legitimatio, que poſteà ſubſecuta retrotrahitur in illorum praiudicium, nu. 37. & 40.*

36 *Legitimatio filij poſt mortem patris quando non praiudicet venientibus ab inteſtato.*

38 *Procurator patris, & filij poteſt impetrare legitimationem.*

39 *Comes Palatinus non poteſt alteri committere poteſtatem legitimandi.*

41 *Legitimati dicuntur de agnatione teſtatoris, & veniũt in fideicommiſſo relicto proximioribus.*

42 *Bulla Pij IV. num. 86. intelligitur quando legitimatus veniret contra mentem teſtatoris, ſecus ſi de eius voluntate ſuccederet, & quid ſi ageretur de iure quaſito quando legitimatio fieret poſt purificatum fideicommiſſum, num. 43. & 44.*

CAPVT DCXXXV.

[Adde ſupra *ad ca. 496 num. 9. & 17.*]

QVo ad primam legitimationem exhibitam, videbatur concludendum pro illius inualiditate, cum ſit impetrata per patrem nulla facta men-
1 tione filiorum legitimorum, & naturalium, † de quibus tamen erat facienda mentio, ad hoc vt non poſſit dici de illius obreptione, §. *ſit ergo licentia, quibus modis natural. efficiant. legitim.* Socin. *in l. gallus, §. & quid ſi tantum, col. 6.* & ibi Iaſ. *nu.* 112. Caſt. *col. pen.* & alij communiter. *ff. de liber. & poſthu.* Alex.
2 *conſ. 25. nu. 7. lib. 1.* Surd. *conſ. 337. num. 19. & 20. lib. 3.* vbi ampliat idem eſſe filiabus, † & nepotibus non extantibus filijs, & idem quoque ſi vxor eſſet prægnans, itavt etiam numerus filiorum ſit exprimendus, *vt dixi ſupra c. 496. nu. 62. vſque ad 65.* & omnes ſupradictos caſus latè proſequitur Lup. *de illegitim. & natalib. reſtit. comment. 3. §. 4. nu. 9. vſque ad 19. fol.* 218. vbi etiam quod ſecundum multorum opinionem non ſolum requiritur ſpecialis mentio de fi-
3 lijs legitimis, & naturalibus, † ſed etiam illorum citatio Gabr. *concl. 7. num. 1. de legitim.* Syluestr. Aldobrand. *inter conſil. Crot. 422. num. 44. libr. 3.* Quamuis hoc de citatione non ſit tutum cum verior ſit opinio, vt fiat mentio Put. *dec. 89. lib. 2.* Roland. *conſil. 67. num. 56. lib. 3.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 23. num. 58. ver. quamobrem,* Bero *conſil. 175. num. 20. lib. 2.*

Prætertim quia iſta prima legitimatio eſt conceſſa cũ illa clauſula ſine præiudicio venientium ab inte-
4 ſtato, † quæ operatur vt neque legitima ſit debita legitimato, cum illa ſolum debeatur ſi nullum præiudicium fieret venientibus ab inteſtato, & ſic filiis legitimis & naturalibus, Gabr. *conſil. 23. nu. 11. lib. 2.* Surd. qui de communi *conſ. 337. nu. 15. lib. 3.* & latè multos adduxi *ſupra c. 496. nu. 37. vſque ad 44.*

Et quamuis in huiuſmodi legitimatione non adſit dicta clauſula ſine præiudicio venientium ab inte-
5 ſtato, † Tamen illa virtualiter ineſt, & cenſetur appoſita per eum, qui legitimationem conceſſit, quãdo legitimans non habebat facultatem legitimandi, niſi cum dicta clauſula, vnde operabitur eumdem effectum, ac ſi fuiſſet expreſſa, & appoſita in tali legitimatione, cum non poſſet legitimans aliter legitimare, ideoque quibuſcumque verbis vtatur, non poterit plus dare, quàm ſibi fuerit conceſſum Socin. Iun. *conſ. 120. n. 20. libr. 2.* Pariſ. *cõſ. 14. n. 43. lib. 1.* Caſt. *conſ. 180. ſuper eo quod primo, nu. 2. in fi. lib. 1.* Rot. coram Cardin. Ludouiſio Bonon. apothecarum, 24. Nouemb. 1603. in princ. iuxta deciſionem in eadem cauſa factam, 24. Ianuar. 1575.

Hæc licet multum faciant contra legitimationem, Tamen verior eſt opinio quod legitimatio in caſu noſtro ſit valida, non obſtantibus ſupra adductis. Nam
6 quo ad poteſtatem legitimantis † nulla cadit dubitatio, cũm fuerit conceſſa per Summum Pontificem Comiti cum clauſulis ampliſſimis, & facultatibus ipſimet competentibus, quæ potuerunt per Principem transferri in comitem, qui tunc habebit eamdem facultatem, quam habebat Princeps. Ruin. *conſil. 104. num. 12. cum ſeq. lib. 3.* Port. Imol. *conſil. 105. num. 54.* Gabr. *de citatio concl. 1. num. 152.* Peregr. *de fideicommiſſ. articul. 23. numero 68. poſt med. ver. & hanc facultatem,* Cardin Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 12. ad med. ver. ſed tamen,* Roland. *conſil. 61. numero 54. cum ſeq. lib. 1.*

Contraria autem procedunt, quando Princeps ſimpliciter conceſſiſſet Comiti facultatem legitimandi,
7 di, † tunc enim talis facultas intelligeretur, vt non poſſet alteri præiudicare, ideo tunc opus eſſet cognitione cauſæ præuia citatione agnatorum, cũ alijs de iure requiſitis, tanquam diuerſum ſit, quando ampliſſima poteſtas daretur per Principem Comiti circa iſtas legitimationes: tunc enim eſſet ſubrogatus in omnibus ipſi Principi, Ruin. conſil. 204 num. 12. & 13. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. nu. 12. poſt med. & ver. faciendum tamen, fol. 288. & multos caſus quo ad iſtam facultatem amplè conceſſam per Principes conſiderat Menoch conſil. 10. numero 11. vſque ad 15. libro 1.

Neque obſtat quod non fuerit facta mentio filiorum, Quia illa non requiritur ſtantibus clauſulis ampliſ-
8 ſimis in legitimatione contentis, † & derogationibus quarumcumq; legum, conſtitutionum, conſuetudinum quorumcumque locorum, & ſtatutorum in contrarium facientium, habendo illorum tenores pro expreſſis, ac ſi ſpecialis, & indiuidua mentio facta fuiſſet, & de verbo ad verbum, cum alijs, de quibus in dicta legitimatione, quæ faciunt, vt plenè legitimans ſit certioratus de omnibus, quæ talem legitimationem poſſent impedire, ideò valebit etiam non facta mentione filiorum, Alex. conſ. 187. nu. 19. vſque ad 25 lib. 5. Iaſ. conſ. 68. nu. 17. lib. 3. & conſ. 110 nu. 11. lib 4. cum alijs per Lup. de illegitim. & natal. b. reſtit. comment. 3. §. 4. nu. 12. & 13. fol. 218. Ruin. conſ. 68. nu. 4. poſt med. ver. ex tali igitur derogatione, & ver. non obſtat etiam dum dicitur lib. 3. iuxta doctrinam Bal in l. eam quam, ver. denuò dubitatur, C. de fideicommiſſ. Gabr. de legitimat. concl. 7. n. 32. latè Honded. conſ. 89. nu. 58. lib. 1. Menoch. conſ. 37. numero 85. libro 1 Pott. Imol. conſ. 106. numero 4.

Et paſſim tales clauſulæ admittuntur ad tollendam omnem ſubreptionem, cum etiam ſufficerent clau-
9 ſulæ generales, † quorum tenores, & pro expreſſis appoſitæ in vltima diſpoſitione derogatoria quorumcumque priuilegiorum, quamuis talia eſſent, quæ de verbo ad verbum deberent ſpecificari iuxta vulgatum conſ. 2. Butr. quod canonizauit Rota, vt per Caſſador. dec. 10. nu. 2. ſuper reg. & dec. 38. n. 3. eod. tit. Felin. in c. accedentes, n. 5. poſt princ. ver. ſecundus caſus eſt, de præſcript. & in c. nonnulli, nu. 6. de reſcript. Aym. conſ. 126. nu. 7. Afflict. dec. 220. n. 17. Gab. de clau. conclu. 5. n. 12. Put. dec. 109. num. 3. lib. 1. cum aliis per Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 36. nu. 29. Vbi quod hodie iſta opinio eſt æquior, & de ſtylo curiæ magis recepta, Rot. diuer. dec. 213. n. 1. p. 1. & dec. 161. n. 1. p. 2. cum alijs in tract. de clauſu. p. 1. clau. 139. nu. 1.

Maximè, quia ſufficit, quod aliunde Comes potuerit ſcire exiſtentiam filiorum, quamuis in actu legitimationis de eis nihil dictum fuiſſet: tunc enim legitimatio valeret etiam in præiudicium filiorum
10 legitimorum, † ita vt non poſſit tunc obiici aliqua ſubreptio, aut obreptio legitimationis, ſtante tali ſcientia etiam præſumpta ratione vicinitatis, & notorietatis in loco, vel ſimilis coniecturæ, quæ adeſt in caſu noſtro, cum ſit conceſſa legitimatio à conciue in patria communi ciuitatis Ferrariæ, & habitationis tam ipſius, quàm patris petentis legitimationem, ex quibus reſultat præſumptio ſcientiæ, quæ ſufficit, vt dictum eſt ex recepta opinione de qua Peregr. de fideicommiſſ. arti. 23. numero 58. ad fi. ver. notandum tamen eſt quod ſi Princeps, fol. 217. poſt Bero. conſ. 172. numero 10. libro 2. Ruin. in ſpecie communis habitationis conſ. 124. nu. 10. lib. 4. & conſ. 93. num. 8 ad fi. verſi. ſic ergo punctualiter, & conſ. 75. nu. 16. lib. 3. Honded. conſ. 89. numero 26. libro 1.

Quibus additur, quod neque de filijs erat facienda mentio, quia ſolum aderat tempore legitimationis
11 vnica filia, † quæ eſt excluſa propter maſculos, recepta dote, cuiuſcumque lineæ, & gradus exiſtat, conſeruando ſemper bona in agnatos etiam tranſuerſales iuxta diſpoſitionem ſtatuti exhibiti, Vnde non poteſt dici, quod legitimatio ſit inualida ob non factam mentionem filiorum, nam tunc de eis illa debet fieri, quando patri ab inteſtato ſunt ſucceſſibiles, quaſi tunc agatur de ipſorum præiudicio, quod non conſideratur in excluſis à ſucceſſione ab inteſtato, legitimatio enim non eſt inualida ſimpliciter propter non factam expreſſionem filiorũ, ſed ſolum ratione extenſionis præiudicij, & damni quod fit filijs, quorum nõ eſt facta mentio, quo ceſſante circa omnes effectus remanet legitimatio validiſſima, & non poteſt dici aliquo modo ſubreptitia, aut obreptitia, Iaſ. conſ. 68. numero 24. col. pen. poſt princ. ver. quarto notabiliter, libro 3. & conſ. 81. num. 8. cum ſeq. eod. libro Honded. conſ. 89. num. 21. & 22. libro 1. Cephal. conſ. 285. n. 52. libro 2. Socin. conſ. 226. col. 2. & 3. lib. 2. Bero. conſ. 177. num. 81. ad med. lib. 2. Gabr. de legitimat. concl. 7. num. 28. limit. 5. poſt Butr. Card. Præpoſ. & alios in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legitimi, Peregr. de fideicommiſſ. art. 23. nu.
12 55. ad fi. ver. vnde infertur, fol. 216. † quod etiam concludit Caſtr. conſ. 27. dicendum eſt, nu. 2. li. 2. Marzar. conſ. 9. col. 13. ver. non obſtat ſecunda obiectio. Lup. de illegitim. & natalib. reſtit. comment. 3. §. 4. num. 20. poſt ver. extenſio tamen hæc declaratur, fol. 219. vbi
13 etiam quod contraria procedunt, † quando non facta tali legitimatione, filia excluſa à ſtatuto ſuccederet, Curt. Iun. conſ. 13. nu. 22. Dec. conſ. 52. ad fi. Aldobrand. inter cõſ. Crot. 422. nu. 34 ver. reſpõdetur, li. 1

Ex quibus etiam colligitur reſponſio ad clauſulam ſi-
14 ne præiudicio venientium ab inteſtato, † cum filia non poſſit illa iuuari tanquam excluſa per ſtatutum, & inſucceſſibilis patri ab inteſtato, quæ non poteſt dicere de inualiditate legitimationis, cum de eius præiudicio agatur. Honded. conſ. 89. numero 21. & 22. libro primo cum alijs ſupra allegatis.

Quo verò ad ſecundam legitimationem idem concludendum eſt pro eius validitate, cum fuerit con-
15 ceſſa per Dominos de Campegijs, qui † habent pleniſſimam facultatem legitimandi, & eorũ legitimationes paſſim approbantur per Rotam, vt teſtatur Peregrin. de fideicommiſſ. art. 23. n. 68. folio 219. iuxta dec. Put 4. & 5. qui fil. ſint legitim. Achil. deciſ. 2. eod. tit. Mohedan. deciſ. 146. Anton. Auguſt. deciſ. 1. Rot. coram R. P. D. Pamphilio Romana legitimationis de Gabrielibus 10. Maij 1613. & coram R. P. D. Manzanedo. 20. Febr. 1612. quæ eſt dec. 386. num. 6. par. 1. in recentiorib. Gozad. conſ. 92. num. 48. & 15. Burſat. conſ. 18. num. 21.

Et quamuis in iſta ſecunda legitimatione non fuerit facta mentio filiæ, Tamen nihil releuat propter eaſdem rationes, quæ ſupra adductæ fuerunt in
16 prima legitimatione, † ideo iſta erit attendenda tanquam plenior, & abſque illa clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, quibus potuit per Comitem præiudicari etiam non citatis, & inuitis ob clauſulas ampliſſimas eidem per Principem conceſſas. Roland. conſ. 67. nu. 55. cum ſeq. li. 3. Surd. conſ. 1. nu. 96. & 97. Petr. de fideicommiſſ. qu. 11. num. 239.

num.239.ver.ſextus caſus,fol.147.Peregr.eod.tit.art. 23.num.68.ad med.& de iur.fiſc.lib.1.tit.3.num.56. Cardin.Mant.de coniectur.vlt.voluntat. li.11.tit.11. num.12.vſque ad 25.Ruin.conſ.86. num.17. cum ſeq. lib.3.Menoch.conſ.19.num.10. vſque ad 15.lib.1.& conſ.1098. num.9.lib.11.

Et ſemper admittuntur plures legitimationes, ita vt
17 legitimatus poſſit facere ſe iterum legitimari, † quamuis prima legitimatio fuerit ab ipſo legitimato approbata, & acceptata, & poterit ſecunda vti ad obtinendam ſucceſſionem tanquam pleniore,& firmiore: Caſtrenſ.conſ.41.viſo teſtamento, in fi. verſiculo poſſet tamen teſtator libro ſecundo.Socin.conſil.63.numero 8.libro 3.Ruin. conſ.83. numero 23. & 25.lib.3.Dec.conſ.55.pro tenui facultate,numero 6.colum.fi.ver. alia etiam excogitari poſſunt. Bero. conſil. 172.num.24.& 57. lib.2.Gozad.conſ.6. numero 55. Menoch.conſ.1026.num.27.& 33.libro 11.

Maximè, quia in iſta ſecunda legitimatione eſt facta
18 mentio ſpecialis primæ legitimationis cum † omnibus in ea contentis, provt requiritur ad hoc, vt poſterior ſit valida Socin. in l. gallus, §. & quid ſi tantum,num.2.de liber.& poſthum.Ruin.conſ.80. numero 16.vſque ad 21.lib.3.Rimin.Iun.conſ.199.num. 49.libro 2.Gabr.conſ.30.numero 19.cum ſeq. libro 1. Rot.deciſ.145.num.15.in fi.par.1.in recentioribus.

Cum etiam in ſecunda legitimatione non fuerint cõprehenſa bona ſubiecta fideicommiſſis, ſed particulariter excepta,ſolum enim fuit actum de bonis paternis, & maternis, & alijs, in quibus non cadit ita conſiderabile præiudicium,provt in cæteris bo-
19 nis tertio debitis, † tanquam ſit in poteſtate patris excludere venientes ab inteſtato, & alios inſtituere,& de ſuis bonis, quomodo voluerit diſponere Butr.in capit.per venerabilem, num. 15. qui filij ſint legitim.Socin. conſ. 47. numero 31. libro 4. Roland. conſ. 12.nu.53.lib.4.Bero conſ.172.n.3.cum ſeq.lib.2. Honded.conſ.91.num.51.libro 1.Put.deciſ.483. numero 4.libro 2.Port.Imol.conſ.105. num.20.& 30.

Nec facit, quod iſta ſecunda legitimatio fuerit con-
20 ceſſa poſt mortem patris, † quo caſu non præiudicat illis, quibus fuit ius quæſitum poſt obitum eiuſdem patris Bart.in leg.gallus §.& quid ſi tantum colum.vlt.ff.de liber.& poſthum. quem communiter omnes ſequi teſtatur Peregr.de fideicommiſſ.art.23. numero 74.fol.219.Cephal.conſil.285. numero 19.&
21 20.libro 2. † Quia prædicta procedunt, quando legitimatio non fuiſſet facta ex præordinatione patris, ſecus autem quando talis præordinatio præceſſiſſet; provt præceſſit in caſu noſtro,in quo pater dedit facultatem filio faciendi ſe legitimari à quibuſcumque auctoritatem & poteſtatem habentibus tàm Pontificiam, quàm Imperialem quoties opus fuerit cum pleniſſimo mandato ad prædicta peragenda ipſo filio ſtipulante & recipiente, provt latius in prima legitimatione continetur, Tunc enim ſtante iſta præordinatione perinde eſt, ac ſi ipſa legitimatio fuiſſet facta in eiuſdem patris vita reſpectu ſuorum bonorum,ita vt retrotrahatur auferendo hæreditatem venientibus ab inteſtato, exemplo poſthumi, qui naſcitur poſt mortem patris,quamuis enim fictio,& retrohabitio non ope-
22 retur in præiudicium tertij,& iuris illi quæſiti † tamen tale ius ei acquiſitum fuit reſolubile per legitimationem poſteà ſubſequutam de voluntate ipſius defuncti, ad ſimilitudinem reſtitutionis in integrum obtentæ de iure communi,& de iuſtitia, quæ tollit ius interim quæſitum.Ita per prædictas, & alias rationes latè concludit Peregrin conſ.68.n. 1.cum ſeq. lib.2. vbi teſtatur nullum contradicere, iuxta doctrinam Bart. in l. gallus, §. & quid ſi tantum,nu.14.vbi Imol Caſtr.Aret.Iaſ. n.43 Fortun.n. 166.Crot.nu.69.Galliagul.nu 82. Ruin. nu.128.ff. de lib & poſthum.Idem Ruin.conſ.74.nu.10.cum ſeq. li.3.Put.dec.483. Matthæus gabella,n.3.li.2.fol.333.
23 Card.Seraph.dec.1331.nu.11.† vbi ampliat tam poſt mortem patris, quam poſt litem introductam Socin.Iun.conſ.120.nu.13.& 14 lib 2. vbi etiam quod procedit,ſi tractaretur de legitimatione ſpuriorum
24 † Aluarot.in cap.1.§.naturales, col.4. ſi de feud.fuer. controuer.Caſtr.conſ.178.donatio,col.vltim li.1.Curt. Sen.conſ.16.nu 2.Couar.de ſponſalib.par.2.ca.8.§.9. num.8.in fi.verſic.porro quod modo diximus, fol.260. iuxta auth. item ſi ſine, C. de naturalib. liber. Burſa. conſ.79.numero 41.cum ſeq. lib.1. Ludouic.de Sard. de naturalib.liber. ac eor. ſucceſſ.tit. de legitimationis per reſcriptum effectu,§.7.videndum eſt,nu.1.in fi.ver. verum eſt tamen quod quando pater dixit,tom.8.par.2. fol.41.Gabr.conſ.29.nu.10.& 15. vſque ad 20.lib.1. & conſ.26.numero 3.lib.2. cum alijs per Lup.de illegitim.& natalib. reſtitut. comment.3 §.5.nume.18.fol. 227.Bero.conſil.179.numero 2 cum ſeq. libro 2.

Quæ adeò vera ſunt, vt ſufficiat quæcumque patris ordinatio ſiue in teſtamento, ſiue in actu inter vi-
25 uos, † adeò vt etiam ſatis ſit, quod pater dixerit ſuam intentionem eſſe, quod filius ſuus legitimetur, quamuis non expreſſerit poſt mortem ſuam Peregr.conſ.68.nu.2.lib.2.vbi etiam addit,quod po-
26 terit iſta voluntas patris etiam † probari ex aliquibus ſignis,& coniecturis Gab conſ.16. num 4.lib 2. poſt Bald.conſ.363.quæritur vtrum filius,nu.2.lib.5.& in l.in teſtamento 6.q.9.nu.14.ad med.C.de teſtam.milit.Iaſ.in l.gallus,§.1.& quid ſi tantum,nu.133. & ibi Galliagul.nu.71.ff.de liber.& poſthum.Idem Iaſ.conſ. 127.lib.4.Socin.Sen conſ.41.num.1.lib.3.Socin.Iun. conſ.120.num.16.lib.2.& conſ.91.numero 9.libro 3. Aym.de antiqu.tempor.par.1.in princ. num.39.fol.12.
27 Quamuis † non ſufficeret, quod pater impetraret licentiam legitimandi, & inde poſteà non curaret illam facere legitimari,quia ex hoc non poterit dici, quod filius habeat voluntatem patris, vt ſecundum illam poſſit petere legitimationem poſt obitum patris, cum non ſatis ſit quod pater voluerit, ſed etiam quod diſpoſuerit mandando filium legitimari, latè Surd.conſil. 451.numero 51. libro 4.
28 † vbi etiam quando voluntas patris extinguatur cum primo actu legitimationis,ita vt amplius filius non ſit legitimandus.

Neque oberit, quod prætendatur talem facultatem conceſſam per patrem filio faciendi ſe legitimari
29 fuiſſe per eum reuocatam, † Quia non poterat iſta reuocatio fieri, cùm tranſiuerit in contractum & fuerit facta ipſi filio ſtipulanti & recipienti talem licentiam & facultatem, vt legitur in prima legitimatione poſt quam acceptionem non datur amplius reuocatio Bald.in l.gallus,§.quidam rectè ff.de liber.& poſthumis.Roman.in l.1.§ ſi quis ſimpliciter, num.13.vbi Aret.in fi.Alciat.num.32.de verbor obligation.Franc.in capit.fi. colum.3. ver.& aduerte, de iureiur.in 6.Cor. conſil.175.ad fi libro 4.Surd.conſil.
30 136.num.8 lib.1.† Cum etiam requiratur cauſa ingratitudinis, vel ſimilis ad hoc vt facultas conceſſa ad ſe legitimandum vel legitimatio impetrata per patrem reuocetur, nam alias illa non pro-

bata non reuocaretur: Bald. *in c.* 1. §. *ſi filij nat. in fi. ſi de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat.* Roman. *ſing.* 225. *vltimo quæritur*, & ibi Addit. *in prin.* Marſil. *ſing.* 413. *num.* 2. Cott. *in memorabil. in verb. ingratitudo filij erga patrem, fol* 409. *& in verb. legitimatio reuocari poteſt, fol.* 527. Felin. *in c. nouit.* 3. *col.* 9. *in fi.* 4. *limitat. ver. idem quod notat. de indi.* Curt. Iun. *de feud. part.* 4. *in princ.* Iaſ. *in leg. ex hoc iure, col.* 10. *ver. ſecundus effectus ff. de iuſtit. & iur.* latè Tiraq. *in leg. ſi vnquam in verb. donatione largitus, num.* 287. *poſt princ. C. de reuocanda donat.*

Et quatenus talis reuocatio potuiſſet fieri, Tamen ni-
31 hil obeſt, cum non fuerit intimata filio, niſi poſt legitimationes obtentas, provt debebat intimari, cũ alias ſtante ignorantia valeant omnia per eum geſta Salic. *in leg.* 1. *n.* 3. *ver. oppono quod iudicium, C. de ſatiſdand.* Rot. *deciſ.* 11. *de procur. in antiq.* Caſſad. *deciſ.* 2. *num.* 14. *de appellat.* Monter. *deciſ.* 43 *num.* 24. *cum ſeq.* Præſertim quia idem pater quando reuocat dictam facultatem expreſſe declarat, quod intendit ipſam reuocationem ad notitiam filij deducere, vnde magis requirebatur intimatio, ad hoc vt poſſet ſuum effectum operari, qua non facta, filius non poteſt dici prohibitus vti ipſa facultate ſibi
32 prius cõceſſa, † cum præſumatur ignorantia reuocationis, §. *quod autem, inſtit. de legat. leg. verius, ff de probationibus* Gabr. *concluſ.* 5. *de regul. iur.* Immò etiam pater receſſit ab ipſa reuocatione, cum poſt illam obtinuerit à Sereniſſim. Duce Mutinæ aliam legitimationem ad fauorem eiuſdem filij pro bonis exiſtentibus in ſtatu Mutinenſi, & in ditione
33 imperiali, † ita vt ex tali actu conſiſtente in facto cenſeatur receſſum ab illa verbali reuocatione, quæ non debet amplius attendi ſtante expreſſa contraria diſpoſitione, per quam dicitur prius voluntas mutata *leg.* 3. *C. de liber. præterit.* Surd. *conſil.* 10. *numero* 34. *libro* 1. Aym. *de antiquit. tempor. par.* 1. *in princ. num.* 61. *fol.* 13 poſt Dec. *in l. pacta nouiſſima, col.* 3 *ad med. C. de pact.*

Accedat quod d. facultas fuit ſolum reuocata, ad bona ſita in ſtatu imperiali, quorum reſpectu noluit pater quod filius poſſit vti huiuſmodi licentia obtinendi legitimationem, provt clarè legitur in re-
34 uocatione exhibita, † vnde, cum ſimus in actu limitato quo ad certa bona, non debet extendi quo ad alia, *leg. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtam. delen. l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* Bald. *in leg. cum ſeruo ff. de contrah. empt.* Neuizan. *conſil.* 52. *num.* 34. *& conſil.* 66. *num.* 32. Surd. *conſil.* 195. *num.* 8. *lib.* 2. *& conſil.* 452. *num* 4. *lib.* 3. Tiraq. *ceſſant. cauſ. par.* 1. *nu.* 142.

Quo verò ad tertiam legitimationem idem concludendum eſt, quod de alijs, pro illius validitate, cum fuerit conceſſa per Dominos de Campegijs habentes auctoritatem Pontificiam, & Imperialem, & quamuis non eſſet neceſſaria, cùm per alteram fuerit prouiſum omnibus concernentibus excluſionem venientium ab inteſtato ad fauorem legitimati, Nihilominus magis ſpecialiter in iſta vltima fuit derogatum iuribus ipſius filiæ, faciendo de eo particularem mentionem, & illi reſeruando ſuas dotes, & bona fideicommiſſi, quod quidem potuit fieri per legitimantem, cum agatur de bonis patris,
35 † in quibus ſuccedit legitimatus excluſa filia, & omnibus ab inteſtato venientibus, non obſtante quod legitimatio ſit facta poſt mortem patris, & poſt aditam hæreditatem ipſius, ob illam rationem ſuperius adductam, quia ſumus in legitimatione conceſſa ex præordinatione patris, qua ſtante donec filius potuit legitimari, non potuerunt venientes ab inteſtato adire hæreditatem, & ſi per eos fuerit interim adita, auferetur ab illis, quibus nullum ius potuit acquiri, tanquam talis legitimatio retrotrahatur, & reconualeſcat in præiudicium venientium ab inteſtato, & habeantur ac ſi facta fuiſſet viuo patre Gabr. *conſil.* 29. *num.* 15. *vſque ad* 20. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ ar.* 23. *numer.* 74. *in fi.* Ruin. *conſil.* 74. *lib.* 3. cum alijs ſupra adductis *ver. nec facit poſt princ. nu.* 22. Quibus additur Aym. *de antiq. temp. part.* 1. *in princ. num.* 58. *ver. ſimiliter quando agitur, fol.* 12. Gabr. *de citat. concl.* 1. *nu.* 149. Boer. *deciſ.* 122. *in fi. ver. & idem etiam poteſt fieri.* Marzar. *conſ.* 10. *nu.* 32. *vſq. ad* 36. Cott. *in memorabil. in verb. legitimatio ſpurij facta poſt mortem patris, fol.* 528. Tiraq. *in l ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, nu* 86. *C. de reuocand. donation.* Ioan. de Lignan. & Franc. de Ramponib. *inter conſ. Bald* 18. *nu.* 3. *li.* 4. Petr. Cabal. *conſ.* 163. *nu.* 49. Card. Tuſc. *concl.* 221. *nu.* 1. 2. *& 24: to.* 5. *fol.* 235. poſt Florian. de S. Petr. *diſputat.* 3. *in vlt. dub. col.* 4. *in princ. ver. fatetur tamen fol.* 252. Calder. *conſil.* 469. *alias,* 4. *qui fil. ſint legitim.*

Et ita concordantur opiniones Doctorum hinc inde contrariæ dum quærunt, an valeat legitimatio filij poſt mortem patris in præiudicium eorum, qui ab
36 inteſtato ſunt ſucceſſuri, † in qua quæſtione diſtinguunt an ſit conceſſa ante aditam hæreditatem, vel poſt, & an ſit capta poſſeſſio bonorum, nec ne, & an adſit clauſula de plenitudine poteſtatis cũ alijs de quibus Menoch. *conſil.* 108. *n.* 48. *vſq. ad* 67. Alex. Socin. Iaſ. Crot. & cęteri omnes *in l. gallus, §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſ.* 343. *n.* 2. Cephal. *conſ.* 285. *n.* 18. *li.* 2. Aldobrand. *inter conſ.* Crot. 422. *nu.* 60. *lib.* 3. Lup. *de illegitim. & natalib. reſtitut. commentar.* 3. §. 5. *n.* 21. *vſque ad* 36. *fol.* 227. Surd. *conſ.* 487. *nu.* 27. *lib.* 4. *& conſ.* 552. *n.* 45. *vſque ad* 49. *eod. lib.* Quia huiuſmodi diſputatio non facit ad caſum
37 noſtrum, † cum procedat ſimpliciter, quando legitimatio fieret abſque præordinatione patris, tunc enim procedunt dictiones per ſupra dictos Doctores adductæ, Cum ſecus ſit quando præceſſit talis præordinatio, nam illa ſtante communis & vera reſolutio eſt, quod ſiue hæreditas ſit adita, ſiue ſit apprehenſa poſſeſſio, ſiue non, ſemper retrotrahatur legitimatio in præiudicium eorum, qui adierunt, & poſſeſſionẽ adepti ſunt, cum non potuerint adire, neque adipiſci poſſeſſionem in præiudicium illius, qui legitimabitur ex præordinatione teſtatoris Gabr. *conſil.* 29. *nu.* 10. *&* 15. *vſque ad* 20. *lib.* 1. *& conſil.* 26. *num.* 3. *lib.* 2. cum alijs latè ſuprà adductis *ver. nec facit, & ver. quo verò ad legitimationem, poſt princ. num.* 35. bene Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 30. *ſeu conſil.* 10. *num.* 32. *vſque ad* 37. *fo.* 57. Tiraquel. *in leg. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num.* 86. *C. de reuocand. donationibus,* Clar. *in §. teſtamentum, qu.* 31. *ver. ſcias tamen quod hæc omnia, numero* 6. *in fi.* Surd. *conſil.* 75. *num.* 8. *ad med. ver. & ponit, libro* 1. *& conſil.* 552. *num* 40. *lib.* 4. Philip. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. pa.* 2. *cap.* 4. *num.* 121. Burſat, *conſ.* 335. *nu.* 10. *li.* 4.

Neque iſta tertia legitimatio poteſt dici inualida tan-
38 quam impetrata per procuratorem, cum ab † eo poſſit poſtulari tam ex parte patris, quam ex parte filij iuxta magis communem opinionem, de qua teſtatur Dec. *conſil.* 55. *pro tenui facultate mea, numero* 6. per text. *in capit. per venerabilem,* vbi Butr. *col.* 28. & Præpoſit. *colum.* 3. *qui fil. ſint legitim.* Bart. *in l.*
Gal-

*Gallus,§.forſitã,ff.de liber.& poſthum.& in l.excuſare,ff. de excuſat.tutor.*Bald.*in l. neque, & in l. poſt mortem,§.fi.ff. de adoptionibus,& in l.vltim.C.eod.tit.*Roſell.*de legitimat.qu.*58.*lib.*2.Pariſ.*conſ.*1.*n.*18. *lib.*2.Facchin.*conſ.*2.*num.*11.*lib.*2.vbi etiam addit,
39 quod ita concludit in priuilegio Leon.X. † Contraria autem procedunt in comite Palatino, in quo bene requiritur, quod ipſe perſonaliter legitimationem exequatur, cum alteri non poſſit talem poteſtatem committere:Bald.*in cap.vlt.ad fi. de offic. deleg.*Dec.*conſ.*55.*pro tenui facultate, nu.*6. *colum.*4.*poſt med. verſic.ex parte vero comitis.*

Ex prædictis colligitur iniuſtitia, & nullitas notoria auocationis poſſeſſionis factæ per Iudicem ad inſtantiam Tutoris Barbaræ filiæ, cum enim legitimatus fuerit iuſtè immiſſus in poſſeſſionem bonorum patris auctore Prætore, & in eis per decem menſes & vltra continuauerit, non poterat de facto amoueri à d.poſſeſſione, niſi ſeruatis ſeruandis,neque talis poſſeſſio erat danda filiæ,cum ſtantibus legitimationibus ſupradictis,nullum ius ipſi filiæ competat, quamuis adiuiſſet hæredita-
40 tem,quæ † non poterat adiri in præiudicium eius, qui erat legitimandus ex præordinatione patris, vt dictum eſt Gabr.*conſ.*29.*numero* 15.*cum ſeq.lib.* 1. cum alijs ſupra adductis *num.* 35. Maximè propter diſpoſitionem ſtatutorum exhibitorum *c.*141. *& c.*142.*lib.*3.in quibus expreſſe diſponitur,quod filiæ nõ poſſint inquietare fratres,nec aliquid petere de hæreditate patris,niſi quod eis fuerit relictũ nõ ſolum ſi tales maſculi ſint nati ex legitimo matrimonio,ſed etiam ſi fuerint legitimati de cõſenſu patris,aut eorum,de quorum hæreditate agitur ante mortem, vel poſt mortem illorum, tales enim ita legitimari ſuccedunt,provt ſi eſſent verè
41 legitimi, † quod etiam eſt de iure communi cum omnes iſti dicantur de familia,& agnatione teſtatoris, & veniant in fideicommiſſo relicto proximioribus:Caſtr. *conſ.*34. *ſuper primo dubio videtur dicendum.col.*2.*in fi.lib.*2.Aym.*conſ.*138.*numero* 4. Cardin.Mantic.*de coniectur.vltim.voluntat. libr.*8. *tit.*12.*nu.*22.Lup.*de illegit.& natalib. reſtitut.comment.*3.*§.*1.*nu.*35.*&* 77.*&* §.2. *nu.*3.Rot.*dec.*653.
42 *nu.*1.*cum ſeq.par.*1.*in recentioribus.* † Ita vt non ſit facienda vis in Bulla Pij IV.*nu.*86.Quia procedit, quando legitimatus veniret contra mentem teſtatoris, ſecus ſi iuxta eius voluntatem ſuccederet. Rot.coram R.P.D. Sacrato Bononien. de Maluetiis,23.Febr.1612.quæ eſt *dec.*388.*par.*1. *in recentioribus*, & coram R.P.D. Coccino Viterbien, fideicõmiſſi 9.Febr.1615.quæ eſt *dec.*667.*n.*1. *&* 2.
43 *p.*1.*in recentioribus*,† vbi confirmatur dicta deciſio coram R.P.D. Sacrato, & additur, quod præfata
44 Bulla Pij IV.† intelligitur de præiudicio iuris iam quæſiti, quando videlicet legitimatio fieret poſt purificatum fideicommiſſum,vel contra mentem teſtatoris Eugen.*conſ.*52. *num* 65.Decian.*conſ.*42. *numero* 38. *libro* 1.Menoch *conſ.*459.*num.*3.*lib.*5.

EPITOME.

Mandatum Iudicis quando excuſet ſoluentem, ¶ Dubius quo caſu habeatur pro ſciente. ¶ Hæres grauatus an ſit ſimilis vſufructuario. ¶ Et quando illi ante reſtitutam hæreditatem poſſit licitè ſolui. ¶ Redemptio cenſus an ſit facienda hæredi proprietario,ſeu vſufructuario. ¶ Grauatus reſtituere an poſſit appellari fideicommiſſarius. ¶ Soluens hæredi, non facta perquiſitione cum quibus conditionibus ſit hæres,an liberetur. ¶ Et quando ſufficiat narratio exiſtentiæ teſtamenti abſque certioratione qualitatum in eo contentarum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta non habenti facultatem recipiendi non liberat.*
2 *Mandatum Iudicis non excuſat ſoluentem non facta prius intimatione,qui inhibuerat,ne ſolueret.*
3 *Teſtamenti exiſtentia in genere narrata ſufficit,quamuis non ſit facta certificatio omnium qualitatum in eo contentarum ad effectum, vt inhibitus teneatur illas perquirere. Amplia vt nu.* 4.
5 *Dubius habetur pro ſciente, quando debuit facere diligentiam,vt aliquid ſciat.*
6 *Soluens heredi,non facta perquiſitione cum quibus cõditionibus ſit heres,non liberatur.*
7 *Declaratio iudicis, quod quis ſit heres, operatur, vt recte ei poſſit ſolui.*
8 *Heres grauatus ante reſtitutam hereditatem poteſt recipere ſolutionem, & liberat ſoluentem. Intellige vt num.* 9.
10 *Multa permittuntur ex neceſſitate,quæ ex voluntate non permitterertur.*
11 *Particularis ſolutio non admittitur,& multa incommoda affert,nu.*12.
13 *Redemptio cenſus voluntaria non poteſt fieri heredi grauato,ſecus neceſſaria, & quando non poteſt conſiderari aliquod incommodũ ſubſtituti, n.*14 *&* 15.
16 *Grauatus fideicommiſſo eſt ſimilis vſufructuario.*
17 *Reſtitutio,ſeu retrouenditio cenſus eſt facienda heredi proprietario,non vſufructuario,& nu.*19.
18 *Vſufructuarius in reſpicientibus proprietatem non habet aliquod mandatum, & non poteſt agere niſi nomine proprietarij.*
20 *Grauatus reſtituere appellatur etiam fideicommiſſarius.*

CAPVT DCXXXVI.

Præſupponitur in cauſa Romana cenſuum, quod venditores cenſuum fuerint iudicialiter inhibiti ad inſtantiam executoris teſtamentarij q.Blaſij,ne dictos cenſus extinguerent, niſi prius certiorato eodem executore ad fauorem iuriſpatronatus erigendi, provt etiam ſimilis inhibitio fuit facta Ioanni-Baptiſtæ hæredi inſtituto, grauato à dicto Blaſio, ne eoſdem cenſus retrouenderet in præiudicium fideicommiſſi, provt latius in facto continetur.

Hoc ſtante concludendum eſt non potuiſſe ſolui ſortem principalem per debitores cenſuum hæredi grauato, cum ſint in culpa, & dolo ſoluendo ei, cui non poterant ſoluere propter inhibitionem prædictam, ex qua fuerunt certificati de onere fi-
1 deicommiſſi, † ideò non ſunt liberati, tanquam non ſoluerint vero domino, nec habenti facultatem recipiendi *l.ſi ex pluribus* 89.§.1.*ff.de ſolutionib.l.*1.§.*ante omnia. ff.de pact.*Alex.*conſil.*37. *num.* 1.*libro* 3.cum alijs per Surd. *deciſ.*60. *numero* 1.& concludunt omnes *in leg.eius qui.ff.ſi cert.petat.& in l.ſi ego,ff.de negot.geſt.*

Amplius neque talis ſolutio liberaret ſoluentes,quãuis eſſet facta de mandato Iudicis, niſi antequam
2 ſolueret, † denunciaſſet executori teſtamentario, qui inhibuerat, ad hoc vt per eum poſſent opponi exceptiones concernentes cauſam fideicommiſſi, ita vt non præcedente iſta denunciatione, ſolutio dicatur ſponte facta, nec iuſſus Iudicis excuſet: Ruin. *conſil.*147. *in fin.libro* 1. Menoch.

*de arbitr.caſ.*137.*n.*15.*& conſ.*68.*n.*12. bene Rota *deciſ.*298.*n.*2.*& deciſ.*345.*n.*4.*p.*1 *in recentior.* & multa adduxi ſupra *c.*485.*n.*5.*vſq ad* 9.*tom.*3. ita vt ſuperflua ſit repetitio, & late etiam comprobat Guter. *pract.queſt.lib.*1.*q* 81.*n.*10.*vſque ad* 16.

Immò ſtante prædicta inhibitione facta per executores teſtamentarios ſatis poteſt dici, quod creditores cenſuum fuerunt certificati de exiſtentia teſtamen-
3 ti, † quod etiam in genere ſufficiebat narrare, quamuis nõ appareat de certificatione ſingularum qualitatum in eo contentarum, ſtatim enim quod data fuit notitia teſtamenti, debebat inhibitus perquirere conditiones, & qualitates in eo appoſitas, ita vt ſi hoc non fecerit, ſit in culpa, & præſumatur ſcire omnia ibidem expreſſa Bart. *in l. is poteſt, nu.*21.*ff.de acquir.hæredit.*Surd.*deciſ.*265.*num.*
4 44.*cum ſeq.*† vbi ampliat iſta procedere non ſolum reſpectu perſonæ, cum qua contrahitur, ſed etiam reſpectu rei, & aliorum iurium, quorum ſcientia præſumetur Cuman.*conſ.*26.*col.* 1. Cum etiam ſuf-
5 ficiat, quod ex prædictis fuerit factus dubius, † qui habetur pro ſciente, ex quo debuit inquirere, neque excuſatur, ſi non probet ſe feciſſe diligentiam, vt ſciret, quidquid alias dubitans æquiparetur ignoranti, cum in hoc caſu potius ſit æquiparandus ſcienti: late Surd.*d.dec.*265.*n.*47.*&* 48. poſt Bald.*in c.*1.§.*perſonam vero, per quos fiat. inueſtitur.* Iaſ. *in l. quamdiu, n.*7.*C.qui admitt.*

Quare ſi hæc procedunt non obſtante iuſſu Iudicis, multò magis habebunt locum in caſu noſtro, in quo eſt facta ſolutio in ſpretum inhibitionis, & ſponte,
6 non coacte, maxime quia † fuit ſolutum hæredi, vnde prius debebat præcedere inquiſitio, & diligens perſcrutatio cum quibus conditionibus, & oneribus eſſet hæres, faciendo etiam pronunciare illum eſſe legitimum, & verum hæredem, ad hoc, vt poſſet ei ſolui, vt in ſpecie notat Franc. *deciſ.*
7 206.*col.*2.*ad med.verſ.& propterea nu.* 4. † vbi etiam quod poteſt contra tale decretum opponi, & quando quis oppoſuiſſet, & ſuccubuiſſet forte excuſaretur iuxta *l.ait prætor.*§.*permittitur.* vbi Gloſſ. *ff.de minorib.*Guter.*lib.*2.*pract.queſt.*81.*num.*12.

Non obſtat, quod hæredi grauato poſſit ſolui ante
8 reſtitutam hæreditatem, † ita vt liberationes factæ ab eo debeant ratæ haberi *l.ante reſtitutam* 104. & ibi Gloſ.*in verb ſolutiones, ff.de ſolut. l.marcellus*, §. *res quæ, ff.ad Trebell.l.ita tamen*, § *actio.ff.eo.tit.*Quia omiſſo, quod ſtante inhibitione non attenditur an ſit reſtituta hæreditas, necne, Reſpondetur, quod prædicta procedunt in ſolutione neceſſaria,
9 ſecus autem in voluntaria, vt declarant communiter Doctores in *d.l.ante reſtitutam*, vbi Bart. & Bal. *n.*1.Imol.*in princ.& ad med.* Ang. *n.*1.Alber.*in prin. ff.de ſolution.* vbi ita concordant tex. *in l.fi.*§.*ſin autem verſ.ſin autem auaritiæ, C.commun. de legat. l. fideicommiſſa.*§.*ſi rem, ff.de legat.*3.*l.ſi mora. ff. ſolut.*
10 *matr.l.cum fidei* 9.*de fideicommiſſ.libertatib.* † Cum multa permittantur ex neceſſitate, quæ ex voluptate non permitterentur *l.*1.*ff.de fund. dotal. l. filius.* §.*diui.in fi.de legat.*1.*leg.peto.*§.*prædium, de legat.* 2. *diuus, de petit. hæredit. l. qui erat. ff. famil. eriſcund.* Gloſ.*in l.qui fidei, in verb.pendeat.ad med. ff. de fideicommiſſar.libertatib.*

Quod autem ſimus in actu voluntario, patet ex facto, cum non præceſſerit aliqua intimatio, & diſdicta per bimeſtre, nec aliquod præceptum Iudicis, aut depoſitum iuxta formam Bullæ ſuper redemptione cenſuum, neque enim ſine iſtis requiſitis poterat quis cogi ad extinguendos cenſus maximè, quia in diuerſis vicibus, & partitis fuit facta extinctio, quæ multò magis dicitur voluntaria,
11 quaſi particularis ſolutio non admittatur in cenſibus, & in aliis quibuſcunque caſibus *l. tutor.* 41. §. *lucius*, vbi Gloſ. *in verb.depoſiti, ff.de vſur.l.obligatione. C. de ſolutionib. l. Iulianus*, §. *offerri. ff. de act. empt.l.qui pignori, de pign.*Iaſ.*in leg.quidam exiſtima-*
12 *uerunt, n.*4.*ad med.ff.ſi cert.petat.*† Cum particularis ſolutio multa incommoda afferat *l. plane. ff. famil. erciſcund.l.ſi ſoluturos, ff de ſolutiomb.*

Ex quibus concordantur contrariæ opiniones Doctorum, quorum aliqui concludunt grauatum poſſe extinguere cenſus, ſeu illos retrouendere, cum ta-
13 men alij negent, † Quia debent intelligi cum dicta diſtinctione voluntariæ, ſeu neceſſariæ redemptionis Giurb.*deiſ.*79.*n.*45.Felician. *de cenſib. lib.*4.*cap.* 1.*num.*5.Maſtril.*deciſ.*47.Cancer. *lib.* 2. *reſolut.c.*6. *de ſolut.num.* 106.Molin. *de primogenit. hiſpan. cap.* 10.*nu.*6.*lib.*2.Roder. *de ann. redditib. qu.* 15. *nu.*87. Ioſeph. de Seſſe.*deciſ.*30 *& de inhibit.c.*4.§.8.*num.*4. *fol.* 198. Caſanat. *conſ.* 7. *&* 9. Intrigliol. *de cenſib. queſtion.*71.*n.*5.Rim.*conſ.*123.*lib.*2.

Cum etiã omnes prædicti loquantur, quando non poteſt conſiderari aliquis dolus ad incommodum ſub-
14 ſtituti, † vt per Giurb.*d.deciſ.*79. *n.*27.*in fi.* Qui dolus in caſu noſtro eſt clarus ſtante inhibitione facta per executorem teſtamentarium, per quam inhibitus fuit conſtitutus in mala fide redimendo in
15 præiudicium fideicommiſſi, † vnde notificatio requirebatur, Giurb.*d.deciſ.*79.*nu.* 45. *in fi.*poſt Seſſe *deciſ.*30.*& de inhibitionib.c.*4 §.Rodoer. *de ann.redditib.lib.*2.*quæſt.*15.*n.*59. Maſtrill. *dec.*145.

Qua inhibitione etiam ſtante, & ſciẽtia fideicommiſſi, quæ inde reſultabat, minus poterant cenſus redi-
16 mi, † cum grauatus fideicommiſſo ſit ſimilis vſufructuario Suarez. *allegat.* 6.Molin. *de primogenit. hiſpan.lib.*1.*cap.*19.*nu.*1. Guter.*pract.qu.lib.*2.*q.*17. *nu.*2.Monter.*deciſ.*17.*nu.* 11. Vſufructuarius autem non poteſt annuum cenſum retrouendere, cum
17 † illius reſtitutio, ſeu retrouenditio ſit facienda hæredi proprietario, quamuis enim vſufructuarius dicatur procurator in rem ſuam, & agere poſſit abſque mandato proprietarij, Tamen intelligitur in his, quæ reſpiciunt vſumfructum, cum in aliis reſpicientibus proprietatem non habeat aliquod
18 mandatum, † ſine quo non poteſt agere, niſi nomine proprietarij, & cum eius mandato, & ita declaratur text. *in l.*1.§.*vſufructuarius, ff.de nou.oper.nunciat.*late Caſtill.*de vſufruct.c.*20.*nu.*10. *cum ſeq.* Caualcan.*eod.tit.n.*78.198.*&* 199 Craſſ. *in* §. *legatum, q.*34.*nu.*2.Pariſ.*conſ.* 94.*n.*18.*lib.*2. per text. *in l. hoc*
19 *amplius*, §.*fin.cum l.ſeq.de damn.infect.*† & ita ſeruat Rot. quod vſufructuarius ſolus non habeat facultatem extinguendi cenſum, ita vt ſolutio illi facta non liberet debitorem cenſus, vt fuit reſolutum coram R.P.D.Coccino Romana cenſus 11.Decembris 1617. & 6. Iunij 1618. vbi reprobatur Giurb.*deciſ.*79.*num.*39. cum aliis ibi adductis, qui contrarium tenent, & voluit etiam Felician. *de cenſib.lib.*4.*c.*1.*n.*7.*& in Addit.ad d.lib.*4.*n.*8.

Notandum eſt tamen, quod licet aliqui ex prædictis Doctoribus loquentes de grauato reſtituere
20 appellent eum fideicommiſſarium, vt † per Giurb. *deciſ.* 79. & Maſtrill. *deciſ.* 47. *numer.* 5. Tamen poſſunt etiam tales grauati ita appellati ſub nomine

mine fideicommiſſarij iuxta *leg. quamuis, cum ſeq. de iudic.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 3. numero 1. fol. 44. ff. ad trebellian.* Quidquid alias fideicommiſſarij vocentur, qui veniunt ad fideicommiſſum, *d. §. cum ita.*

EPITOME.

Legatum quando efficiatur caducum, ſi legatarius decedat aote mortem teſtatoris. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ. ¶ Et an illæ debeant ſumi ex teſtamento, vel extra. ¶ Teſtes duo an ſufficiant ad probandum, quod teſtator voluerit trãſmittere legatum ad filium legatarij. ¶ Vel quod ſobſtitutio pupillaris non contioeatur ſub expreſſa vulgari. ¶ Vel quod ſit excluſa mater à pupillari. ¶ Teſtamentum habens clauſulã codicillarem, an poſſit probari per quinq; teſtes etiam ooo rogatos, & fœminas. ¶ Legans aliquid mulieri cum conditione, vt renuociet omni legitimæ, & doti, quæ à patre poſſit peti, an intelligatur prohibuiſſe, vt non petat legitimam matris. ¶ Renunciatio ad fauorem vnius, & quo ad certa bona quando extendatur ad non expreſſa. ¶ Et an comprehendat legitimam. ¶ Repudians paternam hæreditatem, an cenſeatur repudiaſſe fideicommiſſom ſibi debitum in eâdem hæreditate. ¶ Renuncians ſucceſſioni paternæ an poſſit ſuccedere patri, qui ſucceſſit fratri. ¶ Diſpoſitio generalis quando reſtringatur per ſubſequentia verba. ¶ Tutela data voi filio, quo caſu comprehendat alios. ¶ Filius naturalis, ſeo emancipatus, an habeat legitimam tam in bonis paternis, quam maternis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum efficitur caducum, ſi legatarius decedit ante teſtatorem. Fallit ſtantibus coniecturis, numero 2. Et quales debeant eſſe, numero 4. & 16.*

3 *Teſtator poteſt facere vt tranſmittatur ad hæredes, quod non eſt tranſmiſſibile, & è contrà.*

5 *Teſtes quinque ſufficiunt ad probandam voluntatem teſtatoris in materia legati.*

6 *Teſtamentum habens clauſulam codicillarem ſuſtinetur in vim codicillorum, quamuis ſit probatum per quinque teſtes etiam non rogatos, & fœminas, nu. 7.*

8 *Declaratio voluntatis teſtatoris, quod in legato facto patri intellexerit etiam de filio probatur per duos teſtes etiam mulieres, numero 12.*

9 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum, quod teſtator noluerit contineri ſubſtitutionem pupillarem ſub expreſſa vulgari, vel quod voluerit excludere matrem, numero 10.*

11 *Voluntas teſtatoris an ſit probanda ex coniecturis deſumptis ex teſtamento, non extra.*

13 *Eccleſia hæres inſtituta tenetur ad ſolutionem eorum, quæ mandauit teſtator etiam non ſolemni diſpoſitione, numero 15.*

14 *Apices iuris non excuſant in foro conſcientiæ.*

17 *Pars vna teſtamenti declarat aliam.*

18 *Legans aliquid mulieri cum conditione, vt renunciet omni legitimæ, & doti, quæ peti poſſit à patre, non intelligitur prohibuiſſe, vt non petat legitimam matris.*

19 *Filia debet habere legitimam in bonis tam paternis quam maternis*

20 *Emancipatus præteritus querelat teſtamentum tam patris, quam matris.*

21 *Mater tenetur relinquere legitimam filio ẽt naturali.*

22 *Filius naturalis non habet legitimam in bonis patris, & præteritus non rumpit eius teſtamentum.*

23 *Renunciatio generalis etiam iurata non comprehendit legitimam.*

24 *Expreſſio nominis proprij non recipit extenſionem ad aliam perſonam.*

25 *Tutor datus Titio filio non cenſetur datus alijs filijs.*

26 *Renunciatio ad fauorem vnius non comprehendit alios, & non continet niſi bona expreſſa, n. 27. & 33.*

28 *Repudiãs paternam hæreditatẽ non dicitur repudiaſſe ius fideicommiſſi ſibi debitum in eadẽ hæreditate.*

29 *Filia renuncians ſucceſſioni paternæ poteſt ſuccedere patri qui ſucceſſit fratri.*

30 *Diſpoſitio generalis quando reſtringatur per ſubſequentia verba.*

31 *Dictio, vniuerſalis, omnis, & ſimilis debet reſtringi ad illud, de quo loquitur.*

32 *Dos eſt danda filiæ de bonis paternis.*

34 *Conſenſus limitatus non debet vlterius progredi.*

35 *Dotata à patre non excluditur à bonis maternis.*

CAPVT DCXXXVII.

NOn eſſe tractandum dixi de aliqua caducitate legati, de quo agebatur, Quamois enim
1 legatarius deceſſerit ante teſtatorem, quo caſu † legatum efficitur caducum, & euaneſcit, neque tranſmittitur ad hæredes legatarij iuxta *l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* Tamen ab iſta regu-
2 la receditur ſtaotibus coniecturis, quæ faciunt, vt legatum ſit tranſmiſſibilè, quod alias oon eſſet tale: Doctor. *in leg. ex his, C. quando dies legat. ced.* Phanuc. *de inuent. par. 6. numero* 77. Cum teſtator poſſit mandare, vt tranſmittatur, quod non eſt
3 tranſmiſſibile, † & e cootrà, *l. in conditionibus, §. hac ſcriptura, ff. de conditionibus, & demonſtr.* Bald. *in l. ſi pater, q. 4. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*
Io caſu autem ooſtro noo ſolùm adſunt coniecturæ tranſmiſſionis, de quibus latè in facto, ſed etiam adeſt plena probatio deſumpta ex diſpoſitionibus ſex teſtium, qui omnes concordant, quod teſtatoe declarauit legatum prædij ad fauorem Gaſparis fratris fuiſſe factum etiam ad fauorem filiorum
4 ipſius Gaſparis, † quos ita dilexit, ſicut eorum patrem, adeo vt ſtante iſta affectione teſtatoris, vocatio ad vtroſqoe referator, itavt ceſſante perſona prios nominati non excludatur eius filius & hæres: Anchar. *conſil.* 130. *numero* 3. & 4. Card. Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. libro* 8. *tit.* 14. *in fi. iuxta l. quis liberos, §. hac verba, ff. de vulg. & pupill.*
Neq; in hoc caſu erunt neceſſarij ſeptem teſtes, quia
5 cum agatur de materia legati, ſufficiunt † quinqoe *l. fi. §. vlt. ff. de codicill.* Bart. *in leg. cum proponebatur, nu. 3. ff. de legat. 2.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 12. tit. 16. nu. 9. in fi. & num. 11. in princip.* Magdalen. *de num. teſt. in teſtam. requiſit. p. 2. c. 5. num. 30. & 31.* cum alijs per Natt. *conſil. 363. nu. 16.*
Et quamuis agatur de probando legatum factum in teſtamento, Tamen cum in eo extet clauſula co-
6 dicillaris, † ſuſtinetur teſtamentum iure codicillorum, in quibus ſufficiunt quinque teſtes etiam noo rogati, & fœminæ: Gloſ. *in d. l. vlt. §. fi. C. de codicill. & in l. qui teſtamento, §. mulier. ff. de teſtam, & in §. teſtes autem, inſtit. eod. tit.* Vaſq. qui de communi *de ſucceſſ. creat. libro 2. §. 15. numero* 43. Pariſ. *conſil. 32. numero 39. libro* 2. & ſicut rogitus, & qualitas maſculinitatis noo requiratur de oeceſſitate in codicillis, † ita neque in teſtamento, quod continet clauſulam codicillarem: Vaſq. *de ſucceſſ. creation. libro 2. §. 15. requiſ. 15 numero 43. fol. 28.*
Amplius poſſet etiam defendi ſufficere teſtes pat-

ciores,quàm quinq; hic enim agitur de declaran-
8 da voluntate reſtatoris † an voluerit in legato fa-
cto fratri comprehendere ipſius filios, tunc enim
requiruntur ſolùm duo teſtes,ita vt etiam mulie-
res ad probandam talem declarationem admit-
tantur,Oldrad.conſ.297.nu.7.& 8.Bart.in l.1.num.
2.C.de codicill.& in l.heredes palam. §. ſi quid poſt
factum teſtamentum,nu.4.Caſtr.num.13. ff.de teſtam.
Aret.in l.ideoq;,in fi.ff.de liber.& poſthum,Alex.con-
ſi.54.nu.3.li.3.Pariſ.conſi.94.nu.46.li.2.& conſi.13.
nu.14.li.3.cum alijs per Card.Mantic.de coniectur.
vltim.volunt.li.12.tit.16.num.2. cum ſeq. vbi quod
omnes ita ſequuntur Curt.Iun. conſi. 56. num.10.
Ideò in propoſito concludunt Doctores, quod ad
probandam voluntatem teſtatoris; quod ſub vul-
9 gari expreſſa ſubſtitutione noluerit † continere
pupillarem,ſufficient duo teſtes:Bart.in l.2.nu.39.
vbi Claud.Seiſell.nu.25.ff de vulgar.& pupill.Bald.
in leg.quamuis nu.1.& ibi Salic.nu.4 Alex.nu.2.C.
de impuber.& alijs ſubſtitut. Idem Bald. in l. preci-
bus,nu.12.C.eod tit.Card.Mantic.de coniectur.vlti-
mar.voluntat.lib.12.tit.16.num.5.& 6.Prout etiam
10 idem erit, † ſi quis vellet probare, quod tacita
pupillaris ex coniecturata voluntate teſtatoris
excludat matrem,quia tunc etiam duo teſtes ſuf-
ficient:Ang.in d.l.precibus,nu.5.& Salic.num.7 C.
de impuber. & alijs ſubſtitut.Cardin.Mantic. ibid.
num.10.poſt med.Surd.conſi.356.numero 13.libro 3.
Neque obſtat, quod iſta mens teſtatoris debeat de-
clarari ex coniecturis deſumptis ex teſtamento,
11 † non extra illud:Peregr.de fideicomm.art.31.num.
10. Quia etiam extra teſtamentum iſtæ coniectu-
ræ poſſunt deſumi, & ſufficienter probant volun-
tatem diſponentis:Surd.conſi 129.nu.10 lib.1.poſt
Bart.in l.alimenta,nu.3.ff.de aliment.& cibar.legat.
Bal.in leg.cum pater.79.§.donationis,ff.de leg.1.Soc.
Iun.conſ.167. nu.20. li.1.Magdal.de num.teſt.in te-
ſtam.requiſit.par.2.c.5.n.33.cum ſeq.Et quidquid ſit
in coniecturis,nos ſumus in probationibus plenis
12 plurium teſtium,† quæ paſſim admittuntur ad pro-
bandum, quod teſtator aſſeruit hoc voluiſſe poſt
conditum teſtamentũ:Socin. Sen.in l.in ambiguo.
r.7.ff.de reb.dub.Card.Mantic.de coniect.vltim.vo-
luntat.lib.12.tit.16.n.1.in princ.& in fin.poſt Caſtr.
conſ.18.n.3.lib.2.Roman.conſ.385.nu.7.in fin.
Cum igitur ex prædictis conſtet de voluntate diſpo-
nentis,illa eſt ſeruanda, maxime per locum pium,
13 † vel eccleſiam hæredem inſtitutam, quæ tanquã
cultrix iuſtitiæ & pietatis tenetur ad huiuſmodi
legati ſolutionem ad fauorem filiorum legatarij,
quamuis etiam talis voluntas non eſſet ſolemnis,
vt in propoſito latè comprobat Card.Mantic.de
coniectur.vltimar.volunt.li.2.tit.14.num.16.vſq; ad
14 30.tanquam apices iuris in foro conſcientię † non
excuſent;l.ſi ſeruum.§.ſequitur,in fi.ff.de vſur.& in
l.1.nu.5.& 6.C.de confeſſ.Quod etiam comprobat
Magdalen.de num.teſt.in teſtam.requiſ. par.2.cap.5.
nu.33.& 34 ad med.verſi.nec eſt inutilis iſta inueſti-
15 gatio,fol.58. † vbi quod etiam legata probata per
duos teſtes debent ſolui, cum etiam ex voluntate
minus ſolemni oriatur naturalis obligatio, quæ
multum prodeſt, & operatur nedum in foro po-
li,ſed etiam in foro fori, Idem Magdalen. latè in
d.tract.de numero teſt.par.3.c.2.& 3.fol.476.& 501.
Vnde magis erit debitum iſtud legatum, cum adſint
probationes concludentes,prout etiam vltra pręę-
16 dicta in ſpecie caſus noſtri latè pro legatario † cõ-
cludit Socin.Iun.conſ. 167.per tot li.2. Cum etiam
habeamus claram voluntatem defuncti,qui in eo-
dem teſtamento ſemper vocauit ad legata,& ſub-
ſtitutiones ſolum Gaſparem legatarium, ſed etiã
eius filios, ita vt ex iſta pari dilectione patris &
filiorum ſit præſumendum,quod etiam in iſto le-
gato voluerit eoſdem filios comprehendere, &
17 pariter diligere,† cum vna pars teſtamenti decla-
retur per aliam,l.vtrum, ff. de petit.hæreditat. l.qui
filiabus in princip.l. ſi ſeruus pluriũ,§.fi.ff.de legat.
1.Socin.in leg.1.in 1. notab. de reb.dub.
Quo vero ad aliud legatum concludendum eſt illud
deberi,fuit enim factum cum conditione vt puel-
la legataria debeat renunciare omni legitimæ,&
doti, quæ peti poſſet ab Antonio eius patre & à
ſuis hæredibus, volens teſtator, quod vn-
quam poſſet petere à d. Antonio, & eius hæredi-
bus, & non renunciando prædictis prætenſioni-
18 bus non poſſit conſequi tale legatum,† Ex quibus
verbis ſequitur,quod non prohibebitur legataria
petere legitimã ſibi debitã ſuper bonis maternis,
cum tantummodo per aſſecutionem legati fuerit
prohibita à petitione legitimę Antonij patris,non
autem matris, filia enim conſequi debet legitimã
in bonis tam paternis, quam maternis, & in ſuc-
ceſſione vtriuſq; parentis ſublata omni differen-
19 tia ſexus,† & patriæ poteſtatis,l.maximum vitium,
C.de liber.præterit.l.meminimus,C.de legit.hæred. §.
nullam vero,auth.de hæred.ab inteſt.venientib.Pereg.
20 de fideicomm.art.36.nu 38.in fi.fol.332.† vbi etiam
quod emancipati præteriti querelant teſtamen-
tum paternum & maternum, & de eius nullitate
dicunt Bart.in repet.l. filio præterito,ff. de iniuſt.te-
ſtam.& in auth.ex cauſa.C. de libe.præter. Surd. de
21 aliment.tit.81.priuileg.8.n.8.& 9.† vbi quod mater
nonſolum tenetur legitimam relinquere filio le-
gitimo & naturali, ſed etiam naturali tantum,qui
poterit accuſare teſtamentum matris de inoffi-
cioſo, ſi ei non relinquatur legitima, leg.ſi ſuſpecta
§.1.ff.de inofficioſo teſtament.Paleor. de noth.& ſpur.
c.38.n.6.10.8. part.2.fol.62. Clement. de patr.pote-
ſtat.cap.5.nu.41 ver. hinc eſt tertio. Bald. & Corn.in
l.penult. in fin. vbi Cagnol. 34 & 42. C. ad orphi-
22 cian.† Quidquid aliud ſit in patre, in cuius bonis
filius naturalis nullam habet legitimam, ideo præ-
teritus non rumpit illius teſtamentum:Gloſſ. in
leg.1. in princ. in verb. naturalis, ff. de bonor. poſſeſſ.
contr.tabul.Bald. in l.vltim. C. de naturalib. liber.&
in leg.1.C.quor.bonor.Alex.conſ.74.in fin. lib.2. cum
alijs per Surd. de aliment.tit. 8. priuil. 81. num. 1.
cum ſeq.
Non erit igitur excluſa legataria per renũciationem
legitimæ patris à legitima matris,præſertim quia
etiam requiritur ſpecialis & indiuidua expreſſio
23 † ad hoc vt renuncians dicatur renunciaſſe legiti-
mæ,cum non ſufficiat renunciatio generalis etiam
iurata: Angel.in l.de his.ff.de tranſaction.Aret. in §.
cum autem in fin.inſtit. de inoffic. teſtam. Iaſ. conſ.90.
colum.vlt. verſ. nec prædictus habeat obſtare lib.3, Be-
ro. conſ.63.n. 62.li.2.Roland. conſ.97.n.13. lib.2.&
conſ.62.num.11.li.3 Surd.de aliment.tit.9. quæſt.15.
num.4.Menoch.conſ.71.num.2.lib.1.Ruin. conſ.27.
num.10. li.1.
Maxime quia legatum eſt factum, vt renuncietur
legitimæ debitæ per Antonium patrem, adeo vt
iſta appoſitio nominis proprij ipſius patris magis
declararet voluntatem legantis, quod non intel-
lexerit

14 lexerit de legitima per matrem debita, † cum ex-
preſſio nominis proprij non recipiat extenſio-
nem ad aliam perſonam: Aymon. conſ. 98. numer. 9.
Socin. conſi. 104. nu. 2. lib. 3. Ruin. conſ. 108. n. 4. lib. 2.
Craſſ. in §. fideicommiſſum, qu. 9. num. 12. cum aliis per
Ruſtic. ad l. cum auus lib. 6. cap. 14. nu. 52. ff. de cond. &
demonſtr. poſt Doctor. in l. liberorum, vbi Bart. nu. 5.
ff. de verb ſignif. Curt. Iun. conſ. 57. nu. 2. Gozad. conſi.
29. nu. 14 Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. num. 59. fol.
150. iuxta l. Celſus, §. quod alicuius, ff de legat. 2. l. ſi plu-
res ff. de legat. 3. l. 1. § id quod, ff. ad leg Falcid. Rebuff.
25 in l. 1. col. 10. ad med. ff. de verb. ſign. vbi † etiam de ma-
ſculino, quod licet comprehendat fœmininum, ta-
men aliud eſt quando adiungitur nomen proprium,
puta ſi daretur tutor Titio filio, nam tunc per i-
ſtam appoſitionem nominis non veniunt alij filij
& filiæ: l. ſi quis ita, §. 1. & ibi Glo. ff. de teſtam tut.
Et paſſim renunciatio facta fauore vnius non præiu-
dicat quo ad alios, cum ſit ſtricti iuris, & non † con-
26 tineat niſi expreſſa, & quæ veniunt in neceſſariam
conſequentiam expreſſorum: Card. conſi. 12. Cal-
der. conſi. 5. de præbend. Dec. conſ. 452. num. 21. Aym.
27 conſ. 243. nu. 6. ad med. † vbi quod nunquam fit ex-
tenſio de vna perſona ad aliam in bonis renunciatis,
neque de aliquibus bonis ad alia bona iuxta l. ſi
vnus, §. ante omnia, vbi Iaſ. colum. 2. ff. de pact. l.
actione, C. eod. tit. l. ſi domus, vbi Bart. ff de ſeruit. vrban.
prædior. Roman. conſ. 132. in fin. Alex. conſi. 4 colum. 5.
poſt med. lib. 2. & conſ. 118. col. 3. verſ. & poſito, lib 5. Pe-
28 regrin. de fideicomm ſſ. art. 52. numer. 25. fol 502. † vbi
etiam concludit, quod filius repudians paternam
hæreditatem, non cenſetur repudiaſſe ius fidei-
commiſſi ſibi debitum in dicta hæreditate pater-
na: Curt. Iun. conſi 101. per tot. Gabr. de iur. do. & dot.
promiſſ. conclu. 1. num. 60. vbi quod licet filia renun-
ciauerit ſucceſſioni patris, tamen poteſt ſuccedere
29 fratri, † qui ſucceſſit patri: Roman. conſ. 168. in
princ. Capell. Tholoſ. deciſ. 119. incip. item fuit quæſi-
tum ſi filia viuente patre, n. 1. Purpur. in l. fin. col 28. C.
de pact. Nat. in c. quamuis, col. 58. qu. 5. verſ 3 facit, eod.
tit. in 6. Caſtr. in l. Paulus, § idē reſpondit, ff. de acquir.
hered. Angel conſ. 52. col. 2. Alex. in l. 1. §. veteres, col. 6.
verſ. expreſſius, ff. de acquir. poſſ. Capr. conſ. 12. col. 2. poſt
princ. verſ. non obſtantibus in contrarium, num. 4. Dec.
conſ 551. plenè & ſubtiliter, nu. 1. verſ. hoc præmiſſo.
Non obſtat, quòd teſtator mandauerit generaliter
renunciari omni legitimæ, vnde videtur compre-
hendi etiam legitima matris, tanquam in bonis pa-
30 ternis vnica tantum legitima debeatur, † Quia iſta
diſpoſitio licet ſit generalis, tamen reſtringitur
per ſubſequentia verba videlicet, quæ peti poſſet
ab Antonio eius patre, tunc enim non attenditur
aliqua generalitas verborum propter adiectionem
perſonalis renunciationis, quæ ſolum reſtringitur
ad illam perſonam; & ad cauſam, ob quam ſunt
talia verba prolata: Aret. in l. Paulus, colum. 1. verſ. ſed
remanet dubium ff. de acquirend. hæredit. & conſ. 191.
col. vlt. poſt Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, qu. 66.
ff. de verb. obliga. & bene in propoſito noſtro Pariſ.
conſ. 49 num. 39. vſque ad 48 lib. 3. Dec. conſ. 165. ad
excluſionem, col. 1. Menoch. conſ. 401. n. 91. ad med. &
n. 114. lib. 5.
Cum etiam, licet dictum ſit de omni legitima, Tamen
iſta quoque dictio vniuerſalis, omnis, & ſimilis
31 reſtringitur ad id, † de quo loquimur: Rebuff. in
l. nominis & rei, colum. 5. poſt med. verſ. omnem, ff. de
verb. ſignific. iuxta l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l.
Aquil. c. dilecto, de ſenten. excommunicat. in 6. l. inter
omnes, ff. qui ſatiſd. cogant. Bart. in l. generali, §. vxori,
ff. de vſufr. legat. Capr. conſi. 43. nu. 9. Decian. conſi. 57.
nu. 19. lib. 1.
Et magis reſtringitur talis renunciatio ad legitimam
patris, quia fuit facta etiam pro dote, quæ peti poſ-
ſet à patre: & ſic ex cauſa dotationis ob legatum
32 relictum pro dote, † quæ dotatio erat facienda de
bonis paternis l fi. Cod. de dot. promiſſ. Pariſ. qui in
ſpecie ita arguit conſ 49. nu. 43 lib. 3. ſubdens, quod
propter iſtam cauſam finalem, ob quam fuit facta
huiuſmodi renunciatio, minus poteſt illa extendi
33 ad alia bona, † quàm ad ea, quæ ſunt expreſſa:
Dec. in terminis conſi. 379. requiſitus nu. 5 in fin. poſt
Aret. conſi. 163. verum eſt quod comicus, colum. 4. Ang.
conſ. 190. viſa dicta quietatione, colum. 1. iuxta l. cum
34 ter §. dulciſſimus ff. de legat. 1. † Tanquam conſenſus
mulieris, qui fuit limitatus, non debeat vlterius
porrigi l. iubemus, C. ad Velleian. Rom. conſ. 131. vt re-
tulit. in fin. Prout paſſim dotata à patre non exclu-
ditur à bonis maternis, niſi diſpoſitio alterius pro-
grediatur, exprimendo etiam alias perſonas, à qui-
35 bus dotata non fuit Decian. d. conſ. 379. num. 6. poſt
Bald. in l. 2. C. de legit. hæredib. Anchar. cōſi. 79. retento
ordine quæſtiorum. Roman. conſi 485 in caſu propoſitæ
conſultationis, n. 2. cum aliis ibi per Mandoſ. in verb.
dotantis. Iaſ. in l. vt liberis, nu. 6. C. de collationib. Corn.
conſ. 127. poſt prin. lib. 1.

EPITOME.

Communis reputatio ſeu veritas rei, an atten-
datur ad excuſandum delinquentem. ¶ Receptans
bannitum, qui nulliter fuit poſitus in bannum, an
ſit puniendus. ¶ Et quando talis poſſit impune of-
fendi. ¶ Contemptus iudicis, & malum exemplum
an debeat puniri. ¶ Et quales debeant eſſe mulctæ,
quæ ob talem cauſam dantur. ¶ Et an citatio requi-
ratur in illarum impoſitione. ¶ Nullitas notoria tam
facti, quam iuris reſultans ex actis, an ſit conſideran-
da in materia occidentis bannitum. ¶ Et quale ſit
huiuſmodi notorium.
¶ Barones an poſſint reſtituere bannitos. ¶ Ex-
communicatus iniuſtè an debeat in publico ſer-
uare talem ſententiam ad euitandum ſcandalum,
& contemptum Eccleſiæ. ¶ Et quid in occulto,
& in longinquis partibus, in quibus excommunica-
tio non eſt cognita. ¶ Et quando alij poſſint cum
eo participare.

SVMMARIVM.

1 Receptans bannitum, qui nulliter fuit poſitus in bannum, non punitur, nu 6. Intellige vt num. 7. & 8: Et an ſaltem ſit imponenda pœna ratione contemptus, nu. 24. Vel mali exempli n. 17.
2 Bannitus poteſt impunè offendi ſi rectè & ritè fuerit condemnatus.
3 Rectitudo banni eſt inueſtiganda, vt bannitus poſſit occidi abſque incurſu pœnæ.
4 Propoſitum in propoſito idem operatur, quod oppoſitum in oppoſito.
5 Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.
9 Communis reputatio, ſeu veritas rei attenditur ad excuſandum delinquentem, nu. 13.
10 Nullitas notoria tam facti, quam iuris reſultans ex actis debet conſiderari in materia occidentis, ſeu receptantis bannitum.

11 *Notorium dicitur illud, quod reſultat ex actu, maximè quando acta ſunt contentioſæ iuriſdictionis, n. 12.*
15 *Acceſſorium ceſſat ſublato principali delicto.*
16 *Mulctæ, quæ dantur pro contemptu Iudicis debent eſſe leues, & ad illas imponendas requiritur noua citatio.*
18 *Cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*
19 *Barones aliquando poſſunt gratiam facere, & bannitos reſtituere.*
20 *Iniuſtè excommunicatus debet ſeruare ſententiam in publico ad euitandum ſcandalum, & contemptũ Eccleſiæ, ſecus in priuato, & in longinquis partibus, n. 21. Et quando alij credentes eum innocentem poſſint cum eo participare, n. 22.*

CAPVT DCXXXVIII.

NVllam pœnam Dixi imponi poſſe pro prætenſa receptatione, Cum enim præſupponatur notoria nullitas condemnationis ex eiſdem actis apparens, ſuccedit communis opinio Docto-
1 rum, † quod receptans nulliter bannitum non punitur, nam ſolùm debet vocari, & teneri bannitus, quem ritè, & rectè bannitum comperimus, prout dicimus de accuſato contumace, excommunicato, & ſimilibus, qui non poſſunt dici tales, ſi conſtat de nullitate contumaciæ, accuſationis, & excommunicationis: Bart. *in l. non putauit, §. non quæuis n. 2. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* Vbi quod ita debet in-
2 telligi diſpoſitio illa, † quod bannitus poſſit impune offendi, videlicet dummodo ſit ritè, & non nulliter condemnatus: Idem Bart. *in l. 4. §. condemnatum n. 5. & 6. ff. de re iudicat. & in l. vltim. poſt med. verſ. mihi tamen videtur vt alias dixi, ff. ad l. Iul. de adulter. & in extrauag. ad reprimendum, poſt princip. in verb. per accuſationem, n. 27. ad med. verſ. vbi ergo per accuſationem.* Alex. *conſ. 160. nu 2. & per tot. lib. 7.* Vbi
3 quod debet puniri, † ſi non ex dolo, ſaltem ex culpa lata, à qua non excuſabitur tanquam debuerit diligenter inueſtigare rectitudinem banni, ideo non euitabit pœnam extraordinariam arbitrio Iudicis, Idem Alex. *conſ. 77. nu. 6. cum ſeq. lib. 3.* & late de magis communi opinione teſtatur Gabr. *de reg. iur. concluſ. 6. nu. 31.* Vant. *de nullit. tit. quoties & intr. quod temp. de nullit. agi poſſ. nu. 44.* Carthar. *de execut. ſent. cap. bannit. cap fin n. 15.* Cæteros conſultò omitto, quia eſſet longum alios recenſere, & latiſſimè tractat Farinac. *qu. 103. nu. 38. vſque ad 46. & n. 313. cum ſeq.* Alber. *de ſtatut. q. 76. tom. 2. fol. 78.* vbi quod præſentans, ſeu occidens bannitum non legitimè bannitum non habebit præmium delatum à ſtatuto illi, qui bannitum occiderit, ſeu præſentauerit, quamuis etiam à pœna excuſetur, tamen non eſt par ratio euitandi pœnam & conſequendi lucrum *l. fin. ff. de codicill.* ideo ad iſtum effectum debemus accipere condemnatum eum, qui ritè fuit condemnatus: Alber. *q. 30. tom. 2 fol. 71. iuxta l. 4 ff. de re indic.*

Cum igitur pœnam mereatur occidens bannitum tum nulliter condemnatum, ita è contra non debet puniri, qui taliter bannitum receptat, vt idem ope-
4 retur † propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, *l. fi. C. de ſent. paſſ.* Neuiz. *conſ. 70. num. 24.* Surd. *conſ. 310. num. 13. lib. 3.* Et vt contrariorum ea-
5 dem ſit diſciplina, † *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. in fundo, ff. de rei vendicat.* Pariſ. *conſ. 31. nu. 122. lib. 1.* Et in ſpecie de receptante bannitum nulliter condemnatum quod non puniatur concludit Grammat. *dec. 29. numer. 1. cum ſeq.* Vbi quod ſecundum ſuum votum fuit per Principem reſcriptum
6 † mandando receptantem non moleſtari, quid quid alij Iudices malè ſenſiſſent, cùm verè talis non poſſit dici bannitus. Curt. Sen. *conſ. 59. dux Philippus, col. 11. in princ. verſ. quid plura poſuo quod prædicta, n. 15. in fine, cum ſeq.* & Grammat. ſequitur Carret. *in prax. in vlt. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. poſt verò maleficium, n. 8.*

Neque obſtat, quod non legitimè bannitus habeatur pro non bannito, quantum ad ſe, cum non ſit
7 de iure bannitus, † ſecus autem quantum ad alios, quorum reſpectu habebitur pro verè bannito, cum ad eorum excuſationem ſit habendus pro tali, prout communiter reputabatur, vt diſtinguit Alber. *in l. 4 §. condemnatum. ad med. verſ. & ad hunc, nu. 2. in fin.* & ibi Iaſ. *n. 34. ad med. verſ. & ad iſtum textum poteſt*
8 *reſponderi ff. de re iudicat.* † Quia prædicti Doctores loquuntur quo ad excuſationem, non autem quo ad punitionem, vnde vnus caſus non debet trahi ad alium tanquam ex diuerſis non fiat illatio, & ita etiam declarat Menoch. *de arbitrar. qu. 90. num. 9.* poſt Bald. *in l. 1. alias eſt 2. ad med. C. de pœnis.*

Præſertim, quia quando agitur ad excludendum, delictum, & ſic ad excuſandum delinquentem, modò attenditur communis reputatio, modò veritas
9 rei, † ſecundum quod delinquens excuſatur, *l. inter eos, §. rectè ff. de furt.* Caſtr. *conſ. 199. ad fin. verſ & quando quæritur, lib. 1.* Aymo. *conſ. 2. n. 8. ad med. verſic. ſed è contra veritas excuſaret, & conſ. 88. nu. 16.* poſt Bart. *in l. genero, 8. ff. de his qui notant. infam.* Alex. *conſ. 36. viſo themate in fine, lib. 4.* Cornel. *conſ. 122. colum. vltim. li. 4. & conſ. 327. eodem libro.* Dec. *conſ. 327. colum. fi. poſt med.* Menoch. *de arbitr. qu. 90. num. 11.* Farinac. *conſ. 60. nu. 69. in fin. & nu. 133. etiam in fin. lib. 1.* Becc. *conſ. 60. nu. 15.* Vulpell. *conſ. 59. num. 6.* Cæpoll. *conſ. 7. nu. 2* Moron. *de treug. & pac. qu. 107 nu. 20. tom. 11. fol. 434.* Gomeſ. *in c. 1. num. 37. de conſtitut.* Aym. *conſ. 2. nu. 8. ad med.* Vbi quod veritas non excuſat contra opinionem, vnde ſtante ſtatuto, quod bannitus impunè offendi poſſit, ſi quis offendat bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, excuſabitur à pœna homicidij, nam ad euitandam pœnam ſufficit veritatem ita eſſe: Alex. *conſ. 36. in fin. lib. 4. & conſ. 114. col. 2. lib. 1.* Corn. *conſ. 122. col. fin. lib. 4.* Dec. *conſ. 326. viſo caſu propoſito, n. 4.*

Neque etiam obſtat, quod nullitas banni debeat eſſe notoria, & euidens toti populo, ita vt ſit notorium facti, non autem notorium iuris ex actis appa-
10 rens, † Quia in materia occidentis, ſeu receptantis bannitum attenditur non ſolum nullitas notoria facti, ſed etiam nullitas notoria iuris, quæ reſultat ex actis: Alexand. *conſ. 65. attenta diſpoſitione ſtatuti, num. 8. colum. 2. in fin. verſ. & dicit, & colum. 3. in princip. verſ. cum ergo in propoſito, lib. 3.* poſt Bald. *l. eum qui, 18. n. 1.* & ibi Salic. *nu. 6. ante med. verſ. ego ſto, C. ad leg. Iul. de adult.* Angel. *de malefic. in verb. nec nõ ad denunciationem, nu. 36. ad fin. verſ. credo tamen quod ſi in proceſſu formato ad querelam,* vbi etiam Auguſt. *in fin. verſ. nec obſtat doctrina.* Blanc. *in prax. criminal. §. ignorantia an excuſet à delicto, numero nono cum ſequent.* Monticell. *reg. crimin. 3. numer. 19.* Et paſſim
11 † illud dicitur notorium, quod ex actis reſultat: Socin. *conſ. 58. col. 8. verſ ſeptimo principaliter, li. 1.* Pariſ. *conſ. 111. num. 7. lib. 4.* Neuiz. *conſ. 82. nu. 52.* Socin. Iun. *conſ. 16. nu. 18. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. caſ. 166.*
12 *num. 7.* † vbi quod maxime procedit quando acta

ſunt

ſunt coutentioſæ iuriſdictionis Atet. conſil 42.nu.
5.Grammat.deciſ.36.numer.36.Ang.in l.fin.C.de
temp appellat.Bald.in auth.ad hac, col.5.C.de vſur.
& in l.1.C.quom. & quand.ind.Alex.in l.exitus,nu.
3.de acquir poſſeſ.& conſi.59.num.17.li.4.Rip.in l.
4.§.condemnatum,nu.15.& 16. ff de re iud.Farinac.
conſi.190.nu.2.li.2.Quidquid alias notorium iuris
non ſit propriè notorium: Idem Farinac conſi.30.
nu.90.& q.21. n.39.Maſcard.concln.1167. num.29.
Minus obſtat quod receptans taliter bannitum igno-
rabat nullitatem condemnationis,& banni, ita vt
ex hoc videatur facta receptatio tanquam de iu-
13 ſtè bannito, † Quia ad excluſionē delicti non at-
tenditur opinio delinquentis, aut communis repu-
tatio,ſed rei veritas, vt dictum eſt: Aym.conſ 88.n.
16.Menoc.de arbit.q.90 n.21.Alex.conſ.36.in fi.li.
4.& ibi Nat.in addi.in verb.ignorātia. Idem Alex.
conſ.124 ponderatis,n 4.li.1.cum alijs ſupraallegatis.
Nec facit, quod ſaltem ratione contemptus Iudicis,
vel propter malum exemplum videatur imponen-
da aliqua pœna,prout dicimus de eo, qui licèt ſit
inductus ex aliqua cauſa honeſta vt ſuum conſe-
quatur, vel quid ſimile faciat,tamen ſi res ſit mali
exempli erit puniendus,cum videatur aliquod cri-
men committere: Boſſ.de oppoſit.contr.ſoſt n.148.fo.
254.& de contemptu puniendo multa Menoc. de
arbit.caſ 416.n.23.vſq; ad 31.fo.359. Quia cum non
14 poſſit † puniri receptatio, quæ eſt principalis ex
ſuperius adductis, neq; etiam poteſt conſiderari
aliquis contemptus punibilis tāquam acceſſorius,
15 † qui ceſſat ſublato principali delicto l.qua liberis,
de vulgar.& pupillar.Dec.in l.cùm principalis,ff.de
reg.iur.Surd.conſ.93.n.1.li.1.Cum etiam iſtę mul-
ctæ,quæ ſolent dari pro contemptu Iudicis, iuxta
notata in l.1 ff.ſi quis ius dicenti nō obtemperan.ſint
16 & eſſe debeant leues,†& ad illas imponendas non
ſufficiat ſola inobedientia, ſed requiratur noua
citatio,ad hoc vt inobediens faciat ſuas defenſio-
nes cum non omnis contemptus ſit punibilis: Ro-
land.conſ.39.n.33.li.1.Alex.conſ.212 col.2.in fi.li.6.
Marſil.in l.de vno quoq; num 191.ff.de re iudic.poſt
Bar.in l.1.in fi.princ.n.13.& ibi Iaſ.n.30.ff ſi quis ius
dicent.non obtemper. Affl.ſuper conſtit regn.li.1.rubr.
incip.edictorū,n.32.ad med.Imol.in l.quidam conſu-
lebant.57.in fi ff.de re iudic.Soc.tract. citat.in 7.art.
princ.ver.27.Ang.in §.vlt.eo ſuinſt.de ſatiſdat.inter.
Et quo ad malum exemplum nequa poterit irrogari
17 aliqua pœna,cum illud non probetur,†prout erat
probandum, Cum etiam non ſemper ex receptа-
tione banniti neceſſario ſequatur malum exem-
plum, tanquàm poſſit adeſſe tolerantia Principis,
& ſaluus conductus,cum alijs cauſis,ex quibus li-
citè receptetur, ita vt ſtantibus iſtis & ſimilibus
non debeat quis malè cogitare de receptante, &
quidquid ſit ſemper militat ratio ſuperius addu-
cta, quod ſi non eſt punibilis receptatio, neque
pœnam merebitur quidquid acceſſoriè ex ea ſe-
quitur, Maximè quia ipſemet Baro & Dominus,
qui receptauit talem nulliter bannitum illum re-
miſerat à prætenſo banno gratiam omnimo-
dam faciendo,& licèt remiſſio prętenderetur nul-
la,cum non adeſſet confirmatio Principis ad quem
18 illa ſpectabat,prout poſteà ſequuta fuit,† Tamen
iſta cauſa, quamuis etiam iniuſta excuſare debet
ab omni dolo,l.igitur,§.poteſt.de liber.cauſ.Gl.in l.
2.in fin.ff.de abigeis,Vulpell.con.64.nume.7. & conſ.
3 nn.18.Socin.conſil.108.nu.12.li.1 Becc conſil 60.
n.16.& conſi.78.n.28.Surd conſi.86 n.21.Dec.conſ.
19 565.in fi Cum † etiam Barones aliquando poſſint
gratiam facere,& bannitos reſtituere, vt late per
Farinac.qu.6.nu.2.cum ſeq. Et ita ex prædictis fuit
iudicatum reuocando ſententiam continentem
condemnationem in tam immenſa quantitate, vt
admirationem pareret, ideò meritò fuit habitus
recurſus ad Principem, qui admiſit inquiſitum ad
compoſitionem moderatam.
In quibus etiam eſt notandum, quod non obſtant
quæ dicebantur de excommunicato, nam in hac
materia firmanda eſt illa concluſio, quod iniuſtè
20 excommunicatus,† non eſt in conſcientia excom-
municatus, cum ſine peccato mortali non ſit ve-
ra excommunicatio,licèt in publico debeat talem
ſententiam ſeruare ad euitandum ſcandalum, &
ne videatur contemnere cenſuram Eccleſiæ,alias
in foro exteriori cenſebitur eandem cenſuram
violaſſe,& irregularis iudicabitur,& alias pœnas
incurret, quæ ſunt ſtatutæ contra non ſeruantes
rigorem excommunicationis: Gloſſ. in c poſtula-
ſti,in verb.ſpoliandi,vbi Abb.num.12.de cleric.ex-
communic.miniſtr.Syluestr.in verb.correctio, §.9.&
in verb.excommunicat.il 2 notab.1.caſ.8.& notab.4.
dub.8.Couar.in c.1.alma mater,p.1.§.7 num.7.ver.
his equidem probatur,de ſenten.excommunic.in 6.
Verum talis in foro conſcientiæ non eſt excommu-
nicatus, nec aliquam pœnam incurrit, dummodò
21 certus ſit de ſua innocentia,†ideò celebrans in oc-
culto,aut participans cum alijs in occulto non ef-
ficitur irregularis, nec punitur, nec vllum pecca-
tum committit, imo poteſt facere omnia non ſe-
cus,ac ſi non eſſet excommunicatus,ſecretè tamē,
& remoto ſcandalo,& contemptu: Caietan. 2. 2.
quæ.70.art.4.ad 2 Cordub.li.1.qu.43.caſ.13.Hen-
riquez.li.13. de excommunic. c. 15. §.3.in princ.Co-
uar.in d.c.alma mater,p.1.§.7.n.7.ver. illud tamen
eſt admonendum,Sair.de cenſur.eccleſiaſt.li. 1. ca.17.
22 nu.17. † vbi etiam concludit, quod ſi exiſteret in
lōginquis partibus, in quibus eſſet ignota talis ex-
communicatio iniuſta,non prohibebitur in publi-
co intereſſe officijs diuinis,& recipere ſacramēta,
& celebrare ſi fuerit Sacerdos abſq; incurſu irre-
gularitatis,& alicuius pœnę iuris: Caiet.2.2.q.70.
art.4.ad 2.Henriq.li.13.de excommu.c.15.§.3.Sot.
4.d.22.q 1. artic.3.conclu.4. ver.arguet tamen in fi.
Amplius iſte, qui fuit iniuſtè excommunicatus non
ſolùm euitato ſcandalo poterit ſecretò intereſſe
23 diuinis,& celebrare,vt dictum eſt, † ſed etiam il-
li,qui ſciunt eum eſſe virum bonæ conſcientiæ,&
credunt eſſe innocentem,quamuis ſciant excom-
municatum fuiſſe, poſſunt eidem ſeruire in miſſa,
ac participare alias in diuinis, ſecretò tamen,
quoniam ſic faciendo, timetur iniuſta ſententia,
& executioni mandatur in publico,& ſatisfit hu-
mano iudicio, quæ foris ſunt iudicanti, dū mani-
feſtè videtur non contemni auctoritatem Eccle-
ſiæ, neq; innocens priuatur omnino ſpiritualibus
conſolationibus animæ ſuæ cum in veritate non
ſit excommunicatus, tanquam talis ſententia in-
iuſta non ſit ſententia,& illius numen non merea-
tur, vt in ſpecie omnia prædicta comprobat Sair.
de cenſur eccleſ.lib.1.cap.17. num.18.poſt Caietan.
2.2.qu.70.art.4.ad 2.Io.Driedo, de libert Chriſtian.
lib.1.fol.237.Martin.Ledeſm,2.4.queſt.23.artic.4.

EPITOME.

Reproductio monitorij quando ſit facienda ad hoc, vt Iudex ſit certus de ſua iuriſdictione, & vt poſſit pronunciare articulos haberi pro confeſſatis. ¶ Et quid ſi aliunde ex præſumptionibus poteſt certificari talis iuriſdictio. ¶ Et quando ad hunc effectum ſufficiat reproductio verbalis. ¶ Et quid illa operetur. ¶ Et de eius vtilitate, & praxi. ¶ Statuta quod poſitiones habeantur pro confeſſatis, an ſint odioſa, ſeu rationabilia. ¶ Æquitas non ſcripta qualis ſit. ¶ Et an debeat attendi per Iudices, & Arbitros habentes facultatem procedendi de æquitate. ¶ Procuratores, & executores & ſimiles an poſſint agere ante acceptationem, & viſionem mandati. ¶ Monitoria an debeant continere comminationem, quod articuli habebuntur pro confeſſatis. ¶ Et quando illis non reſpondens in termino admittatur poſt terminum. ¶ Offerens ſe paratum ad reſpondendum, ſoluendum, vel quid ſimile faciendum quo caſu excuſetur à contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium debet reproduci in actis ad hoc vt Iudex ſit certus de ſua iuriſdictione, & poſſit pronunciare articulos haberi pro cõfeſſatis. Fallit ſi aliunde eſſet certus de illius executione, n.2. & 8.*

3 *Citatio executa, & verbaliter reproducta releuat à reali reproductione, ſi citatus poſtea compareat, & contra eum Iudex pronunciat, quamuis notitiam executionis citationis non habuerit, nu.4. & 5.*

6 *Praxis non reproducendi monitoria, & citationes eſt valida, & de eius vtilitate, nu.7.*

9 *Commiſſio citationis facta per Iudicem nuncio operatur vehementer credulitatem eiuſdem Iudicis, quod illa fuit executa, qua iuncta cum comparitione citati, vel relatione ſtatim facta poſt decretum ſufficit ad reddendum certum ſuam iuriſdictionem, n.10. & 13.*

11 *Procurator executor, & ſimiles nõ poſſunt agere ante acceptationẽ, & viſionem mandati. Declara vt nu.12.*

14 *Quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe, & iudex hoc arbitratur.*

15 *Citatus ad reſpondendum poſitionibus admittitur ex cauſa ad reſponſionem poſt terminum. Declara vt nu.17.*

16 *Cauſa qualibet excuſat à mora, & contumacia.*

18 *Offerens verbaliter ſe paratum ad reſpondendum poſitionibus, vel ſoluendum, aut quid ſimile faciendum non excuſatur à contumacia, n.21.*

19 *Reſponſio debet eſſe certa non obſcura, & paria ſunt non dare reſponſum, vel incertum, & dubium, n 20.*

22 *Monitorium an debeat continere comminationem, quod articuli habebuntur pro confeſſatis, n.23.*

24 *Executio monitorij inducit ſcientiam omnium in eo contentorum.*

25 *Æquitas non ſcripta non attenditur tanquam conſiſtens in cerebro quorumcunque, vt quod ſomniant, æquum putent, num.27.*

26 *Iudices & Arbitri habentes facultatem procedendi de æquitate, non debent iudicare contra leges etiam rigorem continentes.*

28 *Statuta quod poſitiones habeantur pro confeſſatis non ſunt odioſa, ſed rationabilia, & vtilia, & de aliis viginti quatuor pœnis contra tales contumaces remiſſiuè, nu.29. & 30.*

31 *Superflua ſunt reſecanda.*

CAPVT DCXXXIX.

[*Adde ſupra d. c.503. nu.12.*

IN caſu propoſito firmanda eſt concluſio, quòd
quamuis debeat in actis conſtare de monitorio,
& illius executione, antequam Iudex pronunciet
ſuper articulis confeſſatis, licet illud realiter fuiſſet
1 executum, tanquam requiratur reproductio † ad
hoc vt poſſit deueniri ad huiuſmodi decretum, vt
appareat de iuriſdictione Iudicis iuxta theoricam
Bart. *in l. hac autem 4. §. non defendi, nu.2. ff. quibus ex*
cauſis in poſſeſſ. eat. & in l. ſi finita 13. §. Iulianus ſcribit n.18. ff. de dam. infect. & in l. multũ 21. n. 4. ff. de cõd.
& demonſtr. cum aliis late per Felin. *in c. quoniam contra 11. col. 9. in princ. verſ. ex qua ipſe infert, n.16. de probat.* Abb. *conſ.84. col.1. ad med. verſ. corruit, lib.2.*

Tamen iſta regula intelligitur, vt procedat ſolùm in
caſu, in quo Iudex non poſſit eſſe certus de execu-
2 tione talis monitorij, † niſi ex relatione nuntij re-
producta in actis, ſecus autem quando ex aliqua
veriſimili præſumptione, aut coniectura poteſt liquere Iudici, quod idem monitorium fuerit executum, tunc enim rectè ac ritè pronunciabit articulos eſſe habendos pro confeſſatis abſque aliqua relatione nuntij, & reproductione monitorij, cum ſufficiat conſtare quoquo modo de illius iuriſdictione, probabiliter credendo, quod monitorium fuerit executum, Ita in ſpecie Bald. *in l. falſus 29. n. 29. verſ. & ſi tu dicis quod ordo peruerſus, & verſ. ſolutio ſi iudex credit. C. de furt. & ſeru. corrupt.* bene Caſtr. *in l. multum 21. n.8. ff. de condit. & demonſtrat.* Cardin. Alex. *in cap. cum parati, 19 nu. 37. & 38.* & ibi Franc. *n.45. colum. penult. poſt med. verſ. ſecundo poſſet limitari, de appellat.* Felin. *in cap. eccleſia ſancta Maria 10. col. 9. in fi. verſ. & ibi in verbis præcedentibus videtur de conſtitutionibus,* vbi allegat etiã Rom. *in l. ſed & ſi de ſua 34. §. ſed & ſi eum digeſt de petit. hæreditat.* ſed eſt *in l. hæres inſtitutus 32. column. ſecunda ante finẽ, verſ. aduerte tamen, num.10 ff. eod tit.* Marſil. *in l. patre vel marito 8. nu. 48 ff de quæſtionibus.* Vant. *de nullitat. ex defect. citation. n 46. in fine, verſ. in quibus reperies opinionem hanc declaratam.* Veſtr. *in prax. c.4 lib.4. n.5.*
3 *verſ. rurſus quod iudex. fol 91.* † Vbi etiam, quod ita
paſſim ſeruatur, quod pro iſta credulitate Iudicis ſatis ſit allegare citationem executam, quam allegationem practici vocant productionem verbo factam, qua vtuntur cauti procuratores, quamuis haberent in manibus citationem executam ſub ſpe futuræ comparitionis citati, quæ ſi contingeret, tunc releuaret actorem à reali productione eiuſ-
4 dem citationis executæ, † nam ille qui poſt emanatam citationem comparet, præſumitur rectè citatatus. Ægid *concluſ. 364.* Caputaq. *dec. 112. p. 3.* Rot. *diuerſ. deciſ. 447. nu. 3. p. 1.* & contra talem ſic com-
5 parentem poterit Iudex pronunciare, † quamuis
ad eum nulla executio citationis, vel eius relatio peruenisset: Rot. *dec. 637. ſi aliqua cauſa, de citationibus in antiq.* quam allegat Veſtr. *d. lib. 4. cap. 4. n. 5. poſt med.* quæ eſt *deciſ. 16. de iudic. in antiq.* & huiuſmodi praxis non reproducendi monitoria, & ci-
6 tationes † eſt vtilis non ſolùm, quia per compari-
tionem ſubſequentem conualidaretur talis citatio non reproducta ſi forſan non eſſet legitimè facta, ſed etiam, quia actor releuatur ab expenſa regiſtri, quæ fieret in regiſtratura inſtrumenti monitorij, ſeu citationis, & executionis, & reproductionis, quæ ad

quæ ad minus eſt ſcutorum duorum aureorum, vt
poſt Veſtr. *d. lib* 4. *c*. 4. *num* 6. *&* 7. notat etiam Gon-
zal. *ad regul*. 8. *cancellar. in proœm* §. 7. *num*. 150. *&* 151.
7 † Vbi etiam quod attenta iſta praxi fuit reſolutum
pro ſaluanda quadam reproductione citationis ſolo
verbo facta, vt per Rot, coram R. P. D. Orano Bur-
gen. quindenniorum, 5. Martij 1599.

Quibus ſtantibus rectè, cautè, & doctè, tam procura-
tor, quàm Iudex fecerunt, ille in non reproducen-
do, iſte autem in ſententiando articulos pro con-
feſſatis, quia licèt non fuiſſet reproductum monito-
rium, tamen pars illud conualidauit per comparitio-
8 nem, † & ſubſecuta eſt prædicta vtilitas eua[c]tionis
regiſtri, & Iudex non debebat attendere talem non
reproductionem, cum aliunde eſſet certus de exe-
cutione eiuſdem monitorij non ſolum, quia Iu-
dex decreuit monitorium, & quia pars comparuit
offerendo ſe paratam reſpondere, quod non feciſ-
ſet, niſi ſciuiſſet, quando omnia à ſtatuto requiſita
fuiſſent ſeruata, ſed etiam ex aliis in facto adductis,
ex quibus clarè colligitur certitudo Iudicis, quo ad
executionem, & quo ad ſuam iuriſdictionem fun-
datam, cum ſufficiat aliqua veriſimilis præſumptio
ad iſtum effectum, vt dictum eſt ſupra ex Bald. Fe-
9 lin. Franc. & aliis allegatis *num*. 2. † Et in ſpecie iſta
commiſſionem citationis factam per Iudicem nun-
cio, quod ex ea præſumatur vehemens credulitas
executionis, tanquam veriſimiliter ſit præſumendũ,
quod nuncius fuerit diligens in exequendo, conſi-
derat Marſil. *in l. patre vel marito, nu*. 56. *ante fi. ff. de*
10 *queſtion*. Vnde † multò magis in caſu noſtro, in quo
vltra talem commiſſionem Iudicis, adeſt etiam
comparitio partis, quæ magis talem notitiam arguit
conualidando omnia geſta: Caſſad. *deciſ*. 2. *num*. 31
de iudic. Gonzal. *ad reg*. 8 *in proœm*. §. 7. *n*. 47.

Quod etiam eſt in procuratore, & executore, & ſimi-
11 libus, qui licèt nihil poſſint agere † ante accepta-
tionem, & viſionem mandati, & commiſſionis ſibi
factæ: Gloſ. *in clem*. 1. *in verb. receptis, de procurat*. Caſ-
ſad. *dec*. 8. *n*. 11. *de reſtit. ſpoliat*. Vant. *de nullit. defect.*
mandat. nu. 115. Tamen ſatis eſt quod aliunde cer-
12 tiorentur de facultatibus eis conceſſis, † cum ſuffi-
ciat ex præſumptionibus poſſe colligi, quod ha-
buerint ſcientiam contentorum in mandato abſque
eo quod inſtrumentum ad eos non peruenerit:
Bart. *conſ*. 73. *quæritur vtrum procurator conſtitutus,*
li. 1. per notata *in l conſenſu, in princ ff. de act. & oblig*.
Alex. *conſi*. 146. *n*. 34. *lib* 5.

Quæ magis habent locum, quia licèt Iudex non poſſit
procedere antequam fiat relatio executionis cita-
13 tionis, vt prætenditur: † Tamen ſi vltra veriſimilem
credulitatem ſtatim relatio fiat prout in caſu noſtro
facta fuit, valebit proceſſus & decretum, neque de
nullitate poterit opponi. cum ea, quæ fiunt incon-
14 tinenti cenſeantur in eſſe † *l ecta. ff ſi cert pet*. & ita in
ſpecie concludit Præpoſit Alexandrin. *in c. cum pa-*
rati, 19 *nu*. 47. *&* 48. & ibi Franc. *n*. 45 *de appellat*. &
quando dicatur fieri incontinenti arbitrabitur Iu-
dex ſecundum ſubiectam materiã de paucis diebus,
ſeu pluribus iuxta qualitatem negotij Neuiz. *conſ*.
56. *n*. 8 Menoch. *de arbitr caſ*. 9. *nu* 5 *& caſ*. 10. *n*. 4.

Non obſtat quod Aduerſarius non inuenerit poſitio-
15 nes quando voluit reſpondere, † vnde debet ad-
mitti ad reſponſionem poſt terminum ſtante hu-
iuſmodi impedimento: Bald. *conſ*. 315. *in fin. li*. 2. cum
quælibet cauſa etiam beſtialis excuſet à mora, &
16 contumacia Aym. *conſ*. 6 *num* 89. Honded. *conſ*. 105
num. 24. *lib*. 1. Quia in facto præſupponitur totum
contrarium, quod immo poſitiones erant in offi-
cio in manibus notarij, qui etiam tranſportauit ar-
ticulos coram Iudice, in cuius ſtantiis commora-
tus eſt vſque ad ſecundam horam noctis ad effe-
ctum recipiendi reſponſiones, ita vt culpa ſit ad-
ſcribenda Aduerſario, qui debebat eſſe diligens in
reſpondendo, ne incurreret contumaciam, quam ſi
17 volens incurrit, ſibi imputet, † neque enim ſufficit
obligato ad reſpondendum dicere ſe feciſſe quid-
quid potuit, cum teneatur hoc probare, nam ſatis
eſt quod ſit lapſum tempus ad reſpondendum, in-
tra quod quis tenetur reſpondere, quia illicò eſt
probata negligentia, niſi ex aduerſo probetur dili-
gentia, & impedimentum: Bart. *conſ*. 02. *car ſſime*
n. 1. *lib*. 1. Anchar. *in c. plerumque n*. 3. *de reſcri*. Felin *in*
c ſi autem, n. 3. *eod tit*. Surd. *conſ* 3 *n*. 39 *&* 40 *lib*. 2.

Nec facit quod ſaltem debeat excuſari Aduerſarius,
18 cum obtulerit ſe paratum reſpondere, † Quia iſta
reſponſio non excuſat à mora, cum oblatio non de-
beat eſſe verbalis, neque enim ſufficit, quod quis
dicat ſe paratum ad aliquid faciendum, vbi opus eſt
facto; & ita reſpondens dicitur obſcurè, & incertè
reſpondere, ideo non mirum, ſi incurritur contu-
macia: Aret. *conſ*. 142. *nu*. 10. Bart. *in l. creditor. quæ eſt*
pen. ad fi & ibi Alex. *in addit. ff. de d ſtract. pign* Imol.
in l prætor ait, § ſi quis paratus. ff de nou. oper. nunciat.
19 Neguſ. *de pign p*. 5. *memb*. 3 *n*. 16 † & ſemper eluderer-
tur pars, & Iudex per iſtas ridiculas reſponſiones,
cum in ſingulis quibuſcumque citationibus obliga-
tus reſpondere offerret ſe paratum, & nunquam ſci-
retur, quid reſponſio contineat, cũ tamen illa debeat
eſſe certa, non obſcura, & dubia *l. de ætate* 11. *§. nihil,*
ff de interrog. actio. Papienſ. *in prax rubr. de form. poſit.*
20 *actor. in verb. clare fol*. 52. † & paria ſunt nihil reſpon-
dere, vel exprimere confusè, & ſub inuolucro ver-
borum *l. ea quæ*. § *fi. ff. de cõtrah. empt*. Surd. *cõſ*. 13 *n* 34.
li. 1. *&* *conſ* 377. *n*. 21. *li*. 3. Bec. *conſ*. 106. *nu*. 11. *poſt med.*
21 *verſ. ex quo colligitur* † Quare etiam oblatio verbalis
de ſoluendo, & declaratio, quod quis eſt paratus ad
ſolutionem non ſufficit, quia omnes ita offerrent &
creditor fraudaretur *l. quis decem, §. idẽ reſponſum ff. de*
ſtat. liber. Bar. *in l. prætor ait, §. ſi quis paratus, ff de nou.*
oper. nunciat & in l. acceptam & ibi etiã Bald & Ang.
C. de vſur. Alex. *conſ*. 39 *n*. 3. *li*. 5. Burſa. *conſ*. 9 *n*. 10. *&*
11. *li*. 1. Niguſ. *de pig p* 5. *memb* 3. *n*. 77. *&* 113. Corr. *in*
memorab. in verb. oblatio. in fin. Gab. *de ſolut concl*. 8.
vbi *n*. 2. quod neq; ſufficiet talis oblatio verbalis quã-
uis creditor tacuerit, quia debet creditor expreſſe
recuſare, & ſpecialiter dicere quod nõ vult accipere:
Alex. *in l ſi, eruus, in fi ff. de vulg. & pupil*. Caſſa cõ 41.
col. 1. & de cautela ſuper hoc Catella. *verb. oblatio*
fol. 61.

Nec aduerſatur, quod monitorium debeat continere
communicationem, quod articuli habebuntur pro
22 confeſſatis † tam ſecũdum formam ſtatuti, quàm de
iure communi Surd. *conſ*. 360 *nu*. 26. *lib* 3 vnde non
ſufficit ſola ſcientia Monitorij, niſi etiam probetur,
quod quis ſciuerit qualitatem d. comminationis
23 † in eo contentæ: Gloſ. *in c. concertationi, in verb ſci-*
uerit, de appellat. Quia ſtatim quod probatur moni-
toriũ executum, inſurgit probatio ſcientiæ omnium
24 cõtentorũ in monitorio: Anchar. *cõſ*. 170. *n*. 6 Caſtr.
conſi. 311. *in fin. li*. 1. Aret. *conſi*. 15. *in fin*. Aym. *cõſ* 73. *n*.
39. Natt. *cõſ*. 162. *n*. 44 *ad med*. Surd. *cõſ*. 335. *n*. 54. *li*. 3.

Quare dicuntur de æquitate præferenda rigori ſunt facilis ſolutionis, nam cum habeamus ſtatutum præciſum quamuis durum, & rigoroſum, illud eſt ſeruandum, nulla habita conſideratione æquitatis
25 non ſcriptæ, † quæ tunc non dicitur æquitas, tanquam ſit ex motu & affectione animi contra ius ſcriptum, ideo non eſt ſequenda, immo per Iudices euitanda, alioquin nihil eſſet certum ac perpetuum in iure noſtro, quibuſlibet detorquentibus cauſarum ſtatum ad quamlibet imaginariam, & abuſiuam æquitatem, quæ non adiuta legibus non eſt curanda, & ſecundum eam non poſſe iudicari dicunt omnes *in l. placuit, ff. de iudic. & in l. proſpexit, ff. qui & à quibus manumiſ. liber. non fiant*. Gail. *obſeru.* 23. *n.* 16 *lib.* 2. & bene Miſinger. *obſeruat.* 63. *centur.* 6. *n.* 4. poſt Zal. *conſ.* 10. *nu.* 35. *lib.* 1. late Dec. *conſ.* 36. *nu.* 42. *vſque ad* 45. *lib.* 1. vbi quod eſt procedendum per viam ſilicatam, quæ eſt ſecundum textus & leges non ſolum per Iudices, ſed etiam per arbitros habentes facultatem procedendi de æquitate, qui non poſſent iudicare contra leges etiam rigorem continentes, cum æquitas non conſiſtat in cerebro
27 quorumcunque, vt † quod ſomnient æquum putent, ſed in arte, quæ ex legibus, & iuris prudentibus ſumitur, *l. ſi vero, §. inter dum, ff. de iis qui deiecer. vel effuder.* Bald. *conſ.* 101. *col.* 2. *verſ. tamen quia homo, lib.* 2. Roman. *conſ.* 149. *num.* 1. Ita vt Iudicem quendam redarguerit amicus ille, quod dederit ſententiam equam ſine diphthongo, dum idem Iudex voluit ſe excuſare, quod ita pronunciaſſet, quia voluit iudicium æquum dare.

Immo huiuſmodi ſtatuta, quod poſitiones habeantur
28 pro confeſſatis non ita odioſa, prout † exaduerſo præſupponitur, ſed multum rationabilia, & vtilia, tanquam contra contumaces omnia iura clament, cum offendant iuriſdictionem Iudicis, qui contra tales poterit procedere non ſolum pœna confeſſi,
29 † ſed aliis pœnis, quæ à Doctoribus enumerantur vigintiquatuor, prout omnia prædicta late comprobat Surd. *conſ.* 630. *nu.* 7. *vſque ad* 37. *lib.* 3. vbi et-
30 iam quod ſunt vtilia † iſta ſtatuta ad hoc vt ſit finis litium, & per tales poſitiones releuetur ponens ab onere probandi *c.* 1. *de confeſſ. in* 6. Natt. *conſ.* 59. *nu.* 8. Roland. *conſ.* 90. lib. 3.

Alia obiecta de voto non petito, de citationibus non rectè factis principali, & non executis in perſonam procuratoris, & de monitorio non tradito tempore congruo, ſunt plenè ſublata in facto, ideo
31 nihil eſt addendum, † ne eadem repetantur, & non incidamus in ſuperfluitatem, quæ ſemper eſt euitanda *l. tunc cogendum, §. Sabinus, ff. de procur.*

EPITOME.

Monaſterium quando teneatur probare profeſſionem monialis expreſſam, & tacitam. ¶ Et quo caſu admittantur præſumptiones. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an probetur per librum profeſſarum. ¶ Et per moniales. ¶ Vel potius requiratur ſcriptura. ¶ Et an litteræ teſtimoniales Abbatiſſæ ſufficiant. ¶ Et quando per delationem habitus ſit inducta profeſſio tacita. ¶ Et an illa ſit ſublata per Concilium. ¶ Et de triplici habitu monialium. ¶ Teſti an magis ſit credendum, quam inſtrumentis. ¶ Ratihabitio tacita qualiter ſit probanda tam per modum agendi, quam excipiendi.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio tam expreſſa, quam tacita in ſpecie eſt probanda per monaſterium cum omnibus qualitatibus, neque ſufficit probatio ingreſſus, nu.* 2. 16. 17. 33. *&* 34. *Et an requiratur ſcriptura. nu.* 4 *&* 5. *Et admittantur præſumptiones, num* 21. *&* 30.
3 *Maritus petens reſtitutionem coniugis tenetur probare cauſam poſſidendi.*
6 *Moniales admittuntur ad probandam profeſſionem.*
7 *Liber profeſſarum probat, ſi cuſtodiatur per officialem ad id deputatum. Intellige vt nu.* 8.
9 *Partita extracta ex libro officialis non probant abſque citatione partis.*
10 *Litteræ teſtimoniales Abbatis, quod profeſſio ſit facta ab aliquo monacho, non faciunt fidem. Declara vt n.* 13.
11 *Vox mortua cedit voci viuæ tanquam potiori.*
12 *Non creditur litteris Principis in præiudicium alterius, & de facto alieno, & contra non ſubditum, n.* 15.
14 *Priuilegium non intelligitur conceſſum contra tertium.*
18 *Ratihabitio tacita eſt probanda tam per modum agendi, quam excipiendi, & quomodo probetur. n.* 19.
20 *Delatio habitus quando inducat tacitam profeſſionem, nu.* 22. 23. 24. 31. 32. 36. *&* 37. *Et quid declarauerit congregatio Concilij, n.* 40.
25 *Probatio dubia non releuat, & interpretatur contra producentem, nu.* 27. *Etiam in cauſa fauorabili, nu.* 28.
26 *Pluralitas rerum præſumitur.*
29 *Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem.*
35 *Concilium Tridentinum non tollit tacitas profeſſiones.*
38 *Abbatiſſa ſola ſine monialibus non poteſt admittere puellam ad profeſſionem, & n.* 39.

CAPVT DCXL.

De profeſſione de qua actum fuit in cauſa Florentina dotis, dixi non conſtare, cum enim
1 in dubio illa non præſumatur, † erat in ſpecie probanda cum omnibus ſuis qualitatibus per monaſterium, quod non præſumitur poſſidere liberum hominem ſine cauſa, *l. cum hæredes, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* vnde oportet, quod per illud probetur iſta
2 cauſa poſſidendi, quæ non poteſt eſſe, niſi per profeſſionem, cum ſolus ingreſſus non ſufficiat: Felin. *in c. nuper,* 51. *n.* 2. poſt Abb. *ibid. in fi. de teſtibus.* Barbat. *conſ.* 53. *col.* 3. *lib.* 2. Put. *deciſ.* 468. *Ioannes ſolano n.*
3 1. *lib.* 1. † Exemplo mariti petentis reſtitutionem coniugis, qui ad ſimilem probationem cauſæ poſſidendi tenetur, *c. ex parte. de reſtitut. ſpoliator, c. ex tranſmiſſa.* vbi Butr. *in fi. eod. tit.* Felin. *in d. c. nuper n.* 2. *ad med. de teſtib.*

Immo etiam iſta profeſſio eſſet probanda per ſcriptu-
4 ram, cum ſit vnus ex illis caſibus, qui ad † probationem requirunt ſcripturam. Quamuis enim multi teneant illam non eſſe neceſſariam, vt per Doctor. *in c.* 1. *de cenſibus.* Prepoſit. *in c. rurſus, col.* 7. *verſ. & vt clarius, qui cleric. vel vouent.* Magon. *dec. Florent.* 141. *numer.* 9. Nihilominus in profeſſione monialium,
5 † verior eſt opinio, quod ſcriptura requiratur quidquid ſit in illa, quæ fit per maſculos, prout Doctores contrarium tenentes de maſculis, non de fœminis loquuntur, prout eſt tex. expreſſus loquens de mulieribus in *c. omnes fœminæ* 37. vbi Glo. *in princ.* Turrecremat. *ad med.* 27. *quæſt.* 1. *c. vidua.* 20. *q.* 1. Franc. *dec* 384. *nu.* 5. Io. Aloiſ. Riccius *in prax. rer. for. eccleſiaſt. deciſ.* 437. *in fi.*

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti. cum neque fuerit probata aliqua profeſſio per teſtes, ita vt ex hoc ſolum colligatur nullum ius competere monia-

monialibus, quæ de facili potuiſſent eam probare,
6 ſi verè puella profeſſionem emiſiſſet, † cum illæ ad-
mittantur quamuis ſint de monaſterio iuxta *c.nuper.*
vbi Dec. Felin. & alij *de teſtibus*. Franc. *dec.*384. *nu.*6.
cum ſeq. Magon. *deciſ. Floren.* 141.

Neque poteſt deſumi aliqua probatio ex prætenſo
libro prouiditorum, vbi aſſeritur piatanza, vt vul-
go dicitur, data occaſione profeſſionis factæ per
7 puellam, de qua agimus, Quia † non ſumus in li-
bro profeſſarum, prout debet eſſe ad hoc vt in eo
deſcripti habeantur pro profeſſis, ſed ſumus in li-
bro, vbi adnotantur expenſæ monaſterij, quæ ſin-
gulis diebus fiunt pro alendis monialibus, qui li-
bet ad alium effectum deſtinatus nihil probat, cum
debeat eſſe particulariter tentus pro matricula
puerarum profeſſarum, & per officialem ad id
ſpecialiter deputatum, tunc enim & non alias
probabit: Federic. de Sen. *conſi.*119. *nulli dubium eſt.*
in fin. verſ. & probatur quis eſſe. Imol. *conſ.*310. *in cauſa*
8 *quæ vertitur. in fi.* Mandoſ. *ad reg.*8. *q.*10. *n.*4 † Cum
etiã ſi eſſemus in libris monaſterij retentis in archi-
uio, illis non ſtaretur in præiudicium tertij non
ſubditi, vt late poſt Felin. Salic. & alios concludit
Aym. *de antiq. temp. p.*1. *§. quid in libro officialis, nu.*1.
9 *vſque ad* 4 *fol.*106. Præſertim, † quia iſtæ partitæ fue-
runt extractæ ex d. libro abſque citatione partis,
quo caſu nihil probant: Bart. *in auth. ſi quis in ali-*
quo. C. de eden l. Felin. *in c. fin. n.*6. *de fid. inſtrum. & in*
c. albericus. vbi Card. *de teſtib.*

Accedat quod iſta aſſertio facta per Monialem depu-
tatam ad curam ſeu officium diſpenſæ in d. libro,
non poſſet aliquid operari, niſi vt ſimplex fides,
10 quæ non probat, † cum neque crederetur litteris
teſtimonialibus Abbatis, quod profeſſio ab aliquo
monacho facta fuerit, quamuis etiam eſſent ſignatæ
ſigillo magno ipſius Prælati tanquam ſit atteſtatio
de facto alterius, quo caſu non creditur Iudici, ma-
xime ſi hoc opponatur in modum exceptionis per-
emptoriæ, ſi enim viua voce teſtificatur, nullam fi-
dem faceret, *cap. licet de teſtib. l. iuriſiurandi. in fin. C.*
11 *eod. ti. c. ſi tantum, & c. placuit.* 11. *qu.*2. † Vnde multo
minus eſt credendum voci mortuæ, quæ cedit voci
viuæ tanquam potiori, *§. ſi vero auth. de fid. inſtr.* &
ita in ſpecie notat Bellam. *dec.*86. *ſi referat. n.*1. *&* 2.
iuxta doctrinam Bald. *in leg. ſi qua per calumniam. n.*
3. *verſ. aut ſunt litteræ teſtimoniales. C. de epiſcop. &*
cleric. Innoc. *in c. poſt ceſſionem,* & ibi Henric. Boich.
12 1. *verſ. ſi vero ſint puræ. de probationib.* † Cum etiam in
præiudicium alterius, & de facto alieno, & contra
non ſubditum non crederetur etiam litteris Princi-
pis *cap. ad hæc.* vbi Butr. *de reſcript. cap. iurauit.* vbi
Dec. *in princ. de probation.* Alex. *conſ.*122. *col.*2. *li* 7. *&*
*conſ.*11. *col.* 4. *eod. lib.* Aretin. *in cap. cum à nobis. de*
*teſtibus. & conſ.*163 *ſicut Ioãnes col.*3. *verſ. ſecũda ratio.*
Aym. *conſ.* 104. *num.*7. *&* 8. vbi ita declarat text. *in*
clem. litteris. de probat. Socin. *conſ.*27. *col.*2. *lib.*3.

Amplius neque in hoc caſu profeſſionis crederetur
litteris Abbatis, quamuis haberet priuilegium ſum-
mi pontificis, quod eorum litteris eſſet fides adhi-
13 benda, † cum ſimilia priuilegia recipiant interpre-
tationem paſſiuam à iure communi; videlicet quam
dotales litteræ atteſtarentur de profeſſione factà
de præſenti, non de præterito emiſſa, & inter ipſos
tantum de religione, inter quos illæ probarent,
prout in propoſito noſtro notat Maſcard. *concluſ.*
1238. *n.*7. *vſque ad* 12. iuxta doctrinam Bart. *in l.*1. *§.*
14 *lex Falcidia. n.*2. *D. ad leg. Falcid.* † Quemadmodum
regulariter quando conceditur alicui priuilegium
non intelligitur contra tertium, *l.*2. *§. merito. D. ne*
quid in loc. public. Gloſ. *in cap. ad aures. in verb. inten-*
tionis. de reſcript. Felin. *in c. cauſam qu.*18. *n.*10. *eod. tit.*
Card. & Io. de Anan. *in c. ad petitionem. de accuſatio-*
15 *nib.* Vnde non mirum ſi talis † ſcriptura non pro-
bet contra tertium: Socin. Iun. *conſ.*1. *n.*9. *li.*2. Alex.
*conſ.*138. *opportune. col.*3. *lib.*1. Felin. *in cap. ad audien-*
*tiam col.*2. *verſ. ſecunda concluſio. de præſcript.*

Minus obſtat prætenſa tacita profeſſio. Quia neq; illa
probatur, cum enim ſit fundamentum intentionis
16 monaſterij, † eadem probatio requiritur in tacita,
ſicut in expreſſa, quaſi non ſufficiat ſolus ingreſſus
religionis ad inducendam profeſſionem Felin. *in*
*cap. nuper.*51. *n.*1. *de teſtib.* Franc. *in cap. non ſolũ.*2. *n.*
17 5. *in* 6. *notab.* & ibi Gemin. *n.*7. *de regul. in* 6. † Prout
etiam ſemper monaſterio incumbit onus proban-
di, quod quis voluerit vitam mutare. Idem Gemin.
*in d. c. non ſolum n.*9 poſt Io. Andr. & Archid. *ibid.* Et
18 paſſim in probationibus eſt par ratio taciti & † ex-
preſſi, cum tam vnum, quam aliud ſit quid facti;
ideo illius probatio requiritur, ſicut dicimus de ta-
cita ratihabitione tam per modum agendi, quàm
excipiendi: Caſtr. *conſ.*228. *pro declaratione, n.*2. *&* 3.
*verſ. ſecundo poteſt dubitari. lib.*1. *per l. matrem tuam.*
C. de probation. l. ei qui. D. eod. tit. l. non ſolum §. ſed vt
19 *probari. D. de nou. oper. nunciat.* † Ita vt neque ſufficiat
probatio tacitæ ratificationis, niſi etiam probetur
factum, quod neceſſariò arguat ratihabitionem, &
quod per aliam cauſam geſtum præſumi non poſſit
& quod non ſit continuatiuum eius, quod antea
gerens faciebat, ſed quod ſit nouum, cum alias iſtis
non probatis nulla cenſeretur inducta ratihabitio;
vt late declarat Gabr. *conſ.*36. *n.*57. *lib.*1.

Nec facit, quod prætẽdatur delatio habitus, per quam
20 cenſetur quis religioſus † etiam ſine expreſſa pro-
feſſione *l. ex parte* 23. *de regularib.* cum etiam pro-
feſſio tacita probetur coniecturis *c.*1. *& c. non ſolum,*
& c. conſtitutionem. eod. tit. de regularib. in 6. Quia pro
reſponſione commemorandum eſt vulgatum illud,
21 ſed neceſſarium in caſu noſtro, † quod triplex eſt
habitus; Quidam enim eſt diſtinctus, videlicet quia
alio habitu vtuntur nouitij, alio autem profeſſi.
Alter eſt indiſtinctus vt quia eodem habitu vtuntur
nouitij, & profeſſi, Tertius eſt indiſtinctiſſimus;
vt quia non ſolum nouitij, & profeſſi, ſed etiam
omnes, qui ducunt vitam cum eis, deferunt eun-
dem habitum, vt in iſtis fratribus S. Antonij, &
ſimilibus, qui ſolum portant Crucem in pectore.
22 † Primo caſu quando habitus eſt diſtinctus, ſi eſt
latens diſtinctio, puta quia habitus profeſſorum ſo-
lum benedicitur, tunc deferens illum habitum in
religione per annum ipſo facto cenſetur profeſſus,
ſi erat maior quatuordecim annorum, ſi autem di-
ſtinctio eſſet patens, vt in colore, ſciſſura, ſeu forma,
& tunc non obligatur religioni, quantocunq; tem-
pore habitum nouitiorum quis deferat, neque cen-
ſebitur profeſſus etiam ſi per viginti annos illum
23 deferret. † Secundo caſu quando habitus eſt indi-
ſtinctus, tunc deferens per annum cenſetur pro-
feſſus; Idem in tertio caſu, cum habitus eſt indiſtin-
ctiſſimus, dummodo fuerit aſſumptus à maiore
24 quatuordecim annorum, † nam ſi à minore, non
obligaretur, Iſta eſt communis diſtinctio quam
ponunt Doctores *in cap. ex part.*22. vbi late Abb. *n.*5.

*de regul.rib.*B. Antonin. Archiepiſcop. Florent. *in ſumm.p.3.c.16.§.1.col 1.& 2.* Nauat.*in cap.ſtatuimus. comment.4.n.73.& 74 de regularib.tom 2 fol.204.*
Cum igitur ex iſtis diuerſis, & diſtinctis habitibus, colligatur aliquando profeſſio tacita, & aliquando
25 non, † ob huiuſmodi pluralitatem, eſt probanda in ſpecie per Monaſterium geſtatio talis habitus, qui inducat profeſſionem, cum alias hoc non probato, reddatur dubia probatio, & probantem non releuet, *l.non hoc.C.vnd. legitim.c.in præſentia de probationib.* Surd.*conſ.*61.*n.*25.*lib.*1. Aymon.*conſ.*15.*nu.*6.
26 Maxime, quia vltra prædicta † pluralitas rerum præſumitur: Io.Andr.*in cap.auditis, de præſcription.* Alex.*conſ* 119.*n.*5.*lib.*1.*& conſ.* 134 *col.* 2.*lib* 2.Natt. *conſ* 80.*n.*4.Aym.*conſ.*112 *nu* 3 *&* 4. Ruin. *conſ.* 46. *nu.*16.*lib.*4.Pariſ.*conſ.* 104. *n.*21.*lib.*1. Surd. *conſi.*62. *n.*13.*&* 14.*lib.*1.*& conſ.*135 *nu* 76.*&* 77. *eod. lib &*
27 *conſi.*151.*num.* 46. *&* 47 *lib.*2.† Adeo vt ſtante iſta dubia probatione debeat fieri interpretatio contra producentem: Bald. *in l.quoties.§. ſi quis ita. D. de hæredib.inſtituend.* Marſil.*in rubr.C de probation.nu.*350.Tiraq.*de retract conſanguinit.§.1 gloſſ.16.num.4.*
28 *&* 5. Vbi † ampliat iſtud procedere etiam in cauſa fauorabili: Alex.*conſ.*152.*viſo proceſſu cauſa. col.*1.*lib* 5. Dec.*cōſi.*321.*in cauſa qua Alexandria.col.*3.*verſ.venio ad ſecundum & conſ* 351.*accuratè & diligenter.col.*1.*in*
29 *fin.*† Cum ſtante incertitudine vitietur omnis diſpoſitio, tanquam reddat actum ita dubium, vt animus Iudicis non poſſit quieſcere, qui in re dubia non poteſt certam ferre ſententiam tanquam in re dubia iudicium non debeat eſſe abſolutum, ne veritas occultetur, prout omnia prædicta comprobat Surd.*conſi.*151.*n.*48.*&* 49.*lib.*2.
Cum præſertim ad inducendam tacitam profeſſionem
30 coniecturæ debeant eſſe euidentes. † Calder. *conſ.* 5 *col.*2.*in prime verſ.& ſatis videtur expreſſum.de regularib.* Nauat *in c ſtatuimus.comment.*4.*nu.*73.*cum ſeq.eod.tit.* Vbi etiam ſubdit multum eſſe aduertendum
31 dum in iſtis profeſſionibus tacitis,† quod quamuis illæ fiant per ſolam delationem habitus profeſſorum ſine exercitio actus proprij profeſſis, Nihilominus habitus debet eſſe diſtinctus patenter in ſciſſura, & forma ab habitu nouitiorum, dummodo tamen profitens ſciat, quod ex hoc actu fiat profeſſio de iure, & de conſuetudine, & cum ſponte deferat & illum accipiat ab eo, qui ex ſua propria, vel demandata poteſtate poſſit illum incorporare religioni, iuxta notata *in c.ad apoſtolicam de regula-*
32 *rib.* Nam iſtis non concurrentibus non erit inducta profeſſio tacita, ita vt omnia hæc debeant probari per fundantem ſe in ea, ſicuti dicimus de eo, qui ſe fundat in profeſſione expreſſa, cum diſpoſitio loquens de profeſſione habeat locum in tacita
33 † tanquam profeſſio ſit genus comprehendens expreſſam & tacitam *c.porrectum.& c.vidua.de regularib.clem.eos.eod.tit.c.nullus. de elect. in* 6. & notat in ſpecie Nauarr.*in c.ſtatuimus.comment.*4.*n.*73.*verſ.ſe-*
34 *cundo quod hic c noua conſtitutioni.de regul.*† Vbi ampliat, quamuis non adſit tanta ratio in vna, quanta in alia cum ſemper diſpoſitio loquens indiſtinctè de genere vendicet ſibi locum in qualitate eius ſpeciei *cap.ſolita.de maiorit.& obediēt.*Dec. *cōſ.*669 *n* 3.
Et quamuis Concil. Trid nt non tollat tacitas profeſſiones: Nauar.*conſ* 28.*num.*5.*de regularib.* Tamen
35 † ſemper requiritur probatio, quod tacita profeſſio fuerit facta cum geſtatione habitus indiſtincti ab habitu profeſſorum, cum aliis requiſitis ad il-
36 lam inducendam, † vt notat Idem Nauarr. *d.conſ.* 28.*num.*5.*& conſ.*13.*num.*3.*de regularib. iuxta c.*1.*§.*1.*eod.tit.in*6.
Quibus additur, quod in Monaſterio, de quo agimus, habitus nouitiarum eſt omnino diſtinctus à profeſſis, quæ geſtant cucullam, & inſignia Religionis Hieroſolymitanæ, & velum, cum tamen Noui-
37 tiæ iſtum habitum non deferant, † Vnde non probatis huiuſmodi circunſtantiis, & requiſitis, non diceretur emiſſa tacita profeſſio, *cap. de regul. in* 6. & pluries ita ſacra Congregatio Concilij declarauit, Adeo vt etiam ſit probandum, quod talem habitum, & velum ſuſceperit non ſolum ab Abba-
38 tiſſa, † quæ non poſſet ex ſe hoc facere, ſed ab omnibus Monialibus, & à toto Collegio: Abb.*in cap.ad apoſtolicam in gloſ.fin.verſ.ſed vltra de regularib.*Decian.latè *conſi.*18 *num.*11.*lib.*1. Nam etiam ſi quis pluries ex ſe ipſo aſſumeret habitum profeſ-
39 ſorum non diceretur ſe obligaſſe religioni, † & profeſſioni, cum aſſumptio debeat præcedere ab habente facultatem: Calder.*conſ.*5.*colum.* 2. *verſ.re-aſſumpto autem, de regular.*
Idem additur, quod in ſacra Congregatione Concilij
40 fuit declaratum non probari, † quod ſoror, ſeu puella per geſtationem habitus poſt annum emiſeſit profeſſionem, niſi etiam prius fuerit probatum ipſam geſtaſſe habitum profeſſarum, ſi in illo monaſterio iſte ſit diſtinctus ab habitu nouitiarum, vel ſaltem ſi non fuerit probatum habitum in eodem monaſterio eſſe indiſtinctum, quæ reſolutio multum facit ad caſum noſtrum, cum, vt ſupra dictum eſt *nu.*25. ſemper incumbat onus probandi Monaſterio fuiſſe factam profeſſionem ſiue expreſſam ſiue tacitam.
Et hæc quo ad iniuſtitiam ſententiæ omiſſis multis nullitatibus, quæ latius in facto adducuntur, quibus nihil addendum eſt, cum omnia bene fuerint comprobata, ita vt non poſſit denegari reuocatio, & annullatio ſententiæ, prout poſtea fuit reuocata, & annullata cum omnibus inde ſecutis.

EPITOME.

Tutores plures an poſſint conueniri ad reddendam rationem adminiſtrationis coram Iudice laico, ſi inter eos adeſt clericus. ¶ Et quando habeantur loco vnius tutoris, ita vt eorum cauſa non poſſit diuidi, ſed cognoſci debeat apud vnum Iudicem. ¶ Et quid in duplicibus judiciis familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, & ſimilibus. ¶ Et an cauſa redditionis rationis ſit indiuidua. ¶ Et quid reſpectu hæredum.
¶ Diuidens actiones quærendo trahere reoa coram diuerſis Iudicibus an ſit puniendus. ¶ Magis dignum an trahat minus dignum, tam in connexis, quam in ſeparabilibus. ¶ Cauſa communis cum clerico, quando ſit remittenda ad forum eccleſiaſticum. ¶ Obligatio vnius an recipiat diuiſionem in perſona plurium hæredum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitatum contra clericum, & laicum tanquam hæredes vnius ſpectat ad forum eccleſiaſticum propter perſonam clerici magis digni.num.*2. *&* 3. *Amplia vt num* 4.
5 *Tutores plures non poſſunt conueniri corā Iudice laico ad reddendam*

reddendam rationem adminiſtrationis,ſi inter eos adſit contutor clericus.num.6.

7 *Cauſa communis cum clerico eſt remittenda ad ecleſiaſticum ſiue ſimus in diuiduis ſiue in indiuiduis.*

8 *Cauſa redditionis rationis eſt inuiſibilis.*

9 *Diuidens actiones quærendo trahere reos conuentos ad reddendam rationem coram diuerſis iudicibus punitur & nu.10.*

11 *Plures tutores ſunt loco vnius,& cauſa eorum eſt cognoſcenda coram vno Iudice,nu. 12.& 13.*

14 *In connexis idem iudicium eſt ferendum, tanquam ſit vnus omnium finis.*

15 *Connexa ſunt indiuidua.*

16 *Forus eccleſiaſticus eſt maior foro ſeculari.n.18.*

17 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*

19 *Indiuiduum reſpectu tutoris dicitur etiam tale quoad heredes.nu.25.*

20 *Redditio rationis adminiſtrationis promiſſa ab vno non recipit diuiſionem quamuis eſſent mille ſucceſſores, à quibus inſolidum eſt reddenda, n.21.*

22 *Contra tutores,& eorum hæredes agitur ad factum,non ad certum quid.*

23 *Petens redditionem rationis poteſt remanere debitor, ſicut creditor.*

24 *Obligatio facti eſt indiuidua.*

CAPVT DCXLI.

[Adde *ſupra ad c.115.nu.8.cum ſeq.*]

CAuſam, de qua agimus, Dixi non poſſe diui-
di, nec pro parte remitti ad Iudices laicos,ſed
totam debere remanere in Rota, & ibi de ea in o-
mnibus, & quo ad omnes cognoſci. Cum enim
1 fuerint conuenti clericus, † & laicus tanquam hæ-
redes vnius, iudicium dicitur eſſe de foro eccleſia-
ſtico, propter perſonam clerici, quæ velut magis
digna trahit ad ſe minus dignam, & ne continen-
tiæ cauſæ diuidantur, cum ſit vnica, & eadem ra-
tio defenſionis, & ne ſequatur abſurdum, ſi in vna
eademque cauſa variæ ſententiæ proferrentur, &
forte contrariæ, Ita in ſpecie late concludit Socin.
conſ.12.n.17.li.1.& conſ.82.col. vlt. verſ.nona conclu-
*ſio.li.3.*poſt Bart.*in l.præcipimus,32.§.eodem obſeruan-*
do.in fi.& ibi etiam Bald.*in fi.C.de appell.*Idem Bart.
in l.ſi ſolēt.3.n.14.in fi.D.de alim.& cibar.legat. Alex.
conſ.122.n.16.in fin.& ibi Addit.*in verb vterque.li.4.*
Marſil.*ſing.180.plura,n.2.cum ſeq.*Boſſ.*de for.compet.*
2 *n.146.*Couar.*pract.quæſt.c.36.nu.1.& 2.* † Et eſt con-
cluſio ab omnibus approbata, quam multis ſimili-
bus comprobat Dec. *in prax. lib. 4. cap. 9.n.44.fol.*
158.Farinac.*q.8.n.151.*Georg Natt. *in c.quamuis.nu.*
298.*vſque ad n.311.de pact.in 6.tom.5.fol.*116. Surd.
conſ.222.n.2.& 3.lib.2.& de alim.tit.9. q.14.n.2.& 3.
3 Neuizan.*in Syl.nupt.lib.6.n.38. vſque ad* 44.† Et ita
etiam ſeruat Rot.de qua per Card. Seraph.*dec.*958.
Vbi loquitur de fratribus Aldobrandinis, qui om-
nes fuerunt remiſſi ad Iudicem eccleſiaſticum,quā-
uis eſſent laici,cum vnus ex eis eſſet clericus,& Au-
ditor Rotæ,licet etiam ageretur de bonis patrimo-
4 nialibus, † cum reſpectu fori nulla ſit facienda di-
ſtinctio, *c.ſi diligenti, & c ſignificaſti.de for.compet.*
Et omiſſis generalibus, ita in propriis terminis tutelæ,
5 & curæ,de qua agimus concludit † Soc. *in cap.pru-*
dentiam, 2.col.23. poſt med. verſ. & ex prædictis ego
infero.nu. 30.in fin.in 8. fallentia in fin. de mutuis peti-
tionibus. fol. 636. Vbi quod ſi agendum ſit contra
plures duplicibus iudiciis, videlicet familiæ erci-
ſcundæ, communi diuidundo, & finium regundo-
rum, vel contra plures tutores, & curatores eiuſ-
dem tutelæ,& curæ, inter quos adeſſet aliquis cle-
ricus ex cauſa prædicta, ſemper eſſet adeundus
Iudex Eccleſiaſticus tam aduerſus laicos, quam ad-
uerſus clericos, prout in omnibus aliis ſimilibus
cauſis,& caſibus, in quibus talis remiſſio eſt facien-
da ad eundem Iudicem Eccleſiaſticum iuxta for-
mam *c.ſi iudex laicus.de ſentent. excommunicat. in 6.*
6 † Idem ſequendo Socin.voluit Felin. *in cap. 1.col.5.*
ad fin.verſ.& vltimate adeo guſtat.n.7.ad med.de præ-
ſcriptionib. Vbi dicit eſſe importantiſſimum, & ab
alio non tactum,quod etiam refert, & notat Tho.
Ferrar.*cautel.10.incip.ſi contingat plures laicos.*
Et cum habeamus caſum in ſpecie deciſum, non eſt
habenda in conſideratione diſtinctio illa an ſimus
in inſeparabilibus,& indiuiduis, vel in eis, quæ re-
7 cipiunt diuiſionem, Quia † omiſſo, quod conclu-
ſio ſupra firmata procedit indiſtinctè, & ſimplici-
ter in vtroque caſu tàm in indiuiduo, quàm diui-
duo: Menoch.*de arbitrar.caſ.371.n.4.* Farinac.*qu.8.*
*n.151.*Card.Seraph.*deciſ.957.* Sumus extra omne
8 dubium, nam cauſa, de qua agimus, nullam † reci-
pit diuiſionem, & eſt omnino indiuidua tanquam
tractetur de redditione rationis adminiſtrationis,
quæ eſt indiuiſibilis:Bald *in l plures.6 n.17.in fi.col.*
5.ad med.verſ.item ſi iſte vellet reddere rationem.C. de
*condition.inſert.*Menoch.*de arbitr. caſ.209. n.31.fol.*
209.Roland.*conſ.81.n.36.lib.1.*
Amplius denegatur audientia, & etiam pœna eſt im-
poſita per legem contra illos, qui actiones diui-
9 dunt, † quærendo trahere reos coram diuerſis iu-
dicibus, cum propter bonum publicum ſtatutum
ſit, ne continentiæ cauſæ diuidantur, vt quam pri-
mum lites finiantur, vltra fauorem litigantium, ne
fruſtrentur nouis impenſis & nouo labore ad no-
uum Iudicem inſtruendum, iuxta *leg. nulli prorſus,*
10.vbi Iaſ.*nu.2.& 4 C.de iudic.*Gloſ.*in c.vlt.in verb.*
ſuper proprietate.eod.tit.& in c.1.de cauſ.poſſeſſ.& pro-
prietat. Menoch. *de arbitr. caſ. poſſeſſ. & proprietat.*
Menoch.*de arbitr.caſ.371.n.2.& 9.fol.* 307. Igneus
in repet.l.neceſſario.§.non alias.n.58.D.ad ſenatuſcon.
Syllanian.
Et in ſpecie actionis tutelæ, & curæ, & negotiorum
10 geſtorum, quod illa dicatur cauſa continens, † &
ideo habeat locum dicta pœna contra diuidentes
continentias ſimilium cauſarum, ita exemplificat
Gloſ.*in d.l.nulli.in verb.continentiam.*vbi Ang.*in prin.*
verſ.& ſcias. Iaſ.*nu.3.verſ.2.dicuntur.* Alber. *ante fin.*
*verſ.item vbi eſt identitas perſonarum & actionis.*Si-
card.*n.6.verſ.ſecundo dicetur cauſa.col.2 poſt princ.C.*
de iudic. Dec.*conſ.99.n.20. verſ. vel & tertio ratione*
actionis.lib.2. Afflict.*dec.354.n.13.in princ.verſ.tertio*
vbi eſt identitas perſonarum. Menoch. *de arbitr. caſ.*
*371.nu.10.verſ.ſecundum exemplum.fol.*307.
Et paſſim, quando agitur ad eundem finem, & ſu-
11 mus in pluribus reis eiuſdem cauſæ, † etiam ſubie-
ctis diuerſis iuriſdictionibus, & pluribus Iudici-
bus, proceſſus eſt faciendus coram vno ſuperiore
Iudice propter eandem, & indiuiſibilem cauſam:
Bart.*in l. omnes. C. arbitr. tutel.* cum aliis per Miſin-
ger.*obſeruat.4.num.2.centur.1.*& ex tex.in ſpecie lo-
quens de tutoribus *in l.2.C.quibus reb.ad eund.iudic.*
12 *eat.*vbi † Gloſ. *in verb. mittuntur in fin.* notat quod
debent omnes ſimul reddere rationes tutelæ ad-
miniſtratæ, cum loco vnius ſint, iuxta *l.ſi quis ex*
*argentariis.6.§.1.in fin.verſ.nā & ſi plures tutores.*vbi

Gloſ. in verb. edere. D. de edend. & comprobat etiam
Bart. in l. 1. ad med. Cod. quib. reb. ad eund. iudic. eat. vbi
13 † quod ita practicauit Sebaſtian. Mæuius in Syſtem.
in l. 1. eod. tit. vbi etiam allegat Mindan. in tract. de
continent. cauſ. c. 2 n. 2.
Ideo in iſtis connexis idem iudicium eſt ferendum,
14 tanquam ſint inſeparabilia, † cum circa eandem
rem geſtoris perſeueret officium, tanquam vnus
omnium ſit finis, & vnius loco iudicentur, l. cum
actum. 18. vbi Gloſ. in verb. poſſit. in fin. D. de negot. geſt.
Menoch. de arbitr. caſ. 95. num. 5. & 6. poſt Bald. in l.
ampliorem in fin. C. de appell. Felin. in c. cum inter. nu. 7.
15 de re iudicat. † Cum etiam connexa ſint indiuidua:
Aym. conſ. 131. num. 2. poſt Ang. conſ. 326. ex themate.
col. 3. in 4. dub. Ancha. conſ. 160. præſupponitur in the-
mate. col. 2. verſ item dicitur. Menoch. de arbitrar. caſ.
91. n. 9. fol. 127. iuxta l. quod conclaue. D. de damn. in-
fect. l. prædiis. §. balneas. D. de legat.
Cum igitur ex prædictis iſti Tutores, & negotiorum
16 geſtores ſint conueniendi ſub eodem Iudice, † præ-
ualebit Eccleſiaſticus, cuius forus eſt maior, & ma-
gis principalis, quam forus ſecularis, nam iſtius po-
teſtas eſt aliquando ſub Epiſcopo, & Iudice Eccle-
ſiaſtico, non è contra, vt notatur in l. ex ea. D de po-
ſtuland. & in l. omni nouationi. C. de ſacroſ. eccleſ. & in
c. ſolitæ de maiorit. & obediend. & in §. 1. auth. quomod.
oport. ſanctiſſ & notat. Bald. in ſpecie. in l. vlt. n. 45. in fi.
verſ. & in eadē ciuitate ille eſt principalior. col. antepen.
17 in fi. C. de edict. diu. Adrian. tollend. † Cùm magis
dignus trahat ad ſe minus dignum c. per tuas de arbit.
cap. quanto de iudic. l. ſi communem. D. quemadmod. ſer-
18 uit amit. † & in propoſito noſtro Gomeſ. var. reſol.
tom. 3. c. 10. n. 6. Socin. conſ. 12. n. 17. ad fin. lib. 1.
Et quemadmodum iſta cauſa eſt indiuidua reſpectu
tutorum, vt dictum eſt, ita etiam erit talis reſpectu
19 hæredum, † inter quos ſi vnus ſit clericus, iudicium
erit agitandum coram eccleſiaſtico, nō autem corā
ſeculari: Farinaç qu. 8. n. 151. limit. 12. poſt princ. Cum
enim fuerit promiſſa redditio rationis adminiſtra-
tionis à teſtatore, & ſic ab vno in ipſa origine & ini-
tio, incipit etiam deberi ab vno, & ſic à principiu
20 nullam recipit diuiſionem, † vnde licèt decedente
promiſſore, multi extent hæredes, omnes tamen te-
nentur inſolidum, & actio eſt indiuidua, tanquam
ex eorum perſona non poſſit variari prima obliga-
tio, & qualitas illius, quæ ſemper durat indiuiſibi-
lis, prout erat ab initio, licèt etiam eſſent mille ſuc-
ceſſores, quia iam ſolidum eſt in eſſe deductum,
non autem à principio diuiſum, leg. 2. §. ex his. D. de
verb oblig Bart. in l ſtipulationes non diuiduntur. 72. n.
7. oppoſ. 6. D. eod. tit. bene Sund. de aliment. tit. 9. q. 14.
n. 12. vſque ad 17. Gomeſ. var. reſol. tom. 2. c. 10. de in-
diuid. nu. 24. verſ. 2. modo factum dicitur indiuiduum.
21 fol. 210. & notant † omnes in l. ſi is qui quadraginta.
79 §. quædam. D. ad leg. Falcid. & in leg. in executione,
85. vbi Caſtr. in princip. Alex. Ang. Iaſ. & alij commu-
niter D. de verb. oblig.
Quibus additur, quod contra tutorem, & eius hære-
22 des agitur ad factum, † non ad certum quid, cum
vigore promiſſionis de reddendo rationem & re-
liqua reſtituendo, debeat prius præcedere ratio
adminiſtrationis, antequam agatur ad certam rem
reddendam, vt notat in ſpecie Purpur. conſ. 359. nu.
23 2 ad med. verſ. tamen in caſu iſto lib. 1. † Cum poſſit
contingere, quod petens rationem remaneat debi-
tor, ſicut creditor, l. 1. D. de tutel. & rationib. diſtra-
24 hend obligatio autem facti eſt indiuidua. † l. in execu-
tione. D. de verb. oblig. Bart. in l. 4. § cato. vbi Iaſ. n. 2.
Rip. nu. 3. D. eod. tit. Surd. de aliment. tit. 9 qu. 14. nu. 6.
& 23. Vnde ſicut in perſona promittentis aderat
promiſſio indiuidua, talis etiam debet eſſe in per-
ſona hæredum, l. 2. §. ex his D. de verb. oblig. cum aliis
ſupra allegatis. Et ita poſt plures propoſitiones fuit
cauſa terminata, vt cognoſcatur in Curia quo ad
omnes tam clericos, quam laicos conuentos ad
redditionem rationum.

EPITOME.

Conceſſio pœnarum prouenientium ex delictis an comprehendat pœnas deſcendentes ex criminibus in alios perpetratis, quàm in perſonam concedentis. ¶ Et quid ſi non proueniant principaliter, ſed ſecundariò, & in conſequentiam ob contrauentionem ſuorum edictorum. ¶ Cauſa immediata an debeat attendi potius quam mediata. ¶ Confiſcationes an ſpectent ad Dominum, ſeu Vaſallum. ¶ Et quid ſi ſint factæ per officiales Domini. ¶ Vel poſt finitum feudum. ¶ Vel quando princeps prohibet ſub pœna actum de iure communi licitum, quamuis Vaſallus ſit inueſtitus cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione. ¶ Vel in pœna pecuniaria, in quam eſt commutata perſonalis. ¶ Sententia publicationis bonorum an trahatur ad bona exiſtentia extra territorium publicantis, ita vt illi ſint applicanda, vbi immobilia ſunt ſita. ¶ Et quid de mobilibus. ¶ Fiſcus vaſallorum quando ſubrogetur in locum fiſci Principis.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcationes, pœna, & mulctæ quibus applicentur, an Principi, vel aliis, pendet ex priuilegiis n. 2.*

3 *Conceſſio pœnarum prouenientium ex delictis comprehendit pœnas deſcendentes ex criminibus in alios perpetratis, non autē in perſonā Principis cōcedentis, n. 4. Dummodo non ſecundariò & in conſequentiam ob contrauentionem ſuorum edictorum n. 7. 8. & 9.*

5 *Reſtitutio conſeruat vnicuique ius ſuum integrum, & tantum dat quantum abſtulit.*

6 *Maleficia alicui conceſſa habent emolumentū annexū.*

10 *Cauſa immediata debet attendi tanquam potentior in concurſu cauſæ mediatæ, & immediatæ.*

11 *Pœnæ & confiſcationes an applicentur Domino, vel Vaſallo, quamuis per officiales Domini ſint bona confiſcata. n. 13.*

12 *Standum eſt obſeruantiæ.*

14 *Fiſcus Vaſallorum idem iuris habet quod fiſcus Principis tanquam in eius locum ſubrogatus.*

15 *Iudex vnus poteſt cauſam cognoſcere, & alius habere emolumentum.*

16 *Sententia confiſcationis bonorum trahitur ad bona exiſtentia extra territorium publicantis, ita vt illi ſint applicanda vbi immobilia ſunt ſita; quidquid ſit ius ſit in mobilibus.*

17 *Confiſcatio non pertinet ad fiſcum magiſtratus confirmantis ſententias latas per Iudicem Vaſalli, ſed ad fiſcum ipſius Vaſalli.*

18 *Pœnæ ſpectant ad Vaſallum tanquā ſint fructus iuriſdictionis, quāuis ante feudum finitum ſententia lata, ſed non executioni demandata, & quamuis ſit appellatum, & ſententia confirmata finito feudo.*

19 *Finis condemnationis deſcendit à cauſa delicti, & ad ſuūd principium eſt reducendum.*

20 *Cognitio & pœna ſpectat ad Principem prohibentem ſub pœna*

pœna ..... de iura communis legatum non ad Vaſallum inueſtitum de loco cum mero & mixto imperio,& cum omnimoda iuriſdictione, Contrarium eſt verius, numero 21.

22 *Pœna pecuniaria, in quam eſt commutata perſonalis ex voluntate Principis non ſpectat ad Baronem, ſed ad Principem.*

23 *Pœna ſuccedens in locum alterius pœnæ aſſumit naturam illius.*

CAPVT DCXLII.

POenæ prouenientes ex delictis, & compoſitiones, ac mulctæ, & confiſcationes quibus
1 applicentur an Principi, † vel alijs pendet ex priuilegijs, vt notant Doctor. *in ca.* 1. vbi Mart. Laud.
coll. & Præpoſit. *col vlt. qualit. vaſall. iurar. deb. fidelit.* Guid. Pap. *conſi.* 76 latè Boſſ. *de pœn. nume.* 25.
Quo ſtante in caſu noſtro non videtur adeſſe aliqua dubitatio an Communitati tales pœnæ debeantur, cum habeamus priuilegia Summorum Ponti-
2 ficum, † in quibus claré diſponitur, quod ex tribus partibus, duæ partes pecuniarum ex maleficijs Ciuitatis Anconæ prouenientes ex titulo, & cauſa onerosa liberè exigi & percipi poſſint per dictam Communitatẽ, mandando Camerario, Theſaurario, & alijs Miniſtris, & in dictis duabus tertijs partibus pœnarum, mulctarum, & aliorũ prouenientium occaſione maleficiorum, quæ in d. Ciuitate, eiuſq; Comitatu committuntur in perpetuum illam manuteneant in poſſeſſione exigendi, fruendi, gaudendi, percipiendi, leuandi, prout latius in eiuſdem priuilegijs continetur, in quibus etiã adſunt verba vniuerſalia pro pœnis, mulctis, confiſcationibus omnium ſeu cuiuſcunq; partis bonorum inflictis, & infligendis cuiuſuis criminis, exceſſus, & maleficij. & delicti, vel quaſi per quoſcumq, Præſides, Rectores, Gubernatores, & alios quoſcunq; officiales, & Iudices, qui in quibuſvis ciuitatibus caſtris, terris, & locis Eccleſiaſticæ ditioni ſubiectis iuriſdictionẽ quomodolibet exercerent .... noſtræ applicaſſet, & appropriaſſet.
Quare cum modo agatur de pecunijs ſolutis occaſione maleficij commiſſi in Ciuitate Anconæ. ſumus in caſu comprehenſo in priuilegijs ſtant ſint ſoluendæ dictæ duæ tertiæ partes communitati,
3 † maximè quia non tractatur de pœna occaſione alicuius delicti commiſſi in perſonam Principis, ſed de pœnis deſcendẽtibus ex criminibus in alios perpetratis, tunc enim illæ veniunt communicandæ iuxta portiones aſſignatas, vt in ſpecie in ſimili conceſſione diſtinguit Bald. *in ca.* 1. *co.* 8. *poſt med. ver. formatur etiam alia queſtio, nu.* 15. & ibi Præpoſit. *co. penul. in fi.* Affl. *nu.* 12. *da capita. qui cur. vendid. iuxta cõſi.* Oldrad. 148 *factum tale eſt per tot.* Gram. *conſi. crim.* 6. *nu* 5. Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. de caſtro rubei montis, nu.* 11. *co.* 3. *in princ. ver. pone princeps. conceſſit, ta.* 10. *par.* 1. *fol.* 190. Roland. *conſi.* 78. *n.* 16 *li.* 2. & *conſi.* 73. *n.* 13. & 14. *li.* 4. Boſſ. *de pœnis, n.* 28. latiſſimè Pereg. *de iur. fiſc. li.* 1. *tit.* 2. *n.* 94. & 95. *fo.* 27 Nat. *conſi.* 580. *nu.* 7. *vſq, ad* 16. Roſental. *de feud. ca.* 5. *conclu.* 4. *in litter. f. ad med. fo.* 114. *p.* 1. Aym. *conſi.* 128. *n* 7. & ibi Strac *in addi. ca.* 5. *in prin.*
4 & *ca. vlt. in fi.* vbi loquitur de breuibus apoſtolicis conceſſis Ciuitati Anconitanę, atteſtando, quod alias ita fuit ſententiatũ Romæ circa iſta maleficia.
Præſertim quia huiuſmodi priuilegia conceſſa Communitati Anconæ ſunt ex titulo oneroſo, cum ipſa fuerit reſtituta in priſtinum, & reintegrata ad talia beneficia, quæ antea ad eam ſpectabant, vt in Breui Paul. III. de quo Stracc *in addit. ad Aym cõſ.*
5 128. *n.* 5 *cum ſeq.* † Reſtitutio autem conſeruat vnicuiq; ius ſuum integrum *l. quod ſi minor § reſtitutio, D de minorib* & tantum dat quantum abſtulit; *l ſiquidem. C. de præt. maior.* Gozad *conſi.* 44. *n.* 12 &
6 valet argumentum, † Maleficia ſunt communitatis, ergo etiam emolumenta eius erunt. cum iſta conceſſio habeat emolumentum annexum, *l. ſi ſolum, § merum, D. de rei vendicat.* Aym. *conſi.* 128 *nu.* 3. & 6. & ibi Stracc *in addit. col. penult. poſt princ.*
Et non ſolum in caſu, de quo agimus, venient pœnæ prouenientes ex delictis in alios commiſſis, vt di-
7 ctum eſt, † ſed etiã illæ, quæ procedunt ex crimine commiſſo in perſonã Principis offenſi ſecundariò, & in conſequentiã propter contrauentionem edicti ab eo emanati, cum hoc caſu non ſit offenſa perſona ipſius principaliter, tanquã ſatis habeat vltionem ſuæ offenſæ ſi à Vaſallo delinquens puniatur, & eidem etiã pœna ſoluitur, vt latè in ſpecie declarat Gaſp. Ant. Theſaur. *in ſuo reſpon. pro defenſa. iur. vaſallor. pedemõt. quod eſt inſertum in ſuis ad-*
8 *dit. ad Theſaur poſt dec.* 133. *n.* 18. 29 & 31. † vbi quod ita intelligitur tex. *in c* 1. § *denique, qua fuit prim. cau. benefi amitend.* & conſ. Oldrad. 148. cum aliis, qui eum ſequuntur, quaſi tunc ſit ſpeciale in odium criminis læſæ maieſtatis, vt pœna ipſi offenſo applicetur, neq; enim adeſt eadem ratio quando ſecundario, & in conſequentiã Princeps offenditur,
9 † prout quando principaliter, qui multa etiam ſpecialia in hoc crimine læſæ maieſtatis ſtatuuntur, quæ non militant in alijs, iuxta *l. quiſquis § filij, C. ad l. Iul. maieſt.* Vnde nõ mirũ, ſi concurrente cau-
10 ſa immediata cum mediata, † debeat attendi cauſa immediata, quæ eſt potentior: Bald. *in l. ex placito, q.* 2. *C. de rer. permuta.* & *in l ſub prætextu, la* 1 *C. de tranſact.* Nat. *conſi.* 119. *nu* 2. & in propoſito A-
11 mod *de laudem. q.* 24. *n.* 41. † Et per conſequens in tali caſu pœna applicabitur domino immediato, *c. imperialem § illud de prohibit. feud. alienat. per federic.* Imol. & Roman. *in l. ſi finita, § ſi de vectigalibus de dam. infect.* & ibi Alex. *col.* 13. *q.* 3. Affl *dec.* 282. *in* 2. *dub. n.* 12. cum alijs per Nat. *conſ.* 119. *n.* 1. & 2. Et ita etiam in caſu noſtro habemus obſeruantiam, ſecundum quam fuerunt datę duę partes Communitati ex pecunijs ſolutis occaſione delicti acclamationis, & oppoſitionis Curię, quod habetur pro crimine læſæ majeſtatis, tanquam ſit offenſa per-
12 ſona principis ſecundario, & in conſequentiam, † cui obſeruantiæ ſtandum eſt: Aym. *conſi.* 118. *nu.* 2.
Neque obſtat, quod compoſitiones ſint factæ in Vrbe, & crimina ſint detecta per Iudices, & Commiſſarius Principis, Quia non attenditur per quẽ fuerit iudicatum, cum ſolum ſufficiat, quod maleficia ſint commiſſa in Ciuitate Anconæ, ad hoc vt pars confiſcationum illi applicetur, prout ita diſponunt breuia Summorum Pontificum quod etiã
13 eſt de iure, † ſecundum quod ſi confiſcantur omnia, quæ ſunt ſub domino vaſalli, per eos capiuntur quæcunq; ſub terris infeudatis fuerint reperta, quamuis per officiales Domini ſint bona confiſcata, prout in ſpecie concludit Roland. *conſi.* 21. *n.* 20. *li.* 4. quod voluit etiam Oldrad. *conſi.* 17. *n.* 12. *cum ſeq.* Plut. *conſi.* 130 *numer.* 15. *inter conſi. crimin. diuer. to.* 1. Marti Garat. Laudens, *conſi.* 58. *alias* 59.

*n.31.inter 6.conſi.crimi.to.1.fo.43.& in tract.de fiſco q.24 in fi.*Oſaſc.*dec.29.n.9.*Boer.*dec.264.nu.7.poſt princ.ver.dato etiam quod proceſſus*, Peregr. *de iur. fiſc.li.5.ti.1.nu.139.fo.260.*benè Ranchin. *in addi. ad Guid.Pap.dec.341.in verb.in criminibus fo.483.*& eſt tex.*in l.fi.C.de exactorib.tributor. lib.10.*Guliel. Benedict.*in ca. Rainutius,in verb.& vxorem nomine Adelaſiam.in princ.nu.243.cum ſeq.de teſtam.fo.62.* Gaſp.Anton.Theſaur. *in ſuo reſponſ. inſerto in addit.ad Theſaur.poſt dec.133.n.28.fo.57.*Maſuer.Albe. Brun.Io.ab Eccleſ.& alij per ſupradictos allegati.

Quorum ratio eſt, quia tunc fiſcus vaſallorum idem
14 iuris habet, quod fiſcus Principis, † tanquam in eius locum ſubrogatus Natt.*conſil.346.nu.2.& 3.* Roland.*conſil.21. numer.23.& 24. lib.4.*Peregrin. *de iur.fiſc libro 5.tit.numero 139.in fi.fol.260.* Cum etiam nouum non ſit,vt vnus Iudex cognoſcat,&
15 alius habeat emolumenta.† Oldrad *conſil.17.numero 12.per tex.in l.his verbis,§.fi.D. de legat.3.*

Et facit, quod dicimus de ſententia publicationis bonorum; quæ etiam trahitur ad bona exiſtentia extra territorium publicantis,ita vt illa ſint appli-
16 canda,vbi bona immobilia ſunt ſita,† non autem vbi lata eſt ſententia,nec vbi habet originem condemnatus,& tamen non habetur conſideratio per quos Iudices feratur,quidquid ſit de bonis mobilibus,*l.quicumq, §.vniuerſi C. de hæret.& manich.c. 1.§. ſi iudex, de pac. tenend.in vſib. feudo,* Roman. *ſing.578.licet magna ſit quæſtio,n.1.*& ibi latè Addit. *in princ.*& concludunt Bart.& alij *in l. cunctos populos Cod de ſacroſ & in l.ex facto proponebatur.35. D.de hæredibus inſtituend.*Marſil.*in l.fi.numer.186. D de iuriſd.&t.omn.iudic.*Ranchin.*in addi.ad Guid. Pap.quæſt.341.in verb in criminibus* Alex.latè *conſ. 16.& 51.li.1.*Aret.*de malefic. in verb. & eius bona publicamus,nu.5.*& ibi Auguſt.Ariminn. *col.3.*plenè Surd.*dec.280.nu.9.* Nat.*conſ.588.n.14.*Roland *cóſ. 78 num.14 lib.2.*Brun.*conſi 31.col penult.* Cæteros conſultò omitto, quia non eſt diſputatio noſtra.

Ideò etiam, quando Dominus ſupremus cognoſcit in caſu appellationũ,vtendo iuriſdictione ſibi reſeruata,licet emolumentum proueniat ex ſenten-
17 tia confirmante,non ex confirmata,† tamen illud vaſallo competit, non enim attenditur, quod dictũ emolumentũ proficiſcatur à iuriſdictione reſeruata, quia non eſt acceſſorium tale, quod ſpectet ad Dominum, ſicut etiam dicimus, quando confirmentur ſententiæ capitales, & pœnam ſanguinis exigentes, quibus eſt annexa confiſcatio bonorum,quæ ab officialibus vaſallorum proferuntur, Nam illis confirmatis non pertinet confiſcatio ad fiſcum Magiſtratus confirmantis, ſed ad fiſcum vaſalli,etiam quod Iudex Principis de cauſa cognouerit, prout ita ſeruari teſtatur Gaſp. Ant.Theſaur.*in ſuo reſponſ inſerto in addit.Theſaur. poſt deciſ.133.numero 28 ad med.*iuxta adducta per Maſuer.*in prax titul.de pœn.numero 16.*

Et paſſim tales pœnæ,& mulctæ,ac bonorum publi-
18 cationes ſpectant ad vaſallum,†tanquam ſint fructus iuriſdictionis,etiam ſi ante feudum finitum. vel ante illum ſententia condemnatoria irrogans pœnam, & publicationem fuerit lata,non tamen executioni demandata,ita vt etiam ſi à tali ſententia condemnatoria ante finitum feudum fuerit appellatum,& demum illa ſententia,finito feudo ſit confirmata,nihilominus huiuſmodi pœnę ad vaſallum,non ad dominum pertineant,prout omnia prædicta in ſententia conditionali late comprobat Schrader.*de feud.2.par.9.part.princ.ſect.3.n.12. vſq; ad 15.to.1.fol.518.*poſt Addent.ad Alex. *conſi. 7.n.6.ver.primum,li.3.*Roſental.*de feud.c.10.con-*
16 *clu.42.nu.64.cum ſeq to.2.fo.214.*† vbi etiam,quod finis condemnationis neceſſariò deſcendit,& dependet à cauſa delicti,ideò ad illud principium eſt reducendum, quaſi iam dies ceſſerit quo ad natiuitatem actionis, vnde meritò erunt debitæ iſtæ pœnæ vaſallo, qui tempore delicti erat dominus: Iaſ.*in l.more,5.nu.22.D.de iuriſd.omn.iudic.* Alex. *in l.diuortio,§ ſi vir.n.11.D.ſolut.matrim.*cum alijs per Roſental.*de feud.ca.10.conclu.42.in litter.rrr.*

Non obſtat Surd.*conſi.152.nu.16.li.2.* quem ſequitur Menoc.*conſi.604.*& Pancirol. *inter conſi. eiuſdem*
20 *Menoc.conſi.605.li.7.*†Vbi concludunt,quod quãdo Princeps prohibet ſub pœna actum de iure communi licitum, cognitio & pœna ad eum ſpectat,non ad vaſallum,quamuis inueſtitum de loco cum mero,& mixto imperio,& omnimoda iuriſdictione,ac regalibus, cum alijs clauſulis ampliſſimis, Quia iſta non applicantur ad caſum noſtrum,cum agamus virtute priuilegiorum Summorum Pontificum, in quibus ex titulo oneroſo Communitas Anconæ eſt reſtituta,& reintegrata ad maleficia,quæ prius erant ſua, vnde virtute dictorum priuilegiorũ ſunt debitæ tales pœnę,quid-
21 quid aliud prætendatur de iure,† Quamuis etiam inſpecto iure communi verior ſit opinio contra Surd.vt teſtatur Gaſp.Anton.Theſaur.*in ſuo reſpõſ. inſerto in Addit.ad Theſaur.poſt dec.133.per tot.*latiſſimè Pereg.qui omnibus adductis perSurd.Menoc.& Pancirol.reſpondet *conſi.25.li.5.& in tract. de iur.fiſc.li.5.ca.1.de publicat.bonor. n.139.fo.260.* Franc. *deciſ.434.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum: Roland.*conſi.21.li.4.*Boſſ.*in tit.de Princip. num.25.*

Prout etiam non obſtat Capic.*conſi.27. num.19.in fi.* Quia loquitur de pœna corporali commutata in
22 pecuniariam † ex voluntate Principis, quæ tunc non ſpectabit ad Baronem,ſed ad Principem,pœna enim ſuccedens in locum alterius pœnę debet
23 ſapere eius naturam, † *l.ſi donator,§ ſi ſponſus de donat. int. vir.& vxor.*Ioan.Rub. Alexan. *de poteſtat.procurator.in cauſ.criminalib.nu.195. tom.11. part.1. fol.211.* Quod non facit ad caſum noſtrum, in quo nulla eſt facta commutatio pœnę,ſed adeſt ſimplex condemnatio pecuniaria, & quidquid ſit de dicta opinione, nos innitimur priuilegijs, in quibus applicantur iſtæ pœnę Communitati,quæ ſunt attendenda cum in huiuſmodi materia confiſcationum ſtetur voluntati principis, cuius debeant eſſe Boſſ *de pœn.numero 25.*

EPITOME.

Expenſæ factæ per vnũ ex fratribus ſocijs omnium bonorum pro ſtudio,& doctoratu,& ducendâ vxore,& magiſtratu aſſumpto,& ſimiles reſultantes in honorem omnium fratrum an imputentur ſocietati.¶Filia vnius ſocij,quando ſit dotanda de bonis communibus ſociorum. ¶ Et quid in hoc operetur ſcientia,& non contradictio cõmuniter viuentium. ¶ Vniuerſalis ſocietas an poſſit contrahi tam expreſſè,quàm tacitè.¶ Et quo caſu dotes, & aliæ expenſæ imputentur in legitimam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sumptus facti in perſona vnius ex fratribus pro ſtudio, & doctoratu ſunt extrahendi de communi, & imputantur ſocietati, nu. 3 4. & 17. Intellige vt nu. 5.*

2 *Expenſa qua tendunt in honorem omnium fratrum omnes tangunt.*

6 *Debita contracta per vnum ex fratribus ſociis omnium bonorum pro aſſumptione in magiſtratum debent eſſe communia, numero 8.*

7 *Impenſa facta per vnum ex ſocijs in ducendo vxorem eſt ſoluenda per omnes ſocios.*

9 *In ſocietate omnium bonorum omnia ſunt æqualiter diuidenda.*

10 *Societas vniuerſalis poteſt contrahi tam expreſſe, quàm tacite, numero 11. & 12.*

13 *Filia an debeat dotari de communibus bonis ſociorum vniuerſalium, & numero 14.*

15 *Expenſæ erogatæ per patrem ad honorem filij non computantur in legitimam. Secus in dote, numero 16.*

18 *Scientia, & non contradictio fratrum communiter viuentium de expenſis factis per vnum ex fratribus, & dotibus per eum datis operatur, vt ſint imputanda ſocietati. Amplia vt numero 19.*

CAPVT DCXLIII.

STante communione, & ſocietate vniuerſali omnium bonorum, quæ præſupponitur inter
1 fratres concludendum eſt, quod ſumptus facti in perſona vnius ex fratribus occaſione ſtudij, & doctoratus, ſunt imputandi ipſi ſocietati, & extrahendi de communi, non autem adſcribendi ipſi ſoli expendenti, cùm enim iſtæ expenſæ tendant in ho-
2 norem omnium fratrum † omnes tangunt, *l. ſi ſocietatem vniuerſarum, 74. ad fi.* vbi Gloſ. *in verb. imputanda. ff. pro ſocio l. quæ vtiliter, 47. ff de negot. geſt. l. ex parte, § filius reipublica, ff. famil. erciſcund.* Crot. *conſil. 180. numero 2. & 7. in fi. libro 2.* Roland. *conſil. 91. numero 34. & 35. libro 1.* Bero *conſil. 190. num 5.*
3 *li. 1.* † & ita in ſpecie expenſarum ſtudij, & doctoratus concludit Bald. *in tract. de duob fratribus* quod eſt poſt tract. Bart. *eod. tit. nu. 28. fo. 114.* quidquid ali-
4 ter ſenſerit Rom. *conſ. 145. nu. 2.* Quia † contra eum eſt verior opinio, vt late comprobat Ruin. *conſi. 101. nu. 10. col. 6. 7. & 8 lib. 1.* vbi reſpondet omnibus per Rom. adductis, prout etiam concludit Petr. de Vbald. qui multa adducit *in tract. de duob. fratrib p. 6. q. 7. n. 8. tom. 6. pa. 1. fo. 150.* Surd. *de alim tit. 1. qu, 85. nu. 1. & 2.* Borgn. *dec. 11. n. 22. p. 2.* Coſt. *de fact. ſcient. & ignorant. centur. 2. diſtinct. 95. nu. 7.* & latius declarat Bald. *in l. ſi patruus, 4. nu. 10. & 11.* & ibi Addit. *in*
5 *verb. proprio, C. commun. vtriuſq. iudic.* † Vbi quod contrarium tenentes loquuntur, quando non conſtaret, quod tales fratres eſſent ſocij omnium bonorum, ſubdens ita eſſe intelligendum Speculat. *de iudic. § ſequitur, col. 4. ver. quid ſi vnus ex cohæredib. nu. 10.* & notat etiam Menoc *de arbitr. caſ. 127 nu. 4. vſque ad 8. fol. 147. & conſil. 375. numer. 8. lib. 4.* Felic. *de ſocietat. ca. 27. numer. 60. fol. 314* & Ruin. *d. conſil. 101.* ſequitur etiam Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 6. tit. 20. numero 45.*

Quare etiam dicimus, quod debita contracta per vnū
6 ex fratribus ſocijs omnium bonorum † cum Republica occaſione aſſumptionis in magiſtratum debent eſſe communia, quidquid ſecus ſit, quando talis ſocietas non eſſet vniuerſalis: Roland *conſi 91. nu. 35. li. 1. iuxta l ex parte, § filius ff. fam. erciſc.* Prout etiam idem eſt de impenſa facta ab vno ex fratri-
7 bus in ducendo vxorem, & de conuiuiis, † quæ fiunt tempore nuptiarum, & in puerperiis ſeu iacinis eiuſdem vxoris, quia præſuppoſita communione omnium bonorum imputantur ſocietati: Surd *de alim tit. 1. q 85. nu. 3. in princ. & in fi.* vbi ita declarat
8 Bertrand. *conſ. 30. lib. 2. p. 1.* † qui loquitur, quando non eſſent ſocij omnium bonorum, prout etiam loquuntur omnes per Bert. adducti, & comprobat etiā Menoch. *de arbitr. caſ. 127. n. 2. & conſ. 375. n. 8. lib. 4.*

Ratio autem huiuſmodi diſtinctionis eſt, quia cum omnia ſint communia in ſocietate omnium bo-
9 norum, † omnia etiam æqualiter ſint diuidenda, non habita conſideratione, quod vnus expendat plus aliis etiam extra cauſam ſocietatis, ſicut etiam acquiſita extra cauſam ſocietatis acquiruntur ipſi ſocietati: Aym. *conſ. 159. n. 7* poſt Soc. *conſ. 291. col. 1. in fi. verſ. facto iam igitur fundamento. & col ſeq. lib. 2.* Iaſ. *in l. vlt. n. 4. in fin.* vbi Dec. *num. 4. C. de collation.* Idem Iaſ. *conſ. 5. col. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 2. col 8. in princ. verſ. 8. conſiderandum, lib 3.* Purpur. *in l. ſi paciſcenda. n. 3. C. de pact.* Menoch. *de arbitr. caſ. 127. n. 2. fol. 147.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 85 nu 3 & 4.* Roland. *conſ. 91. n. 57. lib. 1.*

Neque debet attendi, quod ſocietas ſit contracta in omnibus bonis tacitè, vel expreſsè, cum vtroque
10 modo poſſit contrahi, † Quamuis enim Gloſ. *in l 3. § cum ſpecialiter, & in l. coiri ff. pro ſoc.* concludat, quod vniuerſalis ſocietas non contrahatur niſi expreſsè, Tamen communis opinio eſt in contrarium, quod ſufficiat, vt fratres ſe geſſerint tamquam ſocij omnium bonorum, faciendo actus conformes,
11 & varietatem non habentes † cum aliis requiſitis in huiuſmodi ſocietatibus vniuerſalibus, nam ex iſtis etiam tacitè poteſt contrahi generalis ſocietas, Soc. *conſ. 291. n. 1. lib. 2.* poſt Bart. Bald. & alios *in l. ſi titium & meuiū, § altero. ff. de adminiſt. tut.* Anchar. *conſ. 302. materia de qua quærit. col. 1.* Aym. *conſ. 26.*
12 *n. 5.* vbi teſtatur de communi, † & quod malè ſentiunt contrarium ſequentes Iaſ. qui etiam dicit veriorem ſententiam *conſ. 2. col. 11. poſt med. & conſ. 3. col. 4. ad med. lib. 3.* Dec. *conſ. 68. col. 4. verſ. vltimo non obſtat. & conſ. 304 col. 2. & in auth. quod lecum, col. fi. C. de collation.* Roman. *conſ. 291. n. 4.* & ibi late Mand. *in verb. ſocietatem.* Corn. *conſ. 59. col. 1. lib. 1.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. li. 6. tit. 9. nu. 5.*

Non obſtat, quod neque filia debeat dotari de com-
13 munibus bonis ſociorum vniuerſalium: Natt. † *conſ. 100. n. 6.* Rom. *conſ. 145.* Crot. *conſ. 180. n. 3. lib. 2.* cum tamen talis expenſa ſit ad honorem filiæ. Rol.
14 *conſ. 91. n 34. lib. 1.* Quia † omiſſo, quod multi tenent contrarium, prout late comprobat Dec. *conſ. 66. de duobus quæritur, col. 4. in fi. verſ. his tamen minimè obſtantib.* Socin. *conſ. 4. cum duob. ſeq. lib. 4.* Alex. *conſ. 70 lib. 5.* Aym. *conſ. 159.* Ruin. *conſ. 101. num. 26. & conſ. 104. lib. 1.* cum aliis per Surd. *de alim. tit. 1 qu. 85 nu. 7.* Rol. *conſ. 91. per tot. lib 1.* Menoch. *de arbitr. caſ 127. n. 3. & conſ. 375. n. 11. li. 4.* vbi allegat Io. Bapt. de Bentiuol. de Saxoferrat. & latiſſimè hanc opinionem tanquam magis veram, & communem defendit Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 6. tit. 20. n. 23. vſque ad 60* cum aliis per Coſt. *de fact. ſcient. & ignor. centur. 2 diſtinct. 96. num 1* Turret. *conſil. 7. lib 2.* Thob. *conſil. 64. numer. 3. cum ſeq.*

Reſpondetur, quod quidquid ſit in dote, aliud eſt
15 in erogatis ad honorem filij, † cum iſtæ expenſæ

per patrem non computentur ipſi filio in legitimã,
*l.ſi filia,§.neratius,ff.famil.erïſcund.*Dos autem com-
16 putatur filiæ in legitimam, † *l.quoniam nouella, C.
de inoffic.teſtam.*& ita in ſpecie reſpondet Crot.*conſ.*
180.*numero* 8.*vſque ad* 12.*libr.*2. Vbi quod de vno
caſu ad alium non eſt licita argumentatio, Ideò
cum habeamus Doctores præcisè loquentes de ex-
penſis ſtudij,non eſt ab eorum opinione diſceden-
dum maximè propter diſpoſitionem tex. *in l. ſi ſo-
17 cietatem vniuerſarum, ff. pro ſocio* † cum alijs iuri-
ribus ad hoc propoſitum adductis per Card. Man-
tic.*de tacit.& ambig.conuentionib. lib.*6. *tit.*20. *num.*
23.Bero.*conſi.*190.*num.* 5. *lib.*1.

Quibus additur, quod fratres agnouerunt æs alienum
contractum per alterum fratrem pro expenſis ſtu-
dij,ſoluendo fructus cenſus impoſiti occaſione ta-
18 lium expenſarum, † ob quam ſcientiã,& non con-
tradictionem aliorum fratrum communiter viuen-
tium,& exiſtentium in vniuerſali ſocietate,iſtæ ex-
penſæ, & ſimiles,immò etiam dotes filiarum vnius
ex fratribus imputantur eidem ſocietati:Socin.*con-
ſil.*291.*num.*7.*cum ſeq.lib.*2.*& conſi.*5.*num.*11.*lib.*4.
Dec.*conſi.*66.*de duobus quæritur, col.penult. ad med.
ver.circa quartum dubium,& conſi.*68 *pro reſolutione
caſus propoſiti,num* 3.*ad med.& num.*4.*ver.confirma-
tur auctoritate* Alciat.*conſi.*40. *nu.*1.Aym. *conſi.*159.
*nu.*4.*ver. immò inter ſcientes,*Card.Mantic. *de tacit.
& ambig.conuentionibus,lib* 6.*ti.*20. *nu.*59,cum alijs
per Borgnin.*deci.*11.*num.*17.*&* 22. *par.*1.Bero.*conſi.*
90.*nu.*2.*vſq. ad n.*41.*li.*1.Thob.*conſi.*64.*nu.*14.Coſt.
*de fact.ſcient.& ignorant.centur.*2. *diſtinct* 95. *n.*3.*&*
19 4.Vbi † quod procedit tam in dote promiſſa, quàm
ſoluta, itavt præmortua vxore ſine liberis lucrum,
quod defertur,ſit communicandum ſocietati:Dec.
*conſi.*560.*notiſſima,nu.*3.*&* 4.Borgn.*dec.*11.*n.*25.*iux-
ta l. quod ſi eo tempore, ff. pro ſocio.*

EPITOME.

Procutator quando poſſit conſtitui per tutorem ad contrahendum pro pupillo,& ad petendum decretum ſuper alienatione per eum facienda. ¶ Solemnitas an requiratur in executione actus iam facti,& cauſa cognita firmati. ¶ Induſtria perſonæ quando ſit electa, itavt ſubdelegatio non ſubſiſtat. ¶ Conceſſio emphyteuſis an reguletur à perſona immediatè laicali, ſeu ab Eccleſiâ mediatâ. ¶ Soluens canonem in aliâ ſpecie, quam conuenta an acquirat ius,vt non poſſit cogi, niſi ad ſolutionem ſolitam. ¶ Et quando præſumatur bona fides, etiã non probato titulo in ſoluendó vnam rem pro aliâ. ¶ In quibus caſibus admittatur conſtitutio procuratoris tàm in iudicijs,quàm extra. ¶ Et quando ad hunc effectum ſit neceſſaria litis conteſtatio.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non habet facultatem conſtituendi procuratorem ad contrahendum pro pupillo. Intellige quando conſtitueret aliquem ad petendum decretum ſuper alienatione per pupillum facienda, n.*2.3.6.8.12.*&* 16.
4 *Procurator poteſt dari ad vnum actum adminiſtrationis,per quem etiam poterit peti tutor.*
5 *Procurator in omni caſu regulariter admittitur. num.* 18.*&* 22. *Fallit numero* 19.
7 *Cauſæ cognitio debet præcedere alienationem bonorum pupilli,ſine qua decretum non poteſt interponi.*
9 *Actus requirens præſentiam alicuius non poteſt fieri per procuratorem,numero* 10.
11 *Alienatio facienda per minorem non valet ſine auctoritate tutoris, numero* 17.
13 *Solemnitas non requiritur in executione actus iam facti,& cauſa cognita firmati,& numero* 24.
15 *Præſentia Principis eſt loco decreti,& ſupplet omnem ſolemnitatem.*
20 *In iudicijs non conſtituitur procurator per tutorem ante litis conteſtationem per quem efficitur dominus litis,& quodammodo contrahit,numero* 21.
23 *Induſtria eſt electa, quando aliquid committitur per verba perſonalia.*
24 *Verba potius intelliguntur demonſtratiuè, quàm taxatiuè.*
25 *Expreſſio officij non conſideratur,vbi habetur reſpectus ad perſonam.*
26 *Delegatio actus ex quibus clauſulis dicatur prohibita,num.*27.28.*&* 29.
29 *Conceſſio regulatur à perſona immediatè laicali, non ab Eccleſia mediata.*
31 *Vtilitas contractus pupilli in quibus conſiſtat.*
32 *Vtile per inutile non vitiatur in contractibus emphyteuticis.*
33 *Clauſula pro extraneis, an ſit ponenda in emphyteuſi laicali.*
34 *Minor factus maior cenſetur ratificaſſe contractum.*
35 *Soluens per multos annos canonem in alia ſpecie,quam in conuenta,acquirit ius,quod non poſſit cogi,niſi ad ſolutionem ſolitam.*
36 *Tempus triginta annorum facit præſumere bonam fidem etiam abſque probatione tituli in ſolutionibus vnius rei pro alia.*

CAPVT DCXLIV.

PRo validitate contractus, de quo quæritur,
concludendum eſt, Nam licèt fuerit geſtus
1 per deputatum à tutore, † qui non videtur habere
facultatem conſtituendi procuratorem ad contra-
hendum pro pupillo,Gloſ.*in l.minorum,*6.*C.de præd.
minor.*Teſtamen hoc intelligitur in caſu,in quo tu-
tor conſtitueret aliquem ad petendam interpoſi-
tionem decreti ſuper alienatione per pupillum fa-
2 ciẽda,†vt declarat Iaſ.*in l.*2.*in fi.n.*12.*ver.adde quod
eodem modo,*& ibi etiam Soc.*n.*1. & Rom.*in fi. ff.de
offic.eius.*Idem Roman.*ſing.*407.*poteſtne tutor, nu.*1.
Corn.*conſi* 98.*nu.*2.*li.*1.Soc.*conſi* 239. *præſentis con-
ſultationis,col.*3. *in princ.ver. quinimo videtur valere
conſtitutio,nu.*4.*ad med.lib.*2.Roland.*conſi.*33.*nu.*21.
*lib.*1.Ang.*in l.poſt mortem,§.neque adoptare,in fi.ver.
quid de decreto, nu.*6. *ff.de adoptionibus,*Gram.*conſi.*
137.*n.*16.Card.Alban.ad Bart.*in l.magis puto,§.ſi pu-
pillus,n.*3.*ff.de reb.eor.*Simoncel.*de decret.li.*1.*tit.*1.
*inſpect.*2.*n.*80. *fo.*39.Gomeſ.*de annal.q.*65.*poſt princ.
ver ſimile videmus in decreto ſuper alienatione rei mi-
noris fol.*311.poſt Iaſ.*in l.*1.*§.item acquirimus, nu.*15.
*col.*2.*in fi.ver.confirmatur per bonum, ff.de acq. poſſeſ.*
Caſſan.*ſuper conſuet. Burgund. rubr.*4. *tit.des droicts
& appartenances,§.*1.*in tex.ibi & auctoritate,nu.*3.*fo.*
3 516.Cæteros conſultò omitto, † quia eſt opinio ab
omnibus approbata, & in iſtis terminis omnes ità
loquuntur,prout benè etiam explicat Dec. *in l.*2.*in*
2.*notab.ver.hoc tamen dictum ff.de offic.eius cui mãdat.
4 eſt iuriſdict.* † vbi amplius tenet,quod ad vnum actũ
adminiſtrationis procurator dari poteſt,cum etiam
per procuratorem poſſit peti tutor, *l. cum à matri-
bus,*8.*C.qui petãt tutor.*Maxime quia in omni cauſa
procurator † admittitur,*l.*1.*§.vſus.ff.de procurator.*

l.licet

l.licet C.eod. tit. Ang. *in l.3. ff. rem rat.haber.*Socin.
conſil.48.numero 9 ad med. libro 1.

In caſu autem, de quo agitur, non fuit datus aliquis
procurator à tutore ad petendum decretum ſuper
alienatione bonorum, quia ſolùm fuit conſtitutus
ad celebrandum contractum, cuius cauſæ cogni-
6 tio præceſſit coram Principe, † ob quam cauſæ co-
gnitionem coram ſe factam poſteà idem Princeps
conceſſit licentiam contrahendi, habilitando pu-
pillum ad talem effectum abſque vllâ ſolemnitate,
& ſine aliquo Iudicis decreto, non ſecus ac ſi ipſe
pupillus eſſet vir legitimæ & perfectæ ætatis, pro-
vt latius in decreto Ducali continetur.

Ratio autem differentiæ, quia quando petitur decre-
tum ſuper alienatione rei pupilli, debet præcedere
7 cauſæ cognitio, † cùm ſine eâ non poſſit decretum
interponi *l.magis puto,§ non paſſim.ff de reb.eor.l.lex
qua tutores,in prin.ff.de adminiſtr.tut.*Corn.*conſi.98.
num.1.lib.*1. Vnde non mirum, ſi tutor non poteſt
petere interponi decretum à Iudice per procura-
torem, quia petendo tale decretum etiam ipſe au-
8 ctorizat vendentem, † nam conſtituere ad hoc
procuratorem in effectu nihil aliud eſſe videtur,
quàm per procuratorem actui conſentire, itavt per
ſubmiſſionem talium procuratorum poſſit de faci-
li occurrere deceptio, quare ipſe tutor debet co-
gnoſcere, non procurator, cuius fides non videtur
electa, ſed tutoris, provt declarat Soc.*in l.1.§.item
acquirimus,in 8.conclu. num.19.ad med.ff.de acquir.
poſſeſſ.*Caſſian. *ſuper conſuet. Burgun. rubr.4. tit.des
droicts & appartenances,§.1.in textu ibi & in auctori-
9 tate nu.3.fol.*516. † & ita etiam notat idem Soc.*conſi.
48.nu.9.li.*1. vbi quod in caſibus, in quibus ad ſo-
lemnitatem actus requiritur præſentia alicuius,
tunc ille actus non poteſt fieri per procuratorem:
Felin.*in c.vlt.col.2.in fi.ver.per quæ infert,de offi. de-
leg.*Abb *in c.fi.nu.*12. *de dilation.* cum alias permit-
10 tatur, & ita etiam loquitur Ang. † *in l.3.ff. rem rat.
haber.*poſt Innoc.Hoſt.Io.Andr.& Butr.*c. cum deſi-
deres, de ſentent. excommunicat.* Provt eſt in aliena-
11 tione facienda per minorem, quę non valet, † ſi non
interueniat conſenſus, & auctoritas tutoris,*l.1.in
princ.ff.de reb. eor.l. neque,& l. cum qui,Cod.de auct.
præſtand.*Bern *conſi.*118.*num.*24. *li.*1.cum alijs latè
per Simoncell.*de decret.lib.*1.*tit.*1. *nume.*56.*fol* 32.

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non requirebatur con-
ſenſus, neque auctoritas tutoris, & iſta cauſæ co-
12 gnitio non erat adhibenda, † quia iam fuit adhibi-
ta coram Principe, qui non habilitauit pupillum ad
contrahendum, niſi prius ſeruatis ſeruandis fuiſſet
cognitum contractum gerendum tendere in vtili-
tatem pupilli, vnde ceſſante iſtâ ratione cognitio-
nis cauſæ, non erit prohibita conſtitutio procura-
toris ad gerendum pro tutore hunc actum admini-
ſtrationis, in quo nihil aliud erat faciendum, quàm
exequi ordinationem Principis dantis licentiam
13 ad huiuſmodi actum celebrandum, † tanquam
tendat ad executionem actus iam facti, & cauſa
cognita firmati, itavt amplius nulla alia ſolemnitas,
nec cauſæ cognitio requiratur: Gloſ.*in l. 3. §. ſed
vtrum,in verb.inuito patre, ad med.ver.ratio eſt,* vbi
Bald.dicit illam ſingularem, *ff.de minoribus,*Bart.*in
l.tutor rerum.ff de adminiſtr.tutor.*Socin *in l.1 §.item
acquirimus,numero 14.ff.de acquir poſſeſſ.& conſi.48.
num.9.ad med lib.*1.Pariſ.*conſi.*85. *nu.*50. *lib.*3.Ro-
land.*conſi.99.nu.45.li.*1.cum alijs per Lamberteng.
*ſuper ſtatut. de contract.minor. gloſ.*1.*n.3.q.*2.Cagnol.
in l.ſingularia,nu.72.ff ſi cert. petat. Alex.*conſ* 64. *col.
1.lib.* 2.Surd.*conſ.*191.*nu.*19.*lib.*1.*& dec.77.n.*5.

Prout etiam quando in conſtitutione mandati eſſet
facta ſolemnis diſcuſſio, ſeu cognitio certi contra-
ctus gerendi per procuratorem ſuper re certa, de
14 modo, & forma, † vtilitate, vel inutilitate, tunc in
contractu procuratoris ita diſcuſſo nõ requireretur
eadem ſolemnitas: Soc.*in l.1.§.item acquirimus n.*28.
*verſ.ſeptima concluſio. ff de acquir. poſſeſſ. iuxta conſ.
Feder.95.al.n 10.incip.factum tale eſt, abbas ſubiectus,
col.1.&* 2 Laurent. de Rodulph. *in c.ſine exceptione.*
12 *q.2.col.4 q.11.&* 18.poſt Gloſ. *in l.cum mandato,*
15 *ff.de minorib.* † Quamuis hæc dicta ſint ex abundan-
ti, quia cum habeamus decretum ducale, per quod
remittitur omnis ſolemnitas tam iuris, quàm ſtatu-
torum, vt dixi ſupra, non eſt amplius quærendum an
in tali contractu per pupillum faciendo, ſeu per pro-
curatorem nomine ipſius ſint adhibendæ aliquæ ſo-
lemnitates, tamquam coram Principe omnia fue-
rint diſcuſſa, cuius præſentia eſt loco decreti, & ſup-
plet omnem ſolemnitatem: Bald. & Salic.*in l.1.C.
quand. decret.opus nõ eſt.*Cephal.*cõſ.*316.*n.*58.*li.*3. Ro-
land.*conſ.54.n.12.lib.*2. Menoch. *conſ* 508.*n.*32.*li.*6.

Et ita etiam declaratur Gloſ. *in l neq; tutores.*11.*in verb.*
16 *interueniente, in princ.C de procurat.* † vbi concludit,
quod quando tractatur de alienatione rei immo-
bilis pupilli; tunc non poteſt conſtitui procurator
per tutorem cum ipſe tali alienationi faciendæ de-
beat præeſſe, provt etiam notat ibid. Sicard.*in fin.*
Alex.*conſ.189.n.1.lib.*7. Quia in hoc caſu requiritur
17 cauſæ cognitio, cum decreto Iudicis, ac aliis ſo-
lemnitatibus, cum tutor nõ poſſit abſq; illis alienare
res immobiles pupilli,*l.magis puto, §.non paſſim.ff.de
reb.eor.*Ang.*in §.nunc admonendi col.2.inſt.quib.alie-
nar.non lic.* Pariſ *conſ* 98.*cum duob.ſeq.lib.*1. *& conſ.*
75.*li* 3 Imol *conſ* 94.*col* 2. Affl.*dec* 229.Rol.*conſ.*99.
*n.*3.*lib.*1.Simonc.*de decret.li.*2.*tit.*6.*inſpect.*1.*nu.*16.
*fol.*84.Plot.*in l.ſi quando,n.*198.*C.vnd.vi.*Caual.*de
tut.n.*130.Maſſil.*in rubr C.de probat.nu.*342.

Diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo non requiritur am-
18 plius alia ſolemnitas, neque cauſæ cognitio, † cum
omnia neceſſaria fuerint adhibita coram Principe,
adeo vt nihil aliud gerendum ſit, niſi executio li-
centiæ datæ ad ita ſpecialiter contrahendum, vt
dictum eſt, ideo non mirum, ſi poteſt ad iſta exe-
quenda conſtitui procurator, provt paſſim procu-
ratores conſtituuntur per tutores etiam in cauſis
grauibus: Petr. Stell.*in repet.l.nec quicquã,§ vbi de-
cretum.n.32.ff de offic. procon.ſ.vol* 1.*fol.*194. poſt Cin.
19 *in l.neq. tutores.*11.*n.*3.*C.de procurat.* 7 vbi quod eſt
ſpeciale in caſu *l.minorum,C.de præd.minor* vbi non
poſſit conſtitui procurator. Bart *in d.l.neq. tutores,
in* 1.*lect.n* 6.*& in* 1.*lect.n.*18.*in fi* & ibid. Sicard.*n.*2.
20 *&* 3. † vbi etiam quod contraria procedunt in iu-
diciis, in quibus non conſtituitur procurator per
tutorem ante conteſtationem litis, quaſi tunc non ſit
dominus litis, quod requiritur ad hoc, vt quis poſ-
ſit facere procuratorem *l.1.ff. de procurat.* per litis
autem conteſtationem efficitur quis dominus litis
21 & inſtantiæ, † quia per eam litigantes quodammodo
contrahunt *l.3.§. idem ſcribit ff. de pecul.* ergo tunc
quaſi domini iſtius contractus poſſunt procurato-
rem conſtituere, & non antea, quod non eſt quan-
do ſumus extra iudicia, tunc enim indiſtinctè
22 conſtituuntur procuratores à tutoribus, † præ-

terquam in d.caſu ſpeciali, quando requiritur cau-
ſæ cognitio, vt dictum eſt l.ita demum, §. ita geſſiſſe,
ff.de adminiſtr.tutor.l.ſi procuratorem, §.1.ff.mandat.
Sicard.in l.neque tutores,nu.3.C.de procurat.Dec.in
l 2.in 2.notab.ver.hoc tamen dictum, ff.de offic.eius.
Neque obſtat, quod quamuis non poſſit dici de nulli-
tate iſtius contractus ex capite conſtitutionis pro-
curatoris per tutorem deputati ex ſuprà allegatis,
23 † Tamen poterit deduci alia nullitas, cum prin-
ceps mandauerit talem executionem ipſi tutori, cu-
ius induſtria videtur electa, ob quam non poteſt
alius ſubſtitui, maximè propter illa verba, ipſi plu-
ries repetita, quæ ſunt perſonaliſſima: Rebuff. in
l.ſciendum,70.col.5 poſt med.ver. vndecimus quando
teſtator,ff de verb.ſignific.
Quia cum ſit expreſſum nomen proprium Galeatij li-
cet fuit additum tutoris, tamen talis expreſſio po-
24 tius fuit demonſtratiuè, quàm taxatiuè, † prout
ita ſemper potiùs verba ſunt intelligenda: Caſtr.
in l.ſtichum qui meus,6.n.1.& 2.ff.de legat.1.Bald.&
Salic.in l.ſi quis argentum,§.1.C.de donationib.Felin.
in c.ſuper litteris 20.n.4.col.3.in fi.de reſcript.Signo-
25 rol.conſi.74.nu.8.Boer.dec.327.nu.3.†Maximè quia
quando habetur reſpectus ad perſonam, illa præua-
let expreſſioni officij, & de ea nulla habetur conſi-
deratio: Abb.in c. mandato 6. col.2.in princ. ver.ego
dico primum,de præſumptionibus,Dec. in c. quoniam,
14 col.4.in princ ver.ſucceſſiuè,de officio delegat cum
alijs de quibus ſupra cap.541. nume.1. & 2. tom.3.
Et iſta interpretatio magis congruit caſui noſtro, quia
Princeps habilitauit pupillum tanquam maiorem,
& maior non indiget tutore, & curatore, ideò fuit
demandatum vt contractus fieret omiſſis quibuſ-
26 cumque ſolemnitatibus † præfiniendo modum &
formam certam, & determinatam, ſecundum quam
erat actus faciendus, neque erat negotium graue
requirens aliquam induſtriam, aut diligentiam, ne-
que commiſſio fuit facta cum aliqua clauſula one-
rante conſcientiã perſonæ cui committitur, neque
adſunt verba attenta fide, aut induſtria, aut circum-
ſpectione, vel legalitate illius, ita vt aliquibus ex
iſtis non concurrentibus, nõ impediatur delegatio,
& ſubſtitutio tanquam non ſit electa aliqua indu-
ſtria perſonæ vt declarat Menoc.de arbitrar.li.1.q.
68 nu.51.vſque ad 16.Bero.conſi.5.n.13.& 14.lib.3.
Aym.conſi.303.n.2.& 3.Iaſ.in l.more,n.65.ver.quin-
to limita,ff.de iuriſdict. omn.iudic.& in l.à iudice,col.
vltim.limit.13.C.de iudic.Dec.in l.1.n.28.& ibi Pur-
pur.nu.503.& Alex.nu.6.ff.de offic.eius.Soc.conſi.59.
col.penult.ver. circa quintam, li.1.Doctor.in l. quod
quis,vbi Caſtr.in fi,C. de procuratoribus.
Cum etiam in dubio nunquam cenſeatur per Princi-
27 pem electa induſtria perſonæ, † niſi expreſſè con-
ſtet ex verbis illius, vel tacitè ex aliquibus conie-
cturis talem electionem importantibus, c.vlt.§.1.&
in fi.de offic.delegat.Bero.conſi.5.n.13.& 14.li.3.vbi
etiam nu 6.10.& 11. concludit, quod non ſufficit,
vt Princeps deleget alicui negotium, vt per ſe co-
gnoſceret, videlicet dicendo per te facias vel per te
cognoſcas ad hoc vt dicatur electa induſtria per-
28 ſonæ, † niſi etiam addatur geminatio illa per te ipsũ
perſonaliter facias, & procedas, nam ceſſante iſta
geminatione verborum, poterit hoc mandatum
adimpleri tam per ſe, quàm fictè mediante alio, qui
vices ſuas repræſentet: Abb. in ca.vlt.in fi. princ. nu-
me.7.in §.is autem,nume.6.cum ſeq. de offic. deleg.Be-
ro.conſi.5.nume.11.libro 3. vbi declarat Bald.in d.c.
29 vlt.de offic.deleg.† Itavt etiam in miniſterio non ma-
gni momenti non cenſeatur electa induſtria per-
ſonæ: Felin.qui de communi in d.c.vlt.in fi. de offic.
deleg.poſt Rot.dec 398.item ſi epiſcopus, in nou.
Nec facit prætenſus exceſſus, quod in contractu fue-
rit facta conceſſio etiam pro extraneis. Quia in de-
creto Ducali datur facultas faciendi omnia & ſin-
gula, quæ in præmiſſis quomodolibet occurrerint
neceſſaria, & opportuna, prout erat huiuſmodi ex-
30 preſſio, † tanquam de iure eſſet exprimenda, nam
res erat laicalis, non autem Eccleſiaſtica, cum in-
ueſtitus ab eccleſiâ ſubinfeudauerit, ſeu ſubinueſti-
uerit alium ad ſoluendum ſibi canonem in pecu-
niâ, quo caſu conceſſio regulatur à perſonâ imme-
diatâ, laicali, non ab eccleſiâ mediatâ: Soc. in c. ex
tranſmiſſa,nu.5.in.5.& 6 notab.de for.compet.Natt cõſ.
600.nu 13.vſq; ad 29.Affl.dec.281.in 2.dub.num.12.
Imol.& Roman.in l.ſi finita,§.de vectigalib. co.13.q.
3.ff de damn.inf ect.latè Ruin.conſi 168.num.10.lib.1.
Et quidquid ſit, dato etiam, & non conceſſo tali ex-
ceſſu, tamen cum ſimus in capitulis ſeparatis, varia-
bitur ſolum in hoc inueſtitura, & remanebit firma
31 in reliquis, † in quibus vtilitas pupilli conſiſtebat,
vt poſſet habere certum, & tutum liuellarium, qui
magnam ſummã pecuniarum ſolueret eidem pu-
pillo grauato ad præſtãdum ingentem canonem
eccleſiæ, ob quam causã vtilitatis præcipue fuit ta-
lis contractus celebratus, vnde ſiue celebraretur
per tutorem, ſiue per alium ab eo deputatum, ſem-
per ead.canonis vtilitas reſultabat, ideò nulla æqui-
tas ſuadet, quod ſola abſentia tutoris debeat talem
conceſſionem annullare, ſtãtibus præſertim tot
clauſulis in licentia Principis appoſitis, & ſuſce-
ptione omnium periculorum factâ per inueſtitum,
& ob terras multum dãnoſas pupillo tanquam
aquoſas, ſeu aquis ſubjectas, itavt expediret ſum-
mopere eidem pupillo habere potius pecunias à fu-
turo liuellario, quã partem frugum tantis caſibus
obnoxiã, prout ex relatione Conſiliariorum, & Se-
natorum etiã iuratâ, & causâ cognitâ factâ appa-
ret, cùm à Principe huiuſmodi cognitio fuiſſet illis
commiſſa, vltra atteſtationem etiam iuramento fir-
matã Præpoſiti patrui pupilli, ac aliorum de quibus
latius in decreto Ducali, vbi etiã mandatur, quod
ob prædictã vtilitatem, & relationem, & cau-
ſæ cognitionem ſolemniter factã nunquã poſſit
talis contractus infringi, nec annullari, aut re-
ſcindi, nec ratione pupillaris ætatis, nec ex benefi-
cio reſtitutionis in integrum, nec ratione ſolemni-
tatis omiſſæ, nec prætextu alicuius cauſæ, aut læ-
ſionis, Ita vt omnibus iſtis concurrentibus appa-
reat non poſſe dici de inualiditate iſtius contractus
auctoritate Principis roborati, per quem fuit dero-
gatum omnibus legibus, ſtatutis, & conſtitutioni-
bus, adeò vt nec obſtet abſentia tutoris, cùm fuerit
contractus celebratus tanquam à maiore, nec quod
prætendatur exceſſus, vt ſuprà dictum eſt, qui ne-
32 que debet attendi, † tanquam vtile per inutile non
vitietur, maximè in contractibus emphyteuticis, &
ſimilibus, §.non autem, vbi Ang.auth. de non alienand.
Alex. conſil.38. col.2. verſ. quinimmò, libro 2. Ruin.
conſil.57. numero 13. libro 1.Imol.in l. quod dicitur,
in fin.de verb.obligat.latè Tiraq.de retract.conuentio-
nal.ad fin.tit. numero 145.& 146.Rot.deciſ.647.nu-
mer.6.in fin. & deciſ.649. numer.4. pa,2.in recentior.
Quam-

Quamnis, vt dictum eſt, talis exceſſus non adſit in ca-
ſu noſtro, cū clanſula pro catrancis eſſet apponen-
33 da tanquā † de iure illa debcret apponi ob emphy-
teuſim laicalem, de qua tractanatur iuata Ruin.
*conſ.*168.*n.*10.*li.*1. cum alijs ſuprà allegstis, *nu.*30.
Maximè quia pupillus factus maior toto ſuæ vitæ
tempore acceptauit canonem à Delphinis in pe-
cunia, prout etiā eius filij per annos quinquaginta
34 & vltrà ita ſemper exegerunt, adeò vt † tam ille, quā
iſti dicantur ratificaſſe huiuſmodi contractum, *l.
vlt. C. ſi maior. fact.* Alex. *conſi.*117.*nu.*2.*li.*5. Dec *cōſ.*
231.*nu.*5. Pariſ. *conſi.*33.*nu.*29.*li.*1. Simoncel *de de-
cret. li.* 3.*tit.*8. *inſpect.*2.*n.*8 Gabr. *conſi.*13.*nu* 13 *li.*1
Ita vt ſit † præſcriptus talis modus ſoluendi, præſer-
tim quia filij habebāt catasta, quæ nunc eahibent,
in quibus ſinguli liuellarij ſoluebant canones in
ſpecie, & in quantitate, & inter illos aderant etiā
Delphini ibidem deſcripti, & per conſequens, licèt
35 etiam eſſet certos canon, † tamen ex lapſu trigintā
annorum contra priuatum, & quadraginta aduer-
ſus eccleſiam eſt acquiſitum ius ſoluentibus, qui
non poterunt cogi ad aliam ſolutionem, quam ad
eam, quæ ea tam longa obſeruantia facta fuit Gloſ.
Innoc Card & alij *in c. olim de cenſib.* Curt. Iun. *cōſ.*
24.*n* 7. *ver. ſed quod fortius*, Corn. *conſ.*181. *viſis non
nullus actu, col.*4.*lib.*2. Bald *conſi. vlt li.*1. Imol. *in l. ſi
prius col ſi. de aqua plun. arcend.* latè Gabr. *conſi* 164.
*nu.*9. *vſque ad* 13.*li.*1. Ab. *conſi.*56. *col.*1.*lib.*2. Natt.
*conſi.*192.*nu.*1. *cum ſeq* Menoch. *conſi.*49.*nu.*10 *lib.*
1. Brun. *de augum. monet. p.*1.*nu.*6. *& limit.*4.*num.*8.
Dec. *in l. ſi certis annis, nu.*14 *C. de pact.* Surd. *conſil.*
36 220.*num.*18.*lib.*1. † & huiuſmodi tempus triginta
annorum faciet præſumere bonam fidem etiam
abſque probatione tituli in ſimilibus ſolutionibus
vnius rei pro alia: Gabr *conſil.*164 *nume.*12.*libr.*1.

EPITOME.

Relictum familiæ quando intelligatur effecti-
ne & actiuè, ſeu contentiuè, & paſſiuè. ¶ Et quid
iſta ſignificent. ¶ Nominatio iuriſpatronatus con-
ceſſa ſeniori domus, & familiæ an ſpectet ad ma-
gis antiquum, licet adſit proximior iunior. ¶ Voca-
tio totius familiæ an comprehendat tam origina-
riam, quàm aggregatā ¶ Subſtitutio facta hæredi
de duobus antiquioribus de domo an reſtringa-
tur ad duos primos antiquiores, vel illis duobus
excluſis, debeat deuolui ad duos ſequentes anti-
quiores ¶ Electio ſi facienda ſit per ſeniores de fa-
miliâ teſtatoris. illa extincta an extinguatur iuſpa-
tronatus, vel tranſeat ad hæredes extraneos ¶ Pro-
ximitas gradus quādo attendatur in vocatione fa-
miliæ, domus, & agnationis. ¶ Et quomodo huiuſ-
modi verba intelligantur. ¶ Et quando veniant de-
ferentes eadem inſignia & cognomina. ¶ Et quo
casu ex iſtis cenſeatur probata identitas agnatio-
nis. ¶ Teſtator mandans aſſumi ſua arma & co-
gnomen an dicatur prohibuiſſe aſſumptionem al-
terius cognominis, & armorum.

SVMMARIVM.

1 *Senior domus dicitur, qui eſt magis antiquus in fa-
milia & agnatione.*
2 *Familia accipitur pro agnatione actiuè, & effectiuè,
ſeu contentiuè, & paſſiuè, ita vt primo caſu veniant
ſolum deſcendentes ex teſtatore, in ſecundo omnes
agnati etiam tranſuerſales.*
3 *Relictum familiæ intelligitur de familia contentiuè,
num* 4. *Fallit ſtantibus verbis ipſius, vel de ſua fa-
milia, quia tunc erit effectiuè. numero* 5.
6 *Vocatio totius domus, ſeu familiæ comprehendit non
ſolum familiam originariam, ſed etiam aggrega-
tam deferentem eadem inſignia, & cognomina.*
7 *Per vocationem ſenioris de familia præfertur anti-
quior proximiori iuniori, numero* 8.
9 *Subſtitutio facta hæredi de duobus antiquioribus, ſed
illis duobus excluſis deuoluetur ad duos ſequentes
antiquiores vt conſeruetur agnatio.*
10 *Electio ſi facienda ſit per ſeniores de domo teſtatoris;
illa extincta, non extinguitur iuſpatronatus, ſed
tranſit ad hæredes extraneos, niſi adſit aliqua ta-
xatiua.*
11 *Teſtator vocando familiam cenſetur intellexiſſe, vt
ſeruetur proximitas gradus, Declara vt nume.*12.
13 *Antiquior & ſenior de domo idem eſt quod maior
natu non conſiderato, quod alius ſit proximior.*
24 *Appellatione domus veniunt, qui portant nomen
domus & inſignia, & quando inter iſtos præferatur
proximior, numero* 15.
16 *Agnatio præſumitur ex identitate cognominis &
armorum, & diuerſitas eſt probanda per eum, qui
contrarium prætendit.*
17 *Teſtator iubens aſſumi ſua arma & cognomen, an
intelligatur prohibuiſſe aſſumptionem alterius co-
gnominis & armorum.*

CAPVT DCXLV.

NOminationem, de qua agimus, verius eſt ſpe-
ctare ad antiquiorem, & ſeniorem domus de
Florentijs. prout teſtator diſpoſuit, non obſtante;
quod adſit Antonius proximior eidem teſtatori,
cum per eum non fuerit conſiderata aliqua proxi-
mitas, ſed ſolum antiquitas, quæ non adeſt in eo-
1 dem Antonio, † Nam idem eſt vocare ſeniorem
domus, quod familiæ, exponitur enim domus in
hoc caſu pro familia, & ſic pro agnatione maxi-
mè cum ponitur in ſingulari: Bart. *in l.*1. *in princ ff.
ad ſillanian. & in l. pronunciatio, §. familiæ ff de verb.
ſignific.* Corn. *conſ.*198 *lib.*3. Ruin. *conſ.*110.*nu.*14 *&
conſ.*161.*nu.*4 *li.*2 latè Sim. de Pret *de interpret. vlt.
volunt. lib.*3. *ſolut.*1.*nu* 21. *fol.*189. Bero. *conſi.*96.
*nu.*7.*lib.*2. Tiraq. *de retr. conſang* § 1. *gloſ.*9. *nu.*193.
Familia autem pro agnatione accepta duobus modis
intelligitur, primo modo actiuè ſeu effectiuè, eo
2 quod familia ex teſtatore deſcendat, † & quod ipſe
ſit cauſa efficiens, & originalis, ac primus domi-
nus, quo caſu veniunt filij, nepotes & deſcenden-
tes ex eo, Secundò modo contentiuè, ſeù paſſiuè
comprehendendo omnes agnatos etiam tranſuer-
ſales, vt per Simon de Pret. *d. ſolut.* 1. *nu* 15. Pariſ.
*conſi.*51.*nu* 10 *lib.*2. Gabr. *conſi* 132. *nu.*58 *cum ſeq.
li.*1. Card Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. li.*8 *tit.*
12 *nu.*12. Peregr *de fideicommiſſ. ar.*21.*num.*26 *fol.*
196. latè Rot. *deciſ.*193.*num.*10. *pa.*2. *in recentiorib.*
Cum autem ſimpliciter familiæ relinquitur, non in-
telligitur de propriâ familiâ ipſius teſtatoris effe-
3 ctiuè, † ſed contentiuè, & ſic nō de deſcendentibus
ab eo de ſuo colonello tantùm, ſed de omnibus;
qui continentur ſub illâ familiâ, nam qui relinquit
familiæ nullam habet rationem perſonarum, ſed
agnationis, ità vt exiſtimetur voluiſſe vocare om-
nes agnatos, & cunctos, qui ſunt eiuſdem nomi-
nis, & cognominis, & qui eadem arma, & inſignia
portant, quātis non ſint ſanguine coniuncti Gab.
*conſi.*132.*q.*6.*n.*56 *lib.*1. Quidquid contrarium ſen-
4 ſerit Ruin. *conſi* 153. *n.*10. *li.*2. † Nam eius opinio
non admittitur, vt latè per Card. Mantic. *de conie-*

*Hur.vltima.volunt.li.*8.*ti.*12.*nu.*12.Peregr.*de fidei-
commiſſ.art.*22.*nu* 26.Card.Seraph *dec.*1438.*nu.*4.
quæ fuit confirmata coram R.P.D Pamphilio *dec.*
707.*p.*2.*in recẽtior.*vbi quod contraria opinio pro-
cedit quando aliquo modo conſtaret, quod teſta-
5 tor ſenſiſſet de familia effectiuè, † puta ſi additum
fuiſſet pronomen poſſeſſiuum ipſius, vel ſuam. cũ
ſimilibus verbis: Menoch.*conſ.*233.*nu.*20.*&* 21.*lib.*
3.*& conſ.*1171.*n.*3.*li.*12.Card.Seraph.*d.dec.*148.
*n.*11.G bt.*conſ.*132.*n.*60.*li.*1.Simon de Pret.*de
interpretat.vltimar.volun.li.*3.*ſolut.*12.*n.*17.*fol* 290.
Amplius ſi vocetur per teſtatorem tota domus, ſeu
familia, vel progenies ad aliquod iuſpatronatus,
6 vel quid ſimile, † non ſolum intelligitur vocata fa-
milia originaria, ſed etiam aggregata deferens ea-
dem inſignia, & idem cognomen, prout in ſpecie
reſoluit Rot. coram R. P. D. Remboldo Ilcinen.
iuriſpatronatus 18.Decemb.1615.quæ eſt *de.*697.
*nu.*7.*p.*1.*in recentiorib.* iuxta doctrinam Bart. *in l.
tutelas,n* 4 *ff de ca.diminut.* & iuxta *conſ.*Gabr.132.
*n.*59.*li.*1.Alea.*conſ.*213.*n.*3.*ante med.li.*6 Anchar.
*cõſ.*142.*n.*4 *&* 5 Peregr.*de fideicommiſſ.art.*22.*n.*27.
Cum igitur in caſu noſtro ſit vocatus ad nominan-
dum in iure patronatus antiquior, & ſenior de fa-
7 milia, † fuit habitus reſpectus ad agnationem, ita
vt ſufficiat talem ſeniorem eſſe de familia, & agna-
tione, & domo de Florentijs abſque eo quod
ſit proximitas, ſed ſola antiquitas, & ſenectus, &
quod quis ſit maior natu, maximè in ſimilibus
nominationibus, quæ requirunt prudentiam, &
ſapientiam, & maius conſilium, adeò vt propter
iſtas qualitates cenſeatur potius ſeniores prætu-
liſſe, prout ſemper tales præferuntur iunioribus
in omni materia, vt latè comprobat Tiraq *de
primogenit. in præfat. numero* 79. *vſque ad* 217.
Et quod fuerit habitus reſpectus ad agnationem, &
familiam abſq; conſideratione proximitatis con-
8 cludit † Anchar.*conſi.*27.*col.pen.poſt princ.ver. quid
iuris igitur,nu.*6. vbi quod ſi hæredi inſtituto ſub-
ſtituantur duo antiquiores de domo, talis ſubſti-
tutio non reſtringeretur ad duos primos antiquio-
res tantummodo, ſed illis duobus exclusis, deuol-
9 ueretur ad duos ſequentes antiquiores, † vt conſer-
uetur agnatio, & domus: Rom. *conſi.*438.*nu.*14.&
ibi latè Mandoſ.*in verb. conſulunt*, Felin. *in rub. de
maiorit.& obedient. col. vlt.in princ. ver. bene facit
vltra ipſum*, Card.Seraph.*dec.*1486.*num.*21.Tiraq.
*de primogenit.qu.*3.*nu.*10.Bertr.*conſi.*23. *nu.*8.*li.*4.
Quare etiam ſi electio eſſet facienda per ſeniores de
domo, & familia teſtatoris, ſi talis familia extin-
10 gueretur, † non tamen eſſet extinctum iuſpatro-
natus, cum tranſiret ad hæredes extraneos, niſi ex
verbis teſtatoris colligeretur, quod taxatiuè fuiſ-
ſet relictũ familiæ tãtum, prout late reſoluit Rot.
coram Card Seraph *d.*364.*per tot.* quæ eſt confir-
matoria deciſionis R.P.D. Robuſterij in eadẽ cau-
ſa 21.Maij 1576.quæ eſt *deci.*385. *pa.*1.*diuer.* Idem
Card.Seraph.*dec.*378.vbi confirmatur vtraq; deci-
ſio, *& dec.*1232.*in fi.* & corã Card.Seraph.Lancel-
lot. Florentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 11.
Februarij, 1604.
Neque obſtat, quod teſtator vocando familiam cen-
ſeatur intellexiſſe, vt ſeruetur gradus proximita-
11 tis, † *l.ſi C. de verb.ſignific.l.peto,§.fratre,ff de leg* 2.
Sim.de Pret.*de interpretat.vlt.volunt.libro* 3.*ſolut.*
11.*nu.*28. *fol.*290. vbi ampliat etiam quando eſſet
vocata familia extranei, ſi videlicet fideicommiſ-
ſum eſſet ſucceſſiuum, & duraturum in familia, non
momentaneum, & ſemel præſtandum familiæ:
Caſtr.*conſi.*383.*notandum col.*1. *ver.de mente vero,*
12 *libro* 1.† Quia iſta procedunt quando ſimpliciter
eſſet vocata familia, ſecus in caſu noſtro, in quo
vocatur ſenior, & antiquior domus & familiæ, de
quâ agimus, tunc enim non poteſt competere iſta
nominatio niſi illis, qui habent huiuſmodi quali-
tatem antiquitatis: Card.Seraph. *deciſ.*364. *nume.*
1.*poſt med.* argumento eorum, quæ tradit Bald.
*conſi.*304.*nu.*1.*li.*5.Rip.*in l filiusfamilias,§. diui.n.*
110. *ff.de leg.*1.Bald.*in l quis liberis, in prin. ff.de
vulg.& pupil.* Iaſ.*conſ.*60.*col.vlt lib.*3 Sim.de Pret.
*de interpret.vlt.volunt.lib.*5.*nu* 270.*fol.*551.
Erit igitur ſatisfactum menti teſtatoris, ſi probetur,
13 quod quis ſit antiquior, † & ſenior de domo, quod
idem eſt ac ſi dictum fuiſſet maior natu Menoch.
*conſ.*1171.*nu.*1.*li.*12 poſt Alex *conſ.*4. *n.*4.*&* 6,*li.*
4.Nullâ habitâ conſideratione, quod adſit proxi-
mior, cum teſtator non motus fuerit ob iſtam qua-
litatẽ proximitatis, ſed antiquitatis, & ſenectutis,
14 Cum † præſertim ſimus in diſpoſitione, quæ reſpi-
cit nobilitatem, & prudentiam, vel ſimilem qua-
litatem, quo caſu appellatione domus veniunt,
qui portant nomen domus ſeu familiæ, ſeu identi-
tatis ſanguinis, & geſtant eadem arma, & inſignia,
Bart.*in l pronuntiatio,*95.*in fi.*vbi Rebuff. *in* 9.*iure
proprio col.*3.*poſt med.ver.ſi vero diſpoſitio,ff de verb.
ſignific.*Alea *conſi.*113.*nu.*3.*li* 6. *& conſi.*125.*n.*3.*li.*
7.iuxta *l.cum ita,in fi. ff.de leg.*2.Gozad.*conſi.*45.*n.*
9.Corn.*conſi.*216.*nu.*4.*&* 6.*li.*2.*& conſi.*26 *nu.*3.*li.*
4.Menoc.*præſumpt.*80 *n.*12.*poſt med.ver.cæterum ſi
diſpoſitio,li.*4.Pereg *de fideicommiſſ.art.*22.*n.*27. *ad*
15 *fi. fol.* 196 † Et quamuis etiam inter iſtos proxi-
mior præferatur, vt per Menoch.& Peregr. *ibid.*
Tamen hoc procedit, quando ſimpliciter voca-
rentur, ſecus ſi cum qualitate maioris natu, & an-
tiquioris, vt dictum eſt, tunc enim iſta qualitas at-
tenditur, & eſt verificanda iuxta mentem teſtato-
ris, quæ in omnibus diſpoſitionibus ſemper præ-
dominatur *l.in conditionibus,in princ. ff.de cond.&
demonſt.l.*3.*C.de liber. præterit.* Alex.in propoſito
*conſil.*4. *numero* 1.*&* 2.*libro* 4.
Agnatio autem in hoc caſu probabitur ex identitate
cognominis, & familiæ, & delationis armorum,
16 † quæ faciunt vt præſumatur eadem agnatio, adeò
vt contrarium prætendens debeat probare diuer-
ſitatem agnationis, & familiæ: Calcan.*conſi.*8. *nu-
mero* 2.*&* 3.Aret.*conſil.*37 *numero* 1.Cephal.*conſil.*
90.*numero* 18.*lib.*1. Menoch.*præſumpt.*15. *numero*
48.*libro* 6.*& conſi.* 816. *numero* 35. *vſque ad* 38.
*lib.*9.
Neque obſtat, quod talis agnatus ſenior & antiquior
de Florentijs aſſumpſerit aliud cognomen de
17 Martorellis, † Quia non ex hoc dicitur ſe abdicaſ-
ſe à familia de Florentijs, à quâ neque poterat ſe
abdicare tanquam iura ſanguinis ſint immutabi-
lia, Cum etiam non prohibeatur quis aſſumere
nomen, & inſignia alterius familiæ, & ſimul etiã
retinere arma, & cognomen ſuæ propriæ agna-
tionis, ideò ſi contingat concurrere duos maiora-
tus in quibus iubeantur ſimpliciter deferri no-
men, & arma vniuſcuiuſque inſtitutoris, ſucceſſor
poterit in vtroq; ſuccedere, nomẽ & arma vtriuſ-
que ſimul deferendo, quia nullus ex eis diſpoſuit
nomen, & arma ſua ſola eſſe deferenda, prout latè
concludit Molin.*de primogenit.hiſpan.lib.*2.*c.*14.*n.*
30.*vſque*

30 *vſque ad* 37. vbi quod ita paſſim in forenſibus con-
trouerſiis admittitus, & de generali conſuetudine
ſeruatur.

EPITOME.

Fideicommiſſarius an teneatus ſolnere legata.
¶ Et an ſufficiat, quod babuerit rem minimam hæ-
reditariam, ſen loco illins acceperit pecuniam.
¶ Legitima, & legatum quo caſu debeatur ex fidei-
commiſſo particulari. ¶ Diminnrio hæreditatis an
cedat damno legatariorum, ſeu hæredis. Paritas
affectionis quando induеat æqualem tractatum,
& diſtributionem in partibus. ¶ Et quid ſi nomen
appellatiuum, & proprium concurreret. ¶ Lega-
tarij quantitatis, & ſpeciei an ſequantur eandẽ for-
tunam, ita vt inter eos ſit facienda diminutio lega-
torum pro rata. ¶ Et an facta ſolutione integrali
pes hæredem vni ex eis, poſſit alter agere ad reſtitu-
tionem indebiti. ¶ Et quid ſeruetur in contribu-
tione falcidiæ. ¶ Et inter legatarios nominatos in
poſterioribus codicillis, & in priori teſtamento.
¶ Hæres promittens ſoluere legata, an teneatur
de pſoprio, quamuis conſecerit inuentarinm.

SVMMARIVM.

1 *Legatum debitum ex hereditate ſoluendum eſt per fidei-
commiſſarium, qui habetur loco heredis, ita vt suffi-
ciat, quod attigerit rem minimam hereditariam, ſeu
loco illius habueris pecuniam. nu. 2. 3. & 4. Declara
vt nu. 5.*

6 *Legatum non debetur de fideicommiſſo particulari, pro
vt neque legitima. n. 7. Intellige vt n. 8.*

9 *Diminutio hereditatis an cedat damno legatariorum,
ſeu heredum. n. 11.*

10 *Augmentum contingens poſt mortem teſtatoris in bonis
hereditariis ſpectat ad heredem.*

12 *Legatarij quantitatis, & ſpeciei ſequuntur eandem
fortunam, ita vt inter eos ſit facienda diminutio
legatorum pro rata. n. 13. 14. 16. 17. & 23. Et ſi vni eſt
facta ſolutio integraliter per heredem, poteſt alter
agere contra eum ad reſtitutionem ſuæ partis, nu. 15.
& 29.*

18 *Prius & poſterius non conſideratur in eodem actu.*

19 *Legatarij in poſterioribus codicillis concurrunt cum
legatariis nominatis in priore teſtamento.*

20 *Legatum certæ quantitatis, & certæ partis bonorum
contribuunt in detractione falcidiæ. Amplia vt num.
21. & 22.*

24 *Paritas affectionis inducit æqualem tractatũ, & diſtri-
butionem in partibus, etiam ſi nomen proprium, &
appellatiuum concurreret. n. 25.*

26 *Hæres promittens ſoluere legata tenetur de ſuo proprio
quamuis feciſſet inuentarium num. 30. Et de ratione.
num. 27.*

28 *Relictum iure inſtitutionis, ſeu pro dote præfertur
omnibus.*

CAPVT DCXLVI.

PEr fideicommiſſarium ſolnendum eſt legatum,
de quo agebatur. Illud enim debetur ex hære-
1 ditate, † quæ tranſit in eum cum onere legatorum,
nam ſicut hæres ex quaſi contractu dicitur obliga-
tus legatarius *l. ex maleficiis. §. heres. ff. de actionibus &
obligation.* Itaque fideicommiſſarius, qui tenetus
ratione quorumcumque onerum, cum habeatus
pro hærede, & per ſenatuſconſultum Trebellianum
cenſetns quaſi contrahere cum eo, qui hæredita-
tem reſtituit, & tacitè agere de ſatisfaciendo cre-
2 ditoribns, & legatariis, quamuis abſentib. *l. 2. &*
l. fi. Cod. ad Trebell. Bart. *in l. qui in aliena, in
princ. q. 4. de acquir. hered.* Bald. *in rub. C. qui admit.
n. 22. in fi.* Aym. *conſ. 16. col. 1.* Bell. *conſ. 62. n. 5.* Ceph.
conſ. 253. n. 43. cum aliis per Surd. *conſ. 92. n. 10. vſque*
3 *ad 23. lib. 1.* † Adeo vt ſufficiat, quod fideicommiſſa-
sius attingat, & poſſideat rem minimam hæredita-
tis, quamuis non fuesit conſecutus omnia bona
fideicommiſſi, ad hoc vt teneatus legatariis, nam
ſicut hæres capiendo vnam rem videtur adire, &
acquirere ſibi directas actiones, ita etiam fidei-
commiſſarius vnam rem attingendo de hæredis
voluntate acquiris vtiles: Rip *in l. 1. in princ nu. 9 ff.
ad Trebell.* Gomeſ. *var. reſolut. lib. 1. c. 5. de ſubſtit. fi-
deicommiſſ. n. 13. verſ. item adde.* Surd. *conſ. 92. n. 23. &*
4 *24. li. 1.* † Vbi ampliat quamuis habuerit pecuniam
loco alicuius rei hæreditariæ, cum iſtud pretiũ ſub-
rogetur in locum illius, *l. Imperator. §. fi. cum l. ſeq. ff.
de legat. 2. l. ſi rem ff de petit. heredit. l. ſed & ſi leg. §. 1.*
5 *ff eod. tit.* † Contraria autem procedunt, quando
fideicommiſſum eſſet conditionale: tunc enim hæ-
res præſtat legatum, cum ſecus ſit in puro, in quo fi-
deicommiſſarius tenetur ſoluere legatum. Card.
Mantic. *de coniect. vlt. volunt. li. 8. tit. 2. n 8. fol. 172.*
Neque obſtat, quod non debeatus tale legatum ex
fideicommiſſo, de quo agimus, cum illud non ſit
6 vniuerſale, † ſed particulare, tamquam factum in
bonis ſtabilibus tantum: Fulgoſ. *conſ. 133. nu. 1.* Card.
Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib 7. tit. 2. nu 8. in fin.*
7 Ita vt † neque legitima debeatur in bonis ſubiectis
particulari fideicommiſſo: Nat. *conſ. 199. num. 6. &
conſ. 238. nu. 5* Quia prædicta procedunt dummodo
8 adſint alia bona, nam illis non exiſtentibus † non
attenditur iſtud particulare fideicommiſſum: Aym.
conſil. 19. nu. 14. Alex. *in l. Marcellus §. res quæ col fin.
verſ. quod eſt intelligendum:* & ibi Iaſ. *in fi. ff. ad Tre-
bellian.* Rip. *in l. in quartam nu. 128 ff. ad legem falcid.*
Dec. *conſ. 81. in caſu propoſito. n. 7* Roland. *conſ. 12. nu.
2. lib. 1.* Gabr. *conſ. 238. n. 5 & 6. lib. 2.*
Minus obſtat, quod non fuerit conſumpta tota hære-
ditas occaſione legatorum, & prælegatorum, cum
tempore obitus teſtatoris potuiſſet ſatisfieri omni-
bus ſtante ſumma viginti mille ſcutorum, quæ
fuerunt poſita in erigenda noua ratione bancaria
iuxta diſpoſitionem eiuſdem teſtatoris Quia iſtæ
pecuniæ non fuerunt obnoxiæ oneribus hæredi-
tariis, tamquam fuerit expreſſè diſpoſitum in te-
ſtamento, vt illarum adminiſtratio eſſet ſeparata
ab hæreditate, & non erigeretur ratio bancaria
ſub nomine defuncti, ſed particulari nomine Lu-
douici, & Io Baptiſtæ, non autem tanquam hære-
dum, vt ex multis rationibus bene oſtenditus in
9 facto, † Quæ licet etiam ceſſarent, Tamen cum talis
ratio bancaria ad nihilum ſit redacta; non debet
huiuſmodi diminutio hæreditatis cedere damno,
& periculo legatariorum quantitatis, nam potius
peremptio, & caſus contingens in rebus hæredita-
riis pertinet ad hæredem, nec legata minuuntur,
l. in ratione. la 2. in princ ff. ad leg. falcid. Peregrin.
10 *de fideicommiſſ. art. 4. numer. 56.* † Sicut enim aug-
menta contingentia poſt mortem teſtatoris cedunt
lucro hæredis, nec augent legata, ita etiam
decrementa debent pertinere ad damnum eiuſdem
hæredis. *l. ſcribit Celſus. ff. ad Trebellian. l. 3. ff. de fund.
inſtruct. l. pen. Cod. de crimin. expilat. hereditat.*
Loffred. *conſ. 2.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 4. n. 56. ad
med. & art. 10. n. 36.*

Super prædicta facti ſpecie non potuit dari plena de-
ciſio, quia plures caſus conſiderantur à Doctoribus,
quando diminutio rerum hæreditariarum ſpectet
11 ad hæredem, & fideicommiſſarium, † ſeu ad lega-
tarios, & quando non exiſtentibus bonis in hære-
ditate, quæ ſufficiant pro ſolutione legatorum, de-
beat cedere damno fideicommiſſarij, vel legatarij,
Ideo eſſet opus magis diſtinctè factum enarrare,
videlicet an ſit confectum inuentarium, an fidei-
commiſſum ſit purum, vel conditionale, quot ſint
legatarij, & an ſint corporum, ſeu quantitatum,
an ſit aliquid ſolutum alicui ex legatariis, & an il-
li, qui nihil habuerunt poſſint condicere, quod
cis deeſt, vel ſufficiat ceſſio facienda per hæredem,
& an debeat fieri contributio ab aliis, & pro qua
rata ſit contribuendum tam à fideicommiſſario,
quam à legatariis, & quomodo fiat diuiſio inter
eos, & ad quam ſummam aſcendat tota hæreditas,
& illius æſtimatio, & quid ſi hinc inde ſint fidei-
commiſſa particularia cum multis ſimilibus quæ-
ſtionibus, quæ in huiuſmodi materia adducuntur
per Doctores, quarum deciſionem longum eſſet
recenſere, ideo ſi magis diſtinctè omnia narrentur,
ſuper eis dabitur præciſa reſponſio, & late ponit
Peregr. *de fideicommiſſ. art. 4. nu. 52. vſq. ad 65. fol. 46.*
Franc. *deciſ. 236. & ibi* late Amendol *in addit.* Boer.
deciſ. 145. *nu.* 8. Gomeſ. *de legatis, tom.* 1. *c.* 12. *fol.* 124.
Eugen. *conſ.* 36. Alex. *in l. marcellus, in princ. nu.* 1. *&
ibi* Iaſ. *n.* 3. *ff. ad trebellian.*

In eadem cauſa ex iuribus nouiter tranſmiſſis magis
comprobatur concluſio per me alias firmata ad
12 fauorem legatarij quantitatis, quod † videlicet ſit
facienda diminutio legatorum pro rata etiam quod
vni ſit legata ſpecies, & alteri quantitas, & per con-
ſequens dicendum eſt bona ſtabilia relicta Ludo-
nico & ſuppoſita fideicommiſſo eſſe affecta, &
poſſe detrahi in ſubſidium pro ſolutione pecunia-
rum relictarum Alexandro filio teſtatoris iure inſti-
tutionis, Poſtquam enim iſta legata debentur ex
eodem teſtamento, æquum videtur, quod eandem
fortunam ſequantur. Iſta eſt magis communis, &
vera, & æquior opinio, quam tenet Bald. *in l. ſi quis
ſoluerit.* 2. *in* 1. *lectur. in fi. verſ. nota quod vnũ legatum,
ff. de condict. indeb.* Corn. *in l.* 1. *col. fin. C. commun. de
legat.* Vbi Caſtr. *n.* 3. dicit eſſe perpetuò notandum.
Idem Caſtr. *in l. procuratoris, §. ſi plures col.* 1. *n.* 5. *ff. de
tribut. act.* & latius *conſ.* 273. *ad primum reſpondetur
quod teſtator. col. vlt. in princ. verſ. ſed aduertendum
quod prædicta. lib.* 1. Ang. *in l. quærebatur, §.* 1. *ante fin.
verſ. ſecunda quando vm.* & ibi Alex. *col. penult. ad
med.* Imol. *col.* 1. *verſ. in textu ibi legauerit.* Cuman.
*ad med. verſ. ſi ergo habens ſolum fundum. ff. ad leg.
falcid.* Iacob. de Nigr. *in l.* 1. *nu.* 139 *fallent.* 7. & ibi
Pariſ. *num.* 107. *verſ. limitatur vlterius, ff. de legat.* 1.
Neguſ. *de pignorib. p.* 2. *membr* 4. *num.* 160. *ad med. in
quarta limitat. verſ. iſtud tamen intelligi debet.* Pereg.
de fideicommi. art. 4. *n.* 63. *ad fin. verſ. ſed contra quod
omnio æſtimanda. fol.* 47. Anchar. Regienſ. *q.* 4. *per tot.*
13 *p.* 1. vbi quod † ita eſt tenendum tanquam magis
æquum Simon. de Pret. *de interpretat. vlt. volunt.
lib.* 4. *dubit.* 7. *n.* 11. *fol.* 388. Parlador. *rer. quotidiana.
p.* 1. *c.* 18. *per tot.* Gregor. Lopez *ad l. taur.* 26 *in gloſ.
obligados, ad fin. tit.* 13. *p.* 5. Guter. *in l. nemo poteſt, n.*
97. *in fin. ff. de legat* 1. vbi ſe refert ad Gomeſ. *var. re-*
14 *ſolut. tom.* 1. *c.* 12 *de legat. n.* 34. † vbi quod iſta opi-
nio eſt tenenda, quicquid alij contrarium ſenſe-
rint per tex. *in d. l. quærebatur. ff. ad leg. falcid. &
in l. ſi quis teſtamento. §.* 1. *ff. de legat.* 1 *l.* 2. *§.* 1. *verſ. vel
diminutionem per hoc quod aliis quoque legata relicta*
15 *ſunt. ff. de condict. indebit.* † Adeo vt quamuis inte-
graliter vni ſit facta ſolutio per hæredem, poſſit
alter legatarius agere contra illum, cui eſt ſolu-
tum ad contributionem, & reſtitutionem ſuæ
partis, vt expreſsè diſponitur *in dict. l.* 2 *§.* 1. *de con-
dict. indebit.* Gomeſ. *dict. c.* 12. *de legat. tom.* 1. *nu* 34.
poſt med fol. 124. Peregr. qui alios adducit, *de fidei-
commiſſ. art.* 4. *nu.* 61. *fol.* 47.

Et quidem non poteſt negari, quod ſiue legatum ſit
16 ſpeciei, ſiue quantitatis, † ſemper dicendum ſit te-
ſtatorem habuiſſe parem affectionem vtrique lega-
tario, & per conſequens quod voluerit vtrumque
habere legatum integrum, ſi hæreditas eſt ſoluen-
do, vel quando non eſſet talis, quod diminuatur
pro rata, vt par affectio operetur effectum ſuum,
non conſiderato, quod teſtator certus ſit adeſſe in
bonis ſuis rem in ſpecie legatam, cum etiam poſſit
credere, quod adſit quantitas, ſæpe enim de fa-
cultatibus ſuis plus ſperant homines, quam in
17 illis ſit, † prout etiam neque eſt in conſidera-
tione, quod quis fuerit prius nominatus in teſta-
mento, quia vltimæ voluntates confirmantur mor-
te, & non ante, *l.* 1. *ff. de teſtam. l.* 4. *§. fin ff. de adimend.
legat.* Vnde non poteſt dari iſta prioritas tempo-
18 ris, † maximè quia ſumus in eodem actu, in quo
non conſideratur prius aut poſterius, tanquam
vna omnium & inſtantanea ſit diſpoſitio. Bart. *in
l. contractus C. de fide inſtrument.* Et ita in ſpecie
notat Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 4. *num.* 60. *&* 61. *fol.*
47. poſt Caſtr. *conſ.* 273. *col. vlt. lib.* 2. *per tex. in l.* 3. *§ ſi
plures. ff vt in poſſeſſ. legat.* & eſt caſus *in l. in quanti-
tate, §. fi. ff. ad leg. falcid. & in l. ſi vero ff. de teſtam. mil.*
19 vbi etiam legatarij † in poſterioribus codicillis con-
currunt cum legatariis nominatis in priori teſta-
mento, *l. quia autem ff ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.*

Vnde etiam legatum certæ quantitatis, & legatum
certæ partis bonorum contribuunt in detractione
20 falcidiæ, † & ſimul æſtimantur: Bart. *in l. ſi quis
ſeruum. §. fi. ff de legat.* 1. *& in auth ſimiliter. C. ad leg.
falcid.* vbi idem voluit in relictis ad pias cauſas,
21 vt in contributum veniant, † cum aliis legatis par-
ticularibus: Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 4. *num.* 65.
in fin. vbi etiam ampliat ad legata relicta in tabulis
22 pupillaribus, † Idem Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 12.
n. 50. *fol.* 110.

Et quamuis ad fauorem legatarij ſpeciei teneant
aliquibus relati per Franc. *deciſ.* 236. *col.* 2. Tamen
ibid. in fin. teſtatur quod Senatui viſa eſt opinio
tutior, æquior, & magis conformis voluntati te-
23 ſtatoris, vt fiat contributio, † & vterque legata-
rius quantitatis & ſpeciei conſequatur commodum
pro ea parte, pro qua hæreditas eſt ſoluendo, quæ
quidem voluntas teſtatoris eſt multum clara ad
fauorem legatarij quantitatis; cum illa fuerit reli-
cta filio iure inſtitutionis, cum onere vt reinue-
ſtiatur per hæredem in bonis ſtabilibus, ſeu cenſi-
bus, & locis montium non vacabilibus, quæ per-
petuò debeant ſtare ſubiecta fideicommiſſo pro
filiis & deſcendentibus in infinitum ex ipſo lega-
tario prouenientibus pro conſeruatione familiæ
ipſius teſtatoris cum prohibitione expreſſa alie-
nationis d. bonorum ſic inueſtitorum, & permiſſio-
ne ſolum diſponendi de fructibus, & redditibus
illorum

illorum, vt latiùs in teſtamento diſponitur, Ita vt ex iſtis qualitatibus ſatis appareat voluntarem teſtatoris fuiſſe, vt tale legatum firmum remaneat, & non euaneſcat ob parem affectionem inter vtroſque legatarios, cum tam in vno, quàm in altero adſit fideicommiſſum, & prohibitio alienandi, ita
24 vt non poſſit diſcerni aliqua diſparitas, † immo ſi rectius conſideretur mens teſtatoris, potius dicendum eſt adeſſe maiorem affectionem ad legatarium quantitatis, qui eſt filius, quam ad legatarium ſpeciei, qui eſt nepos ex fratre, Vnde ſtante iſta paritate affectionis nõ debet dari prælatio, ſed æqualis debet eſſe tractatus, & diſtributio in portionibus, *l. penult. §. 1 ff. de rit. nuptiar*. Gloſ. *in §. ordinatum. in verb. ordinem. auth. de hæredib. & falcid.* Bal. *in l. Lucius. §. Lucius. il* 1. *ff. delegat.* 2. Simon. de Prer.
25 *interpret. vltim. volunt. lib.* 1. *ſolut* 5. *n.* 31. *fol.* 63. † vbi ampliat etiam ſi nomen proprium, & appellatiuum concurrerent ad nomen tamen indifferens. Dec. *in l. vlt. in fin, C. de impub. & aliis ſubſtit.* Socin. *in l.* 1. *col.* 3. *verſ. tertius caſus. ff. de reb. dub.*

Quibus additur, quod hæredes acceptarunt hæreditatem cum obligatione etiam propriorum bonorum de ſoluendo omnia onera hæreditaria, vnde ipſi tenebuntur quæcunque legata præſtare legatariis abſque aliqua diminutione, nam hoc operatur iſta promiſſio cum obligatione bonorum ſuorum, quaſi per eam excludantur bona hæreditaria,
26 de quibus non videtur intellexiſſe, † ideo neque hoc caſu iuuabit inuentarium, quidquid aliud ſit in ſimplici promiſſione de ſoluendo legata, tunc etiam cẽſetur ſibi reſeruaſſe beneficium inuentarij, quod non eſt quando obligantur bona propria, vel adſunt verba æquipollentia: Aym. *conſ.* 214. *nu.* 17. Corn. *conſ.* 31. *col.* 3. *poſt med. verſ. & clarius demõſtratur. n.* 11. *lib.* 3. Phanuc. *de inuentar. p.* 6. *nu.* 113. &
27 114. † Et eſt ratio, quia tunc debitum hæreditarium eſt reformatum ex noua conuentione facta cum hærede, ita vt ſi hæres conueniatur pro tali debito reformato non debeat frui priuilegio inuentarij, cum non agatur contra eum immediatè ex cauſa hæreditaria: Aret. *conſ.* 148. *in quæſtione propoſita.* Ang. *in l. cum hæreditas. ff. ad Trebellian. & conſ.* 31. *dominus Philippus col. pen.* Dec. *conſ.* 496. *in cauſa domini operarij col* 3. *in fin. verſ. ſecus ſi debitum. num.* 12. *& in auth. præterea. num* 12. *C. vnde vir & vxor.* Roland. *de inuentar. q.* 154. Phanuc, *eod. tit. p.* 6. *n.* 110.

Accedat quod ſumus in legato facto iure inſtitutionis, quod eſt priuilegiatum, & debet omnib. præ-
28 ferri, † prout dicimus de relicto pro dote filiæ, quod intra legitimæ aſſumit, *l. quoniam Nouella. C. de inofficioſ. teſtam.* Vnde non mirum ſi debet habere prælationem: Peregr. *de fideicom. art.* 4. *nu.* 64. Cephal. *conſil* 382. *num.* 22. *lib.* 3. Amendola. *in addit. ad Franc. deciſ.* 136. *n.* 3.

Concludendum eſt igitur pro legatario quantitatis, ne ſit deterioris conditionis magis dilectus & proximior aliis, in quibus non cadit talis affectio &
29 proximitas, † non obſtante quod ſint ſoluta aliis legata, quia, vt ſupra dictum eſt, dabitur actio pro rata contra legatarios, quibus fuit ſolutum iuxta *l.* 2. *ff. de condict. indebit.* Boer. *deciſ.* 145. *nu.* 5. *&* 6. vbi etiam quod hæredes teneantur cedere legatariis condictionem indebiti: Caſtren. *conſ.* 212. *ſupradicta omnia quæſita. in fin. verſ. videtur tamen. libr.* 1.
30 † Quamuis etiam hæredes in caſu noſtro teneantur de ſuo iuxtà obligationem per eos factam: Aym. *conſ.* 214. *n.* 7. cum aliis ſupra allegatis.

EPITOME.

Conſenſus quando ſit præſtandus in ipſo actu ſi requiratur pro integranda perſona contrahentis, ſeu ratione intereſſe. ¶ Curator, & tutor an poſſit auctorare præſens, & tacens, ſed non loquens. ¶ Obligatio vxoris, an valeat vna cum viro pro dote communis filiæ. ¶ Conſanguinei an ſint adhibendi in contractibus, in quibus agitur de eorum intereſſe. ¶ Ratihabitio, quando repræſentet conſenſum, & corporalem præſentiam per legem requiſitam. ¶ Statutum de contractibus mulierum, an comprehendat cauſam dotis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ciuilis, & naturalis non oritur ſi non ſeruetur forma ſtatuti.*
2 *Ratihabitio poteſt repræſentare conſenſum, non tamen corporalem præſentiam à ſtatuto requiſitam.*
3 *Conſenſus pro integranda perſona contrahentis eſt præſtandus in ipſo actu, ſecus ratione intereſſe.*
4 *Ratificatio nõ extẽditur ad pacta ſeparata, & ignorata.*
5 *Diſpoſitio limitata producit effectum limitatum.*
6 *Coniunctus præſumitur magis diligens in perquirendo vtilitatem coniuncti, quàm extraneus.*
7 *Curator non dicitur præſtare auctoritatem præſens, & tacens, cum etiam requiratur loquela. num 9.*
8 *Mutus non poteſt eſſe curator.*
10 *Mulier non poteſt ſe obligare cum viro pro dote communis filiæ. n.* 11. 13. *Contrarium n.* 16. *&* 18.
12 *Velleianum non iuuat fœminam fideiubentem pro dote.*
14 *Filia priuilegiata in dote non vtitur priuilegio contra matrem priuilegiatam.*
15 *Regula, ſi non valet vt ago, valeat vt valere poteſt, & quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit, quando procedat.*
17 *Priuilegium dotis eſt maius priuilegio Velleiani.*
19 *Decretum Iudicis præſumitur iuſtum donec contrarium probetur.*
20 *Conſanguinei non adhibentur in contractibus, in quibus habent intereſſe.*
21 *Caſus legis dicitur vbi adeſt ſtatutum, neque tunc vlterius eſt inueſtigandum.*
22 *Statutum de contractibus mulierum non comprehendit cauſam dotis. n.* 23. *&* 24.
25 *Clauſula* omni meliori modo *operatur validitatem contractus, prout magis poteſt valere.*

CAPVT DCXLVII.

Contractus, de quo erat quæſtio in cauſa Romana bonorum, dicebatur nullus, cum in eo non interuenerint proximiores iuxta formam ſtatuti Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. quod inducit formam, qua non ſeruata, inducitur nullitas ipſo iure, ita vt ex eo non oriatur aliqua obligatio ciuilis, aut naturalis. Bart. *in l. cum lex. col.* 3. *verſ. iuxta prædicta. ff. de fideiuſſor.* Bald. *in l.* 1. *col. antepenult. verſ. extra quæritur. nu.* 61. *C. qui admitt.* Baro. *conſ.* 176. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1.

Conſtat autem, quod tempore contractus aderant proximiores, cum fuerit probatum adeſſe fratrem mulieris contrahentis, qui debebat, & poterat interuenire in ipſo actu celebrationis contractus, vnde nec ante nec poſt, ita vt ratihabitio hoc caſu non ſufficiat, nam per ſtatutum requiritur etiam decretum Iudicis cum cauſæ cognitione, quam Iudex non poſſet adhibere, ſi coniuncti

non eſſent præſentes,& non præſtarent conſenſum
2 in ipſomet contractu,† cum etiam vltra conſenſum
requiratur præſentia coniunctorum, quo caſu licèt
ratihabitio poſſet repræſentare conſenſum, non
tamen poſſet repræſentare corporalem præſentiam:
Bald.*in l.n.61. in fin. verſ. item ſi diceret de præſentia.*
3 *C.qui admitt.*Io.de Anan *conſ.*82.*nu.* 8. † Et paſſim,
quando requiritur conſenſus non ratione inter-
eſſe eius qui debet conſentire, ſed pro integranda
perſona contrahentis, prout in caſu noſtro, tunc
ſemper talis conſenſus eſt præſtandus in ipſo actu,
cum alias obſtaret nullitas, quamuis ante, vel poſt
adhiberetur, tamquam detur pro forma. Bart. &
Caſtr. *in l.ſi quis mihi bona, §.iuſſum, nu.*5.*de acquir.
hæredit.*Idem Bart.*in l. ſi autem plures, de aqu. pluu.
arcend.* poſt Gloſ. *in c.*1. *de reb. eccleſ.non alien. in* 6.
Innoc.*in c.cum conſuetudinis,de conſuetud.*Bero.*conſ.*
124.*n.*23.*lib.*1.Gabr.*conſ.*23.*n.*1.*lib.*1.
Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum in caſu
noſtro nulla interuenerit ratihabitio, nam ſolum
apparet, quod incontinenti poſt obligationem mu-
lieris factam cum decreto Iudicis coram eiſdem
notario, & teſtibus, frater dictæ mulieris ratificat
ſolum promiſſionem ſcutorum quatuor millium,
& quatenus opus ſit de nouo promittit,abſque eo,
quod in inſtrumento aliquid dicatur de approba-
tione promiſſionis factæ per eamdem mulierem de
tertia parte bonorum, quod magis arguit repro-
bationem dicti contractus, quo ad iſtud caput ter-
4 tiæ partis, † cum enim tantum fuerit approbatus
actus, quo ad ſcuta quatuor millia, colligitur clara
mens promittentis, quod circa alia non cenſeatur
inducta aliqua ratificatio, cum circa hoc debuiſſet
fieri expreſſio, ſicut in aliis, maxime quia ratifica-
tio non extenditur ad pacta, & capitula ſeparata,
& ignorata: Caſtr. *conſ.* 465.*col. penult.lib.*1. Pariſ.
*conſ.*47.*nu.*97.*lib.*1.Becc.*conſ.*37.*n.*24. Surd.*conſil.*28.
5 *nu.*118.*lib.*1.*& conſ.*183.*n.*32.*lib.*2.† Cum etiam li-
mitata ratificatio inducat effectum limitatum,*l.can-
cellauerat.ff.de his quæ in teſtament. delent.* Bald. *in l.
cum ſeruo. de contrah. empt.* Tiraquell. *ceſſant. cauſ.
par.*1.*n.*124.Surd.*conſ.*452.*n.*4.*lib.*3.
Neque obſtat, quod interuenerit conſenſus curatoris
Quia ad illum non deuenitur, niſi in defectum pro-
ximiorum, vt in ſtatuto diſponitur, vnde cum ap-
6 pareat adfuiſſe fratrem, non † poterat dari curator,
qui non præſumitur ita diligens, & accuratus in
perquirendo vtilitatem mulieris, prout coniunctus,
Bart.*in l.tranſactionem, C.de tranſact.* Caputaq. *dec.*
205.*n.*7.*p.*3.Corn.*conſ.*241.*nu.*7. *lib.*2. Card.Seraph.
*dec.*1187.*in fin.*
Maximè, quia talis curator, quamuis etiam potuiſſet
interuenire, debebat interponere ſuam auctorita-
tem, non autem ſimpliciter præſtare præſentiam,
vt in ſtatuto ſpecialiter diſponitur, de qua tamen
7 auctoritate nihil in inſtrumento legitur, † cum in
ea præſtanda opus ſit loquela, *l.*1.*§. vlt.*vbi Bart.*n.*
1.*ff. de tutel.* Non enim videtur auctorari curator
præſens & tacens, cum requiratur, quod expreſsè
loquatur, vt notat Gloſ. *in l.*3. *C. de auctor. tut.* vbi
Bart. *n.*1. dicit eſſe veriorem opinionem, quidquid
alij malè ſentiant, ſi enim non eſſet opus, vt cura-
tor loqueretur, etiam mutus poſſet eſſe curator,
8 † & auctorari, quod tamen non eſt verum, *l.*1. *in
fin ff.de tutel.l.vnic. C qui morb. ſe excuſ.* ſiue ſimus
in tutore teſtamentario, ſiue in datiuo, & legiti-
mo,*l.pen.ad fin.ff.de legit.tut.* Gloſ. *in d.l.*1. *in fin.in
verb.non poteſt.ff.de tutel.* Guter. *eod.tit.p.*1.*c.*7.*nu.*4.
9 Et paſſim requiri loquelam in curatore, & tutore,
neque ſufficere præſentiam concludunt omnes ma-
gis communiter, vt per Dyn. *in c. qui tacet. de
reg. iur.* Guliel. de Cun. *in l. pater filium. de adop.*
Guter. *de tutel.p.*1.*c.*7.*n.*8.*ante fin.*
Non obſtat, quod etiam admiſſa dicta nullitate ob
non ſeruatam formam ſtatuti, Tamen in caſu no-
ſtro valebit obligatio de iure communi, ſecundum
quod mulier poteſt ſe validè obligare pro dote,
10 † Quia reſpondetur, quod cum onus dotandi
ſpectaret ad virum, non valebit obligatio mulieris,
præſumitur enim, quod vxor interceſſerit pro
viro, ita vt dicatur color quæſitus: Bald. *in auth.ſi
qua mulier.n* 9.& ibi Salic.*nu.*9.*C.ad Velleian.* Aret.
*in §.item ſi.n.*58.*verſ quid è contra.inſtit.de exception.*
11 Honded.*conſ.*45.*num.*10.*cum ſeq.lib.*1. † Vbi quod
ſemper præſumendum eſt, quod mulier ſe obliga-
uerit, contemplatione viri, ideo obligatio non
ſubſiſtit, Quamuis enim mulier poſſit pro dote fi-
12 deiubere, abſque eo, † quod iuuetur Velleiano, *l.
ſi dotare, & l.fi.C.ad Velleian.* Natt.*conſ.*52.*n.*15.Ta-
men aliud eſt, quando vna cum viro ſe obligat pro
13 dote, quaſi tunc videatur pro eo fideiubere, † quo
caſu non valet talis fideiuſſio, quamuis ſit pro do-
te: Bart. *in l.iubemus & in l. fi. C.ad Velleian*. Bero.
*conſ.*48.*per tot.lib.*1.Honded.*conſ.*45.*n.*24 *lib.*1.latè
Surd *deciſ.*164.*n.*13.*vſque ad* 15. vbi teſtatur de ve-
riori opinione, quod videlicet mulier non poteſt
ſe obligare ſimul cum marito pro dote communis
filiæ: Aret.*in l.*1.*col.*10.*verſ.& ad materiã.*vbi Alex.
14 *n.*39.*ff.ſolut.matrim.*† Maximè, quia licet filia ſit
priuilegiata in dote, nihilominus etiam mater ha-
bet priuilegium Velleiani, Vnde dicta filia non
debet vti priuilegio contra matrem pariter priui-
legiatã.*l.aſſiduis. C.qui potior.in pignor.habeant.l.ve-
rum §.item quæritur. ff.de minoribus.* & in propoſito
ita arguit Bero. *conſ.*48.*n.*6. *ad med.lib.*1.
Et quatenus etiam valeret obligatio mulieris cum
viro pro dote de iure communi,Tamen quia partes
voluerunt expreſſè contrahere iuxta formam ſtatu-
ti, & ad illud ſe ex neceſſitate retulerunt, non po-
terit actus haberi pro valido, habito reſpectu ad
ius commune,de quo non fuit cogitatum, cum non
debeat offendi mens contrahentium, prout offen-
deretur, ſi valeret actus eo modo quo poſſet, tan-
quam deficiat conſenſus, & aduerſetur voluntas,
15 & poteſtas agentium, † tunc enim non intrat re-
gula, ſi non valet vt ago, valeat vt valere poteſt,
ſed attenditur alia concluſio, quod potuit noluit,
quod voluit adimplere nequiuit, *l. multum. C.ſi
quis alteri vel ſibi.cum ſuper, de offic. deleg.*Rip.*in l.*1.
*§.ſi quis ita.n.*30.*cum ſiq.* & ibi Soc. *n.* 8. *ff. de verb.
obligat.*Felin.*in c.cum ex officij.n.*25.*ad med. concl.* 4.
de præſcriptionibus.
Hæc multum faciunt pro nullitate obligationis; Ve-
rum obſtat quod multi tenent, quod valeat obli-
gatio mulieris cum marito pro dotanda commu-
16 ni filia reſpectu ipſius. † Nam ſemper mulier habet
regreſſum contra virum, ſi eſt diues, & quatenus
non ſit talis, ſpectabit onus dotandi ad matrem,
præſertim, quia magis eſt fauendum filiæ dota-
17 tæ, quam mulieri dotem promittenti, † cum
maius ſit priuilegium dotis, quam Velleiani: Sa-
lic.*in leg.vltim.num.*1.*Cod.ad Velleian.* Et in ſpecie
eſt *de-*

eſt deciſ. Put. 160. *lib*. 3. vbi concluditur, quod non
obſtãte ſtatuto Vrbis valeat obligatio vxoris in-
tercedentis pro viro ex cauſa dotis promiſſæ com-
13 muni filiæ: Ruin. qui etiam loquitur in ſimili ſtatu-
to, *conſ*. 195. *n*. 5. *li*. 1. *& cõſ*. 194. *n*. 6. *eod. li*. Bal. *Nouel.*
de dot. par. 6. *priuil*. 3. *n*. 7. *& priuileg*. 12. *n*. 12. *& in l*. 1.
n. 84. *&* 124. *ff. ſolut. matr*. & latè cõcludit *ibid*. Barb.
p. 4. *n*. 101. *&* 102. poſt Palat. Rub. *de donat. int. vir. &*
vxor. §. 49. *n*. 2. *&* § 66 *n*. 11. Soc. *conſ*. 80. *in fin. lib*. 4.
Aym *conſ*. 77. *n*. 1 Bald. *conſ*. 106. *nu*. 1. *lib*. 5. Baeça. *de*
non melior filiab. c. 11. *n*. 37. *vſq; ad* 44. Gomeſ. *in lib.*
50. *taur. n*. 25. Azeued. *in l*. 8. *tit*. 9. *lib*. 5. *ordinament. n.*
10. Gregor. *in l*. 3. *tit*. 12. *p*. 5. & concludunt omnes *in*
d. l. 1. *ff ſolut. mat*. Valaſc. *conſult*. 127. *numer*. 2. *cum ſeq.*
Franciſ. Matt. *dec*. 508. *n*. 18. *p*. 1.

Et vltra prædicta, adeſt etiam decretum Iudicis, pro
19 cuius validitate præſumitur, † donec contrarium
probetur: Speculat. *de empt. & vendit*. §. *nunc dicen-*
dum. n. 5. Bald. *in l. quacumque*. §. *fin. ff. de publ. in rem*
act. Alex. *conſ*. 115. *n*. 5. *lib*. 1. *& conſ*. 103. *n* 4. *lib*. 2. *& in*
l. ſciendum. n. 14. *&* 20. *cum ſeq. ff. de verb. obligat*. Iaſ.
in l. pacta nouiſſima. col. 2. *C. de pact*. Dec. *in l. de ali-*
mentis n. 9. *C. de tranſact. & conſ*. 341. *viſo puncto & di-*
ligenter conſiderato. n. 12. Ceph. *conſ*. 33. *n*. 3. *li*. 1. Surd.
dec. 231. *n*. 20. Menoch *præſumpt*. 75. *n*. 12. *lib*. 2.

Et quod dictum eſt de exiſtentia fratris, cuius con-
ſenſus erat adhibendus, prius quam deueniretur
ad deputationem curatoris, non obſtabat, quia cum
idem frater haberet intereſſe propter agnitionem
debitæ, de quo in capitulis matrimonialibus, non
poterat interuenire ad auctorizandam perſonam
20 ſororis, † cum regulariter conſanguinei non ad-
hibeantur, quando agitur de illorum intereſſe: Alex.
conſ. 106. *ad fin. verſ. vnde mihi remanet. lib*. 1. *& in*
l. 1. §. *fuit quæſitum*. vbi Iaſ. Imol. Ang. & Cuman.
ff. ad Trebell. poſt Bartol. *in l*. 1. *ff de auct. tutor*. Bald.
conſ. 139. *in fin. lib*. 1. *& conſ* 407. *præſupponendum eſt*
col. 2. *verſ præterea conſiderãdum eod. li*. Abb. *in c. ſicut*
noſtris. col. vlt. de iureiurand. Caſtr. *in l. ſenium. C. qui*
teſtam. facer. poſſ. & conſ. 329. *viſis & conſideratis. col.*
3. *verſ. itaque quia ſecundũ. li*. 1. Tiraq. *de legib. connu-*
bialib gloſ. 8. *n*. 114. *fol*. 368. Lup. *in rubr. de donation.*
int. vir. & vxor. §. 68. *col*. 3. *verſ. ex quo dicebam*. Cor.
conſ. 254. *col*. 4. *verſ. præterea conſenſus. lib*. 1. Prout e-
tiam hoc diſponitur in ſtatuto, quod eſt ſeruan-
21 dum, tanquam adſit caſus legis, † & inanis ſit diſpu-
tatio, vbi illius extat deciſio, quare non eſt aliud in-
ueſtigandum Bald. *in l. gallus*. §. *ſi eius. in* 2. *notab. ff. de*
liber. & poſth. Ceph. *conſ*. 158. *n*. 20. Surd. *conſ*. 58. *nu*. 3.

Amplius ſolemnitates ſtatuti non erant neceſſariæ,
ſumus enim in cauſa dotis, quæ tamquam ſpecialiter
22 priuilegiata † non comprehenditur in ſtatutis de
contractibus mulierum. Salic. *in l fin. in* 4. *notab. C.*
de iur. dot. Nat. *conſ*. 52. *n*. 16. Soc. *conſ*. 121. *col*. 6. *li*. 4.
Bald. *conſ*. 359. *quemadmodum. lib*. 3. Ruin. *conſ*. 61. *n*. 3.
lib. 1. Ceph. *conſ*. 13. *n*. 43. Iaſ. *in l*. 1. *in* 3. *notab. ff ſolut.*
matrim. & conſ. 171. *col. penul. lib*. 4. Bald. *Nouell. de*
dot. par. 6. *priuil*. 47. *in fin*. Gabr. *de legib. & conſuetu-*
tion. concluſ. 1. *n*. 91. Tiraq. *de retract. lignag*. §. 1. *gloſ.*
14. *n*. 91. Rot. coram Card. Lancellotto Senogallien.
23 dotis 10. Martij 1596. † Quidquid aliud ſẽtiat Dec.
conſ. 5. cui reſpondet, & atteſtatur de magis com-
muni Neguſ. *de pignorib. memb*. 2. *p*. 8. *n*. 23. Goz. *conſ.*
43. *n*. 11. *&* 12. Lup *in rubr. de donat. inter virum &*
vxor. §. 16. *col*. 3. *verſ. & ideo non eſt*. Paul. Cittad. *de*
de iure patronat. q. 12. Surd. *deciſ*. 164. *n*. 1. *& dec*. 323.
num 6. *vſque ad* 10. *& de aliment. tit*. 8. *priuileg* 70.
24 † Et in terminis ſtatuti Vrbis, de quo agimus,
ita concludit Putat. *deciſion*. 160. *lib*. 3. *in nouis*. Ca-
putaq. *dec*. 3. *& dec*. 199. *p*. 3. Rot. coram Card. Blan-
chetto Romana euictionis palatij 27. Martij 1588.

Nec poteſt colligi, quod partes voluerint contrahere
iuxta formam dicti ſtatuti Vrbis, ad quod ſe retu-
lerunt, Quia vltra quod ſolemnitas illius fuit ſerua-
ta, vt ſupra dictum eſt, non adeſt iſta reſtrictio
25 ad ſtatutum, † cum in contractu fuerit appoſita
clauſula omni meliori modo, quæ operatur, vt a-
ctus valeat eo modo, quo poteſt valere, *ca*. 1 *de po-*
ſtulat. prælator. in 6. Bal. & Imol. *in l. cum pater*. §. *filius*
matrem, ff. de leg. 2. Dec. *in c. cum ſuper. col. fin. de offic.*
deleg. & conſ. 11. *col. penult*. Aym. *conſ*. 141. *n*. 3. *& conſ.*
326. *n*. 15. Fulgoſ. *conſ*. 43. *col*. 2. Ruin. *conſ*. 11. *n*. 16. *lib.*
2. Cephal. *conſ* 41. *n*. 16. *lib*. 1. Alex. *conſ*. 11. *n*. 2. *lib*. 3.
Rip. *in l*. 1. § *ſi quis ita, n*. 18 *ff de verb. obligat*. Capu-
taq. *dec*. 91. *n*. 5. *par*. 1. Quamuis neque aliqua ſolem-
nitas per ſtatutum requiſita eſſet neceſſaria ſtante
cauſa dotis, & aliis ſupra adductis, ex quibus dixi
non potuiſſe agi ad inualiditatem præfati contra-
ctus, conſulendo eos, qui ſuper prædictis votum
meum petierunt, vt recederent ab huiuſmodi iu-
dicio, dando eis omnia motiua, & rationes exten-
ſas, prout ſuperius ſcripſimus, licet omnibus muta-
tis, & facta noua informatione inſerendo ſolum
in ea fauorabilia, aliud viſum fuerit partibus, per
quas fuit inſtatum proponi dubium in Rota ſuper
nullitate eiuſdem contractus, qui tamen fuit de-
claratus validus, vt in deciſione R. P. D. Veroſpij
in hac cauſa Romana bonorum. 23. Maij 1617.

EPITOME.

Nepotes, & pronepotes, quando veniant ap-
pellatione filiorum, qui vocantur ad præſentatio-
nem iuriſpatronatus. ¶ Et an ſtante primo gradu
ceſſet ſecundus, & exiſtente ſecundo deficiat ter-
tius. ¶ Verba vt ſupra illis, & in perpetuum, quid
ſignificent. ¶ Præcedentia quando influant in ſe-
quentia, & ſint maioris efficaciæ ad illorum deter-
minationem. ¶ Correctio in eodem actu, quando
ſit vitanda.

SVMMARIVM.

1. *Deſcendentes vocati ad nominationem iuriſpatronatus habent ius quæſitum, vt gradatim fiat ſucceſſio, ita vt ſtante primo gradu ceſſet ſecundus, & exiſtente ſecundo deficiat tertius.*
2. *Nepotes & pronepotes non veniunt appellatione filiorum maſculorum. Declara vt n*. 5. *&* 6.
3. *Dictio illius eſt perſonaliſſima, & refertur ad perſonam immediatam.*
4. *Verba vt ſupra repetunt omnia narrata cum eiſdem qualitatibus num*. 12.
7. *Præcedentia magis influunt in ſequentia, & ſunt maioris efficaciæ ad illorum determinationem*. *n*. 10.
8. *Correctio incontinenti non admittitur. Ampliare vt n.* 9. *&* 11.
13. *Ex primordio tituli poſterior formatur euentus.*
14. *Vocatio filiorum in perpetuum comprehendit tam vlteriorem gradum, quam primum, & omnes deſcendentes. numer*. 15.
16. *Filij & deſcendentes quando cenſeantur vocati ad præſentationem iuriſpatronatus.*
17. *Proximiores præſumuntur magis dilecti, quam extranei: & præferuntur in præſentatione iuriſpatronatus. numer*. 18.

CAPVT DCXLVIII.

IN fundatione iuriſpatronatus, de quo agimus, fuit per fundatorem expreſsè declaratum, quod Canonicatus de nouo per ipſum erectus ſemper, & in perpetuum ſit, & eſſe debeat de iurepatronatus, & præſentationis ſeu præſentandi ipſius donatoris, & eius familiæ de Florianis deſcendentium ex ipſo donatore, & Camillo eius filio legitimo, & naturali, tam pro prima vice, quam pro aliis ſubſequentibus vicibus dum pro tempore vacauerit, ex quibus verbis clarè colligitur non eſſe vocatos ſolos filios Camilli, ſed etiam familiam de Florianis & deſcendentes ex ipſo donatore, ac eius filio,
1 Ita vt † deſcendentes, & de familia, ſeu parentela ſint admiſſi per fundatorem tanquam ſucceſſores, adeo vt illis ſit ius quæſitum, vt gradatim ſucceſſio fiat, quod videlicet ſtante primo gradu ceſſet ſecundus, & exiſtente ſecundo deficiat tertius, *l. cum pater 79.§.penult. de leg.2. l. peto 71 §.fratre ff. eod.tit. l. gallus 29. §. quidam recte, de liber. & poſth.* Card.Mantic. *de coniect vltim.volunt.lib.8.tit.*12.*nu.*3. & in propoſito notat Lambertin. *de iure patronat.lib.2.p 2 qu.2.art.8.nu.3.poſt med. verſ. vnde pro eorum intelligentia.fol.*134.

Neque obſtat, quod in eadem fundatione addantur illa verba, Ita vt in huiuſmodi canonicatu dum pro tempore, & quotieſcumque vacauerit præſentatio vt ſupra in perpetuum ſit, & eſſe debeat Antonij donatoris quoad vixerit, & poſt eius mortem Camilli: illiúſque filiorum maſculorum legitimorum, & naturalium, vt ſupra, quibus deficientibus eo caſu collatio d. Canonicatus ſit, & eſſe debeat libera, Epiſcopi pro tempore exiſtentis, per quæ verba apparet tale ius præſentandi eſſe ſolum reſtrictum ad filios maſculos Camilli, & non ad de-
2 ſcendentes vlterioris gradus, † cum filiorum maſculorum appellatione non veniant nepotes, & pronepotes, & cæteri deſcendentes, *l quid ſi nepotes.ff. de teſtam.tut. §.fi.inſtit. qui teſtam.tut.dar.poſſ.* Bart. *in l.liberorum n.*10.*ff.de verb.ſignificat.* cum aliis latè adductis per Rot. coram R.P.D. Veroſpio Ariminen. fideicommiſſi.17.Ianuarij 1614. inter impreſſas in recentiorib.*p.2.dec.*507.*n.*1.*cum ſeq* & coram R.P.D.Dunozet.Ariminen. fideicommiſ.23.Martij
3 1615.quæ eſt *deciſ.667.d.p.2.* † Maxime quia vocantur poſt mortem Camilli illius filij, quæ dictio illius, & ſimilis eſt perſonaliſſima, & refertur ad perſonam immediatam. Socin. *in l. gallus. §. inſtituens.n.*5.*verſ.ſed tu defendendo.ff.de liber.& poſthum:* Menoch. *conſ.*215.*n.*51.*cum ſeq.lib.*3. Rot.*deciſ.*507.*n.9.p.2.in recentiorib.*Roland.*conſ.97.nu.20.vſque ad 23.li.4.*Rip.*in l.filiusfamilias §.diui. nu.*111.*de leg.* 1. Aym.*conſ* 98.*n.*9.Honded.*conſ.*60 *n.* 68. *lib.*1.

Quia cum prius ſint vocati deſcendentes Camilli quamuis poſtea ſolum dicatur de filiis, Tamen non intellexit de illis ſimpliciter, ſed etiam de deſcen-
4 dentibus, † tanquam fuerint vocati filij cum illa dictione vt ſupra, per quam oſtenditur vocationem fuiſſe de deſcendentibus quos ſupra vt tales nominauit, prout generale eſt vt in omnibus iſtis dictionibus, vt ſupra, vel ſimilibus repetantur omnia narrata cum eiſdem qualitatibus, & cæteris quibuſcumque in præcedenti diſpoſitione expreſſis, *l.*1. *§ deinde & §. ex hoc edicto ff de poſtuland.* Bart.*in l.ſi quis ſeruum. §. fin. verſ. ſed. quaro teſtator. ff de legat.*2.Aret.*conſ.*155 *col.2.in princ.* Oſaſc.*deciſ.*164.*n.*13.Honded.*conſ.*78.*n.*20.*lib.*1.Menoch.*conſ.*
5 74 *n.*14.Dec. † qui loquitur in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis cum iſta qualitate deſcendentium *conſ.226.in caſu ad me tranſmiſſo.num.*3.& Pariſ.*conſi.*37.*nu.*59.*&* 62.*lib.*2.& Bero,*queſt.* 104. *nu.*7.Ruin.
6 *conſi.*18.*n.*37.*lib.*2.Cephal. † loquens de feudo *conſ.*311.*n.*37.*lib.*3.& Burſat.*conſ.*151.*n.*47.*&* 48.*li.*2.vbi quod ſit repetitio tam quoad ſubſtantiam, quam circa qualitates, Alex.*conſil.*59. *nu.*21. *ad med.lib.*3. Albenſ.*conſil.*473.*num.*5.*&* 15. & ibi late Addit.*in verb.vt ſupra,lib.*3.Roland.*conſi.*34.*n.*29. *&* 30.*lib.*4.Socin.*conſi.*251.*n.*2.*lib.*2.

Amplius quamuis etiam non adeſſet iſta clauſula repetitiua, & relatiua, ſufficit quod in principio diſpoſitionis, de qua agimus, fundator huiuſmodi patronatus ſtatuerit, quod illud ſemper, & in perpetuum pro prima vice, & pro aliis ſubſequentibus vicibus, dum pro tempore vacauerit, ſit de iure patronatus & præſentationis, ſeu præſentandi ipſius donatoris, & eius familiæ deſcendentium ex ipſo donatore, & eius filio legitimo, & natura-
7 li, † ita vt ex iſta diſpoſitione in principio poſita, ſequatur determinatio omnium, quæ poſtea diſponuntur, & cuncta ab ea regulentur, tamquam naturaliter præcedentia magis influant in ſequentia, & ſint maioris efficaciæ ad illorum determinationem: Bart. *in l. auia. in princ. ff de condition. & demonſtr.*Alex.*conſi.*51.*num.*2. vbi late Addit. *in verb. ſequentia.lib.*3.Roman.*ſing.*665.*in fin.* Menoch.*præſumpt.*28.*n* 24 *lib.*1.*& de arbitr.caſ.*64. *n.* 19.Tiraq. *de retract.lignag.§.*1.*gloſſ.*14.*num.*25.

Maxime, quia ſequeretur abſurdum, quod in eodem actu, & incontinenti, & in eadem oratione octo linearum, fundaretur iuſpatronatus in perpetuum pro familia, & deſcendentibus ipſius fundatoris, & ad eorum præſentationem perpetuam, & poſtea reſtringeretur ſolum ad filios legitimos, & natu-
8 rales ſui filij, † & ſic daretur correctio incontinenti, & contradictio in eodem puncto, quæ tamen non debet admitti, ideo potius eſt facienda interpretatio, ne præcedentia corrigantur, vt verificentur narrata in deſcendentibus ad hoc vt poſſit dici perpetua diſpoſitio, prout fundator expreſſit: Alex.*conſ.*59.*nu.*13.*lib.*3.iuxta *l. non ad ea.ff. de conditionib. & demonſtrat. l. ſi ſeruus plurium. §. fin ff.de legat.*1.Dec.*in l.ſingularia. ff. ſi certum petat.*
9 Alciat.*præſumpt.*28.*reg.*2.*n.*1.*vſque ad* 10. vbi quod hoc procedit, quamuis etiam verba eſſent intelligenda ad litteram, prout iacent ſecundum Anch. *conſ.423.viſo puncto col.*2. & etiam ſi alias verba impropriarentur: Roman. *conſ.* 104. *pater reuerende.*
10 *col.1.ad med.& col.2.n.2.cum ſeq.* † Vbi etiam quod ad interpretationem ſequentium, & verum illorum intellectum, potius ſunt inſpicienda præcedentia, quam quæ ſubſequuntur, Idem Roman. *conſ.*505.*n.*3.vbi latè Mandoſ. *in verb.c.præcedentia.* Ruin.*conſ.22.ante fin.lib.*4. Dec. *in c.inquiſitioni. in*
11 *fi.de appellationib.* † & paſſim ad euitandam correctionem, & abſurdum inducitur repetitio: Caſtr. *conſ.*410. *viſo facto & dubiis mihi traditis.in fin.lib.*1. Aym.*conſ.*208.*num.*7.

Cum præſertim ſimus in his, quæ veniunt continuatiuè, tunc enim ex mente diſponentis cenſetur in ſubſequentibus facta repetitio omnium narrato-
12 rum, † ſtante maximè identitate rationis, quæ militat

licet in caſu noſtro, vt de omnibus deſcendentibus, & non de ſolis filijs intellexerit, provt ſupra diſpoſuit, dum voluit toti familiæ in perpetuum conſu-
13 lere, † ita vt ex primordio tituli poſterior formetur euentus, *l. 1. C. de inconend. lucrat. deſcr. li.* 10 & in propoſito multa ſimilia ad*du.* it Aymo *cõſ.* 208. *numero* 5. *in fi & numero* 6. *&* 7. poſt Caſtr. *conſi* 410. *viſo facto & dubijs mihi traditis*, *col fi. libro* 1. B. l l. *conſi.* 17. *prœteritio*, *libro* 2. Anchar. *conſi.* 361. *viſa plena facti narratione*, *colum.* 1. *ad med.* Caldet. *conſi.* 6. *de elect.* Corn *conſi.* 112. *libro* 4.

Immò quamuis etiam prædictæ clauſulæ præcedentes, & ſubſequentes non adeſſent, neque in fine, neque in principio diſpoſitionis, Tamen in caſu noſtro magis eſt dicendum præſentationem ſpectare non ſolùm ad filios filiorum, ſed etiam ad deſcendentes omnes in infinitum, quia fundator non facit mentionem ſimpliciter de filijs maſculis legitimis & naturalibus Camilli, ſed addit illa verba, ita vt in huiuſmodi canoni catu dum pro tempore & quotieſcumque vacauerit, præſentatio vt ſuprà in perpetuum ſit & eſſe debeat dictorum filiorum, quibus deficientibus d præſentatio ſpectare debeat
14 ad epiſcopum, † ex quibus verbis apparet non eſſe vocatos ſimpliciter filios Camilli filij, & ſic nepotes fundatoris ad huiuſmodi præſentationem, ſed cum illa qualitate in perpetuum, quo caſu veniunt nepotes, & pronepotes, & omnes deſcendentes in infinitum, quaſi tunc propter illa verba in perpetuum non videatur fundator reſtrinxiſſe ſuam diſpoſitionem ad certos, & determinatos filios, ſed illam in futurum, & in incertum perpetuum euentum contuliſſe, ex quo enim diſponens perpetuitatem deſiderauit, capienda eſt interpretatio ex quâ ipſa perpetuitas in omnes deſcendentes conſeruetur, non autem quod ſtatim in primo gradu diſpoſitio perimatur, cum alias fruſtrà dictio in perpetuum fuiſſet addita, ſi tantum primum gradum fundator conſideraſſet: Rot coram R. P. D. Manzanedo Romana caſalis palazzetti 10. Iunij 615. in impreſſis in recentioribus, *pa.* 2 *dec.* 718. *nu.* 1. *&* 2. Ruin. *conſi.* 139. *nu.* 21. *lib.* 3 Petr. *de fideicomm. qu.* 5. *nu.* 181. Surd. *conſi* 336. *nu.* 9. *in fi.* Cardin Seraphin. *deci.* 409. *num.* 11. Lup. *in rubr. de donationibus inter vir. & vxor.* §. 69. *nu.* 21. Peregr *conſi.* 14. *nu* 2. *lib.* 1. *& conſi.* 56. *num.* 2. *lib* 4 *de fideicom. art.* 22. *nume* 54. Rimin Iun. *conſi.* 23. *nu* 68. *lib.* 1. Pariſ. *conſi* 37. *nu.* 13.
15 *&* 14. *lib.* 2. Rolan. *conſi.* 23. *nu.* 18 *cum ſeq. lib* 4. † Et paſſim ſtatutis iſtis dictionibus ſemper, in perpetuum, continuo, in infinitum, & ſimilibus ampliatur diſpoſitio, ita vt quamuis loquatur de filijs, extendatur ad omnes deſcendentes provt eandem rationem, quæ in omnibus limitat ob huiuſmodi dictiones, quæ idem ſignificant, & habeant eandem naturam, latè Eugen. *conſi.* 81. *nume.* 35 *vſque ad* 38. poſt Pariſ. *conſi.* 53 *nu.* 21. *lib* 3 Bero. *conſi* 80. *num.* 9. *lib.* 2. Curr. Iun *conſi.* 145. *nu.* 10. Rimin. Iun. *conſi.* 20. *nu.* 10. *lib* 1 Socin *in l. qui Romæ*, 122 § *coheredes*, *nu.* 16 *ff de verb. oblig.* Alex. *conſi.* 23. *nu.* 11. *&* 14. *lib.* 1.

Accedat quod nulla ratio diuerſitatis poteſt conſiderari, vt fundator potius voluerit vocare ad huiuſmodi præſentationem filios, & non deſcendentes,
16 † cum immò in vtriſque militet eadem ratio conſeruandi iuſpatronatus, & præſentationem illius perpetuam in familiâ ſuâ, quæ tam ad illos, quàm ad illos ſtante perpetuitate per eum conſiderata debet ſpectare, ita vt ad hunc effectum omnes deſcendentes videatur prædilexiſſe, ſicut filios dilexit:
17 Pariſ. *conſi.* 53 *num.* 21. *lib.* 3. † Maximè quia in defectum filiorum vocauit Epiſcopum, & ſic perſonam non ita dilectam, provt ſunt illi, qui deſcendunt ex lineâ ſuâ, & ex eius progenie, vnde iſti debent eſſe melioris conditionis quo ad talem vocationem, quàm alij, *l. publius*, §. *fi. ff de cond. & demonſtr l. cohæredi*, §. *diſcretas ff. de vulg. & pupill. ſubſti.* Bart. *in l. ſi mater*, §. 1 *ff eod tit. & in l. lucius*, *col* 8. *& in l. vlt. ff. ad ſenatuſc. Trebell.* Corn. *conſi.* 99. *col* 10. *libro* 2. Aym *conſi.* 155. *n.* 6 *in fi* Cephal. *conſi.* 16. *n.* 11. Caſtr. & Iaſ. *in l. fi. C de verb. ſig.* Curt. Iun. *conſi.* 57 *nu.* 12.
18 Surd. *conſi.* 125. *nu.* 16 *lib.* 1. † vbi an pariat etiam ad magis dilectos nondum natos, qui ſemper præferuntur minus dilectis: Cephal. *conſi.* 3. 8. *nu.* 49. *li.* 3. *iuxta l. cum ita* § *in fide commiſſo ff de legat.* 1.

EPITOME

Poſſeſſor bonæ fidei an faciat fructus ſuos. § Et quid ſi non eſt in bonâ, nec in malâ fide. § Penſiones domorum an dicantur fructus ciuiles, ſeu induſtriales, vel mixti, ſeu loco fructuum. § Pecunia conſumpta quando efficiatur recipientis. § Ex quo caſu filius illam imputet in legitimam, & trebellianicam. § Præſcriptio crediti, ſeu legitimæ, & illius ſupplementi an ſit admittenda ante petitionem creditoris? § Et quando dicatur debitor in bonâ fide, ſi non tenetur debitum offerre.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones domorum dicuntur fructus ciuiles, ſeu induſtriales, vel mixti, ſeu loco fructuum, num.* 3. *&* 4.
5 *Penſio eſt nomen generale ad liuellum, cenſum, & quãlibet annuam ſolutionem.*
6 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos provt etiam ille, qui non eſt in bona, nec in mala fide.*
7 *Pecunia conſumpta quamuis aliena efficitur recipientis, & conſumentis, & facit extinguere dominium, & hypothecam, num.* 8.
9 *Filius non imputat in legitimam, & trebellianicam pecunias conſumptas.*
10 *Conſumptio pecuniæ non attenditur ſtante mala fide recipientis.*
11 *Præſcriptio non admittitur antequam creditum petatur, maximè ſi debitor non tenetur offerre, numer.* 12. 13. 14. 15. *&* 16.
17 *Legitima, & eius ſupplementum præſcribitur per hæredem contra filium non petentem, & non declarantem illud velle.*
18 *Hæres dicitur eſſe in bona fide percipiendo penſiones ex domo, quam ſciebat non potuiſſe obligari ex forma ſtatuti.*
19 *Fructus ſunt acceſſorij, & ſequuntur naturam principalis, neque diuerſo iure cenſeri debent, nu.* 20.
21 *Penſiones domorum ſequeſtratæ in manibus conductorum poſſunt dici fructus pendentes, cum poſt exactionem non ſint amplius fructus.*

CAPVT DCXLIX.

PEnſiones domorum ſunt fructus ciuiles tamquam ex prouiſione hominis prouenientes,
1 † iuxta opinionem Bart. *in l. ex diuerſo*, §. 1. *nu.* 1. *ff de rei vend* per text. *in l. ſi nauis*, *ff. eod. tit.* vel dicuntur
2 fructus induſtriales, ſeu induſtroſi, † vt dicit Bald. *in l. vbi adhuc colum. pen. ver. in textu quæritur numquid*, *Cod. de iur. dot. & in l. ſi traditio*, *in fin. C. de action. empt.* Silvan *conſi.* 49. *numero* 77. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 15. *nu.* 624. vbi etiam quod ſecun-

3 dum alios dicuntur fructus mixti, † vel fructus lu-
cri, vel obuentiones, vel ad ſimilitudinem natura-
lium, & largè, non ſtrictè, & propriè appellantur
fructus, cum ſint loco fructuum, vt dicit text. *in l.
mercedes ff. de petit. hereditat.* Afflict. *decif.* 44. *num.* 7.
Alexan. *conſi.* 181. *in fi. libro* 2. & iſta eſt verior opi-
4 nio, quod fructuum vice ſint, & pro † fructibus re-
putentur ex interpretatione iuris, non ex propria
naturâ, aut conditione, vt latè concludit Caſtill. *de
vſufruct. capi.* 36. *numer.* 65. *vſque ad* 71. poſt Albenſ.
conſi. 441. *numera* 12. Guter. *de intel. par.* 3. *capit.* 23.
numer. 16. *&* 17. & paſſim penſiones æquiparantur
5 fructibus, & ſunt in fructu, † & de vno ad aliud li-
cet arguere, ita vt penſio ſit nomen generale non
ſolum ad liuellum, ſed ad cenſum, & quamlibet an-
nuam ſolutionem: Socin. *conſi.* 50. *nu.* 3. *lib* 4. Boer.
decif. 51. *n* 5. Vincent. Anibal. *in addit. ad Albenſ. con-
ſi.* 69. *in verb. æquiparantur*, Menoch. *conſi.* 66. *numera*
7. *&* 8 *de arbitr. caſ.* 210. *numera* 27.

Cum igitur iſtæ penſiones ſint loco fructuum, ſequi-
tur, quod poſſeſſor bonæ fidei faciat hos fructus
6 ſuos, † cum etiam eos vt ſuos lucretur ille qui non
eſt, nec in bonâ, nec in malâ fide: Menoch. *de recu-
per. poſſeſſ. remed.* 15. *num* 625. *&* 629. poſt Bero. *in ca-
pit. grauis, num.* 24. *ver. ſubdatamen, de reſtit. ſpoliat.*
per tex. *in l ex annuo, & l. de fructibus, de donat. in-
ter vir. & vxor. iuncta l. fructus ff de vſur.*

Ex quibus etiam ſequitur, quod hæres, qui percepit
iſtas penſiones, & eas conſumpſit non poteſt cogi à
7 creditoribus † teſtatoris, vt illas reſtituat pro ſatis-
factione ſuorum creditorum, quia ſtante conſum-
ptione, & commiſtione, ipſa pecunia quantumuis
aliena efficitur recipientis *l. ſi alieni nummi. ff. de ſo-
lutionibus*, Gloſſ. *in l. ſingularia*, vbi Bart. & Angel.
colum .7. Iaſ. *numer.* 13. Dec. *numer.* 6. Cuit. Ium
numer. 19. *&* 20 *ff. ſi cert. petat.* Surd *conſi.* 4. *numera*
8 10. 14. *&* 15. *libro* 1. † vbi etiam, quod talis pecu-
nia in genere ſoluta, poſtquàm eſt conſumpta, facit
extingui dominium, quod prius penes quemcum-
que exiſtebat, nec poteſt amplius vendicari, prout
etiam multo magis eſt extincta omnis hypotheca:
Grammat. *quæſt.* 1. *poſt dec. n.* 6. *&* 7. Menoc *conſ.* 25. *n.*
9 15. *li.* 1. † vbi etiam ex hoc concludit, quod filius non
imputat in legitimam, & trebellianicam pecunias
conſumptas, quamuis teneretur, ſi illæ extarent:
Corn. *conſi.* 105 *colum. vltim. libro* 3.

Non obſtat, quod ſtante malâ fide hæredis ſcientis
adeſſe debita in hæreditate, non attenditur con-
10 ſumptio pecuniæ, † nam tunc pro ea datur vendi-
catio, cum dominium non ſit acquiſitum conſu-
menti, *l. ſed & ſi pater, in fi ff ad maced.* Surd. *conſi.* 4.
num. 43. *libro* 1. Quia prædicta procedunt poſtquàm
fuit petitum ſuum creditum per creditorem, nam
ante petitionem, & interpellationem debitori fa-
11 ctam non poteſt dici, quod ille ſit in malâ fide †
ob præſumptam voluntatem remiſſionis crediti,
ideò admittitur præſcriptio etiam de iure canoni-
co, quæ non admitteretur ſi adeſſet mala fides, So-
cin. *conſi.* 203. *capiendo primum. col.* 2. *libro* 2. vbi quod
12 maximè procedit, † quando debitor non tenetur
offerre iuxta theoricam: Abb. *in capit. quod clericus,
col. penult. nu.* 43 *de foro compet. & in capit. fi. num.* 18.
& 19. & ibi latè Matth Colerus, *num.* 13. *&* 14. *cum
pluribus ſequ. de præſcriptionibus*, poſt Hoſtienſ. *in
ſumm. eod. tit. §. qua res, col* 1. *poſt med.* & Bart. *in l. ſe-
quitur, §. ſi viam, nu.* 2. *&* 3. *ff. de vſucap. & in l. hoc
autem ff. de ſeruit. vrban. prædior. & in l. vlt. in fi ff.*
13 *quemadm. ſeruit. amitt.* † Et iſta opinio eſt verior
quidquid contrarium ſequantur relati per Alex. *cō-
ſi.* 99. *col.* 2. *nu.* 4 *lib.* 4. Ruin. *conſi.* 159. *num.* 13. *lib.* 4.
Felin *in capi. fi. num.* 3. *de præſcript.* Quia nunquam
conſideratur mala fides in eo, qui non tenetur of-
14 ferre iuxta diſtinctionem, † de qua per Socin &
Abb. *vbi ſuprà* & latè comprobat Capell. Tholoſ.
deci. 74. & ibi Aufrer. *in addit n.* 2. Barbat. *in cap. fi.
de præſcr.* & notat etiam Add ad Alex. *dict. conſi.* 99.
15 *lib* 4. † vbi quod Alex. ibi malè conſuluit ſequendo
ſimpliciter contrariam opinionem, quia ſola ſcien-
tia debiti non inducit malam fidem, nec impedit
præſcribi, ſed poſitiua mala fides debitoris, vt quia
celat debitum, vel continuata gratia creditoris im-
plicans expreſſam, vel tacitam recognitionem im-
16 pedit præſcriptionem, & ita practicari, † & verita-
tem eſſe teſtatur Addit ad Alex *dict. conſi.* 99. *in* 1. *&*
2. *addit*, vbi etiam allegat Bald. *conſi.* 437. *lib.* 1. Vi-
talio. *in clement.* 1 *col.* 3. *in gloſ. in verb. donec. de regul.
iur.* Corn. *conſi.* 206. *lib.* 2. *& conſi.* 296. *in littera o, lib.*
3. *& conſi.* 277. *li.* 4. Ang. *in ſumm. in verb præſcriptio,
nu.* 43. *ad fi. ver panormitanus tamen*, Cyn. *in l* 2. *C. de
ſeru. & aqua* Bald. *in l vltim. col. final. ff quemadmo-
dum ſeruit. amit.* Io Faber. *in § rurſus, inſti. de actionib.*

Quare etiam dicimus, quod præſcribitur legitima, ſiue
eius ſupplementum per hæredem, contra filium,
17 † quamuis illi debeatur ipſo iure, cum non poſſit
conſiderari mala fides antequam filius creditor de-
claret dictam legitimam velle, eámque petat: So-
cin. *conſi.* 2. *in fi. lib* 3. Pariſ. *conſi* 32 *numero* 16. *libro*
3 Rip. *in l. ſi, quæſt.* 69. *nu.* 251. *C de reuocand. donatio-
nib.* Gomez. *de teſtam. tit.* 11. *numer.* 25. *ver. item quæro
an filius*, Soarez. *in l quoniam in prioribus, limit.* 3. *nu-
mera* 2. *&* 3. *C. de inoff teſtam.* Honded. *conſi.* 83. *nume-
ro* 47. *libro* 1. Mohedan. *deci.* 151. Surd. *deci.* 25. *nu-
mero* 4. *& de alim. tit.* 6. *qu* 9. *numero* 20. cum alijs
quos latè adduxi *deci.* 4. *& ibid. in addit.*

Et magis bona fides adeſt in caſu noſtro propter ſtatu-
tum diſponens, quod nulla obligatio, pignoratio,
& alienatio valeat ſuper domibus ciuitatis Piſau-
ri, ſiue obligentur bona ſpecialiter, ſiue generali-
ter, præterquàm ex cauſâ dotis, adeò quod contra-
faciens incurrat in pœnam ibi côtentam, vltra nul-
litatem contractus tollendo facultatem creditori-
bus executionem faciendi ſuper domo debitoris,
18 † Ita vt ſtante huiuſmodi ſtatuto hæres cum bene-
ficio legis, & inuentarij potuerit percipere fructus,
& penſiones ex domo, quam ſciebat non eſſe hypo-
thecatam, nec obligatam creditori, nec illi potuiſſe
obligari, & hypothecari ob reſiſtentiam ſtatuti, &
19 per conſequens bene fructus recepit, qui † tanquam
acceſſorij ſequuntur naturam principalis, *c. ſi ſuper
gratia de offic. deleg. in* 6. *c. acceſſorium*, 42. *de regulis
iuris, eodem libro*, vbi Dyn. *numero* 2. ampliat, ſiue
agatur de inducendo principali, ſiue tollendo, ſiue
confirmando. *l.* 2. *D. de pænn legata, l. centum capua,*
20 *§ fi. de eo quod certo loco, l. eos, C. de vſur.* † Neque
enim iſti fructus, & acceſſiones, diuerſo iure cenſe-
ri debent à bonis, quibus accedunt *l. fi. §. quoniam
vero comperimus, C. de re militari, libro* 12. *l. ſi conue-
nerit, §. ſi nuda, ff. de pignerat. act.* Surd. *conſi.* 128. *nu-
mera* 16. *libro* 1.

Et quatenus etiam iſti fructus, ſeu penſiones debe-
rentur creditoribus, erant per eos ſequeſtran-
dæ in manibus conductorum, antequam fuiſ-
21 ſent exactæ, † quia tunc poterant dici eſſe pen-
dentes, & connumerabantur in fructibus pen-

dentibus,

dentibus, cum poſt exactionem non ſint amplius
fructus, neq; penſiones Pariſ. *conſ.40. num.8. lib.1.*
Bero *conſ.133.num.9.lib.1.* Aym *conſ.2.2. nu.8.* Soc.
conſ.300 nu.2.lib 2. Rol. *conſ.77. nu.10.lib.4.* Surd.
conſ.84.numer.4.lib.1.& conſ.227.numer.21.libro 2.

EPITOME.

Hæres fiduciarius qualis dicatur. ¶ Et quando
detrahat trebellianicam. ¶ Et an requiratur, quod
fideicommiſſarius ſit de neceſſitate inſtituendus.
¶ Et quod fiducia ſit de totâ hæreditate. ¶ Indefi-
nita quando æquipolleat vniuerſali tam in proba-
tionibus, quàm in legibus, & diſpoſitionibus ho-
minum, & in odioſis. ¶ Subſtitutio fiduciaria qua-
liter ſit probanda. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingu-
lares, vel requirantur ſeptem. ¶ Promiſſio facta
teſtatori de reſtituendo alicui hæreditatem, quan-
do tranſeat in contractum. ¶ Declaratio diſpoſi-
tionis teſtatoris per quot teſtes ſit probanda, ſiue
tendat ad certificandum, quod erat obſcurum, ſiue
ad immutandum, quod erat certum. ¶ Ademptio
hæreditatis in totum, ſiue in parte no poſſit fieri
etiam in voluntate non ſolemni. ¶ Actus nouus
an dicatur, quando hæreditas capitur ex declaratio-
ne, non ex ipſa inſtitutione. ¶ Et an requirat
ſolemnia prout teſtamentum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio loquens de herede fiduciario requirit, vt fi-
deicommiſſarius ſit talis, qui de neceſſitate ſit inſti-
tuendus, numero 1.*
3 *Heres fiduciarius non detrahit trebellianicam. Intel-
lige vt numero 4.*
5 *Fiducia de tota hereditate eſt probanda, vt ſit locus di-
ſpoſitioni heredis fiduciarij, numero 7.*
6 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in probationibus,
& in odioſis: ſecus in legibus, & ſtatutis, nu.9.& 10.*
8 *Hereditas dicitur ſucceſſio in vniuerſum ius de-
functi.*
11 *Confidentia non probatur per teſtes ſingulares. Decla-
ra vt nu.24.25.26.27 & 28.*
12 *Singularitas diuidit, & lacerat diſpoſitiones teſtium.*
13 *Subſtitutio fideicommiſſaria, ſeu fiduciaria eſt ſecun-
da inſtitutio, & eſt probanda per ſeptem teſtes. In-
tellige vt nu.14.*
15 *Declaratio tendens ad certificandam obſcuram diſpo-
ſitionem teſtatoris probatur per duos teſtes, ſecus ſi
tendat ad immutandum, quod erat certum, tunc enim
requiruntur ſeptem teſtes, num.16.17.19 & 20.*
18 *Ademptio hereditatis in totum, vel in parte non po-
teſt fieri, niſi in voluntate ſolemni, num.29 & 30.*
21 *Diſpoſitio noua dicitur, quando hereditas capitur ex
declaratione, non ex ipſa inſtitutione, & requirit
omnia ſolemnia prout teſtamentum, num.22.*
23 *Filiatio poteſt probari per duos teſtes, quando teſtator
inſtituit Titium filium ſuum.*
31 *Teſtator non poteſt facere, quod leges non habeant
locum in ſuo teſtamento.*
32 *Promiſſio facta teſtatori de reſtituendo alicui heredi-
tatem tranſit in contractum, & non requirit plures
teſtes, quam duos.*
33 *Præſumptio vna tollit aliam.*
34 *De herede fiduciario multa remiſſiuè.*

CAPVT DCL.

QVod ſimus in hærede fiduciario, non videba-
tur conſtare. Etenim ſecundum magis ve-
ram, & communem opinionem ad effectum, vt ſit
locus diſpoſitioni legum loquentium de hæredita-
te fiduciaria, inter alia, quæ copulatiuè debent con-
currere, illud eſt principale, vt fideicommiſſarius
ſit talis, qui de iure debuerit neceſſario inſtitui, &
qui nullo modo potuerit præteriri, cum ſecus ſit in
alio, cuius præteritio eſſet impunis, prout eſt in ca-
ſu noſtro, in quo non aderat iſta neceſſitas inſtitu-
1 endi. † Ita declarat Ang. *in l. ſeruus ſaturnianus, 46.
nu.1 ad med. ver. & attende quia non credo hanc cha-
ritatem,* & ibi Alex *poſt princ. ver. item quia talis di-
ſpoſitio, & ver. ſubdit tamē, & ver. reſpondet ergo* Caſt.
numero 1. ver. ſed qualiter poteſt hoc conſtare. Imol. *nu-
mero 2. ver. nota caſum ſingularem, & ver. & ſecundum
prædicta ff. ad ſenatuſconſ. Trebellia.* Zanch. *in l. he-
redes mei, § cum ita pa.4. numero 354 ff eod. tit.* Coſt.
*in d. l. ſeruus, §. & quid ſi tantum. in prin. numero 70. ff.
de liber. & poſth.* Aym. *in l. cum filiofam. litis, pa.3 nu-
mero 350. ff. de legat. 1. fol. 354.* Gabr. *conſ. 128. num. 2.
in fi. ver. quod vero non appareat, & nu.3. li.1.* Rim. iu-
nior. *conſ. 379. nu. 88. li. 4.* Bertazzol *conſ. ciuil. 8 nu.
4.* Gomez *li. 1. variar. reſolut. c. 3. de fideicomm ſubſtit.
num 26. poſt princ. ver. 2 limita & intellige, fol 46.*
Et dicet ex aduerſo alicui allegemur pro contraria
opinione, quod videlicet materia hæredis fiducia-
rij procedat in quocumque valdè dilecto teſtatori,
2 quamuis non ſit neceſſariò inſtituendus. † Tamen
omnes concludunt tantummodo pro liberis, &
non alijs excepto ſolo Peregrin *de fideicommiſſ. art.
4. numero 19. poſt med. ver ſed quamuis iura, fol. 21.* &
Claud. Seiſſel *in d. l. ſeruus ſaturnianus, numero 2. ff. ad
ſenatuſconſ. Trebell. fol 81.* quorum ſola auctoritas
nihil facit contra communem ſententiam; & ab
omnibus receptam, & munitam auctoritate grauiſ-
ſimorum Doctorum, Bald. *in l. 1, numero 1. ff. de offic.
quæſtor. & in l. 1. in fi. ff de ſenatoribus,* Abb. *in capit.
ſi vir, in 2. notab. numero 3. de cognat. ſpiritual.* Alex.
conſ. 7. numero 20. libro 4.
Et quidem vltra auctoritates Doctorum, iſta opinio
habet rationem. Nam talis qualitas neceſſitatis in-
3 ſtitutionis eſt neceſſaria ad effectum, † vt cogno-
ſcatur an ſit detrahenda trebellianica, quæ licet
non detrahatur ab hæred fiduciario, in quo con-
currunt omnia illa requiſita, de quibus per Alex.
& alios *in dicta l. ſeruus, ff ad Trebel.* Tamen quando
ſumus in eo, qui non habet facultatem euerten-
di teſtamentum propter vtilitatem ſuam, tunc
4 † datur detractio trebellianicæ, quamuis etiam
eſſemus in filio incapaci tempore teſtamenti, &
mortis teſtatoris, quaſi tunc ratione incapacitatis
non deberet de neceſſitate inſtitui, nec prætcritus
potuiſſet rumpere teſtamentum, vt in ſpecie decla-
rat Gabr. *conſ. 128. numero 3. libro 1.*
Amplius dato etiam, & non conceſſo, quod præuale-
ret opinio illa in quocumque valde dilecto ipſi
teſtatori. Tamen neque in caſu noſtro ſumus in fi-
duciario hærede, † cum non fuerit probata fidu-
cia de totâ hæreditate, prout requiritur: Caſtr. *in l.
ſeruus ſaturninus, 46. nu. 1. ad med ver. item in alio quia
in tota,* & ibi Alex. *colum. 1. ver. ſecus ſi non eſſet &
ver. item etiam concurrit quia diſpoſitio eſt facta,* Imol.
*num. 2. in princip & ad med. ver. nam hoc videtur. ff.
ad Trebell.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita. pa.4.
numero 354. in princ ff eod. tit.* Gomeſ. *var. reſol. tom.
1. cap. 5. de fideicommiſſ. ſubſtit. numero 26. poſt princ.
ver. ſecundo limita & intellige, fol.46.*
In caſu autem noſtro non fuit probata iſta qualitas
totius hæreditatis, cum teſtium diſpoſitiones exhi-
bitæ loquantur ſolum de hæreditate abſque illa di-
6 ctione totâ, † cuius tamen expreſſio erat neceſ-

ſtetie, cum io teſtibus, & probationibus etiam in-
ſtrumentalibus, locutio indefinita non æquipol-
leat vniuerſali, quando agitur quid vniuerſum:
Alexand. *conſ.* 110. *n.* 1. *poſt med. verſ. quinimmo da-*
to, & num 2. vbi Addit. *in verb. teſtes, lib.* 2. poſt Ol-
drad. *conſ.* 110. Innocent. *in cap. audiens, de præſcript.*
Purpur. *conſ.* 455. *nu.* 41. *& conſ.* 488. *nu.* 7. late Surd.
conſ. 431. *n.* 68. *vſque ad* 71. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 409.
nu. 60. *lib* 5. Rot. coram R.P.D. Ortemberg. Neapo-
litana Rectoriæ, 19. Decembr. 1608. *in fin. & deciſ.*
509. *nu.* 5. *ad fin. p.* 1. *& deciſ.* 687. *n.* 20. *p.* 2. *in recentio-*
7 *rib.* † *&* in materia hæreditatis, Aym. *conſ.* 53. *nu.* 15.
in fin. verſ. 2. *reſpondeo.*

Neque obſtat, quod cum teſtes deponant de hæredi-
tate, intelligendum ſit de tota, cum hæreditas ſit
8 ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, † *nihil aliud,*
24. *ff. de verb. ſign.* Rebuff. *in l. pecunia,* 178. §. *hære-*
ditas, in princ. & in l. hæreditatis, 119. *nu.* 1. *ff. eod. tit.*
Quia procedit, quando ſumus in diſpoſitione le-
gis, hominis, & teſtatoris loquentis de hæreditate,
9 tunc enim † iſta indefinita deberet intelligi de to-
ta *l. ſi ex pluribus ff. de legat.* 2. Card. Mantic. *de con-*
iectur. vltimar. voluntat. lib. 5. *tit.* 4. *nu.* 12. Menoch.
conſ. 1157. *nu.* 4 *lib.* 12. *& conſ.* 397. *n.* 11. *lib.* 4 ſecus
in probationibus, vt dictum eſt, in quibus non at-
tenditur iſtud ius vniuerſum, ſed ad illud proban-
dum requiritur adiunctum ſignificans omnem &
totam hæreditatem, cum alias indefinita ſimplex
non æquipolleat vniuerſali: Alexand. *conſ.* 110.
num. 1. *&* 2. *lib.* 2. Maximè, quia ſumus in oneroſis,
& fideicommiſſis, & conſequenter in odioſis, † in
10 quibus iſta locutio indefinita non inducit vni-
uerſitatem: Menoch. *conſ.* 220. *num* 68. *cum ſeq. lib.*
3. Purpur. *conſ.* 33. *num* 17.

Immo etiam dato, quod teſtes deponerent de tota, &
integra hæreditate, Tamen non fuit probata ali-
11 qua confidentia, cum omnes teſtes ſint ſingulares,
qui regulariter non probant: *l. Marcellus, poſt*
princ. ff. rerum amotar. l. iuriſiurandi, C. de teſtib.
cap. cum dilecti, de elect. cap. licet cauſam, de proba-
12 *tionib. l ſi. C. eod. tit.* † ita vt in teſtibus ſingularibus
non ſit vnitas, ſed potius varietas, tanquam illa di-
uidat, & laceret teſtimonia: Bald. *conſil.* 406. *libro* 1.
& conſil. 25. *libro* 3. Aym. *conſil.* 41. *in fin.* Surd. *conſil.*
303. *numer.* 41. *libro* 3.

Maximè, quia hic non agitur de declaranda inſtitu-
tione hæredis, quæ eſt perfecta, & clara, & non
conuertitur, ſed de probanda ſubſtitutione fidei-
13 commiſſaria, ſeu fiduciaria, † quæ eſt alia ſecunda
inſtitutio, quam prætendit Aduerſarius ad ſui fauo-
rem factam eſſe. Vnde cùm ſimus in ſubſtantia ne-
gotij, non ſufficiunt teſtes ſingulares, ſed requi-
runtur ſeptem teſtes in teſtamentis, & quinque in
codicillis: Iaſ. *in l. errore, colum vlt. poſt med. ver. bre-*
uiter, num. 7. *&* 8. *C. de teſtam* vbi quod iſta eſt magis
communis, & verior opinio, quando agitur de
aliquo ſubſtantiali conſiſtente in voluntate teſta-
14 toris, quidquid aliud ſit, † quãdo ageretur de aliquo
ſubſtantiali, quod non conſiſtit in dicta voluntate,
puta ſi non fuiſſent appoſiti, niſi ſex teſtes, nam
poterit probari per duos teſtes, quod vere interue-
nerint ſeptem, vel in ſimilibus caſibus, de quibus
per Alex. *conſil.* 47. *numer.* 3. *&* 4. *libro* 2. Bald. Ang.
& Imol. *in l. quoties, in prin. ff. de hæredib. inſtit.* Bart.
in l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. Caſtr. Salic. Alex.
Fulgoſ. & alij *in d. l. errore. C. de teſtam.* Barbat. *conſil.*
29. *numero* 25. *libro* 1. & latè multos adducens de-
clarat Magdalen. *de numer. teſtium in teſtament. re-*
quiſit. par. 1. *capit.* 30. *numer.* 13. *fol.* 335. Dec. *conſil.*
105. *pro tenui facultate mea, colum.* 2. *in princ. verſicul.*
& pro fundamento, numer. 3. iuxta doctrinam Bald.
in l. imperator, la prima, colum. 2. *verſicul. ſed quid ſi*
vltra ff. de ſtat. homin.

Et ita concordantur omnes opiniones Doctorum.
Nam vbicumque declaratio tendit ad certifican-
15 dam diſpoſitionem iam factam, quæ † erat obſcu-
ra, & dubia, & tunc ſufficiunt duo teſtes, quia ſu-
mus in vera, & propria declaratione, puta ſi fuerit
inſtitutus Titius amicus teſtatoris, cum plures eſ-
ſent Titij, vel ſi non fuerit expreſſa qualitas num-
morum relicta, cum ſimilibus: Aliud eſt, quando
declaratio reſpiceret diſpoſitionem, quæ de iure
erat certa, nam hoc caſu qui vult eam declarare ali-
ter quàm reperitur ſcripta, debet probare talem
declarationem ſolemniter per ſeptem teſtes, quia
16 tunc non eſt propriè declaratio, † ſed noua diſpo-
ſitio, & noui iuris conceſſio, quaſi tunc immute-
tur prior diſpoſitio, quæ erat omnino certa ab ini-
tio, vnde non mirum, ſi requirantur illæ ſolemni-
tates, quę in principali actu requirerentur. Ita com-
muniter diſtinguunt Doctores *in l. heredes palam.*
21. §. *ſi quid poſt factum, ff. de teſtam.* vbi Dyn. & Bart.
numero 4. & benè Caſtr. *numero* 2. *&* 4. *in fi. & nume-*
ro 13. in quibus locis in ſpecie ponit exemplum in-
17 ſtitutionis factæ de Titio, † ſi enim quis prætendat
declarare, vel quod Titius non ſit hæres, ſed Sem-
pronius, vel quod Sempronius ſit cohæres cum
Titio, vel cum inſtituiſſet Titium, & Sempronium,
vult quod Titius ſit ſolus hæres, in omnibus iſtis
caſibus, vel ſimilibus dicitur immutata ſubſtantia
teſtamenti. Et per conſequens requiritur eadem ſo-
lemnitas, quæ in ipſo primo actu requirebatur,
quaſi contineatur ademptio hæreditatis in totum,
18 vel pro parte, † quæ non poteſt fieri niſi in volun-
tate ſolemni, *l. hæreditas, C. de his quibus vt indign.*
& hanc diſtinctionem communiter ab omnibus
19 approbari † teſtatur Magdalen. *de numer. teſtium*
in teſtam. requiſitor. pa. 1. *capit.* 30. *numero* 12. *vſque*
ad 14. *fol.* 336. poſt Pariſ. *conſil.* 58. *numero* 33. *libro* 3.
Dec. *in l. edita. num.* 49. *C. de edend. & in l.* 1. *num.* 3.
cum ſeq. C. de impuber. & alijs ſubſtit. & in capit. fi.
num. 13. *de conſtitutionibus,* Honded. *conſi.* 51. *num.* 72.
vſque ad 79 *libr.* 2. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim.*
20 *volunt. lib.* 12. *tit.* 16. *nume.* 10. *&* 11. *in ſecunda edi-*
tione. vbi † teſtatur ita reſolutum in Rot. coram
Cardi. Lancellotto Viterbien. bonorum, 7. Februa-
rij 1582. Simon. de Pret. *de interpretat. vltim. volunt.*
lib. 1. *ſolut.* 5. *nu.* 28. *fol.* 17. *& interpret.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 1.
nu. 3. *fol.* 47. Surd. *conſi.* 129. *nu.* 3. *vſque ad* 32. *& conſi.*
247. *num.* 11. Bellamer. *deci.* 745. *licet obſeruet, num.*
6. Anan. *conſi.* 84. *videndum, colum.* 2. *ver. præte-*
rea.

Præſertim quia in caſu noſtro caperetur hæreditas ex
iſta declaratione, non autem ex ipſa inſtitutione,
21 † tunc enim magis dicitur noua diſpoſitio requi-
rens omnia ſolemnia neceſſaria, vt notat Ca-
ſtrenſ. *in d. l. heredes palam,* 21. §. *ſi quid poſt, nume-*
ro 13. *in fi. de teſtament.* cum etiam tunc ſufficiant
duo teſtes, ſi ageretur de probando aliquid extrin-
ſecum etiam neceſſarium ad validitatem inſtitu-
22 tionis, † quando tamen à voluntate defuncti non
dependeret, cum ſecus eſſet, quando à dicta vo-
luntate haberet dependentiam, quia tunc duo
teſtes non probarent, vt in terminis declarat

Caſtr.

Caſtr. *in l. errore, 7. num. 5. ad med. verſ. & idem vt*
ſufficiant, C. de teſtamen. vbi dat exemplum de inſti-
23 tutione Titij filij mei, † poterit enim probari iſta
filiatio per duos teſtes, quamuis in hoc conſiſtat
ſubſtantia inſtitutionis, quia venit extrinſecus
abſque dependentia à voluntate defuncti, prout
etiam quando non tangeret directò inſtitutionem,
puta quia admitteretur illam eſſe factam, ſed tan-
quam incapacem annullandam, vt notat idem
Caſtrenſ. *in l. cum proponebatur, 66. in fin. ff. de le-*
gat. 2.

Non obſtat, quod ſufficiant teſtes ſingulares ad pro-
24 bandam confidentiam, † quaſi tunc non agatur
de probatione ſubſtantiæ teſtamenti, ſed de decla-
ratione voluntatis teſtatoris circa inſtitutionem
hæredis confidenter factam: Caſtrenſ. *conſ. 395. in*
cauſa quæ vertitur, col. 3. in princ. verſ. iſti quidem teſtes
25 *licet ſint ſinguları, lib. 1.* † Quia Caſtr. loquitur
de probata fid. tacitè data teſtatori per hæredem
ſcriptum de reſtituendo dimidiam partem hære-
ditatis alteri fratri, tanquam inſtituerit dictum
hæredem non ſolum ipſius contemplatione, ſed
etiam fratris, cui omnia bona erant communi-
canda, vt clare ex lectura Caſtr. conſtat, & ſequi-
tur etiam Card. Tuſch. *concluſ. 341. in verb. fidem*
26 *accommodans, num. 1. & 2. tom. 3. fol. 902.* † Tunc e-
nim non mirum ſi teſtes ſingulares admittantur,
cum non deponant niſi de qualitate accommoda-
tæ fidei facta per hæredem, quæ non applicatur
ad caſum noſtrum, cum hæres inſtitutus nullam
fidem accommodauerit, ſed ſolum agatur de re-
ſtitutione hæreditatis facienda, non obſtante in-
ſtitutione facta ad fauorem D. Petri hæredis,
27 † tunc enim agitur de ſubſtantia teſtamenti, quæ
erit probanda per ſeptem teſtes conteſtes, prout
ipſum teſtamentum: Surd. *conſ. 129. num. 23 vſque*
ad 32. lib. 1. cum aliis ſupra allegatis.

Et ita etiam ſunt intelligendi omnes qui Caſtrenſ. ſe-
quuntur, cum enim concludant iuxta ipſius ſen-
28 tentiam, † non debent aliquid addere, ſed decla-
rari iuxta dictum doctoris per eos allegati, prout
eſt Aym. *conſ. 73. nu. 35.* Sim. Pret. *conſ. 67. nu. 12. & de*
interpret. vltimar. volunt. ſolut. 5. num. 34 ad fin. fol. 18.
Surd. *conſ. 94. num 47* Card. Mantic. *de coniect. vltim.*
volunt. lib 12 tit. 19 num 20. Nam ſi aliter intellige-
rentur, eſſet contra communem, & veram opi-
29 nionem ſupra firmatam, † quod vbi additur, vel
detrahitur hæredi inſtituto ad fauorem alterius
tractatur de ſubſtantia teſtamenti, quæ non poteſt
probari, niſi ſeptem teſtibus, prout ipſe actus te-
ſtamenti ita requirebat, vt dictum eſt ſupra *verſ.*
maxime quia hic non agitur, nu. 13. † *verſ. & ita con-*
cordantur, n. 15. iuxta doctrinam Caſtr. *in l. hæredes*
palam, 21. § ſi quid poſt, num 2. & 4. ff. de teſtament.
30 † Cum alias eſſet locus mille fraudibus, ſi poſtquam
teſtator aliquem inſtituit, poſſet coram duobus
teſtibus adimere medietatem bonorum hæredi
ſcripto, & dicere quod illum ſolum voluit inſti-
tuere in dicta portione, & non in totum: quod
31 non eſt dicendum, † ne ſit in poteſtate teſtatoris
facere, quod leges non habeant locum in ſuo te-
ſtamento, *l. nemo poteſt, 58. ff. de legat. 1.* Vbi Gloſſ.
in verb. ne leges, in princ. quod non admittitur, ſiue
teſtator illud dicat in genere, ſiue in ſpecie quan-
do ſumus in ſubſtantialibus teſtamenti, *l. quidam*
decedens, de admin. tut. l. ſi quando, Cod. de inoffic.
teſtam. l. teſtandi, Cod. de teſtam. c. tua nos, &c. requi-
ſiuiſti, eod. tit. glo. *in l. codicillis, §. fin. ff. de legat. 2.*

Et non mirum, ſi ſufficiunt duo teſtes, quando teſta-
tor fecit ſibi dari fidem de reſtituendo alicui hære-
32 ditatem, † quia tunc talis promiſſio tranſit in vim
contractus, qui non requirit plures teſtes quam
duos: Iaſ. *in l. fin. col. vlt. n. 17. in fin. & n. 18. in princ.*
C. de fideicommiſſ. iuxta l. hæredes palam, §. vlt. ff. de
teſtam. Veronenſ. *cautel. 177. alias 129 incip. legata*
communiter relinquuntur, nu. 1. & 2. fol 839.

Circa coniecturas, & alia quæ ex aduerſo adducun-
33 tur bene omnibus reſpondetur in facto, † vbi e-
tiam multæ coniecturæ conſiderantur pro D. Pe-
tro, ita vt ſuper eis non ſit inſiſtendum, cum illæ
per iſtas ſint ſublatæ, *l. diuus, ff. de præſumptionibus.*
Crot. *conſ. 66. nu. 16.* Dec. *470. n. 10.* Tiraquell. *in l. ſi*
vnquam, in verb. donatione largitus, n. 56. C. de reuo-
cand. donation. Surd. *conſ. 16. num. 13 lib. 1.*

Hæc ſcripſi poſt deciſionem factam in huiuſmodi
cauſa Romana hæreditatis de Alexiis coram R. P.
D. Caualerio, 24 Februarij 1616. quæ eſt *deciſ. 763.*
p. 1. in recentiorib. cum ex benignitate eiuſdem Ro-
tæ fuerit mandatum D. Petrum iterum audiri ſuper
deciſis, quamuis per plures vices fuiſſet prius cauſa
propoſita, & quidem rectè, cum materia ſit multum
exemplaris, & propter difficultates adductas, maior
indagatio requiratur. Nihil tamen fuit deciſum, ſed
denuo dictum non liquere, & quia vſque in præ-
ſentem diem nulla alia adeſt reſolutio, ideo illa erit
expectanda.

Et quoniam vtile eſt ſcire iura, & doctores tractan-
tes de hærede fiduciario in gratiam amici hoc po-
ſcentis placuit infraſcripta remiſſiuè adnotare,
34 † videlicet *l. ſeius ſaturninus, 46. ff. ad Trebellia. l. qui-*
dam cum filium, 46. ff. de hæredib. inſtituend. l. dotem
dedit, 6 de collat. bonor. l. vnſi deicommiſſi, 3. §. nonnun-
quam, verſ. cum polliceris, de vſur. & fructib. & omnib.
acceſſionibus, l. certi condictio, 9. in fin. princ. verſ. ve-
luti ſi is cui. & ibi gloſſ. *in verb. fiduciaria, ff ſi cert.*
petat. Coſta. *in l. gallus, §. & quid ſi tantum, in princ.*
n. 70. & ibi Mar. Salomon. *n. 35 ff. de liber. & poſthum.*
Anan. *conſ. 13 viſis quæ in propoſito, n. 2.* Iaſ. *in l. poſt*
mortem. n. 5. C. de fideicommiſſ. Aym. *in l. cum filiofa-*
milias, p. 3. num. 32. & 530 ff. de legat. 1. Tiraquel. *de*
retract. conuention. in præfat. in fin. nu. 39. cum ſequent.
& in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 126.
Alciat. *lib. 3. parerg. cap. vltim. quod eſt 26.* Coraſ.
miſcellan. libro ſexto, capite nono. Briſſon. *de verbo-*
rum ſignificationibus, libro 6. in verb. fiduciarius.
Zauch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 3. nu. 3 fol. 44. ff.*
ad Trebell. Prateius. *in l. lexico iuris, in verb. fiducia,*
vſque ad verb. fieri, fol. 89. & 90. Spiegelius *eodem*
verb. fiducia. fol. 206. Gabr. *conſ. 128 lib. 2.* Bellon. *in-*
ſtit. de fideicommiſſar. hæreditatibus in princ. nu. 3. & 7.
Durand. *de art. teſtand. tit. 7. caut. 4. nu. 3* Bud. *in pan-*
dect. l. 2 de origin. iur. fol. 97. & ibid. Zaſ. *in verb. la-*
tas, ad fin. verſ. & ſic fideicommiſſa ſuborta eſſe credo,
fol. 386. Io. Caluin. *in lexic. in verb. fiduciarius.* Mar-
zar. *de fideicomm. par. 2 n. 3 fol. 2.* Peregr. *eodem titul.*
art. 13. n. 19. fol. 22 late Rimin. Iun. *conſ. 379. n. 82. vſq.*
ad 90. lib. 4. Spin. *de teſtam. glo. 21. n. 7. 8. 30. 34. 63. &*
68 fol. 949 Menoch. *conſ. 1135. n. 16. & 17. li. 2.* Ber-
tazzol. *conſ. ciuil 8. & 9.* Coſta *de fact. & iur. ignor.*
diſtinct. 45. centur. 1. nu 4 fol. 241. Intrigliol. *de ſubſti-*
tut. centur. 3 quæſt. 69. nu. 4. Couarr. *de ſponſalib. p. 2.*
c. 8. § 5 nu 5. in fin. fol. 243 Gomeſ. *var. reſolut. tom. 1.*
cap 5 de fideicommiſſ. ſubſtitut. nu 26 fol. 46. Camill.
Gypſius *diſcuſſ. practic. cap. 1. num. 24.*

EPITOME.

Statuta diſponentia, quod dotata non ſuccedat patri, matri, & fratribus, an illam excludant ab hęreditate omnium, vel ſolum dotantis. ¶ Et quid ſi adſint verba ſingula ſingulis referendo in eodem gradu exiſtentibus. ¶ Et quomodo intelligatur ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 24. ¶ Promiſſio, & ſolutio dotis facta viro, an noceat vxori ad effectum vt poſſit dici excluſa propter dotem. ¶ Correctio iuris an inducatur ex ſtatuto generali per tacitos intellectus, quamuis nihil operaretur. ¶ Clauſula, ſingula ſingulis, quid ſignificet. ¶ Mulier excluſa à ſtatuto an excludatur à relictis in teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod dotatam à patre, matre, & fratribus non ſuccedat intelligitur ſolum illam excludere ab hereditate dotantis. Fallit quando verba ſunt alternatiuè concepta, num.* 2. *Et quando in excluſione plures numerantur, num.* 3. 4. *&* 15.

5 *Geminatio verborum magis arguit voluntatem diſponentis, ſiue proferatur vnico contextu, ſiue cum temporis interuallo, num* 6.

7 *Promiſſio & ſolutio dotis facta viro non nocet vxori ad effectum, vt excludatur à ſtatuto mandante, quod dotata non ſuccedat. Intellige vt num.* 8. *&* 9.

10 *Statutum Vrbis* lib. 1. c. 24. *procedit, vt filia à quocumque dotata intelligatur excluſa à ſucceſſione omnium, num.* 11. *&* 12.

13 *Statuta excludentia filias dotatas concernunt fauorem maſculorum, ita vt propter iſtam rationem ſit dicendum, vt dos in vno verificetur.*

14 *Dotata ſi excludatur ab vno ex aſcendentibus, dicitur excluſa ab omnibus.*

16 *Verba ſingula ſingulis referendo in eorum gradu exiſtentibus appoſita in ſtatuto excludente filiam dotatam an ſint intelligenda, vt illam excludant ſolum ab hereditate dotantis, vel omnium, nu.* 18. 19. 24. 26. *&* 28.

17 *Clauſula ſingula ſingulis eſt relatiua, & comprehenſiua omnium expoſitorum, n.* 27.

20 *Quod fauore inductum eſt non debet in odium retorqueri.*

21 *Statutum debemus interpretari, vt minus deroget iuri communi.*

22 *Correctio iuris non inducitur ex ſtatuto generali per tacitos intellectus, quamuis illud nihil operaretur. Declara vt num.* 23.

25 *Æquitas non ſuadet, vt filia propter vnam dotem à pluribus heredibus excludatur.*

29 *Soror ſuccedit fratri cum altero fratre.*

30 *Statutum dicitur caſus legis, & tollit omnem diſputationem.*

31 *Mulier excluſa à ſtatuto non excluditur à relicto in teſtamento.*

CAPVT DCLI.

AD excludendum Aurotam ab hæreditate, & ſucceſſione bonorum, de quibus agebatur in cauſa Auximaoa bonorum, fuit productum ſtatutum mandans, quod ſi mulier reperiatur dotata à patre, vel à matre, vel à fratribus, vel ſororibus, vel ab aliquo ipſorum ab inteſtato, non ſuccedat eis, nec alicui ipſorum, & ad bona paterna, materna, vel fraterna nullum habeat regreſſum contra fratres, vel ſorores, vel legitimè inſtitutos, ſeu prætendentes cauſam ab eis, niſi ad tantum quantum quod pater, vel mater, aut aliquis prædictorum in vltima voluntate, vel alias ſibi reliquerit,
vel conceſſerit vltra dotem, Vnde cum Aurota habuerit dotem congruam, erit locus ſtatuto, per
1 quam illa excluditur. † Quamuis enim ſecundum
aliquos ſimilia ſtatuta intelligantur ſolum excludere mulierem ab hæreditate dotantis: Anchar.
conſ. 80. Bald. *in l.* 1. *C. de legit. hered.* Cephal. *conſ.*
2 278. *n* 95. *&* 96. Theſau. *deciſ.* 62. *n.* 1. † Tamen verior
eſt opinio, quod quando verba ſtatuti ſunt alternatiuè concepta, prout in caſu noſtro, in quo dicitur, quod dotata à patre, vel à matre, vel à fratribus, vel ſororibus non ſuccedat, tunc ſufficit ad veritatem alternatiuæ vnam partem eſſe veram, cum omnium concurſus non requiratur, *l. ſi heredi plures, ff. de cond. inſtit.* Alex. *in l. ſi ita quis ſtipulatus fuerit, ff. de verb obl.* & ita in ſpecie late comprobat, & omnibus obiectis reſpondet Menoch. *conſ* 3. *nu.* 12. *&* 17. *& per tot. lib.* 1. Honded. *conſ.* 10. *n.* 49. *lib* 1. Curt. Iun *conſ* 10. *nu.* 10. Alb *conſ.* 98. *in* 2. *dub.* Rol. *conſ.* 24. *n.* 11. *lib.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 52. *nu.* 1. *lib.* 3. Gab. *de ſtat. concluſ.* 4. *n.* 2 *&* 6.

Maxime, quia ſtatutum prædictum non ſolum enu-
3 merat plures perſonas in dotatione, † ſed etiam in
excluſione, cum dicat, quod dotata à patre, vel à matre, vel à fratribus, vel ſororibus non ſuccedat eis, nec alicui ipſorum, & ad bona paterna, vel materna, vel fraterna nullum habeat regreſſum, tunc enim, quidquid alij contrarium malè ſentiant, verior eſt opinio, & magis recepta, vt dotata ab vno nominatorum, excludatur ab hæreditate aliorum nominatorum in ſtatuto, prout teſtatur Theſaur. *deciſ.* 62. *n.* 5. *ad med.* poſt Albenſ. *conſ.* 98. *in fi.* Anchar. Regien. *qu.* 33. *nu.* 8. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 42. *n.* 9. *lib.* 3. *& conſ.* 134 *lib.* 2. Dec. *conſ.* 379. *requiſitus, num.* 8.

Stante præſertim clauſula illa, nec alicui ipſorum,
4 de qua in ſtatuto, tunc enim clarum eſt, † vt dotata
ab vno excludatur à ſucceſſione aliorum: Theſ. *deciſ.* 62. *nu.* 5. *ad fin.* vbi quod propter dicta verba, caſus nullam habet difficultatem, iuxta Cornel. *conſ.* 123. *lib.* 2. *& conſ.* 114. *&* 323. *lib.* 3. Præſertim, quod in dicto ſtatuto ter repetuntur huiuſmodi verba, nec alicui ipſorum, vt in principio, & fine
5 eiuſdem ſtatuti, † quæ geminatio magis indicat vo-
luntatem ſtatuentium fuiſſe, vt à ſucceſſione cuiuſcumque mulier dotata excludatur, quamuis in vno dotetur, *l. baliſta, ff. ad Treb.* Natt. *conſ.* 160. *nu.* 31. Roland. *conſ* 58. *in fin lib.* 1. Sard. *conſ.* 10. *nu.* 54. *lib.* 1.
6 † ſiue talis geminatio proferatur vnico verborum
contextu, vel cum temporis interuallo, quia ſemper habet effectum magis demonſtrandi præciſam mentem diſponentis: Bart. *in repet. l.* 1. *col.* 4. *C. de ſacroſ. eccleſ.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, n.* 50. *C de reuoc. donat.* Pariſ. *conſ.* 58. *n.* 10. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 179. *n.* 18. *poſt prin. li.* 2. *& conſ.* 369. *n.* 16. *in fi. li* 3.

Neque obſtat, quod non appareat de dotatione facta filiæ, cum ſolum dos fuerit promiſſa, ſeu ſoluta
7 viro, † quo caſu talis promiſſio, & ſolutio non no-
cet vxori, vel filiæ ad effectum, vt excludatur à ſtatuto mandante mulierem dotatam excludi à ſucceſſione dotantium: Iſern. *in c.* 1. *num.* 7. *de natur. ſucceſſ. feud.* Quia ſtante ſcientia mulieris de dote ſolum viro, cenſetur facta ratificatio dotationis,
8 † quæ obeſt ipſi mulieri, ita vt intret excluſio, vt
declarat idem Iſern. *in d. c.* 1. *n.* 24. *&* 29. *in fin.* & ibi Affl. *num.* 92. *de natur. ſucceſſ. feud.* & late comprobat Surd. *conſ.* 519. *num.* 4. *vſque ad* 9. *lib* 4.

Amplius idem eſſet circumſcripta ratificatione, quia vt mulier dicatur dotata, ſufficit, quod pater do-

tem ipſi deſtinauerit, & ad excluſionem filiæ ſatis eſt, quod maritus fateatur ſe dotem recepiſſe, cum
9 vxori etiam abſenti quæratur ius, † neque enim filia poteſt recuſare dotem ſibi oblatam, & aſpirare ad ſucceſſionem, tanquam non ſit in eius facultate per ſuam recuſationem auferre maſculis commoditatem ſtatuti excludentis, & euitare excluſionem legis, ideo non eſt curandum de illius præſentia, & conſenſu, nam quæ inuitis fieri poſſunt, eis quoque ignorantibus facta tenent, quare talis dos nocebit filiæ, quaſi ad hunc effectum ſatis ſit, quod pater quantum in ſe eſt, actum dotandi exercuerit, vt late omnia prædicta in propoſito noſtro adducit Surd. qui pro omnibus ſufficiat, *conſ.* 519 *num.* 9. *&* 10 *lib.* 4.

Quibus additur, quod quamuis ſtatutum non loque-
10 retur alternatiuè, ſed ſimpliciter, † quod fratres ſuccedant fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, non eſſet intelligendum de dotatis ab illis, à quorum hæreditate tantum excluduntur, ſed ad excludendas ſorores ſufficit eas fuiſſe dotatas à quocumque, prout ita ſeruat Rota per Cardin. Pamph. Balneoregien. bonorum 16. Maij 1594. & coram Card. Seraphin. Romana hæreditatis de Sellis, 1.
11 Iulij 1598 *inter impreſſas dec.* 1291. *num.* 1. † vbi loquitur de ſtatuto Vrbis *lib.* 5. *c.* 24. per quod defuncto ſine filiis ab inteſtato ſuccedunt pariter germani fratres etiam non vterini excluſis ſororibus, dummodo ſint congruè dotatæ, vel fratres ſint parati dotare, cuius ſtatuti diſpoſitio fuit declarata; vt habeat locũ à quocumque fuerint dotatæ, † quidquid
12 alias ſtatuta non extendantur ad perſonas non expreſſas: Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de legi. hered.* Theſaur. *dec.* 62. *nu* 1.

Vnde multo magis hoc habebit in caſu noſtro, in quo ſtatutum loquitur cum clauſula ab aliquo ipſorum, & alicui ipſorum, vt dictum eſt ſupra *verſ. ſtante præſertim, num.* 4. Maxime quia ſemper huiuſmodi ſtatuta concernunt fauorem maſculorum,
13 & agnationis conſeruandæ, † adeo vt propter iſtam rationem potius debeamus intelligere mentem ſtatuentium fuiſſe, vt dos in vno verificetur: Caſtr. *conſ.* 91. *præſuppoſito, lib.* 2. Cephal. *conſ.* 578. *nu.* 15. *lib.* 4. Curt. Iun. *conſ.* 65. *num.* 3. Becc. *conſ.* 111. *num.* 18. Theſaur. *deciſ.* 62. *nu.* 3. Albenſ. *conſ.* 98. *num.* 4. *lib.* 1.
14 † Sicut etiam dicimus de ſtatuto excludente dotatam ab hæreditate aſcendentis, quia dotata ab vno intelligetur excluſa ab hæreditate aliorum aſcendentium: Alex. *conſ.* 19. *n.* 6. *lib.* 1. Laur. de Palat. *de ſtatut. nu.* 147. & de magis recepta opinione teſtatur Addit. ad Theſaur. *dec.* 26. poſt Mandoſ. ad Roman. *conſ.* 485 *in verb. non dotantis.* Menoch. *conſ.* 3. *per totum, lib.* 1.

Præterea in dicto ſtatuto adeſt varietas inter enumerationem perſonarum factam ſub actu dotandi, & enumerationem factam ſub actu excludendi ab hæreditate, cum prius in dotatione ſtatutum loquatur de patre, vel matre, vel fratribus, vel ſororibus, vel aliquo ipſorum, & poſtea in excluſione dicat, non ſuccedat eis, nec alicui ipſorum, & ad bona paterna, materna, vel fraterna nullum habeat regreſſum contra fratres, vel ſorores, vel legitimè inſtitutos, ſeu prætendentes cauſam ab
15 eis, † tunc enim ſtante iſta diuerſa numeratione perſonarum, res videtur clarior contra fœminas, vt cenſeantur excluſæ ab hæreditate omnium, ſi contingat illas ab vno dotari, cum enim ſecunda enumeratio contineat legitimè inſtitutos, vel habentes cauſam ab eis, quos non continet prima enumeratio, opus eſt fateri, ex verbis ſtatuti, quod fœmina non dotata ab inſtituto excludatur ab hæreditate ipſius inſtituti, & non dotata à ſororibus ſit excluſa ab earum ſucceſſione, prout ita in ſpecie concludit Albenſ. *conſ.* 97. *ad fin. verſ. mouetur etiam, lib.* 1. poſt Curt. Iun. *conſ.* 63. *colum.* 3. *ante med. verſ præterea & fortius, num.* 3.

Et quamuis in eodem ſtatuto adſint illa verba ſingula ſingulis referendo in eodem gradu exiſtentibus,
16 † Tamen illa non inducunt præſumptionem aliquam ad fauorem fœminæ, vt dicatur ſolum excluſa ab hæreditate dotantis, non aliorum, Quia ex verbis, & mente ſtatuti fuit clare oſtenſum ſtatuentes conſideraſſe excluſionem à ſucceſſione omnium nominatorum, ſtante clauſula triplicata, vel ab aliquo ipſorum, & nec alicui ipſorum, & aliquis prædictorum, cum aliis ſupra allegatis: Vnde erit ſenſus, quod ſi ab vno dotetur, aliis non ſuccedat, ſingula ſingulis, & congrua congruis referendo ſecundum terminos habiles cuiuſcumque, ad quem fit relatio, ita vt ſinguli vocentur ad hæreditatem alterius in eodem gradu exiſtentis ſtan-
17 te dotatione ſingulariter facta, † cum natura iſtius clauſulæ ſingula ſingulis ſit importare idem ac ſi ſuperius diſpoſita iterum nominatim ſpecificata eſſent cum omnibus qualitatibus ibidem contentis, tanquam ſit relatiua, & comprehenſiua omnium expoſitorum: Gloſſ. *in l. negatum*, 16. *in verb. geſtorum, C. de nego. geſt. & in l. quæſtionem*, 32. quæ eſt *fin. in verb. vniuerſitatem.* vbi Ang. *nu.* 4. *C. de fideicommiſſ.* Pariſ. *conſ.* 97. *num.* 92. *vſque ad* 97. *lib.* 1. poſt Bald. *conſ.* 254. *quæritur virum, lib.* 2. *& conſ.* 320. *inter Ioannem, lib.* 3. late Socin. Iun. *conſ.* 125. *n.* 14. *&*
18 15 Menoch. *conſ.* 123. *n.* 27. *lib.* 2. † Cum etiam aliter intelligendo adeſſet contrarietas clara in eodem ſtatuto, quod prius mandat, vt dotata non ſuccedat alicui ipſorum nominatorum, vnde non poteſt poſtea contrarium ſtatuere, vt alteri ex prædictis nominatis ſuccedatur, adeo vt ob iſtam contrarietatem euitandam huiuſmodi verba ſingula ſingulis, & ſimilia ſint ita declaranda. Ang. *in l. fin.*
19 *n.* 4. *verſ. in gloſa ſecunda, C. de fideicommiſſ.* † Præſertim quia poſt dictam clauſulam, ſingula ſingulis, ſtatuentes ſubdunt excluſionem fœminæ, quæ nullum poſſit habere regreſſum contra fratres, vel ſorores, vel legitimè inſtitutos, niſi ad illud, quod aliquis prædictorum reliquerit in contractum, ſeu vltima voluntate, quæ verba clarè demonſtrant, quod non poteſt adaptari aliquis ſenſus ad fauorem fœminæ per ſtatutum excluſæ ab hæreditate
20 quorumcumque nominatorum contra † eos retorqueatur, quod ad illorum commodum inductum eſt, *l. quod fauore, C. de legib. cap. quod ob gratiam. de reg. iur. in* 6. Surd. *conſ.* 156. *num* 23.

Verum quamuis iſta multum faciant pro excluſione Auroræ, Tamen pro ea conſiderandum eſt, quod tam ex rubrica ſtatuti, de quo agitur, quàm etiam ex nigro apparet, quod fœminæ non fuerunt ab eodem ſtatuto excluſæ pro conſeruatione agnationis, & fauore maſculorum, ſed ſolum propter
21 dotem, ideo cenſetur odioſum, † & per conſequens debemus illud interpretari, vt minus quam fieri poſſit, derogetur iuri communi: Socin. *conſil.* 38. *colum.* 4. *verſ. præterea poſito, lib.* 5. vbi amplius concludit, quod correctio iuris non inducitur ex ſta-

tuto generali per tacitos intellectus, quamuis ſtatu-
22 tum nihil operaretur, † & conſequenter opus eſt vt correctio expreſſe fiat: Aym. *conſ. 259. num. 2. iuxta cap. cauſam quæ, de reſcript.* Alex. *conſ. 33. col. 2. ad med. verſ. item reſpondeo, num. 5. lib. 1.* poſt Gemin.
23 *in c. ſi Papa, de priuileg. in 6.* † Maxime quando agitur de graui præiudicio tertij, quidquid ſit in modico: Gloſſ. *in l. in computatione, §. fin. C. de iur. deliber.* Imol. *in l. 4 §. prætor ait, de damn. infect.* Butr. *in cap. cum dilectus, & in cap. audientiam, de cleric. non reſident.* Dec. *in c. ſuper eo, col. 1. poſt med. de offic. delegat.* Iaſ. *conſ. 139. col. penult. ad med. lib. 2.* Aym. *conſil. 259. n. 2. verſ. aduertendum tamen.*

Stantibus præſertim verbis in eodem ſtatuto appoſi-
24 tis, videlicet ſingula ſingulis referendo, † ex quibus colligitur, quod ſtatuentes non intellexerunt excludere fœminas à ſucceſſione omnium perſonarum in ſtatuto nominatarum coniunctim, ſed diuiſim, ſingula ſingulis referendo, ita ſcilicet vt fœmina non ſuccedat patri, ſi ab eo fuerit dotata, non ſuccedat matri, ſi ab illa dotem habuerit, non ſuccedat alicui ex ſororibus, ſeu fratribus ſi fuerit dotata ab illa ſorore, & fratre, de cuius ſucceſſione agitur: Socin. *conſil. 84. num. 4. verſ. quinto moueor, lib. 1. & conſil. 36. num. 11. lib. 4.* Cephal. *conſil. 278.*
25 *num. 97. lib. 2.* † vbi quod ita debet intelligi non ſolum vt minus diſcedatur à iure communi, ſed etiam, quia iniquum eſſet vt fœmina propter vnam dotem à pluribus hæreditatibus excludatur, ideo ſemper erit ſubaudiendum illud verbum dotantis: Anchar. *conſil. 80. col. 1. verſ. ad ſecundum.* Corn. *conſ. 317. col. 2. num. 2. verſ. poſſet & alio medio, lib. 4.* Capr. *conſ. 39. num. 9. verſ. primo enim.* Brun. *in tract. quod ſtantib. maſcul. art. 8. quæſt. 16. n. 67. cum ſeq.*

Neque ſtante iſta declaratione erunt ſuperflua illa verba, non ſuccedat eis, nec alicui ipſorum,
26 † Quia bene poſſunt conciliari cum aliis clauſulis eiuſdem ſtatuti, dum ibi diſponitur, quod ſi mulier reperiatur dotata, vel à patre, vel à matre, vel à ſorore, vel à fratribus, vel ab aliquo ipſorum, hoc erit referendum ad fratres, de quibus proximè fuit facta mentio, videlicet ab aliquo ipſorum fratrum, neque enim iſta verba poſſunt referri ad alias perſonas præcedentes nempe patrem, matrem, vel ſororem, quia iam de eis fuerat facta mentio alternatiuè per dictionem vel, vnde non rectè diceretur, vel ab aliquo ipſorum adeo vt hoc ſtante, ſubſequentia verba, non ſuccedat eis nec alicui ipſorum, poſſint intelligi, vt non ſuccedat patri, nec matri, nec ſorori, nec alicui ipſorum fratrum, quatenus tamen fuerit dotata ab eo, de cuius ſucceſſione agitur, ad hoc vt talia
27 † verba concilientur cum clauſula ſingula ſingulis referendo, quæ idem importat ac ſi omnia ſuperius diſpoſita iterum nominatim ſpecificarentur: Gloſſ. *in c. vt circa, de elect. in 6.* Ruin. *conſ. 103. n. 10. lib. 4.* cum aliis *in tract. de clauſul. p. 1. clauſul. 360. n. 1. cum ſeq. fol. 345.*

Et ita ex prædictis ad fauorem Auroræ, vt non cenſeatur excluſa per ſtatutum fuit deciſum in Rot. coram R. P. D. Remboldo in huiuſmodi cauſa Auximana bonorum, 17. Februarij, 1620. vbi e-
28 tiam additum fuit, † quod idem ſtatutum noluit excludere fœminas dotatas propter remotiores, vt patet ex illis verbis, in eorum gradu exiſtentibus, ita vt tanto minus debeamus interpretari, quod ſtatuentes voluerint illam excludere ab hæ-
29 reditate omnium, ſi ab vno fuerit dotata, † vnde meritò ſuccedet Mutio fratri vna cum Rutilio altero fratre iuxta diſpoſitionem text. *in §. ſi igitur defunctus neque deſcendentes, auth. de hæredib. ab inteſt. venient.*

Et cum prædicta habeant locum quo ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris defuncti vt dictum eſt, multò magis idem erit dicendum quo ad ſubſtitutionem vigore teſtamenti materni, ad quam non prohibebitur venire, cum ſtatutum in ſpecie excipiat vocationem filiæ circa relicta in vltima voluntate, vel in alia diſpoſitione, vnde non po-
30 terit contrarium defendi, † cum enim adſit ſtatutum, dicitur adeſſe caſus legis, ideo inanis eſt omnis diſputatio: Bald. *in l. gallus, §. ſi eius in 2. notab. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſ. 563. n. 7.* Surd. *conſ. 58. num. 3.* Maximè, quia licet etiam in ſtatuto hoc
31 expreſſum non fuiſſet, † Tamen nunquam filia intelligeretur excluſa à relictis in teſtamento: Bart. *in l. fi. nu. 4. verſ. pro hoc induco, C. de pact.* Bec. *conſ. 107. n. 8.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 18. lib. 2 requiſ. 29. nu 290.* Socin. *conſ. 150. nu. 29. lib. 1.* Rom. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & in l. quod dotali, C. de collat.* Surd. *conſ. 185. num. 20. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 24. num 88. lib. 2.* Caſſan. *conſ 29.* Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit, p. 7. declarat. 8. num. 2.* vbi etiam quod in hanc filiam inſtitutam continuabitur poſſeſſio iuxta ſtatutum mandans illam continuari in hæredem ex perſona defuncti: Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. num. 323.*

EPITOME.

Lucrum traiectionis pecuniæ, & duplicis valoris, ſeu æſtimationis pecuniæ intrinſecæ, & extrinſecæ quando ſit debitum campſori. ¶ In commutatione & cambio pecuniæ an tanti debeat valere danda, quanti accipienda. ¶ Et quid ſi adiungatur aliqua iuſta ratio accipiendi. ¶ Merces & pecuniæ abſentes an minus valeant, quàm præſentes. ¶ Opera quæ præſtatur de vna prouincia, & vrbe in aliam an ſit pretio æſtimabilis. ¶ Lucrum an ſit licitum ſi dentur centum aurei Antuerpiæ vt recipiantur Hiſpali. ¶ Et quantum debeat eſſe. ¶ Duplex ſalarium an debeatur ei, qui fungitur officio duorum. ¶ Debitum ex vna cauſa quando poſſit transfundi in contractum cenſus. ¶ Lex fundata in præſumptione an habeat locum in foro conſcientiæ, ſi veritas eſt in contrarium. ¶ Condictio indebiti an competat, detecto errore. ¶ Rigor conſtituendi cenſum in pecunia quo caſu procedat. ¶ Et quomodo ſanetur nullitas talis contractus, ſi illa non interuenerit. ¶ Cambium an ſit mutuum, ſeu contractus innominatus. ¶ Et quando in eo plura lucra admittantur,

SVMMARIVM.

1 *Mercator poteſt triplici titulo lucrari, videlicet traiectionis pecuniæ, & duplicis valoris, ſeu æſtimationis pecuniæ intrinſecæ, & extrinſecæ.*

2 *Merces abſentes minus valent, quam merces præſentes. Idem in pecuniis num. 6. 18. & 19.*

3 *Opera eſt pretio æſtimabilis, quæ præſtatur transferenda eam de vna prouincia in aliam, & de vna vrbe in alteram etiam in eadem prouincia. num. 4.*

15 *Lucrum eſt licitum ſi dantur centum aurei Antuerpiæ, vt recipiantur Hiſpali. Et quantum debeat eſſe, num. 23. & 24.*

7 *Salarium*

7 *Salarium & lucrum debetur pro labore mercium emendarum, & pro cambio pecuniarum pro illis emendis. tanquam ex diuerſis cauſis proueniat. nu. 9.*

8 *Cambium non eſt mutuum, ſed contractus innominatus do vt des, & in eo lucrum admittitur.*

10 *Plura lucra poſſunt concurrere in eodem cambio ex diuerſis titulis, prout in eo, qui fungitur officio duorum, cui debetur duplex ſalarium.*

11 *Debitum ex vna cauſa poteſt transfundi in contractum cenſus ex voluntate partium. Intellige vt n. 13. & 14.*

12 *Pro ſolutione habetur quidquid traditur de conſenſu contrahentium.*

15 *Lex fundata in præſumptione non habet locum in foro conſcientiæ, quando veritas eſt in contrarium.*

16 *Rigor ſoluendi cenſum in pecunia eſt inductus ad præcludendam viam fraudibus, & non habet locum in foro conſcientiæ in illis, qui bona fide anticipant ſolutionem, & quando conſtat de eorum credito.*

17 *Cenſus nullus ob non interuentum pecuniæ ſanatur in ſignatura Sanctiſſimi.*

20 *In commutatione, & cambio pecuniæ tanti debet valere danda, quanti accipienda, niſi adiungatur aliqua iuſta ratio accipiendi, quod etiam eſt in priuato, nedum in campſore.*

21 *Pecunia abſens pluris commutatur, vel emitur pro præſente minore, dummodo non adſit exceſſus. n. 22.*

25 *Lucrum taxatum debetur, quando eſt veriſimile, & non exceſſiuum etiam in mutuo. & num. 26.*

27 *Condictio indebiti competit ob iuſtum errorem tam iuris, quam facti, quamuis adeſſet renunciatio iurata.*

28 *Clauſula acceſſoria non operantur detecto errore.*

CAPVT DCLII.

PRo eadem mercatura, & eodem tempore potuit Antonius conſequi duo lucra, alterum ex ſalario conſtituto pro emptione mercium in Bolzano, alterum ex cambio, & valutatione moneta-
1 rum, † Etenim poteſt campſor ſimul duplici titulo lucrari, immo etiam triplici, videlicet traiectionis pecuniæ, & duplicis valoris, ſeu æſtimationis pecuniæ intrinſecæ, & extrinſecæ.

Et quo ad traiectionem pecuniæ clarum eſt, quod ſaltem ratione permutationis pecuniæ poterit lucrari nam pecunia procul abſens à loco contrahentium minoris æſtimatur, quàm præſens. Vnde præſens poteſt cum lucro contra abſentem permutari, non enim pecunia abſens præbet ex natura rei eam facilitatem, & commoditatem, quam præſens præberet, cum etiam abſens non poſſit effici præſens,
2 niſi cum ſumptu, & periculis, † Quare etiam merces abſentes minus valent, quàm præſentes. Ita in ſpecie notant Sylueſt. *in verb. vſura. 4. q. 4. ad fin.* Caietan. *de cambiis, cap 7.* Nauarr. *in cap. vlt. de vſur. n. 62. & 63.* Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 23. tit. de cambiis, dub. 4 n. 30. fol.* 314 vbi etiam *num.* 33. addit
3 campſorem in hoc caſu lucrari poſſe † etiam ſi vtrobique ſit idem pretium monetæ, & eadem copia, vel inopia, prout etiam ſi det ad locum intra idem regnum, nam ſicut eſt pretio æſtimabilis opera, quam præſtat transferendo eam de vna prouincia in aliam, ita etiam de vna vrbe in aliam in eadem prouincia iuxta veriorem opinionem, de qua per Nauarr. *in manual. cap. 17. nu. 209.* Io. Bapt. Lup. *in cap. nauiganti, comment. 3 §. 2. nu. 72 de vſur.* Boniſignius *de camb. cap. 7. nu. 27.* quidquid contra-
4 rium ſequatur Sot. *quæſt. 10. & 13. art. 1.* licet † verè non contradicat, ſed cum diſtinctione loquatur, vt aduertit Rebell. *de obligat. inſtit. lib. 11. quæſt. 6. num. 14. fol. 707.*

Idem dicendum eſt, quo ad alterum titulum, quo campſor in hoc cambio poteſt lucrari videlicet reſpectu æſtimationis pecuniæ tam in loco vbi
5 datur, † quam vbi redditur, ſiue talis æſtimatio ſit intrinſeca, & legitima proueniens à lege, ſeu communi conſuetudine, iuxta quam pecunia taxatur, vt valeat tot nummos, ſiue æſtimaaio ſit extrinſeca, & fortuita proueniens ex cauſis extrinſecis, & fortuitis. Et quantum ad æſtimationem intrinſecam licitè percipitur lucrum, ſi enim dantur centum aurei Antuerpiæ, vt recipiantur Hiſpali, debet ibi accipere pluſquam centum, cum plus ſit habere centum aureos Antuerpiæ, quam Hiſpali, Vnde vt fiat æqualitas, eſt plus recipiendum. Quod etiam eſt ratione æſtimationis extrinſecæ, nam ſicut merces ratione paucitatis, & neceſſitatis, & multitudinis petentium, & raritatis venditorum plus valent, & emi debent, quàm alias emerentur, ita etiam pecuniæ præſentes ob iſtas cauſas pluris valent ad merces, & pecunias abſentes comparandas, quàm ſi dictæ cauſæ non extarent, cum pecuniæ abſentes ſe habeant inſtar mercis reſpectu præſentium: Sylueſt. *in verb. vſura, & q. 8. §. 1.* cum aliis per Leſſium *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 23. de camb. dub 4. num. 36. vſque ad 40 fol. 315.*

Cum igitur ex prædictis in eodem cambio detur ſimul iuſtum lucrum ex triplici titulo traiectionis pecuniæ, & duplicis valoris, & æſtimationis intrinſecæ,
7 & extrinſecæ. † Multo magis dabitur etiam in caſu noſtro tale lucrum duplicatum propter laborem emendi merces in loco Bolzani, & propter pecuniam propriam ibidem expenſam occaſione dictæ emptionis, cum ſalarium debeatur pro diuerſa cauſa, videlicet pro labore mercium emendarum, & lucrum ſit debitum pro alia cauſa, ſcilicet pro cambio pecuniarum expenſarum tam pro mercibus emendis, quam pro illis conducendis ad prouinciam Marchiæ, quaſi hæc lucra proueniant ex diuerſis fontibus, vnde magis ſunt admittenda. Cum etiam campſoribus licitum ſit in cambiis recipere, & retinere lucrum aliquod moderatum pro mercede ſuo-
8 rum laborum, & ſumptuum miniſtratorum, † non enim cambium eſt mutuum, ſed contractus innominatus do vt des, in quo lucrum non reprobatur: Bart. *in l. naturalis, §. ſed ſi facio, ff. de præſcr. verb.* Calder. *conſ. 11. de vſur.* Io. Bapt. Lup. *in c. nauiganti, comment. 3. §. 2. nu. 51. & §. 3. d comment. 2. n. 77. eod. tit. de vſur.* Bald. *conſ. 348. n. 6. lib. 1.* Bero. *conſ. 194. num. 10. & 37. lib. 1.* † Contraria autem procedunt, quando pro eodem obſequio daretur duplex lucrum, cum aliud ſit in caſu noſtro, in quo diuerſa ſunt obſequia, videlicet laboris pro emptione mercium, & onus traiectionis pecuniæ pro illis emendis: Rebell. *de obligat. inſtit. p. 2. lib. 11. quæſt. 6. numer. 3. & 4.*

10 † Quamuis etiam in eodem cambio ex diuerſis titulis poſſint quoque concurrere ſimul plura lucra ſecundum veriorem opinionem ſuperius firmatam ex Leſſio & aliis adductis. Et paſſim debetur duplex lucrum ei, qui fungitur officio duorum, adeo vt aucto labore, vtrumque ſalarium ſit dandum: Felin. *in cap. cum olim, in princ. de re iudic.* poſt Bart. *in l. ſeio. de ann. legat.* Bald. *in l. qui duobus, 23. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ad ſcribatum, nu. 2. C. de appellat.* Becc. *conſ. 27. num. 2.*

Romani *conſil.* 25. Pontan. *de aliment. c.* 16. *num.* 7.
tom. 8. *par.* 1. *fol* 452.
Quæ conuentione licita exiſtente, creditum quod
ex ea emanauit, potuit iuſtè transfundi in contra-
11 ctum cenſus, † cum debitum ex vna cauſa poſſit
ex voluntate partium conuerti in aliam cauſam:
late Gabr. *conſ.* 82. *per tot. lib.* 1. & ſic in ſolutionem
cenſus, quamuis pecunia non ſit præſens, quaſi
tunc illud debitum ſuccedat loco pretij, tanquam
non repugnetur menti Pontificis, ſi extinguatur
verum debitum debitoris loco ſolutionis, cum
12 pro ſolutione habeatur quidquid traditur de con-
ſenſu contrahentium, *l. satisfactio, de ſolutionib. l.* 1.
ff. qui satisd. cogant. l. ſi rem, §. omnis, ff de pignor. act.
& ita in ſpecie Bullæ Pij V. concludit Sord. *conſil.*
161. *nu.* 38. *vſque ad* 40. *lib.* 2. Redoan. *de reb. eccleſ.*
13 *non alien. rubr. de conſtitut. ann. cenſ. nu.* 61. † Et quate-
nus iſta opinio haberet difficultatem propter au-
ctoritatem Nauarri contrarium tenentis *de vſur.*
n. 89 *gloſſ.* 4. cum pro forma requiratur per Bullam
pecunia numerata. Nihilominus in foro conſcien-
tiæ, de quo modo agitur, emptor talis cenſus erit
14 tutus, † ſi erat verus creditor, vt notat in ſpecie
idem Nauar. *de vſur. n.* 121 *q.* 31 *& num.* 88. *ante fin.*
verſ. eſt autem quæſtio quotidiana fol. 299. vbi appro-
bat cautelam, quod monſtretur totum pretium
coram notario, & teſtibus, & numeretur vendito-
ri cenſus, licèt enim poſtea tale pretium reſtitua-
15 tur ementi cenſum, † tamen ſi aderat verum credi-
tum pro eadem ſumma cenſui ſubiecta, contractus
erit validus in foro conſcientiæ, & licitè percipien-
tur fructus, quia lex fundata in præſumptione non
habet locum in foro conſcientiæ, quando veritas
eſt in contrarium, *c. is qui, de ſponſal. c. tua, eod. tit.*
16 † & rigor ſoluendi cenſum in pecunia iuxta for-
mam Bullæ eſt inductus ad præcludendam viam
dolis, & fraudibus, quæ non habent locum quo
ad forum conſcientiæ in illis, qui bona fide anti-
cipauerunt ſolutionem, aut alio modo conſtat de
eorum legitimo credito: Nauarr *de vſur. num.* 88.
17 *in fin. fol* 199. † Quamuis etiam in foro contentioſo
ſanarentur iſti contractus per ſignaturam Sanctiſſi-
mi, prout ſæpius reſolutum fuiſſe teſtatur Marche-
ſan. *de commiſſ. appellat. in cauſ. cameral. obligation. p.*
1. §. a *num.* 49. *vſque ad* 52. *fol* 793. *p.* 1.
Neque obſtabit, quod lucrum non fuerit licitum,
cum interuenerit conuentio, vt pro quolibet ſcu
to expendendo per Antonium in loco Bolzani
18 pro emendis dictis mercibus Franciſcus † tenere-
tur ſoluere eidem Antonio in prouincia Marchiæ
Iulios vndecim cum tribus quartis. Quia huiuſ-
modi pactum non poteſt dici illicitum, tanquam
fiat per commutationem præſentis pecuniæ pro
abſente, ita vt nihil referat ad iſtum effectum, an
commutatio fiat per emptionem, quæ eſt contra-
ctus nominatus, vel per modum permutationis,
vel per contractum do vt des, vel, facio vt des, qui
eſt innominatus, nam quocumque modo fiat, per-
miſſa eſt de iure iſta commutatio, ſiue emptio,
cum pecunia, etiam quatenus eſt pecunia, licitè
poſſit commutari, & ex eius commutatione lu-
crum acquiri, multa enim poſſunt facere, vt vna
moneta valeat plus quàm alia, videlicet propter
diuerſitatem locorum, & temporis, vel copiam,
aut defectum, & abſentiam, vel præſentiam illius
19 † exemplo mercis, cui in hoc æquiparatur pecu-
nia, adeo vt ob iſtam cauſam abſentiæ, quæ mi-
litat in caſu noſtro, ſit licitum tale lucrum, vt de-
clarat Nauarr. *in manual. cap.* 17. *nu.* 194. *fol.* 262. Et
quamuis in commutatione, & cambio pecuniæ tan-
20 ti debeat valere danda, † quanti accipienda, Nihi-
lominus hoc procedit, niſi adiungatur aliqua iu-
ſta ratio accipiendi, ita vt etiam priuatis, nedum
campſoribus liceat accipere aliquid lucri non ſola
ratione cambij, ſed alicuius intereſſe ſingularis,
laboris, tædij, impedimenti, vel ſimilium incom-
moditatum: Nauar. *in manual. cap.* 17. *n.* 287. *&* 288.
In quo tamen erit obſeruandum, quod quamuis li-
citè pecunia abſens pluris ematur, vel commute-
tur præſenti minori, cum ſuapte natura minus va-
21 leat, quam præſens, vt dictum eſt, † Tamen opus
eſt, vt collato illo pluri cum minori quo valet pro-
pter abſentiam, redocatur ad æqualitatem, ita vt
non adſit exceſſus, vt per Nauar. *in manual. cap.* 17.
n. 297. *ad med.* licet in caſu noſtro non poſſit dici
adeſſe talem exceſſum propter modicitatem lucri,
cum pecunia præſens pluris valeat ex ſe, quam
valeret abſens præſenti cæteris paribus, quaſi re-
quirat laborem, impenſam, & periculum in tradu-
cendo, quibus conſideratis non adeſt talis exceſ-
ſus, quidquid alias per accidens contingat, vt ſine
labore, & impenſa ementi poſſit deferri pecunia
22 abſens, † cum ſatis ſit, quod ex ſe, ſine dictis in-
commoditatibus fieri non poſſit, vt bene conſi-
derat Nauarr. *in manual. cap* 17. *nu.* 295. *ad med verſ.*
& ſic qui mutuat centum, fol. 263. vbi ex hoc con-
23 cludit in ſpecie caſus noſtri, † quod iuſta dicitur
emptio, qua mercator Genuæ centum ducatis præ-
ſentibus emit centum ſex exiſtentes in Alexan-
dria, prout etiam ob eandem rationem, conſide-
rata ſola lege diuina, & naturali, poſſet quis iuſtè
emere centum ducatis præſentibus Medinæ cen-
tum vnum exiſtentes Hiſpali, quamuis ſint Ciui-
tates eiuſdem Caſtellæ, quod etiam in propoſito
noſtro concludit Calder. *conſ.* 12. *per tot. de vſur.*
24 † Vbi etiam quod talis contractus non poteſt dici
vſurarios, cum non ſit mutuum, ſed præſcriptis
verbis, *do vt des* Rot. Genneol: *deciſ.* 32. *num* 5.
Amplius neque obſtaret. quod iſtud lucrum ſit taxa-
tum, quia cum præſupponatur illud eſſe veriſimi-
le, & non exceſſiuum, ſed regulatum, & honeſtum,
conſiderata qualitate perſonarum, & laborum, &
periculi pecuniarum cum aliis incommoditatibus
25 ſupra adductis, non † erit iniuſta taxatio, quæ e-
tiam in hoc caſu admitteretur in mutuo, nedum
aliis contractibus: Hoſt. *in cap. ſalubriter, col.* 2. *in fi.*
verſ. deo puto ex mente, de vſur, & in c. nauiganti, col.
2. *poſt med. verſ. quid ergo ſi quis paratus, eodem tit.* Fe-
lin. *in cap. cum venerabilis, col.* 4. *poſt med. verſ. niſi*
mutuans eſſet homo., num. 9. *de exception.* Surd. *deciſ.*
26 259. *n.* 16 *&* 17 Molin. *de contractib. diſput.* 315. *n.* 5. †
& eſt veriſſima opinio, & magis recepta, prout late
comprobaui, ex multis auctoritatibus & Rotæ
deciſionibus *ſupra c.* 387 *per tot. tom.* 2.
Ex quibus etiam ſequitur, quod poterunt repeti pe-
cuniæ reſtitutæ, & iterum computa ſolidari, cum
præſertim adſit declaratio ipſius Franciſci debi-
toria, in qua fatetur non eſſe verè computa ſoli-
data, ſed omnia fictè geſta propter timorem in-
cuſſum Antonio creditori ob querelam, quam
contra eam volebat porrigere ſub prætextu, quod
contractus cenſus fuiſſet non ritè celebratus, &
quod creditum Antonij non eſſet legitimum,
27 † quæ omnia magis adiuuant conceſſionem con-
dictio-

dictionis indebiti, non ſolum propter metum, ſed etiam propter iuſtum errorem, ſiue ille conſiſtat in facto, ſiue in iure, quamuis etiam eſſet renunciatum condictioni indebiti cum iuramento: Dec. *conſ.350. viſis allegationibus, n.8.* Menoch. *conſ.91. n. 54. ad med. lib.1.* Socin. Iun *conſ.128. nu. 121. lib. 1.*
18 cum aliis quos adduxi *ſupra c.324. per tot. lib.2.* † vbi etiam quod non obſtant quæcumque clauſulæ ampliſſimæ, quæ tanquam acceſſoriæ non operantur detecto errore, qui cum interuenerit in ſubſtātia facti, influit in quibuſcumque clauſulis quomodocumque conceptis. Dec. *conſ. 97. pro tenus facultate, n.6. ad med.* Roland. *conſ.7. n.121. lib.3.* Menoch. *conſ.103. n.78. lib.1. & conſ.378. n.27. lib.4.*

EPITOME.

Vulgo quæſitus an habeat ius vindictæ, & admittatur ad accuſandum. ❡ Et quando poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium etiam putatiuum, tam ſi agatur de bonis patris quam fideicommiſſi. ❡ Et quid de iure ciuili, & canonico, & quo ad ſuccedendum in loco non ſubiecto Eccleſiæ. ❡ Et an requirantur inſtrumenta dotalia etiam non extantibus filiis legitimis, & naturalibus. ❡ Nominatio filiæ, dotatio, & maritatio, & tractatus ad maritandum an probent filiationem etiam in vulgo quæſita, & contra ſucceſſores etiā ſingulares. ❡ Lex ciuilis non diſponens directe ſuper matrimonio, ſed auferens lucrum, ſi cum indigna contrahatur, an ſit ſeruanda reiecto iure canonico. ❡ Statutum Vrbis admittens legitimatos ab inteſtato ad dimidiam ſucceſſionis paternæ quomodo intelligatur. ❡ Et quando tales ſint capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ. ❡ Succeſſio in bonis patrui an competat maſculis, ita vt ſint excluſæ fœminæ iuxta ſtatutum Vrbis *c. 146. lib.1.* ❡ Et an per illud excludantur mulieres, ſi non adſint fratres defuncti, ſed patrueles ❡ Exceptio tua non intereſt quando admittatur, & ſit litis finitæ, & peremptoria. ❡ Exiſtentia vocati ad ſucceſſionem an ſufficiat, quamuis non declaret ſe velle adire ad excluſionem aliorum. ❡ Proximus an admittatur cum cautione de reſtituendo hæreditatem proximiori. ❡ Articuli quando ſint admittendi & dicantur obiectiui. ❡ Hæreditas quo caſu ſit deferenda venientibus ab inteſtato ob filiationem non probatam. ❡ Statutum excludens ſorores propter fratres defuncti an excludat etiam filias fratrum præmortuorum. ❡ Meretrix an poſſit cognoſci inuita abſque incurſu pœnæ. ❡ Filius an ſemper præſumatur mariti, quamuis vxor habitet in lupanari. ❡ Parochus non adnotans matrimonium in libro an peccet mortaliter. ❡ Notarius poſt factā fidem de inſtrumento, an præiudicet parti, ſi protocollum non cuſtodit. ❡ De triplici probatione filiationis neceſſaria, probabili, & præſumptiua. ❡ Mulier ſecundo nubens, & pariens in ſeptimo menſe, an faciat, vt filius priuetur vtraque hæreditate. ❡ Matrimonium, & dos quando probetur ex enunciatiuis inſtrumenti dotalis.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex meretrice publica poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium etiam putatiuum propter agnitionem patris, quando agitur de ſuccedendo in bonis ipſius, ſecus fideicommiſſi. n.2.3.4.5.6.7.78. Et an habeat ius vindictæ, & admittatur ad accuſandum. nu.79. & 81.*

8 *Nominatio filij non inducit quaſi poſſeſſionem filiationis quando filij ſunt vulgo concepti. Contrariū n.9.*

10 *Filij legitimantur de iure canonico per ſubſequens matrimonium ex quacunque muliere ſint nati, cum qua pater tempore conceptionis potuiſſet nuptias contrahere, quamuis non interuenerint dotalia inſtrumenta. Amplia etiam quo ad ſuccedendum in omni loco etiam non ſubiecto Eccleſiæ, num.12.13.14.15. & 16.*

11 *Legitimatio prolis non admittitur de iure ciuili, niſi adſint inſtrumenta dotalia, quæ tamen non requiruntur, quando non extant alij filij legitimi, & naturales.*

17 *Succeſſio eſt ſequela matrimonij.*

18 *Lex ciuilis non diſponens directè ſuper matrimonio, ſed auferens lucrum, ſi cum indigna contrahatur, eſt ſeruanda, reiecto iure canonico. Contrarium eſt verius, num.19.20. & 21.*

22 *Statutum Vrbis* c.144. lib.1. *admittens legitimatum ab inteſtato ad ſucceſſionem paternam pro medietate quomodo intelligatur.*

23 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt fauorabilis, non odioſa, vt illa per reſcriptum, & n.24.*

25 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt capax emphyteuſis eccleſiaſticæ quamuis ſit recepta pro liberis ex legitimo matrimonio procreatis, ſecus in ea, quæ fit per reſcriptum, num. 26. & 27.*

28 *Succeſſio in bonis patrui competit maſculis, ita vt excludātur fœminæ iuxta ſtatutum Vrbis* c. 146. li. 1.

29 *Actio & oppoſitio non datur ſine intereſſe, quamuis à principio adeſſet, & poſtea ceſſaret, nu.30.*

31 *Opponens & probans defectus teſtamenti, & hæredis inſtituti non admittitur, ſi non habet intereſſe.*

32 *Exceptio,* tua non intereſt, *eſt litis finitæ, & peremptoria, quæ ſemper poteſt opponi, num.33.*

34 *Excluſus à ſucceſſione per ſtatutum, ſeu renunciationem non admittitur ad opponendum contra legitimationem filij.*

35 *Exiſtentia vocati ad ſucceſſionem ſufficit abſque eo quod declaret velle adire ad effectum excludendi eum, qui agit ſine intereſſe, num. 36. & 40.*

37 *Petens hæreditatem non debet maiorem partem petere, quam habiturus eſſet, cæteris adeuntibus, etiam antequam adiuerint.*

38 *Ius agentis quando in totum excludatur ipſo iure, quamuis non adſit ceſſio, aut mandatum paris in gradu, num.39.*

41 *Proximus non admittitur, donec adeſt proximior, quamuis offerat cautionem de reſtituendo eidem proximiori volenti adire. num 42.*

43 *Statutum Vrbis* lib.1. cap.146. *an excludat fœminas, ſi non adſunt fratres defuncti, ſed patrueles. nu.44.*

45 *Ratio agnationis tacita idem operatur, quod expreſſa.*

46 *Non debet plus concedi remotiori, quam proximiori.*

47 *Statutum excludens ſorores propter fratres defuncti excludit etiam filias fratrum præmortuorum. n.48. Quamuis excluderetur omnis interpretatio, nu.49.*

50 *Filius ſemper præſumitur mariti, quamuis vxor habitet in lupanari.*

51 *Meretrix non poteſt cogi ad exhibendum corpus ſuum alicui ad coitum, & punitur cognoſcens illam inuitam.*

52 *Articuli de iure dantis admittuntur ſaluis exceptionibus, n.55. Et quando dicantur obiectiui, n.54. & 56.*

53 *In ſucceſſionibus prima cauſa liberorum.*

53 *Filiatione non probata hæreditas defertur venientibus ab inteſtato. Intellige, vt num.58.*

59 *Extraneus poteſt inſtitui tanquam filius.*
60 *Matrimonium probatur per fidem Parochi, cui ſoli conuenit tales actus, num. 61. & 69.*
62 *Recognitio non requiritur ob temporis antiquitatem.*
63 *Matrimonium debet annotari per parochum in libro, alias peccat mortaliter, num. 64.*
65 *Notarius poſt factam fidem de inſtrumento, non præiudicat parti, ſi protocollum non cuſtodit.*
66 *Probatio affirmatiua reſultans ex fide producta præfertur probationi negatiuæ, quæ prouenit ex inſpectione protocolli.*
67 *Matrimonium & dos, quando probetur ex enunciatiuis inſtrumenti dotalis.*
70 *Quaſi poſſeſſio filiationis probatur per dotationem, & tractatum de maritando, & nominationem, & ſimilia. num. 71. & voce: hæredibus, & ſucceſſoribus. num. 72. Amplia vt num. 74.*
73 *Succeſſor non debet eſſe melioris conditionis, quàm auctor.*
75 *Mulier ſecundo nubens, & pariens in ſeptimo menſe facit, vt propter incertitudinem filius priuetur vtraque hæreditate. Intellige vt num. 76. & 77.*
80 *Probatio filiationis eſt triplex, probabilis, neceſſaria, & præſumptiua.*
81 *Honeſta coniectura excludit inhoneſtam.*
83 *Iudex debet ſequi publicam conſiſtentiam legis, non ſuam priuatam.*
84 *Miniſter legis non dicitur Iudex, qui non imitatur ea, quæ lex determinat.*

CAPVT DCLIII.

[Adde ſupra ad cap. 267. n. 7. cum ſeq. tom. 2.

VVlgo quæſitus, & natus ex meretrice publicæ exiſtente in lupanari, & in loco mulieri-
1 bus inhoneſtis aſſignato † poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, & agnoſci pro filio, & talis agnitio valet, & legitimatio tenet, cum ſufficiat, quod iſta incertitudo filiationis fuerit certificata per matrimonium ſubſecutum cum ipſius matre, & ſatis ſit quod pater incertus cognouerit eum in filium, ex quo tantum de eius præ-
2 iudicio agitur. † Quamuis enim regulariter vulgo quæſiti non poſſint legitimari: Cephal. *conſ.* 48. *n. 21. lib.* 1. ex ratione tex. *in l. vulgo concepti, 23. D. de ſtat. homin.* Iaſ. *conſ.* 233. *in fin. lib.* 2. Tamen hoc fallit, quando ſunt à patre cogniti, prout dixi *ſupra cap. 267. num. 14. cum ſeq. tom.* 2. Et quoniam de veritate huiuſmodi concluſionis fuit dubitatum in cauſa Romana hæreditatis de Fuſchis coram R. P. D. Pirouano, ita vt etiam multis videretur durus ſermo, & difficilis auditu. Ideo pro illius confirmatione, & ne amplius de eius veritate dubitari contingat, dixi annotanda infraſcripta. Et qui-
3 dem quo ad auctoritates Doctorum, † iſta eſt magis recepta & verior opinio, quidquid alij pauci male ſenſerunt, quibus etiam dabitur particulare reſponſum, & quod valeat talis legitimatio propter agnitionem patris voluit Bald. *in l. cum quam 14. n. 24. col. 5. in fin. verſ. conſidera tamen. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi qua illuſtris. 5. nu. 3. ad fin. verſ. nec per matrimonium nec per principem. Cod. ad orphic.* quem ſequitur Rot. per Put. *deciſ.* 435. *in fin. lib.* 1. Cardin. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 11. verſ. ſed aduerte quod per aſſertionem parentum. per tex. in §. ad hoc autem auth. vt liceat matr. & auia.* Bero. *conſ.* 180. *nu.* 15. *lib.* 2. Purpurat. *conſ.* 94. *nu.* 13.
4 *vſque ad 14. lib.* 1. † & iſta eſt verior, & magis communis opinio, quando agitur de ſucceſſione bonorum patris, prout eſt caſus noſter, quidquid aliud ſit, ſi ageretur de bonis fideicommiſſi, vt late teſtatur Rimin. Iuo. *conſ.* 222. *nu.* 41. *&* 43. *lib.* 2. Iaſ. *conſ. 234. col. penult. ad med. verſ. & iſtam partem. li.* 2. Nicol. de Vbald. *de ſucceſſ. ab inteſtat. col. 18. num. 62. cum ſeq. tom. 8. p. 1. fol.* 342. Hodded. *conſ. 72. n. 56. ad med. verſ. ſed ſi non fuit alter. lib.* 2. Io. Bapt. Lupus *de illegitim. & de natal. reſtitutis. comment 4. §. 1. n. 5. vſque ad 6. fol. 240. in fin.* Menoch. *conſ. 18. n. 13. verſ. ſeptimo accedit auctoritas, lib.* 1. Caſſador. *dec. 1. n. 7. de ſponſalib. & matrimon.* Palat. Rub. *in cap. per veſtras, notab. 2. § 20. col. penult. ad med. verſ. ex his etiã reſultat quod non bene vſque ad verſ. ex quo infertur de donation. int. vir. & vxor. fol.* 341. quem ſequitur Tiraq. *de nobil. cap. 15. nu. 23. in fin.* late Fhanuc. *de lucr. dotis in gloſſ. per mortem, n. 34. vſque ad 38. tom.*
5 *9. fol.* 415. † vbi ampliat non ſolum hoc procedere in matrimonio vero, ſed etiam in putatiuo iuxta deciſ. 2. Caſſador. *de ſponſal. & matrim.*

Cauendum eſt igitur ab Aug. *in § ſed & aliud, authent.*
6 *quibus mod. natur. effic. legitim.* dum voluit, † quod non legitimantur per ſubſequens matrimonium vulgo quæſiti, & alij nati ex viliſſima muliere, quæ non erat digna nubere cum viro nobili: Idem Aug. *conſ. 191. ſuper puncto videtur prima fronte, n. 1. ante fin.* Ruin. *conſ. 211. n. 4. lib.* 1. Surd. *conſ. 213. in fi.* Socin. Iun. *conſ. 52. nu. 2. lib. 1. & conſ. 12. col. 2. lib.* 4. Cephal. *conſ. 81. nu. 11. lib.* 1. Cagnol. *in l. ſi qua illuſtris, nu. 5. in fin. C. ad orphic.* Curt. Iun. *conſ. 36. nu.* 9. Cepoll. *cautel 250. debes ſcire, nu. 1. & 2. & caut. 251. legitimatio fieri poteſt multis modis, num 2. poſt princ.*
7 Alex. *conſ. 98. nu. 4. lib.* 1. † Quia omnes prædicti, & alij qui poſſent allegari loquuntur contra communem, & veram opinionem, & reprobantur per Decian. Peregr. Gabr. Siluan. Menoch. & alios ſupra allegatos, *num. 1. & 2.*

Prout etiam cauendum eſt ab Aſin. *in prax. iudicial. p. 2. ad ſtat. 2. lib. 2. ſeu in addit. ad dict. prax. editam Taurin. 1598. de modo probandi mort. filiation. & tabel-*
8 *lionat. n. 1. §. 29. fol.* 17. † dum voluit, quod nominatio filij non probat quaſi poſſeſſionem filiationis, quando ſunt vulgo concepti, ſeu inceſtuoſi, & ſpurij. Quia eius opinio eſt contra communem,
9 & veriorem ſententiam ſupra firmatam. † Cum præſertim Doctores per Aſin. allegati loquantur in diuerſis terminis prout Alciat. *conſ. 5. tom. 1. lib. 4. nu. 57. & 58. fol. 57. alias, conſ.* 502. qui loquitur in bonis fideicommiſſi, in quibus non ſufficit agnitio patris de vulgo quæſito. § Gozzad. *conſ. 13. n.* 21. quamuis dicat, quod vulgo quæſitus non poſſit legitimari, tamen eſt in rationibus dubitandi, cum poſtea in reſponſionibus *nu. 55. & 56.* defendat contrarium, & ibid. late reſpondet ad Iaſ. *conſ. 102. col. 2. in fin.* § Grat. *conſ. 62. n. 11. p.* 2. loquitur in adulterino, in quo non cadit legitimatio, cum non poſſit conſiſtere matrimonium inter adulterum, & adulteram, † Iaſ. *conſ. 102. col. 2. in fin. lib.* 4. non facit quia reprobatur per Gozad. *conſ. 13. num.* 12. Immo idem Iaſ. contrarium tenet *conſ. 234. col. penult. ad med. lib.* 2. Et ſic de ſingulis quos longum eſſet recenſere.

Et paſſim hodie de iure canonico legitimantur filij per ſubſequens matrimonium ex quacumque
10 muliere ſint nati, † cum qua pater tempore conceptionis potuiſſet nuptias contrahere, etiam quod non interuenerint dotalia inſtrumenta, cum iſta procedant de iure ciuili, quod non attenditur,

ditur, cum aliud ſit de iure canonico, quod præ-
ualet, & ſeruatur etiã in terris imperij, vt late con-
cludit Dec. conſ. 154. diligenter pro tenui facultate
mea col. 1. & 2. Rip. in l. ſi vnquam, n. 55. q. 23. C. de
reuocand. donation. poſt Abb. in c. innotuit. in gloſ. in
verb. coniugatã. de elect. Bald. in l. paulus, in 2. lectur.
ff de ſtat. homin. Goffr. in ſum. tit. de fil. presbyteror.
Ang. conſ. 29. cum aliis per Phanuc. de lucr. dot. in
gloſ. per mortem, nu. 37. Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab
inteſtat. col. 19. nu. 63. tom. 8. p. 1. fol. 342. Quamuis hoc
dictum ſit ex abundanti, cum in caſu noſtro adſint
11 inſtrumenta dotalia, † quæ neque requirerentur
ad legitimationem prolis etiam de iure ciuili, niſi
quando adeſſent alij filij, vel nepotes legitimi, &
naturales. Honded. conſ. 72. n. 41. lib. 2. vbi teſtatur
ita deciſum per Rot. vt in deciſionibus ibi per eum
allegatis: Menoch. conſ. 16. n. 13. in fin. lib. 1. Siluan.
conſ. 3. num. 30. cum ſeq.
Quæ procedunt non ſolum quo ad eſſentiam matri-
monij, & filiorum legitimationem ſimplicem, &
12 canonicam, † ſed etiam quo ad ius ſuccedendi in
omni & quocumque loco etiã eccleſiæ non ſubie-
cto. Quidquid aliud ſenſerit Ruin. conſ. 211. n. 6. li.
1. cum contra eum ſit verior opinio, & magis com-
munis, vt late teſtatur Lupus de illegitim. comment.
4. §. 1. n. 2. verſ. nihilominus quod legitimatio fol. 240.
poſt Paris. conſ. 13. n. 52. li. 2. Gabr. conſ. 21. n. 12. & 14.
lib. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 24. n. 55. & 56 &
de iur. fiſc. lib. 3 tit. 18. n. 10. Vegius cõſ. 55. n. 7. Card.
Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11, tit. 12. n. 8. The-
ſaur. dec. 83. Couar. de ſponſalib p. 2. c. 8. n. 8. & §. 8.
n. 12. verſ. ſecunda concluſio. Fachineius controu. iur.
lib. 3. c. 51. Honded. conſ. 72. num. 43. cum ſeq lib. 2.
Quorum ratio eſt, quia ſicut de iure canonico filij
13 legitimantur per ſubſequẽs matrimonium † etiam
contractum cum meretrice, & viliſſima perſona,
quãuis de iure ciuili aliud diſponeretur, ita etiam
tollitur pœna inducta ab eodem iure ciuili de non
ſuccedendo patri propter tale matrimonium, cum
etiam intelligantur legitimati quo ad huiuſmodi
ſucceſſionem, & omne lucrum illis delatum, ac ſi
matrimonium fuiſſet cum nobili contractum, vt
late comprobat Menoch. conſ. 18. per tot. lib. 1. vbi
omnibus contrariis reſpondet, oſtendendo veri-
tatem iſtius ſententiæ, tam de iure antiquo, quàm
14 cæſareo, & pontificio, † eſt text. in §. vlt. auth. de
trient. & ſemiſ. & in verſione Haloandr. nouell. 18. &
in §. ſi quis autem, auth. vt libert. de cæter. in verſione e-
iuſdem Haloandr. nouell. 78. & latius defendit Sil-
uan. conſ. 3. Peregr. conſ. 6. n. 3. lib. 4. & de fideicomm.
art. 24. n. 51. fol. 229. vbi quod iſta eſt verior opinio
etiam vtroque iure inſpecto, & quod ita fuit iudi-
catum pro legitimatione prolis etiã quo ad effectũ
15 ſuccedendi in quibuſcumque bonis, † quod etiam
late refert Oſasc. dec. 154. n. 9. Iaſ. conſ. 234. per tot.
lib. 2. Caſtr. conſ. 429. præſuppoſito col. 2. li. 2. Abb. in
c. innotuit. de electionib. Socin. in l. ſed eſt quæſitum,
de liber. & poſth. Rip in l ſi vnquam, nu. 55 C. de reuo-
cand donationib. Gabr. conſ 21. n. 5. vſque ad 12. lib. 1.
Caſſador dec. vnic. n. 6. & 7. de ſponſalib. & matrim.
Couarr. eod. tit. p. 2. c. 8 §. 2. n. 9. ad fin verſ. ſed apting
eiuſdem, col. 4. in princ poſt Coſtam. in l. gallus, §. &
quid ſi tantum, p. 3. n. 98. ff de liber. & poſthu. Decian.
conſ. 5. n. 83. lib. 5. Vegius conſ 55. n. 7. & 8 Lup. de ille-
gitim. comment. 4. §. 1. n. 2. ad med. & in fin verſ. simi-
liter & tertio, fol. 240. Gabr. de legitimat. concl. 1. n. 52.
Card. Mant. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11.
tit. 12. n. 9. Celſus Vgo. conſ. 73. n. 14. Gail. pract. ob-
ſeruat lib. 2. c. 141. n. 4. Purpur. conſ. 92. lib. 1. Fachi-
næus lib. 3. controu. iur. c. 53. ad med. Honded, cõſ 72.
n. 39. lib. 2. Natt. conſ. 473. n. 38. lib. 2. Burſat. conſ. 183.
16 nu. 22. lib. 1. Boer. dec. 240. n. 16. in fin, † qui omnes
multis auctoritatibus, ac rationibus probant hanc
opinionem eſſe veriorem, & magis receptam con-
tra Angel. & Ruin ac alios, qui eos ſequuntur, il-
lámque ſeruari in omnibus locis, & etiam in ter-
ris imperij, & etiam quando agitur de ſucceſſione
in bonis patris, qui per tale matrimonium filios
17 legitimauit, † tamquam ſucceſſio ſit ſequela matri-
monij iuxta c. tanta, qui filij ſint legitim. & late etiam
ſequitur Rimin. Iun. conſ. 222 num. 49. & inter conſ.
matrimon. diuerſ lib. 1. conſ. 80. n. 20. vſque ad 29.
Nec facit ratio illa adducta per Ruin. d. conſ. 211. nu. 6.
lib. 1. quod quando lex ciuilis non diſponit directè
18 ſuper matrimonio, † ſed aufert lucrum, ſi cum in-
digna contrahatur, licèt de iure canonico non te-
neat, ſeruanda tamen erit de iure ciuili: Gloſ. in c.
cum ſecundum, 19. in verb. certoque caſu poſt med. de
hæretic. in 6. Quia contraria opinio eſt verior, &
magis recepta, cum ius canonicum ſeruandum ſit
etiam in foro ciuili non ſolum circa ſubſtantiam
matrimonij, ſed etiam circa effectus immediatè
19 prouenientes ex matrimonio, † dato enim quod
lex ciuilis auferet lucrum, tamen non poteſt nega-
ri, quod auferendo certo caſu illud lucrum, redda-
tur timidum matrimonium, quo conceſſo, sta-
tim ſequitur nullitas legis in vtroque foro, vt in
ſpecie hanc rationem fortiſſimam dicit Felin. in c.
eccleſia ſanctæ mariæ 10. n. 60. & 61. de conſtitutionib.
vbi etiam hoc tenent Abb. n. 15. & in repet. eiuſdem
c. nu. 19 & Dec. n. 120. alias n. 34. & alij communiter.
Idem Abb. in c. cum in cauſa. col. 2. de raptor. & in c.
1. col. 1. n. 8. & ibi Alex. de Neuo. n. 24. de ſpõſal. quod
prius voluit Gloſ. notabilis in c. de puellis, in verb.
nullatenus. in fin. 36. q. 2. quam ſequitur Feder. conſ.
36. in fin. Hoſt. in ſumm. tit. de pœn. raptor. n. 1. in fin.
verſ. ſed numquid. Goffr. eod. tit. n. 8. Dec. in l. nuptias
30. n. 12. in fin. ff. de reg. iur. Lup. in c. per veſtras, in 3.
notab. §. 20. n. 8. & 9 fol. 338. de donation. inter vir. &
vxor. Alex. in l. Seius & Augerius. n. 4 ff. ad legem fal-
cid. Crot. in l. omnes populi. n. 44. verſ. quarto facit. ff.
de iuſtit. & iur. Couar. in epitom. de ſponſalib. p. 2. c. 3.
20 §. 9. n. 2. fol. 270. † Vbi quod opinio contraria Gloſ.
in d. c. cum ſecundum 9. de hæretic. in 6. eſt falſa, quia
pœna iuris ciuilis, quæ ſtatuitur prohibitioni ma-
trimonij, debet ceſſare tamquam connexa prohi-
21 bitioni, ſtatim quod prohibitio eſt ſublata, † & a-
bolita ſecundum canones: Decian. conſ. 5. n. 85. li. 1.
& in prax. crimin. li 8. c. 13. n. 49. Peguer. dec. 42. n. 5.
& iſta eſt magis vera, & communis opinio, vt latè
teſtatur, & multis rationibus, & auctoritatibus
comprobat Sances de matrimon. lib. 7. diſput. 12. q.
3. n. 28. & 29. vbi etiam allegat Velam de pœnis de-
lictor. c. 19. Abulenſ. c. 5. Enriquez. lib. 12. de matrim.
c. 14. n. 4. Ludou Lopez. 2. p. inſtruct. de matrim. c. 41.
poſt princ. Vega in ſumm. tom. 2. c. 34. caſ. 157. in fin.
Neque obſtat, quod filius legitimatus, non poſſit
admitti ab inteſtato ad ſucceſſionem paternam,
22 niſi tantum pro medietate iuxta ſtatutum Vrbis
cap. 144. lib. 1. Quia, loquitur in ciue Romano ha-
bente filios legitimos, & naturales, ſeu nepotes,
& pronepotes per rectam lineam maſculinam
deſcendentes, quorum fauor eſt contemplatus,
non autem fœminarum, vt clarè legitur in eodem

ſtatuto, quod etiam ſolum procedit, quando eſſe-
mus in legitimatione per reſcriptum, vt oſtendunt
illa verba eiuſdem ſtatuti; videlicet illegitimos
legitimatos per habentem poteſtatem legitiman-
di; Aliud eſt in caſu noſtro, in quo adeſt legitima-
23 tio per ſubſequens matrimonium, † quæ eſt omni-
no fauorabilis, non autem odioſa, vt eſt illa per
reſcriptum: Vegius *conſ.* 55. *nu.* 16. poſt Doctor. *in*
authen. qui filij ſint legitimi Socin. *conſ.* 4. *in cauſa.n.*
16. *lib.* 3. Dec *conſ.* 155. *& diligenter. li.* 1. Ideo ſtatu-
tum loquens de vno caſu non debet extendi ad a-
24 lium, † qui non comprehenditur in eo, cum adſit
maxima differentia inter legitimatum per reſcri-
ptum, & per ſubſequens matrimonium, cum iſti
ſint veri, & iuſti filij, tamquam matrimonium re-
trotrahatur quoad omnes effectus, quod non eſt
in aliis, vt late comprobat Lupus *de illegitim. com-*
ment. 4. §. 3. *num.* 1. *cum ſeq. & comment.* 3. §. 2. *nu.* 60.
Vegius *conſ.* 55. *num.* 16. *vſque ad* 18. Menoch. *conſ.*
799 *nu.* 4. 11. 16. *& per tot. & conſ.* 722. *n.* 27. *& conſ.*
174. *nu.* 13 *vſque ad* 16. *& conſ.* 227. *n.* 32. *cum ſeq.*
Nec releuat, quod dicitur de bonis emphyteoticis
eccleſiaſticis, quorum non ſunt capaces legitima-
ti, Quia in facto conſtat omnia bona eſſe libera,
præter quartam partem vnius vineæ, quæ eſt ſub
25 proprietate Eccleſiæ, † cuius eſt etiam capax legi-
timatus per ſubſequens matrimonium, ac ſi ab ini-
tio fuiſſet conceptus, vel natus ex matrimonio:
Anchar. *conſ* 241. *n.* 5. Dec. *in c. cum in cunctis.n.* 26.
de election. Siluan. *conſ.* 3. *nu.* 24. Tiraq. *de iur. primo-*
genit.q. 34. *n.* 54 Menoch. *conſ.* 174. *n.* 15. *lib* 2. *& conſ.*
227. *nu.* 19. *lib.* 3. Theſaur. *dec.* 84. *nu.* 3. Peregrin. *de*
26 *fideicommiſſ. art.* 24. *nu.* 10. Gabr. *conſ.* 21. *n.* 19 *lib.* 1.
† vbi teſtatur de veriſſima, & receptiſſima opinio-
ne, ampliando etiam ſi emphyteuſis ſit recepta
pro liberis ex legitimo matrimonio procreatis:
Lupus *de illegitim. conuent.* 4. §. 3. *n.* 11. *fol.* 263. Con-
traria autem procedunt in legitimatis per reſcri-
27 ptum, † qui non admittuntur ad ſucceſſionem
emphyteuſis eccleſiaſticæ in præiudicium voca-
torum: Idem Lup, *de illegitim. comment.* 3. § 2. *nu.* 60.
vſque ad 66. iuxta conſtitutionem Pij V. prohiben-
tem legitimationes ad talia bona: Cabr. *conſ.* 83. *&*
conſ. 84. *num.* 59. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 511. *n.* 6. *lib.* 6.
Rot. *diuerſ. dec.* 214. *p.* 2. Peregr. *conſ.* 10. *nu.* 24 *lib.* 1.
Nauarr. *de ſpoliis cleritor* § 19. vbi de interpreta-
tione dictæ Bullæ Pij V. Decian. *conſ.* 25. *num.* 10.
lib. 2. Burſatt. *conſ.* 255. *num* 13. *lib.* 3.
Nec etiam poteſt per filias Vincentij opponi de non
filiatione Hortenſiæ; Quia adeſt Angelus nepos
28 Fabij, † cui tamquam maſculo competit ſucceſſio
in bonis eiuſdem Fabij patrui excluſis filiab. Vin-
centij, quæ tamquam fœminæ non habent ali-
quod ius in hæreditate dicti patrui propter exi-
ſtentiam maſculorum iuxta diſpoſitionem ſtatuti
Vrbis *c.* 146. *lib.* 1. & per conſequens ſtante huiuſ-
modi excluſione ceſſat intereſſe, ſine quo non da-
tur aliqua actio, aut oppoſitio, ſed extinguitur om-
29 nis prætenſio, † & ſine eo nullus auditur ſiue a-
gendo, ſiue excipiendo: Ang. *in l. ſi patroni.* §. *qui fi-*
deicommiſſaria.ff. ad Trebell. Imol. & Alex. *in l. ille à*
quo §. *ſi teſtamento.ff. eod. tit.* Aym. *conſ.* 182. *nu.* 3. Ce-
phal. *conſ.* 133. *nu.* 39. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 390. *n.* 23. *lib.* 3.
& conſ. 435. *nu.* 4. *&* 16. *eod. lib.* late Tiraq. *de retract.*
30 *lignag* §. 1. *gloſ.* 2. *n.* 53. † vbi ampliat quamuis à prin-
cipio conſtaret de intereſſe; nam ſi poſtea deſine-
ret, tunc etiam omnis actio, & oppoſitio ceſſaret,
l. procuratorem. §. *mandati actio. ff. mandat.* Dec. *in l.*
ex conuentione. vbi Curt. Iun. *nu.* 7. *C. de pact.* Aym.
conſ. 400. *num.* 13. cum aliis per Surd. *conſ.* 435. *n.* 4.
lib. 3. Roman. *conſ.* 499. *in fin. num.* 8.
Quare etiam ille, qui non poteſt prætendere aliquod
ius in bonis, & ſucceſſione alicuius, non poterit
opponere ſimiles defectus, † videlicet, quod quis
31 ſit ſeruus, & non legitimus, vel teſtamentum ſit
falſum, vel quod non potuerit illud fieri, & quod
bona non pertineant ad ſcriptum hæredem, vel
ad alium ab inteſtato venientem, tunc enim ex
quo iſte contradictor non poteſt aliquid prætten-
dere de iure ſuo in dictis bonis, non admittitur
talis oppoſitio, & opponens repellitur quamuis
incontinenti probaret iſtos defectus, cum ipſius
non interſit prædicta opponere: Caſtr. in ſpecie
in *l.* 2. *col.* 2. *ad med verſ. alij vero caſus quando alle-*
gabat.nu. 1. *ante fin. C. de edict. diui. Adrian. tollend.*
Tiraq *de retract lignag* §. 1. *gloſ.* 2. *nu.* 53. *ad fin. verſ.*
& de opponente per text. *in cap. veniens, de teſtib. l.* 1.
ff de appellat. recipiend. Anchar. *conſ.* 297. *efficacibus.*
col. 4. *ad med verſ. quarta exception. n.* 9 Innoc. *& alij*
32 *in c. ſuper his, de accuſationib.* † Ita vt talis exceptio,
tua non intereſt, ſit exceptio litis finitæ, *l. loci cor-*
pus 4. §. *competit ff. ſi ſeruit. vendicet.* Bartol. *in l. poſt-*
humus 6. § *ſi quis ex his, de inoffic. teſtam.* Aym. *conſil.*
182. *n.* 8. poſt Doct. *in l. ſin autem.* §. *ſi homo, de rei*
33 *vendic.* Roman. *conſ.* 347. *n.* 4 *& conſ.* 499. *in fin.* † Et
dicta exceptio tamquam perimenſa ctione æqui-
paratur exceptioni peremptoriæ, quæ ſemper po-
terit opponi iuxta veriorē opinionem, de qua per
Felin. *in cap. ex parte* 7. *col.* 2. *poſt med. nu.* 5. *de teſtib.*
Butr. Card. & Imol. *in cap. ſuper his, de accuſationib.*
Ideo etiam excluſi à ſucceſſione, & hæreditate patris,
ſeu alterius, ſiue per ſtatutum, ſiue per renuncia-
tionem non admittuntur ad opponendum con-
tra legitimationem factam ab eorum patre de il-
legitimo ſub prætextu obreptionis, aut non cita-
tionis factæ de eis tamquam legitimis, & natura-
34 libus, aut ob ſimilem defectum, † quia cum eorum
non interſit propter excluſionem, non debent au-
diri, vt in ſpecie ſtatuti Vrbis, de quo agimus con-
cludit Iaſ. *conſ.* 68. *col.* 7. *&* 8. *& col. penul. poſt princ.*
verſ quarto notabiliter reſpondetur. lib. 3. Ruin. *conſ.*
93. *n* 8. *poſt princ. verſ. ſi igitur legitimatio & verſic.*
ſic igitur eſt in propoſito. & verſ. dicitur autem de-
ctum ceſſare & verſic: ſicut ergo vbi, lib. 3. Honded.
conſ. 89. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 1.
Neque eſt admittenda concluſio exaduerſo firmata,
quod requiratur declaratio voluntatis Angeli,
quod velit adire, ad hoc vt Aduerſariæ repellan-
tur à limine iudicij tamquam non habentes in-
35 tereſſe, † Quia verior eſt opinio, & magis com-
munis, quod ſufficiat exiſtentia perſonæ Angeli
tamquam vocati ad ſucceſſionem, de qua agimus,
& tamquam proximioris, abſque eo, quod faciat
aliquam declarationem, nam durante tempore,
quo alter poteſt adire, agens nullum ius habet,
& ideo melior eſt interim conditio excipientis,
& contra petitorem ſemper hoc caſu iudicandum
eſt, præſertim quia iſta non dicitur vere, & pro-
prie oppoſitio de iure tertij, ſed de non iure agen-
tis, cum ſufficiat, quod conſtet ex actis alios pro-
ximiores extare abſque vlla declaratione, Ita in
puncto concludit Theſaur. qui omnibus contra-
riis reſpondet *dec.* 4. *col.* 3. *in fin. verſ. in contra-*
rium pro excipiente. & column. 4. *&* 5. vbi etiam
conſiderat

conſiderat, quod tractatur de intereſſe excipientis, qui ſi reſtituat iſtam hæreditatem tali actori non habenti ius, poſſet moleſtari ab eo, qui in illa debebat ſuccedere, adeo vt ſemper Iudex teneatur talem exceptionem admittere etiam poſt litis conteſtationem, aliter erit locus appellationis: Caſtr. & alij *in l. ille à quo. §. ſi teſtamento. ff. ad trebellian.* & quod non requiratur declaratio concludit etiam Surd. *conſ.* 415. *n.* 18. *&* 19. *lib.* 3.

Vnde petens hæreditatem non debet maiorem partem petere, quam habiturus eſſet, cæteris adeuntibus, nec ei proderit, ſi cæteri non adierint, quia ſufficit, quod cohæredes viuant, & non repudient,

37 † Quare ſi petat totam hæreditatem, cum tamen habeat pares in gradu ſuccedendi, repellitur hac exceptione, tu habes pares in gradu, *l.* 2. *ff. ſi pars hæred. petat.* Caſtr. *conſ.* 77. *viſa facti narratione ſatis*

38 *longa. in* 7. *dub. in fin. n.* 6. *in fin. lib.* 2. † vbi quod hic eſt caſus, in quo in totum excluditur ius agentis ipſo iure, Idem Caſtr. *conſ.* 454. *viſo & examinato proceſſu, col.* 2. *in princ. verſ. ſecundo principaliter debet ſuccumbere, n.* 2. *li.* 1. Aym. *conſ.* 144. *n.* 21. *& conſ.* 72. *n.* 6. *in fin.* Theſaur. *dec.* 4. *col. penult. ad med.*

39 *verſ. tertio in hanc rem facit. n.* 8. † vbi etiam *col. vlt.* ampliat quamuis non interuenerit aliqua ceſſio, aut mandatum paris in gradu ad fauorem excipientis de iſto non iure actoris, & quamuis etiam ſupereſſet parum temporis ad excludendos cohæredes, prout erat in illo caſu, in quo deerant tantum octo menſes pro complemento triginta annorum, qui dantur ad adeundam hæreditatem, cum hæc actio non præſcribatur minori ſpatio: Gloſ. *in l. quamdiu. la* 1. *de acquir. hæredit.* Bald. *in l. vnic. col.* 4. *C. quando non petent. part.* Gabr. *de præſcr. concl.* 8. *n.* 1. Felin. *in c. de quarta. col.* 7. *verſ. & ſcias.*

40 *eod. tit.* † & quod ſufficiat ſola exiſtentia cohæredis, quamuis nunquam adierit concludit latè Surd. *conſ.* 415. *n.* 11. *vſque ad* 15 *lib.* 3. vbi quod prius debet fieri fides de repudiatione, ſeu ceſſione hæreditatis: Aym *conſilio* 144. *num.* 21.

Cum ergo excludatur ille, qui habet parem in gradu

41 ſuccedendi, ſi agat ad totam hæreditatem, † multò magis erit excludendus, qui habet ante ſe alium proximiorem, quo viuente, vel non expreſsè repudiante, non poteſt ad eamdem ſucceſſionem aſpirare: Surd. in ſpecie *conſ.* 48. *nu.* 19. per text. *in d. l.* 2. *ff. ſi pars hæredit. petat. l. antiqui. ff. eod. tit. l. deberi. C. de fideicommiſſ. libertat. § libertas, inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* Doctor. *in l. cum quidam, §. ſuum hæredem, ff. de acquir. hæred.*

Amplius neque admitteretur cautio remotioris in gradu de reſtituendo hæreditatem proximiori, quando occurreret caſus, vt vellet venire ad ſuc-

42 ceſſionem, † quia ſufficit, quod poſſit adire, [Adde *ſupr. ad c.* 330.] & requiritur temporis lapſus, licèt enim tunc non adeat, forſan adibit, vnde expectandum eſt, vel quod repudiet, vel quod tempore excludatur, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo. de legat.* 2. *l. peto. §. fratre. eod. tit.* Tiraq. *de retract. conſanguin. §.* 11. *gloſ.* 3. *nu.* 2. latè Surd. *conſ.* 415. *n.* 17. *vſque ad* 21. *lib.* 3. vbi etiam quod talis exceptio non eſt propriè exceptio de iure tertij, ſed de non iure agentis, quæ admittitur per modum probationis: Cyn. *in l. cum ſeruum, poſt med. C. de ſeru. fugit.* vbi ita declarat. l. fin. *§. de rei vendic.*

Non obſtat, quod ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 146. non ex-

43 cludat Aduerſarias per exiſtentiam Angeli, † cum non adſint fratres Fabij defuncti, ſed omnes patrueles, qui ſuccedunt omnes patruo: Theſaur. *deciſ.* 162. Quia maior ratio excluſionis adeſt in perſonis, de quibus agitur, quam in excluſis à ſta-

44 tuto, † quo caſu eſt licita extenſio: Bald. *in c.* 11 *§. porro. num.* 7. *quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit.* Surd. *dec.* 139. *numer.* 8. & hoc caſu dicitur comprehenſio potius quàm extenſio: Aym. *conſ.* 113. *n.* 3 Natt. *conſ.* 109. *nu.* 3. Cum etiam ratio vera ſtatuti

45 ſit fauor agnationis, quæ licèt ſit tacita, † operatur idem quod expreſſa. Surd. *deciſ.* 124. *n.* 7. Immo illa ratio attenditur, & non diſpoſitio, quaſi præferatur verbis, & amplıet dictum: Idem Surd. *deciſ.* 19. *nu.* 1. Neque enim debet plus iuris concedi re-

46 motiori, quam † proximiori, *l. ſi viua matre. ad med. C. de rei vendic.* Natt. *conſ.* 101. *n.* 21. *in princ.*

Et ita per prædictas rationes videmus, quod ſtatutum excludens ſorores ſtantibus fratribus defuncti, excludit etiam filias fratrum præmortuorum, cum in eis concurrat eadem qualitas ſexus fœmi-

47 nei, † propter quam ſoror, & fœminæ excluduntur per maſculos fauore conſeruandæ agnationis tamquam excluſio veniat in conſequentiam. Bart. *in l.* 2. *§. videndum in fin. ad Tertull.* Natt. *conſ.* 201.

48 *n.* 2. & ita in ſpecie iſtius ſtatuti † concludit Socin. Iun. *conſ.* 10 *nu.* 11. *vſque ad* 31. *lib.* 4 Cuman. *inter conſ. Curt. Senior.* 34. *n.* 20. Ruin. *conſ.* 205. *nu.* 5. *lib.* 2. & eſt verior opinio, quam ſeruat Rot. corã Card. Seraphino Romana hæreditatis de Çapranica 23.

49 Ianuarij 1581. inter impreſſas *dec.* 496. † Quæ ſententia procedit quamuis ſtatutum excluderet. interpretationem, quia numquam intelligitur excluſa bona, & rationabilis interpretatio: Bart. *in l. omnes populi. n.* 65. *de inſtit. & iur.* Bald. *in l. quamuis* vbi Iaſ. *n.* 2. *in fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Dec. *conſ.* 64. *in fin.* Rip. *reſponſ.* 3. *n.* 19. *de legib. & conſuet.*

Ex prædictis ſequitur non eſſe admittendos articulos exaduerſo datos, cum appareat de illorum irreleuantia, † Nam illi ſolùm continent, quod Ludouica ſtetit in clauſura cum fœminis inhoneſtis, & tunc temporis peperit Hortenſiam, & quod ſemper continuauit ducere inhoneſtam vitam etiam poſtquam exiuit de d. clauſura poſt obitum Pij V. dum habitauit prope Eccleſiam S Io. de Pinea, quod non releuat, neque aliquid concludit, nam etiam dato quod probaretur, quod tamen non poteſt probari tamquam à veritate alienum, Tamen non ex hoc excluditur, quod Fa-

50 bius non potuerit ex ea filios habere, † Non enim ſufficit quod filius ſit natus in loco ſuſpecto, vt puta quia vxor non habitaret in domo ſui viri, ſed cum adultero, aut in lupanari, nam ſemper præſumitur eſſe mariti, & ex eo conceptus, dummodo illi pateat ad eam acceſſus: Cyn. *in l. ſi vicinis. C. de nupt.* Grat. *conſ.* 140 *col.* 5. *nu.* 42. *lib.* 1. Bertrand. *conſ.* 73. *n.* 13. *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 105. *col.* 1. *li.* 4. Alex. *conſ.* 88. *n.* 8. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 657. *plenè. n.* 2. Gail. *obſeruat.* 97. *n.* 9. *li.* 2. per text. *in l. miles* 11. *§. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Achill. *dec.* 1. *qui fil. ſint legitimi.* Creſcent. *dec.* 1. & ibi Addit. *eodem titulo.*

51 † Maxime, quia etiam multæ ſtant in lupanari, & tamen poſſibile eſt, quod non admittant niſi vnum, neque enim poteſt cogi meretrix inuita corpus proprium exhibere alicui ad coitum, tametſi commune illud cum altero faciat, immo qui violentiam meretrici infert ob cauſam libidinis, eámque inuitam cognoſcit, debet puniri extraor-

dinaria pœna, vt latè prædicta omnia comprobat
Couarr.*lib.3.var.reſolut.c.4.n.2.*

Nec aduerſatur, quod iſti articuli non ſint obiectiui,
52 ſed de iure dantis, † ideo ſunt admittendi: Rot. *deciſ.17.de exception.in antiq.* Caſſador. *dec. 2.eod.tit.*
Quia iam ſupra oſtenſum eſt nullum ius poſſe acquiri aduerſariis, quamuis tales articuli probarentur, cum illi exclusis tamquam remotioribus,
53 adſit filia, ad quam hæreditas patria pertinet, † cū in ſucceſſionibus prima cauſa ſit liberorum, *§. 1. inſtit.de hereditatib.qua ab inteſtat.deferunt §.ſui inſtit.de hered.qualit.& differen.* Vnde ceſſante iſto iure dantis, remanent articuli merè obiectiui, &
54 ſunt reiiciendi, cum † probatum non prodeſſet Doctor. *in c.cum contingat, de offic.delegat.* Rot. *deciſ.17.alias 607.n.2 de except.in antiq.* Felin. *in c.cum olim.num.9 in fin. de reſcript. cum aliis in practicab.* Rot.Rom *diuerſ p.2.in fin.num.26.& 27.*

Minus obſtat, quod paſſim articuli admittantur in
55 Curia ſaluis exceptionibus: † Caputaq *deciſ.47. p.1.* Quia hoc procedit, quando conſtaret de releuantia articulorum: nam alias non admittuntur, vt declarat idem Caputaq. *deciſ.68.nu.2 p.3* ob illam rationem, quia fruſtra expectatur probatio quæ cum peruenit, nihil operatur: Bald. *in l. ad probationem.nu 5.C.de probat.* Pariſ *conſ.97.nu.131.*
56 *cum ſeq lib.1.* Honded. *conſ 18.n. 1.lib.1.* & ſemper requiritur releuantia, & illius probatio ad hoc vt excludatur calumnia, cum alias non excluderetur: Rot.coram R P.D Pirouano Bononien. Capellaniæ 14. Ianuarij 1611. quæ eſt inter impreſſas per Farinac. *p.2.recent.deciſ.306.* vbi allegantur concordantes deciſiones.

Non obſtat, quod ſi probetur non eſſe filium, debet auferri illa hæreditas, & dari aliis venientibus ab
57 inteſtato † iuxta *l ſi pater tuus. C. de heredib. inſtituen.* Aret. *conſ.37.n.1.* Natt. *conſ.135.n.1.* Quia prædicta procedunt quando pater inſtituit aliquem tanquam filium, quem falſa opinione ductus ſuum eſſe credebat, non inſtituturus, ſi alienum noſſet,
58 † tunc enim ei aufertur hæreditas tamquam ab indigno, Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non adeſt iſta falſa credulitas, cum verè pater pro ſua filia agnouerit, & tamquam ſuam ad hunc effectum legitimauerit, & alia omnia fecerit ex quibus nullus error poteſt colligi, & per conſequens non poterit alteri hæreditas dari, quàm illi, qui fuit verè agnitus pro tali, non autem per errorem, aut ob falſitatem cauſæ finalis inſtitutionis, & ita præciſè loquitur text. *in d.l ſi pater.C.de hered.inſtituen. l.reme.§.1.* vbi Gloſſ.Bart *& alij. ff. eod. tit.* Aret. & Felin. *in c.per tuas, de probation* Pariſ. *conſ.29.in fin. lib.2.* Cordub. *in l.ſi quis à liberis, §.ſi vel parens.nu. 41 ff de liber.agnoſcend.* Cephal. *conſ.440.n.14 vſque ad 25.lib.3.* Surd. *conſ.1.n.6.* Beto. *q 60.in princ.* Roland. *conſ.22.n.10.lib.3.& conſ.43.n.123.lib.4.* Cum
59 etiam † extraneus poſſit ſcienter inſtitui vt filius, cuius inſtitutio valebit, ſicut de vero filio: Gloſ. *in d l ſi pater § 4.in verb. quaſi filium, in verb.non inſtituturus.C de hered.inſtituend.* per text. *in l.1.§. ſi quis filium ff de Carbon edict.*

Et magis articuli non ſunt admittendi. Quia probatur matrimonium fuiſſe contractum inter Fabium, & Ludouicam 22 Febru. 1576. in Eccleſia S Ioannis de Pinea, vt ex fide Parochi, de qua in ſummar.
60 n 3. † cui ſtatur tamquam deponenti de pertinentibus ad ſuum officium: Alex. *conſ.193.n.15 lib.6.* Salic. *in l.ſi quis decurio.n.4.C.de leg. Cornel.de falſ.* Menoch. *de arbitr.caſ.99 num.3.* Surd. *dec. 70.n.13.*
61 † Cum actus matrimonij non poſſit exerceri niſi à parocho iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.24.c.1.de reformat.* Et licet non appareat de recognitione di-
62 ctæ fidei, † Tamen illa non requiritur ob temporis antiquitatem: Put. *dec.151.lib.1.* & ob alias rationes, de quibus infra *verſ.quæ magis comprobantur. n.67.*

Et quamuis non appareat annotatum huiuſmodi
63 matrimonium in libro parochi † vt requirit Concil. Trident. *ſeſſ.24.c.1.* Tamen non ex hoc infertur præiudicium parti, cum iam per ſpatium tot annorum fuit facta fides de dicto matrimonio, cum probatio, quæ fit ex libro, non tollat aliā probationem reſultantem ex fide eiuſdem Parochi,
64 peccat enim mortaliter curatus non ſeruans præceptum Concilij non cuſtodiendo librum, vt per Sanchez. *de matrimonio, lib.3.diſputat.16.in fin.* Non tamen talis negligentia debet redūdare in alterius
65 præiudicium, † Exemplo notarij, qui poſt factam fidem de inſtrumento per eum rogato, non præiudicat partibus, ſi non cuſtodit protocollum iuxta opinionem veriorem Nicol. Matarell. de qua per Bald. *in rubr.C.de fid.inſtrum.nu. 20.& 28.& in l.admonendi col 8.de iureiu.* Caſtr. *conſ.130.alias 115. dubitatur primo. col.vlt.n.6.verſ.contrarium videtur expreſſe.lib.2.* Alex. *conſ.175.nu.4* vbi Addit. *in verb. rogatus.lib.7.* Pariſ. *conſ.104.nu.62.& 63.lib.1.* Aym. *cōſ.121.n.11.ad med.verſ.alibi ſcribit.col.3.* Bertrād. *conſ 44.n.4.lib.2.p.1.* Couar. *pract.quæſt c 9. num.3.* Cagnol. *in l ſi librarius 93.nu 81.ff.de reg.iur.* Surd. *conſ.173.n 109.lib.2.* Claud. *in auth.ſi quis in aliquo. col.1.* & ibi Curt. Iūn. *C. de edend.* Sola *de protocol. exhiben.gloſ.vnic.nu.11.* Corn. *210.nu.4.& 5. lib. 4.*
66 vbi etiam quod magis debet præferri probatio affirmatiua reſultans ex fide producta quàm probatio negatiua proueniens ex inſpectione protocollorum, cum ſit probatio magis veriſimilis, quæ debet præualere *c licet cauſam, de probationib. l.ob carmen.§.teſtes ff.de teſtib.* Maximè quia non probatur, quod non adſint alij libri, cum poſſibile etiam ſit, quod alter liber exiſtat, in quo fiant huiuſmodi deſcriptiones: Corn. *conſ 210.in fin. lib.4.*

Quæ magis comprobantur ex inſtrumento dotali ſub die 8. Octobris 1576. vbi enunciatur prædictum matrimonium factum præuiis denunciationibus cum dimiſſione, & regiſtratione fidei à Pa-
67 rochi vna cum teſtibus in eadeſcriptis, † in qua aſſeritur tale matrimonium de præſenti coram eo contractum, per quas enunciatiuas non ſolum probatur dos, ſed etiam matrimonium: Rom. *conſ. 431.in fi.* Dec. *conſ.35.n.3.* poſt Bald. *in c.ſeries, col.2. verſ.extra nota argumentum, de teſtib.* Rot. *diuerſ. deciſ.130 n.5.in fin p.2.* † Præſertim cum hic agatur de tali matrimonio non principaliter, ſed incidenter propter filiationem: Florian. *in l.ſicuti autem.§. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vendic.* tamquam iſtud faciat vehementem præſumptionem, & magnum adminiculum fauore matrimonij, & prolis: Rot. *diuerſ deciſ.357.nu.6. & 7.p.1.*

Cum etiam per partem aduerſam admittatur, quod Fabius ſemper habitauit domum prope Mineruam, & quod Ludouica habuit habitationem poſt obitum Pij V. prope Eccleſiam S.Io. de Pinea, ex quibus habitationibus ex aduerſo confeſſatis, magis comprobatur inſtrumentum, quod Parochus d.eccleſiæ, qui coniunxit coniuges in matrimonium,

nium, erat eorum proprius, & verus parochus,
69 † ad quem dictum eſt, pertinebat talis actus matrimonij priuatiuè quo ad alios: Concil. Trident. *ſeſſ. 24. c. 1 de reformat. matrimon. c. fin. 31. q. 2 c. videtur. 35. q. 6. c. ſponſus diſtinct. 23. c. alter 30. q. 5.*

Additur quod mortua Ludouica vxore, Fabius eius vir tradidit nuptui Hortenſiam tamquam eius filiam legitimam, & naturalem cum dote ſcutorum
70 quatuor mille, vt *in ſummar. num. 4* per quam dotem, & collocationem in matrimonium probatur filiatio, ita vt quoque ſufficeret tractatus de maritando: Rot. *diuerſ. deciſ. 238. nu. 6. par. 1.* & coram R.P.D. Vbaldo Romana de Iauellis. 13. Nouembris 1613.

Quibus accedit præſentia Horatij fratris Fabij, & illius interuentus in dicto contractu matrimonij, & dotis Hortenſiæ tamquam filiæ legitimæ, & naturalis eiuſdem Fabij, pro quo etiam fideiuſſit, & ſe obligauit ſoluere dotem prædictam pro tali ſua nepte, prout etiam Vincentius alter frater Fabij, & pater aduerſariarum promiſit ſoluere, prout ſoluit annuum cenſum Marito eiuſdem Hortenſiæ agnoſcendo eam tamquam ſuam neptem, quod
71 † facit, vt ex iſtis nominationibus, & tractatibus Hortenſia ſit conſtituta in quaſi poſſeſſione filiationis non ſolum contra patrem, ſed etiam contra iſtos patruos, & tertios, qui eam ita nominarunt, & tractarunt: Alex. *conſ. 25. n. 12. lib. 3.* Menoch. *præſumpt 53. n. 23. cum ſeq li. 6. & de arbitr. caſ. 89. n. 71.* Card. Palæot. *de noth. & ſpur. c. 22. in fin.* poſt Ang. *in l. liberorum in princ. ff. de his qui not. infam.*

Et cum iſte tractatus cum nominatione, & confeſſione noceat ipſi Vincentio patri Aduerſariarum,
72 † nocebit etiam eis tamquam hæredibus, & ſucceſſoribus etiam ſingularibus habentibus cauſam ab ipſo defuncto, maximè in materia filiationis, & agnationis: Soc. *conſ. 23. nu 4. in fin. lib. 3. & conſ. 11. col. 1. in fin. eod. lib.* Aym. *conſ. 29. n. 1.* Aretin. *conſ. 512. conſideratio. ad fin. verſ. de ſucceſſore* iuxta doctrinam Bartol. *in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian.*
73 † Neque enim ſucceſſores debent eſſe melioris conditionis, quam ipſorum auctor, *l. fin. §. 1. ff ad Velleian.* Caſtr. *conſ. 247. in cauſa qua vertitur ſane. col. 2. lib. 1.* Dec. *in l. aliud eſt vendere 120 §. vlt. ff. de reg iur.*

Quæ omnia procedunt ſiue agatur in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, cum iſta ſufficiant ad probandam
74 filiationem † tam in vno, quam in altero iudicio: Alex. *conſ. 51. lib. 1.* Aym. *conſ. 149. nu. 2.* Menoch *de arbitr. caſ 89. nu. 70. vſque ad 73.* Dec. *in c. per tuas. n 9. de probat. & conſ. 54. num. 3.* Pariſ. *conſ. 10. n. 110. lib. 2.* Albenſ. *conſ. 83. num. 22.* Cardin. Palæot *de nothis & ſpur. c. 22. nu. 5.*

Et ita poſt plures propoſitiones fuit deciſum ad fauorem filiæ excluſis omnibus per Rot. in huiuſmodi cauſa Romana hæreditatis de Fuſchis coram R.P.D. Pirouano 25. Maij 1618. Vbi etiam fuit reſponſum ad textum in *l. vulgo concepti. ff. de ſtat.*
75 *homin.* † in quo licet diſponatur, quod nati ex publica muliere non poſſint demonſtrare patrem propter commixtionem ſeminis multorum, ita vt etiam illa, quæ mortuo primo viro, nubit ſecundo, & peperit in ſeptimo menſe propter incertitudinem faciat, vt filius priuetur vtaque hæredi-
76 tate, vt notat Bald. *in d. l. vulgo quæſiti. nu. 1.* † Nihilominus iſta incertitudo poſſet quidem hoc operari, & poſſibilitas non ſufficeret, niſi concurreret agnitio parentum in agnoſcendo filium in ſuum, tunc enim certificatur proprietas filiatio-
77 nis *cap. per tuas, de probationibus.* † Vbi eſt caſus de ea, quæ cohabitauit cum viro per ſeptennium, deinde receſſit, & vagata eſt, ac rediens prægnans aſſerebat filium eſſe illius viri, cum quo cohabitauerat, & ibidem non obſtante incertitudine admittitur ex parentum agnitione poſſe filium certificari, cum qua certitudine bene procedit legitimatio ex ſubſequenti matrimonio iuxta doctrinam Bald. *in l. eam quam 14. n. 14. C. de fideicommiſſ* cũ aliis ſuprà adductis *n. 1. verſ. & quod valeat.*

Poſt hæc ſcripta occurrit Bald. *in l. 1. n. 33. verſ. quo ad ſecundum articulum, & n. 34 verſ. & ſi dicatur quod eſt triplex filiationis probatio. col. 12. Cod. qui accuſar.*
78 *non poſſ.* † vbi tenet opinionem ſupra firmatam, quod etiam vulgo quæſitus poſſit agnoſci pro filio, cum in eo cadat præſumptiua probatio filiationis *cap. Michael de filiis presbyterorum.* Verum ſubdit, quod tales vulgo quæſiti non habent ius
79 vindictæ, & non admittantur † ad accuſandum, addens notabilem diſtinctionem; quod triplex eſt probatio filiationis, neceſſaria, probabilis, & præſumptiua. ¶ Neceſſaria probatio concludit quo ad
80 matrem † quia illa eſt certa. ¶ Probabilis quo ad patrem, quia natus ex vxore in domo vicinis ſcientibus, *l. filium 6 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & iſta probatio filiationis probabilis maior eſt, quàm
81 probatio præſumptiua, † nam honeſta coniectura excludit præſumptionem inhoneſtam ratione innocentis prolis, *l. miles. §. defuncto in fin ff. de adulter.* ¶ Præſumptiua verò probatur filiatio per actus extrinſecos, vt quia pater vocabat eum filium ſuum, vel mater, & alij conſanguinei, *cap. per tuas de probation. l. vxor. de manumiſſ. teſtament.* Et iſte tertius modus cadit in vulgo concepto, *c.*
82 *Michael, de filiis presbyterorum.* † Non tamen talis vulgo conceptus dicetur proſequi ſuorum iniuriam, quia iſte non habet patrem ſecundum conſcientiam legis, vnde verum eſt quod non habetur pro vero ille, quem lex damnat, *l. ſenatus, ff.*
83 *de his qui ſibi adſcrib* † Et iudex in iudicando debet ſequi publicam conſcientiam, id eſt conſcientiam legis, non autem ſuam priuatam ſcientiam, *cap. iudicet,* vbi Gloſ. 3. *quæſt. 7.* Alioquin Iudex non eſ-
84 ſet miniſter legis, † niſi eſſet imitator eorum, quæ determinat lex, quorum iudex non eſt dominus, Oportet enim ſecundum Ariſtotel. rectè poſitas leges omnia determinare, & quàm pauciſſima committere iudicantibus, id eſt Rectoribus. Hactenus Bald. de cuius opinione, quomodo procedat, & quando ſit admittenda alibi Deo dante erit diſcutiendum

Poſt prædictam deciſionem, fuit diſputatum, cui ex litigantibus deberet dari mandatum de manutenendo, & propter varietatem opinionum nihil concluſum, ſed ſolum deciſum concedendam eſſe immiſſionem filiæ, prout latius omnia explicabuntur infra in duobus capitibus particularibus.

EPITOME.

Proprietarius an poſſit mutare formam rei, in qua eſt debitus vſusfructus, quàmuis mutatio redundaret ad commodum vſufructuarij. ¶ Cenſus ſuper domo impoſitus an extinguatur extincta domo. ¶ Et quid in molendino destructo, & poſtea reædificato ex eiſdem tabulis, fiſtulis, canalibus, & molis an cenſus reuiuiſcat. ¶ Et quan-

do deſtruens teneatur de dolo, & ad intereſſe domini cenſus. ¶ Interitus rei oneri ſubiectæ, quando adſcribatur debitori. ¶ Et quid ſi culpa eius cauſetur. ¶ Vel quando ſumus in re, ſeu iure, quod ſpe tantum competit. ¶ Confeſſio in precibus quo caſu probet contra confitentem. ¶ Proteſtatio producentis iura in parte, & partibus an iuuet, quamuis illa ſint confecta inter alios.

SVMMARIVM.

1 *Imponens cenſum ſuper ſuo molendino, ſi illud deſtruat tenebitur actione de dolo, & ad intereſſe domino cenſus, ſeu ad conſtituendum alterum cenſum ſuper alia re, num. 5.*

2 *Proprietarius non poteſt mutare rem, in qua eſt debitus vſusfructus, quamuis talis mutatio eſſet vtilis vſufructuario, nu. 3. cum eius conſenſus requiratur, num. 10.*

4 *Dominus prædij ſeruientis non poteſt illud deterius reddere in præiudicium habentis in eo ſeruitutem.*

6 *Molendino deſtructo, cenſus quoque perit, quamuis illud readificetur etiam ex eiſdem tabulis, fiſtulis canalibus, & molis. Intellige quando per caſum hoc contingeret, ſecus ſi facto & culpa deſtruentis, n. 7.*

8 *Cenſus extinguitur domo extincta.*

9 *Interitus rei oneri ſubiecta adſcribitur debitori, ſi culpa eius cauſetur, quamuis ſimus in re, ſeu iure, quod ſpe tantum competit.*

11 *Confeſſio facta in precibus probat contra confitentem, & eius ſucceſſores licet reſcriptum eſſet ſubreptitium, & nullum, num. 12.*

13 *Iura producta probant contra producentem, quamuis producantur in parte, & partibus non ſolum ſi confecta ſunt cum producente, ſed etiam ſi inter alios, num. 14. & 15.*

CAPVT DCLIV.

[Adde *ſupr. ad c. 432. num. 15. in addit.* quæ eſt poſita *poſt fin. tom. 2.*]

POſt latam ſententiam in cauſa Firmana cenſus dubitatum fuit de illius iuſtitia, & quidem videbatur concludendum pro eius reuocatione, cum ibi declaretur cenſum eſſe peremptum, & inſtrumentum illius eſſe caſſandum, & annullandum, quod tamen de iure non ſubſiſtit, nam Vincentius,
1 † qui impoſuit dictum cenſum ſuper ſuo molendino ad aquam non poterat illud deſtruere, & alibi aliud molendinum ædificare, & ſi hoc fecit tenebitur ei, ad cuius fauorem fuit conſtitutus talis cenſus, actione de dolo, & ad intereſſe tam damni emergentis, quàm lucri ceſſantis, ſeu ad cōſtituendum alium cenſum ſuper altera re, prout in ſpecie concludit Feder. Martin. *in commentar. de cenſib. c. 8 quibus mod. ius cenſ. finiat. & extinguat. num. 221. vſque ad 224.* Io. Salas *in comment. in 2. 2. D. Thom. de contractib. tit. de cenſib. dub. 16. in fin.* Vinsfeld. *in c. in ciuitate q. 11. de vſur.* Nauar. *in c. ſi fœneraueris, 14. q. 3. n. 118. q. 25. in fin. verſ. ſecundo dico quod cenſuarius, fol. 310.* Molin. *de contractib. tract. 2. diſputat. 394. n. 3. in fin.* Bartholom. Medin. Emanuel. Roderic. & alij per Rebell. *de obligat. inſtit. lib. 9 q. 6. verſ. quarta condition. n. 17 poſt med. fol. 691.* Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2 c. 22. dubit. 12. n. 91. in 3. notab. f. 308.*
Quod comprobatur ex diſpoſitione text. *in l. repeti. 5.*
2 *in fin. ff. quib. mod. vſusfruct. amittat.* † vbi proprietarius non poteſt mutare rem, in qua eſt debitus alicui vſusfructus, cum ita faciendo vſumfructum extingueret, quod non licet, nam aliàs tenebitur de dolo, & ad dotale intereſſe pro tempore, quo vſufructuarius fuit impeditus, cum dominus proprietatis non debeat illum impedire, nec eius conditionem deteriorem facere, aut aliquod damnum inferre, *l. Proculus 13 §. vlt. ff. de vſufruct. l. ſed & ſi quid 19. §. proprietatis ff. eod. tit.* Girond. *de gabell. p. 2. §. 1 n. 30. f. 57.* Caſtill. *de vſufruct. c. 34. n. 4. & 5.* Gail.
3 *obſeruat. 97. lib. 2. n. 6 vſque ad 12.* † vbi etiam, quod neque talis mutatio admittitur, quamuis per huiuſmodi formæ mutationem res melior efficeretur, & vſufructuario vtilior eſſet, *l. æquiſſimū. §. ſed ſi ad. um. ff. de vſufr. l. hactenus. § fin. cum l. ſeq. & l. vſufructuarius nouum. ff. eod. tit. l. vlt ff de vſu. & habitat* Bald. *in l. 1.* vbi Iaſ. *nu 99. C. de iur. emphyt.* Idem
4 Bald. *in auth. qui rem. n. 2. C. de ſacroſanct. eccl.* † Prout etiam idē dicimus de domino prędij ſeruientis, qui illud non poteſt mutare, nec deterius reddere in præiudicium habentis in eo ſeruitutem, *l. ſeruitutes § ſi antea ff de ſeruitutibus vrbanor. prædior. l. ſed ſi quis. §. proprietarium. ff. de vſufruct. l. ſed & ſi forte. §. ſi ff ſi ſeruit. vendicet. l ſi certo generi. §. ſi totus. ff de*
5 *ſeruitutib. ruſticor. prædior.* Quæ omnia in propoſito applicantur ad cenſitum, qui in præiudicium cenſitoris non poteſt mutare prædium cenſuale, nec illud deterius reddere: Feder. Martin. *de iur. cenſ. ſeu annuor. reddit. c. 8. num. 223. fol. 450.*
Neque obſtat, quod molendino deſtructo cenſus quoque pereat, quamuis contingat illud reædifi-
6 cari in alio loco, † etiam ex eiſdem tabulis, fiſtulis, canalibus, molis, & al is quæ priori molendino ſeruiebant iuxta opinionem Nauarr. *in c. ſi fœneraueris 14 q 3. alias in tract. de vſur. q 25. in princ. n. 118. f 310.* Quidquid contrarium teneat Boccac. *de cenſib p. 2. n. 42. & 43 fol. 57* Cum opinio Nauar. ſit verior prout illum ſequitur Rot. per Card. Seraph. *deciſ. 1418 nu 4* iuxta notata per Iaſ *in l. ius ciuile: n. 15 ff. de iuſt & iur.* Rip. *in l. 1 n 4. ff. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Quia prædicta procedunt quando per caſum, abſque aliqua culpa domini molendini debitoris cenſus, idem molendi-
7 num corrueret, † ſecus autem quando culpa & facto eiuſdem illud deſtrueretur, tunc enim remanet actio ad fauorem emptoris cenſus ex ſupra allegatis, & ita etiam ſequendo Nauar. *in dict. qu 25. n. 118.* declarat Azor. *inſtit. moral. pag. 3. lib. 10. c. 16. fol. 838* Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 22. dubitat. 12. nu 91. fol. 308.* Feder. Martin. *de iur. cenſuum ſeu annuor. reddit. c. 8. nu. 218. vſque ad 224. fol. 449* Io. de Salas *in comment. in 2. 2* D Thom. *de contractib. dubit. 16 f. 438.* Viſfeld. *in c. in ciuitate. qu. 12. de vſur.* Molin. *de contractib. tract. 2. diſput. 394. n. 3.* Rebell. *de oblig. iuſtit. lib. 9. q. 6. n. 17.* cum aliis per Tiraq *de retract. lignag. ad fin. tit. num. 67. vſque ad 72. qu. 13.*
Et ita etiam intelliguntur omnes Doctores, dum concludunt, quod extincta domo ſit etiam extin-
8 ctus cenſus. † Io. de Lignag. *in cap. in ciuitate. & in c. fin. qu. 1. de vſur.* Sarmient. *ſelectar. interpret. lib. 7. cap. 1. n 31.* cum aliis late adductis ſupra *in addit. ad cap. 432. n. 15.* quæ eſt poſita poſt *fin. tom. 2.* Gutier. *practicar. quæſt lib. 2. qu. 187. n. 7. cum ſeq.* Ceual. *qu. 312. num. 6.* Azor. *inſtitut. moral. p. 3. lib. 10. c. 5. q. 3.*
Quod paſſim ſeruatur in omnibus ſimilibus diſpoſitionibus, in quibus interitus rei adſcribitur de-
9 bitori, † ſi culpa eius cauſetur, cum ea interim vti debuiſſet, ſicut bonus paterfamilias, qui non poteſt, nec debet alteri præiudicare in re oneri ſubiecta, etiam quod ſimus in re, ſeu iure, quod ſpe tantum competit, vnde multò magis in iure acqui-

acquiſito, quamuis enim culpæ pœna non admittatur in re propriâ, tamen hoc procedit in re propriâ ſimpliciter, & irreuocabiliter, quæ ſcilicet non eſt ſubiecta alicui oneri, ideò poteſt dici alienâ ſpe, ſecus ſi adſit aliquod onus ad fauorem alterius, tunc enim iudicatur de eâ, ac ſi non eſſet propria ipſius propter intereſſe tertij, Ita omnia prædicta latè comprobat Tiraq. *de retract. lignag. ad fi. tit. n. 69. & 70. q. 13.* poſt Dyn. *in l. etiam, §. licet,* vbi Bart. *in 1. oppoſ.* Alexand. *col. 1. in fi. ff. ſolut. matrimon. iuxta l. ſi modo, ff. de legat.* 1. Gloſſ *in l. qui exceptionem, §. 1. in verb. aſſerit, in princ. ff. de condict. indeb. & in l. 2.* vbi Bart. Bald. Salic. & Pancal. Clemenſ. *C. de reſcind. vendit.* Burgoſ. *in c. cum dilecti. in fi. de empt. & vendit.* quos omnes in propoſito noſtro refert, & ſequitur Tiraq. *d. q. 15. n. 70. & 71.*

Quod autem in caſu noſtro adſit culpa Domini molendini, patet ex facto, in quo pręſupponitur, quod in ſupplicatione per eum datâ Communitati S. Iuſti fallus fuit aquam à priori molendino cenſuato fuiſſe ſurreptam ab eâdem Communitate, ob quã cauſam illud fuit redditum inutile, Vnde debebat curare, vt aqua in priſtinum ſtatum reduceretur, non autem petere, quòd in recompenſationem huiuſmodi damni daretur ei per Communitatem licentia alibi ædificandi nouum molendinum, cũ non ſufficiat præcauere circa refectionem damni ſibi illati, abſq; eo quod nihil æſtimaret damnum, emptoris cenſus in priori molendino impoſiti, maximè quia idem emptor cenſuarius omninò

10 vocari debebat, † prout quilibet habens intereſſe, vt viſufructuarius, vel ſimilis, quoties res agitur etiam circa proprietatem, quę illi obeſſet, ſiue aliquod damnum conſiderabile afferri poſſet, ita vt conſenſus eiuſdem vſufructuarij requiratur circa talem mutationem, *l. is qui fundum, ff. de vſufruct. legat.* Gulielm. de Cun. *in l. 2.* vbi Caſtr. *in princ. C. de vſufruct.* Odd. *conſ.* 82. *nu.* 12 Caſtil. *de vſufr. ca.* 34. *nu.* 5. Tiraq *de retract. conuention gloſ. 6. §. 1. num. 29. ad med. ver. intius tamen, & ad fi. ver. ad illud autem quod diximus, fol.* 516. iuxta doctrinam Bald. *in l. qui ſolidum, §. 1. de legat.* 2. Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. q. 2. princip. col. 3. ver. ſeptimus effectus, & in fin.*

Et ex narratis in dictis ſupplicationibus Communitati porrectis ſatis probatur huiuſmodi culpa in non curando præiudicium emptoris cenſus, & quod aqua reduceretur ad primum molendinum

11 cum confeſſio facta in precibus probet contra confitentem, & eius ſucceſſores, *l. cum precum, C. de liber. cauſ.* Dec. *in l. 2. in 3. notab. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & conſ.* 534 *col. 2. ver. nam verba ſupplicationis, numer. 4.* Iaſ. *in l. vnic. ad fi. C. de his qui potentior. nomin.* Aldobrand. *conſ. 65. nume. 1. & 1. libr. 2.*

12 † Adeò vt talis confeſſio præiudicet quamuis reſcriptum eſſet ſubrepticium, & nullum, cum ſit ita potens, vt reuocari non poſſit, Aym. *conſ.* 201. *numer. 5. vſque ad 7.* Iaſ. *conſ.* 156. *col. 3. in fi. libro 2.* Nulla habita ratione, quod reſcriptum producatur quatenus faciat ad fauorem producentis, & in

13 parte, & partibus pro eo facientibus, † cum talis proteſtatio non releuet, Iaſ *in l. 1. §. editiones, ad fi. ff. de edend. & in l. non ſolùm, §. morte, col. 11. in fi. de nou. oper. nunciat.* Aym. *d. conſ.* 201. *nu. 5. in fi.* Oſaſc.

14 *dec. 38. nu. 26.* vbi de magis communi, † maximè quando iura, quæ producuntur ſunt confecta cũ producente: Felin. *in c. 1. num. 9. ver. fallit primo, de probationibus,* quamuis etiam in iuribus confectis inter alios, quod ſimpliciter præiudicent producenti etiam cum proteſtatione in parte, & parti-

15 bus † concludat Oſac. *d. dec. 38. n. 26 in fi. per Gloſ. vlt. in l. publica, § ſi ff. depoſit.* Dec. *in l. vlt. nu. 26. C. de edend.* Et ita ex prædictis fuit ſententiatum ad fauorem Domini cenſus reuocando ſententiam primi Iudicis, qui tamen erit excuſandus, cum non fuerint coram eo producta iura, ex quibus conſtitit demolitionem molendini habuiſſe originem ex facto, & culpa illud deſtruentis, prout colligitur ex dubijs per eumdem Iudicem datis, itavt ex nouiter deductis dicatur ſententia reuocata, cum alias illa eſſet confirmanda.

EPITOME.

Epiſcopus quando poſſit in vna tantum parte ſuæ diœceſis reſidere, & iuſtitiam miniſtrare tam per ſe, quàm per alium. ¶ Et quid in duobus epiſcopatibus vnitis. ¶ Et in Præſide tam vnius prouinciæ, quàm plurium. ¶ Et in Legato de latere. ¶ Iudex ordinarius an debeat ferre ſententiam in loco maiorum ſuorum. ¶ Et quis dicatur iſte locus. ¶ Citatio extra territorium an admittatur etiam ad effectum condemnandi, quando plures prouinciæ ſunt ſub eodem præſide. ¶ Et quando quis poſſit trahi extra prouinciam coram delegato Papæ. ¶ Archiepiſcopus an cognoſcat cauſas appellationum in diœceſi ſui ſuffraganei. ¶ Celebratio ſynodi in quâ parte diœceſis ſit faciẽda, & de quo tempore. ¶ Et an in hoc ſtetur arbitrio epiſcopi etiam quando habet duas eccleſias vnitas. ¶ Lex diœceſana, & lex iuriſdictionis quæ ſit. ¶ Et ad quam ipſarum pertineat conuocatio ſynodi. ¶ Stante vnione duorum epiſcopatuum an vtraque ſedes remaneat cathedralis. ¶ Et an Epiſcopus ſit eligendus à canonicis vtriuſque Eccleſiæ. ¶ Et ſi diſcordant de loco, vbi debeat conuenire, an ſortes admittantur. ¶ Vnicus Vicarius an ſit conſtituendus per Epiſcopum duarum ciuitatum vnitarum. ¶ Et an ſit in eius voluntate vbi debeat illum retinere. ¶ Et quid in hoc operetur obſeruantia. ¶ Et quando ſalarium Vicarij ſit debitum neceſſarium, ita vt ſucceſſor teneatur ad illius ſolutionem. ¶ Et quando epiſcopus ſit cogendus Vicarium conſtituere. ¶ In deputatione vicariatus an ſit exprimenda generalitas tam reſpectu temporalium, quàm ſpiritualium. ¶ In eccleſiis vnitis an debeat relinqui Vicarius in loco, in quo Rector non reſidet. ¶ Et an valeat conſuetudo contraria. ¶ Et an talis Vicarius ſit perpetuus, ſeu temporalis. ¶ Et quando detur præcipuè in concernentibus curam animarum, & cognitionem cauſarum. ¶ Epiſcopus quomodo ſubſcribat in epiſcopatibus vnitis. ¶ Et in quo loco conficiat criſma in die cœnæ Domini. ¶ Et illud deferat de vnâ eccleſiâ ad aliam.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ duæ æque principaliter vnitæ ambæ remanent epiſcopales, licet vnus ſit Epiſcopus vtriuſque, & vna diœceſis, num. 5. & 6.*

2 *Epiſcopus poteſt in vna tantum parte ciuitatum principaliter vnitarum reſidere. Intellige vt numer. 3.*

4 *In vnionibus duorum potentius inſpicitur, quod trahet ad ſe minus potens.*

7 *Subſcriptio quomodo ſit facienda in epiſcopatibus vnitis.*

8 *Iuriſdictio vniuerſalis concernens plura territoria eſt*

tota & indiuidua reſpectu cuiuſque territorij.

9 *Epiſcopus in qualibet parte ſuæ diœceſis habet ordinariam poteſtatem, & poteſt reſidere vbi voluerit. Idem in præſide prouinciæ, nume.12.& in Legato de latere, num.13.& 14.Intellige vt nu.27.& 28.*

10 *Iudex ordinarius debet ferre ſententiam in loco maiorum ſuorum, & quis dicatur talis locus, nu.11.*

15 *Legati de latere in prouinciis ſibi decretis ſunt ad inſtar Conſulum, & Præſidum, & concurrunt cum quolibet ordinario, num.16.*

17 *Citatio extra territorium admittitur etiam ad effectum condemnandi quando plures prouinciæ ſunt ſub eodem præſide. Et poteſt quis trahi extra prouinciam coram Delegato Papæ.*

18 *Propter vnionem duarum eccleſiarum poteſt Epiſcopus exiſtens in vno epiſcopatu expedire negotia alterius, num.20.*

19 *Archiepiſcopus quando cognoſcat cauſas appellationum in diœceſi ſui ſuffraganei.*

21 *Rex Angliæ habens ducatum Vaſconiæ non poteſt per ſe iudicare, quando eſt extra Vaſconiam, ſed per vicarios ibidem degentes. Idem in Rege Apuliæ Comite aliarum prouinciarum, num.22. Et de ratione, num.23.24 & 25.*

26 *Præſes ſeu Epiſcopus incipiens cognoſcere cauſam in certo loco ſuæ diœceſis, ſi inde poſteà diſcedat eundo ad aliam ciuitatem ſuæ diœceſis, an poſſit ibidem proferre ſententiam.*

29 *Epiſcopus duarum ciuitatum vnitarum poteſt celebrare ſynodum in illa ciuitate, in qua voluerit, & in quocumq; loco ſuæ diœceſis, nu.32.33.39 & 41.*

30 *Conuocatio ſynodi an ſit de lege iuriſdictionis, vel de lege diœceſana, vel mixta, & quæ ad iſtas leges pertineant, num.31.*

34 *Synodus eſt congreganda in loco non multum remoto, & non in hieme, ne itineratio ſit periculoſa, & in loco non publico, & clauſis oſtiis, num.36.*

35 *Laici ſunt infeſti clericis.*

37 *Synodus poteſt celebrari in Eccleſiis ſicut quodlibet negotium ſpirituale, & eccleſiaſticum, & quæ ſint iſta negotia, num.38.*

40 *In epiſcopatibus vnitis vtraque ſedes remanet cathedralis, & Epiſcopus eligitur à canonicis vtriuſque eccleſiæ, & ſi diſcordetur de loco, vbi electio ſit facienda, ſorte dirimitur, num.42.*

43 *Electio non poteſt fieri per ſortem, quamuis aliud ſit in loco.*

44 *Epiſcopus poteſt vnicum tantùm retinere Vicarium generalem in vna ex ciuitatibus vnitis, nu.45.*

46 *Vicarius generalis poteſt conſtitui per Epiſcopum in qualibet parte ſuæ diœceſis, niſi in illa adſit Archidiaconus habens iuriſdictionem.*

47 *Epiſcopus non cogitur tenere Vicarium, quamuis alias tenuerit, num.48.& 50.Intellige vt num.51.*

49 *Manutentio non datur in actibus facultatiuis.*

52. *Salarium Vicarij quando ſit debitum neceſſarium, ita vt ad illud ſucceſſor teneatur, num.53 & 54.*

55 *Diœceſani non ſunt trahēdi extra propriam diœceſim.*

56 *Vicarius Epiſcopi habentis duas diœceſes, ſi conſtituatur in vna an ſit principalis, & dicatur conſtitutus in alia.*

57 *Obſeruantia attenditur, in qua parte diœceſis Vicarius ſit conſtituendus, & an vnus, vel plures conſtituantur, num.63.*

58 *Appellatio à ſententia Vicarij Foranei datur ad Vicarium generalem, prout à ſententia delegati ad delegantem, num.59.*

60 *In deputatione vicarij eſt exprimenda generalitas tam reſpectu ſpiritualium, quam temporalium, numero 61.*

62 *Obſeruantia omnia ambigua dirimit.*

64. *Conſuetudo declarat vbi, & in quo loco ſit iudicandum, & reſidendum.*

65 *In eccleſiis vnitis debet relinqui Vicarius in loco, in quo Rector non reſidet, ita vt non valeat conſuetudo, vt talis Vicarius non ponatur, num.66. Declara vt num.67.68.69.70.& 72.*

71 *Præſcriptio non datur in cura animarum, quæ tamen admittitur in concernentibus cognitionem cauſarū.*

73 *Vicarius qui debet exercere curam animarum in loco vnito an debeat eſſe perpetuus, vel temporalis.*

74 *Chriſma in qua Eccleſia per Epiſcopum ſit conficiendum in die Cœnæ Domini, quando habet duas diœceſes vnitas.*

75 *Verbum* poteſt *ſignificat facultatem, non neceſſitatem tam in legibus, quàm in contractibus & reſcriptis.*

76 *Verba* debet & oportet, *non inducunt neceſſitatem, ſed honeſtatem ſecundum ſubiectam materiam.*

CAPVT DCLV.

[Adde *ad deciſ. Marih.* 113.]

STante vnione, quæ ex coniecturis apparet æquè principaliter duarum Ciuitatum Viterbien & Tuſcanen. deficientibus litteris, & forma prædictæ vnionis.

Primò dubitatur, an Epiſcopus poſſit in alterâ tantum parte dictarum ciuitatū vbi voluerit reſidere.

Secundo an poſſit Synodum in alterâ tantum parte celebrare abſque eo, quod teneatur celebratam in vnâ celebrare, vel eamdemmet publicare in alterâ, & poſſit clerum vtriuſque ciuitatis vbi voluerit conuocare ad intereſſendum dictæ Synodo.

Tertio an poſſit vnicum tantum habere Vicarium generalem, qui ius, & iuſtitiam miniſtret pro clericis vtriuſque ciuitatis, & iidem clerici teneantur accedere pro iuſtitiâ conſequendâ, vbi Vicarius prædictus reſederit.

Quoad primum dubium concludendum eſt affirmatiuè, quod Epiſcopus poſſit in alterâ tantum parte dictarum ciuitatum, vbi voluerit reſidere, Nam præſupponitur iſtas eccleſias eſſe vnitas æq; prin-
1 cipaliter, † vnde ambæ remanent epiſcopales, licet vnus ſit Epiſcopus vtriuſq; eccleſiæ, *c. relatio 21.q.1.c.quia monaſterium, 2.de religioſ.domib.* Petr. de Peruſ. *de vnion.eccleſiar.c.1.n.6.to.15.p.1.fo.235.* Ant.Bard. *de tempor.vtil.c.18.n.23.to.5.fo.224.* poſt Gloſſ. Hoſt & alios *in c. 1. ne ſed. vacant.* Thom. Campeg *de vnion.eccleſ.num.7 tom.15. p.2.fol.536.*

Quare ſtante tali vnione, electio ſpectat ad Epiſcopum, vbi commodius, & vtilius perſpexerit eſſe
2 habitandum, † & reſidendum prout eſt text. *in c. & temporis, 50.* vbi Gloſſ. *in verb. vtrarumq; 16.q.1.* Gloſſ. *in c.non poteſt 21.in verb. retinere, ad med.ver. reſideat ergo in altera,* & ibi Gemin. *in §.illud autem n.11.* & Franc. *n.5.de præbend.in 6.* Rebuff. *de vnionib.beneficior.n.10.& 21.* Petr. de Peruſ. *de vnion.ec-*
3 *cleſiar.c.8.n.1.to.15.p.1.fo.24.* Quidquid † aliud ſit, quando appareret vnam Eccleſiā eſſe digniorem altera, tunc enim debet reſidere in digniori: Abb. *in c.extirpandæ, 26.§ qui vero, in 1.lectur.nu.5. in 4. notab.& in 2.lectur.in 5.notab nu.5.de præbend.* Gemin. *in d.c.non poteſt, §.illud, n.11* & ibi Franc. *n.5. eod.tit.in 6.* Pet. de Peruſ. *d c.8.in fi.* Rebuff. *de vnio.*
4 *beneficior.numer.11.* † Cum in vnionibus duorum potentius inſpiciatur, quod trahit ad ſe minus

potens:

potens: Laur. de Palat. de ſtatut. num. 246. nu. 2. fol.
282. iuxta notata per Bart. in l. 2. C. commun. de le-
gat. & in l. 1. §. heredem, ff. ad leg falcid. Iaſ. in l. 1. col.
4. n. 21. ff. de verb. oblig. Socin. in l. cum ſenatus, colum.
vlt. in fin. de reb. dub. latè Nicolin. in c. quoniam con-
tra, num. 756. de probat. tom. 3. fol. 347.
Et quamuis iſti Eccleſiæ vnitæ ſint duo Epiſcopatus,
& duæ diœceſes, Tamen quo ad Epiſcopum dici-
5 tur vna diœceſis, † cum ſit vnus Epiſcopus dua-
rum Eccleſiarum, vnus paſtor, & vnus Prælatus,
cap. & temporis, 16. quæſt. 1. cap. 1. vbi Gloſſ. in verb.
veniendo, ne ſed. vacan. Gloſſ. in clem. 2. in verb. ec-
cleſias, ad fin. de prebend. Milius in verb. vnio eccle-
ſiarum fit trib. modis. Caccialup. de vnion. art. 2. n. 2.
6 & art. 8 n. 1. & 5. † & quod ſit vna diœceſis quo ad
Epiſcopum ſenſit etiam Rot. in cauſa Viterbien.
& Tuſcanen. Vicarij coram R. P. D. Caualerio
3. Martij 1617. col. 1. in fin. verſic. & ſubeſt ratio, & co-
lum. vlt. in princ. Hoied. de incompatibil. beneficior.
cap. 3. n. 2. ad med. verſ. tertio modo, tom. 15. p. 1. f. 167.
vbi loquitur de epiſcopatu Viterbien. & Tuſcan.
7 † & ibi etiam quomodo ſe debeat ſubſcribere:
Anan. in cap. nouit. in princip. de offic. legat. vbi quod
reſpectu Epiſcopi eſt vnica prouincia, quia iuriſ-
dictio vniuerſalis concernens plura territoria cen-
8 ſetur eſſe tota, † & indiuidua reſpectu cuiuſque
territorij, c. paſtoralis. de offic delegat.
Cum igitur ſit vna diœceſis quo ad Epiſcopum, pote-
rit per eum reſideri in quolibet loco ſuæ diœce-
ſis, quaſi in qualibet parte illius habeat ordina-
riam poteſtatem, & poſſit exequi liberè per ſe, vel
9 per alium, quæ ſpectant ad eius officium, † dum-
modo non ſimus in loco exempto, cap. cum epiſco-
pus, 7. & ibi Franc. nu. 3 de offic. ordinar. in 6. Idem
Franc. in cap. quæ fronte, nu. 2. de appell. Pauin. de po-
teſt. capit. ſed. vacant. par. 2. qu. 19 n. 25. Leon. in the-
ſaur. for. eccleſiaſt. par. 1. cap. 9. nu. 18. poſt princ. verſic.
diœceſis autem. Nauarr. conſ. 2. n. 1. vſque ad 3. de offic.
ordin. latè Calder. conſ. 2. per tot. eod. tit. Afflict. ſuper
conſtit. regn. lib. 1. de elect. official. rubr 94. num. 12. ad
med f. 238. poſt Hoſt. in ſumm. de feud. §. apud quem,
verſ. nam is Bald. in l. ſi vt proponis, 4. n. 1. & 2. C. quo-
mod. & quand. iudex. Aretin. de malefic. in verb. nos
t. poteſta. prædictus, num. 2. & ibi Auguſt. n. 3. fol. 238.
Camill. Borell. ad Bellug. in Specul. princip. rubr. 22.
§. & quia quotidiana. in verb. epiſcopus, fol. 125. Hen-
ric. Bott. de ſynod. epiſcop. p. 1. nu. 56 qu. 10. tom. 3 p. 2.
fol. 380. Lancellot. de attentat p. 2. cap. 4. limit. 1. nu.
69. Caſtrenſ. in l. fin. nu. 8. verſ. item ſunt quidam qui
in quocumque, ff. de iuriſdict. omn. ind. Caputaq. de-
ciſio. 306. nu. 1. & 2. par. 1. iuxta Gloſ. quam omnes
communiter ſequuntur in clem. 1. in verb. aut eorũ.
10 de for. compet. † Quamuis enim Iudex ordinarius
debeat ferre ſententias in loco maiorum ſuorum
l fin. vbi Bart. ff. de iuſt. & iur. Idem Bart. in l. 1. C. de
ſent. ex breuic. recit. Tamen locus maiorum dicitur
omnis, qui eſt intra territorium illius Iudicis or-
11 dinarij. Alber in l. cum ſententiam, C. de ſent. & in-
terlocutor. omn. iudic. cum aliis per Aret. de malefic.
d. nu. 2. & ibi Auguſt. nu. 3. Afflict. d. rubr. 94. nu. 14.
Idem eſt in Præſide, ſeu Rectore prouinciæ, qui pro
arbitrio ſuæ voluntatis poteſt vbique ius dicere,
12 † & habet totam prouinciam pro tribunali. Anch.
& Gemin. in cap. ſi epiſcopus, de offic. ordin. in 6. Bald.
in l. ſi vt proponis. 4. n. 1 & 2. C. quom. & quan. iud.
Bart. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de metrop. berit. lib.
11. Franc. Marc dec. 341. nu. 2. in fin.

Quod etiam eſt in Legato de latere, qui plures pro-
uincias habens poteſt exercere iuriſdictionem
13 contentioſam † etiam in alia prouincia, & in qua-
libet parte ſuæ legationis, & prouinciæ reſidere,
Nam quo ad ipſum cenſetur vna prouincia, licèt
aliàs ſint diſtinctæ quo ad limites, & prærogati-
uas: Gloſ in c. vt litigantes, 5. in verb. ſtatuimus, de
offic. ordin. in 6. & in c. præſenti. 3. in verb. finitur poſt
princ. de offic. legat. in 6. Innoc. in c. nouit. vbi Hoſt.
n. 30 Io Andr. nu. 5. verſ. & nota ſecundum. Bald. n. 5.
Io. de Anan. n. 1 eod. tit. de offic. legat. quidquid aliud
ibid. ſequantur Abb. & Barbat. & quidquid dubitet
Franc. Marc. dec. 341. num. 11. cum ſeq. par. 2. Felin.
in cap. vlt n. 2. de iudic. Fuſc. de viſitat. lib. 2 c. 16. n.
24. ad fin. Et quidquid reſtringat Brunell. de dignit.
14 & poteſt. legat. concl. 25 tom. 13. par. 2. fol. 254. † Quia
contraria opinio ſimpliciter eſt verior, vt tenet
Bart. in l. 1. vbi Io. de Plat. colum. 2. poſt princ. verſ.
ſed nunquid præſes, C. de metropol. berit. l. b. 11. Iaſ. in
l. fi. nu. 9. poſt Ang. & Caſtr. n. 8. in fin. Marſil. nu. 14.
& Alex. ibid ff de iuriſd. omn. iudic. Gambar. de offic.
legat. extr. prouinc. nu. 2. & 3. & latè defendit Gundi-
ſalu. Villadieg. de legat. q. 4. nu. 11. vſque ad 14. tom.
13. p. 2. f. 259. & voluit etiam Felin. in c. nonnulli, in fi.
fi. de reſcript. vbi reuocat ea, quæ in contrarium di-
15 xerat in c. vlt. de iudic. † Cum Legati de latere ſint
ordinarij in prouinciis ſibi decretis ad inſtar Con-
ſulum, & Præſidum, cap. 2. de offic. legat. in 6. & con-
currant cum quolibet ordinario prouinciarum
ſibi decretarum, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Archiepi-
16 ſcopus, Patriarcha, & quicumque alius, † etiam
maior omnibus poſt Principem: Specul. de legat.
§. nunc oſtendendum, verſ. legatus igitur. Bald. in l. ſi
in aliam. §. cum pleniſſimum, ff. de offic. proconſul. &
17 legat Franciſc. Marc dec. 341. n. 5. vſque ad 10. † Ita
vt etiam quo ad effectum condemnandi perſonam
pro delicto, vel contractu poſſit quis citari extra
territorium, quando plures prouinciæ ſunt ſub
eodem Principe: Aret. qui de communi conſ. 136.
n. 4. ad med verſ. ſed poſito ſine præiudicio. poſt Bart.
in l. 2 ff. de requir. reis, & in extrau. ad reprimendum,
verſ. per edictum. Maxime, quia ſicut quis poteſt
trahi extra territorium corã delegato Papæ, prout
ita ſeruari teſtatur Gundiſal. de legat. q. 4. n. 12. iuxta
c. olim. de iniur. Butr. & Abb. in cap. fin. de iudic. Ita
etiam, & multò magis hoc erit permittendum
Legato de latere, cum nulla adſit inter iſtos ratio
diuerſitatis, vt per Gundiſal. de legat. q. 4. n. 12 & 13.
Et in Epiſcopo magis hoc eſt admittendum ſtante v-
18 nione duarum eccleſiarum, † ob quam ei permit-
titur, vt degens in vno epiſcopatu poſſit expedire
etiam negotia alterius: Innoc. in c. nouit. de offic.
legat. Petr Rebuff. in prax. tit. de vnion. beneficior.
nu. 16. & 56. Iacob. Rebuff. in l. vnic. C. de metropol.
berit. lib. 11. Rot. coram R. P. D. Caualerio Viter-
bien. & Tuſcanen. Vicarij 3. Martij 1617. col. 1. in
19 fi. Franc. Marc. dec. 341. n. 4. part. 1. Quidquid † aliud
ſit in Archiepiſcopo, qui debet cognoſcere cau-
ſas appellationum ad eum deuolutas in ſua pro-
pria ciuitate, vel diœceſi, aut in eis quibus appel-
latum extitit, vel cauſæ ipſæ conſiſtere dignoſcun-
tur, niſi aliud ſeruetur de conſuetudine cum non
poſſit ingredi diœceſim ſui ſuffraganei, vt ibi ali-
quid agat, vel iudicet, præterquam in caſibus
conceſſis, cap. 1. & cap. vt litigantes, 5. vbi Gloſ. in
verb. expenſis, de offic. ordinar. in 6.
Et ita in ſpecie de Epiſcopo adminiſtrante duos epi-

20 ſcopatus concludit † Zaſ. *in l. extra territorium, que eſt vltimum,* 18. *col* 4. *ad med ver. quarto limita-*
te, ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi exempium dat in Ar-
chiepiſcopo Moguntino, qui regendo duos epiſ-
copatus ſi exiſtat in vnâ diœceſi, ſeu territorio,
poteſt ius dicere alteri diœceſi, ſeu territorio, ſi-
cut dicitur de Præſide duorum territoriorum, pro-
vt erat Præſes prouinciæ eiuſdem Zaſij, qui habe-
bat tria, vel quatuor territoria, & in quolibet po-
terat exercere ius alteri territorio per text. *in c. no-*
uit. de offic. legat. vbi fuerat miſſus legatus ad duas
prouincias, qui ius dixit nunc in vnâ prouinciâ alii
prouinciæ, nunc in aliâ alteri prouinciæ, & cum
Rex Francorum indignaretur, & grauaretur, Papa
excuſat legatum, quod ſit ad omnia iſta territoria
miſſus, vt dicitur *in d. c. nouit.* Zaſ. *vbi ſupra, nu.* 18.
in fi. Et ita ex rationibus ſupradictis eſt tenendum,
quidquid aliter diſtinguat Luc. de Pen. *in l. vnic.*
col. vltim. ad med. C. de metropol. beris. libro 10.
Prædictis tamen obſtat Gloſ. *in l.* 3. *in verb. priuatum,*
21 *ff. de offic. præſid.* † vbi concludit, quod licet Rex
Angliç habeat Ducatum Vaſconię, tamen non po-
teſt per ſe iudicare, quando eſt extra Vaſconiam,
ſed per Vicarios ibidem degentes, & reſidentes, &
ab eo conſtitutos, prout etiam prætendebant Va-
ſcones, quod comprobat Bald. *in dict. l.* 3. *nu.* 2. *ver.*
in gloſa in verbo priuatum, ff. de offic. præſid. vbi quod
22 eſt etiam notandum pro Rege Apuliæ, † qui cum
ſit etiam Comes quarumdam prouinciarum, non
poteſt per ſe iudicare, quando exiſtit extra pro-
uinciam, ſed per ſuos Vicarios ibidem degentes.
Sed quidquid ſit de prædictis, illa non obſtant in ca-
ſu noſtro, quia Vaſconia eſt ducatus habens per
23 ſe iuriſdictionem, † non autem pars Regnis An-
gliæ, tunc enim Rex poſſet in quâcumque parte
Regni ſedere pro tribunali, & per ſeipſum iudica-
24 re, *c. cum epiſcopus, de offic. ordin. in* 6. † Et eſt ratio,
quia iuriſdictio Regni eſt iuriſdictio ſeparata à iu-
riſdictione illius ducatus, & quælibet deſiderat
ſuum territorium, *l. fi. Cod. vbi & apud quem.* Nam
ſicut ſeruitus deſiderat fundum, ita iuriſdictio
territorium, cùm territorium dictum ſit à iuriſdi-
ctione, & à terendo, vnde habet iuriſdictionem
25 inhærentem glebæ ex vi ſermonis, † Ideò non
mirum, ſi in iſtis ſeparatis iuriſdictionibus Rex
non iudicat per ſeipſum, quando eſt extra illas, ſed
per Vicarium, Aliud eſt in caſu noſtro, in quo
adeſt vnio vtriuſq; diœceſis, & vna eſt pars alte-
rius propter talem vnionem, quæ facit, vt ſit vnica
diœceſis, & non diſtincta iuriſdictio, itàvt ex hoc
in quâlibet parte illius poſſit Epiſcopus ius dice-
re omnibus, prout Regi Angliæ, & ſimilibus lice-
ret in quâcumq; parte Regni per ſeipſum iudica-
re, & pro tribunali ſedere, & non per Vicarium,
Ita in ſpecie omnia prædicta notat, & diſtinguen-
do reſpondet Bald. *in l.* 3. *n.* 3. *ff. de offic. præſid.* quem
ſequitur Gondiſalu. Villadieg. *de legat. qua.* 4. *num.*
13. *&* 14. *to.* 13. *pa.* 2. *fol.* 259. iuxta doctrinam Bart.
in l. ſi conuenerit, la 2 *§. ſi nuda, ff de pignor. action.*
Quemadmodum etiam ſi Epiſcopus, aut Præſes cæ-
piſſet cognoſcere de aliquâ causâ in certo loco
26 ſuæ diœceſis, † deputando ibidem ſuum tribu-
nal, & ad talem locum fuiſſet facta citatio ad ſen-
tentiam pro certâ die, ſi poſteà idem Epiſcopus,
ſeu Præſes acceſſit ad aliam ciuitatem ſuæ diœ-
ceſis, ſeu prouinciæ pro faciendâ ibidem reſiden-
tia aliquantiſper, ſicut moris eſt, non poterit in eo
loco ſententiare in dictâ causâ, quamuis vnus ex
litigantibus ſecutus Præſidem, ſeu Epiſcopum ſua-
ſerit ei, quod altera pars erat contenta, vt ibi ſen-
tentiam proferret, quæ ſi fuerit lata, non valebit
tamquam per obreptionem lata, & quia extra lo-
cum deputatum. Bald. *in l. ſi vt proponis,* 4. *nume.* 1.
C. quomod & quand. iudex ſent. profer. deb.
Verum eſſet, quod licet Epiſcopus poſſit erigere tri-
27 bunal in quacumque parte ſuæ diœceſis † con-
currendo cumulatiuè cum alijs inferioribus ha-
bentibus iuriſdictionem, Tamen hoc intelligitur,
dummodo Epiſcopus hoc non faciat ad longum
tempus, nam ſine iuſtâ causâ non poſſet remoue-
re cathedram, & tribunal à ciuitate in perpetuum,
Gemin, *in ca. placuit vt nemini,* 7. *quaſt.* 1. *& in ca.*
cum epiſcopus, in fi. & ibi Franc. *numero* 4. *in gloſ. fi.*
de offic. ordi. in 6. Manduſ. *conſi* 27. *numero* 7. Gon-
zal. *ad reg.* 8 *gloſ.* 43. *numero* 191.
Prout etiam conſiderabit Epiſcopus in iſtâ permiſ-
ſione ei de iure conceſſâ in audiendo, & definien-
28 do cauſas † inter ſibi ſubditos in quâcumque par-
te ſuæ diœceſis, vt vltrà locum decentem, & ho-
neſtum, eligat etiam locum, in quo partes ſine
magno incommodo litigare poſſint, vt notat in
ſpecie Nauar *conſi* 2. *nu.* 2. *ad med. de offic. ordinar.*
poſt Franc. *in c. cum epiſcopus, eod. tit. in* 6. *iuxta l. ſi*
cum dies, 26. *ſi arbiter, ver. ſi litigatores facile eo loci,*
ff de recept. arbitr. Rot. *diuer. deci.* 197. *numero* 7. *&*
8. *pa.* 2. Felin. *in ca. vlt. numero* 2. *in princip. de iudic.*
Quo ad ſecundum dubium concludendum eſt etiam
affirmatiuè, quod Epiſcopus poſſit ſynodum in
29 alterâ tantùm ciuitate celebrare abſque † eo quod
teneatur celebratam in vnâ celebrare, vel eam-
dem met publicare in alterâ, & poſſit clericum
vtriuſque ciuitatis vbi voluerit conuocare ad in-
tereſſendum d. ſynodo, Etenim conuocatio ad ſy-
nodum eſt de lege iuriſdictionis: Hoſt. *in ca. dile-*
ctus, 18 *col.* 2. *ad med. in verb. ad legem, de offic. or-*
din. vbi quod ea quę conſiſtunt in dulci paſſione,
30 ſeu receptione cathedratici, ſiue ſynodatici, † &
quartæ decimarum, ac mortuariorum, & ſimilium
ſpectant ad legem diœceſanam, cùm aliud ſit in
conuocatione ſynodi, quæ eſt de lege iuriſdictio-
nis, prout præſidere, & contemnentes punire, iu-
dicare, & ſimilia facere, quæ conſiſtunt in actio-
ne, iſta enim pertinent ad legem iuriſdictionis, vt
latiùs per Hoſtien. *in dict. ca. dilectus,* 18. *col.* 2. *ad*
med. vbi etiam *in fi.* ſubdit quod quatenus iſta di-
ſtinctio non placeret, melius dicendum eſt, quod
31 † ſit vna tantùm lex, quam habet Epiſcopus in
eccleſijs ſibi ſubiectis, ſcilicèt lex diœceſana, ſub
qua comprehenditur etiam lex iuriſdictionis, &
totum ius epiſcopale, & quidquid ſit ſemper ve-
rum eſt, quod ſynodus Epiſcopi ſit de lege juriſ-
dictionis, vel potius mixta, participando de vtrâq;
lege tam diœceſana quam juriſdictionis, provt de
magis communi opinione teſtatur Henric. Bot-
teus *de ſynod epiſcop. pa.* 1. *numero* 61. *&* 63. *tom.* 13.
pa. 2 *fol.* 380. poſt Io. Andr. *in ca. quod ſuper his.* 9.
vbi Hoſt *poſt princip. in verb. diœceſana.* Abb. *col.*
2. *ad med* Zabarel. *numero* 3 *poſt princ. de maiorit. &*
obed. Cardin. Alex. *in ca. epiſcopus ad med. ver. aut*
non ſunt exempti, & ibi Gemin. *numero* 2. *poſt med.*
& Turrecrem. *numero* 2. *ad med ver. & ratio quia*
tunc eſt ſubiectus, diſtinctione 18.
Quare cùm conuocatio ſynodi pertineat ad juriſdi-
ctionem, vt dictum eſt, ſequitur, quod Epiſco-
pus poteſt

32 pus poteſt illam exercere † in quocumq; loco ſuę
diœceſis, *c. cum epiſcopus, de offic.ordin.in 6.* cum
alijs ſuprà adductis *ver.cum igitur ſit vna diœceſis,*
nu.9. & in ſpecie quod epiſcopus hoc caſu poſſit
eligere quemcumq; locum voluerit ad ſynodum
celebrandam eſt tex.*in c.abbates pro humilitate* 16.
*in princ.ver.qui ſemel in anno.*18.*q.*1.Henric.Bott.
*de ſynod.epiſcop.p.*1.*n.*56.*to.*13.*p.*2.*fol.*380. Præpo-
ſit.*in c.epiſcopus,*11.*in princ.diſtinct.* 18.Quod pro-
33 cedit etiam quod ſimus † in duabus eccleſiis vnitis,
cum quoad epiſcopum vna dicatur diœceſis,vt di-
ctum eſt ſuprà *ver.& quamuis iſta eccleſia vnita in*
*princ.n.*5.cum ſemper militet ratio illa,quoad epi-
ſcopum,qui eſt vnus, & ſolus prælatus in iſtis ec-
cleſiis vnitis ſpectat congregare ſynodum in ſuâ
diœceſi,& cogere Præpoſit.*in d.c. epiſcopus* 11.*in*
*princ.diſtinct.*18.Quicquid aliud ſentiat Luc de Pē.
in l.vnic.col.vlt.ad med.C.de metropo beriti li 10 cũ
præſupponat eſſe duas diœceſes,cum tamen ſit ſo-
lum vna quoad epiſcopum,vt dictum eſt ſupr.n.5.

In quo tamen obſeruandum eſt, quod in congregã-
dã huiuſmodi ſynodum , ſeu concilium , & con-
34 uentum,debet haberi ratio, † vt qui vocandi ſunt
non fatigentur propter diſcrimina itinerum,ideò
debet fieri in loco non multum remoto, ſed pro-
portionato reſpectu eorum,qui debent venire,ita
vt etiam ſit habenda ratio temporis , vt non fiat
in hieme,quaſi tunc ſit periculoſa itineratio,pro-
ut omnia prædicta notat Præpoſit.*in c.quoniam,*
7.in princ. ver. cum ergo ſit præceptum, 18. *diſtinct.*
iuxta *c.propter eccleſiaſticas,ead.diſtinct.*& ſequitur
Henric.Bott.*de ſynod.epiſcop.p.*1.*n.*56. *ad ver.non*
35 *debet tamen,tom.*13.*p.*2. *fol.*380. † vbi etiam addit
congregandam eſſe talem ſynodum in loco non
publico,vt in aliquâ aulâ,clauſis oſtiis,ne laici qui
36 regulariter ſunt infeſti clericis † *c.laicos,*2.*q.*7.au-
diant crimina clericorum,Cum etiam melius fo-
re ſit,vt celebretur in eccleſia,in qua & poteſt ce-
37 lebrari ſynodus Epiſcopi, † vt notat in ſpecie Io.
Andr *in c.decet.* 2.vbi Gemin.*in fi.princ n.*16 & ibi
Franc.*n.*3.*de immunit.eccle.* Henric.Bott. *de ſynod.*
*epiſc p.*1.*n.*57.Cum omnia Eccleſiaſtica, & ſpiri-
tualia negotia poſſint tractari in eccleſiâ videli-
cèt ſi agitur de libertate eccleſiarum & ſtatu cle-
ri,& de reformatione morum in clero,& populo,
38 † itavt etiam laicis hoc concedatur quando trã-
ctant ſpiritualia , puta de faciendo feſtum in ho-
norem Beatiſſimæ Virginis, vel aliquã confrater-
nitatem in honorem Dei, vel alicuius Sancti, vel
de pace faciendâ etiã inter laicos,vel de magiſtrã-
do ſcholares,dummodo tamen ſine tumultu,quia
tunc obſtaret conſtitutio,de quâ in *d.c. decet.* vbi
Gemin.*n.*17.& Franc.*n.*3. *de immunitat. eccleſ.*

Ideò non tenebitur Epiſcopus Synodum in vnâ ex
Eccleſiis vnitis celebratam amplius in aliâ cele-
39 brare , † neque celebratam in alterâ iterum pu-
blicare,cum poſſit clerum vtriuſque ciuitatis,vbi
voluerit conuocare ad intereſſendum ſynodo, eſt
enim vnica diœceſis ratione vnionis , vt dictum
eſt,& ad epiſcopum ſpectat congregare ſynodum
in ſuâ diœceſi, & in eâ clerum conuocare, immò
non ſolum conuocare, ſed cogere, vt notat Præ-
poſit. *in c. Epiſcopus* 11. *in princ. diſtinct.*18. cum
alijs ſuprà allegatis *numero* 19. *vſque ad* 24.

Neque obſtabit , quod in iſtis epiſcopatibus vnitis
æque principaliter,licèt quoad identitatem Præ-
40 lati ſit vnus Epiſcopus , † Tamen vtraque ſedes
remanet epiſcopalis , & cathedralis , & ſunt duæ
dignitates,itaut canonici vnius Eccleſiæ non ſint
alterius,nec iſti vocabuntur ad depoſitionem alio-
rum,nec è conuerſo, ſed vnus erit Epiſcopus,qui
eligetur à canonicis vtriuſq; loci , itaut ſi diſcor-
dent quoad locum, vbi debeant conuenire,ſorte
ſit dirimenda quæſtio,vel ſimilibus modis,de qui-
bus per Bellamer.& alios *in c.& temporis,*16 *qu.*1.
Quia reſpondetur,quod iſta procedunt in actibus ad
vtroſq; canonicos ſpectantibus, non autem in il-
41 lis † quæ pertinent ad ſolum Epiſcopum , vt eſt
conuocatio ſynodi,in qua in nihilo debent ſe im-
miſcere canonici;Præpoſ.*in c.epiſcopus,*11.*in prin.*
*diſtinct.*18 Azor.*inſtit.moral.p.*3 *li.*3.*c.*47.*in princ.*
*ver.diœceſana congregatur, fol.*327. *iuxta c. quando*
42 *diſtinct.*38.*ca.abbates,*18 *qu* 2. † Quare meritò in
actibus ad vtramq; Eccleſiam ſpectantibus; pro-
ut in electione Epiſcopi, vel ſimilibus , ſi diſcor-
dant canonici de loco,vel debent ſibi morem ge-
rere hinc inde deferendo,vel ſi non deferunt,al-
ternis vicibus eligunt,vel vt eccleſia prius nomi-
nata eligat locũ & ſi de hoc non conſtet,per ſor-
43 tem eligitur locus , quamuis enim † electio non
debeat fieri per ſortẽ tamen aliud eſt in loco,pro-
ut omnia prædicta ita declarat Ab.*in c.*1.*n.*6.Butr.
*n.*11 *ad med* Anchar.*n.*4 *co.*2.*in princ.*Io.Andr.*col.*
vlt in pr. ver tertio cum duo collegia, Hoſt.*co.*3. *an-*
te fi.ver.tertio ſic quod neutra Zabar *col.* 2.*in pr. ver.*
dic 1,*nu.*5.*ne ſed.vacans.*Bellamer. *in c.& temporis,*
co 2, *ad fi.ver.ſi quæras vbi reſpondet,*Turrecremat.
col 1.*in fi.ver. & ſi quæratur vbi fiat electio.* Archi-
dia *in fi num* 6.*ver.& quando ſic vniuntur,*16.*qu.*1.

Tertium dubium decidendum eſt etiam affirmatiuè,
quod Epiſcopus poſſit vnicum tantum habere
44 Vicarium generalem , † qui ius & iuſtitiam mi-
niſtret pro clericis vtriuſque ciuitatis , & ijdem
clerici teneãtur accedere pro iuſtitiâ conſequen-
da vbicumq; Vicarius prædictus reſederit. Nam
quemadmodum Epiſcopus reſidendo in vno epi-
ſcopatu poteſt explere negotia vtriuſque epiſco-
patus; Inno.*in c.nouit.de offic.legat.*cum alijs addu-
ctis *ſupr. ver. & in epiſcopo magis , numero* 18. Ita
etiam dicendum eſt , quod poſſit conſtituere in
45 vno tantum epiſcopatu Vicarium, † ad quem de-
beant accedere ſubditi vtriuſque diœceſis , vt in
ſpecie concludit R. buff.*de vnionibus beneſic.n.*52.
Rot coram R. P.D. Caualerio Viterbien. & Tu-
ſcanen. Vicarij,3.Martij 1617. *col* 1. *in fi.* ob illam
rationem , nam quoad Epiſcopum reputatur tan-
tum vna diœceſis,vt dictum eſt ſupr *ver.& quam-*
*uis iſta eccleſia, n.*5.Hoſt Innoc.& alij *in c.nouit.de*
46 *offic.legat.* † Et paſſim Epiſcopo permittitur con-
ſtituere Vicariũ in quâlibet parte ſuę diœceſis,vel
particulari loco,niſi in illâ parte adſit Archidiaco-
nus , qui habeat ex conſuetudine iuriſdictionem
per modum præuentionis,ſeu prioritatis, ſecus ſi
per modum accumulationis , vt latè concludunt
Doct.in *c.cum Epiſcopus,*vbi Gemin.*nu* 7.Franc.*n.*
3 Io.Menoch *nume.*2.Anchar.*col.* 3.*poſt princ.ver.*
*quæritur dicitur in textu, nume.*4.Butr.*nume.*4.*de*
offic.ordin.in 6.& etiam obtinuiſſe teſtatur Botel.
ad Bellug.*in Specul.princ.rubr.*22.§. *& quia quoti-*
*diana, in verb.epiſcopus, in fi.fol.*125.

Et multo magis poterit Epiſcopus tenere vnicum
Vicarium vbi voluerit , quia in facultate illius
47 eſt an velit , † vel nolit eum retinere , cum non
poſſit cogi ad conſtituendum Vicarium,Put. *dec.*

47 *num.* 1.*lib.* 5.Mohedan.*deci.* 4.*num.* 1.*de offic.vicar.*Rot *diuer.deci.* 221. *nu.* 5. *pa* 2.Caputaq.*deci.*
48 306.*nu.* 3.*pa.* 1.†vbi etiam quod quamuis alias Epiſcopus retinuerit Vicarium,non poterit peti contra eum manutentio,prout etiam dial *dec.* 113.&
49 *& ſupr.c.*94 *nu.*35.†tanquam in actibus facultatiuis non cadat manutentio:Rip.*in c.cum eccleſia ſutrina,nu.*43.*de cauſ.poſſeſ.& propriet.*Et iſtam opi-
50 nionem ſeruari teſtatur † Rot.coram R.P.D.Caualerio Viterbien.ſeu Tuſcanen.Vicarij,*co.*3 *in fi. ver.tandem placuit,* 3.*Martij* 1617 Quidquid contrarium ſequantur relati per Sbroz *de vicar epiſc. q.*46.*nu.*1.& per Card.Seraph.*deci.*74 *nu.*4. Quia vel loquuntur contra communem, & veriorem
51 opinionem, † vel ſunt intelligendi in epiſcopatibus numeroſis, & ampliſſimis, in quibus propter diffuſas diœceſes,& multitudinem negotiorum,& cauſarum non poteſt per ipſomet Epiſcopus munus ſuppleri,ſed cum magno incommodo litigantium iuſtitia miniſtrari, vt latè diſtinguit Florez
52 Diaz,*var.quæſt li.*1.*q* 8 § *nu.*4.*fol.*92.Vbi † ea hoc infert,quod in iſtis epiſcopatibus numeroſis ſalarium Vicarij erit debitum neceſſarium,itavt ad illius ſolutionem etiam ſucceſſor in epiſcopatu teneatur,quidquid ſit in alijs,in quibus debitum Vicarij dicetur voluntarium, & ad illud ſoluendum non poterit ſucceſſor cogi:Put.*deci.*43.& 44 *lib.*
53 2. † quaſi tunc Epiſcopus non teneatur conſtituere Vicarium:Beto.*in c prudentiam, n* 100.*de offic. delegat* dici latè ſuprà *c* 94. *nume* 35. *vſque ad* 40. vbi etiam de Dominis temporalibus, qui non te-
54 nentur conſtituere Iudices , † niſi quando per ſeipſos iudicare non poſſunt propter loca multùm diſtantia, & nimis oneroſa ſubditis occaſione expenſarum,& laborum,qui fiunt in litibus:Florez Diaz *d.q* 8.*numero* 1.*cum ſeq.*

Et quidquid ſit de prædictis,in caſu noſtro ceſſat iſta difficultas,cùm Epiſcopus non recuſet tenere Vicarium generalem , nam ſolùm prætendit illum conſtituere in loco ſibi magis viſo,qui reddat ius omnibus, nam duæ diœceſes vnitæ habentur pro vna tantùm diœceſi quo ad Epiſcopum,iuxta doctrinam Innoc.*& aliorum in c.nouit. de offic. legat.*
55 cui † non obſtat Mandoſ. *conſi.* 27. qui non concludit,quod Epiſcopus teneatur habere Vicarium, ſed tantummodo,quod cauſas cuiuſlibet eccleſiæ debet cognoſcere in illâ , ne diœceſani trahantur extra propriam diœceſim, quæ ratio ceſſat ſtante vnione ambarum, quæ pro vnicâ reputantur, accedente præſertim vicinitate , quæ deficiebat in caſu Mandoſij in quo Eccleſia Brunduſina , & Oritana longè inter ſe diſtabant ,vt ibi dicitur,*nu.*
56 13.& 14. † Et quando Epiſcopus habet duas diœceſes Vicarius conſtituens in vnâ cenſetur principalis , ex quo habet principaliter totam latitudinem iuriſdictionis in illâ:Cardin. *in clem* 2.*num.* 3.*in fi. de reſcript* vbi de Epiſcopo habente duas diœceſes Feltrenſes,& Bellunenſes c.*expoſita,* 11. *de arbitr.* Ita vt talis Vicarius conſtitutus in vnâ diœceſi,cenſeatur conſtitutus in aliâ : Sbrozz. *de vicar.epiſcop.q* 27.*in fi.numera* 10.*libro* 1.

Quibus additur obſeruantia centum annorum, & vltrà,quæ oſtenditur per Epiſcopum de retinendo vnicum Vicarium generalem Viterbij pro
57 vtroque Epiſcopatu Viterbien.& Tuſcanen.†qui ſemper exercuit iuriſdictionem in diœceſi Tuſcanen,cognoſcendo cauſas Tuſcanenſium,faciendo concurſus in vocationibus parochialium in diœceſi Tuſcanen. approbando confeſſarios , abſoluendo à cenſuris,& exercendo omnes alios actus qui ſolent exerceri per Vicarium generalem quãuis in ciuitate Tuſcanen.non reſideret,& licèt ibi adeſſet Vicarius , tamen non erat generalis , ſed
58 Foraneus, † à cuius ſententijs appellabatur ad Vicarium generalem exiſtentem Viterbij , quæ appellationes non potuiſſent introduci, niſi Vicarij Tuſcanen.fuiſſent Foranei,*ca.* 1.*de conſuetud.in* 6. Cardin *in clem.& ſi principalis,qua.*24.*de reſcript.* Franc.*in c.dilecti,el* 3.*num* 33 & 35.*de appell.* Firman.*de Epiſco.qu.*7.*num.*35.Abb.*in ca. ſi quis contra,numer.*36.*de for compet.*Conarr.*lib.*3.*var.reſol. ca.*10 *nu.*4 Sbroz.*de Vicar.Epiſco. li.*1.*qu.*23.*nu.*9.

Cum etiam conſtaret,quod dicti Vicarij aliquando fuerunt delegati ab ipſomet Vicario generali Vi-
59 terbien. † cum clauſula ad noſtrum, & Epiſcopi beneplacitum , vndè licitè poterat appellari ab eorum ſententijs ad delegantem,Rebuff.*de Vicar. Epiſc.nu.*6.Non obſtantibus deputationibus factis per Epiſcopos,quaſi in eis non deputarentur tales
60 Vicarij tanquam generales,† prout iſta denominatio erat omninò exprimenda ad hunc effectum, *ca.ſtatutum,de prabend.in* 6.*c.vlt.*vbi Gloſſ.*de offic. vicar* Rebuff.*in form.vicariat.Archiepi. nu.*1.5.&
61 17. † vbi etiam quod debet exprimi iſta generalitas tam reſpectu ſpiritualium,quàm temporalium, *c.*1.*de offic.Vicar.in* 6 *c.*3.*de conſuet.eod.lib.*6.*ca.*1. *de offic.ordinar in* 6.*ca.romana de appell.in* 6.

Adeo vt cum conſtaret de ſolito anteceſſorum deputandi vnum ſolum Vicarium generalem vtroque epiſcopatu,& cum etiam ita fuerit continuatum per ſucceſſorem , non poſſit prætendi, quod idem ſucceſſor teneatur ad deputationem alterius
62 Vicarij, † ſtante prædicta obſeruantia, per quam omnia ambigua deciduntur, *ca. cum veniſſent,*vbi Butr.*n.*2.*de inſtitut* Natt.*conſi.*406. *n.*28 Bec.*conſi.* 101.*n.*49.latè Ludouic *concl.*38. *ver. infertur pri-*
63 *mo,* Magon. *deci. Lucenſ.*49. *in fi.* † & ita propter talem obſeruantiam in caſu noſtro vnicum vicarium ſufficere declarauit Rot corâ R.P.D.Caualerio Viterbien.& Tuſcanen. Vicarij 3.Martij 1617.

Prout paſſim in huiuſmodi caſibus,vbi & in quo loco ſit iudicandum, & reſidendum, ſtatur conſue-
64 tudini, † vt in ſpecie concludit Gloſ.*in l.cum ſententia,*6 *in verb.in ſecreto,C.de ſentent.& interlocutor.omn.iudic.*& melius *in* § *& quoniam ſcimus,ad med.in verb.illic.auth.de teſtibus,*iuxta *l. ſi cum dies* 26.*ver.quod puto verum,ff.de arbitr.*Auguſt.ad Aret. *de maleſic.in verb.nos i poteſtas prædictus,numero* 3. *ad med fol.*238.poſt Alber.*in d l. cum ſententia per tex.in c vt litigantes,* §. *in fi.* vbi Gloſſ. *in verb.de conſuetudine,de offic ordinar.in* 6.

Nec facit,quod in iſtis Eccleſijs vnitis ſit relinquendus Vicarius in locu,in quo rector non reſidet,vt
65 † per talem ſubrogatum eque idoneum exerceantur ea ,quæ prius erant ſolita exerceri, *l, quiſquis,* 16 vbi Gloſſ.*in verb.ſubrogato,C.de Epiſc.& cleric. l.ad ſimilitudinem,*21. vbi Gloſ.*in verb.per ſubſtitutoſ,C. eod.tit.*& notat in ſpecie Arcbid ac. *in ca.& temporis,n.*1.& ibi Bellamer.*in princ.*16 *q.*1.Petr. de Peruſ.*de vnion.eccleſ.c.*8 *in p.& c.*11.*nu.*5 & 6 *ca.*15 *p.*1 *fol* 140.& 241 Hoied.*de incompat benefic.c.* 15.*num.*2 & 4 *tom.*15. *fol.*128 iuxta *c. extirpanda,*
66 § *quia vero de prabend* † Ita vt non valeat conſuetudo,vt non ponatur Vicarius, Io. Andr. *in c, qui*

contra

contra iura,82.*num*.11.*poſt med.de regul.fil*.188.
Quia non recuſat Epiſcopus ſubrogatum relinquere,
ſed ſolùm dicit ſufficere, quod Vicarius generalis
67 adiit Viterbij,† qui cenſetur etiam conſtitutus pro
negotiis hominum Tuſcanen. cum ſtante vicinita-
te loci poſſit vtrique diœceſi ſatisfieri in admini-
ſtranda juſtitia:Rebuff.*de vnion.benefic. nu*. 52. cum
aliis adductis *ſupra verſ. tertium dubium*, *num*. 44.
68 † Præſertim quia eſt in arbitrio Epiſcopi,vt ſit con-
ſtituendus talis ſubrogatus, ſeu Vicarius, tanquam
habeat poteſtatem cognoſcendi cauſas tam per ſe,
quam per alium in qualibet parte ſuæ diœceſis, in
qua ſubditi ſine magno incommodo litigare poſ-
ſint, vt dictum eſt *ſupra verſ. prout etiam conſidera-
bit,num*.28.*& verſ.& in epiſcopo.nu*.18. *& verſ.cum*
69 *igitur ſit vna diœceſis,nu*.9.† Maxime, quia prædicti
Doctores dum volunt eſſe conſtituendum Vica-
rium in loco vnito, & non valere conſuetudinem
in contrarium,loquuntur de cura animarum, à qua
non eſt arguendum ad curam fori contentioſi, cum
illa ſit magis pretioſa tanquam ars artium, & mul-
tum periculoſa,*cap. præcipimus*, 12.*qu*.2.*cap. cum ſit
ars*,14.vbi gloſſ.*in verb.cum de ætat.& qualit*. Vita-
70 lin. *in clem*.1.*num*.29. *&* 30.*de præbend*. † Et de iſta
conſuetudine quo ad curam animarum, loquitur
Io.Andr.*in dict.cap. qui contra*,82.*nu*.8. *vſque ad* 12.
de reg.iur.vbi etiam ſubdit,quod in cura animarum
71 non datur præſcriptio, † quæ tamen admittitur in
concernentibus cognitionem cauſarum, *cap. cum
contingat,de foro cõpet.c. irrefragabilis,de offic.ordinar*.
Archid. *in cap. vltim. de reſtit. ſpoliat*. cum aliis per
Io.Andr.*in d.cap.qui contra,num*.3 *&* 10.*de regul.iur*.
72 † & ita etiam in iſtis terminis loquitur text. *in cap.
ex.trpida*.30.§.*qui vero parochialem de præb.c.eam te*,
4.vbi gloſſ.*in verb. pendeant, de ætat. & qualit*. Ideo
73 etiam in hoc caſu quærunt Doctores, † an iſte Vi-
carius,qui debet exercere curam animarum in loco
vnito,debeat eſſe temporalis,ſeu perpetuus, de quo
in *d.cap.extirpandæ,& cap.expoſuiſti, de præb.c*.2.*de
ſupp.neglig prælator.clem.frequens, verſ quidem etiam
eccleſias,de exceſſib prælat*. Io.And.*in c.paſtoralis,de
priuil.& in c.de monachis,de præbend*. Petr. de Peruſ.
de vnion.eccleſ c.11.*nu*.5.*&* 6.*tom*.15.*p*.1.*fol*.142.
Neque omnibus ſupra firmatis obſtabit,quod Epiſco-
pus habens duos Epiſcopatus vnitos,& propinquos
debeat vno anno celebrare in vna Eccleſia in die
74 Cœnæ Domini,† & ibi Chriſma conficere,& alte-
ro anno in alia, & ſic alternatis annis hoc officium
exercere,& Chriſma de vna Eccleſia in aliam tranſ-
mittere,vt frequenter ſolet fieri juxta *cap.te referen-
te*, 12. vbi Hoſtienſ. *ante fin*. Butr. & Abb. *in fin*. &
Cardin. *num*. 5. *de celebrat. miſſar*. Quia non ex hoc
infertur, quod Epiſcopus non poſſit facere ea om-
nia,quæ ſupra diximus in illa parte diœceſis,in qua
voluerit, cum de vno caſu non ſit inferendum ad
alium, maxime quia neque in chriſmate conficien-
do adeſt aliqua ſpecialis reſtrictiua propter quam
teneatur illud conficere potius in vna quam in alia
Eccleſia, cum Doctores loquantur per verbum
75 poſſit,† quod non inducit neceſſitatem: Gloſſ. *in
l.ſæpe audiui*,8.*in verb.neceſſitatem,in princ.ff.de offic.
præſid*. Ruin *conſ*.69.*num*.12.*lib*.1. Bald.& Ang.*in l.
non quidquid,ff.de iudic*. cum aliis per Surd. *conſ*.98.
num.1.*vſque ad* 6 *lib*.1. vbi ampliat,ſiue in legibus,
ſiue contractibus,ſiue reſcriptis: Bart.*in l gallus in
princ.nu*.4.& ibi Fortun.Garz.*ff.de liber,& poſthum*.
Prout neque verbum oportet,& debet,quod etiam
76 inducit honeſtatem ſecundum ſubjectam mate-
riam:Rebuff *in l.verbum oportere*.37.*col*.2.*in fin ff.de
verb ſign*. Socin. *in cap*. 1.*col*. 2. *de libell.oblat*.juxta
gloſſ.*in cap.fin.de lit.conteſtat.in* 6. *& in l.vnic.C.de
raptorib.virgin*.Bart.*in l*.1.*ff.de iuſtit.& iur*.Felin.*in
cap.ſi quis teſtium,de teſtib*.

EPITOME.

Major an reſtituatur in integrum ob non con-
fectionem inuentarij poſt aditam hæreditatem ex
clauſula generali Si qua iuſta cauſa ¶ Et quales de-
beant eſſe iſtæ cauſæ ¶ Tempus anni datum hære-
di ad exequendam voluntatem defuncti, an currat
impedito. ¶ Legatum annuum an æquiparetur le-
gato vſusfructus.¶ Et an cenſeatur relictum in cau-
ſam alimentorum. ¶ Et an ſit ſoluendum per hære-
dem, vel per fideicommiſſarium. ¶ Hæres abſque
inuentario an teneatur de proprio,ſi fuerit grauatus
ſoluere de bonis teſtatoris. ¶ Alienatio bonorum
fideicommiſſi an valeat,ſi fiat ab hærede ignorante.
¶ Et an requiratur etiam ignorantia emptoris.¶ Vel
quod fideicommiſſum ſit vniuerſale,non particula-
re. ¶ Vel conditionale, non purum, & in diem cer-
tum. ¶ Et quid in alienatione ex titulo lucratiuo,
non oneroſo. ¶ Et in expreſſa prohibitione teſta-
toris de non alienando. ¶ Et tam quo ad effectum
euitandæ caducitatis, quam nullitatis alienationis.
¶ Et quando vendicetur res in ſubſidium, ſi alie-
nans,vel ejus hæres non eſt ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non eſt concedenda maiori ob non confectionem inuentarij poſt aditam hæreditatem. & nu.6.Contrarium eſt verius,n.7.9.& 10.Et qualis debeat eſſe cauſa.num.11.12.13.& 14.*
2 *Læſio ſine culpa & facto maioris requiritur, ad hoc vt ille ſit reſtituendus.*
3 *Minor omittens facere inuentarium reſtituitur iure ſpeciali.*
4 *Specialitas in vno caſu præſupponit contrarium de iure communi in alio conſimili.*
5 *Negligentia non dat maiori reſtitutionem in integrum.*
8 *Tempus datum hæredi ad exequendam voluntatem defuncti eſt vnius anni,& non currit impedito, vel non datur reſtitutio.*
15 *Legatum annuum æquiparatur legato vſusfructus.*
16 *Quantitas annua cenſetur relicta in cauſam alimentorum.*
17 *In ſolutione faciẽda de viribus patrimonij ſeu de bonis teſtatoris hæres non tenetur de proprio,quamvis non fecerit inuentarium.n.18.& 21.Declara vt num.22.*
19 *Legatum annuũ debet ſolui de fructibus,& per hæredẽ, ſi illos percepit non per fideicommiſſarium.n.20.*
23 *Maior qui adiuit abſque inuentario reſtituitur,ſi apparet ſeorſum ex codicillis multa eſſe ſoluenda, de quibus non conſtabat in teſtamento.*
24 *Alienatio valet de bonis reſtitutioni ſubiectis ſi fiat ab ignorante fideicommiſſum emptori ignoranti, & dabitur ſolum actio ad pretium. nu.25.& 26.Amplia tam in fideicommiſſo vniuerſali, quam particulari. nu.28.& 29 Etiam in alienatione ex titulo lucratiuo.num.31.*
27 *Ignorantia fideicommiſſi facit valere alienationem ſiue originem habuerit à facto defuncti, ſiue vndecunque illa proceſſerit.*

30 *Gene is quo ad omnia tantum operatur quantum pro-*
miſſio ſpecialis quo ad ſpeciem.
32 *Res ſubiecta reſtitutioni purè, vel in diem certum non*
poteſt alienari quamuis adſit ignorantia fideicom-
miſſi, ſecus ſi illud ſit conditionale.
33 *Expreſſa prohibitio teſtatoris de non alienando opera-*
tur, vt neque ignorans poſſit alienare ignoranti. In-
tellige quo ad nullitatem alienationis, ſecus quo ad
effectum caducitatis. nu. 34. & 35.
56 *Res alienam poteſt vendicari in ſubſidium ſi alie-*
nans, vel eius hæres non eſt ſoluendo, quamuis adfue-
rit ignorantia fideicommiſſi.

CAPVT DCLVI.

DVbitant Doctores an ſit concedenda reſtitu-
tio majori ob non confectum inuentarium
1 poſt aditam hæreditatem † ex clauſula generali ſi
qua juſta cauſa, Et quidem Guid. Pap. *deciſ.* 474 *nu.*
4. tenet opinionem negatiuam, quod reſtitutio in
hoc caſu non detur, quia ad hoc vt major reſtitua-
tur in integrum, requiritur quod ſit læſus ſine cul-
2 pa ſua, † & abſque facto ſuo, *l. item hi, in princip. & l.*
ex quo data opera, cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. maior. Præ-
ſertim, quia ſi minori negligenti, vel omittenti face-
re inuentarium infra tempus juris, † ſubuenitur ju-
3 re ſpeciali, §. *pupillus, authent. de hæredib. & Falcid.*
Ergo de jure communi denegatur majori, nam ſpe-
4 cialiter in vno caſu † præſupponit contrarium de
jure communi in caſu conſimili, *l. 1. in fin. ff. ad mu-*
5 *nicipal.* Cum etiam negligentia † non det majori re-
ſtitutionem in integrum, *l. non omnis, l. ſciendum, l. ab*
hoſtibus, § fin. ff. ex quib. cauſ maior. Et ita etiam ean-
dem opinionem negatiuam ſequendo Guid. Pap.
6 † tenuit Caldas. *in l. ſi curatorem in verb. læſis. num.*
54. *ad fin. verſ.* & *proinde maioribus. C. de in integr. re-*
ſtit. minor. fol. 275.
Verior tamen eſt opinio, quod reſtitutio ſit conceden-
da, quando per majorem allegaretur juſta cauſa,
7 † vt tenet Auffr. *in addit. ad Capell. Tholoſan. dec.* 55.
nu. 7. per doctrinam Innocen. *in c. conſtitutus.* 8. *ante*
fi. in verb. vtroque, de in integ reſtit ſequitur Odd. *eod.*
tit. p. 2. qu. 89. art. 7 nu 53 *fol.* 232 Rebuff. *de reſtitutio-*
nib. & releuan. art. 1. gloſ. 1. nu. 33. tom. 2. fol. 120. Alexan.
in l. iuris ignorantia, colum. vlt. in princ. verſ. & pari
ratione. num. 6. vbi Franc. Curt. *in addit. in verb. rigo-*
rem. C. qui admitt. juxta Ancharr. *conſi.* 393. *viſa dili-*
genter gratia, num. 4 latè Franc. *deciſ.* 23. *num.* 16. Pha-
nuc. *de inuent. p. 1. nu.* 20. & *p. 2. nu.* 22 & 23. Beto. *qu.*
64. *nu.* 1. Barbat. *conſ.* 41 *in princ. lib* 2. Maurit Bolan.
de reſtit. in integr. c. 130. *in fin. verſ. quam ſententiam,*
tom. 5 *fol.* 147. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.*
37 *centur.* 1. *nu.* 12 & 15 *fol* 215. Franc. Marc *dec.* 291.
num. 3. *p.* 1. qui omnes loquuntur exiſtente cauſa
paupertatis, abſentiæ, ægritudinis, cum ſimilibus
8 impedimentis, † exemplo temporis dati hæredi ad
exequendam voluntatem defuncti, quod eſt vnius
anni: auth. *hoc amplius, Cod. de fideicommiſſ.* quod ta-
men impedito non currit, vel datur reſtitutio, qua-
tenus curreret: Iaſ. *in d. auth. hoc amplius, num.* 60. Fe-
det. *conſi.* 29 *caſus talis eſt.* Bald. *in l. id quod pauperi-*
bus, n. 13. *C. de epiſcop. & cleric.* Abb. *conſi.* 60. *viſis*, *l.* 1.
& *conſi.* 61. *venio ad primum, lib.* 2. Phanuc. *de inuen-*
9 *tar. par.* 1. *nu* 20. *ad med.* † Quibus additur Caſtrenſ.
conſi 398 & *circa primum nullum, ad med. verſ. tertio*
ex quo dicta. libro 2. vbi etiam ampliat ad hæredem
non conficientis inuentarium, qui per reſtitutio-
nem in integrum audietur ſtante juſta cauſa ex clau-
10 ſula generali, † vel ex perſona ſua, vel ex perſona
ipſius hæredis, argumento *l. pamonius.* & ibi Bartol.
ff de acquir. hered. quod etiam voluit Cardin. Tuſc.
concluſ. 189 *num.* 79 *lib.* 7. *fol* 24.
Quibus ſtantibus erit concedenda petita reſtitutio,
præſertim, quia in facto præſupponitur tractu
temporis detectum eſſe magnum æs alienum,
quod in totum abſorbet valorem hæreditatis, ita
11 vt non ſuperſit de bonis hæreditariis, † quod ſuffi-
ciat pro præſtatione annui legati, de quo agitur,
cum præſupponatur etiam ceſſare omnem dolum,
& liquidò probari poſſe veram, & integram exi-
ſtentiam bonorum ſtabilium, & mobilium hæredi-
tariorum, eorumque valorem, & æſtimationem,
tunc enim majori ſuccurritur, vt dicit Maurit. Bo-
lan. *de reſtitut. in integr. cap.* 130. *in fin. tom.* 5. *fol.* 147.
12 † vbi quod dicitur juſta cauſa, ſi hæres ſubſtan-
tiam hæreditaris verè ſcire non potuit, quaſi nulla
negligẽtia, nec aliquis dolus ei adſcribi poſſit, prout
etiam, quando occulta eſſent aliqua inſtrumenta,
ex quibus potuiſſet doceri de viribus hæreditariis,
ſi illa vidiſſet, vel ſi ſtatim hæreditatè adita, nec po-
ſtea effluxo longo tempore, vellet ab ea abſtine-
13 re, † vel in ſimilibus caſibus, in quibus culpa, &
negligentia abeſſet, & bona fides nulla ſupplet, ex-
cuſando præſertim in apicibus, & laqueis juris ci-
uilis, & in pœnis euitandis, ita vt ignoranti non
currat tempus inuentarij, vt in ſpecie concludit
Bald *conſi.* 383. *quæritur ad ſignum ad fin. num.* 8. *verſ.*
maxime quia, lib. 2. quidquid contra Bald. & Bolan.
14 teneat Phanuc. *de inuentar p.* 1. *n.* 24. † Prout etiam,
quando ex confeſſione creditorum, & legatario-
rum, vel aliunde conſtat non eſſe plus in hæredita-
te, tunc enim hæres non teneretur vltra vires etiam
ex mente legis: Craſſ. qui alios allegat. *in §. inuenta-*
rium, qu. 21. *ad fin.*
Præſertim, quia tractatur de eximendo hæredem à
præſtatione annui legati, quòd æquiparatur legato
15 vſusfructus, † *l. in ſingulos annos. ff. de annuis legat.* &
videtur limitatum ad vires patrimonij, cum an-
nuum legatum, ſeu annua quantitas relicta à teſta-
16 tore cenſeatur legata † in cauſam alimentorum, *l.*
ſtichus, §. titia. ff. de aliment. & cibar. legat. l. titia, in
princ. ff. de ann. legat Bart. & *aly in l ſi ſtichum, §. ſtipu-*
latio ff. de verb. oblig. latè Surd. *de aliment tit.* 2 *qu* 12.
num. 1. Quando autem aliquid relinquitur ſoluen-
17 dum de viribus patrimonij, † non attendimus,
quod hæres non fecerit inuentarium, nec illica
omiſſio facit eum plus teneri, quàm ſit in hæredita-
te: Bald. *in l.* 1. *C. de his quæ pœn. nom.* vbi concludit,
quod hæres omiſſo inuentario non tenetur vltra
vires hæreditarias, quando teſtator juſſit ſoluere
18 de bonis ſuis: Corn. *conſi.* 180. *multitudo. col* 6. *in fin.*
num. 9. *libro* 4. cum aliis, quos late adducit Surd. *de*
alim. tit. 8. *priuileg.* 13. *num.* 13. *vſque ad* 6.
Maximè, quia legatum annuum debet ſolui de fructi-
bus, *l. firmio,* 26. §. *pater.* vbi Gloſſ. *in verb. non im-*
19 *tio.* † *D quand. dies legat. ced. l. apud Iulianum, aliàs*
incip. aphricanus, 40. §. *hæres, ff. de legat.* 1. *l. liberto,* 21,
§. 1. *ff. de ann. legat.* Surd. *deciſ.* 28. *numero* 2. vbi ex
hoc concludit, quod pro iſto legato annuo dabi-
tur ſolum actio contra eum, qui fructus percepit,
vnde onus ſoluendi hujuſmodi legata non ſpe-
20 ctabit ad † fideicommiſſarium, ſed ad hære-
dem, & eum, qui illi ſucceſſit, ſi conſtat, quod
perce-

perceperit fructus:Aym.conſi.19.num.16.ad med.Iaſ.
conſi.95.ad fin.lib.1.Natt.conſ.323.nu.5.& per conſe-
quens,ſi fructus non ſufficiunt ad ſolutionem lega-
21 gati,† non tenetur hæres de ſuo,l.ſi debitor,§.viri-
ſimile.ff.de contrah.empt.l. cum certus.de tritic.vin.&
oleo legat.Benintend.deciſ.64 nu.1.in fin. Surd.deciſ.
28.num.8.& 9.

Quamvis iſta non ſint multum tuta,quia prædicti Do-
ctores loquuntur , quando legatum eſſet præſtandũ
22 de bonis hæreditariis, † ſecus autem quando eſſet
taxatum ſimpliciter, vel fuiſſet certa quantitas reli-
cta , tunc enim videtur quod potius hæres debeat
integrum legatum præſtare, ſi non confecit inuen-
tarium:Surd.de alim.tit.8.priuil.13.num.6.& 9.Ideo
melius erit ſe fundare in reſtitutione,quæ erit con-
cedenda ſtante ſpecie facti ſupra narrata. Non ob-
ſtante quod in teſtamento adſint multa , ex quibus
potuiſſet colligi per hæredem adeſſe magnum æs
alienum in hæreditate, ita vt ex hoc videatur poſſe
prætendi adfuiſſe aliquam negligentiam in hære-
de. Quia reſpondetur in facto, ex eodem teſtamen-
to apparere juſtam ignorantiam hæredis , dum fi-
deicommiſſum , quod teſtator aſſeruit non eſſe va-
lidum, fuit poſtea declaratum eſſe legitimum,adeo
vt ex iſta probabili ignorantia ſit ei ſuccurrendum,
23 provt dicimus de hærede majore , qui adiuit abſ-
que inuentario, qui reſtituitur,ſi appareat ſeorſum
ex codicillis multa eſſe ſoluenda , de quibus non
conſtabat in teſtamento ob juſtam ignorantiam,
argumento l.fin.§.vltim.ff. de legat.2. Intriglioł. de
ſubſtit.qu.94.nu.15. centur. 3. latè Fachin. controuerſ.
iur.lib.5.cap.28.per tot.vbi multa ad intellectum d.
§.vlt. Oſaſc.deciſ.73. num. 1. cum ſeq. Coſta de fact.
ſcient.& ignorant.diſtinct.37.centur.1.num.15.

Et quidem eſt notanda diſpoſitio d.l. fin. §. vlt. ff. de
24 legat.2.vbi maritus inſtituit vxorem ex aſſe,† man-
dando ſuos codicillos aperiri poſt mortem ejuſ-
dem vxoris , in quibus codicillis juſſit per eam eſſe
alteri reſtituendam hæreditatem ſuam,ſi enim vxor
vendiderit aliquid de bonis hæreditatis , valebit
alienatio, & pretium ſolum dabitur fideicommiſ-
ſario, non obſtante fideicommiſſo , tanquam bona
fide fuerit facta per venditricem ignorantem em-
tori etiam ignoranti,requiritur enim,quod vterque
ignorauerit hujuſmodi grauamen, nam alias vendi-
25 tio non valeret,† & bona eſſent reſtituenda fidei-
commiſſario,neque ſufficeret ſola reſtitutio pretij:
Gloſſ.& Bart. in leg.quidam.§.ſi quis filium. in princ.
gloſ. magn. ff. ad Trebellian. Bald. in auth. res quæ. in
princ.C.commun.de leg. Oſaſc.deciſ.73.num.1. Alex.
conſi.3.nu.2.lib.3 Roland.conſ.81.nu.1.& 2.lib.2. &
conſ.9.n.24.lib.1.Dec.conſi.38.circa primum dubium.
nu.4.in fin.Aym.conſi.77.nu.18.Marſil.ſing.31.valet
num.1.Ruin.conſi.109.nu.21.verſ.tertio comprobatur,
lib.2 Socin.Iun.conſi.129.num.19.lib.1.Menoc.conſi.
44.nu 16.lib.1.Rimin.Iun.conſ.313.num.75.lib.3. &
conſi.371.nu.89 lib.4.cum aliis per Turret. de effect.
& defect. clauſul. codicillar. quæſt.77.effect.27.num.1.
Cephal.conſi.261.num.31.lib.2. Dilect. de art. teſtan.
26 caut.9.titul.9.in princip. † Et iſta opinio eſt verior,
quidquid Ang.& alij relati per Petr.de fideicommiſſ.
quæſt.3.num.41.contrarium ſentiant, quod ſufficiat
ignorantia ſola alienantis cum ſit contra text. in d.
§.fin.vbi requiritur ignorantia vtriuſque, provt no-
tat Neuizan.conſi.32.num.9.

Quæ procedunt ſiue iſta ignorantia habuerit origi-
27 nem à facto defuncti prohibentis codicillos , † in
quibus erat deſcriptum fideicommiſſum non ape-
riri,niſi poſt mortem hæredis grauati,ſed etiam vn-
decunque ignorantia proceſſerit ſecundum magis
communem opinionem, de qua teſtatur Oſaſc. dec.
74.num.2.poſt Opiz.in l.filiusfamilias, § diui,col.14.
verſ.nec obſtat ff de leg.1.Alex.. in l. Marcellus, §.res
quæ.col.2.ff.ad Trebell.& conſi.3.num.2.lib.3.Fachin.
controu.iur.lib.5.c.28.in fin.Socin.conſ.49.nu.12.li.1.

An autem prædicta habeant locum,quando fideicom-
miſſum eſſet vniuerſale , non autem particulare
28 † diſſentiunt Doctores , quia multi tenent , quod
quando eſſet particulare, non valeat alienatio, cum
text.in d.§.fin.loquatur in vniuerſali.Oſaſc.deciſi.73.
nu 4.Menoch.conſ.44.nu.18.poſt Imol.& Alex in l.
Marcellus,§.res quæ ff.ad Trebell. Turret.de effect. &
29 defect.clauſul.codicillor.q.77.effect.27.n.16. † Quam-
vis contrarium latè defendat Ruin. conſi.66.num. 7.
cum ſeq.lib. 2. quia diſpoſitio d. §. fin. eſt fundata in
ignorantia ementis , & vendentis, ideo habebit lo-
cum tam in fideicommiſſo vniuerſali , quam parti-
30 culari , † cum tantum operetur genus quo ad om-
nia,quantum prouiſio ſpecialis quo ad ſpeciem:l.ſi
duo,ff.de adminiſtrat.tut.& ita etiam concludit Caſt.
in l.vlt.§.ſed quia noſtra, num 4.C. commun. de legat.
Petr. de fideicomm.qu.3.num. 40. in fin. Socin. in leg.
Marcellus,§. res quæ ff. ad Trebell. & ſequitur etiam
Fachin.controuerſ.iur.lib.5.cap.29.verſ.2. notandum
31 eſt , in fin. † Vbi etiam quod habebit locum iſta di-
ſpoſitio in alienatione ex titulo lucratiuo , nedum
oneroſo,quidquid aliud ſentiat Cuman.in l.quidam
ita.§.ſi quis cum filium,ff.ad Trebell.

Quando tamen res eſſet ſubjecta reſtitutioni purè,vel
32 in diem certam , tunc non valebit alienatio , † nec
militabit diſpoſitio d. §. fin. cum grauamen debeat
eſſe conditionale,vt per Caſtr.in d.§.ſed quia noſtra,
nu.4. Oſaſc.dec.73.nu.3. Fachin.d.cap.5.verſ.3.notan-
dum.Alex.in l.Marcellus,§.res quæ.n.4.ff.ad Trebell.
33 Petr. de fideicommiſſ.q.3.n.40. Provt etiam non ha-
bebit locum , † quando vltra fideicommiſſum, ad-
eſſet expreſſa prohibitio teſtatoris de non alienan-
do, quia tunc neque ignorans poſſet alienare igno-
ranti:Grat.conſi.91.nu.13.& 14.lib.1. Oſaſc.dec.73.
in fin.Fachin.d.cap.verſ. quarto notandum,fol.587. &
ita etiam tenuit Rot. coram R.P.D. Oradino Ro-
mana vinearum de Maximis,5.Martij,12.Nouemb.
1575.inter deciſ.Rot.diuerſ.deciſi.21.& 22.p.1.

In quo tamen diſtinguendum eſt conſiderando duos
effectus , qui poſſunt reſultare ex alienatione facta
34 contra prohibitionem teſtatoris † nempe incur-
ſum pœnæ,& nullitatem alienationis , tam quo ad
perſonas alienantium quam quo ad perſonas em-
ptorum , ſi enim loquimur quo ad primum effe-
ctum caducitatis reſpectu alienantis , & in hoc ca-
ſu non erit locus caducitati ſtante ignorantia fi-
deicommiſſi juxta l.vltim. §. fin. ff. de legat. 2. Cum
35 aliud ſit reſpectu auocationis bonorum à poſſeſ-
ſoribus , tunc enim alienatio fuit nulla ſtante ex-
preſſa prohibitione alienandi , per quam impedi-
tur tranſlatio dominij in emptorem , ejuſque hæ-
redes,leg.cum pater §.libertis,ff.de leg.2.l 2.ff.pro em-
ptor.& notatur in l.Marcellus.§.res quæ,ff ad Trebel-
lian.& in d.l.fin.§.vlt.ff.de legat. 2.Petr. de fideicom-
miſſ.quæſt.3.n.40. Vnde merito erit locus rei vendi-
cationi : Barbat. conſi. 14. in fin.lib. 4. Et ſecundum
iſtam diſtinctionem intelligitur deciſio R. P. D

Oradini *inter deciſ.Rot.diuerſ.deciſ.21. & 22.part.1.* provt declarauit Rot.coram R.P.D.Caualerio Lodien. fideicommiſſi, 2. Decembris 1609. quæ eſt *dec.268.nu.2.vſque ad 5.p.2.in recentiorib.*

Quibus etiam addendum eſt, quod non erit locus
36 diſpoſitioni, *d.l.fin.§.vlt.ff. de leg.2.* quando † ille, qui ignorans alienauit rem ſubjectam reſtitutioni in ignorantem fideicommiſſum, non eſt ſoluendo, nec ejus hæres, quia tunc in ſubſidium poterit vendicari talis res alienata, *l.planè,47.§.qui rogatus ff.de legat.* 1.Iaſ.*in auth. res quæ.nu.2.C.commun. de legat.* Socin.Iun.*conſi.137.n.5.lib.1.* Fachin.*controuerſ.iur. lib.5.c.28. in princ.verſi.primo notandum eſt non eſſe locum.* Caſtr.*conſi.94.clarũ eſt in iure,lib.2.* Alex.*in l. marcellus,§.res quæ.col.2. verſ. limita etiam & tertio, ff.ad Trebellian.* Menoch.*conſi.40.nu.19.lib.1.*

EPITOME.

Donatio quando ſit judicanda inter viuos, licet in ea fiat mentio mortis. ¶ Et quid ſtante juramento. ¶ Et aſſertione meritorum. ¶ Et confirmatione per mortem donantis. ¶ Temporis breuitas quando annullet interpoſitionem decreti. ¶ Teſtamentum an dicatur, ſi in eo adſit inſtitutio hæredis, quamvis teſtator dixerit velle facere codicillos. ¶ Donans ob bene merita an debeat adhibere ſolemnitates ſtatuti. ¶ Domus appellatione, quæ veniant. ¶ Iura, & pertinentiæ, quas acceſſiones comprehendant. ¶ Et quando ſit probandum, quod ſpectent ad concedentem, vt veniant in donatione. ¶ Expreſſio confinium an faciat, vt ſit conceſſum quicquid intra eos demonſtratur, quamvis non ſit aditus. ¶ Verba quando reſtringant conceſſionem. ¶ Subſtantia actus an prius ſit probanda, vt ſit quærendum de illius qualitatibus. ¶ In donatione quo caſu debeatur euictio ſiue incipiat à traditione, ſiue à promiſſione. ¶ Et quid ſi fuerit donatum ob benemerita. ¶ Et quando de illis ſtetur aſſertioni donãtis. ¶ Et quid ſi adſit promiſſio euictionis. ¶ Vel conuentio de conſeruando indemnem donatarium. ¶ Vel de faciendo bonam donationem cum ſimilibus clauſulis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos, quamvis in proœmio ipſius ſit facta mentio mortis.nu.4.& 5.*
2 *Verba debent inſeruire menti, non autem mens verbis.*
3 *Teſtamentum dicitur quando adeſt inſtitutio hæredis, quamvis dictum ſit, quod teſtator voluit facere codicillos.*
6 *Donans ob cauſam meritorũ cenſetur donare inter viuos.*
7 *Iuramentum appoſitum in donatione facit illam præſumi inter viuos.*
8 *Donatio, quæ non valet in vim actus irreuocabilis, ſuſtinetur tanquam cauſa mortis, nu.10.*
9 *Vtile per inutile non vitiatur.*
11 *Donatio, quando morte donantis confirmetur.*
12 *Diſpoſitio non valet.ſi in ea deficiat conſenſus.*
13 *Contractus non ſumit robur à falſa denominatione, ſed à ſubſtantia negotij.*
14 *Decretum facit præſumere omnia ſolemniter acta.*
15 *Breuitas temporis annullat decretum de iure, ſecus de conſuetudine, nu.16.*
17 *Donatio ob benemerita ſuſtinetur abſque ſolẽnitatibus.*
18 *Domus appellatione, quæ veniant, num.37.*
19 *Iura & pertinentiæ includunt omnia, quæ quoquo modo accedunt: & ad rem pertinent. Amplia vt nu.20.*
21 *Acceſſiones, ſeu acceſſoria vocantur à Iuriſconſultis, quæ per Pontifices dicuntur pertinentia.*
22 *Probandum eſt pertinentias ſpectare ad donantẽ, ad hoc vt illæ veniãt in donatione facta de re cũ pertinẽtijs.*
23 *Donatio ob benemerita eſt amplianda.*
24 *In donatione domus veniunt omnia cohærentia, & annexa. Intellige vt nu.25.*
26 *Expreſſio confinium facit, vt cenſeatur conceſſum quidquid intra fines demonſtratur, quando res confinata eſt in dominio concedentis. nu.27. Amplia quamvis non adſit aditus nu.28. Declara vt nu.30.*
29 *Confines apponuntur ad certificandam rem conceſſam.*
31 *Verba quando cenſeantur appoſita demonſtratiuè, ſeu limitatiuè, & reſtringant conceſſionem.nu.32.*
33 *Præſumptio vna tollit aliam, & plures vincunt vnam. num.34.*
35 *Præſumptio non attenditur, vbi conſtat de veritate.*
36 *Notorium præſumptionis cedit notorio probationis.*
38 *Subſtantia actus eſt prius probanda, & poſtea quærendum de qualitate illi inhærente.*
39 *Bona præſumuntur libera, niſi contrarium probetur.*
40 *Præſumitur quis poſſidere nomine ſuo, non alieno.*
41 *Pluralitas rerum eſt præſumenda, & identitas debet probari num.44.*
42 *Habens rem liberam dicitur habere directum, & vtile dominium.*
43 *Verba pleno iure important integritatem.*
45 *Hæres adeundo quaſi contrahit, voluntatem defuncti tenetur ſeruare.nu.46.& 54.*
47 *Euictio debetur in donatione. ſi fuerit conuenta, vel ſit promiſſum de conſeruando indemnem donatarium, vel de faciendo bonam donationem. num.48. & 49. Amplia vt num.50.*
51 *Aſſertioni donantis de benemeritis ſtatur, quando non ſumus in perſonis prohibitis. Declara vt nu.52.*
53 *Donatio ob cauſam meritorum æquiparatur dationi in ſolutum, & in ea debetur euictio ſiue incipiat à promiſſione, ſiue à traditione.*

CAPVT DCLVII.

[Adde ſuprà *ad cap. 96. num. 5. cum ſeq.*]

PRimus Iudex protulit ſententiam ad fauorem Mariæ ſuper validitate donationis eidem per Damianam factæ, quam ſecundus Iudex reuocauit. Vnde cum poſtea in Rota de iſtarum ſententiarum rectitudine quæreretur, fuit datum dubium, quæ illarum eſſet confirmanda, & reſolutum pro confirmatione primæ, & reuocatione ſecundæ, vt in deciſione in hujuſmodi cauſa Romana donationis coram R. P. D. Remboldo, 10.
1 Maij 1611. ob illam † rationem, quia inſtrumentum donationis fuit inter viuos, non obſtante quod in prohemio ipſius fuerit facta mentio mortis, ex hoc enim non arguitur, quod donatrix non voluerit irreuocabiliter donare, quia voluntas contrahentium magis colligitur ex ſubſtantia contractus, quàm ex verbali ipſius denomi-
2 natione, † cum verba quidem menti, non autem è contra, mens verbis inſeruire debeat. Rip. *in l. ſi vnquam, num.19. Cod. de reuoc. donat.* Angel. *l. illud, §. tractari. ff. de iur. codicill.* vbi quod ſi in ſcriptura legitur inſtitutio hæredis, dicitur teſtamen-
3 tum, licèt † ibi dicatur talis volens facere codicillos, & ſequitur Alexand. *conſi.141.ad fin.lib.1.* Surd. *conſi.450.*

conſ.450.num.34. Card.Seraph.deciſ.1362.nu.5. & deciſ.1379.num.4.

Cum etiam cenſendum ſit, quod dictæ mortis mẽtio
facta fuerit, vel ad oſtendendam cauſam donatio-
4 nis, vel ad demonſtrandum tempus, † in quo do-
natio effectum ſortiri debebat juxta text. expreſsũ
in l.vbi ita donatur,ff.de donat.cauſ.mort.Bald.in l.2.
5 nu.6.C.de iur.dot. †.& in puncto donationis, in cu-
jus prohæmio mortis mentio facta fuit: Natt. conſi.
104.num.12.& ſeq.Rol.conſi.61.num.50.li.2.Franc.
deciſ.213.nu.8.& ibi Amendol.in addit.num.38.vbi
etiam allegat Nicol. Salernitan. in repet. l. quæ do-
tis,ff.ſolut.matrim.Magon.deciſ. Lucenſ.87.nu.12.

Et clarius colligitur mens donãtis,quod voluerit do-
nare inter viuos, cum talem donationem fecerit
6 ex cauſa meritorum, † quo caſu cenſetur facta do-
natio irreuocabilis inter viuos, l.ſi pater,§.1.ff.de
donãt.Rip.in l.ſi vnquam,n.29.& ibi Tiraq.in verb.
donatione largitus,n.53.ad med. C. de reuoc. donatio-
nib.Rol.conſi.61.n.49 li.2.Bald.in l.ſi mortis,ad med.
C.ad leg.Falcid.juxta notata per Rom.Cum & aliis
in l.quæ dotis,ff.ſolut.matrim. & juxta l.ſi cum patre,
C.de iur.dot.Socin.conſ.137.col.2.lib.1. quod eſt du-
plicatũ conſ.252.li.2.Præſertim quia donãs expreſ-
ſe declarauit donare pura,mera,valida,ſimplici, &
irreuocabili donatione, quæ cauſa mortis dicitur,
Nam ex hoc apparet, quod errauit circa denomi-
nationem contractus tantum,non autem circa ejus
ſubſtantiam, quia re vera pure, & irreuocabiliter
7 donare intellexit, † Maxime ſtantibus aliis clauſu-
lis, de quibus in dicta donatione, vltra juramen-
tum, cum multis ibidem contentis, quæ conſtituit
claram donationem inter viuos,prout late dixi ſu-
pra c.17.96.n.5.vſque ad 18.quæ omnia ibi adducta
applicantur caſui noſtro, ita vt opus non ſit illa
iterum repetere,& concludit etiam Rolan.conſ.61.
per tot.lib.2.Magon.deciſ Lucenſ.87.col.1.& 2.

Addebatur in dicta deciſione, quod etiam dato quod
talis donatio non valeret in vim donationis inter
8 viuos, † Tamen ſuſtinebatur tanquam donatio
9 cauſa mortis,cum vtile non vitietur per inutile.† l.
1.§ ſed ſi mihi,ff.de verb.obl.c.non debet,de reg.iur.in
6.Tiraquel.de retract.conuention.in fin.nu.143. & in
10 terminis donationis Bart.conſ.108.nu.2.verſ. ſed ſi
adijceretur,lib.2.Ang conſ.106.nu.1.Alex.conſ.152.n.
13.lib.6.& conſ.83.n.15.verſ.& ſimiliter,li.2.Surd.
conſ.450.n.56.& 57.lib.3. Vnde rectè per ſenten-
tiam fuerunt bona aſſignata Mariæ donatrici vi-
11 gore dictæ donationis, † tanquam illa fuerit mor-
te Damianæ donantis confirmata: Roman. in l. ſi
donatione,nu.19.C.de collat.Surd.conſ.171.nu.17.lib.
2.cum aliis adductis ſupra c.172.nu.16.& 17.

Neque obſtabat, quod curator datus Damianæ do-
nanti ad effectum auctorizandi donationem fue-
rit datus ſolum pro donatione cauſa mortis,
12 † non autem pro donatione inter viuos, vnde illa
non ſubſiſtit,tanquam deficiat conſenſus:Gloſſ.in
l.ſi per errorem,in verb. error. D. de iuriſd. omnium
iud.Bero.conſ.22.nu.42.lib.1.Aym.conſi.144 nu.16.
Quia cum appareat verè fuiſſe donatum inter vi-
uos, vt dictum eſt, cenſetur etiam datus curator
ad præſtandam auctoritatem tali donationi, non
autem cauſa mortis, cum donans non ita dona-
uerit, & ſic nullus adeſt error, & remanet firmus
conſenſus quo ad actum inter viuos, non obſtan-
13 te † denominatione falſa, à qua contractus non
ſumit robur, cum ſit conſiderandus effectus, qui
ex ſubſtantia inſtrumenti colligitur:Bald. in l. im-
perator,col.3 de ſtat.homin. Roman.conſ.509.num.1.
vſque ad 7.

Nec facit habita ratio decreti interpoſiti abſque cau-
ſæ cognitione, cum pro illo præſumatur, & quod
14 cauſa ſit juſtificata, & quod † omnia ſolenniter
fuerint geſta,l.& præſes,C.de præd.minor.Imol.conſ.
98.nu.8.& conſ.99 nu.6 Surd.dec.106.num.9. Card.
Seraph.deciſ.737.nu.6.Bec.conſi.52.num.13. Alciat.
præſumpt.10.in princ.reg.3.Vaſq.quæſt.illuſtr.cap.29.

Et quamvis breuitas temporis annullet decretum,
quaſi tunc non potuerit cauſæ cognitio interueni-
15 re:† Alex conſ.179 nu.8.lib.7.Paril.conſi 98.nu.18.
li.1.Purpur.in l.pacta nouiſſima,n.70.C.de pact.Becc.
conſ.52.n.111.cum ſeq. Tamen ſtante conſuetudine
16 Vrbis interponendi decreta incontinenti, † illa
ſuſtinentur, cum potuerit judex ante illorum in-
terpoſitionem extrajudicialiter ſe informaſſe de
cauſis,& earum veritate:Imol.conſil.98.n.12.Gabr.
de ſentent.concluſ.5.num 34.in fin. Achill. deciſ. 199.
aliàs.3.de præſumpt.Rot.diuerſ.deciſ.155.num 2. &
deciſ.438.n.1.p.1. & dec.957.p.3.lib. 3. cum multis
relatis in cauſa Amerina domus,26.Nouemb.166.
late Surd.deciſ.334.nu.2.vſque ad 23.lib.3.cum aliis
de quibus ſupra c.153.num.11.cum ſeq.

Et magis in caſu noſtro non requirebatur aliquod
decretum, tanquam donatio fuerit facta ex cauſa
17 meritorum, † & à muliere ad fauorem mulieris,
tunc enim ſuſtinetur etiam abſque ſolemnitatibus:
Rot.diuerſ.deciſ.557.& deciſ.559.p.1.

Hactenus deciſio,quæ non fuit amplius controuerſa,
ſed per impugnantem donationem acceptata, &
cum pro executione ſententiæ fuerit proceſſum
ad aſſignationem bonorum donatorum, fuit mul-
tum inſtatum ſuper exceſſu executionis, de quo
tamen dicebam non conſtare, quia donatio, de
qua in inſtrumento exhibito, comprehendit do-
munculam cum duabus ſtantiis, quarum appella-
tione non venit aditus paruus ſubtus dictas ſtan-
tias,ita vt ſit habendus pro vna ſtantia,cum ille de-
ſeruiat pro introitu, & non pro ſtantia, vnde in-
telligentur donatæ duæ ſtantiæ exiſtentes in do-
muncula, vna videlicet ſuper aliam, & etiam adi-
18 tus,ex quo itur ad d. duas ſtantias, † cum domus
contineat atrium,porticum,aditum. ſolum, ſuper-
ficiem,clauſtrum, cameras, tectum, parietes, fun-
damenta, oſtium, portam, ac ſimilia, quæ omnia
dicuntur pars domus, & veniunt in venditione,
ſeu donatione domus, l.ſuperficies,de rer.vendicat.
l.ſolum,ff.eod.tit.l. rerum mixtura, de vſucap. Albe-
ric.de ſtatut.quæſt.203.num.2.tom.2.fol.53. Bart.in l.
quod conclaue.47.ff.de damn.infect. & in l. cætera. §.
hoc ſenatus,& in l.quod in rerum,§. ſi quis poſt,ff.de
legat.1.Alber.Brun.de mutat. & transformation. 45.
tom.17.fol.393.Bero.conſ.165.num.20.lib.1. & conſ.
177.num.20.lib.3.

Quæ ſine difficultate procedunt, quia fuit donata di-
cta domuncula cum juribus,& pertinentiis,in qui-
19 bus verbis includuntur omnia, † quæ domui do-
natæ quoquomodo accedunt tam pro vtilitate, &
vſu, quam pro neceſſitate ipſius ſiue inſpiciamus
ſtatutum, ſiue conſuetudinem ſeu legem, etiamſi
ſint mobilia,& omnia, quæ ad eam rem pertinent,
niſi ea, quæ ſpecialiter actum eſt non venire:
20 Hier.de Mont.de fimb.regund.cap.80. † vbi etiam

quod veniunt cuncta, quæ adhærent rebus prin i-
palibus, ſiue corpora adhæreant, ſiue iuribus in-
corporalibus, & tam ea quæ conſiſtunt in poſſeſ-
ſione, quàm in iure, & iuriſdictione: Bald *conſ*. 420.
lib. 1. Gloſſ. & Ang. *in l. qui tabernas, D. de furt.* Fer-
rar. *in praxi, in form. libell. act. real. in verb. cum perti-
nentiis, nu*. 1. *&* 2. Rebuf. *in l. verbum illud pertinere*,
181. *col*. 3. *in princ. verſ*. 14. *de verb. ſign*. Alex. *conſ*. 43.
de celerrima, n. 1. *lib*. 1. Innoc. *in cap. cum ad ſedem, de
reſtit. ſpoliat.* late Menoch. *conſ*. 140. *in fin. n*. 24. *lib*.
2. *& conſ*. 504. *n*. 46. *vſque ad* 49. *lib*. 6 *& conſ* 401. *n*.
148. *vſque ad* 153. *lib*. 5. Ceph. *conſ*. 144. *n*. 22. *&* 23.
& lib. 1. Surd. *conſ* 429. *n*. 2. *lib*. 3. Aym. *conſ*. 480. *n*. 1.
& conſ. 895. *nu* 5 Burſat. *conſ*. 9. *nu*. 1. *cum ſeq*. Dec.
conſi. 516. *quoniam cauſa iſta, n*. 24 *&* 25. Socin *conſ*.
21 47. *n*. 4. *lib*. 1. † Et quod Iuriſconſulti vocant acceſ-
ſionea ſeu acceſſoria, Pontifices dicunt pertinen-
tias: Rebuff. *in d. l. verbum illud pertinere*, 181. *col*. 3.
in princ. verſ. 14. *de verb. ſign*. Cum etiam probatum
fuerit, quod tales pertinentiæ ſpectant ad conce-
22 dentem, prout † iſta probatio requiritur, quando
alius poſſidet: Menoch. *conſi*. 395. *n*. 23. *&* 24. *lib*. 4.
Intelligitur enim quatenus pertinent Rimin. Iun.
conſi. 90. *n*. 14. Aym. *conſ*. 293. *col*. 4. & multa de per-
tinentiis *in tract. de clauſul. p*. 2. *clauſ*. 248. *fol*. 258.
Bertazzol. *eod. tit. de clauſul gl*. 13. *clauſ*. 26. Gabr.
de verb. ſignif. concluſ. 10. *n*. 1. *cum ſeq* Card Tuſc.
concluſ. 323. *incip. pertinentiarum, tom*. 6. *fol*. 225.

Vlterius ſumus in donatione propter benemerita,
prout talem eſſe declarauit Rot. in huiuſmodi cau-
ſa Romana donationis coram R. P. D. Reiobol-
23 do, 11. Maij, 1617. † quod facit vt donatio, vel ſi-
milis diſpoſitio debeat ampliari, eam latiſſimè in-
terpretando Dec. *conſil*. 468 *ſuperiore anno, col*. 3. *n*.
14. *& conſ*. 498. *viſo caſu propoſito, col*. 2. *n*. 11 *verſ. ac-
cedit*. Alex. *in l*. 3. *in princ. col*. 1. *verſ*. 2. *limita, D.
quod quiſque iur*. Abb. *conſi*. 30. *col*. 2. *verſ. quinto &
vltimo, lib*. 2. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatio-
ne largitus, n*. 48. *C. de reuoc. donat*.

Quamuis etiam ſufficeret, quod eſſemus in ſimplici
donatione domus, cum etiam in ea fiat lata inter-
24 pretatio, † vt veniāt omnia cohærentia, & illi an-
nexa, & cū omni iure & pertinentiis. Alex. *conſ. pe-
nult. lib*. 2. *& conſi*. 54. *nu*. 4. *lib*. 3. *& in l. ſi quando* 2.
poſt Bart. *ibi in princ. C. de bon vacant. lib*. 10. *per text.
in l. via conſtitui, § penult. & fi. D. de ſeruit. ruſtic. præ-
dior. l. vxorem, §. legauerat, D. de legat*. 3. Hieron. de
Mont, *de finib. regend. c*. 80. *num*. 2. *tom*. 3. *p*. 2 *fol* 353.
Cepol. *de ſeruit. ruſti prædior. c*. 16. *de mari num*. 19.
Bald. *in l. beneficium, in* 1. *lectur. col*. 2. *poſt princ. verſ.
item nota quod princeps, n*. 3. *de conſtit. princ*. Rebuff.
in l. verbum illud pertinere, 181. *col*. 3. *in princ. verſ*. 14.
25 *de verb. ſignif. fol*. 813. † Maxime contra conceden-
tē, & eius hæredes, quidquid ſit reſpectu tertij: In-
noc. *in c. cū dilectus de donat*. Bald. *in l. beneficiū, in* 2.
lect. ad fin. verſ in dic quod latiſſimè, ff. de cōſtit. princ.

Accedat, quod per donantem fuerunt ſpecificata hinc
inde confinia rei donatæ, quæ continent vtraſque
26 ſtātias, cantinam, & alia domui annexa, † adeo vt
dicatur donatum quidquid fuit intra dictos fines
demonſtratum: Rom. in ſpecie *conſi*. 5. *n. in fin. verſi.
contrarium tamen partem, col*. 1. de quo multa Bero.
conſi. 160. *n*. 8. *lib*. 1. *per tex. in l. ſi fines, C. de euiction.
l. forma, ff. de cenſib. l. patronus, §*. 1. *&* 2. *de leg*. 3. Salic.
in l. 2. *qu. penult. C. de contr. empt*. Alex. *conſil*. 54. *in
princip. lib*. 3. Franc. *in c. ad decimam, nu*. 4. *de reſtit.
ſpoliat. in* 6. Dec. *conſil*. 146. *pro tenui, col*. 3. *in fin. nu*.
14. *& conſ*. 347. *col*. 3. *poſt med. verſ. & ad hoc facit*.
Pariſ. *conſi*. 64. *n*. 9. *lib*. 1. Ferret. *conſi*. 91. *nu*. 1. Aym.
27 *conſ*. 105. *n*. 1. † vbi quod idem eſt in legatis, ſeu do-
nationibus, quæ æquiparantur, & ſunt idem, in qui-
bus venit quidquid eſt intra confines rei legatæ,
& donatæ, quando tota res confinata eſt in do-
minio teſtatoris, *l. ædes ſacra, D. de contra. empt*. Ol-
drad. *conſi*. 198. Bertazol. *clauſ*. 29. *gl. a. n*. 1. *&* 2. be-
28 ne Rub. Alex. *conſi*. 91. *nu*. 10. *&* 12. † vbi etiam lo-
quitur, quando eſſemus in parte confinata, quæ
non habebat aditum ad domum, nā propter fines
demonſtratos venit in legato illa pars, nō conſide-
rato adito, quia licet demonſtratio confinium non
ampliet legatū, Tamen hoc procedit quando teſta-
tor legans rem confinalē non habebat totum do-
minium, ſed ſolùm partem, tunc enim non vide-
retur legaſſe partem ad alterum ſpectātem, cum
aliud ſit, prout in caſu noſtro, quando tota res cō-
firmata eſt in dominio teſtatoris, tūc enim in tali
legato venit omne id, quod eſt intra confines de-
monſtratos, *d. l. ædes ſacra de contra. empt*. Aym. *conſ*.
105 *n*. 1. *in fin*. & latè comprobat Alex. *conſi*. 54. *n*. 1.
29 *& per tot. lib*. 3. † Etenim confines apponuntur ad
certificandam rem ipſam donatā, *l. forma in princ.
D. de conſib. l. cum ſeruo, §*. 1. *D de cōtrah. empt. l. titium
hæres, D. de action. empt*. Quidquid aliàs ceſſante iſta
30 ſpecificatione cōfinium † nō cenſerentur donatę
ſtantiæ ſeparatæ abſq; aditu de vna ad aliam, tan-
quam nō concurreret deſtinatio animi, à qua vi-
detur eſſe dependēs effectus donationis: Alex. *conſ*.
123. *cū tribus conſ. ſeq. lib*. 1. Purpur. *cōſ*. 341. *n*. 4. *lib*. 1.

Non obſtat, quod cenſeatur donata ſolùm domun-
cula, quæ tunc temporis erat locata Bartholomeo,
prout narratum fuit in inſtrumento donationis,
vnde cum cōductor non haberet camerā ſuperio-
rem illa non veniet, Quia iſta verba fuerūt appo-
31 ſita demōſtratiuè, † non autē taxatiuè, prout ſem-
per ita debent intelligi: Bart. *in l. centurio, col*. 10. *in
princ. verſ. ſed quod dixi, n*. 31. *de vulg. & pupil*. Dec.
conſi. 323. *conſului, col* 3. *in princ verſ*. 4. *facit*. Bero.
conſi. 17. *n* 16. *&* 17. *lib*. 1. Caſt. *conſi*. 417. *quod dicti
redditus, col*. 1. *poſt princ. verſ. nec obſtat prædictis, lib*.
1. Pariſ. *conſi*. 4. *n*. 36. *lib*. 4. Rot. *diuerſ. deciſ*. 684. *n*.
32 4 *p*. 1. † Quare non eſt dicendum quod talis de-
mōſtratio reſtringat donationem, in qua expreſsè
fit mentio de duabus ſtantiis, ſed remanebit firma
diſpoſitio, prout donans conceſſit, reiecta tali de-
monſtratione, *l. demonſtratio falſa in princ*. & ibi
Bart. *n*. 4. *&* 14. *de condit. & demonſtrat. l. ſi quis in
fundi vocabulo*. vbi Cuman. *nu* 5. *de legat*. 1. Ruin.
conſi. 115. *n*. 11. *lib*. 5. *per l. patronus, §. libertis, de legat*.
2. Bertazzol. *conſi. ciuil*. 121. *n*. 3. *vſque ad* 8.

Et quidem eſſet multum inconueniens, vt plus ope-
raretur iſta ſola demōſtratio locationis factæ Bar-
tholomæo, quam donatio clara de duabus ſtantiis,
& expreſſio confinium cum aliis ſupra adductis,
quæ omnia debent præualere d. ſolæ demonſtra-
33 tioni, † cum vna præſumptio tollat alterā, *l. domus,
D. de reſtit. in integr*. Surd. *conſ*. 16. *n*. 23. *lib*. 1. Crot.
34 *conſ*. 66. *nu*. 16. † vnde multo magis plures conie-
cturæ, & præſumptiones, ac probationes debent
tollere vnā, *auth. itaque, C. commun. de ſucceſſionib. l*. 3.
§. 1. *de teſtib*. Dec *conſ*. 470. *n*. 10. Surd. *conſ*. 1. *n*. 60. *&*
35 *conſ*. 94. *n*. 61. † Immo cum appareat de veritate,
quod fuerint donatæ duæ ſtantiæ, non debet at-
tendi d.

tenſi d. præſumptio quæ colligitur ex aſſertiua lo-
cationis, *l. cum ff. quod met. cauſ. l. nuptura, in fin. ff.*
de probat. Aret. *conſ.* 38. *colum.* 2. *verſ. ſecundo reſpon-*
detur. Aym. *conſ.* 26. *n.* 6. *& conſ.* 44. *num.* 9. Surd. *conſ.*
36 28. *n.* 10. *lib.* 1. † Cum notorium præſumptionis
cedat notorio probationis: Nenīz. *conſil.* 81. *nu.* 24.
& conſ. 47. *n.* 40 Aym. *conſi.* 35. *n.* 5.

Ex quibus etiam ſequitur comprehendi in tali dona-
37 tione cantinam, cum fuerit donata domus, † quæ
continet fundamentum, parietes, tectum, & om-
nia ab imo vſque ad ſuperficiem: Alber. *de ſtatut.*
qu. 203. *nu.* 1. cum aliis ſupra adductis *nu.* 18. præ-
ſertim ſtantibus verbis cum iuribus, & pertinen-
tiis, & demonſtratione confinium, quæ faciunt
cenſeri donata omnia intra fines comprehenſa,
quamuis etiam ad præſens non adſit aditus, vt di-
ctum eſt: Rub. Alex. *conſi.* 91. *nu.* 10. *&* 11. Alexand.
conſil. 54. *n.* 1. *lib.* 3. Aym. *conſil.* 105. *n.* 1. *in fin.*

Nec debet admitti exceptio compenſationis, Nam
licèt prætendatur fuiſſe ſolutos canones proprie-
tario, Tamen quietantiæ exhibitæ non tangunt
cauſam ſolutionis, cum ſolum Rector aſſerat ha-
buiſſe quaſdam pecunias pro paghis eidem debi-
tis, abſque vlla mentione, quod debeantur pro
domo donata, vnde tanquam incertæ, & obſcuræ
non releuant, niſi probetur quod fuerint factæ
pro canone iſtius domus, & quod illa ſit ſubiecta
38 canoni, † cum prius ſit probanda ſubſtantia actus,
& poſtea quærendum ſit de qualitate illi inhæren-
te: Bald. *conſ.* 465. *n.* 1. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 508. *num.* 5.
Surd. *conſil.* 150. *n.* 8 *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 66. *n.* 5. *&*
conſ. 75. *n.* 200. Becc. *conſil.* 37. *n.* 16.

Præſertim quia omnia bona præſumuntur libera, &
39 allodialia, niſi contrarium † probetur per inueſti-
turam: Hoſt. & Io. Andr. *in c. nimis, de iureiurand.*
Alex. *conſ.* 129. *num.* 1. *lib.* 1. Gozad. *conſil.* 47. *n.* 14.
Aym. *conſil.* 111. *n.* 9. Rol. *conſil.* 2. *n.* 11. *cum ſeq. lib.*
3. *& conſi.* 46. *n.* 39. *eod lib.* Surd. *conſi.* 135. *n.* 24. *vſque*
40 *ad* 28. *lib.* 1. Cum etiam quis præſumatur † pro
ſuo, & non alieno nomine poſſidere, *l. uria. de ſo-*
lut. Gloſſ. *in l.* 2. *in verb. vt dominū.* & ibi Bart. & Sa-
lic. *C. de acq. poſſ.* provt ita eſſet, ſi quis canonem a-
lieni deberet, cum Vaſallus, emphyteuta, aut ſimi-
lis naturaliter tantum poſſideat, non ciuiliter, *l. na-*
turaliter, in princ. de acqu. poſſ. Bart. *in l.* 3. *§ ex con-*
trario, ff. eod. tit. Surd. *d. conſ.* 135. *n.* 14. *lib.* 1. Præſer-
41 tim † quia præſumitur pluralitas rerum, niſi pro-
betur identitas: Bald. *in l.* 2. *C. de error. aduocator.*
Alex. *conſ.* 134. *n.* 3. *lib.* 2. Natt. *conſ.* 80. *n.* 4. Surd. *cōſ.*
61. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 1. Quod magis procedit cum in
caſu noſtro donans aſſerat domū donatā ad ipſam
libere, & pleno iure ſpectare nomine vtilis & di-
recti dominij, quod non affirmaſſet cū iuramēto,
42 ſi eſſet aliquo onere grauata, † nā non poteſt dici
habere directum, & vtile dominium, qui non ha-
bet rē liberam, ſed ſub alterius proprietate, & one-
ri ſubiecta, late Surd. *conſ.* 143. *n.* 22. *vſq; ad* 25. *li.* 1.

Cum etiā illa verba pleno iure importent integrita-
43 tem, ſine † aliqua diminutione: Bald. *in l. precibus, n.*
44. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* Felin. *in c. auditis, n.* 7.
de reſcrip. Dec. *conſ.* 493. *n.* 8. *&* 9 *cum aliis in tract.*
de clauſ. p. 1. *clauſ.* 93. *n.* 5. *& p.* 3. *clauſ.* 58. *n.* 1. *&* 2.
44 † Et per conſequens magis erat probanda idētitas
domus, quod ex ea canon debeatur: Felin. *in c. cum*
Ioannes, n. 6. *de fide inſtrum.* Surd. *conſ.* 44. *n.* 3. *lib.* 1.

Amplius quamuis etiam probaretur canonem eſſe
debitum domino, de quo agimus, Tamen donata-
ria debet illam habere liberam, cum donata fue-
rit tanquam talis, & abſque vllo onere, & tanquam
ſpectans pleno iure directi, & vtilis dominij, cum
promiſſione de euictione, & de faciendo conſen-
tire omnem perſonam, & litem non inferre, & ſi
lites ab omnibus, & quibuſcumque mouerentur, in
ſe ipſam ſuſcipere, alias ad omnia damna, & inter-
eſſe, cum clauſulis ampliſſimis obligatione came-
rali firmatam, provt latius in inſtrumento conti-
netur, ex quibus clare apparet, quod quemadmo-
dum donans teneretur manutenere donatariam
in poſſeſſione libera rei donatæ cum liberatione
45 ab omnibus moleſtiis, † ita etiam eius hæres ad
prædicta tenebitur, cum adeundo contrahat obli-
gationem de obſeruando quæcumque geſta per
ſuum auctorem: Bald. *in l. mutuum, § 1. de acquirend.*
heredit. Curt. Iun. *conſ.* 120. *nu.* 7. Dec. *conſ.* 254. *nu.* 3.
46 Surd *conſ.* 143. *n* 9. *lib.* 1. † Cum alias diceretur vo-
luntatem teſtatoris circumuenire, *l ſi cui ff. de cōd.*
& demonſtrat. Socin. Iun. *conſil.* 79. *n.* 26. *lib.* 3.

Et cum expreſsè promiſſum fuerit à donante de eui-
ctione, tūc abſque dubio debetur euictio etiam in
47 donatione. † ſicut in aliis contractibus qui ex cō-
uentione legē accipiunt, vt notāt in ſpecie Bald. &
Salic. *in l.* 2. *C. de euictionib.* Dec. *conſ.* 322. *cū ſit quod*
nobilis, n. 3. vbi etiam, quod ſufficit promiſſio de
conſeruando indēnem à quacunque lite & cōtro-
48 uerſia donatariū, † quæ adeſt in caſu, de quo agi-
mus, tunc enim quocumque modo res, aut pars rei
euincatur, donans tenetur ad intereſſe: Abb. *conſi.*
43. *quidam dominus Antonius, col.* 1. *li.* 1. & conclu-
dunt omnes *in l. ariſto,* 18 *§ fi. ff. de dona & in l. Iu-*
lianus, §. qui fundum, ff. de verb. oblig. Ruin. *conſ.* 186.
n. 1. *lib.* 1. Boer. *dec.* 33. *n.* 26. *& dec.* 67. *in princ.* Ca-
ball. *de euict. §.* 4. *n.* 2. *fol.* 159 *& in addit. ad d. §* 4. *in*
49 *verb. euictione, fol.* 290. † vbi etiā, quod ſufficit pro-
miſſio de faciēdo bonā donationem, de qua etiam
in caſu noſtro, quæ non ſolum operatur, vt donās
faciat rem donatā eſſe liberā donatarij, ſed etiam,
vt præſtet euictionem iuxta conſ Corn. 141. *col. fin.*
50 *lib.* 1. Et ſtantibus ſimilibus promiſſionibus † ſem-
per debetur euictio in donatione ſiue incipiat à
promiſſione, ſiue à traditione; Gomeſ. *lib.* 2. *var. re-*
ſol. c. 1. *nu.* 35. *in fin.* ſiue ſit promiſſa euictio verbis
ſpecialibus, ſiue generalibus, ſiue pro ſuo dato, &
facto, ſiue per ſtipulationem, ſiue pacto nudo, vel
cum ſimilibus verbis de quibus per Rimin. Iun. *§.*
1. *n.* 88. *vſq; ad* 92. *inſtit. de donat.* Gozad. *cōſ.* 60. *n.* 16.

Maximè, quia ſumus in donatione remuneratoria,
provt talem eſſe iſtam donationem declarauit
Rot. in huiuſmodi cauſa Romana donationis, co-
ram R.P.D. Rembaldo, 11. Maij 1617. cum etiam
51 clarè hoc aſſeratur per donantem, † cuius aſſer-
tioni ſtandum eſt, tanquam ſimus in perſonis non
prohibitis: Iaſ. *conſ.* 154. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 20. *& conſ.*
366. *n.* 11. contra quod licet concludant Menoch.
conſ. 112. *n.* 27. *lib.* 1. & Honded. *conſ.* 47. *n* 41. *lib.* 1.
vbi volunt requiri ſpecialem aſſertionem merito-
rum, non autem generalem ad hoc vt donatio di-
catur remuneratoria, Tamen loquuntur quando
52 ageretur de reuocanda donatione, † tunc enim
non ſufficeret generalis aſſertio, ſecus autem quā-
do inter conſentientes ageretur, nam tunc etiam
generalis enumeratio meritorum ſufficit, & eſt lo-
co probationis, vt conſiderat, & declarat Menoch.

d. d. conſ. 111. n. 19 in fin. lib. 2. qui in iſtis caſibus, & ſimilibus approbat Dec. Iaſ. & alios iſtam opinionem ſequentes. Et per conſequens in tali donatio-
53 ne † debetur euictio ſiue illa incipiat à promiſſione, ſiue à traditione, tanquam ea potius ſimilis ſit dationi in ſolutum, quàm donationi. Bart. *in l. Iulianus, §. 1 ff. de verb. oblig.* Iaſ. *conſ. 34. col. fin. lib. 1. & in l. ex hoc iure col. 13. n. 68. ff. de iuſti. & iure.* Boer. *dec. 67. in princ.* Caballin *de euiction. §. 4. nu. 4. & 5. fol.* 160. Aym. *conſ. 64. nu. 1.* Alex. *conſ. 47. col. vlt. ad med. n. 8. lib. 3.* Burſat. *conſ. 31. n. 5. lib. 1.* Gozad. *conſ.* 60. Port. Imol. *conſ.* 168 *n. 9.* cum aliis per Sebaſt. Neuium *in Syſtem. iur. ad l. 2. C. de euiction. & in d. l. ariſto, § labeo ait. ff de donat.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, n. 59. C. de reuocan. donat.* Rimio. Iun. *in §. 1. inſtit. de donat. n. 81. vſque ad* 88. *fol.* 286.

Et quemadmodum ſi ageret proprietarius pro canone contra donantem, daretur regreſſus contra hæredem donantis pro liberatione à moleſtiis, & vt faceret illum conſentire iuxta formam inſtrumen-
54 ti, † multò magis dabitur actio contra ipſummet hæredem, qui modò prætendit repetitionem, ſeu compenſationem canonum ſolutorum, quos tamen iniuſtè repetit, tanquam teneatur præſtare factum defuncti, & quem de euictione tenet actio, eundem, ſeu eius hæredem agentem repellit exceptio, *l. 1. C. de reb. alien. non alienand. l. vindicantem, 17.* & ibi Gloſſ *in verb. conatur. in fin. ff. de euict.* Grat. *conſi. 91. n. 3. lib. 1.*

EPITOME.

Prohibitus ſtare ante ædes alicuius cum banco mercium an prohibeatur etiam ibidem permanere cum mercibus in manu. ¶ Mercatori an liceat vti ſigno alterius. ¶ Tranſitus ante domum alienam, quando interdicatur per Iudicem. ¶ Inhibitiones, & acta requirentia ſcripturam an probentur per teſtes. ¶ Propter ſcandala vitanda an etiam inconſueta tolerentur. ¶ Via publica an poſſit impediri per artifices ponentes tabulata, ballas, & ſimilia. ¶ Actio iniuriarum quando detur contra impedientes vti loco publico. ¶ Æquitas an ſit ſeruanda Iudæo, vel rigor. ¶ Et an ei competat hypotheca, ius patriæ poteſtatis, præſcriptio, beneficiũ purgandi moram, retractus, immunitatis, & reſtitutionis in integrum. ¶ Paruuli Iudæorum an poſſint baptizari inuitis parentibus, & tutoribus. ¶ Et quid in proximis pubertati. ¶ Et quando dicantur tales. ¶ Eleemoſyna an ſit danda Iudæo, & excommunicato. ¶ De expulſione Iudæorum ab omnibus locis ſtatus eccleſiaſtici iuxta conſtitutionem Pij V. & Clem. VIII. præterquam ab Vrbe Roma, Ancona, & Auenione. ¶ Et de eorum reintegratione per eumdem Clem. VIII. occaſione mercandi, dummodo non contrahant domicilium. ¶ Et de ſynagoga vna tantum eis permiſſa per Paulum IV. in locis, in quibus habitauerint. ¶ Et de prohibitione acquirendi immobilia. ¶ Noua ſynagoga an poſſit de iure communi per eos erigi. ¶ Vel ſolum reparari antiqua ¶ Et an Epiſcopus poſſit talem erectionem concedere. ¶ Vel requiratur licentia Summi Pontificis. ¶ Reſtitutio Iudæorum ad loca expulſa an faciat, vt cẽſeantur noui homines, & noua vniuerſitas, ita vt non gaudeant bonis expulſorum, nec eorum iuribus nec teneantur ad vetera onera. ¶ Et quid ſi omnes periiſſent, & in eorum locum alij ſubrogarentur. ¶ Et quando poſſint expelli per Principes ex eorum dominio. ¶ Et de variis eorum expulſionibus, & priuatione bonorum, & dignitatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt ſtare ante apothecam Chriſtiani ad vendendum merces.*
2 *Mercatori non licet vti ſigno alterius.*
3 *Iudæi non debent eſſe infeſti Chriſtianis, nec eorum commercia impedire.*
4 *Rigor an ſit ſeruandus Iudæis, vel æquitas, & n. 24.*
5 *Prohibitus ſtare ante ædes alicuius cum banco mercium, prohibebitur etiam ibidem permanere cum mercibus in manu.*
6 *Malum conſilium Gonnellæ, qui fecit ſe deferre ſuper plauſtro explanato de terra alterius territorij, quam eius, à quo fuit bannitus.*
7 *Iudex propter ſcandala euitanda poteſt inhibere tranſitum ante domum alicuius.*
8 *Iudices debent eſſe ſolliciti de pace ſeruanda, & fugiendis ſcandalis, n. 10.*
9 *Inconſueta tolerantur, vt obuietur ſcandalis.*
11 *Inhibitio deperdita poteſt probari per teſtes, ſicut quælibet res, quæ requirit ſcripturam, & amiſſio probatur, ſi non ſit inuenta in actis, n. 13.*
12 *Veritas rei non debet perire.*
14 *Artifices poſſunt inhiberi, ne ponant tabulata, banca, & ſimilia, quæ impediant vſum priuatorum, immo etiamſi non ſint nociua, n. 15. & iſta actio eſt popularis, n. 16.*
17 *Vicinus nihil poteſt facere in loco publico in præiudicium priuati.*
18 *Via eſt publica quo ad proprietatem, ſed quo ad vſum dicitur priuatorum.*
19 *Solum publicum debet eſſe liberum vſque ad cælum:*
20 *Aer non poteſt impediri, & illius vſus eſt communis.*
21 *Actio iniuriarum datur contra prohibentem piſcari in mari, & in loco publico ſedere cum ſimilibus.*
22 *Licitum eſt aliquid facere in ſuo, quamuis alteri præiudicetur, ſecus in ſolo publico, nu. 23.*
25 *Purgatio moræ eſt fundata in æquitate.*
26 *Mora purgatur per Iudæum.*
27 *Minor Iudæus an reſtituatur, & quando ei competat hypotheca pro dote, & gaudeat immunitate, & poſſit præſcribere, & habeat beneficium retractus, & filios in poteſtate, n. 28. 29 & 30.*
31 *Paruuli Iudæorum an poſſint baptizari inuito patre, & matre, & tutore, & quid in proximo pubertati, & quando dicatur talis, n. 32. & 33.*
34 *Iudæi an ſint expellendi ſine cauſa, & an eis egentibus ſit facienda eleemoſyna, ſicut excommunicato, n. 35.*
36 *Conſtitutio Pij V. ſuper expulſione Iudæorum ab omnibus locis ſtatus eccleſiaſtici excepta Roma, & Ancona. Et confirmatio illius per Clem. VIII. excipiendo etiam Auenionem, n. 37.*
38 *Reintegratio Iudæorum ad loca ſtatus eccleſiaſtici per Clement. VIII. occaſione mercandi, dummodo tamen non contrahant domicilium.*
39 *Diſpoſitio limitata producit effectum limitatum.*
40 *Vnica ſynagoga conceditur Iudæis per Paulum IV. in locis, in quibus habitauerint, cum prohibitione acquirendi immobilia.*
41 *Iudæi non poſſunt de iure communi erigere nouas ſynagogas, ſed ſolum eis conceditur reparatio antiquarum ſine immutatione formæ, nu. 42. & quid ſi*

tem

tota corrueret, remanente area, n.43.& 44.

43 *Iudæis non permittitur aperire ſynagogam in ciuitate, ad quam vadunt abſque licentia Papæ, nec illa Epiſcopi ſuffragatur, n.46. Intellige vt n.47.*

48 *Reſtitutio Iudæorum ad loca expulſa facit, vt cenſeantur noui homines, & noua vniuerſitas, ita vt non gaudeant bonis expulſorum, nec eorum iuribus, nec teneantur ad vetera onera, ſecus ſi caſu omnes periiſſent, & alij in eorum locum ſubrogarentur, nu. 49.& 50.*

51 *De varijs expulſionibus Iudæorum, & priuatione bonorum, & ſimilium, n.52.*

CAPVT DCLVIII.

INhibitionem dixi confirmandam, quia rectè fuit
1 conceſſa contra Iudæũ,† qui non poteſt ſtare ante apotham Chriſtiani occaſione vendendi, & emendi pileos, & alias merces, & impedire viatores, & alios, qui ad eandem apothecam veniunt pro ſimilibus mercibus emendis, nam ex huiuſmodi aſſiſtentia multum præiudicatur Chriſtiano, qui non poteſt ob tale impedimentum merces ſuas vendere viatoribus, quorum concurſus diminuitur in eodemmet, & exercitio, vnde iuſtè Iudex intimauit diſceſſum, quod poteſt facere ſtante tali in-
2 tereſſe partis,† Exemplo eius, qui vtitur ſigno alterius mercatoris, cui paſſim Iudex prohibet, ne illo vtatur propter præiudicium, quod infertur ei, qui prius eodem ſigno eſt vſus, ne in ſuo exercitio perturbetur, & eius lucrum diminuatur, vt late comprobat Gulielm. Benedict. *in c.rainutius, in verb.rainutius declara, n.59.de teſtam.* Caſſan. *in catalog.glor.mund.p.1.conſider.32.& conſider.34.poſt prin. verſ.idē etiam dicit, fol.15.* & notat etiam Bald. *in l.1. in fi.verſ.idē dico in præſcriptis, C.quæ res vendi nō poſ.*

Vnde ſi hoc admittitur in Chriſtiano contra alium Chriſtianum, multò magis habebit locum ad fa-
3 uorem Chriſtiani contra Iudæos, qui † non debent eſſe infeſti Chriſtianis, nec eorum commercia impedire, cum non poſſint eſſe melioris conditionis, quàm Chriſtiani, nec habere maiores prærogatiuas, quàm illi habent: Ioan.de Anan. *in cap.poſt miſerabilem, colum.2.de vſur.* Archidiacon. *in c.vſque,*
4 *diſtinct.53.* Bero.*conſ.28.n.39. & 40.lib.3.* † vbi etiã addit, quod rigor in eis eſt ſeruandus, non æquitas, vt notatur *in c.2.de Iudæis, & in cap.ſi Iudæos, eod. tit.* latè Niconit. *in repet.rub.ff.de nou. oper.nunciat. n.85.cum ſeq.tom.5.n.10.* Sim.de Pret. *conſi.120.n.3.* Marſill.*ſing.463.n.4.* quamuis contra hoc de rigore concludat Rol.*conſ.35.n.52.cum ſeq. lib.2.* & latius dicetur infra *verſ.& quoniam, n.24.cum ſeq.*

Ideo etiam dantur ſeparata loca Iudæis in vrbe cauſa vendendi, & mercandi, ita vt non poſſint extra illa ponere bancum, vel ſtationem cum mercibus,
5 † vnde ſicut eis non permittitur ſtare ante ædes cum banco, ita neque eiſdem licebit permanere ſine banco, ſed cum mercibus in manu, cum tam per vnum actum, quam per alium dicantur occupare locum alterius. Ita in ſpecie concludit Barr. *conſil.155.ſtatuto caſtri plebis cauetur, lib.1.& in l. qui ſella, ff.de ſeruitutib.ruſticor. prædior.* & ſequitur
6 ibi Angel. *in princip.* vbi † addit notandum eſſe illud dictum Bart. contra malum conſilium datum Gonnellæ, qui fecit ſe deferri ſuper plauſtro explanato de terra ſumpta ex territorio Veronenſi, de quo etiam per Barbat. *in cap.ad noſtram, in princ. de empt. & vendit.* Cæpoll. *de aëre, in fin.* Surd. *deciſ. 137.nu.18.lib.1.*

Accedat occaſio rixarum, & altercationum, quæ quotidie oriuntur propter impedimentum talis commercij inter Chriſtianum, & Iudæum, quibus per iudicem etiam ex officio ſuccurrendum eſt,
7 † qui propter ſimilia ſcandala euitanda poteſt inhibere, & ſtrictè præcipere, ne quis tranſeat ante domum alicuius, vel ante eam commoretur: Iaſ. *in l.quod iuſſit, in 5.notab. ff.de re iudicat. & in l.curatores, ff.de offic.procurat.cæſar.* Felin. *in rubr.de treug. & pac.n.12.col.vlt.ad med.* Moron. *eod.tit.de fid.treug. & pac.quæſt.187.n.2.tom.11.p.1.fol.445.* cũ aliis per Neuizan. *in ſylu.nuptial.lib.1.n.80.fol.50.* iuxta pulchram orationem Socratis *incip. omnes, cum epiſt. præcedenti*, quam fecit de bello fugiendo, & pace
8 ſeruanda, † de qua Iudex debet eſſe ſollicitus Aluarot. *in c.1. §.ſi miniſtrales, de pac. tenend.* Luc. de Pen. *in l.1.C.public.lætitiæ, lib.12.* Et paſſim propter ſcandala vitanda multa conceduntur, quæ alias non concederentur, prout etiam multa prohibentur, quorum prohibitio alias denegaretur, recedendo
9 etiam à regulis iuris,† & inconſueta tolerando: Iacobat.*de concil.lib.3.art.12.n.114.& lib.9. art.3. n. 28. tom.13.p.1.fol.339. & 346.* Barbat. *de præſtant. cardinal.quæſt.1. baſil.1.nu.37.& 38.tom.13.p.2.fol. 67.*Henric.Botte.*de ſynod.epiſcop.art.2.concl.1. num. 101.* Couero.*de public.concubinar.in verb.ſtatuimus, n.25.*Petr.Albin.*de pontif.poteſtat.colum.3.in fi. n.12.* Reſtaur. *de ſimon.mental.c.3.n.16.*

De ſcandalo autem conſtat ex pluribus teſtibus examinatis, qui omnes concorditer deponunt de rixa, & contentione ſæpius orta occaſione iſtius com-
10 mercij impediti,† adeo vt non ſit dubitandum, quod ſtante huiuſmodi probatione ſit per Iudicem ſuccurrendum: Lancellot. *de attentat. lit. pendent. limit.13.n.10.tom.5.fol.330.* iuxta deciſionem Rot. coram Card. Blanchetto Calaguritana tranſlationis, 26. Iunij 1573.

Quare etiam alias emanarunt ſimiles inhibitiones ad inſtantiam multorum, de quibus deponunt teſtes,
11 quæ licet non reperiantur in actis,† tamen cum ſint deperditæ, poſſunt probari per teſtes: Bart.*in l. ne in arbitris, verſ.contra hoc oppono, C.de recept. arbitr.*Bald.*in l.geſta col.2.C.de re iudic.* Mantua. *conſ. 86.n.4. lib.2.*Io.de Amic.*conſ.9.n.4.& conſ.95.nu.8.*
12 cum aliis per Maſcard. *concl.32.n.14.vſque ad 20.*† cum non debeat perire veritas rei: Salic.*in l.cum te, C.de tranſact.* & in ſpecie de inhibitione, quod illa poſſit probari per teſtes: Mandoſ. *de inhibition. qu. 40.n.5.*& de ſimilibus actis, & relationibus etiam
13 requirentibus ſcripturã, quod † probentur per teſtes, ſi nō reperiantur: Ruin.*conſ.16.n.4. in fi.verſ.3. ceſſantibus, lib.5.*Bellamer.*dec.67.in fi.*& ſatis dicitur probata amiſſio libelli, ſententiæ, citationis, inhibitionis, & alterius ſcripturæ voluendæ, & legendo proceſſum, ſi non inueniatur: Bart.*in l.titia textores, in princ.in 2.notab.ff de leg.1.& in l.fin.C.de reb.credit.* Io.de Amic.*conſ.93.n.4.& 5.*Maſcard.*concl.32.n.15.*

Et ita etiam paſſim videmus inhiberi per Iudices, ne artifices, & alij ponant tabulata, Bancha, Bullas, aut ſimiles res, quæ impediant vſum priuatum vi-
14 cinorum,† quatenus protenditur iuxta eorum domos, ſeu prædia: Bertrand. in ſpecie *conſil.334. numero 2.ad med.libro 3.p.1.*Bertazol.*conſ.crim.39. numero 4.lib.2.*Surd.*deciſ.42.num.7.vſque ad 11.*vbi

etiam quod neque poteſt poni primus gradus ſca-
larum: Cæpoll. de ſeruitut. ruſticor. prædior. c. 3. n. 26.
15 f. l. 257. † Immo iſta procedunt, quãuis nemini ſunt
nociua: Boſſ. de via public. n. 4. Surd. d. deciſ. 42. n. 7.
in fin. Cæpoll. d. c. 3. nu. 26. in princ. † Ita vt pro iſtis
impedimentis amouendis licitum ſit cuilibet de
populo etiam non habenti intereſſe agere, & inhi-
16 bitiones obtinere, † cum hæc actio ſit popularis,
& cuilibet de populo competat: Bertr. conſi. 334. in
fin lib. 3. par. 1. per tex. in l. 1. de locis & itinerib. public.
l. 2. §. hoc interdictum. & ibi Gloſſ. in verb. & populare,
ff. ne quid in loco vel itiner. publ. l. in prouinciali, §. fin.
de nou. oper. nunciat. Franc. Marc. dec. 596. n. 1. in fi. p. 1.
17 † Vnde multo magis, ſi agatur de intereſſe partis,
tunc enim minus permittetur vicino aliquid facere
in loco publico, per quod fiat præiudicium priua-
18 to: Boſſ. de via publ. nu. 5. † Nam quamuis via ſit pu-
blica quo ad proprietatem, tamen quo ad vſum di-
citur priuatorum, l. 2. in princ. ff. ne quid in loc. public.
Franciſc. Marc. dec. 594. in fi. p. 1. Ita vt ſolum publi-
19 cum debeat eſſe liberum † vſque ad cœlum, ad hoc
vt proſpectus alicui non impediatur: Specul. Bart.
Cæpoll. Coraſ. & alij per Surd. conſil. 137. n. 1. & 14.
20 lib. 1. vbi etiam † de aere, qui non poteſt occupari
perpetuò, cum vſus illius ſit communis. l. iniuria-
rum act. o. §. fi. ff. ne quid in flum. publ. Bald. in l. item
lapilli. in prin. ff. de rer. diuiſ. Cæpoll. de aer. in princ.
21 † Ita vt etiam poſſit conueniri actione iniuriarum,
qui prohibet, vel non patitur in mari piſcari, in pu-
blicum lauare, vel in cauea publica ſedere, vel in
quo alio loco agere, ſedere, aut conuerſari, & re ſua
vti, idem ſi quis prohibeat piſcari ante ædes ſuas, &
prætorium ſuum, cum mare ſit commune omnium,
& littora, ſicut aer, l. iniuriarum, §. quæ iure poteſta-
tis, vſque ad fi. ff. de iniur.

Neque obſtat, quod permittatur cuilibet in loco pro-
prio facere quidquid vult ad vtilitatem ſuam,
22 † dummodo non ad æmulationem, quamuis al-
teri præiudicetur, cum non principaliter fiat ani-
mo nocendi: Aym. conſil. 80. nu. 2. Quia procedit in
ædificio facto in ſuo, cum aliud ſit in ſolo publico,
23 † quod non permittitur in præiudicium priuati:
Boſſ. de via public. nu 5. Cum etiam neque hoc li-
citum ſit, quamuis alicui non noceret: Surd. deciſ.
42. nu. 7. in fin. Ideo in iſtis requiritur licentia Prin-
cipis, l. 2. §. meritò, & l. ſi quis à principe, ff. ne quid in
loc. public. l. prohibitio, §. plane. vbi Bart. ff. quod vi aut
clam. Cæpoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap. 60.

Et quoniam ſupra num. 4. dictum fuit, quod rigor ſer-
uandus eſt Iudæis, non æquitas. Addendum eſt ve-
24 riorem, & magis receptam opinionem eſſe, † quod
immo eis debet ſeruari æquitas, nam cauſæ Iudæo-
rum ſunt tractandæ ſecundum iura Romana, & ſic
ſecundum ius commune, immo etiam ſecundum
æquitatem iuris Canonici, quod ius quantum atti-
net ad iudicia contentioſa illos non excludit: Natt.
conſ. 620. & 621. Rip. in l. ſi inſulam, nu. 90. de verb.
oblig. Tiraq. de iur. primogenit. qu. 60. n. 7. Seraphin.
priuileg. iuram. 48. nu. 17. vbi etiam ex hoc conclu-
25 dit, † quod quamuis purgatio moræ ſit fundata
in æquitate, l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verb. oblig.
Roland. conſi 35. n. 52. lib. 2. Tamẽ iſta purgatio mo-
26 ræ competit Iudæo: † Curt. Iun in l. fin. n. 4. & 5. C. de
edend. & in l. admonendi, n. 72. ff. de iureiurand. Ioan.
Anib. in l. naturaliter, nu. 17 ff de vſucapion. & in l. ſi
inſulam, nu. 19. & ibi Crot. n. 8. ff. de verb. oblig. tom.
6. fol. 405. Surd. de aliment. tit. 2. qu. 15. nu. 79. Cor-
bul. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. limit. 41. n. 1.
in fin fol 506. Roland. conſi. 35. num. 52. lib. 2. Martin.
Benechendor. in addit. ad Seraph. priuileg. iuram. 48.
27 nu. 21. vſque ad 29. Ideo † etiam Iudæi minores re-
ſtituuntur, gaudent immunitate Eccleſiæ, ſi deſit
ſimulatio, habent priuilegium tacitæ hypothecæ
pro dote, & in vniuerſum tenentur legibus, & ſta-
tutis locorum, & debent obſeruare ſolemnitates in
eis requiſitas, provt late omnes prædictos caſus
comprobat Tiraq. de iur. primogenit. qu. 66. num. 7.
28 vſque ad 2c. † vbi etiam addit, quod Iudæi poſſunt
ſe tueri remedio præſcriptionis: Gloſſ. in l. ſi fur. §.
1. vbi Imol. ff. de vſucapionib. Intelligendo quo ad res
Chriſtianorum, ſecus quo ad res eccleſiæ, quas
29 non poſſunt præſcribere: Gloſ. † in cap. porro, in verb.
in cauſa, 16. qu. 3. Rom. ſing. 822. incip. an Iudæus poſ-
ſit, n. 1. Epiſc Iſernien. practicab. eccleſiaſtic. qu. 348. n.
2. Quare etiam Iudæis competit beneficium ſtatu-
30 ti de retractu: † Maſcard. de Iudæis, cap. 2. p. 2. nu. 7.
in fin. Ideo etiam habent filios in poteſtate: Cle-
mẽt. de patr. poteſtat. effect. 7. n. 6. Paſcal. de virib. patr.
poteſt. c. 7. nu. 9. Ita vt paruuli Iudæorum non poſ-
31 ſint baptizari inuitis parentibus, † immo nec poſt
mortẽ patris reluctante matre, & tutore: D. Thom.
2. 2. quæſt. 10. art. 10. Afflict. deciſ. 151. Natt. conſil.
434. per tot. Nauarr. conſ. 4. n. 17. & 18. de controuerſ.
infidel. p. 1. lib. 3. cum aliis per Paſcal. de virib. patr.
poteſt. cap. 7. num. 2. vſque ad 6. Intelligendo tamen
32 † dummodo paruulus non ſit pubertati proximus,
& doli capax, nam tunc non attenditur contradi-
ctio parentum: Simanc. de catholic. inſtitut. tit. 19. n.
55. Dicetur autem pubertati proximus quando ha-
33 beret vſum rationis, † & annum decimum: Burſat.
conſ. 231. nu. 4. cum ſeq. lib. 3. Natt. conſ. 434. num. 16.
Paſcal. d. c. 7. nu. 6.

Quare etiam Iudæi pacificè viuentes ſine cauſa non
ſunt expellendi per Principes è ciuitatibus, & lo-
34 cis, † in quibus morantur: Oldrad. conſ. 87. & conſ.
264. Anchar. in c. peccatum, nu. 14. de reg. iur. in ſexto.
Abb. in cap. quod ſuper. col. fi. vltimo quæritur. & ibi
Innoc. & Imol. de vot. & vot. redempt. Alex. conſ. 99.
col. fin. lib. 6. Roland. conſ. 25. n. 28. cum ſeq. lib. 3. Becc.
conſi. 84. n. 8. Natt. conſi. 260. nu. 22. Surd. conſil. 174.
nu. 3. lib. 2. & conſi. 498. nu. 1 lib. 4. Cremenſ. ſing. 59.
in fin. Corſett. de poteſt. reg. p. vlt. q. 181. colum. fi. Mar-
ſil. conſ. 101. n. 54. Anan. in cap. & ſi Iudæos de Iudæis.
Iaſ. in l. apud Iulianus, §. conſtat, col. 7. in glo. in verb.
non debet, ff. de legat. 1. Bald. conſ. 428. lib. 5. Picus,
in l. qui ſe patris, nu. 6. C. vnde liber. Aret. in cap. licet
35 vniuerſis, in 1. notab. de teſtib. † Ita vt etiam illis indi-
gẽtibus ſit facienda eleemoſyna: Alex. conſ 99. in fi.
lib. 6. Rolan. conſil. 25. n. 32. lib. 3. Becc. conſ. 84. nu. 8.
Natt. conſ. 620. n. 22. Marſill. conſ. 101. n. 56. Maſcard.
de Iudæis, p. 1. c. 7. iuxta c. quieſcamus, & ibi Glo. in
verb. poſtulat. 42. diſtinct. cap. non ſatis, & ibi Gloſ. in
verb. liberalitas, 86. diſtinct. cap ſi cupis, vbi Gloſſ. in
verb. qua indifferenter, 16. qu. 1. vbi etiã quod eſt dãda
excõmunicato, c. quoniam multos, 11. qu. 3. c. quã pie,
n. 1. q. 2. c. ita plane, 23. q. 4. cap. non æſtimamus, 13. q. 2.

Verum ſanctiſſimæ memoriæ Pius V. in ſua conſti-
tutione, de qua in bullario nono, num. 80. præcepit,
vt omnes, & ſinguli vtriuſque ſexus Hebræi di-
ſcedant ab omnibus locis dominij Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ, eiuſque ſubditorum prærerquam
36 † ab Vrbe Romæ, & ciuitate Anconæ, ita vt
quando-

quandocumque in eis inuenti fuerint; rebus omnibus ſpolientur,& Fiſci iuribus applicentur, mancipia Romanæ Eccleſiæ fiant, & in perpetuam ſeruitutem redigantur, quæ omnia ſummus ille Pontifex ſtatuit, non ſolum propter multa vſurarum genera, quibus Hebræi egentium Christianorum ſubſtantiam vſquequaque exinaniuerunt, ſed quia perſpicuum ſatis putauit eos furum, & latronum receptores,atque participes, qui quaſque res ab iis ſurreptas, & interuerſas, non modo profanas, ſed etiam diuino cultui ſeruientes, ne internoſcantur, aut ad tempus ſupprimere, aut aliò transferre, aut omninò transformare conantur, plerique etiam ſpecie tractandæ rei proprio exercitio conuenientis honeſtarum mulierum domos ambientes, multas turpiſſimis lenociniis præcipitant, quodque omnium pernicioſiſſimum eſt, ſortilegiis, incantationibus, magicíſque ſuperſtitionibus, & maleficiis dediti, quamplurimos incautos, atque infirmos Satanæ præſtigiis inducunt,qui credant euentura prænunciari,furta,theſauros,res abditas reuelari, multaque præterea cognoſci poſſe, quorum ne inueſtigãdi quidem facultas ylli omnino mortalium eſt permiſſa. Cum etiam idem Pontifex cognitum ſatis, & exploratum habuerit, quam indignè Chriſti nomen hæc peruerſa progenies ferat, quàm infeſta omnibus ſit, qui hoc nomine cenſentur, quibus denique dolis illorum vitæ inſidietur, cum aliis latè in eadem conſtitutione contentis, edita calendis Martij, 1593.

Idem ſtatuit felicis recordationis Clemens VIII. in ſua conſtitutione,de qua *in bullario nono,nu.19.§.6.*
37 † vbi quo ad expulſionem Iudæorum confirmauit conſtitutionem Pij V. cum omnibus ibi contentis, Auenionen. Anconitan ciuitatibus dumtaxat exceptis,motus ob eaſdem cauſas, & ob exceſſus enormes, quos quotidie committunt, reddentes pietati Chriſtianæ iniuriam pro gratia, cum aliiſde quibus latius *in eadem conſtitutione, in princ. & §.3.& 5.*

Poſtea idem Clemens VIII. volens cum Iudæis ipſis benignius agere, & ſubditorum commodo pro-
38 ſpicere, tanquam † compertum ſit ex Iudæorum commercio plurimum vtilitatis ſtatui eccleſiaſtico afferri,auctoritate Apoſtolica conceſſit vniuerſis,& ſingulis Hebræis, vt ad quæcumque eiuſdem ſtatus eccleſiaſtici loca, & ciuitates licitè, & liberè valeant tam nundinarum, quàm emporiorum temporibus, ac alias quandocumque cum mercibus cuiuſcumque generis accedere, vendere, & mercari, ac alias negotiari, dummodo nullo modo in his domicilium habere, vel contrahere poſſint, mandando omnibus, ad quos ſpectat, vt eoſdem Iudæos permittant vndique libere tranſire quamuis ſignum in itinere non deferant, ac pro mercibus, & negotiis huiuſmodi in nundinis, & emporiis, ac alias in dictis locis morari, tractare, ac negotiari, dummodo non habeant permanens domicilium, vt dictum eſt, & latius continetur in breui Sanctiſſimi impreſſo 2. Iulii,1593.

Huius indulti prætextu erexerunt Iudæi ſynagogam in vna ciuitate ſtatus Eccleſiaſtici, ad quam acceſſerunt negotiandi cauſa, prætendentes, quod per remiſſionem exilij & conceſſionem redeundi, ſit eis etiam permiſſum ſynagogam aperire, & omiſſis multis,quæ poſſent dici, cum in alio capite particulari latius de hoc dicẽdum ſit,in præfato dubio dixi non potuiſſe talem ſynagogam aperiri, quia
39 remiſſio exilij,† & expulſionis fuit ſolum limitata ad accedendum occaſione mercandi, negotiandi, & vendendi, dummodo non contrahatur domicilium,vnde non poterat talis conceſſio extendi ad erectionem ſynagogæ, quæ requirebat ſpecialem expreſſionẽ, vnde limitata diſpoſitio debebat producere effectum limitatum, *l.cancellauerat,ff.de his quæ in teſtam.delent.l.cum ſeruo,in princ.ff.de contrah. empt.l.in agris,ff.de acquir.rer.domin.* Neuiz.*conſ.52. n.34.& conſ.66.n.32.* Surd.*conſ.195.n.8.lib.2..& conſ. 452.n.4.lib.3.* Tiraq *ceſſant.cauſ.p.1.n.147.* Felin. *in cap.cum ordinem,6.col.4.in princip. cum duab.ſeq. de reſcript.& in c.poſt ceſſionem,col.2.verſ.amplia primo, de probat.* Iaſ.*in l.age,in 2.notab. C.de tranſact.* Grat. *conſ.7.col.vlt.ad fi.lib.1.* & in reſtitutione Salic.*in l. 3.C.de ſent.paſſ.& in l.fin.n.11. verſ.2.caſu, C.eod.tit.*

Maxime quia iuxta conſtitutionem Pauli IV. de qua
40 *in bullario nono, n.3.§.2.* † diſponitur quod in ſingulis ciuitatibus,terris,& locis,in quibus Iudæi habitauerint vnicam tantum ſynagogam in loco ſolito habeant, nec aliam de nouo conſtruere, aut bona immobilia poſſidere poſſint, quinimo debeant omnes eorum ſynagogas, præter vnam tantum demoliri, & deuaſtare, ac bona immobilia, quæ ad præſens poſſident, infra tempus eis per ipſos Magiſtratus præfigendum, Chriſtianis vendere, Vnde cum ſecundum diſpoſitionem Pontificis Iudæi ſolum habitantes debeant habere vnam ſynagogam, non erit concedenda illis, qui non habitant, nec poſſunt habere domicilium, ſed ſolum morantur cauſa negotiandi in ciuitate,ad quam de licentia Papæ ſe transferunt, vt in dicto breui Clem.VIII die 2. Iulij 1593.

Neque obſtat, quod conſtitutio Pauli IV. non prohibet ſynagogam Iudæis,vbi non habitant,vnde tanquam non ſit expreſſum, remanet in diſpoſitione iuris communis, Quia ſatis hoc colligitur ex mente Summi Pontificis, qui conceſſit ex particulari priuilegio ſynagogam habitantibus, vnde non eſt dicendum, quod eodem modo voluerit iſtud priuilegium extendere ad eos, qui prohibentur habi-
41 tare, † cum etiam neque de iure communi poſſit Iudæis competere erectio ſynagogæ, nam iuxta illud ſolum eis permittitur reparare antiquas, *cap. Iudæi,3.& c.conſuluit,7 de Iudæis l.fin.C.eod.tit.* Ita vt neque poſſit immutari forma, tanquam non de-
42 beat fieri magis ampla, † aut pretioſa: Anan. *in d. cap.Iudæi,* Bertrand. *conſ.145.n.5.lib.2.p.2.* Adeo vt ſi contingeret ſynagogam funditus deſtrui, neque eſſet licita reædificatio, cum ſolum permittatur reparatio, quando minaretur ruinam, ſeu ex parte,
43 † non ex toto corruerit: Abb. *in cap.conſuluit, de Iudæis.* Quamuis ſecundum Anan. *ibid. num.5.& 6.*
44 contraria opinio admittatur, quaſi † remaneat area: Angel. *in §.hoc itaque,ad fin.de non alienand.*

Ideo in noua ciuitate, ad quam Iudæi vadunt non
45 poterit erigi noua ſynagoga: † Ægidius & Ananias *ex dict. cap.Iudæi,3.n.2.de Iudæis.* vbi Card.ſubdit, quod requiritur licentia Papæ, cum Epiſcopus non poſſet dare licentiam erigendi ſynagogam:
46 Ioan.Andr.*in d.c.Iudæi.ad med.* Butr.*num.4.*† quidquid aliud ſit, quando daret licentiam complendi
47 inceptam,† quia tunc poſſet: Anan. *in cap.Iudæi,3. in fin. de Iudæis.*

Amplius ſi poſt expulſionem Iudæorum factam à Pio V. fuiſſent reſtituti ad loca expulſa non ſolum occaſione mercium, & ſimplicis acceſſus, prout fecit Clem. VIII. ſed pro habitando, & domiciliũ contrahendo, Tamen tales Iudæi reſtituti cenſerentur
48 noui homines, † & noua vniuerſitas non ſolum quoad actum, ſed etiam quo ad habitum, ita vt tanquam noua, & diſtincta ab illa veteri vniuerſitate, non gaudeat bonis expulſorũ, neque illorum iuribus, nec teneatur ad vetera onera, ſed opus ſit noua erectione, & nouis legibus, vt in ſpecie concludit Bertr. *conſ.* 92. *n.* 14. *vſque ad* 21. *lib.* 5. *p.* 1. vbi de Iudæis expulſis à Ioan. XXII. à Ciuitate Carpentoratenſi, & poſtea reintegratis per Summos Pontifices, ſubdens, quod contraria procedunt
49 quando † per caſum omnes Iudæi periiſſent, & in eorum locum alij ſubrogarentur, tunc enim eſſet eadem vniuerſitas, & gauderet legibus antiquæ vniuerſitatis, & regeretur ſecundum illas, & onera antiqua ſubiret, cum ſecus ſit in deſtructione facta mandato Papæ. vt ibid. latius per eum iuxta *l. ſicut,* §. *in decurionib.* vbi Caſtr. Bald. Ang. & alij, *ff quod cuiuſque vniuerſ. nomin.* Hoſt. & Ioan. Andr. *in c. cum inuncto, de nou. oper. nunc.*

Cum igitur ſint noui homines, non poterunt aliquid facere abſque licentia Principis, ſine qua neque in eorum facultate erit nouas ſynagogas erigere, cum
50 † vt dictum eſt, conſenſus Papæ in tali erectione requiratur, prout idem erit in nouis legibus, & priuilegiis, cum illis non ſuffragentur antiqua, quæ habebant expulſi abſque noua conceſſione, & confirmatione Summi Pontificis.

Et multis de ſimilibus expulſionibus adducuntur per Doctores, & hiſtoriographos, inter quas eſt memo-
51 randa illa Ferdinandi Regis Hiſpaniarũ, † qui mandauit expelli omnes Iudæos, qui fuerunt quatuor centũ, & viginti mille, ita vt nullus Iudæus remanſerit in Hiſpaniis, cum omnes miſſi ſunt ad terras infidelium Adeo vt etiã Inquiſitores excommunicent Præſides Prouinciarum, ſi permittant illos venire: Arnald. Albertin. *in rubr. de hæretic. nu.* 6. *tom.* 5.
52 *fol.* 334. † Prout etiam Philippus Rex Franciæ, de anno 1182. omnes Iudæos expulit è regno Francorum: Guagnin. *in eius vita.* Ex ea *in cap. canonum ſta-*
53 *tuta, num.* 254. *cum ſeq. de conſtitut tom.* 2. *fol.* 89. † Et paſſim excluſi ſunt Iudæi ab omnibus dignitatibus, honoribus, functionibus, & congreſſibus Chriſtianorum, fuitque lege vetitum, ne quis Chriſtianus munera à Iudæo ſuſciperet, ad alloquium etiam Pontificum nunquam ſunt admiſſi, neque conceſſum, vt in ſcamnis ſederent, ſed in pauimento merces ſuas exponere cogebantur. Paulus Diaconus.

EPITOME.

Teſtator quando poſſit blanditiis allici ad teſtandum ad fauorem alicuius. ¶ Et quid ſi prius alium inſtituiſſet. ¶ Et an tunc detur actio de dolo. ¶ Teſtamentum conditum ad interrogationem alterius, quam notarij, an ſit validum. ¶ Saltem iure fideicommiſſi, & codicillorum. ¶ Etiam quod tractaretur de reuocatione primi. ¶ Et quando illud cenſeatur ſublatum per ſecundum cum omnibus ibi contentis. ¶ Subſtitutus alicui ſi ſine liberis deceſſerit, an admittatur illis non exiſtentibus. ¶ Et quando cenſeatur vocatus in eorum defectum. ¶ Subſtitutio vltima fœminarum, quo caſu ſit ſubordinata ad præcedentem, ita vt quemadmodum vocatio maſculorum eſt relata ad tempus mortis inſtitutorum, ita etiam ad idem tempus referatur vocatio fœminarum, & ſic facta ſolum non exiſtentibus maſculis. ¶ Dictio ac etiam, quando implicet, & repetat qualitates præcedentes ¶ Vel ſtet ampliatiuè, & augmentatiuè. ¶ Et includat etiam diuerſas ſpecies ab expreſſis. ¶ Exiſtentis vnius ex hæredibus an operetur, vt non ſit purificata conditio expreſſa ad fauorem ſubſtituti, quamuis non ſit hæres, & non ſuccedat. ¶ Et quid in conditione tacita. ¶ Exhæredatio quando faciat filium haberi pro mortuo etiam ad impediendam ſucceſſionem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Per ſecundum teſtamentum eſt ſublatum primum ipſo iure, quod non reconualeſcit licet ſecundum ſit irritum, n.* 1. *Et omnia in primo diſpoſita cenſentur reuocata, niſi repetantur, nu.* 3.

4 *Teſtator poteſt blanditiis allici ad teſtandum, & ſibi relinquendum, ſecus ſi prius ad alterius fauorem diſpoſuiſſet, quia tunc daretur actio de dolo, nu.* 5. 6. *&* 7. *Intellige vt nu.* 8 9. *&* 10.

11 *Teſtamentum eſt validum, quamuis ſit conditum ad interrogationem alterius, quam notarij, etiam quod tractaretur de reuocatione primi, num.* 12. *Et poteſt etiam valere iure fideicommiſſi. & codicillorum, n.* 13. *Declara vt nu.* 15.

14 *Fideicommiſſa poſſunt ſolo nutu relinqui.*

16 *Subſtitutus alteri ſi ſine liberis deceſſerit non admittitur illis exiſtentibus, ſecus ſi vocetur in defectum liberorum. Amplia vt num.* 17.

18 *Subſtitutio vltima fœminarum quando ſit ſubordinata ad præcedentem, ita vt quemadmodũ vocatio maſculorum eſt relata ad tempus mortis inſtitutorum, ita etiam ad idem tempus referatur vocatio fœminarũ, & ſic facta ſolum maſculis non exiſtentibus, n.* 19.

20 *Clauſula ac etiam, implicat & repetit qualitates præcedentes, n.* 21. *Aliquando tamen ſtat ampliatiuè & augmentatiuè, nu.* 22. *Et includit etiam diuerſas ſpecies ab expreſſis, nu* 22.

24 *Exiſtentia vnius ex hæredibus inſtitutis facit, vt non ſit purificata conditio expreſſa ad fauorem ſubſtituti, quamuis etiam non eſſet hæres, & non ſuccederet, n.* 25. *Et quid in tacita, nu.* 26.

27 *In conditionibus voluntariis merum factum inſpicitur, licet illud non ſortiatur effectum.*

28 *Exhæredatio valida facit filiũ haberi pro mortuo, ſecus ad effectum impediendi, ne alius ſuccedat, n.* 29.

30 *Renunciatio non extenditur ad perſonas non expreſſas.*

CAPVT DCLIX.

Circa primum teſtamentum exhibitum verius eſt illud non eſſe attendendum, quia conſtat teſtatorem condidiſſe ſecundum, per
1 † quod ipſo iure primum eſt ſublatum, quamuis etiam clauſulam codicillarem, & etiamſi poſterius teſtamentum ſit de iure ſpeciali, & quamuis in ſecundo non ſit facta mentio de priori, cum non ſit opus, quod poſteriore apponatur clauſula illa caſſans, & irritans omne illud teſtamentum: Dec. *conſ.* 475. *in cauſa quæ mouetur, num.* 1. *&* 2. iuxta *l. ſi quis priore ff. ad trebell. l. ſancimus, C. de teſta. l. eius militis,* §. *fin. ff. de teſtam. milit.* Gloſſ. *in cap.* 1. *de conſtitut. in ſexto.* Aret. *in* §. *poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſtam.*

teſtam. infir. Ang. *conſi.* 258 *teſtat. fecit.* Alcia. *conſ.* 66.
n. 1. *conſi.* 68. *n.* 2. *li.* 9. Card. Manti. *de coniect. vlt. vo-*
2 *lunt. li.* 12. *tit.* 1. *nu.* 37 *&* 43. vbi † etiam, quod pri-
mum non reconualeſcit, quamuis ſecundum irri-
tū fiat. Bald. *in l. militis codicillis, §. fi. ff. de milita. te-*
ſta. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, n.* 307. *C.*
3 *de reuocand. donatio.* Ita vt omnia legata, † & alia di-
ſpoſita in primo teſtamento cenſeātur repetita in
ſecundo, licet fuerit inſtitutus idem hæres, niſi fiat
expreſſa repetitio, cum requiratur eorum confir-
matio in ſpecie, vel ſaltem in genere. *l. niſi, §. item ſi*
ipſe ff. ſi cui plusquam per leg. falcid. Caſtr. *in l. here-*
des palam. § ſi quid, ff. de teſtament. Nat. *conſi.* 484. *n.*
4. *&* 5. Card. Mantic. *d. tit. n.* 37. Curt. Iun. *conſi.* 163.
n. 13. *cum ſeq.* iuxta doctrinam Dyn. & Bart. com-
muniter receptam *in l. Statius Florus, in princ. Cod.*
de iur. fiſc. Alexand *conſi.* 70. *lib.* 2. *& conſi.* 38. *lib.* 6.
Non obſtat, quod ſecundum teſtamentum non tol-
lat primum, tamquam fuerit factum contempla-
4 tione alterius ſuadētis mutationem primi, † Quia
non eſt prohibitum blanditijs allicere teſtatorem
ad ita teſtandum, & ſibi relinquendum, cùm liceat
rem ſuam bene agere fraude omiſſā: Gloſſ. *in l.*
non eſt enim, 4. in verb. delinimentis, inſi. ff. de inoffic.
teſtament & in l. quidquid, 7. in verb. non acquiſie-
rint, ad med. vbi Cyn. *nu.* 1. *ver. quidam modernio-*
res, C. arbitr. tutel. & eſt text. *in l. fi. ff. ſi quis aliq.*
teſtar. prohibuer. l. vltim. C. eadem tit. latè Dec. *conſi.*
489 *in caſu occurrenti in terra, nu.* 6. *vſque ad deci-*
mum. Franc. *deci.* 180. *nu.* 1. Guliel. Benedict. *in cap.*
Raynutius, in verb. condidit il ſecundo, nu. 25. *de teſta-*
ment. Caualcan. *de tutor. num.* 179. *&* 280. Addit. ad
Matthæſil. *ſingul.* 44 *num.* 14. *&* 15. Bellom. *conſi.* 73.
num. 7. Spec. *de teſtam. in rub. gloſ.* 2. *num* 9 *ad med.*
Poſſet tamen pro validitate primi teſtamenti conſi-
derari, quod quamuis permittatur inducere ali-
quem ad teſtandum blandis verbis, vt dictum eſt,
5 † Tamen hoc non procedit, quando, prout in ca-
ſu noſtro, teſtator fecisſet aliud teſtamentum, in
quo aliter diſpoſuiſſet, quia tunc talis blandiens
poſtremo inſtitutus teneretur actione de dolo
vocatis in primo teſtamento. Ang. *in l. fi. C. ſi quis*
aliq. teſtar. prohibuer. & in l. non eſt enim, ff. de inoffic.
teſtame. vbi quod ita fuit iudicatum Peruſij Ruin.
conſi. 73. *n.* 5. *li.* 2. Marſil. *ſing.* 526. *licitum eſt vnicuiq;*
6 *n.* 1. † vbi quod eſt tenēdum menti, quia bis in an-
no occurrit talis caſus in ſuâ ciuitate: Lup. *in rubr.*
de donatio. int. vir. & vxor. §. 81. *n.* 11. *ad med. ver. ve-*
rum eſt niſi teſtator fol. 214. Menoch. *de arbitrar. caſ.*
395. *nu.* 43. *fo.* 328. Flau. Amendol. *in addit. ad Franc.*
7 *deci.* 180. *nu.* 8 Soc. Iun. *conſi.* 148. *n.* 15. *li.* 2. † Maxi-
mè quando ad commodum alterius quis faceret
huiuſmodi blanditias, nam tunc magis præſumi-
tur dolus, quàm ſi ad vtilitatem propriam illæ fie-
rent, ad hoc vt ipſe inſtitueretur hæres & muta-
retur primum teſtamentum, cùm non ſit dolus
quærere proprium commodum, vt in ſpecie no-
tat Durand. *de art. teſtand. tit.* 11 *de acquir. vel re-*
pudiand. heredit. caut. 4. *num.* 4. *tom.* 8. *pa.* 3. *fol.* 142.
Sed iſta non videntur tuta, quia habent locum, quā-
8 do quis doloſè per falſas cauſas, † & ſuaſiones in-
duxiſſet teſtatorem ad ita teſtandum, ceu reuocā-
dum, quod prius diſpoſuit: Dec. *conſ.* 489. *in caſu oc-*
currenti, nu 6. *ad med.* vbi etiā quod talis dolus erit
probandus, *l. quoties, §. qui dolo ff. de probat.* Idem
ſequitur Afflict. *deci.* 69. *nu.* 8. vbi quod in ſua facti
9 ſpecie non adfuerunt ſimplices blanditiæ, † ſed

dolus & importunæ preces, & prouiſiones: Bene-
dict. *in c. Raynutius, in verb. condidit. il* 2. *nu.* 25. *in fi.*
de teſtam. poſt Cyn. *in l. quidquid. ad med. Cod. ar-*
bit. tutel. Caualcan. *de tutor. nu.* 280 *ad med.* Bald. *in*
l. ſi frater, C. qui teſtam. facer. poſſ. Spir. *de teſtam. in*
rubr. pa. 2. *n.* 9. *ad med.* Addit. ad Matthæſil. *ſing.* 44.
10 *num.* 14. *cum ſequ.* † vbi loquitur etiam in tutore,
& prælato: Franc. *deci.* 180. *per tot* Soarez. *alleg.* 20.
n. 30. Iaſ. *in l. fi.* quam reperit *in l.* 1 *nu.* 5. *ver. ſed in*
contrarium, C. ſi quis aliq. teſtar. prohibuer. Cæpoll.
caut. 36. *nu.* 1. latè Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.*
9. *vſque ad* 13 *fo.* 83. Decian. *conſi* 65. *nu.* 7. *lib.* 2 Pa-
riſ. *conſi.* 67. *numer.* 56. *lib.* 3. Cors. *conſi.* 319.
lib 4.
Quato diximus, quod valet teſtamentum conditum
11 ad interrogationem etiam † alterius, quàm nota-
rij: Gloſ. *in l. iubemus, §. oportet, in verb. quemadmo-*
dum, C. de teſtam. Imol. *in c. cū tibi, n* 3. *eod. tit.* Corn.
conſ. 77. *n.* 4. *li* 4 Ruin. *conſ.* 2. *n* 9. *ver. nec ibi, lat. li.* 2.
cum alijs late adductis per Menoc. *conſ.* 45. *n.* 1. *vſq;*
12 *ad* 15. *li.* 1. vbi amplіat procedere, † quamuis non
conſtaret, quod teſtator voluiſſet condere teſta-
mentum, & etiā ſi eſſemus in perſonā ſuſpectā, vt
marito, & ſimilibus, & quamuis etiam eſſemus in
reuocatione primi teſtamenti, Rom. *conſ.* 106. *in* 2.
dub. Alex. *conſ* 33. *n.* 12 *ver. & dicere, li.* 3. Ruin. *cōſ.*
12. *n.* 11. *li.* 2. Dec. *conſ.* 489 *n.* 9. Soc. Iun. *conſ.* 144. *n.*
13 56. *li.* 2. † Cum etiā poſſit valere huiuſmodi teſta-
mentum ad interrogationem alterius cōditum iu-
re fideicommiſſi vniuerſalis, & codicillorum. Bal.
in l. ex epiſtola, n. 4. *C. de fideicommiſſ.* Rip. *in l.* 1.
n. 37. *ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *§. ſi quis ita, n.* 12. vbi Crot.
n. 17 Alcia. *n.* 10. Bald. *Nouell. n.* 6. *ff. de verb. obligat.*
14 Menoc. *conſ.* 45. *n.* 14. *li.* 1. † Cum fideicommiſſa ſo-
lo nutu poſſint relinqui, *l. nutu, ff. de leg.* 3. Quid-
quid aliud ſit, quando vltra interrogationem fa-
15 ctā à perſonâ priuatâ, adeſſet aliqua ſuſpitio, † &
dolus, ex quo allicitur quis ad teſtandum, vt late
explicat Menoc. *conſ.* 45 *num.* 30 *vſque ad* 37. *lib.* 1.
Stāte igitur validitatē reuocationis primi teſtamēti,
videndum eſt an in ſecundo teſtamento fœminæ
cenſeātur vocatæ, & quidem pro illarum vocatio-
ne multùm facit, dum in eo adjicitur expreſſa cō-
16 ditio, & diſponitur, quod † deficientibus maſculis
fœminæ ſuccedāt, quæ verba cùm non ſint relata
ad tempus mortis maſculorum faciunt, vt quādo-
cunq; illis deficientibus admittitur ſubſtitutus,
quidquid aliud ſit, quando ſubſtitutio eſt facta ali-
cui ſi deceſſerit ſine liberis, tunc enim illis exiſtē-
tibus, tēpore mortis ſubſtitutus eſſet perpetuò ex-
cluſus, Iſta eſt communis diſtinctio Doctorum de
quā per Soc. *in l. ſolemus, n* 6. vbi Menoch. *in addit.*
in verb. defecta, ff. de conditio. & demonſtr. poſt Imol.
in l. ſed ſi ad tempus, §. penul. ff. ad Trebel. Iac. de Bel-
uiſ. *in l. ex facto, §. pen. ff. eod. tit.* Bello. *conſ.* 19. *n.* 3. *&*
4. Aym. *conſ.* 326 *n.* 16. *poſt princ. ver. & primo non*
procedit: Ruin. *conſ.* 132. *nu* 4. *poſt med. lib.* 3. *& conſi.*
175. *in fi. li.* 2. Paris. *conſ.* 18. *n.* 43. *li.* 2. Gabr. *conclu.* 7.
nu. 8. *de fideicommiſſ.* latè Dec. *conſi.* 490. *in caſu qui*
contingit, co. 3. *ad med. nu.* 8. *& conſi.* 594. *viſo teſta-*
mento, n. 6 *ver. & iſta concluſio:* Gabr. *conſ.* 117. *nu.* 6.
li. 1. Peregr. *de fideicōmmiſſ. art.* 15. *num.* 29. *fol.* 140.
Alex. *conſi* 43 *li.* 3. *alias eſt* 53. *conſideratis, nu.* 411. *&*
12. *li.* 6. *& conſi.* 101 *ſuper primo, nu.* 13. *li.* 7. Sim. de
Præt. *de interpret. vltim. volunt. li.* 3. *dubit.* 3. *ſolut.* 3.
n. 10 *in fi. fo.* 316. Trētacinq. *de ſubſtit. p.* 4. *c.* 7. *n.* 72.
Ruin. *ad l. cum auus, li.* 4. *c.* 2. *n.* 38. *de condit. & demō.*

ſtrat: Cardi. Manti. *de coniect. vltim. volunt. libr.* 11.
17 *titul.* 6. *numero* 7. † vbi etiam addit, quod quamuis teſtator primo loco videatur ſe retuliſſe ad tẽpus mortis, tamen ſi poſteà colligitur, quod magis conſiderauit defectum liberorum, ſubſtitutus deberet admitti iuxta conſilium Aymo. 316. *numero* 16. *ver. & primo non procedit.*

Verum poſſet dici pro excludenda vocatione fœminarum, quod iſta ſubſtitutio de fœminis in defectum maſculorum non eſt facta de per ſe, ſed
18 cum copulâ, ac etiam, † itavt videatur relata ad tempus mortis inſtitutorum, videlicet ad illa verba teſtamenti, in quo inſtituuntur Antonius, Marius, Franciſcus, & Octauius æquis portionibus, quomodocumq; deceſſerint, teſtator ſubſtituit æqualiter filios Fráciſci, & filios Simonis, ita quod præueniente caſu mortis præfatorum, de bonis ſic morientis medietas vna vadat filijs Franciſci, altera filijs Simonis ſuccedendo in ſtirpes, non in capita, ac etiam adiectâ conditione, quod deficientibus maſculis, fœminę ſuccedant nõ ſolum modo prædicto, ſed omni alio meliori modo, ex quibus verbis patet, quod iſta vltima ſubſtitutio fœminarum eſt ſubordinata ad præcedentem, ſtante præſertim copula, de cujus natura eſt conjungere copulata cum ſuis qualitatibus, adeò vt quẽadmodum vocatio maſculorum eſt relata ad tempus mortis inſtitutorum, ita etiam dicendum ſit, vt ad idem tempus referatur vocatio fœminarum, & ſic ſolùm ſit facta maſculis non exiſtentibus, vt in ſimili concludit Menoc. *conſi.* 399. *n.* 16. *&* 17. *li.* 4. poſt Anchar. *conſi.* 137. *n.* 1. Ruin. *conſi.* 102. *nu.* 7. *vſq; ad* 10. *li.* 2. & ita diſtinguit in ſpecie Peregrin.
19 † *de fideicommi. art.* 15. *n.* 31. *ad fi. ver. niſi ſaluando, fo.* 140. vbi ita declarat contrarias opiniones, quod non habeant locum ſtante clauſulâ *ac etiam*, quæ
20 implicat ac repetit qualitates præcedentes: † Aret. *in l. is cui bonis, in fi. ff. de verb. obligat.* Ruin. *conſi.* 53. *nu.* 2. *li.* 2. *& conſ.* 61. *n.* 9. *eodem li.* Nat. *conſ.* 476. *n.* 8. poſt Gloſſ. *in l. ſi contendat, ff. de fideiuſſoribus*, cum alijs per Corn. *conſi.* 14. *nu.* 4. *lib.* 3. latè Peregr. *de fideicommiſſ. arti.* 16. *numero* 13. *vſque ad* 21. *fol.* 144.

Quamuis neque hoc fundamentum vndequaque ſit
21 tutum, quia licet iſta dictio, † ac etiam, ſit repetitiua qualitatum, vt dictum eſt: Menoch. *præſumpt.* 180. *li.* 4. Tamen ſtat quoq; ampliatiuè, & argumẽ-
22 tatiuè: † Lap. *in c. licet* 11. *ante med. de priuil. in* 6. Gemin. *in c.* 1. *ne ſed. vacant. eodem lib. & conſi.* 125. *&* 132. Pariſ. *conſi.* 144. *nu.* 15. *li.* 4. *& conſi.* 46 *nu.* 30. *cum ſeq. eodem lib.* Ruin. *conſil.* 53. *num.* 19. *ad fi. ver. quod autem dictio lib.* Aret. *in ca. illis, de prebend. in* 6. Bertaz. *clau.* 4. *glo.* 17. *ad med. & clauſ.* 21. *gloſ.* 17. *nu.* 1. *& clauſ.* 27. *gloſ.* 16. *nu.* 1. Staphil. *de grat. exſpectatiu. col.* 4. *ver. circa, numer.* 20. *tom.* 15. *pa.* 1 *fol.* 87. Bermond. *de public. concubinar. in verbo etiam, tom.* 11. *pa.* 1. *fol.* 162. per text. *in l. centurio, ver. etiam propria bona filij ff. de vulgar. & pupil.* & notat quoque Pereg *de fideicommi. art.* 16. *nu.* 20. *ad med. ver. ſed hic ſubſiſtendum, fol.* 145. poſt Bart. *in l. Seia. §. Caio. in fi. ff. de fund. inſtruct.* Aym. *conſi.* 294. *col.* 8. *poſt med. ver. ſeptimo pondero, & in fi. ver. pro quo facit, num.* 7. vbi etiam quod non ſolùm ampliat, & au-
23 get, † ſed quod includit diuerſas ſpecies ab expreſſis: Ioan. And. *in ca. Romana, §. contrahentes, de for. compet. in* 6. Menoch. *conſil.* 496. *nume.* 65. *libr.* 5.

Ad excluſionem etiam fœminarum poſſet adduci exiſtentia Octauij vnius ex hæredibus inſtitutis,
24 quæ facet, vt non ſit purificata conditio, † prout requiritur ad effectum, vt veniant fœminæ ſubſtitutæ, quæ ſolum vocantur ad defectum maſculorum inſtitutorum, ideò ſufficit illum adeſſe, itavt per iſtam ſolam exiſtentiam excludatur ſubſtitutus, quamuis etiam non eſſet hæres, & non ſuccedat, *l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat.* 1. Caſtr. *conſil.* 14. *ſi contingat. in* 2. *dub. lib.* 1. *& conſil.* 152. *præſens dubium, colum.* 7. *ven. eodem lib. & conſi.* 280. *præſuppoſito ſtatuto, col.* 2. *ad fi. lib.* 2. Corn. *conſi.* 180. *co.* 4. *li.* 4. Calcan. *conſi.* 96. *co.* 3. Aym. *conſi.* 62. *nu.* 2. Io. de Anan. *conſi.* 22. *nu.* 3. Soc. *conſi.* 182 *co.* 1. *li.* 2. Iaſ. *in l. precibus, n.* 6. *C. de impuber. & alijs ſubſtitutio.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunta. li.* 11. *tit.*
25 6. *nu.* 14. † vbi etiam addit, quod quando ſumus in expreſſâ conditione, prout eſt iſta, de quâ agimus, ceſſat omnis dubitatio iuxta *l. cum filiusfamilias, §.*
26 *cũ quis ff. de legat.* 1. † Quidquid alij dubitent in tacitâ conditione, vt per Alexand. *in l. centurio. numero* 60. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Socin. *in l. cum auus, nume.* 65. *ad fi. ff. de conditio. & demonſtrat.*

Nec facit, quod etiam in conditione expreſſa ſubſtitutus non debeat excludi, quãdo filij non ſunt hæredes, & non ſuccedunt, tanquam illorum fauore cenſeatur poſita conditio, vnde cum ipſi non ſuccedunt, ceſſat eorum fauor, & per conſequens ſub-
27 ſtitutus admittitur. † Quia in conditionibus voluntarijs, merum factum inſpicitur, licet illud non ſortiatur iuris effectum *l. qui heredi & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtrat.* Vnde ad excluſionem ſubſtituti ſufficiet ſola ſuperexiſtentia, quamuis ſit talis, qui non ſuccedit, vel abſtinet, vel repudiat, cum præſertim non excludatur ſubſtitutus per ipſos filios, vel alios poſitos in conditione, ſed per defectum ipſius conditionis, & ideò fruſtrà quæritur an ſuccedat, vt concludit in ſpecie Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. li.* 11. *tit.* 6. *num.*
28 14. *&* 15. † vbi etiam ampliat ad filium exhæredatum, qui licet habeatur pro mortuo, quando exhæredatio eſt valida, Bar. *in l.* 1. *§. ſi pater. ad med. ff. de coniungend. cum emancip. libr.* tamen aliud eſt, quando ille, qui eſt exhæredatus impedit alium
29 ſuccedere, † nam tũc facit deficere cõditionem diſpoſitionis, ex quâ alter vult ſuccedere, vnde non inſpicitur an ſit exhæredatus, vel non, ſed an exiſtat nec ne, *l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat.* 1.

Accedat, quod renunciatio facta per Octauium eſt
30 ad fauorem Horatij, & hæredum, † ideo non poteſt trahi ad fauorem aduerſarij, cùm non extendatur vltra perſonas expreſſas, neque enim prodeſt alijs, niſi illis quibus fit: Bald. & Caſtren. *in l. pactum, C. de collat.* Ruin *conſil.* 98. *numero* 17. *libro* 1. Marcobrun, *conſil. numero* 249. Surd. *conſi.* 446. *numero* 14. *cum ſequent. libro* 3. Honded. *conſil.* 56. *numero* 19. *libro* 1. *& conſil.* 29. *numero* 107. *eod. lib.* Bertrand. *conſi.* 233. *n.* 2. *li.* 9. Pari. *conſi.* 12. *n.* 90. *li.* 1.

Ex quibus videtur dubia reſolutio facta pro vocatione fœminarum, cùm ad illas excludendas militent rationes ſuprà adductę, quę multum faciunt pro firmandâ opinione contra fœminas, quod non cenſentur vocatę, Ideò omnia hinc inde eſſent rectius conſideranda, cùm hæc dixerim, vt magis veritas appareat, & ne aliquod damnum reſultet, quod poſteà in diſputatione dubij, & progreſſu cauſæ non fuerit præuiſum.

EPITO-

EPITOME.

Paupertas quando probetur per familiares, & vicinos deponentes, quod quis non habet niſi talia bona, & ſi plura haberet ipſi ſcircnt. ¶ Et quid ſi agatur de probandâ paupertate ad certum effectum ſtante clauſulâ conſtito de paupertate. ¶ Et quo caſu admittantur præſumptiuæ probationes ad illam probandam. ¶ Vel debeant eſſe concludentes, & veræ. ¶ Excommunicatio ob non ſolutionem debiti, quando ſit relaxanda probatâ paupertate ¶ Vxor immiſſa in poſſeſſionem bonorum mariti vergentis ad inopiam pro aſſecurandâ ſuâ dote, an dicatur verè poſſidere. ¶ Et quando illa ſint æſtimanda, ne retineat plus quàm ei ſit debitum. ¶ Et an hoc caſu poſſint creditores vxori offerre ſuum creditum ad hoc, vt bona capta dimittat. ¶ Exceptio ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, an ſit dilatoria, ſeu peremptoria, ita vt excipiens liberetur quamuis peruenerit ad pinguiorem fortunam. ¶ Et quando licite opponatur poſt ſententias ad illarum executionem impediendam. ¶ Et quid ſi de ea fuit prius in iudicio cognitū. ¶ Et quid in exceptione inuentarij, compenſationis, & ſimilis, quæ non impugnat ſententiam, ſed modificat effectum illius.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas probatur per familiares, & vicinos deponentes, quod quis non habet, niſi talia bona, & ſi plus haberet ipſi ſcirent, num. 1. 3. 4. 8. & 11. Idem in probatione diuitiarum, num. 5.*

6 *Fuga debitoris, ne in manus curiæ deueniat, eſt adminiculum coadiuuans probationem paupertatis.*

7 *Aſſertio debitoris, quod non habet, niſi bona per eum deſcripta iuncta cum alijs adminiculis probat paupertatem, quoad effectum transferendi probationem in eum, qui dicit plura bona extare.*

9 *Excommunicatio ob non ſolutionem debiti relaxatur probata paupertate, neque in hoc caſu facultates Auditoris Cameræ habent locum, num. 10.*

12 *Vxor immiſſa in poſſeſſionem bonorum mariti pro aſſecuranda ſua dote dicitur illa verè poſſidere, non ad alienandū, ſed ad alendū ſe ſuoſq; liberos, n. 16.*

13 *Creditores non poſſunt offerre dotem vxori, quæ fuit aſſecurata ſuper bonis ſui viri ob vergentiam illius ad inopiam quidquid aliud ſit poſt ſolutum matrimonium.*

14 *Bona mariti vergentis ad inopiam capta per vxorem pro aſſecuratione ſuarum dotium ſunt æſtimāda, ne retineat plus quam ei ſit debitum, & probatio ſpectat ad illum, qui prætendit maiorem valorem, nu. 15.*

17 *Clauſula cōſtito de paupertate operatur, vt illa ſit probanda in ſpecie habito reſpectu, ad id, quod petitur.*

18 *Probatio concludens, & vera requiritur, non autem præſumptiua ſtante clauſula conſtito de paupertate. Declara, vt numero 19.*

20 *Exceptio, ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, licitè opponitur poſt ſententias ad illarum executionem impediendam, Fallit ſi de ea prius fuit in iudicio cognitum, & de reiectione appareat, numero 23. 24. & 25.*

21 *Exceptio non impugnans ſententiam, ſed modificans effectum illius poteſt quandocumque opponi.*

22 *Exceptio ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, non eſt peremptoria, ſed dilatoria, & excipiens non liberatur ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

26 *Inuentarium eximit hæredem, ne conueniatur vltra vires hæreditarias*

27 *Exceptio inuentarij poteſt opponi ad impediendam exequutionem ſententiæ, Declara vt numero 29.*

29 *Compenſatio licitè opponitur poſt ſententiam. Intellige vt numero 30.*

CAPVT DCLX.

INter alios modos probandi paupertatem, admittitur ille pro meliori, & tutiori, quando familiares, ſeu vicini, vel coniuncti, vel informati de bonis alicuius deponunt, quod quis non habet ni-
1 ſi talia bona, & ſi plus haberet, † ipſi ſcirent ob præſumptionem dictæ vicinitatis, ſeu familiaritatis, quæ facit, vt talis notitia in eis cadat, vt in propoſito notat Roman *conſ. 291. n. 9* Couar. *var. reſol. li. 2. c. 6. col. 7 poſt med. ver. cæterum paupertas, n. 8* vbi quod eſt notandum, tanquā ſit rectus modus pro-
2 bandi negatiuam iuxta † Gloſ. ſingularem *in §. hinc nobis ingreſſa ver. ſi vero abſint aliqui, in verb. & vidiſſe, in ſi auth. de hæred. & falcid & in l. 1. in prin. in verb an non in fi. ff. de itin. actuq. priu. & in l. 2. in verb ſine quæſt. C. quand. fiſc. vel priuat. debitor. ſuos debitor. conuenir. poſſ.* Caſtr. *in l. 1. in fi ff ſi cert. pet.* Lanfran. *in c quoniam contra, n. 14 de proba* Rip *in c. cū eccleſia Sutrina, n. 86. de cau. poſſeſ. & proprie.* Rot. corā R. P. D. Buratto Romana grani, 11. April 1614. quæ eſt *dec 573. n. 1. p. 1. in recentioribus*, & duplicata *dec. 532. n. 2. in recentior.* & notat etiam Ang.
3 *in d. §. hinc nobis n. 19 auth. de hæredib & falci.* † vbi quod hoc modo melius probatur, quàm vllo alio, cùm tales familiares, & vicini præſumantur ſcire facta familiarium, & vicinorum, ideò ſi vicinus & familiaris interrogetur, an quis ſit pauper, proba-
4 bit, ſi reſpondeat, quod ſic, quia eſt familiaris, † & vicinus, Bart *& alij in l. 2. C. quand. fiſc. vel priuat.* Idem Bart. *in l. 1. num. 15. ver. quare quid in iſto.* vbi
5 Alex. *nu. 6.* Purpur. *nu. 62. ff ſi certum petatur.* † qui etiā loquuntur in probatione diuitiarum, quę admittitur, quando teſtis reddit rationem, quia domeſticus, vel vicinus aut coniunctus Bald *in l facultat, numer. 7. C. de iur. fiſc. lib. 10.* Alex. *conſil. 50. numero 17. libro 5. & conſil. 70. numero 7. libro 2.*

Quæ magis procedunt, quando vltra prædicta adeſt etiam aliqua pręſumptio, videlicet fugę debitoris,
6 † ne in manus curiæ deueniat, *l. in fundo 39.* & ibi Ang. *n. 2. ff de rei vendic.* cum ſimilibus coniecturis, de quibus per Bertazzol. *conſi. crimin. 149. n. 6. cum ſeq. li. 1.* vbi addit ſufficere, quod debitor aſſerat nō habere alia bona, quàm ea, quæ per ipſum deſcri-
7 buntur, † tunc enim iſta aſſertio iuncta cū alijs adminiculis probabit paupertatem, adeò vt dicens alia plura bona adeſſe teneatur probare, etiāſi tractaretur de magno prejudicio ſecundùm Gloſ. *in l. cum de lege, ff de proba.* Bar. *in l. ſi conſtante, q. 1. ff. ſolut. matrim.* & ibi Rip. *n. 180.* Felin. *in c. ad aures, 8. ce. 4 in princ. ver. tertiò concluſio, n. 4. poſt med. de reſcrip* iuxta *l. ſi vero, § qui pro rei, ff qui ſatiſd. cogant.*

Quibus ſtantibus concludendum eſt in caſu, de quo agimus, eſſe plene probatam paupertatem, cum in teſtibus concurrant omnia ſuprà adducta, ſunt
8 enim familiares debitoris, & † informati de ipſius bonis, & eorum valore, cùm etiam adſit deſcriptio omnium, & quorumcumq; bonorum, quæ communiter per eundem debitorē poſſidebantur vnà cum ſuis fratribus, vltra quod teſtes rectam rationem reddunt per dictos fratres alia bona non poſſideri, quam deſcripta, & iudicata, quia ſi plura haberent ipſis eſſent nota tanquàm domeſticis, & in-

formatis,ex quibus verbis dicitur probata pauper-
tas,vt dictum eſt, Couarr. *libro 2.var.reſolut.ca.6.*
libro 2. numero 8. cum alijs ſuprà allegatis.
Et cùm ſit probata paupertas poſt relaxatam excom-
9 munications, debitor eſt abſoluendus,† & ſen-
tentia excommunicationis eſt retractanda, & ex-
cõmunicatio relaxanda Card. *in clem.1.§.1. oppoſ.*
5.co.2.ad med. poſt Gloſ. *ibidem in verb.ſatisfecerint*
hæretic.per text.in c. cum tu, de vſur. Butr. *in c.Odo-*
ardus,qu.1.de ſolut. Milius *in verb. excommunicari*
non poteſt. Galleſ. *ad form.obligat.cameral.de præam-*
bul.ipſius proceſſus,ver.reliqua de proceſſu ipſo,n.14.
*& in noua edit.qu.*36.Rot.coram R.P.D.Corduba
Salamantina cenſurarum 34.Januar.1594.*poſt med.*
10 *ver.quinto etiam facit,*† vbi quod facultates Audi-
toris Cameræ in iſto caſu non habent locum, ne-
que talis declaratoria per eũ lata ſubſiſteret,quaſi
ceſſet contumacia, cuius occaſione deuenitur ad
cenſuras: Prax. Archiepiſcop. *per Genuenſ.c.66.n.4.*
Neq; obſtat, quod per ceſſionem liberetur debitor
à cenſuris,quæ ceſſio non adeſt in caſu noſtro cõ
11 per eam probetur paupertas, † Quia iſte eſt vnus
modus probandi inopiam,non autem ex hoc ex-
cluditur alius modus: prout quando deponitur per
teſtes,quod alia bona non extant, vt ſuprà dictum
eſt,& hunc eſſe meliorem modum dicit Ang. *in §.*
hinc nobis,nu.19.auth.de hæredib.& falcid. & alios
modos adducit Neguſ. *de pignorib. p.8.memb.1.n.*
15.Ang. *in §.item ſi quis in fraudem,inſti.de actioni-*
bus,col.3.& 4. Alexand. *in l ſi.in princ.col.1.ff ſi cer-*
tum petat. Iaſ. *in l.decem,colum.8.ff.de verb.obligat.*
Et quamuis debitor habeat aliqua bona, Tamen con-
ſtat ex actis illa poſſideri per vxorem, quæ obti-
nuit immiſſionẽ citatis omnibus creditoribus pro
12 aſſecuratione ſuarũ dotium, † quo caſu ipſa vxor
verè dicitur dotẽ poſſidere, non maritus non qui-
dem ad alienandum, ſed ad alendum ſe,ſuoſq; li-
beros iuxta text. *in l. vbi adhuc C.de iur.dot.* Gail.
obſer.83.n.17.li.2. latè Giurb. *dec.16.n.11.* Cardin.
Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.li.11.tit.30.n.23.*
13 † Adeò vt neq; creditores hoc caſu poſſint offerre
dotem vxori,quę propter inopiam viri fuit aſſecu-
rata ſuper eius bonis de ſuâ dote, cùm hæc aſſecu-
ratio ſit tranſlatio dotis de viro in vxorem, quid-
quid aliud ſit, quando eſſet ſolutũ matrimonium.
Idem Card. Menoc. *d.tit.30. n.10.vſq; ad* 16.Cyn.
Alber.& alij *in l.cùm tibi.Cod.qui potior.an pignor.*
Caſtr. *in l.2.in princ.n.3. ff.ſolut.matri.* Bald. *Nouel.*
de dot.p.7.priuil.47. Afflict. *dec.199.* Oſaſc *dec.135.*
n.9. Cephal. *conſi.293. n.6.* latè Giurb. *dec.16.n.12.*
Et quatenus prętendant creditores poſſidari per mu-
lierem plura bona excedentia æſtimationem ſuæ
dotis,liberum eſt eis agere contra eandem mulie-
14 rem, † vt factâ æſtimatione bonorum, retineat
quidquid ei debetur vſque ad concurrentem ſuæ
dotis quantitatem: Alex. *in l.ſi conſtante,numero 34.*
ff.ſolut.matrim. Grammat. *dec.92.numero* 19.Oſaſc.
deciſ 335. in fin. Neguſ. *de pignoribus,pa. 5. membr.*
1. numero 33. Viuius *deci. 413. numero 1.* Gabr.
conſi.147.libro 1. Theſaur. *deci.207. numero 3.* cum
alijs per Giurb. *d. deci. 16. numero 17.cum ſeq.*
Et ſatis eſt,quod interim non poteſt dici conſtare de
aliquo exceſſu, cum enim ipſa reperiatur in poſ-
ſeſſione,atque potiatur iure retinendi contra cre-
15 ditores, † onus probandi, quod bona per eam
poſſeſſa excedant quantitatem dotis,incumbit al-
leganti & ei,qui prætendit illa ab eâ auocare, cùm
enim ſimpliciter ei fuerint conſignata citatis ci-
tandis, non ſpecificato pretio, cenſetur data pro
eius credito, & non vltra, vt in propoſito notat
Viuius *deci.413.num.7.& 8.* poſt Bart: *in l. à diuo*
16 *pio,§.ſi pignora,* & ibi Alex. *colum.1.ff.de re iudic.* †
Adeò vt ſtante iſta æquiualentia bonorum cum
dote,ſemper ſit valida reſtitutio, & verè vxor di-
catur eſſe domina,& verè poſſidere: Giurb. *deci.*
16.n.11. Theſaur. *qu.65.li.1.n.10.* Maluaſ. *conſi.13.*
Alia quæ opponuntur de paupertate non probata
non faciunt ad caſum noſtrum, nam procedunt
quando adeſſet clauſula conſtito de paupertate
ad certum effectum ſoluendi expenſas in fine li-
17 tis, † tunc enim probandum eſt in ſpecie, quod
aliquis ſit adeò pauper,vt eius bona non ſufficiant
ſolutioni, quę controuertitur,& quod expenſę pe-
titæ ſolui non poſſint, nam cùm agatur de pauper-
tate reſpectiuè ad illud, quaſi tunc ceſſet arbitrium
Iudicis, quod ſolùm procedit quando paupertas
deduceretur ſimpliciter, & abſolutè, an quis ſit
pauper,necne, ſecùs habito reſpectu ad certum,&
determinatum effectum, prout latè diſtinguit Rot.
diuer.dec.48.num.1.vſque ad 4. pa.2. poſt Bald *in*
auth.prӕtereà,numero 4. & ibi Salic. *que.4* Fabian.
de Pep. *numero 74.Cod.vnde vir.& vxor.* Iaſ. *in l.ſi*
conſtante numero 145.ver.ſicut etiam,ff ſolut.matrim.
Albenſ. *conſi 69.nu 6* Staphil. *de liter.grat. pa.2.in*
clau. & per breue, numero 14. Afflict. *deci.179. nu-*
mer. 3. Rot. *deci.531.num. 2.& 3.pa.1.in recentior.*
Immò ſtante huiuſmodi clauſula conſtito tanquàm
18 conditionali †,requiruntur veræ,& concludentes
probationes,nec ſufficient præſumptiuæ, *l. Lucius*
Titius. 82. ff. de cond.& demonſtr. Bald. *in l.in bonæ*
fidei numero 18. Cod.de rebus cred. Felin. *in rub. de*
probation. numer.3. Rot. *dict. deci.531. numero 2.*
cum alijs in tract.de clau.pa.1. clau.19. Intelligẽdo
19 tamen quando diſpoſitio legis, † vel hominis po-
neret probationem in conditione in materiâ,quæ
poſſet probari verè,& præſũptiuè,tunc enim cen-
ſetur de vera probatione cogitatum,non autẽ prę-
ſumptiua, cũ aliud ſit quãdo ſubiecta materia eſ-
ſet de ſui natura talis,in qua non poſſet fieri pro-
batio niſi præſumptiua,nam tunc etiã illa admit-
teretur ne ſequatur abſurdum,quod diſpoſitio eſ-
ſet nullius roboris,& effectus,cum alias illa con-
ditio ſit improbabilis, prout declarat Felin. *in ru-*
br.de probatio,n.3.verſ.ſed aduerte quia pro intelle-
ctu prædictorum,col.1. in fin. vbi de probatione le-
gitimæ natiuitatis,in qua ſufficient cõiecturæ, &
præſumptiones, cũ ſubiecta materia non patiatur
veras probationes,& ſequitur ibid. Dec. *n.14.ante*
med verſ.ſi tamen. Plot. *de in lit.iurando, §.1.nu.34.*
verſic.& quæ opinio. iuxta Gloſ. *in l.1.Cod.de ſicar.*
& in l.2.Cod.quor.bonor. & in c. laudabilẽ in verb.
iudicium,de frigid.& malef.& in c.ex tua.in verb.ſi
conſtaret.de fil.presbyter. & in l ſi tutor.in verb.oſten-
derit,C.de peric.tutor.
Alterum de quo quæritur eſt decidendum affirma-
tiuè,quod exceptione quis cõueniatur niſi in quã-
20 tum facere poteſt, † licitè apponatur etiam poſt
ſententias in iudicatum tranſactas, & ad illarum
executionem impediendam, prout in ſpecie con-
cludit Bart. *in l.Neſennius,in princ. ff.de re iudicat.*
& in l.3.n.4.in fin.ff. de exception. & præſcriptio. &
in l.ſunt qui,num.1. vbi Alexand. *numer. 10.* Caſtr,
num. 1.

num. 11 *ver. tertio quod condemnetur. ff. eod. tit* Idem Caſtr. *in l. cùm fideicommiſſum,* 7. *in fi. ver. in textu ibi aut quod hæres, ff de cōfeſſ.* Auffr. ad Capel. Tholoſ. *dec.* 259. *nu.* 4. Graſſ. *de exception. ca.* 23. *n.* 2. *iuxta*
21 *l. ex diuerſo, §. fi.* & ibi Doctor. *ff. ſolut. matrimon.* † Et eſt ratio quia talis exceptio non impugnat ſententiam, ſed ſolùm modificat effectum illius, ideò poteſt quandocumq; opponi, *l. Neſennius.* 41. *§. fin. de re iudic. l. ſi fideiuſſores, §. idem reſpondit ff. de fideiuſſoribus, l. eleganter, §. ſi quis ff. de condict. indeb. l. ſi Fullo,* vbi Bart. & Caſtr. *de condict. ſi. cauſ.* Aret. *in §. ſunt præterea, ver. ſed & ſi quis, inſtit. de actionib.* Surd. *conſi.* 168. *nu.* 37. *li.* 2. Salic. *in l.* 2. *nu* 2. *in fi. C. ne lic. potentior.* Socin. Iun. *conſi.* 67. *n.* 7. *li.* 1. *& conſi.* 45. *n. eodem li.* Auffr. ad Cappell. Tholoſ. *dec.*
22 259. *n.* 5. *&* 6. † vbi tamen intelligit, quod licet huiuſmodi exceptio poſſit opponi poſt ſententias, tamen non erit peremptoria. cùm ex hoc nō liberetur debitor, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunā Gloſ. *in l.* 3. vbi Bar. *n.* 4. *ad med. ff. de exceptionibus. & præſcriptionib.* Cyn. *l.* 1. & ibi Iaſ. *n.* 15. *C. de iur. & fact. ignorāt,* Raphael. *in l. ſunt qui ff. de re iudicat.* In quibus tamen erit obſeruādum, quod quamuis exceptio, ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt licitè opponatur etiam in executione
23 ſententiæ, vt dictū eſt, † Tamen intelligitur quādo illa nō fuit oppoſita in iudicio, neque de eius viribus fuit cognitum, nam ſi de ea fuiſſet oppoſitum, & nihilominus Iudex condemnaret opponentem, non poterit amplius de ea poſt ſententias opponi: Gloſ. *in l Neſennius § fin. de re indicat.* Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 19. *ad fin. C. de iur. & fact. ignor.* Brun. *de ceſſion. bon. p.* 4. *q.* 10. *n.* 27. Quidquid contrariū ſentiat Zaſ. *reſpō-*
24 *ſor. ſingular. li.* 2. *c,* 2. *n.* 10. *& in d. l. Neſennius, n.* 5. Quia † contra eum eſt magis vera, & cōmunis opinio, vt teſtatur, & latiſſimè comprobat omnibus reſpondendo Barboſ. *in l. maritum,* 13. *n.* 48. *vſq; ad* 54. *ff. ſolu. matrim. iuxta l. eum qui, §. ſi mulier, ff. de iureiurand.* Non obſtāte *l. ex diuerſo.* 12. *§. fi. ff. ſolut.*
25 *matrim.* † cum procedat, quia ſimpliciter ibi fuit condemnatus maritus inſolidum, non expreſſe reprobando exceptionem per eum oppoſitam ne conueniretur niſi in quantum facere poteſt, in hoc enim caſu requiritur expreſſa reprobatio, & non tacita, vt declarat Barboſ. *in d. l. maritum, n.* 52. *&* 53. poſt Caſtr. *in d. l. ex diuerſo, §. fin. nu.* 1.
Quæ confirmantur exemplo exceptionis inuentarij,
26 quod eximit hæredem, ne condemnetur † vltra vires hæreditarias præſeruando eum ab omni damno, ac ſi non adiuiſſet, *l. fi. §. & ſi præfatam, C. de iur. deliber.* Gozad. *conſ.* 94. *n.* 19. Surd. *dec.* 255. *n.* 17. *& dec.* 318. *n.* 5. *& conſ.* 7. *n.* 31. Ita vt poſſit etiā opponi poſt ſententias, ad impediendam illorū executio-
27 nem. † Bald. *in l. peremptorias, n.* 9. *C. ſentent. reſcind. non poſſ.* Aret. *in §. appellantur, n.* 21. *inſtit. de actionib.* Iaſ. *in l.* 1. *n.* 17. *C. de iur. & fact. ignor.* Neguſant. *de pignor. p.* 5. *membr.* 4. *n.* 10. Cappel. Tholoſ. *dec.* 322. *n.*
28 1. Nihilominus † ſi iſta exceptio fuit oppoſita ante ſententiam, & de ea cognitum, & per Iudicem declaratum, quod hæres teneatur inſolidum, non poterit amplius de ea opponi in executione ſentētiæ, Anchar. *cōſ.* 6. *n.* 2. Caſtr. *in l fi. §. donec, n.* 2. *C. de iur. deliber.* Auffr. ad dec. Capell. Tholoſ. 322. *n.* 2. *ad med. dixi ſupr. c.* 495. *n.* 17. *vſque ad* 29. Barboſ. *in l. maritū*
29 13. *n.* 48. *verſ. & confirmatur, ff. ſolut. matr.* † vbi etiā de exceptione compenſationis, quę poteſt opponi poſt ſententiam, tamquàm non impugnet eam de iuſtitia, ſed moderetur executionem, *l.* 2. *C. de compenſation.* Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 16. *C. de iur. & fact. ignor.*
30 Rip. *in l.* 2. *n.* 9. *ff. de re iudic.* Et tamen † ſi fuit de eā oppoſitum ante ſententiam, & illā reiectā, non poterit amplius opponi, *l. ſin autem,* 8. *§. fi. de negot. geſt. l. quod diem* 6. *§. vltim. de compenſation.*

EPITOME.

In ſubſtitutione pupillari an ſuccedatur pupillo. ¶ Et quando de eā iudicetur, ſicut de teſtamento patris tā quoad ordinationem, quàm circa alios effectus. ¶ Conſanguineus tantum quo caſu ſuccedat cum vtrinq; coniuncto. ¶ Et quid ſi agatur de ſuccedendo fratri ab inteſtato. ¶ Vel ex teſtamento ipſi teſtatori. ¶ Vel in bonis allodialibus. ¶ Vel in tutela. ¶ In feudis. ¶ In emphyteuſi. ¶ In ſubſtitutione vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria. ¶ In caſibus in quibus tractatur de conſeruādā agnatione. ¶ In ſucceſſione, ad quam admittuntur agnati excluſis cognatis. ¶ In ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos. ¶ Et in vocatione filiorum abſq; diſtributione portionum. ¶ Vel quando duo ex primā vxore vocarentur in dimidiā, & alij ex ſecundā vxore in altera dimidia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator inſtituens fratres, & poſt mortem eorum ſubſtituens vniuſcuiuſq; filios vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum cenſetur vocaſſe omnes non habita diſtinctione, an ſint vtrinque coniuncti, ſeu conſanguinei tantùm, numer.* 3. 4. *&* 5.
2 *In fideicommiſſaria, pupillari & vulgari ſubſtitutione ſucceditur teſtatori ſubſtituenti, numero* 17.
6 *Ex pupillari quamuis ſuccedatur pupillo, tamen de ea iudicatur, ſicut de teſtamento patris quoad ordinationem, quidquid aliud ſit quoad alios effectus, ideò attenditur affectio patris ſubſtituentis, quod voluerit vocare conſanguineos cum vtrinq; coniunctis.*
7 *Agnatio conſeruatur per maſculos.*
8 *Conſanguineus tantum ſuccedit cum vtrinq; coniuncto, quando agitur de conſeruanda agnatione, n.* 12. *&* 20. *Idem in materia feudali, nu.* 9. *& in emphyteuſi quando conſideratur tantùm agnatio, num.* 10.
11 *Vtrinq; coniunctus admittitur cum conſanguineo in omni ſucceſſione, ad quam agnati admittuntur excluſis cognatis. Amplia in ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos.*
13 *Statutum excludens fœminas propter maſculos fundatur in ratione conſeruandæ agnationis.*
15 *Conſanguineus concurrit in ſucceſſione cum vtrinq; coniuncto, quando teſtator ſimul vocat filios abſq; diſtributione portionum, ſecus ſi duo ex prima vxore vocarentur in dimidia, & alij ex ſecunda vxore in altera dimidia.*
16 *Vtrinq; cōiunctus præfertur conſanguineo tantū quādo agitur de ſuccedēdo ex teſtamēto ipſi teſtatori, n.* 18.
19 *Fratres vtrinq; coniūcti præferuntur fratribus ex vno latere tātum reſpectu bonorum allodialiū, & tutelæ*
21 *Diſpoſitio limitata producit effectum limitatum.*

CAPVT DCLXI.

INſtituit teſtator ſuos hęredes Lutium, & Antonium fratres ęquis portionibus, & poſt mortem eorum in cuiuſcunque portione, & in prælegatis ſubſtituit vniuſcuiuſque filios liberos, & deſcen-

dentes maſculos legitimos, & naturales ex d. ſuis
fratribus hæredibus inſtitutis reſpectiuè de vno
in alium vſque ad infinitum, inuicem, & recipro-
cè, actiuè, & paſſiuè, ordine ſucceſſiuo, vulgariter,
& pupillariter, & per fideicommiſſum, prout la-
tius in teſtamento exhibito, ex quibus verbis col-
1 ligitur, quod omnes filij Antonij ſunt vocati, †
non habitâ diſtinctione an iſti fratres ſint vtrinq;
coniuncti, vel conſanguinei tantum, ideò bona fi-
deicommiſſi ſunt deuoluta tàm ad Lelium, Caro-
lum, Simeonem, Paulum, Andream, & Fuluium
vtrinq; coniunctos, quàm ad Alexandrum ex vno
latere tantùm fratrem conſanguineum, cum in ſub-
ſtitutionibus non inſpiciatur coniunctio legalis,
aut naturalis, ſed hominis, & teſtatoris, quam in
inſtitutione fecit, quaſi ad omnes nepotes videa-
tur habuiſſe æqualem affectionem, ideò omnes
æqualiter admitti debent, † maximè vbi agitur de
vulgari, & pupillari, & fideicommiſſoriâ ſubſtitu-
tione, per quas ſucceditur teſtatori ſubſtituenti,
prout latè abſq; aliquâ dubitatione procedere te-
ſtatur Rimin. Iun. *conſi.* 282. *nume.* 23. *vſque ad* 32.
lib. 3. Aym. *conſi.* 43. *nu.* 1. vbi quod iſta eſt doctrina
Bart. communiter approbata *in l. Lucius, col. fi.
verſ. quæro quidam*, vbi Alex. & Iaſ. *num* 31. Aret.
ad fi. Alciat. *qu. pen. ff. de vulg. & pupill.* Deci. *conſi.*
303. *in caſu propoſito dubitationem facit, nu.* 2. *vſque
ad* 5. Socin. *conſi.* 86. *col.* 4. *poſt med. n* 9. *lib.* 3. Crot.
in l. re coniuncti, q. 5. *prin.* & ibi Rip. *n.* 216. *ff. de leg.*
3. Albenſ. *conſi.* 29. *nu.* 19. *& conſil* 81. *n.* 13. vbi addit.
in verb. in fideicommiſſo, lib. 1. Socin. Iun. *conſil.* 126.
n. 5. *li.* 1. Alexand. *conſil.* 30. *n* 4. *&* 5. vbi Addit. *in pr.
li.* 2. Idem Alex. *in l. in teſtamento*, vbi Bald. *q.* 5. Sa-
lic. *n.* 22. Ang. Rom. & alij, *C. de teſta. milit.* Menoc.
conſil. 454. *n.* 48 *li.* 5. *& præſump.* 75. *n.* 17. *li.* 4. Ruin.
conſi. 203. *n.* 20. *ver. non obſtat etiam, li.* 1. Bero. *conſi.*
90. *nu.* 18. *li.* 2. Gabr. *conſi.* 121. *n.* 2. *&* 9 *lib.* 1. Card.
Mantic. *de coniect. vlti. volunt. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 3. *& tit.*
3 13. *n.* 7. *eodem lib.* † vbi quod iſta opinio nullam re-
cipit dubitationem, nam cum ſuccedatur teſtato-
ri, qui reliquit fideicõmiſſum, ſunt æqualiter con-
iuncti: Pereg. qui ita ſeruari teſtatur *de fideicomm.*
4 *art.* 20. *n.* 12. *fol.* 181. Cæteros cõſulto omitto, † quia
eſt ſententia ab omnibus approbata, vt latè etiam
oſtendit Surd. *conſi.* 31. *nu.* 20. *&* 21. *li.* 1. *& in tract.
de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 27. Cephal. *conſi.* 323. *nu.* 11.
& 78. *lib.* 3. Gomeſ. *lib.* 1. *var. reſolut. c.* 10. *num.* 31.
5 *ver ſed in hoc contrarium eſt tenendum fol.* 89. † vbi
etiam, quod idem eſt in ſubſtitutione breuiloqua:
Alber. *in rubr. de vulgar. & pupill. q.* 16. Caſtr. Aret.
& alij *in l. cohæredi, §. qui diſcretas, eodem titulo*,
Natt. *conſil.* 130. *numero* 7.

Quæ omnia procedunt non ſolùm in ſubſtitutione
vulgari, fideicommiſſaria, & breuiloqua, vt dictũ
eſt, ſed etiam in pupillari, quando enim agitur de
illius interpretatione, attẽditur affectio teſtatoris,
non pupilli, qui nullum iudiciũ habet, nec ſtabilẽ
6 mentem, † Nam quamuis ex pupillari ſuccedatur
pupillo, tamen de ea iudicatur ferè in omnibus,
ſicut de teſtamento patris, aſſumendo illius natu-
ram, quaſi quòad ordinationem dicatur teſtamen-
tum patris quidquid ſit reſpectu aliorũ effectuum,
vnde ceſſat ratio, quod in tali ſubſtitutione videã-
tur vocati illi, qui pupillo erãt ab inteſtato ſucceſ-
ſuri, cùm verius ſit, vt voluerit pater ſecundũ pro-
priam affectionem ſubſtituere, tanquam ab eius
libera voluntate hoc dependeat, & per conſequẽs
æq; ſuccedet frater ex parte patris cum vtriuque
coniunctis: Surd. qui de magis communi, & verio-
ri opinione teſtatur *conſi.* 31. *n.* 22. *&* 43. *vſq; ad* 49.
li. 1. *& in tracta. de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 27. poſt Go-
meſ. *to.* 2. *var. reſolut. c.* 10. *n* 31. *ver. ſed in hoc contra-
rium eſt tenendum, in fi.* vbi quod iſta eſt pura veri-
tas Gabr. *cõſ.* 121. *n.* 2. *&* 9. *cum ſeq. li.* 1. Pereg. *de fi-
deicom. art.* 20. *nu.* 12. *fol.* 18. Card. Mant. *de coniect.
vlt. volunt. li.* 8. *tit.* 13. *n.* 7. *ad med.* & latius *li.* 5. *tit.* 11.
per tot. Rub. *in l. Gallus. §. quidam rectè, n.* 76. *ff. de li-
ber. & poſthum. & conſi.* 126. *ad fi.* Aym. *conſil.* 43. *n.* 5.
Lancel. Polit. *in l. re coniunctis, n.* 95. vbi Rip. *n.* 216. *ff.
de legat.* 3. Rimin. Iun. *conſi.* 283. *n.* 31. *cum ſeq. li.* 3.

Accedit, quod teſtator habuit reſpectum ad conſer-
uandam agnationem, cùm poſt ſubſtitutiones fa-
ctas, excludendo fiſcum, expreſſe declarauerit mẽ-
tem ſuam eſſe principaliter prouidere pro cõſer-
7 natione bonorum in vocatos, † quos voluit etiam
eſſe ſemper maſculos in omnibus ſubſtitutionibus
in infinitum, per quos agnatio conſeruatur, *§. cæte-
rũ & §. media, inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſ.* Bald.
in l. maximum vitium, C. de liber. præteri. Soc. *conſi.*
12 *&* 63. *co.* 9 *li.* 3. Pariſ. *conſi.* 76. *co.* 1. *li.* 2. Rimin.
8 Iun. *conſi.* 283. *n.* 33. *li.* 3. † Quãdo autem conſidera-
tur ratio agnationis, frater conſanguineus tantum
cum vtroq; coniuncto ſuccedit, Bald. *in l.* 1 *n.* 3. *&*
4. *C. de legitim. hæredib.* vbi ex hoc concludit, quod
in feudis ſuccedit frater conſanguineus tãtùm, ſi-
9 cut vtrioq; coniunctus, † cum in illis non veniant
tamquam cognati, ſed tanquã agnati, ideò duplex
vinculum nõ conſideratur, quaſi potius ſit vnũ, ex
quo aliud eſt impertinẽs, quod nihil auget: Rimi.
Iun. *conſi.* 283. *n.* 33. *vſq; ad* 40. *li.* 3. Curt. Iun. *conſi.* 78.
co. 1. & concludũt omnes *in c.* 1. *§. ſi verò*, vbi Alua-
ro. & Prepoſi. *co.* 3. *de ſucceſſ. feud.* cũ alijs per Tiraq.
conſãgui. §. 14. *gloſ.* 2. *nu.* 10. Aymo. *conſi.* 186. *n.* 3. *&
conſi.* 224. *n.* 4. Caſſan. *conſi.* 8. *n.* 15 Soc. Iun. *conſi.* 24.
10 *n.* 7. *li.* 4. vbi † *n.* 10. ſubdit idem eſſe in ſucceſſione
emphyteuſis, quãdo in conceſſione illius fuit con-
ſiderata tantùm agnatio & ejus conſeruandæ fa-
uor, non autem cognatio: Menoc. *conſil.* 187. *n.* 14.
li. 2. latè Schrader. *de feud. p.* 10. *ſect.* 19. *n.* 47. *&* 48.
& p. 7. *c.* 7. *n.* 14. vbi quod hoc regulare eſt non ſo-
11 lùm in feudis, ſed † in ſucceſſione omnium bono-
rum, ad quæ agnati tantùm excluſis cognatis ad-
mittuntur, nam fratres vtrinq; conjuncti non præ-
feruntur coniunctis ex latere patris: Rip. *in l. re cõ-
iunctis, n.* 13. *ff. de legat.* 3. *& in l. ex facto,* 43. *n.* 28. *ff. ad
Trebellian.* latiſſimè Roſental. *de feud. c.* 7. *concl.* 57.
nu. 1. *cum ſeq.* Quidquid aliud ſit in feudis ad inſtar
allodiorũ redactis, & in feudis fœmineis, ac alijs,
in quibus agnatio non conſideratur Gail. *obſeruat.*
151. *li.* 2. Craſſ. *in §. ſucceſſio. ab inteſtato, quæ.* 31. *nu.* 3.

Idem eſt in fideicommiſſo erecto à fratre teſtatore,
quod ex conjecturis colligatur fuiſſe factum pro
12 agnatione conſeruanda, † in eo enim admittuntur
fratres teſtatoris vtrinq; conjuncti cum conſan-
guineis tantùm, quia omnes ſunt agnati, quidquid
aliud ſit, quando teſtator non habuit rationem a-
gnationis, cùm videlicet inſtituit hæredes fœmi-
nas, filias, vel ſorores, & eis decedentibus ſine
filijs ſubſtituit ſuos fratres, tunc enim obtinebunt
fideicommiſſum fratres vtrinq; coniuncti, exclu-
ſis fratribus conſanguineis: Cro. *in l. filiusfamilias,
§. diui, n.* 162. *ff. de legat.* 1. Alciat. *conſ.* 37. *to.* 1. *li.* 2.
Pariſ. *conſ.* 78. *nu.* 27. *li.* 2. Sim. de Pret. *de interpret.
vlt. volunt. li.* 3. *ſolut.* 11. *n.* 33. *fol.* 190. Card. Mantic.
de con-

de coniect. vltim. volunt. lib. 8. *tit.* 13. *in fin.*
Quod etiam eſt io ſtatuto excluſiuo fœminarum pro-
23 pter maſculos, cum enim illud fundetur in† ratio-
ne agnationis cōſeruādæ. Rimin. Iun. *conſ.* 283. *n.* 37.
lib. 3. frater conſanguineus tantom ſuccedit cum
vtrinque coniuncto: Coru. *conſ.* 356. *col.* 3. *li.* 1. Capr.
conſ. 8. *col.* 2. Socin. iun. *conſ.* 67. *nu.* 33. *lib.* 3. Rimin.
24 Sen. *conſi.* 187. *n.* 17. Rimin. Iun. † qui de communi
conſi. 283. *n.* 37. *lib.* 3. Beto. *conſ.* 96. *n.* 8. *lib.* 2. *& conſ.*
143. *n.* 12. *vſque* 20. *eod. lib.* vbi de verioti, & magis
æqua, ac recepta opinione teſtatur: Iaſ. *conſ.* 67. *col.*
2. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 31. *num.* 37. *lib.* 1.
Maximè, quia omnea filij ſimul, & ſimpliciter ſunt
25 vocati abſque diſtributione portionū cum † ſecus
eſſet, ſi duo ex prima vxore vocarentur io dimidia,
& tres aut plures ex ſecūda vxore in altera dimidia,
tunc euim nō oſtenderet teſtator parem affectio-
nem ad omnea filios, ideo ſi poſtea faceret eis ſub-
ſtitutionem indiſcriminatim reciproce inuicem,
nou concurrerent conſanguinei cum vtriuque cō-
iunctis, cum iſti ſimul admittantur, quando omnea
liberi vocantur, vt dictum eſt, abſque aliqua ſepa-
ratione portioonm, ita vt omnes ſint coniuncti in
tota hæreditate re, & verbis: Aym. *conſ.* 43. *n.* 2 Dec.
conſ. 303. *in caſu propoſito. n* 4 *& conſ.* 185. *& diligēter*
pro tenui. col. vlt. in princ. vbi Addit. *in verb. declara-*
tur. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 7. *n.*
3. *in fin.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 20. *n.* 17 *fol.* 182.
Neque obſtat *auth. itaque. C. commun. de ſucceſſionib. &*
auth. ceſſante. C. de legit. haredib. & auth. poſt fratres.
26 *C. eod. tit.* † Quia omnia iſta iura loquuntur, quando
agitur de ſuccedeodo fratri ab inteſtato, tune enim
præfertur vtrinq, coniunctus, ſecus quando, prout
in caſu noſtro, tractaretut de ſuceedendo ex teſta-
mēto ipſi teſtatori, tunc enim non attenditur iſtud
duplex vinculum, prout ita reſpondet Alex. *conſ.* 30.
27 *n.* 5. *lib.* 2. † vbi etiam quod in iſtis fideicommiſſis
ſucceditur teſtatori, *l. cohæredi. §. cum filio. ff de vul-*
gar. & pupill. Surd. *conſ.* 31. *n.* 17. *&* 29 *lib.* 1. ideo vin-
culum illud ſanguinis vtriuſque coniunctionis ni-
28 hil operatur, cum ſatis ſit, † quod omnea ſint in
pari gradu, & æqualiter dilecti: Bald. *in l. in teſta-*
mento. C. de teſtam. milit. Surd. *d. conſi.* 31. *n.* 34. *&* 35. *li.*
1. eum aliis ſupra allegatis. Quod etiā notat Schra-
29 der. *de feud. p.* 10. *ſect.* 19. *nu.* 47. † vbi quod reſpectu
bonorum allodialium fratres vtrinque coniuncti
præferuntur fratribus ex vno latere tantum, prout
etiam reſpectu tutelæ: Bald. *in l. de emancipatis* 13.
C. de legit. haredibus, & in § ſi plures. vbi Faber. *inſtit.*
de legitim. agnator. ſucceſ. Papienſ. *in form. libell. pro*
hæred. ab inteſtat. in verb. nulliſque ſuperſtitibus. Bart.
conſi. 38. *colum. penult. lib.* 2. iuxta § *ex his. auth. de hæ-*
redib. ab inteſt. venientib. §. eo enim ipſo. & §. quia ple-
30 *runque, inſtit. de legitim. patron. tutel.* † Cum in fi-
deicommiſſis, & aliis in quibus ſpectator agnatio
non ſit facienda iſta differentia, vt ſuperius dictum
eſt: Schrader. *d. par.* 10. *ſect.* 19. *n.* 48. Tiraq *de retract.*
lignag. §. 14. *gloſ.* 2. *num.* 10 Caſtr. & Corn. *in l.* 1. *C.*
de legit. hæred.
Cum igitur fideicommiſſum ſit deuolutum etiam ad
fauorem fratris conſanguinei, illud habebit locum
in bonis io teſtamento expreſſis, & etiam in præle-
gatis, cum de eis ſpecialiter fiat mentio per teſta-
torem, neque in hoc attēderet ſubrogatio facta in
cenſibus, quia illa ſolum fuit ad effectum, vt Ale-
xander haberet in eis ſuam portionem, quando in-
ter ipſum, & fratres fuerunt diuiſa bona fideicom-
miſſo ſubiecta, ſecus autem reſpectu ſucceſſionis,
quæ modò prætenditur in bonis Caroli, in quibus
ſuccedet iuxta formam ſubſtitutionis vnacum aliis
31 fratribus, † cum ſubrogatio tanquam limitata non
extendatur ad alia ibi non comprehenſa, *l. in agris,*
ff. de acquir. rer. domin. Surd. *conſi.* 195. *n.* 8. *lib.* 2.

EPITOME.

Onus reſtitutionis quando cenſeatur repetitum
in vocatione graduum ſubſtitutionum. ¶ Extenſio
an detur de vna perſona ad alteram. ¶ Et quid ſtan-
te clauſula tunc, & eo caſu. ¶ Vel ſi agatur de fa-
uore piæ cauſæ, tam ſi ſubſtitutio ſit facta ſimpli-
citer, quam in pœnam hæredis. ¶ Intereſſe quando
repellat aliquem à teſtificando quamuis ſit in con-
ſequentiam, & non adſit proteſtatio de non conſe-
quendo aliquo commodo. ¶ Bona hæredum an
poſſint per teſtatorem relinqui. ¶ Teſtamentum an
incipiat ab expreſſa vulgari ſubſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio omnium graduum ſubſtitutionum per fidei-*
commiſſum repetit onus reſtitutionis de vno in alte-
rum. num. 5.
2 *Extenſio non datur de vna perſona in alteram. Fallit*
fauore pia cauſa, quando ſubſtitutio eſt facta ſim-
pliciter, ſecus ſi in pœnam haredis. num. 3.
4 *Vſusfructus conſolidatur cum proprietate ſtatim mor-*
tuo vſufructuario.
6 *Teſtamentum poteſt incipere ab expreſſa ſubſtitutione*
vulgari.
7 *Bona haredum poſſunt per teſtatorem relinqui.*
8 *Confeſſio auctoris praiudicat haredibus, & ſucceſſori-*
bus ſingularibus.
9 *Confeſſio reuocatur probato errore.*
10 *Teſtis de auditu nullam fidem facit.*
11 *Intereſſe repellit à teſtificando, quāuis ſit in cōſequen-*
tiam n. 12. *Maxime ceſſante proteſtatione, quod non*
prætenditur repertatie alicuis commodi. nu. 13.
14 *Coniectura extenſionis de perſona ad perſonam fauo-*
re pia cauſa, quando ſit legitima, & ſufficiens.
15 *Fauor pia cauſa non conſideratur, quando repugnat*
mens teſtatoris.
16 *Clauſula* tunc & eo caſu, *limitat diſpoſitionem ad*
caſum expreſſum. Intellige vt n. 17.
18 *Extenſio admittitur non obſtantibus quibuſcūque ver-*
bis quando conſtat de praſumpta volūtate teſtatoris.

CAPVT DCLXII.

Societatem eſſe immittendā dixi in poſſeſſionē
bonorū, de quibus agebatur in cauſa Romana
fideicommiſſi, Nam quamuis illa ſit vocata poſt
mortem Alexandri, Non tamē debet excludi, licèt
1 idem Alexander deceſſerit ante Ioannem, † Cum
teſtator vocauerit omnes gradus ſubſtitutionum
per fideicommiſſū, quo caſu ſemper onus reſtitu-
tionis cenſetur de vno in alterum repetitū, Socin.
conſi. 250. *in* 2. *dub. n.* 10. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 98. *n.* 3. Pariſ.
conſi. 18. *n.* 38. *lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 121. *n.* 15. Menoch.
cōſ. 117. *n.* 9. *li.* 2. *& cōſ.* 1051. *n.* 6. *li.* 11. Et ita limitatur
doctrina Oldr. *conſ.* 21. ex aduerſo allegata, quę pro-
cedit ſolum, quando teſtator fecit vnū gradū ſub-
ſtitutionis, non autem plures, vt declarāt Menoch.
& alij ſupra adducti: Aym. *conſ.* 326. *col. vlt.*

Non obſtat, quod non debeat fieri extenſio de vna
2 perſona ad aliam:† Gabr. conſ.211.n.13.lib.1.Surd.
cõſ.344.n.2.conſ.448.n.33.lib.3.Quia non procedit
in pia cauſa,in qua permittitur extẽſio intuitu pie-
tatis,quamuis ſit de perſona ad perſonam, quando
3 ſubſtitutio fuit facta ſimpliciter,†& contraria pro-
cedunt,quando ſubſtitutio piæ cauſæ eſſet facta in
pœnam hæredis,quia tunc non eſt fauorabilis,ſed
odioſa, ideo tunc non datur extenſio,prout ita di-
ſtinguit Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.19.
n.10.per text.in l.4.§.Lucius, vbi Bart.ff.de adim.
legat.Rom.in auth.ſimiliter in 14. priuil. piæ cauſ.n.
65.C.ad legem falcid.Dec.conſi.272.in caſu propoſito
qui Barchinone.col.1.ad med.verſ.& hoc quidem con-
firmatur.n.1.& 2.Grat.conſil.5 n.74.lib. 2. Iaſ. in l.ſi
duobus.§.hæres.n.14.& 15.ff.de legat.1.

Et quidquid ſit de prædictis, caſus noſter eſt magis
clarus,quia teſtator vocauit Alexandrum ſolum in
4 vſufructu,& poſt eius mortem mandauit, † vt ſuc-
cedat Societas in omnibus bonis,& ſic tam in pro-
prietate,quam in vſufructu, Vnde, ſtatim mortuo
Alexandro vſufructuario,ſiue ciuiliter,ſiue natura-
liter, cõſolidatus eſt vſusfructus cũ proprietate ad
fauorem Societatis,§.finitur,inſtit.de vſufruct.l.ſi v-
ſusfructus.ff.de iur.dot.l.fin.C.de ſentent.poſt. Bald.in
l.corruptionẽ.C.de vſufruct.Canalcan. eod.tit.n.229.
Surd.conſ.439.n.8.lib 3.& de alim..it 8.quæſt.59.n.
23.cum ſeq.& cum Ioanna, & Iacobus tenerentur
reſtituere hæreditatem Alexandro vigore teſta-
menti,& ſubſtitutionis in eo cõtentæ,tenebuntur
etiam reſtituere Societati, quæ ſucceſſit in d. vſu-
5 fructu conſolidato proprietati,†tanquam idẽ onus
cenſeatur repetitum in grauato,l.vnic.§.pro ſecun-
do.C.de Caduc.tollend. Menoch. conſi.117. num. 9.
lib.2.

Maximè quia apparet de mente teſtatoris, qui voluit
Societatem ſuccedere non ſolum in omnibus ſuis
bonis,ſed etiam in bonis Iacobi & Ioannę hæredũ,
quo caſu,quamuis diſtulerit ſucceſſionem ad fauo-
rem Societatis poſt mortem Alexandri,Tamen nõ
ex hoc voluit illam excludere,niſi ad tempus à di-
cta hæreditate ſua,& ſuorum hæredum,Ita vt ſtan-
te illa clara diſpoſitione teſtatoris quamuis etiam
omnes hęredes eſſent mortui ante eundem teſtato-
rem,Tamen ſemper Societas ſuccederet,cum hoc
caſu non attendatur, quod primus gradus ſit per-
6 emptus,ſed ſubſtitutus admittitur,†nam etiam te-
ſtamentum poteſt incipere ab expreſſa ſubſtitutio-
ne vulgari,l.1.§.pro ſecundo.C.de caduc.tollend.l.3.§.
ſi.de liber.& poſthum.Dilect.de art.teſtand.tit.3.cau-
tel.3.n.2.Iaſ.in l.ſi pater filium.n.5.ad fin.verſ.ex iſto
intellectu.ff.de vulgar.& pupill.ſubſt.Craſſ. in §.ſub-
ſtitutio quæ 19.Immo etiam à tacita vulgari. Gloſſ.
in l.lex Cornelia,in verb.non exiſtimo.ff.de vulgar.&
pupillar.Alex.conſ.1.n.8.col.5.in princ.lib.1.

Et cum Societas debeat ſuccedere etiã in bonis Ioan-
næ hæredis, meritò debet immitti in poſſeſſionem
7 bonorum ipſius, † cum teſtator poſſit relinquere
etiam bona hæredum,l.vnum ex familia.ff.de legat.
3.l.cum alienam.C.de legat.Capr.conſ.10.n.11.Ruin.
in l.1.n.88.ad med.verſ.ſecunda eſt concluſio.ff.de le-
gat.1.Cyn.in l.aſſiduis,§.exceptis.quæſt.5.C.qui potior
in pignor.habeant.Bald.in l.1.C.commun. de legat.&
in l.1.in fin.ff.ſolut.matrim.Franc.dec.53.n.7.Negu-
ſant.de pignorib.par.2.membr.2.limit.6.

Neque obſtat non fuiſſe probatum, quod iſta bona
ſint hæreditaria,Quia contrarium apparet ex con-
feſſione Ioannæ facta in iudicio, etiam medio iu-
8 ramento, & per Societatem acceptata,† quæ præ-
iudicet eius hæredibus, & ſucceſſoribus ſingula-
ribus, qui non poterunt venire contra eam tan-
quam dicatur propria eorum confeſſio.Bald. conſ.
89.dominus Thomas,col.1.li.1.& in l.ſeruus,in prin-
cip.de cond.ob.furtiu.Aym.conſ.125 n.2.Roland.conſ.
82.nu.40.lib.2.Ruin.conſi.50.n.13.lib.1. Alexand.
in l.ſtipulatio iſta.in princ.ff. de verb.oblig. Socin.
conſi.249.col.fin.lib.2.Dec.conſ.183.diligenter conſi-
derato caſu in fin.

Nec facit, quod conſtet de errore dict.confeſſionis,
9 quo caſu poteſt reuocari † tanquam mulier fuerit
decepta:Capr.conſ.10.num.28.Quia iſte error non
fuit probatus,prout requiritur: Bart. in l. non fate-
tur.ff.de confeſſ.Aym.de antiq.temp.par.1.§.propoſitũ
noſtrum.num.56. Nam teſtes deponunt de auditu
10 à Ioanna grauata,† quo caſu non probãt,l.teſtium.
C.de teſtib.c.præterea.eod.tit. Alex.conſ.45.n.10.lib.
2.Aym.conſ.41.nu. 2. Cum etiam habeant intereſſe
in cauſa propter eorum credita, de quibus erunt
ſatisfacti,ſi bona non ſint ſubiecta fideicommiſſo,
11 propter quod intereſſe † teſtes nullam fidem fa-
ciunt,cap.inſuper de teſtibus.Bart.in l.deferre.§.idem
decreuerunt.ff de iur.fiſc,Alex.conſil.43. nu.11.lib.2.
& conſ.186.viſis dubitationibus col.penultim.eod.lib.
Bellon.conſi.63.n.13.& 14.Grat.conſ.51.n.6.vſque
ad 11.lib.2.†vbi ampliat quamuis commodum ſit,
in conſequentiam,c.1.& c.Romana, de teſtib.in 6.§.
& licèt.auth. eod.tit. de teſtib. Maximè quia nulla
adeſt proteſtatio, quod ex tali depoſitione non in-
13 tendunt aliquod commodum reportare:Aym.conſ.
73.n.29.Dec.conſi.341.in cauſa partus. col.3.lib. 3.
iuxta doctrinam:Bald.in l.dictantib.verſ. item facit
ad aliam quæſtionem.C.de teſtam.

Nec aduerſatur, quod iſta coniectura extenſionis de
perſona ad perſonam fauore piæ cauſæ non ſit le-
14 gitima, & ſufficiens ex Cardin. Mantic. de con-
iectur.vltim.volunt.lib.3.titul. 19.num.10.poſt prin-
cip. Quia Mantic. hoc non dicit, ſolum enim
concludit, quod ad effectum, vt fiat extenſio de
perſona ad perſonam fauore piæ cauſæ, debent
adeſſe coniecturę,non autem particulariter repro-
bat iſtam coniecturam,quæ potius debet admitti,
cum ex ea colligatur mens teſtatoris, quod omni
meliori modo voluit,vt etiam bona Ioannæ & Ia-
cobi hæredum, nedum ſua perueniant ad vocatos,
& quando poteſt conſtare aliquo modo de mente
diſponentis,ſemper dicitur eſſe legitima coniectu-
ra, l. nam hoc iure.ff.de vulgar. Surd. conſi. 110.nu.
12.lib.1.§ Et Ang.conſ.328.num.5. ex aduerſo alle-
gatus concludit contra piam cauſam, quia in illo
caſu trahebatur ad illud,de qua teſtator non ſenſe-
15 rat, † & ſic tunc erat fauor pietatis ſed impietatis
repugnante voluntate defuncti, vt conſiderat in
ſpecie Card.Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib. 3.
tit.19.n.10,verſ.vnde etiam.& n.11.verſ.item,ſubdit.
Dec.conſ.426.n.2.ad fin.

Nec ſubſiſtit obiectum de clauſula tunc & eo caſu,quę
16 limitat diſpoſitionem ad caſum expreſſum,†ita vt
excludatur extenſio:Dec.conſ.89. viſo puncto & dili-
gẽter,columm.3.ad med.verſic.ad hoc bene facit.Pariſ.
conſil.108.num.26.lib.1.Grat.conſi. 104.nu.4.lib.2.
Aym.conſil.98.nu. 6. cum aliis latè per Mandoſ.ad
Roman.conſ.131.in verſ.tunc & eo caſu.Socin.Iun.
conſi.

17 *conſ.*190.*n.*2.*lib.*2.†Quia non impeditur extenſio;
quæ ſit ex præſumpta voluntate teſtatoris maxime
fauore piæ cauſę,*l.titius,§. Lucius.*vbi Iaſ.*int.notab.*
*ff.de liber.& poſth.*Surd.*conſ* 443 *n.*42. *lib.*3. Tiraq.
*priuil.pia cauſ.*62.Card.Mantic.*de coniectur.vltim.*
*volunt.lib.*6.*tit.*3.*n.*3.com multis deciſionibus Rot.
de quibus *in tract.de clauſul.p.*1.*clauſ.*187 *f.* 215.*&*
*par.*3.*clauſ.*88.*fol.*563.Pariſ.*conſ.*20,*n.*37.*&* 38.*lib.*
3.Roland.*conſ.*70.*n* 49.*li.*3.Aym.*conſ.*878.*n.*11.*&*
*conſ.*992.*n.*34 Simi.de Pret *li* 3.*interpret.dub.*1.*ſolut.*
18 5.*n.* 1.*fol.*235.Gozad.*conſ.*64 *in fin.*†& paſſim non
obſtantibus quibuſcumque verbis, ſit extenſio,
quando conſtat de præſumpta voluntate teſtatoris:Socin.Iun.*conſ.*114.*n.*29.*lib.*1.*& conſ.*181.*n.*54.
*lib.*2.Ceph.*conſ.*169.*n.* 33.*lib.*2.Card.Mant. *de coniectur.vltim.volunt.lib.* 3.*tit.*24.*n.*10.Surd.*conſ.*347.
*num.*21.*lib.* 3.

EPITOME.

Conceſſio facta filio contẽplatione patris quando ſit profectitia,& hæreditaria quamuis nihil per patrem erogetur. ¶ Et quid ſi filius eſt infans, vel nondum natus. ¶ Primus acquirens quo caſu poſſit præiudicare filiis,& aliis vocatis. ¶ Donata ſeu legata patri,& filio,ſeu viro,& vxori,quando cenſeantur acquiſita pro dimidia,vel in totum vni,vel alteri. ¶ Peculium profectitium quando expreſſe, vel tacite per patrem reuocetur. ¶ Et quando dicatur tale. ¶ Et an in eo aliquid hodie ſit immutatum.¶Datũ ob cauſam remunerationis an poſſit reuocari ob natiuitatem filiorum, ſeu per ingratitudinem. ¶Et an indicetur de eo ſicut de bonis patrimonialibus. ¶ Caſus plures,in quibus præſumitur conceſſio potius contemplatione filij, quàm patris, & è contra remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio facta filio contemplatione patris dicitur profectitia,& hereditaria,nu.* 22.*&* 23. *Quamuis per eum nihil erogetur,num.*2.19.*&* 21.

3 *Valet argumentum profectitium,ergo hereditarium.*

4 *In conceſſione facta filio naſcituro,vel infanti non cadit aliqua veriſimilitudo contemplationis illius,ſed ſolum ipſius patris.*

5 *Forma inueſtitura debet attendi.*

6 *Donatio profectitia reuocatur à patre expreſſè, & tacitè. Idem in peculio profectitio, num.*7.

8 *Donata filio contemplatione patris acquiritur in totum patri,ſecus ſi donentur filio, & patri contemplatione filij,nam tunc medietas erat filij, altera patris. Amplia in donatis vxori,quando ſolum conſtat eſſe contemplatum maritum, num* 9.

10 *Legatum filio contemplatione patris acquiritur patri, & vocatur peculium profectitium, num.*13.

11 *In profectitiis nihil hodie fuis immutatum.*

12 *Pater primus acquirens poteſt præiudicare vocatis in re pertinente ad filium mediate ex pecunia, ſiue ex meritis patris tanquam ſit profectitia,n.*14. *&* 25. *Intellige ut num.*15.*&* 16.

17 *Donatio facta per patrẽ filio non eſt perfecta,niſi pater remaneat in eadem voluntate, & poteſt reuocari quidquid aliud ſit in donatione materna,nu.*18.

24 *Datum ob cauſam remunerationis habetur pro cauſa onerosa,non lucratiua, nec reuocatur propter ingratitudinem,nec ob natiuitatem filiorum.*

25 *Filius ſuccedit in bonis per patrem acquiſitis propter benemerita, ſicut in patrimonialibus.*

26 *Caſus in quibus præſumitur potius conceſſio contemplatione patris, quam filij, & è contra remiſſiuè.*

CAPVT DCLXIII.

CONceſſio plateæ fuit facta Fabio eius vita durante pro ſcutis 800.per eum ſolutis Tullio,
qui eãdem plateam obtinebat pro ſe. & perſona
nominanda, & talis emptio fuit poſtea cõfirmata
per Dominum directum,qui deinde volens eundẽ
Fabium maioribus gratiis proſequi ob ſeruitia ſibi
facta,& geſta tam tẽpore pacis quàm belli,dictam
conceſſionem ampliauit ad vitam Hilarij filij eiuſdem Fabij,ex quibus verbis clarè apparet,quod ſumus in conceſſione facta contemplatione patris,
& ſic in profectitiis,& conſequenter hęreditariis,
1 † cum talia dicantur omnia,quę dãtur filio intuitu
patris, & illius contemplatione,quaſi iſta videantur patri donata, & ab eo breui manu tranſlata in
filium,nulla habita conſideratione perſonę,cui donatur,ſed illius,quæ cõtemplatur, etiam quod pater nihil erogaret de ſuo,*l.ſed ſi plures.§.arrogati.ff.*
de vulgar.& pupill.l.fin.Cod.de vſufr.& ita in ſpecie
concludit Aret.*in l.apud Iulianum alias incipit, Aphricanus* 40.*§.ſi quis alicui.in fin.ff.de legat.*1.quam
2 reperit *in l.cum ſeruus* 39.*ff. eod.tit.* † vbi quod eſt
concluſio indubitata, quod quãdo apparet ex forma conceſſionis, vel alio modo legitimo, quod
concedens,ſeu dominus conceſſit filiis aliquid cõtemplatione patris, tunc nihil dicitur eſſe propriũ
filiorum, ſed eſt profectitium, & ſequitur Surd.
*dec.*324.*n.*8.*ante med.verſ.ſi tamen cuique. & verſiculo tertio reſpondetur.* Menoch. qui de communi
*cõſ.*161.*n.*31.*&* 32.*li.*2.*& præſumpt.*28 *n.*9.*li.*3 poſt
Bald.*in l.cũ oportet,in princ.n.*4.*C. de bon.quæ liber.*
Affl.*in c.*1.*n.*10.*de alienat.feud.patern.*Crot.*in l.frater*
*à fratre.n.*4.*ff.de cond.indeb.* late Roſental. *de feud.*
3 *c.*9.*membr.*2.*concluſ.*66.*n* 9.†& valet argumentum
profectitium,ergo hæreditarium: Bero.*conſ.*155.*n.*
8.*lib.*3.iuxta *l.fin. C.de vſufruct.*

Quæ magis procedunt,quando, prout in caſu noſtro
fuit donatum filio naſcituro,vel filio nato, ſed adhuc infanti,& impuberi,cuius nulla potuiſſent ex-
4 tare merita, † ita vt tunc non cadat aliqua veriſimilitudo,quod conceſſio fuerit facta pro filiis,ſed
ſolum patris contemplatione: Menoch. *conſ.*81.*n.*
51.*li.*1.*& conſ.*161.*n.*31.*li.*2 *& conſ* 151 *n.*1.*eod.lib.*
*& præſumpt.*28.*n.*9.*li.*3.poſt Batt.*cõſ.*131.*primò arguitur.li.*1.Alciat *præſumpt.*17.*reg.*1.*n.*2.Alex.*conſ.*
89.*n.*6.*verſ.præterea li.*4.Ruin.*conſ.*123. *n.*9. *in fin.*
*lib.*1.Socin.*conſ.*172.*n.*11.*li.*3.Rimin.Iun. *conſ* 31.
*n.*110.*lib.*1.Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti,
quia habemus formam conceſſionis claram,in qua
apparet,quod illa fuit facta propter merita patris,
ideo non eſt recurrendum an filij non ſint nati,vel
5 ſint impuberes, cum † inueſtitura ſit attendenda,
vt per Aret.*in d l.apud Iulianum.§. ſiquis alicui in fin.ff de legat.*1.Cephal.*conſ.*660.*n.*6.*lib.*5.Honded.
conſ 90.*n.*19 *ad fin.lib.*1.

Cum igitur ſimus in bonis quæſitis mediante perſona patris,& in conceſſione facta ob ipſius merita,
&illius contemplatione,huiuſmodi acquiſitio reſ-
6 pectu filiorum dicitur donatio profectitia, † quæ
poterit reuocari à patre non ſolum expreſsè, ſed
etiam tacitè *l.*2.*C.de inoffic.donation.l.filia. C.famil.*
erciſcund. prout dicimus de peculio profectitio,
7 † *l.cum dominus.§ filius.ff. de pecul.* & in ſpecie ita
arguit Bald.*in auth ſi quas ruinas n.*5.*verſ.tertio hoc*
*probatur.& nu.*3. *verſic.iuxta hoc quæro vtrum pater.*
*C.de ſacroſanct.eccleſ.*Anchar.*cõſ.* 143.*incip.domina*

Paala.co.2.in princip.verſicul.& maximè videtur hoc
verũ.n.3.Natt.conſ.701.n.27.ante fin.verſic.hac enim
conceſſio facta nepotibus.Crot.conſ.32.n.27.lib.1. Go-
zad.conſ.75.n.11.Socin.conſ.25. nu.14.verſ.quinimo
etiamſi diceremus,lib.1.& conſ.127.n.9. col.7.in fine.
verſ.ex quibus in propoſito,lib.3.Menoch.conſ.161.n.
51.lib.2.

Et in hoc differunt donata filio contemplatione pa-
tris, & donata filio, & patri contemplatione filij,
8 † & ob illius merita, nam in hoc caſu cenſetur fa-
cta donatio vtrique, ita vt filiis non acquiratur,
niſi pro rata perſonarum, videlicet ſi viuus ſit filius
habeat medietatem, cum alia medietas ſit patris,
Diuerſum eſt primo caſu, quando aliquid dona-
tur filio contemplatione patris: tunc enim in ſoli-
dum acquiritur patri, & totum ipſi ſoli eſt dan-
dum excluſo filio, cum à patre dicatur profectum
quod datur filio contemplatione patris: Menoch.
præſumpt.28 nu.16.lib.3.Et in propoſito notat Ro-
ſental de feud.c.9.membr.2 concl.n.66.nu 9 vſque ad
9 12. † vbi etiam, quod idem eſt in donatis vxori,
quando conſtat donatum eſſe ſolum reſpectu &
contemplatione coniugis: Doct. in l.profectitia.5.§.
1.ff de iur. dot. Lup. in rubr. de donat. inter vir. &
vxor.§.45.n.6.latè Menoch.præſumpt.26.n.3.libr.3.
Alciat.præſumpt.18.reg.1.

Quod etiã eſt in legato, & ſimilibus diſpoſitionibus,
ſi enim filiofamilias legaretur contemplatione pa-
10 tris,† videtur relictum ipſi patri,l.filiusfamilias,de
condit.& demonſtrationibus.Ita vt in totum patri ac-
quiratur,& vocetur peculium profectitium,l.ſed ſi
plures.§.in arrogato,de vulgar.& papill.§.1.verſ.quod
ex occaſione patris,inſtit.per quas perſon. nobis acqui-
rit Gloſ.in l.cũ oportet,in princ.in verb.ex eius ſubſtã-
tia.C.de bon.quæ liberis, & in l.ſi qui heres §.vltim.
in verb. neque filiusfamilias, de acquirend. heredit.
Card Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.16.n.1.
11 † vbi etiam in profectitiis,nihil hodie fuit immu-
tatum: Gloſ.Bart.& alij in l.1.C.qui admit.Caſtrenſ.
in l.cum quis,n.4.C.de iure deliber.

Et paſſim admittitur, quod pater primus acquirens
poſſit præiudicare vocatis,quando ſumus in re per-
12 tinente ad filium mediatè † ex pecunia,ſiue ex me-
ritis patris prout ſæpè reſoluit Rot.coram R.P D.
Sacrato Bononien.de Boniis,16.Nouembris 1612.
vbi allegantur concordantes deciſiones: Surd.dec.
209.n.16.& conſ.351.n.44.vſque ad 29.lib.3.Hon-
ded.conſ.14.n 47.li.2.Becc.conſ 56.n.21.cum aliis,
13 quos adduxi ſupr.c.405 n.1.† qui omnes mouentur
ob illam rationem, quia talis res ſic acquiſita filio
eſt profectitia,l.omni modo §.imputari.nu. 6.C.de
inoffic.teſtament Oldrad.conſ.119 n 3. In profectitiis
14 autem certum eſt patrem poſſe filiis præiudicare †
l. filia cuius. C.famil.erciſcund. Bald. in auth. quas
actiones,n.6.C.de ſacroſanct. eccleſ. Valaſc. de emphyt.
quæſt.49 n.7.poſt med. verſ. & ſuffragatur hæc ſen-
tentia.cum aliis ſupra allegatis num ..

Contraria autem procedunt,quando ſumus in acqui-
ſitis filio intuitu ipſius,& ex liberalitate conceden-
15 tis. † quaſi tunc habeat ex beneficio domini,non
autem à patre ſtipulante ſui ipſius contẽplatione,
ita vt tunc acquiſita iudicentur aduentitia, non
profectitia, & conſequenter non poſſint tolli, aut
minui à patre: Bald.in l.1.in fin C.per quas perſonas
nobis acquir.Natt.conſ 503 n.1.Ruin.conſ.42.n.11.li.
1.Aym.conſ.135.n,8.dixi latè ſupra c.554.n.20.& 21.

Prout etiam contrarium ſequentes loquuntur; vel
16 in acquiſitione facta per matrem, † quæ non ha-
bet filios in poteſtate, vel in ea,quæ fit per patrem
pro filio emancipato, & ſimilibus,tunc enim non
habet locum reuocatio, tanquam donatio ſit per-
fecta, & quæ à principio tenuit irreuocabiliter,
17 lib. 1.de inoffic.donation. ſecus in paterna, † quam
pater poteſt reuocare, quoad filium in poteſtate,
cum illa non ſit perfecta, niſi pater remaneat in
eadem voluntate, & ita in ſpecie per ſupradictam
rationem inter iſtas conceſſiones maternas,ſeu pa-
ternas concludit Bald.in auth.ſi quas ruinas, col.pe-
nult.in princ.verſiculo tertio hoc probatur, num.5. &
ibid.poſt med.verſic.iuxta hoc quæro vtrum pater nu.
6.Cod..de ſacroſanct.eccleſ.Anchar.cõſ.143.colum.2.
in princip.verſic.& maximè videtur hoc verum, n.3.
& tanquam optimam diſtinctionem, & iuridicam
ſequitur Aret.in l.apud Iulianum 4. §.ſi quis alicui,
col penult.ad med.& in fin.verſicul ſecunda cõclaſio,
nu.7.ad fin.de legat.1 quam regerit in l.cum ſeruus
ff.eod.tit Corn.conſil.282.col 7.ante med.verſ.contra-
rium eſt verum,num.10 lib.3. & latius comprobat
Natt.conſ 475.nu.4 vſque ad 14. & per totum, cum
aliis per Surd.conſ.351.nu.17.vſque ad 29.& numer.
39.lib 3.

Quare in huiuſmodi præiudiciis, & reuocationibus
iurium acquiſitorũ in ſtipulatione emphyteuſis,&
ſimilium Doctores conſiderant an iſte tertius ſit
18 in poteſtate prouidentis, † tunc enim,quia proui-
dendo ſibi relatiuè reſultat prouiſionis effectus in
ipſo prouidente,ideo tunc à tali prouiſione poteſt
recedere,vt ſi dominus prouidet ſeruo ſuo, vel pa-
ter filio in poteſtate, l.1.C.ſi ſeru.exter. Quidquid
aliud ſit,quando non reſultat iſta relatiua prouiſio
in perſonam, tunc enim non datur reuocatio, &
receſſus à prouiſione, vt in ſpecie diſtinguit Bald.
in l.cum à ſocero 7. ad fin.verſ. & conſidera. C.de iur.
dot.in 1 lectura illius tituli.

Neque obſtabit,quod in conceſſione, ſeu extenſione
facta ad fauorem filij, nihil pater refuderit, ideo
19 † tanquam ſi diſpoſitio gratuita, non videatur
eſſe profectitia iuxta Beto.conſil. 155. nu.8.libr.3.
Quia ſatis eſt,quod acquiſitio fuerit ob benemeri-
ta patris, tunc enim illa æquiparatur conceſſioni
onerosæ, & emptioni, cum in ea non conſide-
20 retur aliquis titulus lucratiuus,† vt in ſpecie con-
cludit Surd.conſ 305.nu.16. poſt med.verſ.& ſubdit
idem eſſe quando conceſſum eſt, lib.3 poſt Menoch.
conſi.309.num. 18.& 19 libr.4.Natt. conſil. 674. nu-
mer.8 & 14 Ruin.conſil.42.num.11. lib.1. & opinio-
nem contrariam Beto. non eſſe ſequendam dicit
21 Idem Surd. deciſ. 324. numer. 9. † Cum ſufficiat,
quod conſtet ex forma conceſſionis, vel alio mo-
do legitimo, quod conceſſio facta eſt contempla-
tione patris, non conſiderato, quod aliquid ipſe
refuderit,ſeu ſoluerit iuxta doctrinam Aret.in dict.
§ ſi quis alicui, in fin. quem in propoſito ſequitur
22 Ruin.conſ.42.nu.11.lib.1.ob illam rationem, † quia
profectitium dicitur, quod datur filio contempla-
tione patris,l.ſed ſi plures.§.ſi arrogato.ff.de vulgar.
& papill.cum aliis ſupra adductis nu. 1.Socin.conſi.
91.nu.10.lib 1 & latè explicat Menoch.conſi.309.
num.8 vſque ad 21. lib. 3. † vbi loquitur in ſimili
conceſſione portæ,& vectigalis conceſſi à Princi-
pe ob benemerita patris,quæ in totum iudicabitur
patrimonialis, prout ſunt alia bona patrimonialia
ipſius,

S.

ipſius excluſis filiis, quibus nihil acquiritur,cũ to-
tum ius ſit radicatum in perſona patris:Crot.in l.
qui romæ,§.duo fratres,n.143.ff.de verb. obligat. poſt
Anchar.conſ.124 col.penult.
Et quidem eſt concluſio paſſim approbata, quod ha-
beatur conſideratio meritorum ,cum illa faciant,
vt priuilegium perdat nomen beneficij,& tranſeat
in contractum reuocabilem , nam quod datur In
remunerationem non procedit à mera,& ſimplici
liberalitate,ſed ab illa obligatione,ob quam bene-
24 facienti tenemur benefacere,†ideo donatio remu-
neratoria non dicitur propriè donatio,ſed habetur
pro cauſa onéroſa,non lucratiua,nec poteſt reuo-
cari propter ingratitudinem,nec propter natiuita-
tem filiorum cum aliis affectibus, de quibus vltra
prædictos latè Surd.qui pro omnibus ſufficiat conſ.
419.n.51.vſque ad 65.lib.3 latiſſimè Tiraq.in l.ſi vn-
quam,in verb.donatione largitus,n.14.cũ ſeq.C.de re-
uocand donation.cũ aliis per Natt.conſ.474.per tot.
Ex prædictis colligitur valuiſſe obligationem Fabij
in bonis,de quibus agimus,cũ potuerit in eis præ-
25 iudicare filio alienando,obligando,† & reuocãdo
ei acquiſita,tanquã ſimus in profectitiis,vt dictum
eſt:Ruin.conſ.42.n.11.poſt med.lib.1.per text.in l.fi-
deicommiſſa.§.ſi rem ff.de legat.2.& per conſequens
heredem Fabij cogendum eſſe ad ſolutionem dotis
ſcutorum mille per eundem Fabium receptorum,
cum in illis ſucceſſerit filius tanquam in bonis pa-
trimonialibus & acquiſitis per patrẽ propter eius
benemerita, quæ faciunt vt iudicẽtur patrimonia-
lia,& propria ipſius Fabij patris: Menoch.cõſ.409.
n.19.lib.3.cũ aliis ſupra allegatis.Et duodecim ca-
26 ſus , quando ſit præſumenda conceſſio † potius
contemplatione filij, quam patris, vel è contra, &
cui in totum,vel in parte acquiratur latè Menoch.
præſumpt.28. lib:3.

EPITOME.

Teſtator quando præſumatur ſe voluiſſe con-
formare cum ſtatuto excludente fœminas.¶ Et an
iſta coniectura ſit leuis,vel fortiſſima.¶Et an ab ea
poſſit recedi,niſi adſit alia magis fauorabilis. ¶ Et
quid ſi ſubſtituatur extraneus,non vnus ex deſcen-
dentibus. ¶ Vocatio quando ſit reſtricta ad por-
tionem patris , non patruorum. ¶ Statutum Vrbis
c.145.li.1.an procedat ſolum ab inteſtato.¶Et an
habeat locum,vt tantũ filij,& nepotes maſculi ex-
cludant filias,non quod filiæ excludantur per pa-
truos. ¶ Semel excluſa an ſemper remaneat exclu-
ſa,ita vt non recuperet ius ſuccedendi quamuis
omnes maſculi morerentur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina dotata non concurrit in ſucceſſione cum filiis maſculis , quibus ſolum debetur hæreditas paterna ex ſtatuto Vrbis & nu.7.*
2 *Poſitus in cõditione cẽſetur vocatus iuxta ſtatutũ Vrbis.*
3 *Vocatio quando reſtringatur ad portionem patris, non patruorum, n 6.*
4 *Statutum Vrbis excludit ſororem dotatam à ſucceſſione bonorum dotantis, & aliorum.*
5 *Statutum Vrbis* c.145.lib.1.*procedit ab inteſtato.*
8 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto excludente fœminas propter conſeruationem agnationis,n.10.Et iſta coniectura eſt fortiſſima,non leuis, n.12.& 13 16.& 17.Et ab ea non eſt diſcedendum, niſi repugnet alia magis fauorabilis n.14.*
9 *Maſculinum non comprehendit fœmininum in materia indifferenti.*
11 *Fœmina non continentur nomine poſterorum & deſcẽtiũ,ſi extat ſtatutũ illas excludẽs propter maſculos.*
15 *Filiæ non veniunt propriè appellatione filiorum.*
18 *Subſtitutus admittitur ex coniectura ta mente defuncti conformi ſtatuto excluſiuo fœminarum , quando eſt de deſcendentibus,ſecus ſi ſit extraneus,qui tunc excluderetur per fœminas.*
19 *Neptis propter patruum,quando excludatur ab hæreditate paterna,num.20.*
21 *Statutum Vrbis* lib.1.c.145.*diſponit,vt filij,& nepotes maſculi excludant filias , non quod filiæ excludantur per patruos.*
22 *Filia,quæ ſemel excluditur ſemper remanet excluſa, ita vt nunquam recuperet ius ſuccedendi,quamuis omnes maſculi morerentur.n.23.*

CAPVT DCLXVI.

NVllum adeſt fideicommiſſum,quod poſſit re-
tardare executionem in bonis,de quibus agi-
mus.Nã in teſtamento exhibito Angelus inſtituit
Octauium,Iulium, & Luciũ filios pro æquali por-
tione,cum hoc, quod in euentum mortis ipſorum
ſine filiis præmoriatur vnus alteri , & alter alteri,
ſubſtituendo eis,& eorum cuilibet fideicommiſſũ,
& cum Octauius deceſſerit ſine filiis , eius portio
accreuit Iulio,& Lucio, quamuis ſolus Lutius ha-
buerit filios videlicet Aſdrubalem , & Camillam,
non tamen ad fauorem Camillæ eſt acquiſitũ ali-
1 quod ius in bonis Lutij patris , † cum Aſdrubal
maſculus excludat ſororem dotatam,quę tanquam
fœmina non currit in ſucceſſione cum filiis maſ-
culis , quibus ſolum debetur paterna hæreditas
iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis c.146 lib.1.
Neque obſtat, quod Camilla non excludatur à ſtatu-
to,cum ipſa veniat ex diſpoſitione Angeli teſtato-
2 ris, †tanquam poſita in conditione,& conſequen-
ter vocata iuxta ſtatutum Vrbis cap.25.lib.1.in an-
tiq.& c.192.li.1.in nouo.Quia iſta vocatio reſtrin-
gitur ſolùm ad portionem Lutij patris,non autem
3 ad portionem Iulij,& Octauij patruorum:†Caſtr.
in l.ſi filius familias miles 118.§.cum quis n.3.ff.de le-
gat.1.quem ſequitur Aym.conſ. 306. nu.1.verſ. aut
volunt venire.Bertr.cõſ.105.n.1.poſt med.verſ ſecũda
ratio,lib.3.Gabr.conſ.115.n.9.lib.1.Rip.in l.heredes
mei.§.cum ita.n.64.ff.ad Trebell. Rot.dec.500.nu.3.
p.1.in recentioribus Card.Seraph. dec. 1479.num.1:
Alciat conſ.147.tom 3.li.9.Curt.Iun. conſ.96.col.pen:
poſt med.& conſ.135.col. penult. verſic. poſtmodum
aduertendum.Galiag.in l.centurio.col.24.verſ. tertia
vtilitas ff.de vulgar.
Minus obſtat , quod ſtatutum ſit intelligendum , vt
ſolum excludat ſororem dotatam à ſucceſſione bo-
norum dotantis,non aliorum:Cephalin.conſil.278.
numer.85.cum ſequent.libr.2.Baiz dec.97.numer.26.
4 † Quia verior eſt opinio , quod dictum ſtatutum
operetur in quocumque caſu, ſiue tractetur de eo,
de cuius ſucceſſione agitur , ſiue à quouis alio
fuerint dotatæ,cum enim procedat vlterius vocan-
do fratres, dummodo ſorores ſint congruè dotatę
à quocumque, vt in ſpecie ſtatuti Vrbis concludit
Rot.per Card.Seraph.dec. 1291.num.1. vbi teſtatur
de magis communi poſt Roland.conſ.24.n.13.lib.3.

Put.*dec.*148.*li.*2.Rot.coram Card. Pamphilio Bal-
neoregien.bonorū.16.Maij 1594. & corā R.P.D.
Penia Romana de Cuelis.28.Iunij 1596.& coram
R.P.D Ortemberg.Romana hęreditatis 16.Ianua-
rij 1608.Theſaur.*dec.*62.*num.* 4. iuxta doctrinam
Bald.*in l.*1.*C.de legitim.hæredib. & in l. neque ma-
ter.C.de iur.dot.*Alex.*conſ.*29.*lib.*1.

Neque facit,quod ſtatutum *c.*145.*lib.*1. procedat ab
5 inteſtato:Put.*dec.*139.*n.*2 *lib.*1.†ſecundum nouam
impreſſ.Rot.coram R.P D.Caualerio Romana le-
gitimæ. 17. Iunij 1615. vnde Camilla non poterit
dici excloſa tanquam dotata cum non veniat ab
inteſtato,ſed vigore teſtamenti Angeli aui, in quo
fuit poſita in conditione , & conſequenter vocata
iuxta ſtatutum Vrbis *c.*192.*li.*1.Menoch. *præſump.*
6 76.*li.*4.Quia reſpondetur,†quod reſpectu portio-
num patruorum iſta vocatio non operatur, vt dictū
eſt ſupra *verſ.neque obſtat quod Camilla. nu.*2.Aym.
*conſ.*306.*n.*1 Ruin.*conſ.*141.*n.*13.*li.*2.Rot.coram R.
P.D.Penia Senogallieo fideicōmiſſi.24 Maij 1601.

Quod etiam eſt in portione ſpectante ad Lotium pa-
trem,in qua neque poteſt dici vocata Camilla,nam
adeſt Aſdrubal filius maſculus Lucij, qui excludit
7 ſororem ab hæreditate patrui,& aui,†iuxta ſtatu-
tum *lib.*1.*ca.*45.Vnde fœmina non dicitur vocata,
tanquam poſita in conditione ſine filiis, ſed ſolum
Aſdrubal, qui velut maſculus tantūmodo cenſetur
vocatus, & venit ſub vocatione filiorum, non au-
8 tem fœmina,† quaſi præſumendum ſit,quod teſta-
tor voluerit ſe conformare iuxta tenorem ſtatuti
editi propter rationem conſeruandi bona in agna-
tione,& familia,cum etiam materia ſit indifferens
inter maſculum, & fœminam ob diſpoſitionem d.
ſtatuti admittentis ſolūm maſculos ad ſucceſſioné,
9 non autem fœminas, † quo caſu maſculinum non
comprehendit ſub ſe fœmininum:Alex.*in l.Gallus.
§.quidam rectè in fin.ff.de liber.& poſthum* Soc.Iun.
*conſ.*168.*n.*67.*li.*2. & ita in ſpecie per prædictas,&
10 ſimiles rationes,† latè concludit Menoch.*conſ.*95.
*n.*60.*cū ſeq.lib.*1.*& conſ.*50.*n.*39.*lib.*2 *& præſumpt.*
85.*n.*11.*&* 24.*li.*4.Iaſ.*conſ.*140.*col* 7 *verſ.nemo facit.
lib.*2.Neapſan.*cōſ* 33.*n.*9.Gozad. *conſ.*59 *n.*6.*& cōſ.*
79.*n.*8.*& conſ.*89.*n.*5.*verſ.ſecundo quia* Socin.Iun.
*conſ.*168.*n.*46.*&* 63.*li.*2.*& conſ.*65 *n.*16.*li.*4.Card.
Mant.*de coniectur.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*14.*nu.*15.
11 *&* 20.*ſ.*297.Cephal.*conſ* 46.*n.*11.*&* 19.*li.*1.†Prout
dicimus,quod nomine deſcendentium,& poſtero-
rum non continentur fœminæ, quod extat ſimile
ſtatutum illas excludens propter maſculos : Me-
noc.*conſ.*95.*num.*63.*li.*1.poſt Butr. *conſ.*9.*in* 1.*dub.*
Socin.*conſ.*227.*n.*5.*lib.*2.

Nec facit , quod iſta coniectura ſit leuis,Quia immò
eſt potentiſſima,& multum operatur ad declaran-
12 dam voluntatem teſtatoris,†quod voluerit de maſ-
culis intelligere iuxta formam ſtatuti , prout con-
cludit Card.Mant.*de coniect.vlti.volunt. lib.* 11.*tit.*
14.*n.*15.*ad med.* vbi dicit eſſe fortem præſumptio-
13 nem,quam † etiam talem appellat Socin.*conſ.*249.
*n.*21.*verſ.nondū iſta concluſio lib.*2.Ideo eſt diſceden-
dum à tali coniectura, niſi alia præſumptio repu-
14 gnet,†quæ ſit potentior, & fauorabilior,vt notat
idem Card.Mant.*d.tit.*14. *n.*15. *ad fin.verſ.licet ab
hac coniectura* Socin.Iun.*conſ.*95.*num.*35.*&* 36.*li.*1.
Immo iſta cōiectura magis deſeruit in caſu noſtro,
quia dictum fuit ſi deceſſerit ſine filiis , tunc enim
propria etiam filiorum ſignificatio ſuffragatur,
15 † nam filiæ non continentur propriè appellatione
filiorum , ſed per interpretationem extēſiuā:Bart.
Ang.& Salic.*in l.quicumque.C.de ſeru.fugit.*Gozad.
*conſ.*89.*n.* 12.Dec.*conſ.*74.*n.*5.*li.*3. Maximè in con-
ditionibus in quibus verba ſtrictè , & propriè ſu-
muntur:Bart.*in l.pen.§ bonorum.ff. ad Trebell.*Ruin.
*conſ.*110,*n.*13 *li.*1.Adeo vt tunc dicatur validiſſima,
& potentiſſima cōiectura,vt declarat Card. Mant.
*de coniect vlt volunt.li.*2.*tit.*14.*n.*13.*in fi.*poſt Alex.
*in l.hæredes mei.§ cum ita.n.*9.*&* 10.*ff ad Trebellian.*

Et quamuis iſta ſufficiant,tamen quia alij DD.deſide-
rantur , additur, quòd ab huiuſmodi opinione, &
16 coniectura non eſt recedendum,† cum vltra præ-
dictos illam ſequatur Ruin.*conſ.* 120.*n.*5.*li.*1.*& cōſ.*
151.*n.*8.*li.*2.*& conſ.* 158 *n.*10.*eod.li.*Dec.*conſ.*397.
*viſis quæ accurate.n.*7.*& conſ.* 495.*viſo eleganti.n.*14.
& 15 *& conſ* 515.*in caſu occurrenti, n.*4.*verſ & hoc
idem coadiuuatur* Rub.Alex.*cōſ.*150.*n* 4.Rip.qui de
communi *in.hæredes mei.§.cum ita.n* 75 *ff ad Treb.*
Cephal.*conſ* 306 *n.*75.*cū ſeq.li* 3.*& cōſ.*762 *n.*10.*vſ-
que ad* 24.*li.*5.Dec.*conſ* 74.*n.*20.*li.*3.Thob.*conſ* 36.
17 *n* 12 *&* 13 †vbi de cōmuni,& quod ſtante ſtatuto
ceſſit omnis controuerſia Odd.*de compendioſ.ſubſt.
p.*6.*art.*4 *limit.* 2 *f.*195 vbi quod eſt concluſio in-
dubitata Albenſ.*conſ.*19 & ibi Addit. *in verb. extet
ſtatutum* Clar.*in §.teſtamentum.q.*76.*nu.*12. *ad med.
verſ.ſcias tamē quod vbi adſunt.*Zucard. *in l.fi.n.*85.
*Cod.de edict.diu Adri.tollend.*Crot. *conſi.*1.*n.*50.*li.*
1.Bero *cōſi.*111.*cum ſeq.li* 2.Parif.*conſi* 48 *n.*9.*lib.*1.
Grat.*conſi.*53.*n.*14.*cū dub.conſi.ſeq li.*2. vbi ſe ſub-
ſcripſerūt Crot.Grammat & Gozad. Corn *cōſ* 1.*n.*
28.*in fi.li.*4 *& conſi.*22.*n.*13 *li.*2.Caſtr.*conſ* 409 *ca-
ſus iſte frequenter.lib.*2.Tiraq. qui infinitos adducit
in l.ſi vnquam in verb ſuſceperit liberos n 10.*C.de
reuocand donationib.*Butr.*conſ* 9 *viſo puncto,in* 1.*dub.*
Iaſ.*in l.ſi quis id quod num.*18 *ff.de iuriſd.omn.iud.*
Alciat.*præſūpt.*32.*n.*4.*reg.*3.Gualdenſ. *de art.teſtand.
tit* 5.*caut* 17.*n.*2.Curt.Iun *de feud.par.*3.*princ.n.*15.

Et prædicta concluſio ſtante ſtatuto paſſim ab omni-
18 bus admittitur,quando,prout in caſu noſtro,†ſub-
ſtitutus eſt de deſcendentibus ipſius teſtatoris,tūc
enim ex coniecturata mente defuncti intuitu cō-
ſeruandæ agnationis,conditio non intelligitur de-
feciſſe,ſed excluſis filiabus ſubſtitutus admittitur,
quidquid ſecùs ſit in alio extraneo ſubſtituto , qui
non ſit de deſcendentibus teſtatoris , nam hoc ca-
ſu filiæ excludent talem ſubſtitutum , & conditio
dicetur defeciſſe,Nam ad hoc vt operetur iſta cō-
iectura voluntatis defuncti conformis diſpoſitioni
ſtatuti excluſiui fœminarū,debet iſſe de illis per-
ſonis quæ excluderent fœminas à ſucceſſione gra-
uati,cum alias ſtatutum illas non excluderet:Rot.
coram Card.Ludouiſio Farſen. fideicommiſſi. 20.
Iunij 1611.quæ eſt *dec.*354 *n.* 12. *in recentiorib.* vbi
leguntur concordantes deciſiones Card. Mant. *de
coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*14.*n.*8.Alex.*conſ.*38.*n.*
5.*li.*6.Socin.*conſi.*55.*n.*1.*& in fin.li.*3. Curt.Iun *cōſ.*
49.*n.*10.Ruin.*conſ.*93.*n.*16.*li.*2.*& conſ* 138.*n.* 8.*vſq.
ad fi.lib.*3.Surd *dec* 84 *n.*11.Dec.*conſi* 11.*n.*31.*li.*1.
Gabr.*conſi.*97.*n.*9.14.*&* 24.*li.*1.*& cōſ.*68.*n* 4.*cū ſeq.
& conſ.*100.*n* 26.*lib.*2. Burſat.*conſi.* 300.*n.*27.34 59.
& 72.*lib* 3. Cephal *conſ.*45.*n.*14. *& conſ.*46.*n.*19.

Neque obſtat deciſio Cardin.Seraphin.cauſa Roma-
na fideicommiſſi de Stanchis. 13. Ianuarij 1597.
19 inter impreſſas 1216. † Quia loquitur quando
neptis propter patruum excluderetur ab hære-
ditate,

ditare,& ſucceſſione paterna, de quo caſu nullum reperitur ſtatutum,vnde non mirum,ſi ibi non poteſt admitti aliqua interpretatio voluntatis teſtatoris ex ſtatuto deſumpta, nam vt illa ſumatur, neceſſe eſt,vt ſtatutum loquatur in terminis diſpoſitionis teſtatoris, Aliud eſt in caſu noſtro; in quo adeſt præciſum ſtatutum excludens ſororem dotatam propter maſculos, & agitur de ſucceſſione aui,quare non eſt mirum, ſi conditio ſi ſine filijs, non verificetur niſi in maſculis,vt adſit conformitas cum diſpoſitione ſtatutaria,vt ſuprà dictum eſt,
20 † ita in ſpecie declarat idem Cardin. Seraphin. *d. deci.* 1216. *numero* 8. *ver. non obſtat quod deducitur pro præcipuo fundamento,pa.* 2.& ita etiam in terminis d deci.Cardin. Seraphin. intelligit Rot. coram R.P.Dom.Vbaldo Romana fideicommiſſi 4 Maij. 1615.quæ eſt *in impreſſ.deci.*316.*num.*8.*pa.*1.*in re-*
21 *centioribus*, † vbi quod ſtatutum Vrbis, *libro* 5.*ca.* 245.diſponit,vt filij,& nepotes maſculi excludant filias, non autem quod filiæ excludantur per patruos,quia cum ſtatutum de hoc non loquatur,nō poteſt ſumi iſta coniectura voluntatis teſtatoris conformis ipſi ſtatuto:Socin. *conſi.*55.*in fi. libro* 3. cum alijs deciſionibus, & auctoritatibus allegatis in *d. deci.*318.*numero* 8. *pa.* 1. *in recentioribus.*

Stante igitur excluſione filiarum,ſequitur etiam,quod non ſit conſiderandus obitus Aſdrubalis fratris,
22 cum † filia ſemel excluſa ſemper debeat remanere excluſa,*ca.*1.§.*quin etiam*, vbi Gloſſ.Iſern.Aluarot. Affl.& alij *in tit. epiſcop. vel Abba.* Menoch.*conſil.*
23 277.*nu.*11.*&* 13.*libro* 3 vbi quod † adeò dicetur excluſa,quod nunquam poſſit recuperare ius ſuccedendi,quamuis omnes maſculi morerentur: Curt. Iun.*de feud pa* 3.*qu.*17.Pariſ *conſi.*16.*nu.*6 *& conſi.* 72.*nu.*79.*li.*4 Rubeus *conſi.*57.Tiraq.*in l.ſi vnquam, in verb.ſuſceperit liberos,nu.*193.*vſq, ad n.*196.*C. de reuocand.donat.*Rot. coram R.P.D.Penia Romana Domus S. Ludouici, 27. Nouemb.1600. & notant omnes in *l Gallus,§.& quid ſi tantam, ff de liber.& poſthum.& in l.ſi auus,C.de lib. preterit.*

EPITOME.

Condemnatus ex cauſâ adminiſtrationis, vel eius heres no appellet,niſi prius ſoluat.¶ Et an gaudeat immunitate Eccleſiæ ¶ Sententia lata ad fauorem piæ cauſæ,alimentorum,animæ, & dotium pro puellis maritandis, an recipiat dilationem, & ſit exequenda, non obſtante appellatione. ¶ Et an iudex illam ſtatim exequens dicatur attentare. ¶ Promiſſio de ſoluendo iudicatum an expectet aliā ſententiam. ¶ Et quando pro ea executiuè agatur. ¶ Et de differentiâ inter ſtipulationem pretoriam, & voluntariam de ſoluendo iudicatum ¶ Sententia condemnans ad reddendam rationem, an contineat condemnationem quo ad reliqua. ¶ Depoſitarius quādo liberetur à reſtitutione depoſiti deponendo rem depoſitam apud alium, & cedendo contra eum actionem ¶ Et an poſſit appellare,vel cogatur executiuè reſtituere depoſitum. ¶ In iudicio negotiorum geſtorum, an habeatur ratio vſurarum, & intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Sententia fauore piæ cauſa,alimentorum,animæ,& dotis pro puellis miſerabilibus,non recipit dilationem, & eſt exequenda non obſtante appellatione,num.*24.
2 *Condemnatus ex cauſa adminiſtrationis,& eius heres non appellat, niſi prius ſoluerit, numero* 5.
3 *Iudex non dicitur attentare exequendo ſententiam latam contra adminiſtratorem appellantem.*
4 *Adminiſtrator non ſoluens id, in quo fuit condemnatus, an gaudeat immunitate Eccleſiæ.*
6 *Appellatio non admittitur in præiudicium obligationis cameralis.*
7 *Promiſſio de ſoluendo iudicatum,an expectet aliam ſententiam Iudicis appellationis, & quando competat via executiua,& impediatur appellatio,num.*8.
9 *Stipulatio prætoria de ſoluendo iudicatum interponitur ex neceſſitate, & habet tacitam conditionem quod ſoluetur,ſi non fuerit appellatum, ſecus in ſtipulatione voluntaria,num.*10.
11 *Conuentio per modum tranſactionis habet exequutionem paratam.*
12 *Executio non retardatur, & prohibetur appellatio in obligationibus voluntariis.*
13 *Sententia condemnans ad reddendam rationem continet condemnationem quoad reliqua.*
14 *Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt.*
15 *Confeſſio ſuperat omnes probationes, & nocet ſucceſſoribus,etiam ſingularibus, num.*16.
17 *Depoſitarius non liberatur à reſtitutione depoſiti, quamuis rem depoſitam apud alium diſpoſuerit,& contra eum velit cedere actionem.*
18 *Ceſſio actionum non admittitur in iudicio negotiorum geſtorum,ſed ipſe gerens tenetur.*
19 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
20 *Quod fauore inducitur non eſt in odium retorquendū.*
21 *Depoſitarius non appellat,ſed executiuè cogitur reſtituere depoſitum*
22 *Pro redditione rationis an ſit agendum via executiua.*
23 *Adminiſtrator non tenetur niſi de his,quæ ad eius manus peruenerunt.*
25 *Iudicium negotiorum geſtorum eſt bonæ fidei,& in eo habetur ratio vſurarum, & intereſſe.*

CAPVT DCLXV.

NOn eſt retardanda executio ſententiæ, quæ petebatur in cauſâ Romanâ adminiſtrationis ſub prætextu appellationis interpoſitæ,quia eſt lata contra adminiſtratorem,ſeu depoſitarium occaſione pecuniarum, quæ ad eum peruenerunt, & ab eo ſunt exactæ ad effectum dandi ſubſidia dotalia ſolita dari per venerabilem Archiconfraternitatem Sanctiſſimi Crucifixi, pro maritandis, & monachandis miſerabilibus puellis,quo casu fauore piæ cauſæ, alimentorum, & dotis res non reci-
1 pit dilationem, † & mandatur executioni ſententia,prout etiam quando de ſalute corporis,ſeu animæ tractatur, non obſtante quacomque ſupplicatione,aut appellatione,*l.vlt.ff.de appel recipiend.c. fi.*2. *qu.*6.cum alijs per Surd *de alim. ti.*8. *priuileg.* 60.*nu.*8.*vſque ad* 13.Bald.*Nou.de dot.priuileg.*7 *pa.* 9.*nu.*3.Menoch.*de adipiſ.poſſ.rem.*4.*nu* 819.Oſaſc. *deci.*15.*nu.*10.Lup.*in cap.per veſtras,§.*16.*col.fi.ver. quod idem dicit,de donat.int. vir.& vxor.*

Amplius quamuis etiam huiuſmodi pecuniæ non deſeruirent pro monachandis, & maritandis puel-
2 lis, Tamen neque poſſet retardari executio † cum ſimus in adminiſtratore condemnato ex cauſâ adminiſtrationis, qui non poteſt appellare, nec impedire exequutionem, ſed prius debet ſoluere, antequam cauſam appellationis proſequatur, quod procedit non ſolum in ipſo principali debitore,ſed etiam in eius hæredibus, qui ſimili exactioni, & ſolutioni ſubiacent, §. *œconomos autem.*

vbi Gloſſ in verb. repetitionem. Bart. nu. 1. in fi. Ang.
nu 28. verſ. nota vltimo caſum ſpecialem, auth. de ſan-
ctiſſ epiſc. & ibid Sebaſtian. Neuius in Syſtemat. n. 3.
Duen. regul. 42 n. 21. verſ. 27. fallit. Marant. in prax. p.
6 in a act. de appellat nu 179. verſ. 18 limita, fol. 442.
Caualcan. de tutor. n. 222 fol. 519. Azeued. ſuper con-
ſtit. regiis lib 3. tit. 6. l. 22. nu. 3 fol. 209. Auiles cap. 30.
prætor, gloſ. 1. nu. 3 Auend. cap. 10. prætor, p 2. n. 50 latè
Gutier. pract queſt. lib. 1. q. 36. Didac. Caſtill. in l. 27.
taur. in tract cuentas, ſuper gle. in verb. de reſtitution. n.
27. verſ. & nota quod calculatores. Ruginell. de appel-
lationibus, §. 2. cap. 3. num. 56. Manfred. de attentat lib.
3 a. concluſ 112. tom. 5. fol. 251. † vbi quod non poteſt
dici Iudicem attentaſſe, qui in hujuſmodi cauſis
exequitur ſententiam, non obſtante appellatione
interpoſita, Lancellott. de attentat. appellat. pendent.
limit. 19 num. 1. & 2. tom. 5 fol 370. Munnoz. Eſcobar.
de ratiocin. adminiſtrator. cap. 4. numer. 5. vſque ad 12.
4 vbi † etiam ampliat ad quoſcumque adminiſtrato-
res, & eorum hæredes, qui neque gaudebunt immu-
nitate eccleſiæ, ſi ad eam confugerint, cum diſtin-
ctionibus ibidem per eum adductis Boer. decif. 125.
numer. 7. cum aliis relatis per Remig. de immunitat.
eccleſ. fallent. 37. & 38. Pacific. in ſua prax cap. 3. num.
5 158 fol. 150. † Cum regulariter in materia rationum
reddendarum dicta in adminiſtratore locum ha-
beant in ejus hæredibus, l. 3 §. hac actio, ff. negot. geſt l.
omnes tutores, C arbit. tutel. l. alie, C. de in lit. iurand.
Roman. conſi. 413 num. 2. Aym conſi. 218. numer. 3. poſt
princ. Munnoz de ratiocin. cap. 3. num. 11.
Quibus additur promiſſio cum juramento, & obliga-
tione camerali de ſoluendo, & effectualiter exbur-
ſando illam pecuniarum ſummam, in qua per
R. P. D. Bubalum fuerit judicatum adminiſtratores
de jure remanere debitores Archiconfraternitatis,
quæ operatur, vt non ſit retardanda executio ſub
6 prætextu appellationis, † quæ non admittitur in
præjudicium obligationis cameralis, qua ſtante, agi-
tur executiuè, Rot. diuerſ. decif. 741. nu. 1. p. 1. Galleſ.
de oblig. camer. p. 3. tit. de vi inſtrum. obligat. cameral.
num. 11. Gabriel. conſi. 67. nu 8. p. 1. Theſaur. decif. 16.
num. 11. & decif. 253. num. 4. Rot. decif. 686. nu. 1. par.
2. in recentiorib. Caſtr. conſi. 260. num. 4. lib. 1. Caſſador.
decif vnica, nu. 2. de mutu. petit. Cephal. conſi. 439 nu.
56. Menoch. de arbitrar. caſ. 17 num. 5. Card. Seraph.
decif. 736. in princ. decif. 1437 num. 1. Ang. & alij in l.
4 §. condemnatum, nu. 4. ff. de re iudic.
Neque obſtat, quod conuentio fuerit de ſoluendo ju-
dicatum, vnde non poteſt dici tale, donec non fue-
rint latæ ſententiæ, ex quibus dicatur finitum judi-
7 cium, † Quia promiſſio non fuit generalis de ſol-
uendo judicatum, ſed ſpecialiter reſtricta ad illud,
quod judicabitur per R. P. D. Bubalum, quare non
eſt expectanda alia ſententia, nec judicium alte-
rius, cum ſatis ſit, quod fuerit lata ſententia ab eo,
qui fuit nominatus, non attendendo, aut expectan-
do ſententiam ſubrogati, aut judicis appellationis,
vel alterius in ejus locum ſubſtituti, l. cum apud ſem-
pronium, quæ eſt penult. ff. iudicat. ſolui Menoch. conſi.
519. nu. 10. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 16. tit. 14 num. 6. & 11. Fachin. lib. 8. con-
trouerſ. cap. 57. Rom. conſi. 100. in fin. Surd conſi. 271.
numer. 54 lib. 2. Franciſc. Marc. decif. 357. num. 2. par. 2.
Vinc. de Franch. decif. 208. nu. 2 & 3.
Nec oberit, quod vigore promiſſionis de ſoluendo
8 judicatum non poſſit executiuè agi, nec † impedi-
ri appellatio, cum intelligatur de judicato juſto,
quatenus non appelletur: Franc. in cap. ad hæc, 20.
nu. 4. & cap. interpoſita, 70. §. ille denique, nu. 3. qu. 2.
de appellat. Roginell. eod. tit. §. 2. cap. 1. nu. 98. & § 9.
9 glo. 1. cap. 1. n. 44. Quia † prædicta procedunt in ſti-
pulatione prætoria de ſoluendo iudicatum, quæ
interponitur ex neceſſitate, quia alias ibi defen-
ſor non admittitur, niſi ſatiſdet de iudicatum ſol-
uendo, l. filius familias, ff. qui ſatiſd cogant. Ideo ha-
bet tacitam conditionem, quod ſoluet iudicatum,
ſi non appellauerit, cum enim ſit prætoria, funda-
tur in æquitate, l. quid ſi ephebi, ff. de eo quod cert loca.
10 † Diuerſum eſt, quando, prout in caſu noſtro, quis
voluntariè promiſit, cui minus ſubueniendum eſt,
Ita communiter diſtinguunt Doctores in l. tale pa-
ctum, 43. §. qui prouocauit. vbi Iaſ. col. 2. in fin. verſ.
ad idem & fortius, & verſ. tu reſponde, n. 7. ad med &
ibid. Curt. Iun. n. 11. col. 2. ad med. verſ. eodem modo re-
ſpondetur, ff. de pact. & in his terminis allegando
Curt. Iun. loquitur Surd. conſ. 271. num. 50. lib. 2.
11 † Maximè, quia iſta conuentio eſt facta per modum
tranſactionis cum hæredibus adminiſtrationis, quæ
de ſui natura habet executionem paratam, l. non mi-
norem, C. de tranſact. Rot. coram R. P. D Caualle-
rio Terracinen. molendini. 2. Maij 1608. & coram
Cardin. Pamphilio Romana executionis landi. 26.
Octobris 1584. Soarez. in l. poſt rem iudicatam,
notab. 8. verſ. item tranſactio facta, num. 3. ff. de iudi-
cat fol. 511. & in iſtis terminis ſtipulationis præto-
riæ loquuntur omnes ex aduerſo allegati.
Et paſſim in iſtis obligationibus voluntariis non re-
12 tardatur executio, & prohibetur appellatio, † vt
poſt Rotam, Milium, & alios teſtatur ita ſeruari
Lancellot. de attentat. appellat. pendent. cap. 12. in
præfat. num 20. cum ſeq. tom. 5. fol. 347. & ampliat. 2.
num. 15. fol. 351.
Non obſtat, quod hæredes fuerint condemnati ad
certam ſummam, non autem ad reddendam ra-
tionem, Quia in vtroque caſu non impeditur exe-
13 cutio, † nam etiam ſententia condemnans ad red-
ditionem rationum continet condemnationem
quoad reliqua, cum nihil aliud ſit redditio compu-
ri, quam ſolutio, & reſtitutio eorum, in quibus re-
manſerit debitor, l. quamuis ff. de condit. & demonſtr.
l. cum ſeruus. ff. eod. tit. l. ſi ita fuerit, §. ita quæro, ff. de
manumiſſ. teſtam. cum aliis per Affl. decif. 157. num.
2. & 3. Azeued. lib. 5. recopilat. l. 22. tit. 6. nu. 9. fol. 210.
Munnoz. de ratiocin. admin c. 31. num. 22. Rot.
14 Genuen. decif. 209. nu. 2. † Vnde cum non detur ap-
pellatio in vno, neque dabitur in alio, quod vir-
tualiter ineſt, & habetur pro expreſſo, l. aſſe toto, ff.
de hæred. inſtituen. l. ſi ita ſcripſeris, ff. de conditionib.
& demonſt. & ita in ſpecie, quod hoc caſu non ad-
mittatur appellatio, neque retardetur executio pro
reliquatis virtualiter contentis in tali ſententia
concludit Munnoz de ratiocin. adminiſt. c. 33. nu. 19.
verſ. ſed prædictis non obſtantib. Soarez. in l. poſt rem
iudicatam extenſ. 2. num. 2. & 3. ff. de re iud. fol 525.
Paladot lib. 2. rer. quotidian. c. fin. p. 1. §. 11. ampliat.
4. num. 19.
Et dum dicitur, quod Horatius non fuerit depoſi-
tarius, contrarium apparet, cum veritas ſit, quod
eſſet talis, nam omnes redditus ſpectantes ad ſub-
ſidium dotale exigebat, & penes ſe retinebat, vt
conſtat ex libro per eum confecto, & per Aduer-
ſarios hæredes approbato, qui etiam in inſtru-
mento confeſſi ſunt illum fuiſſe talem, ideo
contra eorum confeſſionem non poſſunt venire,
† tamquam

15 † tamquam confeſſio ſuperet omnes alias probationes, *l. cum ſe, C. de tranſa.* Socin. *conſ.* 24. *num.* 8.
libro 3. Surd *conſil.* 60. *numer.* 1. *libro* 1. licet etiam non extante tali confeſſione, ſufficeret, quod liber fuerit ſcriptus, & recognitus pro libro Horatij adminiſtratoris, & depoſitarij, cuius factum tenentur
16 hæredes approbare, † nam eis nocet confeſſio teſtatoris, *l. generaliter, C. de non numer. pecu.* Aym. *conſ.* 125. *nu.* 2. immò ſingularibus ſucceſſoribus præiudicat: Ruin. *conſ.* 32. *num.* 6. *libro* 2. Aret. *conſ.* 111. *col.* 2. *in fi.* Surd. *conſ.* 60. *numero* 1. *in fi. libro* 1.

Neque Confraternitas vmquam elegit alium depoſitarium, quia Doni fuerunt electi ab Horatio, non à Confraternitate, vt apparet ex partitis ex banco extractis, & in actis productis, in quibus creatur debitor, & creditor Horatius in computis particularibus, vnde ceſſant, quæ dicuntur de approbatione mercatoris depoſitarij loco Horatij, & eiuſdem liberatione, cum nullibi legatur talis approbatio,
17 prout de eà debebat conſtare, † neque depoſitarius liberatur à reſtitutione depoſiti, quamuis rem depoſitam apud alium depoſuerit, & contra eum ſit paratus cedere actionem ad fauorem deponentis, niſi ex mandato ipſius fuiſſet res depoſita apud alium ſubſtitutum, contra quem, non exiſtente mandato, nulla datur actio: Gloſſ. *in l. quod debetur, § 1. in verb. preſtatione, ad med. de pecul. legat. per tex. in l. nam & ſeruus, 2. §. vlt. ff. de negot. geſt. l. non aduerſus, C. ſi cert. petat, l. petenti, ff. de pignor. act.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt.* 27. *numero* 7. † Maximè in
18 actione negotiorum geſtorum, in quâ minus admittitur ceſſio actionum, ſed ipſe principalis gerens tenetur, quaſi ipſe geſſiſſe videatur, quamuis alteri mandauerit, vt in propoſito notat Gloſſ. *in l. nam & ſeruius, §. vlt in verb. preſtes. & in verb. elegeris, ff de pecul. & in l. ſi is apud quem rem depoſuerit, 22 in verb. ibi preſtet, ff. depoſit.* per text. *in l. 1. §. deieciſſe ff. de vi & vi arm. l. ita autem, §. geſſiſſe, ff. de admin. tut.*

Et cum prædicta de plano procedant in ſententiâ latâ contra adminiſtratorem, in quâ, vt dictum eſt, non retardatur executio per appellationem, Multò magis habebunt locum in caſu noſtro, in quo vltra negotium de ſui naturâ inappellabile, & executiuum, adeſt præciſa obligatio cameralis de ſoluendo, & effectualiter exburſando ſummam per R.P.D. Bubalum iudicatam, quâ obligatione, ſtante, minùs retardabitur executio, cum aliàs illa ſeruiret de vento, & nihil operaretur, & eſſet vanum dicere, quod non detur appellatio in cauſâ adminiſtrationis, & quod poſteà poſſit appellari ſtante obligatione camerali iuratâ de ſoluendo in eâdem
19 cauſâ, † & ſic inducta ad augmentum operarentur diminutionem contra *l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. Aym. *conſ.* 279 *col. vlt. ver.* 8. *reſpondeo,* Surd. *conſ.* 353. *n.* 37. *li.* 3. *& deci.* 495. *n.* 5. & poſita ad fauorem
20 in contrarium retorquerentur † contra *l. quod fauore, C de legibus,* Ang. *in l. nulla iuris, ff. eodem tit.* Soc. *conſ.* 241. *num.* 16. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 315 *num.* 68 *li.* 3.

Cum etiam ſimus in depoſitario, qui non appellat, ſed
21 executiuè cogitur reſtituere depoſitum, † *l. pen.* vbi Bart. Bald. & Caſtr *Cod. depoſit.* Soarez *in l. poſt rem iudicatam, notab.* 3. *ver. adde quinimm num.* 1. *&* 2. *ff. de re iudica. fol.* 508. Boer. *deci.* 295. *numero* 7. Ita vt ex hoc neque ſit conſiderandum obiectum, quod
22 pro redditione rationis † ſit agendum viâ ordinariâ, non exequtiuâ: Alex. *conſ.* 192. *numero* 3. *libro* 7. Quia ſtante depoſito ita erat agendũ, vt dictum eſt, Maximè quia etiam in caſu noſtro fuit intentata via inſtrumenti cameralis, tunc enim non attenditur iſta via ordinaria, vt declarat Idem Alexand. *d. conſ.* 192. *numero* 3. *ver. quia reſpondeo, libro* 7. iuxta notata *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iudicat.*

Nec ſubſiſtit, quod in ſententiâ condemnentur hæredes Horatij etiam pro pecunijs, quæ ad eum non
23 peruenerunt, † cum tamen non teneantur niſi de adminiſtratis: Socin. *conſ.* 79. *numero* 20 *libro* 2. Rot. coram Reuerend. P. Domin. Sacrato Segniná adminiſtrationis 18. Martij 1613. Quia in facto contrarium apparet, nam ad Miniſtros Archiconfraternitatis non peruenerunt iſtæ pecuniæ, quæ ex aduerſo præſupponuntur, neque potuerunt peruenire, cum fuerint exactæ à Donis depoſitarijs Horatij, & ad eius creditum poſitæ, vnde non mirum, ſi etiam de eis fuit habita conſideratio in ſententiâ, quæ ex hoc non poteſt reuocari, ſed eſt exequutioni demandanda tamquam iuſta, & continens redditionem pecuniarum ad Archiconfraternitatem
24 ſpectantium pro puellis monachandis, † & ſubſidio dotali, quod non recepit dilationem, & per conſequens non admittit appellationem, *cap. fi.* 2. *queſt.* 6. *l. vlt. ff. de appell. recipiend.* Surd. *de aliment. priuil.* 60. *numero* 8. *vſque ad* 13. non obſtantibus contrarijs, quæ procedunt in caſibus, in quibus negotium patitur dilationem, vt declarat Idem Surd. *d. priuileg.* 60. *numero* 8. Et quidem aduerſarij hæredes Horatij deberent acquieſcere ſententiæ Iudicis per eos electi, cum etiam ſit illis magis fauorabilis, tanquam debuiſſent condemnari non ſolum
25 ad ſortem, ſed etiã ad vſuras, † nam iudiciũ negotiorum geſtorum eſt bonæ fidei, in quo habetur ratio vſurarum, & intereſſe, *l.* 2. *& l. in bonæ fidei, C. de vſur. l. curabit, C. de act. empt. l. at qui natura, §. non tantum ff. de negot. geſt.* Bero. *conſil.* 193. *nume.* 9. *lib.* 1. vbi ampliat hoc procedere de iure canonico, Surd. *conſ.* 60. *nu.* 3. *li.* 1. Et ita ex ſuprà dictis fuit pluries ſententiatum, & per ſolutionem omnium in ſententijs contentorum cauſa terminata, quo ad effectum ſuſpenſiuum, & commiſſa in deuolutiuo.

EPITOME.

Legatum dandum puellis virginibus Orphanis an poſſit dari orbatis patre tantùm, vel requiratur, quod matrem non habeant. ¶ Et quis dicatur Orphanus. ¶ Et quid ſignificet Orphanotrophium. ¶ In vltimis voluntatibus, & in legatis piis an ſit facienda lata interpretatio. ¶ Habens patrem inutilem an æquiparetur non habenti patrem. ¶ Priuilegium viduarum an habeat locum in habentibus viros inhabiles. ¶ Eccleſia an dicatur viduata ſi habeat Epiſcopum inutilem. ¶ Legatum dotis quando ſit pium, & ſit factum in cauſam alimentorum. ¶ Solutio dotium, quæ debent dari puellis per Societatem ex mandato teſtatoris, an ſit facienda per hæredem eidem Societati ante contractum matrimonium. ¶ Et an reſtitutio & cautio conſeruandi dictas dotes ſit præſtanda ad fauorem eiuſdem Societatis, ſeu hæredis. ¶ Dos promiſſa an dicatur propriè dos, & veniat ſub ſtatuto, & pacto de dote lucrandâ. ¶ Procurator in rem propriã ex quibus verbis ſit conſtitutus. ¶ Et quãdo ad illum ſpectet commodum, & damnum. ¶ Executor meius an poſſit dici, qui aliquam vtilitatem percipit.

SVMMARIVM.

1 *Orphanus dicitur qui caret patre, & præſidio paterno, licet ſecundum alios requiratur, quod ſit orbatus vtroque parente, nu. 2.*

3 *Legatum dotis dandum puellis virginibus orphanis an poſſit dari tantùm illis, quæ carent patre, non matre, num 7.*

4 *In vltimis voluntatibus eſt facienda lata interpretatio. Idem in legatis piis, nu. 6.*

5 *Legatum dotis eſt pium, ſi fiat pauperi, & cenſetur relictum in cauſam alimentorum.*

8 *Habens patrem inutilē æquiparatur non habenti patrē.*

9 *Priuilegium viduarum habet locum in mulieribus habentibus viros inutiles.*

10 *Eccleſia dicitur viduata ſi habet Epiſcopum inutilē.*

11 *Vniuerſitas non dicitur habere ſyndicum ſi eſt inhabilis ad agendum.*

12 *Educantes minores deſtitutos parentibus, atque ſubſtantiis non debent vexari.*

13 *Orphanotrophium eſt locus, in quo pueri orbati parentibus aluntur, nec requiritur, quod vterque parens deficiat, nu. 14. & 16.*

15 *Orphanotrophium deriuat à verbo græco, quod ſignificat nutrio, & pupillo, & differt à xenodochio, & hoſpitali.*

17 *Solutio dotium dandarum per Societatem puellis iuxta diſpoſitionem teſtatoris, quando ſit facienda per hæredem eidem Societati ante contractum matrimonium.*

18 *Grauandus non eſt qui à teſtatore non fuit honoratus.*

19 *Verba ſolui debeant dotes per hæredem ad requiſitionem officialium Societatis, an inducant mandatum in rem propriam.*

20 *Procurator in rem ſuam dicitur cōſtitutus ex verbis* oe ſeguirete l'ordine del tale.

21 *Procurator in rem propriam dicitur ille, ad quem pertinet vtilitas, & damnum, itavt non teneatur reſtituere quod exigit.*

22 *Dos promiſſa venit nomine dotis, & comprehenditur in ſtatuto de dote loquente.*

23 *Mulier dicitur dotata per deſtinationem, & promiſſionem dotis.*

24 *Pactum de lucranda dote habet locum in promiſſa, & non ſoluta.*

25 *Promiſſio dotis habetur pro ſolutione.*

26 *Dies interpellat pro homine.*

27 *Reſtitutio dotis, & cautio de illam reſtituendo eſt facienda ipſi danti.*

28 *Executor merus non dicitur, qui aliquod commodum percipit.*

29 *Obſeruantia declarat dubiam mentem teſtatoris.*

CAPVT DCLXVI.

ORphanus dicitur, qui caret patre, & præſi-
dio paterno, & qui ſommoperè deſiderat
1 eius opem, † cum ſine illo malè ſe habeat, & eſt græ-
ca vox, quæ ita explicatur ſecundùm Vallam *lib. 4.*
elegantiar. vt refert Spiegel. *in vocabul. in verbo, Or-*
phanus. Theſau. linguæ latinæ & Calepin. etiam *in*
verb. Orphanus. vbi quod differt à pupillo, qui licet
ſit orbatus patre, tamē nō caret præſidio paterno,
cùm tutorem habeat, Idem voluit Ioan. Coraſ. *in*
tract. inuentar. in prin. nu. 7. & 8. pa. 2. fol. 165. Alciat.
prætermiſſor. li. 1. in verb. Orphanotrophus Greg. Tho-
loſ. *ſyntagm. iur. pa. 2. lib. 12. ca. 1. nume. 5. fol. 193.*
Verum eſt, quod ſecundum aliquos Orphanus dicitur
2 ille, qui eſt orbatus patre, & matre, vt † dicit Me-
noc. *de arbitr. caſ. 66. in addit. n. 7.* Rebuff. *de ſentent.*
præiudicialib. ſiue prouiſionalib. art. 3. glo. vlt. nu. 4. to.
1. fol. 295. & in l. pupillus, 239. col. 2. ad med. ver. ſe-
cundo quāuis, ff. de verbor. ſignificat, fo. 1045. vbi quod
licet Græci vocent Orphanum pro quolibet infā-
te non habente patrem, Tamen hoc vocabulo
propriè notatur, qui ſine patre, & matre eſt.
Quidquid tamen præfati Doctores ſentiant. In caſu
noſtro concludendum eſt ſatisfactum eſſe menti, &
diſpoſitioni teſtatoris per nominationem puellæ
3 orbatæ tantùm patre, dum † mandauit nominari
pro conſecutione legati dotis puellas Virgines or-
phanas, cùm enim ſimus in vltimis voluntatibus,
4 eſt facienda lata interpretatio, † quidquid ſit in cō-
tractibus, *l. qui duos, & l. ſeruis legatis, ff. de legat. 3. l.*
ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de legat. 2. l. iuſta interpreta-
tione, de verbor. ſignific. l. ſi quis ita, in prin. ff de teſta-
tut. Card. Mant. *de conit. & ambig conuent. li. 2. tit. 4.*
n. 63. in fi. & de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 18. n.
5 *2. cum ſeq.* † Maximè quia ſumus in materiâ fauora-
bili dotis, cuius legatum dicitur pium, quando fit
pauperi, itavt cenſeatur relictum in cauſā alimen-
torum: Ruin. *conſi. 71. n. 15. li. 3.* Surd. *de aliment. ti. 2.*
6 *q. 12 n. 9. & 10.* † In legatis autem pijs fit larga inter-
pretatio: Soc. *conſi. 247. n. 6. lib. 1.* Tiraq. *priuileg pia*
cauſ. 23. Surd. *de alim. tit. 8. priuileg. 25. numero 6.*
Quæ magis procedunt, quia non adeſt aliqua Or-
phana orbata vtroque parente, quæ in concurſu
7 prætendat ſe præferri, † Vnde ſatis eſt, quod no-
minetur illa, quæ eſt ſine patre, cùm dicatur ſatiſ-
factum menti teſtatoris, itavt executor in hoc caſu
poſſit dare dotes puellis habentibus patres inuti-
8 les cum ſatis dicantur orbatæ patribus, † quæ ta-
les inutiles habent, & verè ſint deſtitutæ præſidio
paterno, vt in ſpecie concludit Perez de Lara *de*
anniuerſar. & capellaniis, lib. 1. cap. 21. num. 32 & 33.
iuxta nobilem Gloſ. *in l fi. in verb. orbitates C od. ad*
leg. flau. de plagiar. Iaſ. *in l. fi. numero 3. ff. de offic. eius.*
Et faciunt ſimilia de priuilegijs conceſſis viduis, quæ
9 competunt † etiam mulieribus habentibus viros
inutiles: Bald. *in d. l. fi. C. ad leg. flau. de plagiar.* Corr.
in memorabilibus in verb. vidua, Couarr. *pract. quæſt.*
cap. 7. numero 2. late Tiraquell. *l. connub al. 6. numero*
10 12. † Prout etiam eſt in Eccleſiâ, quæ dicitur vi-
duata, ſi habet epiſcopum inutilem, *ca. inter corpora-*
lia, de tranſlat. epiſc. Luc. de Pen. *in l. eum ſcimus, nu-*
11 *mero 5. C. de agricol. & conſit. libro 11* † Quemad-
modum etiam vniuerſitas non dicitur habere Syn-
dicum, ſi ille ſit inhabilis ad agendum, *l. 1. §. quod*
ſi nemo ff quod cuiuſque vniuerſitat. nomin.
Neque obſtant Doctores, qui concludunt requiri or-
bitatem vtriuſque parentis. Quia ſatis eſt quod alij
teneant contrarium, vt ſuprà oſtenſum eſt, Neque
12 adeſt præciſa lex, quæ id diſponit, † cum text. *in*
l. orphanotrophos, 30. C. de epiſcop. & cler. ſolum di-
cat, quòd non debeant vexari callidis machinatio-
nibus, qui feſtinant paterna affectione educare, &
ſuſtentare, propter timorem Dei, minores deſtitu-
tos parentibus, atque ſubſtantijs. Nam ex iſtis
verbis nihil concluditur, quod ſpectet ad ſignifi-
cationem orphani, Prout neque Glo. *in l. illud, 16.*
in verb. orphanotrophium, C. de ſacroſ. Eccle. aliquid
de ſignificatione orphanorum concludit, cum ſo-
13 lum explicet, quod † orphanotrophium eſt locus,
in quo pueri orbati parentibus aluntur. Et quāuis

Salic.

Salic. *in l. orphanotrophos, 30. numer. 1. C. de epiſco. & cleric.* velle, vt talis locus ſit, quando recipit pueros
14 orbatos vtroque parente, Tamen verius eſt, † vt
etiam ſufficiat, quod ſint tantum ſine patre, vt explicat Spiegel. *in lexic. iur. in verb. orphanotrophium.*
tamquam hoc verbum deriuet à græco, quod ſigni-
15 ficat nutrio, & pupillo, † & differt a Xenodochio,
quod eſt domus, in quâ peregrini, & hoſpites accipiuntur, Prout hoſpitale, quod dicitur à verbo
græco ſuſpicio, & hoſpes, Et paſſim orphano-
16 trophium accipitur pro loco † parato alendis pueris, vt per Prateium *in lexic. iur. in verb. orphanotrophion. iuxta l. 16. & 18. C. de ſacro. Eccle.* Et concludunt omnes *in dictio. in verb. orphanotrophium*, quibus etiam magis ſtandum eſt tamquam peritis in
rebus, & vocabulis ad eas ſpectantibus. Et ita ex
prædictis fuit data dos orphanæ ex patre tantùm,
non exiſtente aliqua in concurſu, quæ vtroque parente eſſet orbata.

Et quoniam de maritandis puellis virginibus locuti
ſumus, placuit adnotare caſum, qui in facto occur-
17 rit, occaſione teſtamenti exhibiti, † in quo teſtator mandauit ex eius hæreditate tres puellas quotannis in perpetuum dotari in ſcutis quadraginta
pro quâlibet, quibus promiſſio, ſeu conſtitutio dotis, & conſignatio cedulæ ſit facienda per Societatem Sanctiſſimi Sacramenti S. Petri. Ex iſtis
verbis apparet teſtatorem voluiſſe, vt ſolutio anteà
fieret per hæredem eidem Societati, cum alias
eius voluntas poſſet reddi eluſoria, nam Societas
non promitteret dotes, niſi haberet pecunias promptas, & penes ſe exiſtentes, tamquam ſtatim poſſet
poſt promiſſionem euenire caſus ſoluendi dotem
propter matrimonium, quod illicò contraheretur,
ita vt non ſit veriſimile, quod teſtator voluerit de
proprio grauare Societatem, quæ poſteà deberet
ſolutum repetere, cùm tamen illam non ſolùm
non honorauerit, ſed potius grauauerit propter laborem viſitationum, & alia quæ in tali opere poſ-
18 ſunt concurrere, Vnde non eſt grauandus, † qui
non honoratur. Alexand. *conſil. 24 num. 5. libro 3.* Aret. *conſil. 156. col. 4* Aymon. *in l. cum filio, pa. 1. numero 173. ff de legat. 1. conſil. 763. numero 14. ver. 4. reſpondetur.* Surd. *conſil. 434. nume. 9. libro 3.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 9. numero* 188.

Maximè quia idem teſtator etiam diſpoſuit, quod
dicta ſcuta quadraginta pro quâlibet puella ſolui
debeant ab hærede quolibet anno ad requiſitio-
19 nem officialium Societatis, per † quæ verba dicitur illi datum mandatum ad exigendum tamquam
in rem propriam, vt in ſpecie dixit Rota coram
Reuerend. P. Domin. Buratto in huiuſmodi cauſâ Romanâ electionis puellæ 2. Decembr. 1619.
vbi quod de ſimilibus verbis loquitur Ang *in l. in prouinciali, §. ſi ergo, ff. de nou. oper. nunciatio.* Surd.
20 *conſil. 528. numero 22. libro 4.* † vbi de verbis, *ne ſeguitote l'ordine del tale*: Pariſ. *conſil. 107. numero 34 libro 3.* Cum etiam in eodem teſtamento teſtator ſe retulerit ad ſtatuta Societatis, & ordines
Officialium abſque aliquâ exceptione, ſecundùm
quorum ſtatutorum tenorem, ſeù ſtilum & obſeruantiam, ſolutiones huiuſmodi legatorum, & relictorum fiunt penès Camerarios eiuſdem Societatis ad effectum illa connectendi in cauſam, ob quá
fuerunt relicta, prout etiam hoc paſſim fuit in omnibus Societatibus, & confraternitatibus exercentibus iſta opera pia nubendi puellas.

Neque obſtat, quod illa verba, vt huiuſmodi pecuniæ ſolui debeant Societati ab hærede, non videan-
21 tur importare mandatum in rem propriam, † cùm
procurator in rem ſuam dicatur ille ad quem pertinet vtilitas, vel damnum, ita vt non teneatur reſtituere, quod exegit, cùm poſſit ſibi retinere:
Gloſſ. *in l. 1 ff. de procurat. & in l. qui ſtipendia, C eod. tit.* Bald. *in l. ſi partem, in 2. lect. C. de iur. dot.* Caſtr. *in l. ſi in princ. ff. de donat. & in l. ſi cum emptore, col. 2. ad med. ff de pact.* latè Bertaz. *clau. 19. glo. 1. num. 1.*
Quia licet non eſſet talis, tamen ſatis eſt quod ſit
procurator ad exigendum, itaut ſemper ſit facienda prius ſolutio per hæredem, vt dictum eſt, ad hoc
vt poſſit conſtitui dos puellis nominatis, prout talis dotis conſtitutio, & promiſſio ſolet fieri tam per
iſtam Societatem, quàm per alias in feſtiuitatibus
per eas deputatis mediante cedulâ dandâ per officiales, in quâ continetur dos ſoluenda tempore nuptiarum, vt præcipuè obſeruat Archiconfraternitas Sanctiſſimæ Annunciatæ, ad cuius imitationem
ferè omnes aliæ regulantur, Neque enim teſtator
intellexit de actuali numeratione dotis facienda
dictis puellis, ſed de ipsâ promiſſione, vt ſolitum
22 eſt fieri, † Cum etiam dos promiſſa veniat ſub nomine dotis: Gloſſ *in l. de diuiſione, ff ſolut. matr.* cum
alijs per Iaſ. *in rubr. ff eod. tit. numer. 23. & 24.* vbi
quod eſt propriè dos, & venit in ſtatuto de dote loquente: Gloſſ. *in l cum poſt, §. 1. ff. de admin. tut. & in l. mulier, in pri. ff de cond. inſtit. & in l donaturus, §. fi.*
vbi Caſtr. & Alex. de communi *ff. de condict. ob cau.*
Achill. *deci. 13 num. 2. de conſtitut.* Cardin Mantic.
qui multas diſtinctiones adducit, *de tacit. & ambig.*
23 *conuentionibus, libro 12. tit. 5 numero 4. cum ſeq.* † Ita
vt per talem deſtinationem, & promiſſionem dotis
mulier dicatur dotata: Gabr *conſil. 15. numero 43. libro 1.* Brun. *de ſtatu exclu. fœmin. arti. 6 qu. 3 caſ. 4.* Vn-
24 de etiam pactum de lucrandâ dote † habet locum
in promiſſa, & non ſolutâ, *l. ex morte, in fi. de pact. conuent. §. dotes, ver. ſi vero,* vbi Ang. *auth. de nupt.*
25 Cardi. Man. *d. li. 12. ti. 4. nu. 12.* † Prout quoque talis
promiſſio habetur pro ſolutione, *l. vlt. C. ad leg. falc.*
Car. Mitti. *d. lib. 12. tit. 3. num. 41. in fi.*

Et ita fuit concluſum in huiuſmodi causâ Romana
electionis puellæ, coram R.P.D. Buratto, 2. Decembris, 1619 vbi etiam additur, quod ſolutio iſtarum
pecuniarum pro præfatis dotibus erit facienda Societati quotannis in perpetuum in die feſtiuitatis
Sanctiſſimi corporis Chriſti prout teſtator expreſ-
26 se diſpoſuit, quæ dies † interpellat pro homine, *l. magnam, C. de contrah. ſtipul. cap. potuit, in fi. locat.*
Aret. *in l. ſi ex legati cauſa, col. 8. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ita ſtipulatus, numero 15. ff. eodem ti. & in l. mora, col. 6. ff. ſolut. matrim.* Pariſ *conſil 34. numero 15. libro 1.* Gabr. *de ſolut. concluſ. 9. numero* 1.

Prout etiam in eadem deciſione ſubditur, quod cautio de dotibus reſtituendis in caſu reuerſionis erit
præſtanda ad fauorem Societatis, cum enim dotes
debeant per eam promitti, & conſtitui, vt dictum
27 eſt, † reſtitutio erit facienda ipſi danti: Salic. *in l. ſi conſtante, num. 4 C. de donat. ant. nupt.* & cautio de
reſtituendo ſemper intelligitur ad fauorem dantis, vbi alia perſona non exprimitur, tamquam reſpondeat dationi. Surd. *de aliment. ti. 6 quæſt. 23. numero 4.* poſt Ang. *conſil. 158.* Iaſ. *in l. ſi donaturus. §. 1. nume. 14 ff de donat. ob cau.* Becc. *conſil. 53. numero 8.*

Cum etiam Societas in tali caſu non poſſit conſiderari tanquam mera executrix, ita vt nullom conſi-

modum debeat percipere, nam ſolutiones pecuniarum legatarum pro dotibus ſunt faciendæ per hæredem Societati ſingulis annis, ad hoc vt illa poſſit poſtea eadem Societas promittere, & conſtituere puellis, vt dictum eſt, vnde donec venit caſus illas exburſandi pro matrimonio ſecuto, remanet commodum talium pecuniarum, quo ad ipſam
28 Societatem iſto medio tempore, † quod commodum habere non poſſet, ſi eſſet mera executrix, Barr. Caſtr. & Imol. *in l. ſi quis titio. ff. de leg.* 2. Rot. coram Card. Pamphilio Romana cenſus viginti mille 16. Decemb. 1595. dixi late *ſup. c.* 449.

Quibus adduntur ſolutiones ſemper ita factæ per hæredem ab anno 1611. vſque ad 1614. per quas eſt inducta obſeruantia circa modum ſoluendi, ita vt ab ea non liceat recedere, tamquam fuerit declarata voluntas teſtatoris, † quatenus eſſet dubia, *c. cum delectus, de conſuetud.* Caſtr. *conſ.* 314. *ſuper eo quod quaritur, ad ſi lib. 1. & conſ.* 347. *circa donationem, col. vlt. eo. lib.* Soc. *conſi.* 25. *col.* 9. *li.* 1. Iaſ. *conſi.* 128. *col. pen. in prin. l. b.* 1. Aym. *conſi.* 201. *n.* 11. *&* 12. Dec. *in c. cum in ferrarien. col.* 2. *poſt med. verſ. & ex ſupradictis infertur, de conſtitut. & conſ.* 156. *col. vlt.*

EPITOME.

Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre an valide obligetur non obſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Et an ſufficiat aſſertio ipſius iurata talis habitationis, ita vt ob mnedacium priuetur beneficio iuris communis, & ſtatuti. ¶ Et quid ſi agatur de nullitate contractus non de eius reſciſſione. ¶ Pater ſi in actu executionis factæ contra filium vocet ſe depoſitarium an conualidet obligationem filij ſine eius conſenſu factam. ¶ Et an talis conſenſus poſſit interuenire ante, vel poſt contractum. ¶ Macedonianum an habeat locum, ſi pater ſoluit, vel promittit ſoluere debitum factum per filium abſque eius voluntate. ¶ Habitatio filij ſeorſum à patre, & negotiatio publica tamquam à patrefamilias an inducat emancipationem. ¶ Executio obligationis cameralis, an ſit ſuſpenſa, ſi iudex pronunciauit in deuolutiuo abſque præiudicio proceſſus executiui. ¶ Cauſa quando dicatur facta appellabilis, & ſit vulnerata obligatio. ¶ Reſtitutio in integrum an impediat executionem obligationis cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus filijfamilias annullantur per ſtatutum Vrbis* c. 152. lib. 1. *niſi in caſibus ibidem exceptis, n.* 4.
2 *Filiusfamilias iurans habitare ſeorſum à patre validè obligatur non obſtante ſtatuto Vrbis, & ratione mendacij excluditur à macedoniano.*
3 *Replicatio de dolo impedit exceptionem macedoniani, & ſtatuti Vrbis.*
5 *Aſſertio iurata filij de viuendo ſeorſum à patre illi non præiudicat quo ad nullitatem contractus, quidquid aliud ſit in eius reſciſſione. Intellige vt num* 6.
7 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
8 *Mendacium tollit beneficium ſtatuti, & iuris communis.*
9 *Pater, ſi in actu executionis facta contra filium vocat ſe depoſitariũ, conualidat obligationem eiuſdem filij.*
10 *Voluntas patris ſufficit ſiue præcedat, ſiue ſequatur, vt non poſſit dici de nullitate contractus filij.*
11 *Macedonianum non habet locum, ſi pater cepit ſoluere debitum factum à filio abſque eius conſenſu.*
12 *Ratihabitio tacita æquiparatur mandato, & retrotrahitur in præiudicium ratificantis, non tertij, nu.* 13.
14 *Promittens ſoluere æquiparatur ſoluenti quo ad effectum approbationis.*
15 *Depoſitum eſt exequendum non obſtante aliqua exceptione.*
16 *Habitatio filij ſeorſum à patre per longum temporis ſpatium, & negotiatio publicè, & palam tamquam à patre familias ſciente, & non contradicente patre inducit emancipationem.*
17 *Executio obligationis cameralis, an ſit ſuſpenſa, ſi iudex pronunciauit in deuolutiuo abſque præiudicio proceſſus executiui.*
18 *Executio contractus non retardatur donec cognoſcitur ſuper nullitate obligationis.*
19 *Cauſa eſt facta appellabilis, & eſt vulnerata obligatio, quando pronunciatur contra actorem, n.* 20.
21 *Deuolutiuum negocium non impedit executionem, niſi poſt ſententias tranſactas in iudicatum.*
22 *Res iudicata non dicitur niſi poſt tres conformes executas, num.* 23.
24 *Sententia per appellationem eſt ſuſpenſa.*
25 *Executio non retardatur in quibuſcunque cauſis executiuis, & poſſeſſoriis, & reuocatur inhibitio quo ad effectum ſuſpenſiuum, & committitur quo ad deuolutiuum.*
26 *Reſtitutio in integrum non impedit executionem obligationis cameralis.*

CAPVT DCLXVII.

Statutum Vrbis *c.* 152. *lib.* 1. non annullat omnes contractus filiifamilias, nam in eo excipiuntur
1 caſus, † in quibus filiifamilias de iure communi ſine iuramento non obſtante ſenatuſconſulto macedoniano obligantur, & quando de conſenſu, & voluntate patris contraxerunt, vel ſi præpoſiti ſint negotiis, aut à patre ſeorſum habitent, & publicè pro patribusfamilias habeantur, vt latius in dicto ſtatuto continetur.

Quo ſtante valuit obligatio, de qua agebatur in cauſa Romana ſocietatis, Nam filiusfamilias medio iuramento aſſeruit ſe viuere ſeorſum à patre, & eius negotia gerere tamquam patremfamilias, prout etiam probata fuit iſta diſiuncta habitatio cum pluribus contractibus per eum factis cum diuerſis perſonis tamquam præpoſitum negotiationi, ex quibus reſultat, quod ſumus in caſibus exce-
2 pris à ſtatuto, † & per conſequens non poteſt dici de inualiditate obligationis, cum etiam ſufficeret dicta aſſertio iurata de habitatione ſeorſum à patre, per quam excluditur à beneficio Macedoniani, & ab aliis priuilegiis filio competentibus ratione mendacij, & quia iuſtè contrahens cum tali credidit huiuſmodi aſſertioni, *l.* 1. *C. ad macedon. l. qui cum ſe,* 10. *ff. de re iudicat. l. apud celſum.* 4. *§ item quæritur, in fi verſ. cōtra ſenatuſcōulti quoque* vbi Gl. *in verb. auctorum, ff. de doli mal. & met. except.*
3 † vbi quod replicatio de dolo impedit exceptionem macedoniani, etiam quod in eo non ſint latæ ſententiæ, qui dolus conſideratur in filio falſum aſſerente ſe eſſe ſui iuris, vnde etiam talis replicatio impediet exceptionem huius ſtatuti, cum in eo reſeruentur iſti caſus excluſiui Macedoniani, tamquam fraudantibus, & doloſis denegentur iſta priuilegia, *l. ſed & ſi ex parte, in prin. verſ. interdum.* vbi Gl. *in verb. propter mendacium, ff. quod cum eo qui in alien. poteſt. l. eum qui,* 6. *eo. tit. l. quid enim,* 15. *ff. de dolo malo, l. fi. C. de calumniat. l. ſi alterius, C. ſi min. ſe maior. dixer. l. illud,* 7. *§. ſi cuius dolo, in fin. verſ. ſed & ſi negauerit, ff. de tribut. action. l. inde neratius,* 23. *in fin. verſ. hac actio, ff. ad l. aqu. l. pen. de rei vend.*

Et vltra talem aſſertionem iuratam, adeſt etiam, vt dictum

diƈtum eſt probatio vitæ, & habitationis ſeorſum
à patre, cum aƈtibus geſtis tamquam à patre fa-
milias, cum præpoſitione negotij, ac aliis in faƈto
4 adduƈtis, † ex quibus tollitur ſtatutum, tamquam
excipiat tales caſus, quos etiam excipit ius commu-
ne ſtatuens in eis non habere locum beneficium
Macedoniani, *l.2.C.ad macedon.l.1.§.in filiofamilias.*
& l.2.& 3 ff.eod.tit.

Non obſtat, quod aſſertio iurata filijfamilias de viuen-
do ſeorſum à patre illi non præiudicet, quo ad
5 nullitatem contraƈtus, quam poterit allegare, quid-
quid aliud ſit in illius reſciſſione: Rom. *conſ.12.col.*
*vlt.*Grammar.*dec.* 12.Rimin.Iun.*in.§.2. num.*30.*in-*
ſtit.quib.alienar.lic.vel non. Tiraq.*de legib connubial.*
*gloſ.8.n.*137.*l.*16.*fol.*372: Quia ſatis ſupra oſtenſum
eſt non adeſſe aliquam nullitatem in caſu noſtro,
cum in eo non habeat locum ſtatutum in quo ex-
6 cipiuntur † caſus non comprehenſi in macedonia-
no, ſecundum quod filiusfamilias valide obligatur
ſtante falſa aſſertione, *l.1.C. ad Macedon. l. apud*
celſum, 4.*§.item queritur, in fin.verſ. contra ſenatuſ-*
*conſulti quoque.ff de dol.mal.& met.except.*Vnde cum
ſimus in exceptis non adeſt aliqua nullitas, qua non
exiſtente, non poteſt illa allegari, † tamquam non
7 entium nullæ ſint qualitates, *l. non omnis, ff.ſi cert.*
*petat.*Surd.*dec.*317.*n.*6.& imputet ſibi pars, quæ ob
8 mendacium priuatur beneficio ſtatuti, † & iuris
communis, *l.ſed ſi ex parte, princ. verſ.interdum.*vbi
Gloſſ. *in verb. propter. ff. quod cum eo qui in alien.*
poteſt.

Amplius contraƈtus, de quo agimus, eſt validus pro-
9 pter patris conſenſum, † qui in aƈtu executionis
faƈtæ contra talem filium mendacem ſe vocauit
depoſitarium iſtius pecuniæ debitæ per eundem
filium cum promiſſione de illam ſoluendo credi-
toribus, ad quorum fauorem fuit executum man-
datum, Ex quibus reſultat approbatio talis con-
10 traƈtus per filium geſti, quæ approbatio, † ſeu vo-
luntas patris ſufficit non ſolum ſi præcedat, ſed
etiam ſi ſubſequatur, cum etiam ſatis eſſet ſola
ſcientia abſque contradiƈtione, *l.1.*vbi Gloſ.*in verb.*
voluntate.& l.fin.C.ad Macedon.l. ſi tamen, 14.*& l.*
ſi filiusfamilias patre abſente. 18. *& l. item ſi filiusfa-*
*milias fideiuſſerit.*8.*in fin.ff.eod. tit. l.1. C. ne filius pro*
patr.l.3.§.ſed verum ff.de minorib.

Et in iſtis caſibus ſufficit ratificatio etiam tacita, vnde
ſi pater cepit ſoluere debitum faƈtum à filio abſ-
11 que eius voluntate, & iuſſu, † non habet locum
macedonianum, cum ex hoc tacitè videatur rati-
ficare eius contraƈtum, *l.item ſi filiusfamilias fide-*
*iuſſerit.*8. *in fin. verſ. hoc amplius ceſſabit.* vbi Gloſſ.
12 *in verb.quaſi ratum, ff. ad macedon.* † Cùm hoc caſu
iſta tacita ratihabitio æquiparetur mandato, *l. fin.*
C.eod.tit.ad macedon. Et paſſim ratificatio retrotra-
hitur ad tempus aƈtus geſti etiam in requirentibus
13 ſpeciale mandatum, maximè † quando non agitur
de præiudicio tertij, ſed ſolius ratificantis: Surd.
*dec.*245.*num.*1.*&* 8.*per l.licet.C.de iudic.c. ratihabi-*
tionem.de regul. iur. in 6. Gloſ. *in l. ſi indebitum.§.ſi*
procurator. in verb.committi.ff. rem. rat. haber. Bart.
Bald.& Alber.*in l.aliena.res, ff de pign. aƈt.* Tiraq *de*
*retraƈt.lign.§.1.gloſ.*10.*n.*61.*&* 66.Becc.*conſ.*66.*n.*25.
Caputaq.*dec.*180.*n.*1.*&* 2.*p.*2.

Et cum iſta habeant locum in patre incipiente ſol-
uere, vt diƈtum eſt, ita etiam procedent in promit-
14 tente, † cum talia æquiparentur ad effeƈtum ap-
probationis: Surd.*dec.* 317. *num.*4.*&* 5.poſt Iaſ.*in*
*l.poſtquam liti.nu.*1.*verſ.tertio limita.*vbi Dec.*num.*8.
*C.de paƈt.*Curt.Iun.*in l.*1.*num.*41.*C.eod.tit.*Gozad.
*conſ.*98.*nu.*19.Corn.*conſi.*299.*col.*2.*lib.*1. Aym.*conſi.*
103.*n.*12.*&* 13 *& conſi.*106.*n.*3.

Ex quibus apparet bene fuiſſe iudicatum per primum
Iudicem ad fauorem creditorum, cuius ſententia
tamquam iuſtiſſima erit confirmanda, reuocata
contraria ſententia, quæ non poteſt ſubſiſtere ex
15 ſupra allegatis, † Maximè ſtante depoſito quod
eſt adeo fauorabile, vt omiſſis omnibus exceptio-
nibus mereatur executionem tamquam ſententia,
vel confeſſio in iudicio, aut iuramentum conuen-
tionale, & iudiciatium, vel laudum emologatum:
Boer.*dec.*25.*nu.*15.poſt Bart. & alios *in l. penult. C.*
depoſit. Cum etiam ex habitatione ſeorſum à patre
per tot annos, & negotiatione publicè & palam
faƈta tamquam à patrefamilias ſciente, & non con-
16 tradicente patre † per tantum temporis ſpatium
præſumatur emancipatio: Bald.*in l. poſt mortem in fi.*
*ff.de adoptionib.*Barbat. *inter conſi. Alex. conſi. vlt.*
*col.*4.*lib.*4.Aym.*de antiquit.tempor.p.*3.*in princ.n.*22.
*in fin.verſ ſed in contrarium.vſque ad nu.*25. cum aliis
per Carpan.*ad ſtatut.mediolan.c.*406.*num.* 21. *vſque*
ad num 25.

Prædiƈtis pars aduerſa acquieuit, ſed ſolum præten-
debat eſſe ſuſpenſam executionem obligationis
Cameralis per ſententiam Iudicis appellationis,
17 Sed hoc non obſtabat, † cum Iudex tantummodo
pronunciauerit in negotio deuolutiuo, abſque a-
liquo præiudicio proceſſus executiui, & cum hoc
clarè expreſſum ſit in ſententia, non eſt quæren-
dum an fuerit vulnerata obligatio Cameralis, nec
ne, quia Iudex noluit vulnerare d. obligationem
quo ad effeƈtum exequendi, prout etiam eſt de iu-
re, nam interim donec cognoſcitur ſuper nullitate,
& inualiditate obligationis, executio contraƈtus
18 non retardatur, † cum iſta exceptio nullitatis nihil
operetur, niſi poſtquam fuerit cauſa finita per rem
iudicatam: Honded.*conſ.*17.*nu.*45. *lib.*2. poſt Bero.
*conſ.*119.*n.*1.*lib.*3.Lancell.*de attentat.p.*2.*c.*17.*de at-*
*tentat.nullit.pend.nu.*150.*& c.*18.*de attentat.reſtit.in*
*integr.pend.n.*131.Caſſad.*dec.* 10.*nu.*5.*cum ſeq.de re-*
*ſcript.*Guter.*de contraƈt.iurat.c.*2.*num.*23. *verſ.quinto*
*poteſt ſaluari.*Galleſ.*de oblig.cameral.p.*2.*q.*3.*n.*5.

Neque obſtat deciſio coram R.P.D. Litta Romana
cenſus, 5. Iunij 1600. impreſſa poſt Galleſ. *dec.* 76.
19 † Quia loquitur quando eſſet pronunciatum con-
tra aƈtorem, tunc enim cenſetur cauſa faƈta appel-
labilis, & dicitur obligatio vulnerata, vt in deciſ.
coram R.P.D.Coccino Anconitana aſſecurationis
20 impreſſa poſt Galleſ. *dec.* 95.*num.*7. † Aliud eſt in
caſu noſtro, in quo Iudex moderatus eſt inhibi-
tionem quo ad effeƈtum ſuſpenſiuum, ad hoc vt
interim ſententia lata ad fauorem aƈtoris habeat
executionem, & quamuis pronunciauerit poſtea
in deuolutiuo, non debet interim impediri execu-
tio, quia deuolutiuum negotium non impedit exe-
21 cutionem, † niſi poſtquam illud ſit finitum per ſen-
tentias tranſaƈtas in iudicatum: Honded.*conſi.*17.*n.*
45.*lib.*2.cum aliis ſupra allegatis: Burſat.*conſi.* 72.*n.*
21.*cum ſeq.lib.*1.Neuizan.*conſi.*70.*n.*31.

Non poteſt autem dici, quod conſtet de re iudicata
per vnicam ſententiam, cum requirantur tres con-
22 formes, † vel duæ habentes vim trium, quæ neque
ſufficient, niſi poſtquam fuerint executioni de-
mandatæ: Pariſ.*conſi* 30.*n.*36.*lib.* 4 Mandoſ. *reg.* 34.
*q.*27.*col.*1.*ad med.* vbi ex multis Rotæ deciſionibus

prob.at,quod numquam dicitur lis finiri poſt ſen-
tentias,niſi poſtquam fuerint executę,cùm ante il-
23 larum executionem† lis ſemper dicatur durare, &
ſic res iudicata non poteſt dici antequam ſit execu-
ta:Sarnenſ.*deci.* 14.Rot.*deci* 411.*ſi lite pendente,in antiq.* iuxta doctrinam Bald. *in l* 1. *C. de iurament.*
*calum.& in l.ſi cauſam,de execut.rei iudic.*Faber.*in*
*l.*2.*C.de litigioſ.*Ptolom.*deci.*180.*tom.*2.

Maximè, quia cum fuerit appellatum à ſententia lata
in deuolutiuo, non debet eſſe in aliqua conſidera-
24 tione, † ac ſi non eſſet lata tamquam ſuſpenſa per
appellationem,*l.*1.*ad fi.ff.ad turpillian.*Bald.*in l.ma-*
*le pactum,§.qui prouocauit. ff de pact.*Felin. *in rubr.*
de appellat.& in c. paſtoralis, col. 3. *numero* 14. *ver.*
*preterea de offic. deligat.*Afflict *deci.*188.*nu.*4.

Et paſſim prædicta procedunt in omnibus cauſis exe-
25 cutiuis , & quibuſcumq; poſſeſſorijs , in quibus †
nunquam retardatur executio, cum ſolùm defera-
tur appellationi quoad deuolutiuum , & inhibitio
moderetur quoad effectum ſuſpenſiuum : Oſaſc.
*deci.*15.*nu.*19.Roland.*conſi.*77.*n.*1.*li.*2.Conrard.*in*
*d.l.vnic.poſt oppoſ.*5 *in verb.intellectus. nume.*3.*&* 4.
*C.ſi de momenta.poſſeſſ.*Menoc.*de adipiſcend. remed.*
4.*numero* 828.Eugen.*conſil.*72.*numero* 52.

Neque obſtabit petita reſtitutio in integrum,cum ex
ea non impediatur executio obligationis camera-
26 lis: † Rot. coràm R. P. D. Ortemberg. Bononien.
executionis 27 Iunij 1603 impreſſa poſt Galleſ.
*deci.*32.*nu.*1.*&* 15 & corã Card. Ludouiſio Bono-
nię.pecuniaria 9 Iuni 1603.poſt Galle.*dec.*121.*n.*
18. vbi allegantur concordantes deciſiones Be-
ned.de Barz.*de guarant.li* 3 *qu* 21.*ver.& ratio.*Me-
noch.*de adipiſc. poſſeſſ.remed* 4.*nu.*908. Lancellot.
de attenta.parte 2.*capi.*18. *numero* 21.Rip. *in l.*4. *§.*
condemnatum,numero 30.*de re iudicat.*

EPITOME

Mater quando excludatur à ſucceſſione filij ob
non petitum tutorem. ¶ Et quid ſi fuerit minor.
¶ Et quando non potuit conſulere peritiores. ¶ Et
rectè adminiſtrauit , quamuis non confecerit ſo-
lemnia. ¶ In tutela matris , an requiratur renun-
ciatio velleiani,& ſecundarum nuptiarum,ſatiſda-
tio,confirmatio , & inuentarium. ¶ Et quid ſerue-
tur in tutela teſtamentaria. ¶ Nominatio tutoris
an permittatur matri tranſeunti ad ſecunda vota
de fratre,vitrico,& ſimilibus, ita vt Iudex cogatur
illos confirmare,ſi fuerint idonei , aliàs detur ap-
pellatio. ¶ Mater an remoueatur à tutela propter
litem,quam habet cum pupillo ¶ Et quando detur
adiunctus , ſeu curator ad lites. ¶ Et an prius de-
beant citari conſanguinei , & amici, vt ſciatur an
velint ſuſcipere defenſionem pupilli , & præferri
curatori dando per Iudicem. ¶ Pupillus , quan-
do dicatur indefenſus.

SVMMARIVM.

1 *Mater non excluditur à ſucceſſione bonorum filij ob non petitum tutorem, niſi probetur, quod ſua culpa non petierit.*

2 *In dubio iudicandum eſt , vt mater non ſit excluſa ab hereditate filij.*

3 *Mater minor non tenetur petere tutorem filio. Amplia vt numero* 4.

5 *Qualitas continens principium intrinſecum,ex quo oritur actio,eſt probanda,quamuis non opponatur.*

6 *Tutela poteſt peti per procuratorem,& cõſanguineum.*

7 *Mater exiſtens in montanis non habens facultatem conſulendi peritiores,ſi rectè adminiſtrauit,non priuatur ſucceſſione filij , quamuis non petierit tutorem,neq; confecerit inuentarium, nu.*8.9.10.*&* 11.

12 *Mater accipiendo tutelam debet renunciare ſecundis nuptiis , & velleiano , & ſufficiunt verba æquipollentia,nu.*13.*Intellige in tutela legitima , ſecus in teſtamentaria , in qua de conſuetudine non requiratur talis renunciatio , nec ſatiſdatio, nec confirmatio,nec inuentarij confectio,num.*14.

15 *Nominatio tutoris permittitur matri tranſeunti ad ſecunda vota, etiam de fratre , & vitrico, qui erit dandus per Iudicem,ſi ſit idoneus, alias poterit appellari, num.*16. 17.19.*&* 20.

18 *Tutor idoneus nominatus à matre tranſeunte ad ſecundas nuptias prefertur alteri magis idoneo.*

23 *Mater non remouetur à tutela propter litem quam habet cum pupillo,ſed datur adiunctus,ſeu curator ad lites,non tamen ad electionem matris,n.*22.*&* 23.

24 *Pupillus dicitur indefenſus , quando eius tutor non adfuit in iudicio ſaltem in principio, maximè , ſi aderant defenſiones, num.*25.

26 *Curator ad lites non datur pupillo , niſi prius citatis conſanguineis, & amicis, qui volentes ſuſcipere illius defenſionem preferuntur.*

CAPVT DCLXVIII.

EXcluſioni matris ab hæreditate filiæ propter
non petitum tutorem dicebam non eſſe lo-
1 cum , † Quia agens ad illam excludendam non ſo-
lum debet probare filium impuberem mortuum,&
tutorem non petitum,& quod pupillus ſuperuixit
patri poſt annũ:Alex.*conſi.*185.*n.* 10.*li.*6.Oſaſc.*de.*
57.*num.*8. Sed etiam opus eſt probare,quod mater
ſua culpa non petierit tutorem filio , vt illius hæ-
reditate priuetur, à qua tamen excuſatur ex quali-
bet iuſta cauſa:Burſat.*conſil.*8.*nume.*40.*lib.*1. Ita vt
2 † etiam quod eſſemus in dubio, iudicandum ſem-
per ſit ad fauorem matris , ne ab illa excludatur:
Ang.*conſil.*281.*col. vlt.in fi. ver. confirmatur etiam,*
Gozad.*conſil.*35.*num.*13.Cephal.*conſil.*210.*num.*38.
3 *lib.*2. Vnde etiam erat probandum matrem fuiſſe
maiorem viginti quinque annis , cùm minor non
teneatur petere tutorem,& ſi non petat,non cadit
à iure ſuccedendi,*l.*2.*C.ſi aduerſ.delict.l.ſciant,C.de*
legitim.heredib Grat.*conſil.*83.*num.*1.*lib.*2.Bald.*in l.*
*matres,nu.*21.*C.ad Tertullian.*Bart.*conſil.*30.*ad fi.li.*
1.Roman.*conſil.*279.Mandoſ.*de etat.minor.ca.* 5.*nu.*
96.Guter.*de tutel.pa.*1. *ca* 16.*num* 90.cum alijs latè
4 adductis per Port.*concl.*4. *li.* 5. *in* 6.*limit. fol.*919. †
vbi ampliat etiam ſi tranſacto anno efficiatur ma-
ior , & poſtquam maior fuerit non petat tutorem
per annum Bal.*in l.precibus,col.*4. *ver. quid ergo,C.*
*de impuber.*Dec.*conſ.*39.*co.*6.*ver.& predicta proced.*
Corn.*conſi.*40.*col.*2.*li.* 3.Iaſ.*in l. ſciendũ,§.fi.col.vlt.*
ver.ad idem facit,ff.qui ſatiſ.cogant. Anch *conſ.*440.
*col.vlt.*Guter.*de tutel.p.*1.*c.*16.*n.*92.*cum ſeq.*

Maximè quia in actis , vt in extractu fol. 15. fuit op-
poſitum ad fauorem matris , quod agens ad priua-
tionem illius non probauit iſtam qualitatem æta-
tis,quamuis etiam non opus eſſet tali oppoſitione,
cùm enim ſit fundamentum intentionis agentis,
5 erat probanda iſta qualitas, † quamuis non oppo-
neretur, quaſi hoc ſit principium intrinſecum , ex
quo oritur actio:Dec.*conſi.*24.*nu.*53.*li.*1. Bec.*conſi.*
75.*nu.*6.Rimin.Iun.*conſi.*494.*nu.*20.*lib.*5. Honded.
*conſi.*4.*nu.*103.*li.*1. Caguol.*in l.heredem eiuſdem* 95.
*nu.*6 *ff.de regul. iur.*Sim.de Præt.*conſil.*106.*num.*40.

Præterea debet excuſari mater , cum fuerit per fratrẽ
nomine ipſius petitum Iudici , vt deputaret in tu-
tricem.

tricem d.matrem, ſtante obitu patris, promittendo pro ea, & ſe obligando, quod faciet vtilia &
inutilia prætermittet, illamque defendet, & indefenſam non derelinquet, & alia faciet, ad quæ de
iure tenetur, prout ipſa in executionem d. petitionis poſtea fecit inuentarium, vt latius in proceſſu
fol. 35. & 36. Et quamuis prætendatur ex aduerſo talem petitionem non ſufficere, cum adminiſtrationem ſuſceperit abſque decreto Iudicis, quod
erat neceſſarium, tamen non poteſt imputari aliqua culpa mulieri, cum per eam non ſteterit,
& potius eſt imputandum Iudici, qui ad talem petitionem debebat decretum ſuum interponere,
6 † maximè quia tam mater, quàm alij poſſunt tutelam petere per alium puta procuratorem, &
conſanguineum: Marant. Ang. & alij per Gutet. *de tutel.p.1.c.16.n.88.in fi.*

Amplius quamuis petitio tutoris non adeſſet, neque fuiſſet decreta adminiſtratio per Iudicem, neque
7 eſſet confectum inuentarium, † Tamen cum mater rectè adminiſtrauerit, & non probetur contrarium, nec bona pupilli periclitarunt, ſed omnia
vtiliter geſta ſunt, tunc ſemper excuſatur, neque debet priuari ſucceſſione filij, quando, prout in
caſu noſtro, ſumus in montanis, & in perſonis ruſticis, quibus non fuit commoditas in loco conſulere
peritiores, ita in ſpecie concludit Caſtr. *in l. Clodius 96. col. vlt. num 6. & 7 ff. de acquir. hered.* vbi
quod ita conſuluit Bononiæ pro ruſtica habitante
8 in montanis diſtantibus à d. ciuitate, † ob illam rationem, quia iſto caſu mulier ſolùm peccauit in
iure poſitiuo, non autem in iure naturali, vel quaſi, poſtquam bene adminiſtrauit, & pupilli ius non
eſt factum deterius: nam ſi non adminiſtraſſet, & permiſiſſet bona pupilli periclitari non excuſaretur quaſi tunc peccaſſet in iure naturali, & iſta opinio eſt veriſſima, & æquiſſima mitigans tantum
rigorem iuris, vt teſtatur Caſtr. *in d.l.clodius.* & ibi Aret. *col.4. verſ. item adde in quantum. num.* 6. Idem
Caſtr. *in l.2. num.* 3. vbi Lancellot. Dec. *in princ.* & Claud. Seiſſel. *n.8. verſ. & infert hic. C. de in ius vocand.* Bertrand. *conſi. 229. num.1. poſt princ. verſ. ſecus
vere videretur. lib.3.p.2.* Socin. *conſi. 39. col. 6. in fin. verſ. tamen hoc ego arbitror verum. nu. 16. & 17. lib. 1.*
9 † vbi loquitur quando ſolum adfuit petitio matris de tutore, quamuis non fuerit decreta adminiſtratio, nec confectum inuentarium, & ibi etiam reſtatur, quod ita conſuluit Honuph. de Peruſ. quod
etiam ſequitur Marant. *in l.is poteſt. num. 197. de acquir. heredit.* Alex. *in l. iuris ignorantia. in fin. verſ.
ad hoc etiam vide pulchram deciſionem. C. qui admitt.* Gabr. *de tutel. concl.1.n.25.26. & 31.* vbi etiam allegat. Brun. *de form. tit. quas res, perſonas & quos caſus. col.4. verſ. mulieres etiam. fol.* 95. & comprobat Guter. *eod tit. de tutel. p.1. cap.16. n 67. ad med & n.77.
in fin.* Portius *lib.5. concl.3. ampliat.* 10. *poſt med. verſ.*
10 *ſecundo fallit in muliere. fol.* 915. † & eſt communis opinio, quam ſequuntur omnes in *l. iuris ignorantia. C. qui admitt.* vbi ita intelligunt text. *in l. in bonorum. ff de bonor. poſſeſſ.*

Non obſtant, quæ dicuntur de prætenſa ſuſpicione falſitatis contra inſtrumentum inuentarij, & petitionem tutelæ, Quia nihil releuans probatur, &
quatenus dicta iura non facerent aliquam fidem,
11 † tamen ſtante bona adminiſtratione bonorum pupilli, & qualitate perſonæ habitantis in montanis excuſatur mulier quamuis tutorem non petierit: Caſtr. *in d. l. clodius. de acquir. hered.* cum
aliis ſuprà allegatis.

[Adde *ſupra ad cap.28.nu.29.*]

Quibus addendum eſt, quod quando mater poteſt conſulere peritiores accipiendo tutelam debet
12 adimplere ſolemnia † renunciando expreſsè ſecundis nuptiis, & velleiano: Bart. *in auth. matri & auia. C. quand. mul. tutel. offic.* Natt. *conſi.* 147. *num.*2. Roland. *conſi.76.n.6. & 7. lib.* 1. cum aliis per Maſtrill.
13 *deciſ.73.n.2. dixi ſupr c 28.nu.29. &* 30. † vbi etiam, quod ſufficient verba æquipollentia: Alex. *conſil.80.
num.14. lib.*5. Intelligendo tamen in legitima, & datiua tutela, ſecus autem in teſtamentaria;
14 † in qua de conſuetudine non requiritur iſta renuntiatio ſecundarum nuptiarum, cum aliis ſolemnibus, quia per tráſitum ad ſecunda vota mater
non deſinit eſſe tutrix teſtamentaria, vnde tunc vana eſſet talis renuntiatio, cum cenſeatur approbata à marito teſtatore, ideo neque erit confirmanda, nec tenebitur ſatiſdare, nec inuentarium conficere, vt late omnia prædicta comprobat Ferret.
conſi.312.nu.4 cum ſeq. Boer. *deciſ.124.n 13. & deciſ. 61. in fin. & de conſuet. iur. ſtat. perſon.* §.6. Faber, Alber. *& alij in d. auth. matri & auia.* Maſtrill. *deciſ.73.
num.*4. Guid. Pap. *deciſ.*330.

In caſu tamen quo mater tranſiret ad ſecunda vota, ...um quæreretur an poſſit nominare tutorem fi-
15 lio, † qui ſit confirmandus per iudicem conſtituto; quod ſit idoneus, verior eſt opinio affirmatiua,
quod omninò debeat confirmari: Bald. *in l. ſi quis ſub conditione. in fi. ff. de teſtam. tut. & in l. omnem. C.
ad Tertull.* Gabr. *conſi.27. nu 4. lib.*1. Fab. Anna. *conſi.
50.n.4. cum ſeq.* † Ita vt etiã valeat nominatio matris
16 de fratre in tutorem filij, quamuis enim hoc negetur per Dec. *conſi. 674. nu.*7. Tamen contrarium
eſt verius, vt tenet Menoch. *de arbitrar. caſ.151.n.4.* Paſchal. *de virib. patr poteſtat. p.3. c.10. nu.25. fol.*362.
17 † ob illam rationem, nam mater poteſt etiam vitricum in tutorem filij nominare, qui præuia cognitione debet per Iudicem confirmari, ſi reperitur idoneus: Bald. *in l. fin. C. de contrar. iudic. tut.*
Boer. *deciſ.266.n.3.* Guter. *de tut. p.1.c.8.n.67.* Vnde multò magis erit confirmanda tutela fratris à ma-
18 tre petita: Paſcha *d.c. 10.nu.25.* † Adeo vt cæteris paribus ſemper ſit præferendus ille, quem mater
petiit, immo ſufficiet, quod ſit idoneus quamuis adeſſet alius magis idoneus: Gabr. *conſ.27.nu.5. in
fin. lib.* 1. Nam quamuis electio ſit permiſſa iudici,
19 † Tamen hoc arbitrium debet eſſe iuri conſonum: Bart. *in l. ſi ſic. in princ. ff. de legat.* 11. & ſi ſecus arbi-
20 traretur, tunc † dabitur appellatio: Gloſ. *in c. ſuper his;* vbi Felin. *de accuſation.* Idem Felin. *in c. exceptionem.
col.1. de exception.* Gabr. *conſi.27.n.6. lib.*1.

Obſeruandum eſt etiam, quod quamuis mater habe-
21 ret litem cum pupillo non remouebitur † à tutela, *auth. ad hæc. C. quand. mul. tutel. offic. fung. poſſ.* dixi
22 *ſupr. c.28.n.27.* Dabitur tamen ei adiunctus: † Bald. & Salic. *in auth. matri & auia. C. eod. tit.* Afflict. *deciſ.207. nu.1.* Rot. *dec.535. num.6.p.1. in recentior.* Vel
curator ad lites §. *fin. inſtit. de auctor. tut.* §. 1. & 2. *inſtit. de atil. tut.* Bald. Caſtr. & Corn. *in l. fin. C. de
iur. deliber.* Maſtrill. *dec.73 nu.5.* Molfeſ. *in addit. ad*
23 *lib. 1. ſuper conſuet. Neapel. p.3. q.26. n.19 fol.*125. † vbi tamen quod talis curator non erit dandus ad electionem matris, nam poſſet occurrere, prout atteſtatur ſibi eueniſſe, quod idem curator nihil contradiceret, quando mater pro ſuo credito litiga-

ret, & ſententia eſſet nulla, tàmquam pupillus re-
24 manſerit indefenſus, qui tunc dicitur talis, † quan-
do eius tutor non adfuit in iudicio ſaltem in prio-
cipio, *l. ſi præſes, C. quomod. & quand. iud.* Neuizan.
conſi. 17. Matthesil *ſing.* 108. *num.* 7. *cum ſeq.* Maſtrill.
deci. 73. *num.* 9. & 10. vbi quod maximè procedit,
25 quando tutor haberet defenſiones, quas † ſi dedu-
xiſſet, minimè ſuccubuiſſet: Ruin. *conſi.* 160. *num.* 31.
lib. 1. Theſaur *deci.* 99 *numera* 21: Cephal. *conſi* 475.
numera 24. *libro* 4. Guid. Pap. *deci.* 484.

Amplius in caſibus, in quibus debet dari pupillo cu-
rator ad lites, non poteſt deueniri ad talem cura-
26 torem, niſi prius citatis omnibus conſanguineis, &
amicis, quibus nolentibus tale munus ſuſcipere,
tunc iudex prouidet de curatore: Oſaſc. *deci.* 89. *nu-
mera* 6. *vſque ad* 9. poſt Bart. *in l. fulcinius, §. adeò ff.
ex quibus cauſis, in poſſeſſ. eat.* Bald. *in ca.* 1. *col penult.
ver. dicit, de milit. vaſall. qui contum. eſt,* Alex. *in l.* 1.
§. ſufficit, ff. de adminiſtr. tut. Afflict. *deci.* 162. *nume.* 20
Neuiz. *conſi.* 17. *num.* 20. Imol. *in l. ſi quis ita inſtitua-
tur, col. fi. item dicit, ff. de heredib. inſtituend* Pancir.
conſi. 11. *nu.* 15. Marant. *de ordi iudic. pa* 4. *diſtinct.* 16.
numera 36 Ludou Meſſ *ſuper leg. regn. pa.* 11. *numera*
21. Maſtrill. *deci.* 73. *numera* 7.

EPITOME.

Pro decreto Iudicis quando præſumatur. ¶ Et contrariæ probationes admittantur. ¶ Et quando per illud conualidetur, quod eſt inualidum, & tollatur morbus à naturâ in actu inſitus. ¶ Apocha mulieris in quâ fatetur ſe debitricem pro rebus marito datis an ſit valida ſine ſolemnitatibus, & an poſſit confirmari per inſtrumentum poſteà geſtum cum decreto Iudicis, & alijs per ſtatutum requiſitis. ¶ Mulier ſuſcipiens alienam obligationem an dicatur intercedere, & fideiubere. ¶ Et an talia obligatio ſit valida. ¶ Et quando obſtet ſenatuſconſultum velleianum. ¶ Et quid ſi mulier ſe obligat pro cauſa pia, ſeù pro dote, vel pro exoneratione conſcientiæ mariti, vel ſi aliquid recipit, vel donat, vel iurat, vel elapſum eſt biennium, vel in ſimilibus caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis præſumitur iuſtum, niſi probetur contrarium vel per probationes apertas, vel conie-cturales, num 2.*
3 *Confeſſio mulieris etiam iurata de pecuniis habitis non valet ſtante ſtatuto Vrbis, & fundans ſe in ea debet probare cauſam, & alia ſolemnia, num. 4 & 5.*
6 *Apocha mulieris aſſerentis ſe debitricem pro rebus marito datis facta ſine ſolemnitatibus non conualidatur per inſtrumentum poſtea geſtum cum decreto Iudicis, ac aliis per ſtatutum requiſitis tamquam fundatum ſuper dicta apocha nulla.*
7 *Pro ſententia magis præſumitur, quàm pro decreto.*
8 *Iudex nõ poteſt per ſuum decretum reddere validum, quod eſt inualidum, cum ſolum confirmet actum qualem reperit, non poſſit mederi morbum à natura inſitum.*
9 *Ex mutuo nihil poteſt ſperari.*
10 *Maritus tenetur alere familiam.*
11 *Mulier ſuſcipiens alienam obligationem dicitur intercedere, & fideiubere, num.* 12. *&* 18.
13 *Mulier conſtituens ſe pro alio ſoluturam non obligatur, & obſtat velleianum, etiam quod promiſſio ſit geminata Et quid ſi aliquid acceperit, num.* 20.
14 *Senatuſconſultum velleianum ſuccurrit mulieri obligata, non donanti.*
15 *Mulier facilius ſe pro alio obligat, quam alicui donet.*
16 *Periculum vbi maius eſt, ibi magis eſt conſulendum.*
17 *Maſculi ſunt procliuiores ad donandum, quam mulieres, quarum genus eſt auariſſimum, ita vt ſit miraculum, quando donant.*
19 *Obligatio mulieris cenſetur confirmata poſt biennium.*
21 *Repetitio ſoluti datur mulieri ignoranti ſe munitam beneficio velleiani.*
22 *Obligatio mulieris valet pro cauſa pia, libertate, & dote.*
23 *Mulier poteſt cum iuramento renunciare beneficio velleiani.*
24 *Velleianum ceſſat, quando vxor conſtituit ſe debitricem, & promittit pro exoneratione conſciẽtia mariti.*

CAPVT DCLXIX.

PRo decreto Iudicis, quamuis in dubio præſu-
1 matur, ſicut etiam pro ſententia, & laudo, † ac
ſimilibus, Alex. *in l. ſciendum, num.* 20 *ff. de verb. obli-
ga.* Surd. *deci.* 231. *num.* 20. Tamen hoc non proce-
dit, quando conſtat de contrario, tunc enim decre-
tum eſt nullum, cùm contrâ illud admittantur pro-
2 bationes non ſolum apertæ, † ſed etiam præſum-
ptiuæ: Bald. *in ca. ſicut in fi. de re iudicat.* Imol *in l. ſi
quis cum aliter, col. vlt. ver. item aduerte. ff. de verb.
oblig* Felin. *in cap. quoniam contra, col.* 21. *ver & in-
tellige ſane, de probat.* latè Menoch. *præſumpt.* 57. *nu-
mero.* 32 *vſque ad* 45. *libro* 2.

Nullitas autem huiuſmodi decreti in cauſa Romana
nullitatis obligationis eſt manifeſta, quia ex illius
lectura apparet, quod fuit interpoſitum, ſeù funda-
tum ſuper debito contento in apocha facta per
3 mulierem, quæ eſt nullius roboris & momenti, †
cum confiteatur, ſeù ſimpliciter aſſerat ſe eſſe de-
bitricem pro rebus à ſe, & marito ſuo habitis, quæ
aſſertio nihil obeſt mulieri, quæ ſicut prohibetur
contrahere abſque ſolemnitatibus, multò magis
non poterit facere iſtas aſſertiones, & confeſſio-
nes, cùm per eas fieret fraus ipſi ſtatuto, quod non
eſt permittendum, vt latè declarat Tiraquell. *de
4 legibus connubialibus, glo.* 5. *nu.* 113. *cum ſeq.* † vbi ex
hoc requirit, quod ſit neceſſe, vt fundans ſe in iſta
confeſſione probet cauſam eiuſdem confeſſionis
iuxta *l. qui teſtamentum, de probationibus. l. cum quis
decedẽs, §. titia honeſtiſſima, ff. de legat.* 3. Bart. *in l. ſi
5 forte, ff de caſtren. pecul.* † & eſt concluſio paſſim ab
omnibus approbata, quod iſtæ aſſertiones ſint nul-
læ, cum in prohibitis, illis non ſtetur, etiamſi fue-
rint iuratæ: Cyn. *in l.* 1. *in fi. nu.* 14 *C. de ſacroſanct. ec-
cleſ.* Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *ver. ex prædictis, nu.* 5. *C de in-
offic. donation.* Salic. *in l. hac edictali, in princ. quæſt* 7.
col. 3. *in fi. ver. qu. nimio dixit, nu.* 6. *C. de ſecund. nup.*
Coman. *conſi.* 31. *ſeſtator. col. vlt. in fi.* Caſtr. *conſi.* 193
ſuper iſto puncto, col. 3. *in princ. ver. ad ſecundam ra-
tionem, lib* 2. Deci. *conſi.* 201. *in præſen.i conſultatio, co.*
3. *in fi ver. non obſtat quod notat. numer.* 3. Felin. *in cap.
ſicut, col.* 14. *de re iud.* cum alijs per Tiraquell. *in l. ſi
vnquam, in verb. donatione largitus, numero* 91. *C. de
reuocand. donationibus.*

Cùm igitur apocha ſit inualida, prout etiam con-
feſſio, ſeu aſſertio in ea contenta, vt dictum eſt,
6 † ſequitur, quod inſtrumentum poſteà confectum
de huiuſmodi apocha, & de tali confeſſione ſit
nullum, prout etiam decretum in dicto inſtru-
mento adhibitum tanquam fundatum ſuper dicta
confeſſione nulla, & inualida, ac à iure reprobata,
adeò vt vitium, quod erat in apocha perſeueret
in con-

in confirmatione, ſeu decreto, & ſententia, ſicut enim vitiatur cauſa, ita etiam vitiatur decretum. Ita in ſpecie concludit Deci. *conſil.* 475. *in cauſa quæ mantua, col.* 3. *ad med. ver. & breuiter conſiderandum, num.* 13. *vſque ad* 17. poſt Fulgoſ. *conſil.* 73. *paterfamilias, col.* 4. *in princ. verſ. & pari ratione, num.* 4. Io. Andr. *in ca. quoniam contra in fi. ver. ſed reſpondetur illud verum, de probation.* Socin. Iun. *conſil.* 41. *numer.* 17. *vſque ad* 20. *lib.* 2. Anchar. *conſil.* 207. *in quæſtione ſupradicta num.* 7. & 8. Bald. *in l. liberorum,* 11. *num.* 3. *Cod. de teſtibus.*

Et cum iſta procedant in ſententiâ, vt dictum eſt,
7 multo magis habebunt locum in decreto, † pro quo minus præſumitur, quàm pro ſententia, cum in extraiudicialibus non tantum præſumatur, quã tum in iudicialibus, tanquam magis ſit fauendum Iudici, qui habet maiorem præſumptionem: Alex. *conſil.* 218. *num.* 9. *lib.* 6 Aym. *de antiq. tempor. pa.* 3. *§. vidimus, num.* 18. *poſt med.* cum alijs quos adduxi *ſupra* 268. *num* 28. & 29.

Quibus adde, quod iſta apocha fuit transfuſa in inſtrumentũ, ita vt idẽ iudicetur de eo, quod de Apocha, Vnde cum mulier ex tali apochâ non obligetur, vt
8 dictum eſt, neque † obligabitur ex inſtrumento referente ſe ad illam, adeo vt neque Iudex potuerit per ſuum decretum reddere validum, quod eſt inualidum, & obligatorium, quod non parit obligationem, cum ſimilia decreta nihil aliud faciant, niſi quod confirmant actum, qualem reperiunt, tamquam in eis non adſit aliqua medela, quæ poſſit mederi morbum à natura inſitum, vt notat Bouer. *ſingul.* 10. *in verb decretum, fol.* 191. *pa.* 1. per tex. *in l. ſeia egreſſa.* 26. & ibi Gloſſ. *in verb. ſeia D. de tutor. & curatoribus. l. tutor ſi petitus.* 10. & ibi Gloſſ. *in verb. in facti cauſa, D. eodem tit. l. cum furioſus, C. de curator. furioſ.*

Et magis conſtat de nullitate, quia prætenſus creditor non ſine qua re mutuauit ſcuta triginta mulieri, ad hoc vt alliciendo eam cum iſtis pecunijs mutuatis poſſet conualidare confeſſionem redactam in inſtrumento poſteà facto, cum ſolemnitatibus, miſcendo vnum contractum cum alio, credens ex hoc reddere validum, quod à principio fuit inualidum, ſed non benè ſe cautum reddidit, immò incidit in Scyllam cupiens euitare carybdim, forſan ob lucrum, quod ex mutuo ſperabat, cum non mutaſſet ſine ſpe conſequendi iſtam nouam confeſſionem,
9 quod tamen eſt reprobatum, † cum nihil ex mutuo poſſit ſperari: *Luc.* 6. Ang. *in verb. vſura, il primo. numero* 1. Maximè quia dicta confeſſio mulieris eſt non ſolum pro habitis ab ea, ſed etiam à marito, quo caſu magis præſumitur ſimulata, & facta ad fauorem ſui, ita vt ſit nulla, cùm totum præſumatur
10 ad eumdem virum peruenisſe, † ad quem ſpectabat onus alendi familiam, vt notant Doctores *in l. ſi liqueat, C. de inoffic. donation.* Natt. *conſil.* 552. *numero* 2. & 3. Cum etiam mulier in apocha fateatur res perueniſſe ad eam, & ad maritum, & in inſtrumento dicat ſolum ſe eſſe legitimam debitricem pro dictis rebus à ſe tantum habitis, ex quibus magis oritur nullitas confeſſionis, & decreti ſuper ea interpoſiti tanquam fundati in erronea aſſertione ex ſupra allegatis.

Poſt hæc ſcripta, quia pars aduerſa multum acclamabat prætendens validitatem apochæ ſaltem de iure communi, tamquam in ea non ſuſciperetur aliena obligatio, ſed fuiſſet facta donatio, quæ facit ceſſare Velleianum, Ideò viſum fuit referre tenorem ipſius apochæ, in qua Margarita ſe conſtituit debitricem Simonis ſcutorum ducentorum, quæ aſſerit eſſe pro tanto pane, & ſembola, quæ ipſa & q. Dominicus ſuus maritus habuit à d. Simone cum promiſſione illa ſoluendi ad eiuſdem requiſitionem liberè, & abſque vlla exceptione, & pro quibus vult eſſe obligata, & quod habeat vim inſtrumenti Cameralis, & requiſitionem d. Margaritæ tamquam neſciat ſcribere tertius confecit d.
11 apocham, prout latius in ea continetur. † Ex iſtis verbis apparet mulierem non donaſſe, prout ex aduerſo præſupponitur, ſed interceſſiſſe, cum alienam obligationem ſuſceperit, & ſe obligauerit, quod tunc verè dicitur intercedere, id eſt fideiubere: Rebuff. *in l. cedere diem.* 213. *col.* 6. *ad med ff. de verb. ſign. & eſt text. in l.* 2. *§. omnis. ff. ad ſenatuſconſult. velleian. l. vltim. in fin. ff. eod. tit.* & notat etiam Iacob. Spiegel.
12 *in lexic. iur. in verb intercedere. in princ.* † vbi obligare, & ſpondere, & fidem ſuam interponere idem eſt, quod intercedere, poſt Bart. *in d. §. omnis.* vbi quod ſub iſto verbo comprehenditur omnis obligatio omnino, quam quis pro alio ſuſcipit: Alberic. *in dictionar. in verb. interceſſio.* Connan. *lib.* 6. *comment. c. vlt.* Cuiac *in tract. ad Affrican. lib.* 17. & 19.

Hoc ſtante non poteſt dici, quod talis apocha valeat
13 de iure communi, cum enim appareat, † quod mulier conſtituit ſe pro alio ſoluturam, non obligatur tamquam ſuſcipiat alienam obligationem, quia tunc obſtat exceptio Velleiani, cui in hoc caſu propter fragilitatem ſexus ſuccurritur; *l.* 1. *§. ait prætor verſ. ſi non interceſſerint ff. de conſtitut. pecun. l.* 1. *ff ad velleian.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 19. *tit.* 4. *num.* 6.

Neque obſtant iura in contrarium adducta, Quia loquuntur, quando apparet, quod mulier volue-
14 rit donare, † tunc enim non iuuatur Velleiano, quia non dicitur alienam obligationem ſuſcipere, neque pro alio intercedere, & ita procedit *l. ſi ego.* 4. *verſ. ſed & ſi ſibi ff. ad velleian.* vbi quod illud Senatuſconſultum voluit ſuccurrere obligatæ mu-
15 lieri, non donanti, † quia facilius mulier ſe pro alio obligat, quàm alicui donet: Card. Mantic. *de*
16 *tacit. ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 2. & 3. † Nam vbi maius eſt periculum, ibi magis eſt conſulendum, *l.* 1. *§. & ſi quis. ff de carbon. edict. c. vbi periculum. in princ. de elect. in* 6. Adeo quòd expreſsè debeat conſtare, quod voluerit donare, cum in illis, qui ſunt maſculini ſexus facilius præſumatur donatio, quam in iis, qui ſunt ſexus fœminini, ſiquidem mulier numquam præſumitur habere ani-
17 mum donandi etiam in illis caſibus, † in quibus maſculus eſt procliuior ad donandum, cum mulierum genus ſit auariſſimum, ita vt ſit miraculum, quando mulier donat: Gloſ. *in l. ſi à ſponſo.* vbi Bald. *C. de donation ante nuptias.* Bart. *in l. quæ dotis. n.* 1. & ibi Caſtr. *nu.* 5 *ff ſolu. matrim.* Aym. *conſi.* 329. *num.* 16. Tiraq. *de legib. connubial. l.* 9. *nu.* 35. *cum ſeq.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 17. *nu.* 1. Cephal. *conſ.* 525. *num.* 5. *lib.* 5.

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo, vt dictum eſt, apparet, quod in apocha mulier conſtituit ſe debitri-
18 cem pro alio, † tunc enim non dicitur donare, ſed intercedere, Rebuff. *in l. cedere diem.* 213. *col.* 6. *ad med. ff. de verbor. ſignif.* cum aliis ſupra adductis.

19 Maxime quia biennium non eſt elapſum, † poſt quod prætenditur mulierem confirmaſſe d. obligationem, *l. ſi mulier perfecta ætatis, 22. in fi. C. ad velleian*, cum alijs per Menoch. *præſump. 21. nu. 2. & 3.*
20 *li. 3.* † Neq; pro iſtâ interceſſione fuit aliquid per mulierem acceptum, *l. antiquæ, 23. in prin. C. ad velleian.* Bald. *in l. ſine poſſidetis, 16. num. 6. C. de probat.* Menoc. *d. præſump. 21. in fi. li. 3.* Roman. *ſing. 327. ſcis quod mulier. nu. 1.* Valaſ. *conſult. 18. nu. 2. lib. 1.*

Amplius ſi mulier ſoluiſſet huiuſmodi pecunias, de quibus in apochâ, poſſet nihilominus illas repetere, quamuis enim poſſit mulier pro alio ſoluere, tamen ſi præcedente obligatione, quam ſenatuſconſultum de interceſſionibus efficacem eſſe non
21 ſinit, † ſolutionem fecerit eius ſenatuſconſulti beneficio munitam ſe ignorans, locum habet repetitio, *l. quamuis, 9. C. ad velleian.* Bald. *in l. 1. Cod. eod. ti.*

Neque obſtant alia iura ex aduerſo allegata, Quia loquuntur, quando mulier intercedit pro causâ
22 piâ, † ſeu pro libertate, vel pro dote, iſta enim, & ſimilia faciunt ceſſare Velleianum, & ita procedit tex. *in l. cæterum ambiguitates, 24. §. ſatis, & l. generaliter, 25. §. cum enim, C. ad Velleian.* Tiraquell *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. numero 100.* Bald. *Nouell. de dot. pa. 6. priuileg. 12. numero 2.* Cephal. *conſil. 408. num. 10. lib. 3* Franc. *deci. 279. nu. 2.*

Et ita etiam loquuntur Doctores ex aduerſo adducti, quia præſupponunt obligationem mulieris fuiſſe pro piâ causâ, vel pro liberatione mariti è carceri-
23 bus, vel pro alijs neceſſitatibus, † vel quando eſſet cum iuramento renunciatum beneficio Velleiani, & in ſimilibus caſibus; de quibus latè Surd.
24 *conſil. 367. numer. 8. vſque ad 17. & per tot. libr. 3.* † Cum alias non poſſet ſe pro altero obligare, & ſemper iuuetur Velleiano, quamuis ſit geminata promiſſio, *l. doli, §. diuerſum, in princ. D. de nouationibus*, Surd. *d. conſil. 367. in princ. lib. 3.*

Et quod dicitur obligationem fuiſſe factam pro ex-
25 oneratione conſcientiæ mariti non ſubſiſtit, † Quia in apochâ, & in actis hoc non legitur, & omnia iſta opponuntur extra rem, quia ſi appareret de huiuſmodi qualitate exonerationis conſcientiæ, mulier non vtique contradiceret ſolutioni, ideò non ſunt multiplicandæ iſtæ exceptiones, quia & nos fatemur ceſſare Velleianum, quando mulier pro tali cauſa ſe conſtituit debitricem, & promiſit pro exoneratione conſcientiæ mariti, ſed tamen eſt neceſſe, quod iſta qualitas probetur clarè, & nominatim exprimatur, quod pro anima fiat ſolutio. Tiraquell. *de priuileg. piæ cau. in præfa. col. 2. ad med.* poſt Bald. *in auth. ſimiliter. ver. ſed quid ſi donatio.* & ibi Roman. *col. 1. Cod. ad leg. Falcid.* Dec. *conſ. 120. conſideratis, col. vlt.* Franc. *deci. 237.*

EPITOME.

Emens prædium ex ſuâ pecuniâ, quando præferatur anterioribus creditoribus etiam dotalibus. ¶ Et an requiratur expreſſa reſeruatio hypothecæ. ¶ Et quid in mutuante ad refectionem, & reſtaurationem rei. ¶ Liberans debitorem ex ſuâ pecunia quando ſuccedat in ius pignoris prioris creditoris ¶ Et an ſit neceſſaria conuentio, & ceſſio. ¶ Officia Romanæ curiæ quando ſint in commercio abſq; licentiâ Principis, tam reſpectu tituli, quàm pretij, & fructuum. ¶ Et an imputentur in legitimâ. ¶ Et quo caſu recipiant hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Prior creditor non eſt potior in pignore, nec præfertur ei, ex cuius pecunia fuit prædium emptum cum expreſſa obligatione ſibi ſtatim ſuper illo reſeruata. numero 2. & 11.*
3 *Reſeruans ſibi hypothecam ſuper prædio ex ſua pecunia empto præfertur anterioribus creditoribus etiã ex cauſa dotis. Intellige vt num. 4. 5. & 6.*
7 *Dans pecuniam ad refectionem, ſeu reſtaurationem rei præfertur anterioribus, quamuis in ea non reſeruet ſibi expreſſam hypothecam, & de ratione, numero 8. Declara vt num. 9.*
10 *Liberans debitorem ex ſua pecunia ſuccedit in ius pignoris prioris creditoris, ſi fuerit conuentum, vt pignus ſit ei obligatum, & quod in locum illius ſuccedat, & quod ad iſtum finem detur pecunia, & quod adſit ceſſio.*
12 *Officia Romanæ curiæ non ſunt in commercio abſque licentia Principis. Intellige reſpectu tituli, non pretij, & fructuum, num. 13. ob quam cauſam æquiparãtur bonis patrimonialibus, num. 15.*
14 *Officia imputantur in legitimam.*
16 *Dominium officij poteſt eſſe penes vnum, titulus autem apud alium.*
17 *Contraria diſpoſitio permiſſiua inducitur ob præſtitum conſenſum, ſine quo actus geri non poterat.*
18 *Officia notariorum curiæ capitolinæ ſunt redacta ad inſtar bonorum allodialium, & recipiant hypothecã.*

CAPVT DCLXX.

[Addde *ſupra ad cap. 25. num. 8. & 9.*

Diſpoſitio *l. licet, 7. C. qui potior. in pign. habeant*,
1 non procedit in caſu de quo agimus. † Nam ibi deciditur, quod quamuis prior creditor ſit potior in pignoribus, Tamen aliud eſt in eo, ex cuius pecuniâ prædium fuit comparatum, tunc enim talis præfertur omnibus anterioribus, ſi ſtatim per pactum fuerit ei ſpecialiter huiuſmodi prædium obligatum, ex quo textu apertè colligitur, quod nó eo ipſo, quod aliquid ex mea pecunia emitur, illud eſt mihi obligatum, ſed ſolum quando adeſt expreſſa conuentio de ſpeciali obligatione ſibi reſeruata ſuper tali re empta, cum illa ceſſante nulla poſſit hypotheca conſiderari in præiudicium anteriorum creditorum, prout etiam explicat Gloſſ. *in d. l. licet, in verb. conuenit, & ibid.* Bald. Ang. Salic. &
2 Sicard. *col. 1. & 2. num. 1. vſque ad 8.* vbi † etiam requirit, quod ſtatim in ipſo actu iſta conuentio ſit facienda, vt etiam ibi notat Bellapertic. *in fi.* & eſt concluſio ab omnibus approbata, vt teſtatur Alex. *in l. ſi cum dotem, 23. §. vltim. ad fi. ver. nec etiam prædictis, num. 5.* vbi latè Barboſ. *num. 24. ff. ſolut. matrim.* Cephal. *conſil. 131. & 2. lib. 1* Gail. *obſeruat. 15. nu. 41 verſ. ſecundo limitatur, lib. 2.* poſt Batt. *in l. interdum num. 1.* vbi Caſtr. *numer. 6 ff. qui potior. in pignor. habeant.* Idem Batt. *in l. quod quis numer. 1. de priuileg. creditor.* Neguſ. *de pignoribus, membr. 4. pa. 2. nu. 163. ad fi.* Rebuff. *de conſtit. reddit. art. 1. gloſ. 8. num. 26. &*
3 *27. tom. 2. fol 406.* † vbi etiam ampliat, quod præferatur doti. Afflict. *deciſ. 306. nu. 4. & 9.* & ibi Vrſill. *nu. 1. cum ſeq.* Cæpoll. *cautel. 124. vulgaris, num. 1. & 2.* Franc. *deciſ. 97. num. 6. & deci. 369. num. 2.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 45. num. 19. pa. 1.*

In caſu autem noſtro ſumus in emptione officij, in quo

quo nulla fuit reſeruata expreſſa hypotheca ad fa-
4 uorem eius, † qui pecunias dedit pro illo emen-
do, cum ſolum fuerint datæ pecuniæ ad effectum
illas reſtituendi Ruſpolo, & ab eo acquirendi iura
talia qualia ratione anterioritatis, & potioritatis,
quæ verba non ſufficiunt ad hoc vt militet diſpoſi-
tio, *l. quoties. Cod. qui potior. in pignor. hab.* Nam vt di-
5 ctum eſt, requiritur, † quod expreſsè res empta
hypothecetur ad fauorem dantis pecunias: Zaſ. *in
l. quod quis. ff. de priuileg. creditor.* Rip. *in l. priuilegia,
n. 18. ff. eod. tit. & in l. ſenatuſconſulto. n. 10. ff. quib. cauſ.
pign. tacit. contrah.* cum aliis ſupra allegatis. *num. 2.*
quod etiam voluit Surd. qui de communi *de alim.
tit. 8. priuileg. 48. n. 4. & 7.* Morla. *in emptor. tit. 9. de
contrah. empt. ante quæſt. 1. nu. 100. & 101. part. 1 fol.
412* Bertazol. *clauſul. 34. gloſ. 3. n. 3.*

Neque obſtat, quod ſecundum aliquos non requira-
tur iſta expreſſio hypothecæ, cum ſufficiat, quod
res ematur de pecuniis ſoluentis iuxta Gloſ. Iaſ. &
alios quos refert Couar. *lib. 1. var. reſolut. c. 7. num.*
6 *3. in princ.* † Quia ſatis eſt quod iſta opinio non ſit
approbata, cum communiter reiiciatur, & contra-
ria ſententia ſit verior, & magis recepta, & ſeruetur
in praxi, vt latè oſtendit idem Couarr. *d. cap. 7. n. 5.
verſ. ſed contrarium & verſ. & ideò licèt res ſit dubia.*
Maximè quia non applicatur exemplū allatum per
Doctores contrarium tenentes ex *l. interdum 5. ff.*
7 *qui potior. in pignor. habeant.* † Nam ibi eſt caſus ſpe-
cialis in eo, qui dat pecuniam ad refectionem, ſeu
reſtaurationem alicuius rei, cum aliud ſit in dante
ad emptionem rei. Etenim ſine emptione poteſt
res manere ſalua, ſed ſine reſtauratione aliud eſt,
tanquam ſine ea res eſſet peritura, *l. huius. C. qui po-
tior. in pignor. habeant.* Ideo ex ſumma æquitate re-
ceptum eſt vt ob diuerſitatem rationis credens pe-
8 cuniam ad refectionem rei etiam ſi nihil dicat, † ta-
men beneficio legis habeat tacitam hypothecam
in re refecta pro ſolutione ſui crediti, Ita in ſpecie
bene declarat Sicard. *in l. quoties. nu. 2. ante fin. verſic.
& ita videmus non pugnare. C. qui potior. in pignor. ha-
beant* Zaſ. *in d. l. interdum num. 3. ff. eod. tit.* vbi etiam
tria copulatiuè requirit, vt beneficium *d. l.* habeat
9 locum, † videlicet vt nominatim in refectionem rei
pecunia detur, & in alium vſum non conuertatur,
& vt res refecta exiſtat, & quandiu exiſtit: Gail. *ob-
ſeru. 15. num. 4. lib. 1.* Rebuf. *de conſtitution. redituum.
artic. 1. gl. 8. n. 17. vſque ad 22. tom. 2 fol. 405.* vbi etiam
quod pro quantitate ſola neceſſaria ad refectionem:
Iaſ. *in l. creditor. la 1. n. 2. & 3 ff ſi cert. petat.* latè Afin.
de executionib. §. 7. c. 13. per tot. fol. 168. Caſſan. *in catal.
glor. mund. par. 12. conſiderat. 99. col. 4. & 5. fol. 391.*

Neque obſtat, quod dans pecuniam pro officio emen-
do ſucceſſerit in locum Ruſpoli, & in illius ante-
rioritatem, & potioritatem, ita vt excludat o-
mnes creditores etiam anteriores Miceni vendi-
10 toris eiuſdem officij, † Quia ad hunc effectum vt
ille, cuius pecunia debitor liberatur, ſuccedat in ius
pignoris prioris creditoris, ſunt multa neceſſaria,
quæ in caſu noſtro non fuerunt ſeruata, videlicet,
quod ſit contractum, vt pignus ſit ei obligatum,
& quod adſit pactum, vt in locum primi ſuccedat,
& quod ad illum finem mutuet pecuniam, &
quod eadem pecunia perueniat ad primum cre-
ditorem, & quod etiam adſit ceſſio prioris credi-
toris, ita vt ſit eidem priori creditori notificatum
pecuniam ſecundi creditoris fuiſſe hoc pacto tra-
ditam, & ſub eodem pacto eidem numeratam, a-
liàs, ſi nihil ei dicatur, non cenſetur conſentire pa-
cto, nec ſecundus ſuccederet in locum primi: Glo.
in l. ariſto. 3. in verb. pignus ex perſona, vbi Salicet. *n. 3.
verſ. quod ſatis puto. ff. quæ res pignor. obligar. poſſ.* Rot.
coram R.P.D. Penia Neapolitana cenſus. 25. Octo-
bris 1595. & 31. Ianuar. 1594 in fin. quæ eſt *inter
deciſ. Rot. diuerſ dec. 293. part. 4.*

Immo non ſolum deficiunt prædicta requiſita, ſed
potius habemus contrariam diſpoſitionem claram,
& expreſſam cum Ruſpolus ceſſerit omnia, & ſin-
gula iura, quæ habebat ſuper officio ipſi Miceno
emptori, cum annullatione, & caſſatione decreti,
quod prius ad ſui fauorem aderat, ita vt illo non
obſtante poſſet idem Micenus liberè de officio di-
ſponere, vt latius in inſtrumento celebrato 20. Iu-
lij 1615. Adeo vt non ſuffragetur Sotto tranſlatio
decreti facta 22. Auguſti 1615. tanquam poſterior,
& ex internallo, quæ non præiudicat creditoribus
11 Miceni, † niſi ſit facta incontinenti, & in ipſo actu
conuentionis inita inter Ruſpolum, & Micenum:
Sicard. *in l. licet 7. n. 4. cum ſeq.* & ibi Beilpert. *in fin.
C. qui potior. in pign. habeant.*

Nec facit, quòd non potuerit Micenus acquirere do-
minium officij mediante perſona Ruſpoli conſen-
tientis caſſationi decreti, quod prius aderat ad ſui
fauorem, niſi accederet beneplacitum Apoſtoli-
12 cum, tanquam officia Romanæ Curiæ † non ſint
in commercio ſine licentia Principis: Rot. coram
R.P.D. Dunozet Romana pecuniaria, 27. Iunij
13 1619. Quia prædicta procedunt reſpectu † tituli
iuxta *deciſ. Card. Seraphini 1294 nu. 3.* vbi quod aliud
eſt reſpectu pretij, & fructuum: Rot. *deciſ. 541. n. 3.*
14 *part. 2. in recentiorib.* vbi *nu 2.* quod † etiam impu-
tantur in legitimam, Roland. *conſ. 11. nu 8 vſque ad
13. lib. 2.* Card. Seraph. *deciſ. 1294 nu. 6. & deciſ. 100.
num. 1. & dec. 539. nu. 6.* Ita vt ob talem cauſam æſti-
15 mationis, † & pretij, officia æquiparentur ferè bo-
nis patrimonialibus: Idem Card. Seraph. *dec. 389.
n. 6.* cum dominium officij poſſit eſſe penes vnum,
16 † titulus autem penes alium: Rot. *deciſ. 305. nu. 1.
in fin. & n. 6. p. 2. in recentior.*

Vnde potuit Micenus diſponere, & hypothecare, &
acquirere huiuſmodi dominium de conſenſu Ru-
ſpoli, nam cum eſſet prohibitus hoc facere illo
17 non conſentiente, † ſtatim quod conſenſum præ-
ſtitit, inducta eſt contraria diſpoſitio permiſſiua:
Surd. *conſ. 565. nu. 9. lib. 4.* Rot. *deciſ. 495. n. 3. par. 2.
in recentiorib.* ſtante præſertim approbatione per-
ſonæ Miceni per Sanctiſſimum, quando habuit ti-
tulum huiuſmodi officij præcedente eius bene-
placito: Surd. *dec. 220. num. 35.* quod non erat am-
plius neceſſarium, quando exemit ſe à ſuo credi-
tore, cum quo aderat debitum ſuper eodem offi-
cio contractum, quod potuit ei remitti, tanquam
de ipſius ſolo intereſſe ageretur reſpectu pretij,
quod eſt in commercio, vt dictum eſt: Cardin. Se-
raph. *deciſ. 1294. nu. 3.*

Maxime, quia ſumus in officiis reductis ad non va-
cabilia, ad inſtar bonorum ſtabilium, & allodia-
18 lium, † cum libera facultate de eis diſponendi,
& tranſmittendi ad quoſcumque ſucceſſores tan-
quam ſi eſſent res propriæ, prout latius in con-
ſtitutione Sanctiſſimi, ex qua clarè colligitur illa
recipere hypothecam, prout bona patrimonia-
lia, vt latiſſimè dixi *ſupr. cap. 80.* & declarat etiam

Card.Seraph.*deciſ.*1294.*n.*4.*&* 5.iuxta *l fin.Cod.de pignoribus.*

EPITOME.

Declaratio ſolutionis in qnam cauſam fuerit facta,quando ſpectet ad debitorem, ſeu creditorem. Et an attendatur paritas debitorum. ¶ Statutum de parte dotis lucranda an habeat locum in paraphernalibus, tam magnæ quàm paruæ quantitatis. ¶ Aeconcium, & alia quæ dantur ob cauſam matrimonij an habeant priuilegia dotis. ¶ Et quid in paraphernalibus, & extradotalibus. ¶ Dies appoſita executioni, & exercitio, quando alteret actum principalem prius geſtum, & illum ſuſpendat, & impediat obligationem iam natam, & retardet illius exercitium. ¶ Executio quando detur pro non expreſſis in inſtrumento. ¶ Omiſſio citationis an reddat actum nullum in extraiudicialibus.

SVMMARIVM.

1 *Electio in quam cauſam ſoluatur ſpectat debitori, non creditori, qui tunc eliget, quando debitor eſſet in mora declarandi.*

2 *In traditione rei ſua poteſt quis apponere legem ſibi magis viſam.*

3 *Paritas vtriuſque debiti nõ attenditur, quãdo adeſt certa voluntas debitoris in quam cauſam ſoluat. & n.*4.

5 *Omnia geſta ſunt nulla non citato habente intereſſe, etiam quod ſimus in extraiudicialibus.*

6 *Statutum de parte dotis lucranda non habet locum in paraphernalibus, maxime quando ſunt magna quantitatis. nu.*10. *&* 21.

7 *Bona paraphernalia aquiparãtur extradotalibus. n.*13.

8 *Paraphernalia non ſortiuntur priuilegium dotis, ſecus in acconcio & aliis, qua dantur ob cauſam matrimonij. num.*9.

11 *Executio non datur pro non expreſſis in inſtrumento. num.* 12.

14 *Obligatio cameralis ſtrictius ligat promittentem, non autem extendit eius promiſſionem.*

15 *Debitum dotis eſt grauius, quam antiphati.*

16 *Appellatio datur à liquidatione exceſſiua.*

17 *Liquidatio non habet priuilegium executiuum.*

18 *Parapbernum quando cenſeatur reſeruatum poſt diuiſionem, ita vt ante illum non poſſit de eo diſponi.*

19 *Dies appoſita executioni, & exercitio non alterat principalem actum prius factum, nec illum ſuſpendit, nec impedit obligationem iam natam, licet impediat illius exercitium & n.* 20.

22 *Decretum indiuiduum, non poteſt in parte ſuſtineri.*

23 *Stylus contra ius commune eſt plene probandus.*

CAPVT DCLXXI.

EX partitis exhibitis conſtat de nullitate mandati, cum enim fuerint poſita ſcuta biſmille in Banco per Hortenſium ad effectum ſoluendi dotem pro dicta rata, non potuit talis ſumma exigi ad computum lucri dotalis, tanquam debitori ſpectet electio in quam cauſam velit ſoluere, non cre-
1 ditori, qui † tunc poterit eligere, quando debitor
eſſet moroſus in tali declaratione facienda: Bart. *in l.*1.*num.*7.*queſt.*2.& ibid. Caſtr. *num.* 3 .*in fin.verſ. in tertia parte.ff.de ſolutionibus.* Bald. & Salic. *in l.*1. *C.eod.tit.*

Non obſtat, quod dictæ pecuniæ potuerint recipi à creditore ad computum lucri dotalis, quaſi iſta exactio non ſit diuerſa à declaratione debitoris ſoluentis pro dote, cum appellatione dotis veniat etiam lucrum dotale, quod gaudet priuilegiis dotis, & tam ex vno, quam ex alio fructus debentur,
2 † Quia non eſt attendenda iſta paritas, quando
debitor habuit animum ſeparandi debita, cum in traditione rei debitæ poſſit ſoluens apponere legem, quam voluerit, & poſſit ſemper lex certa dici ei, quod ſoluitur, *l.ſi vſuras.Cod.de vſur.l.traditionibus.C.de pact l.*1, vbi Gloſſ. *in verb. dicere.ff. de ſolu-*
3 *tion.*† Neque recurrendum eſt ad paritatem vtriuſ-
que debiti, quando habemus certam voluntatem ſoluentis, quæ in hoc caſu eſt præcisè ſeruanda. Io. Vinc. Ann *allegat.*112.*nu.*2.Fab.Ann. *conſi.*30 .*nu.* 10. *lib.*1. Non obſtante, quod ſolutio debiti fiat ex neceſſitate vtriuſque debiti contractus præambuli,
4 quia iſta neceſſitas non conſideratur, quando ad-
iicitur lex, per quam declaratur cauſa ſolutionis, illa enim admittitur tanquam declaratiua voluntatis, *l.cum his.*& ibi Gloſſ. fin *ff.de fideiuſſorib. l. Papinianus.ff.mand.l. Modeſtinus.ff.de ſolut.* & notat in ſpecie Imol. *in l.*1.*colum.*2.*in princ. verſ.poſſumus dicere.ff.eod.tit.*

Maximè, quia adhuc non conſtat, ad quam ſummam aſcendit iſtud lucrum dotale, cum in diuiſionibus factis inter ſorores non fuerit vocatus Hortenſius, & cum in eis præſupponantur multi debitores hæreditatis q. Ferrantis in magna ſumma fructuum decurſorum, inter quos etiam adſunt multi decocti, & non ſoluendo, vltra quod etiam in eadem ſumma fuerunt comprehenſa bona hæreditaria matris aduerſariæ, ac fructus hæreditatis Ferrantis patris, quæ non fuerunt data, neque promiſſa in dotem, adeo vt ex iſtis appareat non conſtare de vera liquidatione dotis, quæ non poterat fieri, niſi
5 prius detractis dictis debitis, † & niſi citato, & au-
dito Hortenſio, de cuius intereſſe agebatur, cùm aliàs omnia geſta ſint nulla, *l.de vno quoque.ff.de re iudicat.* quod etiam procedit in extraiudicialibus, in quibus non poteſt præiudicari intereſſe habenti abſque citatione, *l.fin.C.de auctor.praſtand. l.in concedendo ff.de aqua pluu.arcend. l. nam ita diuus. ff. de adoptionib.*Surd.*conſ.*227.*nu.*1.*lib* 2.*&* *conſ.*323 *n.*8. *lib.*3.Nati *conſi.*202.*n.*7.

Præterea iniuſtitia, & nullitas decreti eſt clara, Nam quarta pars ſummæ datæ in dotem fuit ſpecificè data pro paraphernо, & non pro dote, vnde pro dicta rata non debetur aliquod lucrum dotale,
6 † Etenim ſtatutum loquens de parte dotis lucran-
da non habet locum in paraphernalibus: Cagnol. *in l.cum principalis* 139.*n.*5.*ff de regul.iur.* Socin. Iun. *conſ.*93.*n.*6.*lib.*1, Moliguat. *in quiſquil.c.*492. quem
7 refert Theſaur. *dec.*195.*num.* 3. *in fin.* Cum † inter
bona paraphernalia, & extradotalia nulla ſit differentia. *l.ſi ego* 9.§ *dot.*§.*autem ff.de iur.dot l. donationes* §.*ſpecies.ff.de donationib.* Theſaur. *deciſ.* 187.*n.*2.
8 Ales.*conſ.*117.*num.*26.*lib.*6. † vbi quod bona para-
phernalia non ſortiuntur priuilegium dotis: Rom. *in l.placet.ff de acquir.heredit.*Cagnol. *in l. cum principalis.n.*5.*poſt med ff.de reg.iur.* cum aliis per Rot. *deciſ* 72. *num.* 2.*&* 4. *p.*1. *in recentioribus.* † vbi etiam quod contraria procedunt in acconcio, cophanis, veſtibus, & apparatibus, quæ dantur ob cauſam matrimonij, in quibus eſt diuerſa ratio ab iſtis bonis paraphernalibus, cum illa magis accedant doti, quam iſta, Theſaur. *deciſ.*195.

Et quan-

quamnis aliqui teneant contrarium, de quibus per
10 Roland. *de lucr. dot. qu.* 50. † Tamen in caſu noſtro
tollitur omnis difficultas, quia ſumus in bonis pa-
raphernalibus magnæ quantitatis, in quibus ſtatu-
tum de parte dotis lucrando non habet locum,
tanquam mulieres tunc iſta bona paraphernalia
ſibi præcipua reſeruent ob alios reſpectus, quam
acceſſorij dotis, prout diſtinguit Theſaur. *deciſ.* 195.
n. 7. Socin. Iun. *conſ.* 93. *lib.* 1. Phanuc. *de lucr. dot. in*
verb. dotis & corredorum, gloſ. 10. *nu.* 1. *tom.* 9. *fol.* 438.
Accedat quod fuit actum executiuè vigore capitulo-
rum matrimonialium pro prætenſo lucro dotali,
cum tamen in eiſdem capitulis nullibi legatur ali-
qua obligatio cameralis de ſoluendo huiuſmodi
11 lucrum, † Vnde non poterat dari aliqua executio
pro eis, quæ non continentur in capitulis, cum ſo-
lum pro expreſſis illa competat, maximè, quia ſu-
mus per viam actionis, quidquid aliud ſit per mo-
dum replicationis, & exceptionis Rot. *diuerſ. dec.*
742 *n.* 11. *&* 12. *p.* 1. *& deciſ.* 131. *nu.* 11. *p.* 2. poſt Gal-
leſ. *de obligat. camer. p.* 3. *tit. de vi inſtrum. obligat. ca-*
mer. n. 14. *&* 15. Corn. *conſ.* 141. *n.* 6. *cum ſeq. li.* 3. Oſaſc.
dec. 129. *nu.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 136. *nu.* 4. *lib.* 2. Rugi-
12 nell. *de appellat.* §. 5. *c.* 3. *nu.* 164. † Et ita ſæpè fuiſſe
reſolutum per Rot. teſtatur R.P.D. Iuſtus Peruſi-
na pecuniaria. 3 Decembris 1599. in princ. & Ma-
ceraten. bonorum. 1. Februar. 1602. cum alijs per
Rot. coram R.P.D. Penia Bononien. cenſus. 24. A-
prilis 1600. & coram R.P.D Litta Romana pre-
13 tij domus. 16. Iunij 1600. † Neque enim æquum
eſt, vt obligans ſe in forma cameræ pro dote cen-
ſeatur ſe eodem modo obligaſſe pro bonis para-
phernalibus, quæ ſunt diuerſa à dote, & dicuntur
14 extradotalia, *ex ſupra allegatis, num.* 7. † cum talis
obligatio cameralis ſtrictius liget promittentem,
non autem extendat iſtam promiſſionem, ideo hu-
iuſmodi qualitas erat in ſpecie exprimenda, cum
aliàs cenſeatur omiſſa: Gabr. *concluſ.* 3. *nu.* 27. *de con-*
ſuetud. cum alijs in d. Bononien. cenſus, & Romana
pretij domus.
Ex quo magis arguitur iniuſtitia decreti, cum ſtante
obligatione camerali pro dote, & non pro para-
pherno, non poſſit dici adeſſe paritatem vtriuſque
15 debiti, † & ſic ſolutio, ſeu depoſitum factum de-
buit cedere in debitum grauius, & magis ſtrictum,
prout erat cauſa dotis, non antiphati: Vinc. de
Franch. *deciſ.* 564. *nu.* 13.
Meritò igitur dabitur appellatio, cum appareat de ex-
ceſſu, cum enim non adſit certa ſumma prætenſi
quarti, & lucri dotalis & Iudex illud declarauerit,
16 & liquidauerit, † à tali declaratione, & liquidatio-
ne exceſſiua poteſt appellari: Bart. & Imol. *in l. ab*
17 *executore. de appellat.* Bero. *q.* 131. *num.* 3. † Negotium
enim liquidationis eſt diuerſum non habens pri-
uilegium executiuum, & admittit appellationem:
Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 5. *nu.* 70. *&* 71. *& re-*
med. 3. *in fin.* poſt Doct. *in l. creditores. C. de pignorib.*
Nec facit, quod Hortenſius teneatur ſoluere lucrum
dotale de ſcutis octo mille datis in dotem, cum
non venerit tempus diuiſionis, ſeu aſſignationis
portionis hæreditatis q. Ferrantis debitæ Franciſcæ
18 vxori, † adeo vt ante dictam diuiſionem non poſ-
ſit dici, quod adſit quarta pars paraphernì reſer-
uati per eamdem vxorem de dictis ſcutis octo
mille. Quia in capitulis matrimonialibus con-tra-
rium fuit conuentum, nam in illis expreſsè dicitur,

che la quarta parte di tutto quello; che toccarà al-
la Signora Franceſca per reſto della ſua portione
di detta heredità, quanto delli ſcudi ottomila, è
non altrimente s'intenda paraferno di lei, & di eſſa
quarta parte la Signora Franceſca ne poſſa diſpor-
re à ſuo piacere come di beni proprij, & li altri
tre quarti s'intendano dati per dote di detta Signo-
ra Franceſca.
Ex iſtis verbis clarè apparet, quod ab initio cōtractus,
fuit conſtituta dos in tribus quartis, & alia quarta
pars fuit reſeruata pro parapherno, & quamuis in
dictis capitulis ſit conuentum, quod Franciſca non
poſſit de dicta quarta diſponere, niſi ſecuta diui-
ſione, Tamen hoc non facit, vt cenſeatur conſtitū-
tum paraphernum ſolum de tempore diuiſionis,
quia tantummodo exercitium fuit collatum in
dictum tempus, ita vt Franciſca non habeat facul-
tatem de eo diſponendi, niſi ſecuta diuiſione, quæ
facultas ita reſtricta non tollit, quod parapher-
num non ſit prius conſtitutum; cum ſolum prohi-
beatur diſpoſitio eius, quod prius fuit declaratum
19 paraphernum, † vnde dies tanquam appoſita exe-
cutioni, & exercitio non alterat principalem actum
prius factum, nec illum ſuſpendit, nec impedit o-
bligationem iam natam, & formatam, licet impe-
diat exercitium illius, & per conſequens non po-
teſt prætendi, quod adſit aliqua conditio, & quod
fuerit alteratus primus actus per partes firmatus
de parapherno, Ita bene explicat Surd. *conſ.* 146. *nu.*
22. *&* 23. *libr.* 1. iuxta doctrinā Bart. *in l. talis ſcriptu-*
ra in fi. ff. de leg. 1. Dec. *in l. omnibus obligationib.* 14. *n.*
7. & ibi Caguol. *n.* 12. *cum ſeq. ff. de reg. iur.* Ang. *conſ.*
206. *n.* 2. *verſ. nec obſtat ſi dicatur.* Corn. *conſ.* 243. *li.* 2.
Erit igitur conſtitutum paraphernum ſtatim, & ab
20 initio contractus. † neque per exercitium dila-
tum eſt mutata prima diſpoſitio paraphernì iam
conſtituti, prout etiam in dubio per verba reſpi-
cientis executionem, nunquam immutatur actus
principalis, *clem.* 1. *ad fin.* vbi Abb. *de praebend.* Iaſ. in
l. ius autem ciuile. col. 1. *in fin. verſ. Item ita. nu.* 8. *ff. de iu-*
ſtit. & iur. & in l. lecta. col. 15. *in fin. verſ. intelligo tamen.*
ff. ſi cert. petat.
Et hæc dicta ſint ex abundanti, quia partes clarè ex-
preſſerunt, quod reliquæ tres portiones intelligan-
tur datæ pro dote, vt latius dicitur in capitulis ma-
trimonialibus, Vnde altera portio remanſit pro
parapherno in ipſo actu, in quo fuit dos conſtitu-
ta, & non tempore diuiſionis, ne aliàs ſequatur ab-
ſurdum, quod vna & eadem res diuerſo iure cen-
21 ſeatur contra mentem contrahentium, † qui ſem-
per voluerunt à principio diſtinguere dotem à
parapherno, de quo nullum lucrum dotale eſt de-
bitum, cum ſit in magna quantitate, vt dictum eſt
ſupr. nu. 10. iuxta *deciſ. Theſaur.* 195. *n.* 7. & ibi Gaſp.
Anthon. Theſaur. *in addition. in princip.* vbi teſtatur
iterum fuiſſe ita iudicatum, quod videlicet lucrum
ſtatutarium non excedit dotem conſtitutam, &
non comprehendit bona, quæ poſt illius conſtitu-
tionem peruenerunt ad vxorem confirmando d.
deciſ. Theſaur. 195. *num.* 7. quam etiam comprobat
Cauagnol. *ad decret. Montisferrat. decret.* 74. §. 4. *q.* 3.
Et ex multis grauaminibus iam deductis, ſufficeret
vnum ad concedendam ſimpliciter appellatio-
nem, & retardandam executionem, videlicet
quod fuit declarata quantitas portionis hæredita-
tis d. Ferrantis debitæ Franciſcæ non citato Hor-

tentio,cum tamen à tali liquidatione detur appel-
lario:Menoch.*de adipiſcend.rem* 5. *num.*70.*&* 71.&
22 quamuis pars fateatur iſtum exceſſum,† & præten-
dat mandatum ſuſtineri in reſiduo , Tamen in to-
tum decretum annullatur , nec poteſt ſuſtineri in
parte tanquam indiuiduum , *l.in hoc iudicio.ff.fami-
liæ erciſcũd.*Cyn.& Bald.*in l.*1.*C.de error.calcul.*Bart.
*in l.*2.*C.de re iudicat.& in l. fi. de iuriſd. omn. iudic.*
Galleſ.*de obligat.camer.p.vltim.n.*36. Rot.coram R.
P.D.Orano Romana pecuniaria de Pinellis 8.Apri-
lis 1598.Non obſtante prætenſo ſtylo , quod ſuſti-
neatur pro parte, cum de eo non conſtet , & tan-
23 quam contra ius commune non attenditur, † & eſt
plenè probandus: Dec.*conſ.*402.*in cauſa.nu.*12. Re-
buff.*de conſuetud ſtil.& form.gloſ.*13.*nu.*54 Maſcard.
*concluſ.*1339.*n.*5.poſt Doct.*in c. fin.* vbi Roc.*qu.*8.*de
conſuetud.* Et ita ex ſupradictis fuit ſimpliciter ad-
miſſa appellatio, & retardata executio.

EPITOME.

Beneficium retractus ex quibus verbis excluda-
tur. ¶ Et an poſſit illi renunciari tam expreſſè,
quam tacitè. ¶ Et an poſtea ſit locus pœnitentiæ.
¶ In venditione rei communis facta per fratres , &
ſocios,vnus eorum an poſſit retrahere partem alte-
rius. ¶ Per conſenſum tacitè præſtitum , aliena-
tioni rei ſubiectæ retractui , an inferatur præiudi-
cium in iure luendi. ¶ Et quid ſi apponatur clau-
ſula ſaluo iure domini. ¶ Actio antiqua quando
per compromiſſum extinguatur. ¶ Pœnitentia an
ſit attendenda in tranſactione , quamuis ſoluatur
pœna. ¶ Promittens de euictione , & controuer-
ſiam non mouere, vel habere licere , & moleſtiam
non inferre, & renuncians omni legum aut ſtatu-
torum auxilio , & vendens iure proprio & in per-
petuum an cenſeatur excluſus ab omni iure ſuper-
ueniente , & à beneficio retractus , & ab omnibus,
quæ tam in re , quàm in ſpe potuiſſent competere.
¶ Et an ſtatim committatur talis ſtipulatio etiam
non expectata ſententia , tam ſi moueatur contro-
uerſia per promittentem , quàm per tertium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio retractus valet ſiue fiat expreſſè,ſiue tacitè.
nu.*3.*& poſt illam non eſt amplius locus pœnitentiæ.
num.*2.
4 *Actus geminati magis arguunt conſenſum renunciantis.*
5 *Retractus ex quibus verbis excludatur.*
6 *Promittens ſuper aliquibus bonis controuerſiam non
mouere,cenſetur renunciare iuri retrahendi.*
7 *In venditione facta per fratres,& ſocios de re communi,
vnus eorum non poteſt retrahere partem alterius.nu-
mere* 8.
9 *Per conſenſum tacitè præſtitum alienationi rei ſubiecta
retractus infertur præiudicium in iure luendi. Am-
plia quamuis daretur conſenſus,cum clauſula ſaluo
iure domini.nu.*10.
11 *Nouatio extinctiua fit per compromiſſum,& laudum
arbitratoris de iure, & de facto.*
12 *Pœnitentia non habet locum in tranſactione , quamuis
pœna ſolueretur.num.*13.
14 *Compromiſſum habens vim perfectæ tranſactionis extin-
guit omnem actionem antiquam , & nouam tribuit.*
15 *Iudex debet proſpicere,ne coactus vendere magnum de-
trimentum patiatur,quod procedit nedum in priuato,
ſed etiam in Eccleſia , cuius priuilegium cogendi ad
vendendum eſt multum ſtrictè,& cum grano ſalis in-
terpretandum.*
16 *Promiſſio de non mouendo controuerſiam intelligitur
etiam de iure futuro,& ſtatim committitur ſtipulatio
etiam non expectata ſententia, quando per promiſſo-
rem mouetur controuerſia , ſecus ſi per tertium.n.*17.
18 *Stipulatio habere licere & non moleſtare,omni iuris,&
facti exceptione remota , cum promiſſione euictionis
continet factum ſucceſſiuum , ita vt ex iure ſuperue-
niente non poſſit moleſtia inferri , neque peti retra-
ctus.n.*19.*&* 20.
21 *Renuncians omni legum,& ſtatutorum auxilio,& ven-
dens iure proprio,& in perpetuum excluditur à be-
neficio retractus,& omnium iurium,quæ tam in re
quàm in ſpe potuiſſent competere. n.*23.

CAPVT DCLXXII.

OBſtat renunciatio , de qua in cauſa Romana
iuris cõgrui,quia ſumma in materia retractus,
1 † cui non ſolum expreſſè , ſed etiam tacitè poteſt
renunciari: Affl.*de iur.prothomiſ.in princ.leg.n.*30.*in
fi.& §* 6.*incip.ſcriptum eſt.nu.*18. *in* 11. *& vlt.notab.*
Maſuer.*de retract.col. vlt. verſ.ſed quære quid ſi pro-
miſit* Tiraq.*de retract.lignag.*§.1.*gl.*9.*n.*111.*&* 121.poſt
Martin. Laudenſ.& Cardin. Alex.*in cap.porro.col.*1.
2 *qualit.olim.feud.poter.alienar.* † Ita vt facta tali de-
claratione, aut renunciatione, non ſit amplius locus
pœnitentiæ,neque poſſit renuncians retrahere,cum
ſtatim illi conſenſus præiudicet: Boer. *deciſ.*76. *nu.*
9. Guliel. Bened. *in c. Raynutius , in verb. & vxo-
rem nomine Adelaſiam.num.*156. *de teſtam.*cum aliis
per Schrader.*de feud p.* 10.*ſect.*8.*nu* 129. *& p* 8.*c.*4.
*nu.*29.*&* 30. Et quod valeat renunciatio in ſpecie
3 † Gregorianæ : Rot. coram R.P.D. Card. Mantic.
Romana retractus 30.Ianuar. 1588. & coram Car-
din. Plato Reatina Caſtri petræ fortiæ 19. Martij
1584.Quidquid alij malè contrarium ſentiant non
poſſe retractui renunciari ob cauſam publicæ vtili-
tatis:Mut.*ſuper conſuetud.Panorm.c.*31.*nu.*66.
De renunciatione autem conſtat tam ex laudo acce-
ptato , quàm ex concordia poſtea ſubſecuta , cum
iuramento,ac obligatione Camerali, aliiſque clau-
4 ſulis, † quæ magis arguunt conſenſum renuncian-
tis ob tot actus geminatos, *l.baliſta ad Trebell.*Natt.
*conſ.*160.*n.*31.Rolan.*conſ.*56.*in fi.lib.*1.Surd.*conſ.*10.
*num.*54 *lib.*1. Maximè quia fruſtra promiſſum eſſet
5 appodium ad effectum fabricandi, † ſi illud pro-
mittens poſſet retrahere , prout etiam inanis eſſet
promiſſio tranſmutationis putei , caſu quo impe-
diret fabricam faciendam per D. Horatium iuxta
planam , ſeu diſegnum per ipſum dandum in ſuo
ædificio , Quemadmodum etiam diſtantia quinque
pedum ad hoc vt ædificium faciendum per D. Ho-
ratium non impediat luminibus domus D.Lauren-
tij,& augmentum pretij , quod datur vigore bullæ,
vltra alia, quæ in laudo , & concordia exprimuntur
circa conceſſionem ſitus, & fabricæ prædictæ,cum
ex iſtis conuentionibus clarè appareat excluſio pe-
titionis retractus , quaſi aliud non poſſint impor-
tare, quàm d.renunciationem , cum tamen etiam
6 ſufficeret,quod non expreſsè quis renunciaret,† ſed
tantum generaliter promitteret ſuper d.bonis con-
trouerſiam non facere , cum ſimilibus verbis , ex
quibus excluditur talia promittens à retractu, vn-
de multo magis quando in ſpecie eſt facta mentio
de permiſſione fabricandi: Tiraq.*de retract.lign.§.*1.
gloſ.

gloſ 9.n 122.Affliƈt.de iur. prothomiſ. §. 6. incip.ſcriptum eſt,nomb.11 in ſi. verſ. ſed quæro quid ſi promiſit, n. 18.in fin.iuxta doƈtrinam Ang.in l.ſtipulatio iſta habere,licere.38.§ ſi quis forte ff.de verbor. obligationib.
Vnde inferunt Doƈtores, quod ſi fratres, aut conſortes, vel conſanguinei vendunt aliquam rem com-
7 munem, † vnus eorum non poterit retrahere partem alterius : quamuis enim ex multis venditoribus ſuam tantum portionem quis vendere cenſeatur, l.ſi mihi & titio.ff de verbor.obligat.l.reos,§.cum
8 in tabulis,de duob.reis.† Nihilominus vnus cenſetur cæteris conſentire:Bart. in l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.Bald.in l.vlt.C.ad maced.Corn. cõſ.51.licet in hac col.2.lib.2.& in l.quoties:C.de fideicommiſſ & per conſequens excluditur à retraƈtu : Tiraq. in ſpecie
9 de retraƈt.lignag §.1.gloſ 9 n.256.† & paſſim quis ſibi præiudicat in iure luendi per conſenſum tacitè præſtitum alienationi alicuius rei ſubieƈtæ retraƈtui. Affliƈt.Aluar.Iſer.& alij de quib.late Schrader.de
10 feud.p.8.c.4.n.29.vſque ad 33.vbi ampliat † quamuis fuerit præſtitus conſenſus non ſimpliciter, ſed cum clauſula ſaluo iure domini, quia illa intelligitur de aliis iuribus domino competẽtibus, non autẽ de iure prothomiſeos, vnde multo magis in caſu noſtro in qua nulla adeſt reſeruatio, qua non extante minus erit locus retraƈtui: Neapol. ad conſuetud.neapolit.tit.17.de iur,congr.in verb.emit.nu.12.& 13.quem refert & ſequitur Carpan.ſuper conſtit.mediolan.c.417.n.107. & 108. iuxta doƈtrinam communiter receptam, de qua per Alex. in l. quæ dotis, num.24.& 25 ff.ſolut.matrim. Menoch.qui multa ſimilia adducit conſ.58.nu.24.vſque ad 31.lib.1.Schrader. qui alios allegat de feud.p.8.c.4.n.29.& 30.
Ex quibus colligitur nullam competere aƈtionem pro prætenſo retraƈtu,ſtante compromiſſo, & laudo, ac tranſaƈtione ſecuta, per quam eſt facta no-
11 uatio extinƈtiua,† quando ſumus,prout in caſu noſtro,in compromiſſo arbitratoris de iure, & de faƈto, per quod dicitur facta quædam tranſaƈtio:
12 auth.ſi vero. C.de iudic.Dec.conſ.650.num.1.† In qua tranſaƈtione non eſt locus pœnitentiæ, l. quamuis, 39.C.de tranſaƈt. Ideo non licet amplius redire ad primam aƈtionem, quamuis etiam ſolueretur pœna,cum non ſit eleƈtio partis promittentis pœnam,
13 ſed aduerſarij:l.reſcriptum,11.§.ſi paƈto.ff de paƈt.qui tex.in propoſito dicit notabilem Franc. in c. ex ratione,8.num.33.q.7.& ibi Præpoſit. col. 8. de appellat. Lancellot.de attentat.comprom.pend.nu.187.& 188. tom.5.fol.392.& bene declarat Bald.in rubr. extr. de
14 tranſaƈt. † vbi quod per tale compromiſſum habens vim perfeƈtæ tranſaƈtionis eſt finita omnis cauſa antiqua, & ſuccedit noua, & ſic eſt receſſum à prima aƈtione:Gabr.de nouat.concluſ.1.n.61.Dec. conſ.400.viſo eleganti,col penult.in fin.Alex.conſi.131. num.4.lib.1. Quæ tranſaƈtio eſt magis ſeruanda, cum ſimus inter fratres,inter quos æquitas ſuadet, vt non detur ampliſſimus ſitus vni, qui habet plusquam commodam habitationem & alter priuetur
15 domo, quæ ſibi contingit in diuiſione, † ob cuius carentiam magnum pateretur detrimentum, quod ante omnia Iudex debet proſpicere, ne illud patiatur,qui cogitur vendere. l.ſi quis ſepulchrum, vbi Alber.num.2.Florian num.4. de religioſ. & ſump.funer.Gloſſ in l.reſcripta in verb.non lædat.in fin.Cod.de precib.imper.offer.Couarr. lib. 3. var. reſolut. c.14.in fin.Quod procedit nedum in priuato, ſed etiam in Eccleſia, quæ licèt habeat priuilegium cogendi aliquem ad rem propriam vendendam, tamen illud non dat aƈtionem, ſed implorationem officij Iudicis, qui multum ſtriƈtè, & præuia neceſſitate, & cum magno grano ſalis debet idem priuilegium impartiri: Rot.coram R.P.D.Sacrato Romana palatij, de Comitibus.16. Ianuarij 1612.
In huiuſmodi cauſa fuit lata ſententia contra agentem ad retraƈtum, per quem multum reclamabatur,ſub prætextu iniuſtitiæ eiuſdem ſententiæ, tanquam renunciatio, & concordia non comprehenderet ius futurum, ſuper quo diffusè ſcripſerunt
16 primarij Vrbis Patroni, † Verum oſtendi iſta non obſtare, quia ſtante promiſſione de non mouendo controuerſiam, illa debet intelligi etiam de iure futuro: prout eſt text. in terminis in l. ſtipulatio iſta 38.§.ſi quis forte.vbi Ang.& Iaſ.In princ.Bart.in ſummar.Alex.n.1.& 2.bene Caſtr. in princ.ff. de verbo-
17 rum obligationib.† Adeo vt ſtatim committatur huiuſmodi ſtipulatio, etiàm non expeƈtata ſententia, quando per promiſſorem mouetur controuerſia, quidquid aliud ſit, quando per tertium moueretur: Caſtr.in d.§.ſi quis forte nu.2.& 3.Alex n.7.Tiraq.de retraƈt.lignag §.1.gloſ.9.n. 122. & latè explicat Soc. conſi.288.il 1 incip.circa primam quæſtionem. col.penult.ad med.n.34.verſ.circa ſextam & vltimam quæſtionem.lib.2. vbi poſt Raph. Fulgoſ. concludit,
18 quod in illa ſtipulatione habere licere, de qua in d. §.ſi quis forte. ſunt inſpicienda ſingula momenta tẽporum,quia continebat faƈtum ſucceſſiuum, prout idem eſt, quando fuiſſet promiſſum non moleſtare omni iuris & faƈti exceptione remota, quæ promiſſio eſt multum ampla, & continet faƈtum ſucceſſiuum; ita vt non poſſit inferri aliqua moleſtia ex iure ſuperueniente,cum iſta verba nullo vnquam tempore moleſtare, & habere licere, vel aliquam moleſtiam non inferre ſint æquipollentia,& omnia contineant faƈtum ſucceſſiuum, Contraria autem procedunt, quando verba non eſſent ita pinguia, & ampla,vt diſtinguit Socin. diƈt. conſ.288 num.35. Quod etiam latè declarat Angel. Aret.conſ.127.n.3.
19 & per tot. † vbi quod ex diƈtis verbis excluditur quis à petitione retraƈtus,præſertim,quia in illo caſu aderat promiſſio per venditorem faƈta de euiƈtione, de qua etiam tenebatur ſi non promiſiſſet, ſed ſimpliciter vendidiſſet, l.1. & 2.ff.de euiƈtion.l.
20 emptorem.§.vltim.ff. de aƈtion. empt. † Vnde agendo ad retraƈtum poteſt repelli exceptione l.vendicantẽ, ff.de euiƈtionibus.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.verſi.
21 oppono contra tertium.ff de verborum obligation.† Stãte præſertim renunciatione omni legum, & ſtatutorum auxilio, per quam quis excluditur à beneficio retraƈtus, & quia etiam fuit vendita res, & conceſſa iure proprio,& in perpetuum, ita vt conceſſio non diceretur perpetua, ſi poſſet prætendi retroceſſio, ſeu retrouenditio, prout latè omnia prædiƈta comprobat Ang.Aret. d.conſi. 127.num. 7. & 8.& per tot.cum aliis per Bero.conſi.172.num.44.
22 vſque ad 8.lib.1. † vbi loquitur in retraƈtu, cui per diƈta verba fuit præiudicatum, cum omnibus iuribus,quæ tam in re, quàm in ſpe potuiſſent competere l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff. de legat.1.l. nihil.§.1.vbi Caſtr. eodem tit.Et quidẽ omnia prædiƈta multum faciebant in caſu noſtro, ita vt cum ad huiuſmodi punƈtum ſe Iudices reſtrinxiſſent, & eſſent parati ſententiam proferre ſuper excluſione

retractus, confirmando prius latam, fuerit per peteorem rettactum ceſſum liti, & cauſæ, illique io totum renunciatum permittendo ædificium conſtrui, prout conſtructum fuit amplum, & inſigne ad ornatum Vrbis, & decorem familiæ litigantium.

EPITOME.

Facultates legitimandi conceſſæ Comiti Palatino an intelligantur, vt legitimet præuia cognitione, & citatione intereſſe habentium. ¶ Et quid ſtantibus clauſulis de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, citatis & non citatis agnatis, & noo obſtantibus, cum ſimilibus. ¶ Legitimatio ſecunda an ſubſiſtat, non facta mentione de prima.

¶ Princeps an poſſit tollere citationem. ¶ Scientia generalis legitimantis an ſufficiat circa defectus legitimati, vel debeat eſſe ſpecialis ad hoc vt legitimatio non ſit obreptiua. ¶ Derogatoria priuilegiorum an tollat ea, quæ de verbo ad verbum erant exprimenda. ¶ Clauſula citatis & non citatis appoſita in capitulo legitimationis concernente ſucceſſionem hæreditatis an præiudicet quo ad bona fideicommiſſi. ¶ Et ao requiratur ſpecialis meotio fideicommiſſi, & perſonæ ſubſtitutæ.

¶ Conſtitutio Pij IV. in bullar. 66. an procedat, quando legitimatus oon veniret contra mentem teſtatoris, & antequam fideicommiſſum ſit purificatum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium legitimandi conceſſum Comiti Palatino intelligitur, vt præuia cauſa cognitione legitimet, & citatis intereſſe habentibus.*

2 *Facultas legitimandi cum clauſula citatis, & non citatis agnatis, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus non operatur in præiudicium tertij non citati. & n. 8. Contrarium n. 7. 9. & 14.*

3 *Voluntas principis debet habere aſſiſtentiam iuris.*

4 *Legitimatio ſecunda non ſubſiſtit, ſi non fiat mentio primæ.*

5 *In legitimatione non ſolum debet exprimi quod quis reddatur habilis in genere ad fideicommiſſa, ſed in ſpecie, cum mentione perſonæ ſubſtitutæ.*

10 *Facultates legitimandi cõceſſæ Comiti Palatino approbantur per Rotam cum omnibus clauſulis ampliſſimis, per quas præiudicatur agnatis etiam non citatis. num. 11. 12. & 23.*

13 *Princeps poteſt tollere citationem in iure quærendo.*

15 *In fideicommiſſis magis Princeps præiudicat, quàm in feudo, & emphyteuſi, & primogenitura.*

16 *Comes Palatinus, quando habeat eandem facultatem quam Princeps in legitimatione concedenda. nu. 17. & 18.*

19 *Obreptio omnis tollitur in legitimatione conceſſa per Comitem iuxta priuilegium continens clauſulas ampliſſimas ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, non obſtantibus, cum ſimilibus derogatoriis.*

20 *Scientia generalis legitimãtis circa defectus legitimati ſufficit, vt nõ poſſit dici de ſubreptione legitimationis.*

21 *Conſtitutio Pij IV. in bullar. n. 86. procedit quando legitimatus veniret contra mentẽ teſtatoris, & quando legitimatio fieret poſt fideicommiſſum purificatum.*

22 *Legitimati dicuntur de familia, & de agnatione, & veniunt in fideicommiſſo relicto proximioribus.*

24 *Derogatoria quorumcumque priuilegiorum, quando ſufficiat, ſi talia eſſent, quæ de verbo ad verbum deberent exprimi.*

25 *Clauſula citatis, & non citatis appoſita in legitimatione per Comitem Palatinum non præiudicat in fideicommiſſis ſi fuerit ſolum adiecta in capitulo concernente ſucceſſionem hæreditatis.*

CAPVT DCLXXIII.

CONtra legitimationem exhibitam opponebatur, quod licet fuerit facta per Comitem Palatinum de Campegiis, qui habet facultatem legitimandi citatis, vel non citatis ſubſtitutis, & intereſſe habentibus iuxta priuilegia Dominorum de
1 Campegiis, Tamen † talis facultas io eo non eſt intelligenda, vt poſſit præiudicare tertio, niſi cum cauſæ cognitione, quæ non poteſt dici interueniſſe, niſi præuia citatione agnatorum, cum aliàs in illo non præſumitur iuſta cauſa prout latè cõcludit Dec. *conſ. 425. in caſu propoſito primo videndum col. 3. in fi. n. 5. & conſ. 557. accurato & eorum ſolito. col. 2. in fin. n. 6. & 7. & conſ. 193. conſulus col. vltim. in princ. n. 12.* Pariſ. *conſ. 6. n. 36. cum ſeq. lib. 2. & conſ. 9. num 36 vſque ad 40. eod. lib.* Cephal *conſ 285. n. 12. & 13 li. 2* Beru. *conſ. 177. num 41. & 42. lib. 2. & qu. 60. per tot.* Socin. Iun. *conſ 65. nu. 6. lib. 2.* Peregr *deciſ. Patauin. 10. n. 2. verſ. diuerſum autem eſt in comsio.* Odd. *conſi. 1. nu 51.* Lup. *de illegit. & de natalib. reſtitu. commentar. 3 §. 5.*
2 *n. 30. vſque ad 33 fol. 229.* † vbi qood ooo ſolũ nihil operatur iſta clauſula citatis, & non citatis agnatis, ſed etiam quod idem eſt in clauſulis in facultatibus Comitum inſertis ex certa ſcientia, oon obſtantibus, & de plenitudine poteſtatis, & ſimilibus, iſtæ enim quamuis ampliſſimæ nullum effectum tribuunt, & ſunt ſuperfluæ, quatenus concernunt præ-
3 iudicium tertij, quaſi non ſufficiat † quod adſit voluntas Principis, niſi etiam aſſiſtat ius, quod debet concurrere cum voluntate ad quemcumque actum perficiendum, vt notat in ſpecie Couarr. *lib. 3. var. reſol. c. 6. nu. 9.* cum aliis per Lup. *d. §. 5. n. 31.*

Præterea io legitimatione facta per Comitẽ noo fuit narratum, quod legitimatus prius obtinuerat à Summo Pontifice aliã legitimationem, ſeu diſpenſatio-
4 nem † quamuis non ita plenam, quod facit, vt ſecũda legitimatio non ſubſiſtat tanquã ſubreptitia, nam ſi fuiſſet expreſſum Comiti, quod fuerat redditus habilis ſucceſſionis paternæ cum maiori forſan difficultate legitimaſſet, vel potius non legitimaſſet, vt latè concludit Soc. *in l. gallus. § & quid ſi tantum. n. 2. ff. de liber. & poſthum.* Ruin. *conſ. 80. n. 16. vſque ad 21. lib. 3.* Rim Iun. *conſ. 199 n. 49 lib. 2.* Gabr. *conſi. 30. nu. 19. cum ſeq. lib. 1.* Honded. qui omnibus contrarium tenentibus reſpondet *conſ. 64. nu. 34. vſque ad 38. lib. 1.* Rot. *dec. 145. n. 15. in fin. p. 1. in recentiorib.*

Additur, quod non ſufficit in legitimatione fuiſſe expreſſum, quod legitimatus fuerit redditus habilis in genere ad quæcumqoe fideicommiſſa, cum vl-
5 terius requiratur ſpecialis mentio fideicommiſſi, de quo agimus, & de perſonis ſubſtitutorum, cum alias hoc non expreſſo legitimatio noo proſit legitimato, neque ſubſtitutis noceat: Alex. *conſi. 67. num. 7 verſ. idem tenet. col. penult. ad med. lib. 1.* Pariſ. *conſi. 12. nu. 217. ad med. vſque ad n 225 lib. 2.* Neuiz. *conſ. 99. nu. 16.* Grat *conſ 65. n. 38. lib. 1.* Felin. *in c. cum olim 12. nu. 16 poſt princip. verſ. cum iſtis etiam concordat. de re iudicat.* Brun, *conſ. 15. n. 11.* Cur. Iun. *conſ. 85. num. 8.* Ruin *conſi 178. n. 12. lib. 2. & conſ. 106. nu. 11. lib. 3. & in repet. l. gallus. §. & quid ſi tantum. num. 121. ff. de liberis & poſthum.* Cephal. *conſ. 121. nu. 44. lib. 1.*

quem

6 quem ſequitur Bertaz conſi 3.nu. 1.in fin.† vbi teſta-
tur juxta d.conſ.ita fuiſſe judicatum: Idem Bertazol.
conſi.101.nu 28 in fin.verſ.quarto reſpectu horum bono-
rum.Couſt.de Ponſal.b.p.2.c.8.§.9.num 8. Honded.
conſi 59 num.20. & 21.lib.2. & conſ.64 num.33.lib.1.
Peregr.de fideicommiſſ. art.23.num 69 fol 219. Oſaſc.
conſ.68.n.20.vſque ad 23.latè Ruſtic. ad l.cum anus,
lib.2.c.15.n.127.vſque ad 130 ff de condit.& demonſt.
Verum pro validitate dictæ legitimationis faciebat
alia opinio magis approbata, ſecundum quam non
videtur eſſe neceſſaria aliqua citatio agnatorum,
cum in priuilegio conceſſo Comiti Palatino de
Campegiis fuerit data per Principem facultas legi-
7 gitimandi citatis, & non citatis agnatis, † quo caſu
citatio non eſt neceſſaria, quia ſicut Princeps ipſe
poſſet legitimare citatione omiſſa in præjudicium
agnatorum, ita etiam idem erit dicendum in Co-
mite, cui talis poteſtas fuit in ſpecie demandata,
quamvis enim talis facultas ſit de regalibus, nihilo-
minus poteſt delegari Comiti, adeo vt quemadmo-
dum ſubſiſtit legitimatio facta etiam inuitis agna-
tis, ita etiam illis ignorantibus, cum etiam poſſit
Princeps concedere facultatem legitimandi abſque
aliqua cauſa, ſicut poteſt ipſemet Princeps, provt
per prædictas, & ſimiles rationes late concludit
Menoch conſ 19.num.10. vſque ad 15 lib.1. & conſ.
1098 num.9.lib.1.
Neque obſtat, quod idem Menoch. conſi. 108. num. 9.
lib.1.declaret, quod ſcripta per eum d.conſi.19.num.
8 23.procedant † quoad conjunctionem ſanguinis, &
vinculum agnationis, non autem quo ad ſucceſſio-
nē. ita vt talis legitimatus efficiatur agnatus agna-
tis, non autem vt eis inuitis illis ſuccedat, quod
9 etiam ſequitur Pereg.conſ.52 n.16.& 17.li 4 † Quia
juxta veriorem ſententiam iſta legitimatio valebit
quo ad omnes effectus, & præjudicabit ſubſtitutis
ſtante clauſula citatis, & non citatis in legitimatio-
tione appoſita, vt teſtatur late Cardin. Mantic. de
coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit.11.n.12.vſque ad 23.
poſt Roland.conſ 67 nu.55.cum ſeq lib 3.Surd conſil.
1.nu 96.& 97 Peregr.de fideicommiſſ q.11.num 239.
10 verſ.ſextus caſus fol.147 † & hanc opinionem etiam
ſequuta eſt Rot.,coram R P D. Pamphilio Roma-
na legitimationis de Gabrielibus. 16. Maij 1613.
vbi etiam approbantur hujuſmodi facultates Co-
11 mitum Palatinorum de Campegiis, † quod poſſint
tales legitimationes facere ſtantibus prędictis clau-
ſulis in priuilegio Inſertis, provt etiam fuerunt ap-
probatæ in alia cauſa Bononien. de Lambertinis
coram R P.D. Manzanedo. 20.Februar.1612. quæ
eſt deciſ.387.nu.6.p.1. in recentiorib. & ſæpiſſime in
12 aliis cauſis juxta conſi.Gozad.9.nu 4.8.& 15. † & la-
tè explicat Peregrin. de fideicommiſſ art 23.n.68 fol.
219.vbi etiam teſtatur ita ſæpius fuiſſe firmatum in
Rot.vt per Put dec.4.& 5 qui filij ſint legitim, Achil.
deciſ.2.cod.tit.Mohedan. deciſ. 246. Anton. Auguſt.
deciſ.1.Burſat.conſi.18.num.21.
Minus obſtat, quod Princeps non poſſit tollere cita-
13 tionem, clem.paſtoralis, de re iudicat. Quia † hoc non
habet locum in jure quærendo ex jure ciuili, quod
Princeps poteſt etiam ſine cauſa inuito ſubdito au-
ferre, etiam parte non citata: Card Mant. de conje-
ctur.vltim.volunt.lib.11.tit.11.n.22. ad med.verſ.nec
huic ſententia. Peregrin. de fideicommiſſ.art.23.nu.68.
ad med.fol.218. & de iur.fiſc.lib.1 tit.3.num 56. poſt
14 Ruin.conſ.86.nu.16. cum ſeq.lib.3. † Stantibus præ-

ſertim clauſulis ex certa ſcientia, & plenitudine
poteſtatis, non obſtantibus, cum ſimilibus, ex qui-
bus magis citatio non eſt neceſſaria: Decian. conſ.
268.conſulitur ab illuſtri.nu.6. vſque ad 9. & conſi.90.
15 quoniam ex facto, n.14.& 16. † Maximè in fideicom-
miſſariis, in quibus magis poteſt Princeps præiudi-
care, quam in emphyteoticis, & in feudalibus, ac in
jure primogenituræ: Peregr.de fideicommiſſ.art.23.n.
68.in fin.fol.218.
Quæ omnia poſſunt etiam transferri per Principem
in Comitem Palatinum, adeo vt tunc habeat ean-
16 dem facultatem, † quam haberet Princeps: Ruin.
conſi.104.num.12.cum ſeq.lib.3. Port.Imol.conſ.105.
num.14.Gabr.de citation.concluſ.1.nu.152.Peregr.de fi-
deicommiſſ.art.23.n.68.poſt med verſ.& hanc faculta-
tem. Card.Mantic.de coniectur.vltim.volunt.li.11.tit.
11.nu.12.ad med.verſ.ſed tamen. Roland.conſi.61.nu.
17 54 cum ſeq lib.1. † Contraria autē procedunt quan-
do Princeps ſimpliciter conceſſiſſet Comiti facul-
tatem legitimandi, tunc enim talis facultas intelli-
geretur, vt non poſſet alteri præiudicare, ideo tunc
opus eſſet cognitione cauſæ præuia citatione agna-
torum, cum aliis de jure requiſitis, cum diuerſum
ſit quando ampliſſima poteſtas daretur per Princi-
pem Comiti circa iſtas legitimationes, tunc enim
eſſet ſubrogatus in omnibus ipſi Principi: Ruin.
conſi.104.nu.12 & 13.lib 3.Card Mant.de coniect.vlti-
mar.volunt.lib.11.tit.11.num.12 poſt med & verſ ſe-
18 cundum tamen. † Et multos caſus quo ad iſtam fa-
cultatem ample conceſſam per Principem conſide-
rat Menoch.conſ 16.num 11.vſque ad 15.lib.1.
Nec faciunt obreptiones ob non expreſſionem primæ
diſpenſationis, & fideicommiſſi in ſpecie, Quia om-
nes iſti defectus ſanantur ex clauſulis ampliſſimis
19 priuilegiorum Comitum de Campegiis, † nam in
illis adeſt clauſula, quibuſcumque non obſtanti-
bus, motu proprio, ex certa ſcientia, pro expreſſis,
de plenitudine poteſtatis, cum multis aliis ſimilibus
derogatoriis, quæ tollunt obreptionem, tanquam
cenſeantur omnes caſus in ſpecie relati, ita vt Co-
mes poſſit vti d.clauſulis ex poteſtate ſibi per Prin-
cipem attributa: Rulan I.conſ.61.nu.53.vſque ad 59.
& conſ.67.nu.57.vſque ad 63 lib 3.Ruin conſ 73.nu
12.lib 3 Gozad.conſ 48.num.14.Pauſ.conſi.15.nu.59.
& 66.lib.2 Menoch.conſi 19 numer.24. & 25.lib.1.
Cephal.conſ 23.num.32.lib. 1. cum aliis per Ruſtic.
ad l.cum anus, lib.2 c.15.nu.140 ff de cond & demon-
20 ſtrat. † Cum etiam ſecundum alios ſufficiat legiti-
mantem in genere ſciuiſſe, & cogitaſſe defectus, &
qualitates in legitimatione requiſitas, ad hoc vt
non poſſit dici de ſubreptione reſcripti imperratis
Ruin.conſ.68.n.4 lib.3.& conſi.82 n.7.li.1.poſt Caſtr.
conſi.221. ſuper puncto iſto ſubsidiar. in fin. l b. 1. Iaſ.
conſ.110.col.5.in fin.lib.4.Dec.conſ.157.n.8. Menoch.
conſi.20.num.50 & 51 lib. 1. cum aliis per Gonzal.
ad reg 8.gloſ.36 num.28.vbi etiam teſtatur, quod ita
fuit in Rota reſolutum.
Neque eſt facienda vis in Bulla Pij IV. de qua in
Bullar. num 26. Quia procedit quando legitimatus
21 veniret contra mentem teſtatoris, ſecus † ſi juxta
eius voluntatem ſuccederet Rot.deciſ.388. & 667.
p. 1. in recentiorib. vbi additur dictam Bullam in-
telligi de præjudicio juris jam quæſiti, quando vi-
delicet legitimatio fieret poſt purificatum fideicom-
miſſum: Eugen.conſi.52 num.65 Decian conſ.42.nu.
38.lib.1.Menoch.conſi.459.n.3.lib.3. Et paſſim legi-

timati ſuccedunt ſecundum mentem teſtatoris,
22 † cum dicantur de agnatione, & familia ipſius, &
veniant in fideicommiſſo relicto in proximioribus:
Caſtr. *conſ. 24. ſuper primo dubio videtur dicendum, col. 2. in fin. lib. 2.* Aym *conſ. 138 nu. 4* Lup. *de illegitim. & natal. reſtit. commentar. 3 §. 1. nu. 55. & 77.*
Ex prædictis patet non ſubſiſtere oppoſitiones adductas contra legitimationem, quæ illis non obſtantibus erit valida, ſequendo præſuppoſitum omnium
23 Doctorum, & præſertim Rotæ Romanæ, † dum tales clauſulas admittunt ad tollendam omnem ſubreptionem, prout dictum eſt *ſupr. verſ. neque obſtat quod idem poſt med. nu.* 11. Præſertim quia clauſula generalis quorumtenores, & pro expreſſis appoſita in vltima diſpoſitione derogatoria quorumcumq; privilegiorum ſufficit quamvis talia eſſent, quæ de
24 verbo ad verbum deberent ſpecificari † juxta vulgatum conſ. 2. Butr. quod canonizauit Rota, vt per Cliador. *dec. 10. n. 2. ſuper regul. & dec. 38. n. 3 eod tit.* Felin. *in c. accedentes, nu. 5. poſt princ. verſ. ſecundus caſus eſt. de praeſcript. & in c. nonnulli, num. 6. de reſcript.* Aym. *conſ. 126. nu 7.* Afflict *dec. 220. nu. 17.* Gabr. *de clauſul. concl. 5. n. 12.* Put. *dec. 109 n. 3. lib. 1.* cum multis per Gonzal. *ad reg. 8 gl. 36. nu. 29.* vbi quod hodie iſta opinio eſt æquior, & de ſtylo Curiæ magis recepta, Rot. *diuerſ. deciſ. 213 n. 1. p. 1. & deciſ. 161. n. 1. p. 2.* cum aliis *in tract. de clauſul. p. 1. clauſul. 139. n. 1.*
Erit tamen in prædictis obſeruandum, quod cum agatur de priuilegio legitimandi conceſſo Comiti Pa-
25 latino cum clauſula citatis, & non citatis, † quod iſta clauſula ſi non ſit appoſita in capitulo legiti-
2 mandi quo ad ſucceſſionem in bonis conditionatis alicui fideicommiſſo, vel alteri conditioni, non præjudicabit fideicommiſſariis, vnde ſi fuerit adjecta in capitulo concernente ſucceſſionem in hæreditatibus parentum, ſeu agnatorum, non trahetur ad capitulum ſuccedendi in fideicommiſſis, feudis, & bonis emphyteoticis, de quibus in parte inferiori, nam aliæ ſunt ſucceſſiones, & quia in eis de grauiori præjudicio agitur cum tractetur de jure tertij, cui legitimans non videtur in dubio voluiſſe præjudicare, ideo ſtante iſto defectu in legitimatione exhibita, concludendum eſt illam non obſtare fideicommiſſario, ac tertio intereſſe habenti, prout ita paſſim diſtinguunt Doctores, de quibus Peregr. *de fideicommiſſ. art. 32. num. 70.* poſt Ruin. *conſ. 28. nu. 6. lib. 5.* Dec. *conſ. 88. num 45 lib. 2.* Socin *conſ. 95. nu. 20. lib 4.* Pariſ. *conſ. 12. num. 156. lib. 2.* Dec. *conſ. 55. pretenue. nu. 7. verſ. praeterea.*

EPITOME.

Tranſactio rerum ad Eccleſiam pertinentium quando ſit nulla abſque beneplacito Apoſtolico, & aliis ſolemnitatibus † Et an illæ poſſint poſtea interuenire pro geſtorum conualidatione. § Et quid ſi tranſigatur inuicem inter duas eccleſias per viam permutationis. § Vel quando ſumus in bonis non incorporatis, & non de menſa. § Vel in dimiſſione poſſeſſionis. § Iura eccleſiarum an poſſint compromitti in arbitros de jure & de facto in procedendo, & de jure in ſententiando. § Compromiſſum in laicos de bonis eccleſiaſticis an ſuſtineatur tam in petitorio quàm in poſſeſſorio. § Examen teſtium coram Iudice incompetenti an conualidetur per conſenſum partium. § Confeſſio Rectoris, quando præjudicet eccleſiæ, & ſucceſſori tam ſi fuerit ſpontanea, quàm per modum contentioſæ juriſdictionis. § Prælatus an poſſit præjudicare eccleſiæ in acquirendis tam quo ad euitationem pœnæ contentæ in Paulina, quàm quo ad nullitatem repudiationis.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio de rebus ad eccleſiam pertinentibus eſt nulla abſque beneplacito Apoſtolico, ac aliis ſolemnitatibus.*
2 *Concordia facta per Rectorem de rebus eccleſiæ ſine ſolemnitatibus non ligat ſucceſſorem, ita vt non conualidetur quamvis poſtea illæ interuenerint.*
3 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatū.*
4 *Tranſactio inter duas eccleſias eſt inualida ſine ſolemnitatibus, etiam quando hinc inde eccleſia reciperent permutando, & num. 5.*
6 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in bonis non incorporatis, & non de menſa neque in dimiſſione poſſeſſionis. Contrarium, n. 7. & 8.*
9 *In prohibitione alienationis rerum eccleſiæ venit alienatio non ſolum ſtricta, per quam transfertur dominium, ſed largiſſima, per quam ius aliquod aufertur, & ſufficit, quod actio competat, n. 10.*
11 *Habens actionem dicitur habere rem.*
12 *Remittens poſſidenti rem dicitur alienare.*
13 *Iura eccleſiæ non poſſunt remitti in arbitros de iure & de facto in procedendo, & de iure in decidendo.*
14 *Compromiſſum in laicos de iuribus eccleſiæ eſt nullum tam in petitorio quam in poſſeſſorio.*
15 *Compromiſſum de rebus eccleſiaſticis non poteſt fieri abſque conſenſu Papæ, vel Epiſcopi & laudum inde ſequutum non nocet ſucceſſori.*
16 *Examen teſtium coram Iudice incompetenti non cōualidatur per conſenſum partium Intellige vt num. 17.*
18 *Confeſſio Rectoris non præiudicat Eccleſiæ, nec ſucceſſori non ſolum quando eſt ſpontanea, ſed etiam ſi fuerit iudicialis ex abrupto, & abſque interrogatione, & iudicio non inſtructo nu. 19.*
20 *Prælatus poteſt obeſſe Eccleſiæ in acquirendis. Declara, quo ad euitationem pœna extrinſeca, de qua in conſtitutione Paulina, ſecus quo ad nullitatem repudiationis. num. 21.*

CAPVT DCLXXIV.

PRo nullitate concordiæ, ſeu tranſactionis, de qua agebatur in cauſa Romana domus, dixi
1 concludendum eſſe, † tanquam in ea non interuenerit beneplacitum Apoſtolicum, cum aliis ſolemnitatibus, de quibus in *c. ſi exceptione, 12. queſt. 1.* quæ requiruntur in tranſactione rerum ad Eccleſiam pertinentium, ne indirectè alienentur bona quæ directè non poſſunt alienari, videlicet tranſigendo, & componendo, ſi enim permitteretur ita de iſtis rebus diſponi, quotidie procurarentur lites moueri, vt ſuper eis poſſet tranſigi, cum etiam ſi tranſigatur non adhibita ſolemnitate, tranſactio erit perſonalis, non realis, & perpetua, ſed finietur morte tranſigentis, nec ligabit ſucceſſores, ita vt
2 etiam † ſolemnitas debeat interuenire in ipſo actu alienationis, ſeu tranſactionis, cum neque ex poſt facto conualidaretur: Innoc. *in cap. veniens, de tranſactionibus.* Bald. *in margarit. in verb. rector. in princ.* late Capel. Tholoſ. *dec. 98.* vbi Aufr. *in addit. in princ.* Rebuff *in c. ſine exceptione, 12. qu. in verb. communicare* Gulielm. Redoan. *de rebus eccleſ. non alienand. rub. 1. num. 16. & 21.*

Neque

Neque obſtat, quod tranſactio fuerit facta inter duas
3 Eccleſias quo caſu valet ſine ſolemnitatibus† tan-
quam priuilegiatus non vtatur priuilegio contra
pariter priuilegiatum, cum priuilegia conquaſſen-
tur:Marſil.*ſingul.*99.Quia verius eſt,quod etiam ſo-
lemnitas requiratur in actu geſto ad inuicem inter
4 † duas Eccleſias. Rebuff. *in d.c. ſine exceptione num.*
12.66. *qu.* 2. vbi quod procedit etiam quando binc
inde Eccleſiæ reciperent , videlicet permutando,
vnde multo magis, quando vna Eccleſia nihil reci-
pit , ideo paſſim expediuntur breuia inter Eccleſias
permutantes, vt teſtatur ita practicari Quarant.*in*
*bullar.rubr. de alienat.rer.eccleſ.num.*15. Redoan.*de*
*reb.eccleſ. non alienand.quæſt.*2.*c.*20. *& qu.*12.*nu.*28.
5 † & quod res Eccleſiarum non poſſint permutari,
ſine ſolemnitatibus etiam ſi inter ſe Eccleſiæ per-
mutent,concludit Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig.*
*conuent.lib.*25.*tit.*6.*nu.* 66. vbi quod de hoc eſt text.
clarus in *c.*1.vbi Imol.Abb.& Butr.*de reb.eccleſ.non*
*alienand.*Bero.*conſi.*179.*nu.*3.*&* 4.*lib.*1.

Minus obſtat , quod non ſimus in bonis incorpora-
tis,& de menſa, in quibus non requiritur ſolemni-
6 tas, † prout quando dimittitur poſſeſſio alieni,tunc
enim non dicitur fieri alienatio, ideo non eſt adhi-
bendum beneplacitum : Natt. *conſ.* 441.*numer.* 9.
7 † Quia non eſt tuta iſta opinio , prout etiam ipſe
dubitat *num.*5.*&* 31.nam ſicuti eſt neceſſarium de-
cretum in contractu, ita etiam in diſtractu,& libe-
ratione, *l. ſi minor ad ſoluendum,Cod.de præd minor.*
quamvis enim illud quod dimittitur ex cauſa tran-
ſactionis non dicatur alienari , *l. ſi pro fundo. Cod.*
de tranſaction. tamen hoc eſt verum reſpectu pro-
priæ alienationis,cum non transferatur dominium,
8 † ſed non poteſt negari , quod non ſit ſpecies
alienationis propter perpetuam exceptionem, quæ
paratur poſſeſſori, *l.*1.*§. at qui tranſigit.ff.ſi quid in*
9 *fraud.patr.* ideò erit neceſſaria ſolemnitas, † cum in
prohibitione alienationis rerum Eccleſiæ non ſo-
lum veniat alienatio ſtrictè ſumpta , prout eſt illa,
per quam transfertur dominium , ſed etiam omnis
alienatio largiſſime accepta , per quam jus aliquod
aufertur:Gloſ.*in c.nulli.* vbi Butr. & Abb. *de reb.ec-*
*cleſ.non alienand.*Bart.*in leg.nulli.ff de tranſact.* Bald.
& Salic.*in l.*1.*Cod.ſi aduerſ.tranſact.* idem Salic. *in*
l.non ſolum.Cod. de prædiis minor. & ita ſeruat Rot.
de qua per Caputaq. *deciſ.*106.*p.*1. vbi quod caſſio
juris, litis, & cauſæ , & tranſactio ſuper re Eccle-
ſiæ non eſt valida , ſi non interueniat ſolemnitas,
10 cum quodammodo ſit alienatio, & ſufficit, † quod
actio competat ad rem Eccleſiæ , ad hoc vt tranſi-
gens debeat adhibere ſolemnitates: Abb. *in cap.* 1.
*num.*8. *depoſ.* Quamvis hoc dictum ſit ex abundan-
ti , cum non ſimus in ſimplici dimiſſione rei per
alium poſſeſſæ , ſed in tranſlatione poſſeſſionis,
quæ erat penes Eccleſiam , vt oſtenditur in facto,
ideo magis erat neceſſaria ſolemnitas : Natt. *conſi.*
440.*num.*9.

Et paſſim prohibetur remiſſio actionis tranſigendo
abſque ſolemnitatibus , ſi fiat per Prælatum , ſeu
11 adminiſtratorem, † quia ſicut habens actionem vi-
detur rem ipſam habere *leg.qui actionem, ff.de regul.*
iur. Ita qui remittit actionem videtur remittere
ipſam rem , & qui poſſidenti rem dimittit , dicitur
12 illam alienare , † ideo requiritur ſolemnitas adhi-
benda per Prælatum , & adminiſtratorem : Tiraqu.
Dec.Pinell. & alij de quibus per Surd.*conſ.*451.*nu.*
4.*vſque ad* 8.*& num.*25.*verſ.omni ignaro lib.*3.

Nec facit,quod conſtet per teſtes de veritate conten-
torum in tranſactione ad fauorem Aduerſarij,
13 † Quia ſunt examinati coram Arbitris laicis nul-
lam habentibus juriſdictionem , cum in eos non
potuiſſet fieri compromiſſum de jure , & de facto
tantum in procedendo , & de jure in ſententiando,
quia non poſſunt jura Eccleſiæ in aliquem remitti,
prout ponendo proceſſum in manu alterius eſſet
remittere , quaſi ex hoc permittatur compromiſſa-
rio repellere probationes Eccleſiæ de facto,omiſſo
jure, & probationem Aduerſarij de jure repellen-
dam de facto admittere, Ita in ſpecie Lupus *allegat.*
102.*num.*2.*in fin.verſ. & poſito.* Ang. *in l.imperatores*
ff.de pact.

Maximè , quia compromiſſum fuit factum in laicos
quod eſt nullum,& inualidum de rebus eccleſiæ
14 pertinentibus, † in quibus non poteſt eis aliqua ju-
riſdictio competere,quamvis etiam eſſemus in quo-
cumque poſſeſſorio , nedum in petitorio: Roland.
*conſil.*23.*nu.*7.*vſque ad* 17.*lib.*2. Couarr.*pract.quæſt.*
*cap.*35. *num.* 1. *verſ. ex quo patet non poſſe laicum,ad*
*med.*Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.*15.*n.*213.*vſque*
ad 235.Socin.*in c.ſi clericus,declar.*25. *& in c. ſi dili-*
*genter,col.*2.*notab.*5 *de for competent.*

Cum præſertim , neque poſſit fieri compromiſſum de
15 rebus eccleſiaſticis abſque conſenſu Epiſcopi, † &
Papæ , ita vt laudum inde ſecutum ex tali compro-
miſſo ſine dicto conſenſu nunquam præjudicet ſuc-
ceſſoribus: Caputaq.*dec.* 165. *p.* 1.cum ex eo poſſit
ſequi alienatio:Abb.*in cap.cum tempore, num.* 3. *de*
arbitr. Lup. *allegat.* 102. Quæ alienatio non poteſt
fieri etiam per Epiſcopum abſque conſenſu Supe-
rioris:Doct.*in c.*2.*de tranſaction.* Ideo non præjudi-
cat ſucceſſori:Butr.Abb. & Imol. *in d.cum in tempo-*
re,de arbitr.

Quod autem teſtes examinati coram Iudice incom-
16 petenti,non probent,eſt notiſſimum,ita vt † etiam
neque conualidetur examen de conſenſu partium,
& procuratorum,tanquam talis conſenſus non poſ-
ſit hujuſmodi juriſdictionem prorogare, vnde non
valuit illud , quod ſuperædificatur in fundamento
inutili juriſdictionis. *c.cum paulus,*1.*quæſt.*1. & no-
tat in ſpecie Gemin. *conſi.*76. *ſuper dubio col.penul.*
*verſ non obſtat ſi dicatur.*Iaſ.*in l.*1.*col.*3.*nu.*20.*ff.de ſe-*
17 *ruit.*† Contraria autem procedunt,quando atteſta-
tiones eſſent receptæ per illum,qui haberet juriſdi-
ctionem , ſed eſſent nullæ defectu ordinis non ſer-
uati , tunc enim poteſt operari conſenſus partium
conualidationem , ſecus ſi recipiantur ab eo , qui
funditus caret juriſdictione , nam hoc caſu non at-
tenditur , qui partes velint , tanquam non habeant
auctoritatem illam prorogandi: Butr. *in c. cum cau-*
ſam.de teſtib. Io. Andr. ad Speculat. *tit. de legato.§.*
nunc dicendum verſ.item quid ſi receptis.

Neque aduerſatur , quod non ſimus propriè in tran-
ſactione , ſed in confeſſione veritatis , & recogni-
tione juris alterius , quæ poteſt fieri ſine ſolemni-
18 tatibus , † Quia neque Rector Eccleſiæ poteſt
confiteri in præjudicium Eccleſiæ , neque ta-
lis confeſſio ſucceſſoribus præjudicat , Maxime
quando non eſt facta per modum contentioſæ ju-
riſdictionis , ſed ſpontaneè , & voluntariè ema-
nata:Pariſ.*conſil.*115 *num* 18.*lib.*1.Rimin.Iun.*conſil.*
293.*numer.*14.*libro* 3. poſt Bart. *in leg. certum.* §. *&*
an ipſos. colum. 2. *de confeſſ. & in leg.* 2. §. *quod ob-*

19 *ſeruari,nu.6.de procurat.*Dec.*conſi.*220.*nu.*1.† Immo etiam judicio inſtructo non valeret, ſi fieret ex abrupto,& abſque interrogatione,& antequam ſint effecti domini litis in deciſoriis juxta diſtinctionem Bald.*in l.vnic.num.*30.*C.de confiſſ.*Neque ſolus Prælatus poteſt præjudicare Eccleſiæ: Alex. *in l. legatum,nu.*2.*ff.de leg.*1. Caputaq.*deciſ.*106.*in fi.lib.*1. Alia ex aduerſo adducta non obſtant, quia procedunt in acquiſitione legati,& hæreditatis, in quibus po-
20 teſt † Prælatus præjudicare Eccleſiæ: Rot. *diuerſ. dec.*253.*nu.*3.*p.*3.cum aliis per Quarant.*in Bullar.de alienat.rer.eccleſ.nu.*43.*&* 44. Immo prædicta pro-
21 cedunt quo ad euitationem pœnæ extrinſecæ,† de qua in conſtitutione Paulina,non tamen intrinſecæ nullitatis contractus, nunquam enim præcluditur via Eccleſiæ aduerſus repudiationem, ſeu remiſſionem legati, ac rei non incorporationem factam in damnum Eccleſiarum, quia Rectores earum debent facere vtilia, prætermiſſis inutilibus,ideoque dato, quod in quærendis videatur, quod Rector poſſit præjudicare eccleſiæ, & licèt eccleſia poſſit agere contra Rectorem, qui illi præjudicauit in acquirendis.Nunquam tamen eſt ſublatum remedium ſpeciale competens eccleſiæ ſuper nullitate contractus,vt notat Quarant.*in compend.Bullar.tit. de alienat.rer.eccleſ.nu.*43. *ante fin. verſ. aduerte quia tamen per nonam fol.*35.ex adductis per Rimin. Sen. *conſil.* 315.*lib.*2.juxta doctrinam Bald.*in l.pupillorum,de repud.hæredit.*

EPITOME.

Diuiſio emphyteuſis de voluntate Domini an cenſeatur renouata pro parte,ita vt vnus ceſſans in ſolutione canonis non præjudicet alteri. ¶ Indiuiduum quando debeatur inſolidum hæredibus. ¶ Candela danda patrono an mortuo illo debeat dari ſucceſſoribus alternis annis ſeruando ordinem ætatis. ¶ Et quid ſi inſtituatur vnus hæres in octo vnciis,alter in quatuor,an inſtitutus in octo debeat habere candelam duobus annis continuis, alter in tertio anno. ¶ In juriſdictione plurium non concordantium an habeat locum judicium diuiſorium, vel competat vſus illius alternis temporibus. ¶ Canon indiuiduus an poſſit diuidi, vt ſoluatur modò per vnum, modò per alium. ¶ Iuſpatronatus an tranſeat inſolidum ad plures filios patroni defuncti. ¶ Et quomodo ſit facienda præſentatio, ſi vnus ſit inſtitutus in pluribus partibus hæreditatis,quam alius. ¶ Obſeruantia quando inducat nouum contractum, & requirat præſcriptionem. ¶ Et quæ ſit differentia inter diſpoſitiuam, & interpretatiuam. ¶ Promittens vltra canonem debitum ſoluere ducatum vnum an cenſeatur promiſiſſe etiam canonem. ¶ Verba imperſonaliter prolata quando obligent promittentem. ¶ Participium pertinentibus an importet conditionem, inducendo qualitatem rei diſpoſitæ, & reſoluatur in relatiuum, videlicet quæ pertinent. ¶ Et quid in verbo debitum,an tranſeat cum ſuo onere, ſignificando quod debetur,vel quatenus debeatur. ¶ Dictio cura, vel, &,an importet quandam acceſſionem, ita vt vendens villam, & juſpatronatus cenſeatur vendere vtrumque principaliter. ¶ Et quid ſi vendatur villa cum jurepatronatus. ¶ Bona fides, & probabilis credulitas,quando ſufficiat ad euitandam caducitatem, & excuſet emphyteutam ceſſantem ſoluere partem canonis.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio emphyteuſis de voluntate Domini dicitur vna res multiplicata in plures, & cenſetur renouata pro parte, ita vt ceſſatio vnius in ſoluendo canone alteri non præiudicet.*
2 *Penſio duplex non eſt recipienda ſuper eiſdẽ bonis,n.*4.
3 *Eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitiæ.*
5 *Cánon indiuiduus poteſt diuidi, vt ſoluatur alternis annis,modò per vnum,modò per alium.*
6 *In iuriſdictione plurium non concordantium, vel inter eos habet locum iudicium diuiſorium, vel alternis temporibus dabitur vſus illius.*
7 *Iuſpatronatus tranſit in ſolidum ad plures filios patroni defuncti.*
8 *Candela danda patrono per Eccleſiam in die Pontificationis dabitur illo mortuo hæredibus alternis annis,n.*9.*Seruando ordinem ætatis quo ad primum, & ſecundum annum,nu.*10.
11 *Indiuiduum alicui promiſſum, quando debeatur inſolidum illius hæredibus.*
12 *Teſtator cui debebatur candela ſi inſtituat vnum hæredẽ in quatuor vnciis,alium in octo,fiet diuiſio in alternis vicibus,vt inſtitutus in octo vnciis habeat cãdelam duobus annis continuis,alius in tertio anno.*
13 *Præſentatus ab inſtituto in octo vnciis præfertur ei,qui præſentatur ab inſtituto in quatuor vnciis.*
14 *Obſeruantia inducit nouum contractum, & declarat dubietatem contrahentium,num.*30.*nec requirit antiquitatem temporis,num.*31.
15 *In emphyteuſi attenditur obſeruantia.*
16 *Promittens vltra canonem debitum ſoluere ducatum vnũ non cenſetur promiſiſſe ſolutionem canonis,n.*25.
17 *Verba quæ præſupponũt, nihil diſponũt in præſuppoſito.*
18 *In contractibus eſt facienda ſtricta interpretatio.*
19 *Verba imperſonaliter prolata non obligant promittentẽ.Intellige vt num.*20.
21 *Dictio debitum reſoluitur cum ſuo onere, ſignificando quod debetur,vel quatenus debeatur.*
22 *Participium pertinentibus reſoluitur in relatiuum,videlicet quæ pertinent,& importat conditionem inducendo qualitatem rei diſpoſitæ,num.*23.
24 *Debitum canonis eſt probandum per allegantem.*
26 *Interpretatio debet fieri ad fauorem obligati contra ſtipulantem,nu.*27.
28 *Dictio cum importat quandam acceſſionem, quidquid aliud ſit in dictione &.*
29 *Vendens villam, & iuſpatronatus cenſetur vendere vtrumque principaliter,ſecus ſi vendatur villa cum iurepatronatus.*
32 *Obſeruantia interpretatiua eſt fauorabilior,quam diſpoſitiua,& illam debemus ſequi etiam impropriando verba.*
33 *Probabilis credulitas ſufficit ad euitandã caducitatẽ.*
34 *Bona fides excuſat emphyteutam ceſſantem ſoluere partem canonis,nu.*35.
36 *Obligatio omnis tollitur per ſolutionem debiti.*

CAPVT DCLXXV.

Diuiſio emphyteuſis, quando eſt facta de voluntate Eccleſiæ, & Domini directi, dicitur
1 vna res emphyteotica multiplicata in plures, † & perinde eſt, ac ſi à principio eſſet conceſſa diuidentibus, & cenſetur renouata pro parte, ita vt ceſſatio vnius in ſolutione canonis alteri non præjudicet:Affl.*deciſ.*153.*in fin.* per doctrinam Bart.*in l.frauda-*

l.fraudati,8.ff.de publican.& vectig.alib. Gozad.conſ.
34.nu.14.in princ.verſ.& tertio dico. Corbul. de cauſ.
priuation.ob non ſolut.canon.ampliat.8.nu.6.Socin.in
l.4.§.cato.n.148.ff.de verb.oblig.

Quo ſtante non poteſt prætendi totus,& integer ca-
non ab vno ex illis, in quos fuit diuiſa emphyteu-
ſis de conſenſu domini, ſed quilibet tenebitur pro
2 parte, † cum iniquum ſit quod ſuper eiſdem bonis
recipiatur duplex penſio: Dec.conſi.58. pro tenui fa-
cultate col.vlt.ad med.vbi quod maxime hoc proce-
3 dit in Eccleſia,quæ eſt cultrix juſtitiæ,† c.ſi clientu-
lus,§.ſi diuerſum,de alienat.feud. Gloſſ.in c.fraternita-
4 tis,12.qu.2.† Et bona fides non patitur binam ſo-
lutionem recipi in quacumque materia ſimus, l.ſti-
chum,§. dolo ff.de ſolutionib.l.4.§.condemnatum,ff.de
re iudic.l.bona fides,ff. de reg.iur. Surd.conſ.290.in fin.
lib.2.

Et quamvis canon ſit indiuiduus,cum debeat præſtari
5 aquila,Tamen fiet diuiſio,† vt alternis annis ſolua-
tur modò per vnum, modò per alium argumento l.
lucio.4.cum leg.ſeq. vbi Glo.in verb.vtile.ff.de aqua
quotid.æſtiu.Alex.conſ.25.num.2.& 3.lib.5.vbi ex hoc
6 infert ad vſum juriſdictionis, † in qua ſi plures do-
mini ejuſdem caſtri non concordant, vel inter eos
habebit locum judicium diuiſorium, vel debent vti
alternis temporibus: Ang. in l.2.§. ex hoc ff. de verb.
oblig.Caldas de extinct.emphyteuſ.li.4.c.8.ad ordinat.
regias.tit.38.num 20.Socin.conſi.68.col.9. in fin.verſ.
ſecundo principaliter reſpondetur,numer.29.lib.1.poſt
Bart.in l.inter tutores,in fin.ff.de adminiſtr.tutor.Curt.
Iun.de feud.4.par.qu.30.limit.9. latè Boer.de cuſtod.
clau.num.61.tom.16.fol.286. Perez. de anniuerſar.&
cappellan.lib.1.c.17.nu.6.in fin. poſt Roder. in l.quo-
niam in prioribus,in declara.leg regn.in 2.dub.nu.8.C.
de inoffic.teſtament.fol.454. Alex.conſ.25.n.2.4.& 17.
lib.5.Dec.in c.prudentiam col.4.de offic.delegat.vbi de
conſ.Bart.189.primo quæritur,lib.1.

Quare etiam dicimus, quod ſi fundator eccleſiæ juſſit
dari patrono quotannis candelam in die Purifica-
7 tionis Beatæ Mariæ Virginis, vel alio die,† ſi mor-
tuo patrono plures filij remaneant, quamvis ad
omnes ex juris diſpoſitione tranſeat juſpatronatus
inſolidum:c.1.vbi Gloſſ. & alij de iurepatronat. Non
8 tamen omnibus eſt danda candela, † ſed alternis
annis illa fruentur hæredes, exemplo ejus,quod di-
citur in clem. 2. de iurepatronat. vbi, vt facilius pro-
uideatur eccleſiis, non inconueniens reputatur pa-
tronos ipſos inter ſe poſſe liberè conuenire de Re-
ctore ab eis alternis vicibus præſentando, quem
text. dicit notabilem Roland. conſ.80.num.30.lib.1.
poſt Iaſ.in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. 5. verſ.
9 extra gloſam,ff.de verb.obligat.Et † ita fuiſſe pronun-
ciatum in Senatu Neapolitano notat Vincent. de
Franch.deciſ.85.num. 3. vbi quod in primo anno eſt
tribuenda candela primogenito, ſequenti verò ſe-
10 cundogenito, † & ſic de aliis, ita vt primogenitus
tanquam dignior præferatur per text.in l. fin. ff. de
fid.inſtrument. & notat Tiraquel.de iure primogen.in
præfat.num.75.& in materia juriſpatronatus,Paul.de
Citadin.de iurepatronat.6.p.qu.3.verſ.quinto ſi eſſent.
nu.5.& omnia ſupradicta comprobat Perez.de anni-
11 uerſar.& capellan.lib.1.c.17.n.5.fol.165. † Et quan-
do indiuiduum promiſſum alicui debeatur inſoli-
dum illius hæredibus latè Brun de augment.concluſ.
10.nu.12.13.& 16.tom.17.fol.361. Boer.de cuſtod.cla-
uium.num.59. vſque ad 63.tom.16.fol.286. Et de con-
ſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ, vt diuidatur
juſpatronatus pro rata vnciarum: Flau. Amendol.in
12 addit.ad Franc.deciſ.85.in fin.† vbi quod ſi teſtator
inſtituit duos hæredes vnum in quatuor vnciis,
alium in octo,fiet diuiſio alternis viribus,ita vt ha-
bens octo yncias debeat habere candelam duobus
annis continuis,& habens quatuor vncias, habebit
tantum vnam candelam in tertio anno,cum ha-
13 bens octo fungatur vice duorum,† ita vt præſenta-
tus ab iſto habente octo præferatur à præſentato
inſtituto in quatuor,de quo etiam meminit Lam-
bert.de iur.patron.part.2.art.24 qu.1.

Ex quibus ſequitur, quod non poteſt agi ad aliquam
deuolutionem contra Dominicum,cum præſuppo-
natur aquilam fuiſſe ſolutam per alios, inter quos
fuit diuiſa emphyteuſis de conſenſu Domini dire-
cti, cum ſufficiat vnica ſolutio canonis, vt dictum
eſt; Et quamvis idem Dominicus promiſerit ſolue-
re vltra canonem ducatum vnum, Tamen non ex
hoc intelligitur promiſiſſe totum canonem,ſed ſo-
lum portionem ad ipſum ſpectantem, & ſic alter-
14 natim,prout de jure tenetur,† maximè,quia ex ob-
ſeruantia ſubſecuta per annos trigintaquinque, &
ex quietantiis factis,tam à primo Rectore quàm ab
aliis ſucceſſoribus, apparet mentem contrahentium
fuiſſe,vt ſolueret ſolùm pro canone ducatum vnum,
cum tamen de aquila nihil fuerit dictum, quæ ob-
ſeruantia eſt adeo potens in qualibet diſpoſitione,
vt videatur de nouo contractum inducere: Sim. de
Pret.conſ.179.num.27.poſt Aym.conſ.101. num. 4. &
conſi.211.num.8. Ludouic.concluſ.38.col.23.in princ.
15 illat.121 Præſertim † in contractibus emphyteoti-
cis, in quibus magis iſta obſeruantia attenditur:
Sim.de Præt.conſ.106.num.68. poſt Alex.conſil.107.
col.fin.verſ.nec requiritur.lib.2.Ludou.d.concl.38.col.
23.in princ.illat.120.

Et quamvis, vt dictum eſt, Dominus ſe obligauerit
ſingulis annis in die S. Ceciliæ vltra canonem de-
16 bitum, † pro augmento canonis ſoluere Rectori
vnum ducatum, Tamen iſta verba non inferunt,
quod canon ſit etiam debitus ab ipſo Dominico,
nam hujuſmodi narratiua vltra canonem præſup-
ponit quidem illum eſſe debitum, non autem di-
ſponit à quo debeatur, & per quem ſit ſoluendus,
17 cum verba, quæ aliud præſupponunt † nihil diſpo-
nant in præſuppoſito, Felin.in c.ſedes,15 col.11.ante
med.verſ.intellige tripliciter,in 6 declarat.de reſcript.
Rot.deciſ.23.de procurator.in antiq.& deciſ.108.n.3.
18 part.1.diuerſor.† Maxime in contractibus,in quibus
ſemper fit ſtricta interpretatio,leg.quidquid adſtrin-
gendæ,ff.de verbor.obligationibus.l labeo.la 1 ff.de con-
19 trah. emption. † Ita vt verba imperſonaliter prolata
non obligent promittentem,auth.ſi quando.Cod.de
conſtit.pecun.Iaſ.in l.vltim.§.fin num.2.& ibi Dec.nu.
14.in 2.concluſ.ff ſi cert.petat. Card.Mantic. de tacit.
& ambig. conuentionib.lib.14.tit.29.num 49 ad med.
20 † vbi quod procedit, quando imperſonalitas ſtat in
verbo obligatiuo, cum aliud eſſet, ſi conſiſteret
in verbo executiuo tantum, nam tunc non vitiare-
tur ſtipulatio, videlicet ſi quis dixerit promitto,
quod tibi dabitur,vel ſatisfiet,quia ſanè intelligitur
ab ipſo promiſſore: Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis
ita,num.2.& ibi Iaſ.nu.4 ff.de verb.oblig.vbi de com-
muni,& quod ita intelligitur text. in d.l.vlt.§ fin.ff.
ſi cert.petat.

Stante præſertim illa dictione debitum, quæ reſolui-

tur cum ſuo relatiuo,id eſt.quod debetur, vel qua-
21 tenus debeatur † Gloſ. in clem 1. in verb dignitati-
bus,in fin.& ibi Card col.9 de prebend vbi de parti-
cipio pertinentibus, quod reſoluitur in relatiuum,
22 † videlicet,quæ pertinent: Aym.conſi.293.n.5.Alex.
conſ.119.nu.3.lib.1 & conſi.124.nu 6.lib 2.poſt Bart.
in l.centurio nu.28.in fin. & ibi Iaſ.col.16.ff. de vulg.
& pupill idem Iaſ.conſi.55.col.pen.poſt princ.verſ.con-
firmatur quia illud, lib. 3. & conſ.65.col.2. ante med.
verſ.iſta ergo ſunt verba eod.lib.Imol.in l.1.ad fin.de
condition.& demonſtrat.Rot.diuerſ.deciſ.70.nu.8.p.1.
23 † vbi etiam quod importat conditionem inducen-
do qualitatem rei diſpoſitæ: Rimin Iun.conſi.591.n.
24 17.cum aliis per Aym.conſ 800. num. 16. † Vnde
prius erit probandum, quod ille canon eſſet debi-
tus à Dominico:Roland.conſ 82.nu.28.lib.2.Aym.d.
conſ.295.num 5.

Quare ſenſus hujuſmodi ſtipulationis erit,vt vltra ca-
25 nonem debitum ab eo, † qui ad illius ſolutionem
tenetur, Dominicus promiſit ſoluere ducatum v-
num, Præſertim quia ſemper eſt facienda interpre-
26 tatio ad fauorem obligati contra ſtipulatorem, † l.
veteribus ff.de pact.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.
ff. de verbor.oblig.c. licet cauſam, de probation Alex.
conſ.114.nu.3.in fin.lib 3.Pariſ.conſ 81.num.54 lib.2.
27 Ruin.conſ 59.num.11.lib.4.† vbi quod maximè hoc
procedit propter fauorem rei, vt eo minus cenſea-
tur obligatus,l.ſemper in ſtipulationibus,de regul.iur.
l.fauorabiliores,cod.tit l.inter pares,de re iudicat.c.fin.
eod tit.l.arrianus ff de actionib.& obligationibus.

Maximè quia canon vnius aquilæ non erat debitus
quolibet anno pro duabus partibus horti, vt appa-
ret in prima conceſſione hujuſmodi emphyteuſis,
in qua aquila fuit promiſſa, pro domo,cum horto,
& ſic domus fuit principaliter conſiderata, hor-
28 tus autem acceſſoriè ad domum † propter illam di-
ctionem,cum, quæ denotat quandam acceſſionem,
quidquid aliud ſit in dictione,& l.1.& 3.ff.de poenh
legat.§ ſi quis ancillas,inſtit.de leg Abb.in c.querelam,
29 15.numer. 6. de ſimon. † vbi de vendente villam, &
juſpatronatus,quod tunc cenſetur venditum vtrum-
que principaliter,quidquid ſecus ſit,quando vendi-
tur villa cum jurepatronatus:Idem Abb.in c.quanto,
col.3.de iudic. late Rocchus de iurepatronat. in verb.
ipſe vel is à quo.nu.48.vſque ad 52.fol 41.Adeo vt ex
hoc talis canon dicatur debitus pro domo,non pro
horto tantum, vnde multo minus pro duabus par-
tibus horti, pro quibus partibus ſi Rector haberet
vnam aquilam à Dominico,& aliam aquilam à Va-
lentino, prout ab eo ſemper habuit pro domo, ca-
non eſſet auctus ſolum in vno ducato, vt fuit con-
uentum in inſtrumento celebrato cum Dominico,
ſed eſſet duplicatus in altera aquila vltra ducatum,
quod non eſt dicendum tanquam ſit contra men-
30 tem contrahentium, † ſtante præſertim obſeruan-
tia, ſecundum quam ſemper fuit exacta vnica aqui-
la à Valentino, & vnus ducatus à Dominico, quæ
quidem obſeruantia declarat iſtam dubietatem, vt
etiam dictum eſt ſupr.verſ.ex quibus,nu.14 l ſi de in-
terpretatione,de legib.c cum dilectus,de conſuetud.Ce-
phal.conſi.347.nu.32. Menoch.conſ.276.nu.19. Cum
etiam in caſu noſtro adſit tempus diuturnum tri-
31 ginta annorum,quod magis operabitur,† quamvis
in tali obſeruantia interpretatiua non requiratur
temporis antiquitas cum ſufficiat ita aliquando
fuiſſe obſeruatum: Caſtr.conſ.347.quia circa donatio-
nem.col fin.lib.1. Aret conſi 11.col.3.verſ ſi tamen ex
ſuperabundanti.Socin.conſi.111.col.vlt verſ.ſed certè
poſſumus dicere.lib.1.Aym.conſ.118.nu.2.& conſi.101.
nu.11 Dec.conſ.156 col fin.& in c.cum in ferrarien col.
2.poſt med.verſ. & ex ſupradictis infertur. de conſtitu-
tionib.& conſi.441.præſens conſultatio.n.13.& in l.ſem-
per in ſtipulationibus,in fin.ff.de reg iur.Ales.conſ.107.
pro inueſtigatione,nu.19 & 20.lib.2. Dec.conſi.51.nu.
32 56 cum ſeq.lib.2. † vbi etiam quod iſta obſeruantia
interpretatiua eſt fauorabilior,quam diſpoſitiua,ita
vt illam debeamus ſequi etiam impropriando ver-
ba: Socin .conſi. 109. licet nulla col penult.in fin.verſ.
nono comproba,nu.4.lib.2. poſt Butr.in c.cum dilectus,
col.5.de conſuetud.

Et magis eſt locus excuſationi caducitatis, cum Do-
minicus ſemper ſoluerit ducatum vnum per eum
promiſſum,& ſemper habuerit non ſolum probabi-
lem,ſed immo veram cauſam credendi, quod ſolu-
tio aquilæ ſpectaret ad Valentinum poſſeſſorem
domus, prout per eum fuit ſoluta, quæ probabilis
33 credulitas ſufficit, † vt non poſſit dari de caducita-
te: Socin.in l.4.§.cato.num.145.verſ.vltra doctores li-
mita ff de verb.oblig. Corbul.de cauſ.priuation.ob non
ſolut.canon.ampliat.8. in fin.num 22. in 6.declarat.fol.
34 351. † Cum etiam ſtante iſta bona fide excuſetur
emphyteota, qui ceſſauit partem canonis ſoluere:
Bald.in l.pro hereditariis,n.5.verſ.vndecimo.C.de he-
reditar.actionib.iuxta l.quamvis,vbi Socin.nu.4 ff.de
condit.& demonſtrat.& in propoſito notat Iaſ in l.2.
nu.53 verſ.limita tamen,C.de iur.emphyt.Alex.in l.in
executione,§.item ſi ita,n.5 ff.de verb.obligat.Corbul.
de cauſ.priuation.ob non ſolut.canon.in fin.n.27.decla-
rat.3. Dec.conſ.58.pro tenui.col.vlt. in fin. vbi Addit.
35 † extendit ad omnem juſtam cauſam ob quam ſuc-
curritur emphyteutæ: Ruin.conſi.150.lib.1. Roman.
conſ.166.in fin. vbi Mandoſ. in verb.quod ſic.Alexan.
conſi.169.nu.10.lib 2.& conſ.45.num.4.lib.5.Tiraq.de
retract.conuentional.§.1 gloſ.2.num.58. Quamvis hoc
dictum ſit ex abundanti,cum non ſimus in caſu ex-
cuſationis,nam verè non poteſt dici,quod adſit alia
obligatio Dominici, niſi pro ducato conuento,
36 † ob cujus ſolutionem eſt liberatus,l ſi pupillus ff.ad
leg.falcid inſtit quib.mod. tollit. oblig. in princ. Surd.
conſi.82.nu.1.& conſ.385.num.1.lib.3.etiam ſi fiat alij,
quam creditori, dummodo ſit de ejus mandato,vel
ipſe poſtea ratificet: Butr.in l.ſoluturu, C. de ſolution.
& in l.ſi liber homo.ff de negot.geſt.

EPITOME.

Legitima filiorum in hæreditate matris quanta ſit tam ſtante ſtatuto Vrbis lib.1.cap.145 quam illo circumſcripto. ¶ Filiæ excluſæ propter dotem, aut renunciationem quando computentur in numero filiorum, ita vt legitima maſculi ſit portio totius hæreditatis,vel portio illius portionis,non ſecus ac ſi concurreret in ſucceſſione cum filiabus ¶ Et quid ſi eſt fauorabile maſculis,vt computentur,vel quando eſſet damnoſum. ¶ Et quæ opinio ſit verior tam de jure, quam ſecundum praxim Rotæ Romanæ. ¶ Et quid in deportato, & fratre minorita, & juſtè exhæredato,& in eo,qui habetur pro mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij quanta ſit in hæreditate matris tam exiſtente ſtatuto Vrbis* lib. 1. c. 145. *quam illo circumſcripto,nu.2.*

3 *Filia excluſa propter dotem, ſeu renunciationem compu-
tâtur in numero filiorum, ita vt legitima maſculi
non ſit portio totius hæreditatis, ſed portio illius por-
tionis, non ſecus ac ſi concurreret in ſucceſſione cum
filiabus. Contrarium nu. 5. 6. 7. & 8. Sed eſt con-
cluſio dubia, & poteſt vtraque defendi. n. 9. & 10.*

4 *Deportatus, iuſtè exheredatus, frater minorita, & qui
habetur pro mortuo non facit partem, ſecus in filia
excluſa propter dotem, quæ videtur habere partem
ſuam, quamuis ſit dotata in vno nummo. n. 11.*

12 *Filiæ excluſæ augent numerum filiorum, ita vt faciant
tranſire legitimam illorum de triente in ſemiſſem,
cum excluſio ſit ad fauorẽ filiorum, ideo faciũt partẽ
ad commodum ipſorum iuxta opinionem Rotæ. n. 15.*

13 *Filia computatur in numero filiorum cum maſculis per-
inde, ac ſi integraliter ſuccederet, quando eſt fauora-
bile filiis, vt computetur, ſecus ſi eis eſſet incommo-
dum. Amplia vt num. 14.*

CAPVT DCLXXVI.

DEceſſit Siluia relicto Hortenſio filio maſculo,
& Olimpia non nupta, & Clitia dotata, & in
matrimonium collocata, & cum d. Olimpia ſit in-
ſtituta hæres vniuerſalis ab eadem Siluia matre,
contigit dubitari quanta ſit legitima Hortenſij in
illius bonis, in quo caſu ſi conſideremus ſtatutum
1 Vrbis *lib. 1. c. 145. in fin.* † diſponens quod filio d. ue-
niat tota hæreditas matris ab inteſtato decedentis;
portio legitimæ Hortenſij erit tertia pars totius hæ-
reditatis Siluiæ, Circũſcripto autem d. ſtatuto Hor-
tenſius, & Olimpia non nupta ſuccederent ma-
tri, cum Clitia dotata nihil poſſit petere in hæredi-
2 tate eiuſdem matris † ex ſtatuto, *cap. 145. lib. 1.* & ſic
portio Hortenſij pro ſua legitima eſſet tertia medie-
tatis totius hæreditatis, ſi autem ſit habenda conſi-
deratio perſonæ Clitiæ tanquam ſi non eſſet nupta,
legitima Hortenſij erit tertia tertiæ partis totius
hæreditatis Siluiæ matris, quæ reliquit tres filios
duas fœminas & vnum maſculum, vt dictum eſt.
Huiuſmodi quæſtio eſt multum difficilis propter varias
opiniones Doctorum, & prima facie poterat dici,
3 † quod filiæ excluſæ à ſtatuto quando ſunt dotatæ,
vel excluſæ renunciatione propter dotem habitam
computentur in numero filiorum, ita vt legitima
maſculi non ſit portio hæreditatis, quaſi debeatur
ſibi integra hæreditas, excluſis filiabus, ſed cẽſeatur
portio illius portionis, non ſecus ac ſi filius maſcu-
lus concurreret in ſucceſſione cum filiabus, prout
hanc opinionem tenet Bald. *in l. vnic. §. in primo, col.
2. C. de caduc. tollend. & in l. huiuſmodi § ſi Titio,* &
ibi Imol. *ad fin. D de legat. 1.* Socin. *conſ. 75. n. 3. lib. 3.*
Guid. Pap. *deciſ 295. & dec. 599.* & de communi te-
ſtatur Dec. *conſ. 607 viſo puncto & diligenter, col. pen.*
4 *in princ. n. 15.* vbi quod † recepta concluſio eſt, quod
illi, qui pro mortuis habentur, non faciunt partem,
prout eſt deportatus, & iuſtè exhæredatus, & frater
minorita, aut ſimilis, ſecus autem in filia, quæ ex-
cluditur à ſtatuto reſpectu dotis, vel quæ renun-
ciauit tanquam dote contenta, quia facit partem,
cum videatur habere partem ſuam, etiam ſi fuerit
dotata in vno nummo: Cort. Sen. qui etiam de com-
muni teſtatur *conſ. 5. aſtulphus pater. n. 1.* Socin. Iun.
conſ. 25. col. 1. lib. 1. Cuman. *conſi. 114. col. penult.* Corn.
conſ. 150 col. vlt. li. 1. cũ aliis quos latè adducit Gabr.
qui etiã teſtatur de communi *concluſ. 2. n. 1. de legiti.*
Verum contrariam opinionem ſecuti ſunt, Ang. Imol.
5 & Caſtr. *in l. plano. §. ſi duobus. de legat. 1.* † vbi volunt
quod perſonæ filiarum excluſarum non conſide-
rentur perinde ac ſi non eſſent in rerum natura, ita
vt legitima maſculorum ſit tantum habito reſpectu
ad ipſos maſculos, & non ad fœminas excluſas de-
6 ducta tamen dote ipſarum tanquam ære alieno, †
quod etiam ſequitur Aretin. *conſ. 19. col. 1.* Pariſ. *conſ.
25. col. 6. lib. 2. & conſi. 36 n. 28. eod lib.* vbi de magis
communi Io. Crot. *in l. re coniunctis, col 46 D. de leg. 3.*
Afflict. *ſuper conſtit. regn. rubr. de ſucceſſ. filior. nu. 55.*
7 † vbi quod iſta eſt verior ſententia, & magis æqua
Ruin. *cõſ. 24. col. 2 li. 1. & cõſi. 52. col 5. li. 2.* & in ſuc-
8 ceſſione matris, prout eſt caſus noſter, † quod iſta
opinio ſit tenenda dicit Caſtr. *conſ. 287. quoniam fun-
damentũ huius articuli col. pen. poſt med. verſ. prædicta
in ſucceſſione matris, lib 1.* Gabr. *de legit. concluſ. 1. n. 4.
in princ. verſ. vbi hoc tenet.* Alios conſulto omitto,
9 cum longum eſſet omnes recenſere, † Maxime, quia
in hac quæſtione ob eius difficultatem multi inſi-
gnes Doctores dixerũt neſcire pro qua parte d. be-
reut conſulere, quaſi in labyrinthum ingreſſi non
potuerint reperire viã regreſſus, adeò intricatè lo-
cuti ſunt ſcribentes, vt poſt Fulgo. *in auth. nouiſſima
C. de inoffic. teſtam.* dicit Theſaur. *dec. 159. n. 1.*
Quare ex iſtis videtur, quod poſſet defendi tam vna,
quàm altera opinio; ita vt non mereatur reprehen-
10 ſionem Iudex, † qui amplectatur iſtam ſententiam,
ſeu aliam propter auctoritates, & conflictus ratio-
num, quæ in vtramque partem reperiuntur, vt con-
cludit Dec. *conſ. 604. viſo puncto & diligenter perſcru-
tato. col. penult. ante med verſic. & poſt longam diſcuſſio-
nem, n. 15. in fin* quod etiam dicit Socin. *conſi. 150. &*
refert etiam Gabr. *de legit. conclu. 2. n. 3. in fin.*
Et quidem, ſi auctoritatibus, & rationibus eſſet inhæ-
11 rendum, prima opinio ſemper præualeret, † quia fi-
lia non ſimpliciter excluditur per ſtatutum, ſed ita
demum ſi fuerit dotata, vnde æquius eſt, vt faciat
partem tanquam habeatur ac ſi ſuccederet: Socin.
conſ. 75. n. 8. cum ſeq li. 3. Pariſ. *conſ. 53. n. 75. li. 3.* Gabr.
de legitim. concluſ. 2. n. 7. Dec. Cephal Craſſ Purpur.
Alex. Ruin. Rimin. Cuma. Crot & alij de quibus la-
tè Theſaur. *deciſ. 159. n. 12.*
In prædictis tamen notandum eſt, quod Rota tenet,
12 quod filiæ augent numerum filiorum: ita vt † faciant
tranſire legitimam de triente in ſemiſſem, & illud,
quod ipſis filiabus tollitur per ſtatutum, accreſcit
maſculis eorum legitimam impinguando, quamuis
enim fœminæ excludantur à ſtatuto propter maſ-
culos, Tamen talis excluſio eſt ad fauorem filiorum
maſculorum, vnde operatur, vt faciant partem ad
commodum ipſorum: Pariſ. *conſ. 53. n 75. lib. 3* Ce-
phal. *conſ. 245. n. 20. lib. 2* Decian. *conſi. 24. n. 46. lib. n.*
Franc *dec. 549 n. 1. cum ſeq* Craſſ. *in § legitima. q. 7. 3.
5. & 6* Honded. *conſ. 1. n. 81. & 103. lib. 1* & ita ſeruat
Rota coram Sanctiſſimo Romana de Laute 1. Febr.
1577. & coram R.P.D Penia Anconitana legitimæ,
28. Iunij 1606. & coram R.P.D. Piſouano Romana
13 legitimæ 23 Iunij 1617. † Et ſic ex iſtis patet, quod
tunc filia computatur in numero filiorum cum maſ-
culis perinde ac ſi integraliter ſuccederet, quãdo eſt
fauorabile eiſdem maſculis, vt computetur, ſi verò
eſſet incommodum filiorum, tunc non debeat com-
putari: Ioan. Ant. Alex. *conſ. 123.* Pariſ. *conſ. 25. n. 75.
lib. 3.* Gabr *de legit. conclu. 2 in fin. num. 8* cum aliis de
14 quibus in dictis deciſionibus, † in quibus etiam
additur, quod non obſtabit filias eſſe à patre co-
gnitas in teſtamento, & ſimul inſtitutas cum maſ-

culis, quia neque hoc caſu facient partem: Rimin. Iun.*conſ.31.n.74.& 75* Ruin.*conſ.17.n.6.lib.2*, Pariſ.
15 *conſ.54.n.15.lib.2.* † & hanc opinionem eſſe de mente omnium reſtatur Rot coram R.P.D. Penia in d. Anconitana legitimæ, ad med. 28. Iunij 1606. poſt Bero.*conſ.1318. num.* 13. *&* 18. *lib.* 2. cum aliis per *conſ.966.n.9.* Theſaur.*dec* 159.*n.*17.

EPITOME.

Sententia an poſſit ferri ad ſoluendum damna. & intereſſe reſeruata liquidatione. ¶ Simplex fides an faciat fidem, quamuis ſit nobilium, & magnorũ virorum. ¶ Et quando illius recognitio ſit facienda in ſecunda inſtantia, licet de ea in prima non ſit oppoſitum ¶ Conducens equum, qui fuit ſibi derobatus, an teneatur probare ſolum caſum, & non culpam ipſius, ¶ Defectus iuramenti, quãdo ſanetur per Summum Pontificem. ¶ Citationes & aliæ ſolemnitates iudiciales an requirantur in probatione caſus, & naufragij, & ſimilium, quæ occurrunt in itinere. ¶ Dominus quando obligetur ex facto inſtitoris tam tacitè, quam expreſsè ¶ Stabularius an videatur promittere equum ſaluum fore ſtatim quod patitur illum in ſtabulo intromitti, quamuis non recipiat. ¶ Obligatus ad cuſtodiam an poſſit conueniri tam de facto familiarium, quàm extraneorum, & viatorum. ¶ Maritus an teneatur de rebus paraphernalibus vxoris ſtatim quod inducuntur in domum ſuam ipſo ſciente ¶ Mandatum an ſit præſumendum propter temporis antiquitatem. † Teſtes producentis ſi fuerint contrarij an poſſint per eum aliquorum dicta reprobari, & alia approbari. ¶ Confeſſio præpoſiti de recepto, quando noceat domino. ¶ Iura & probationes poſitæ ad partes an habeantur pro non productis. ¶ Procurator ad recipiendum an poſſit confiteri de recepto. ¶ Socius quando confitendo præiudicet ſocio.

SVMMARIVM.

2 *Damna & intereſſe veniunt ob pacta non ſeruata, quod erit pretium ipſius rei promiſſæ.*
2 *Intereſſe eſt liquidandũ, ad hoc vt illius executio detur.*
3 *Sententia ad intereſſe, & damna poteſt ferri reſeruata liquidatione.*
4 *Non licet recedere à propria confeſſione.*
5 *Confeſſio iudicialis, & iurata magis præiudicat, quamuis ſit per verbum credo, n.6.*
7 *Culpa adſcribitur ei, qui nõ cogitat quod poteſt euenire.*
8 *Simplex fides non facit fidem, præſertim obtenta parte non citata, n.9. Et quid in fide magnorum virorum, & nobilium, & doctorum, n.14.15.17. & 18.*
10 *Defectus recognitionis admittit fidem ſcripturæ, licet in partib. non fuerit de ea oppoſitum, cũ poſſit poſtea opponi in curia, n.11. etiã in allegationibus iuris, n.12.*
13 *Conducens equũ ad vecturã, qui fuit ſibi derobatus nõ tenetur probare, quod abfuit culpa ipſius, niſi feciſſet iter inſolitum, quia tunc teneretur de caſu.*
16 *Præſumptio quod quis ſit bonus non arguit, quod ſit optimus, & omni exceptione maior, niſi probetur.*
18 *In probationibus non ſanatur defectus iuramenti, neque per Papam, ſi expreſſus partium conſenſus non interueniat,*
19 *Solemnitates, & citationes non requiruntur in probatione caſus, & naufragij, & ſimilium quæ occurrunt in itinere. Intellige vt num.20.21. & 22.*
23 *Dominus tenetur pro facto inſtitoris circa illud, ad quod præpoſitus eſt expreſſè, vel tacitè, num.24.25. & 26. Dummodo non excedat officium ſuum. nu.33.*
27 *Stabularius videtur promittere equum ſaluum fore, ſtatim quod patitur illum in ſtabulo intromitti, quamuis non recipiat.*
28 *Maritus tenetur de rebus paraphernalibus vxoris, eo ipſo quo inducuntur in domum ſuam ipſo ſciente.*
29 *Obligatus ad cuſtodiam tenetur tam de facto familiarium, quam extraneorum, & viatorum. Declara vt n.31. & 32.*
30 *Iter agentes non poſſunt repelli.*
34 *Mandatum eſt probandum, neque præſumitur per longinquitatem temporis.*
35 *Depoſitio teſtis debet ſuppleri quantum fieri poteſt, vt ſibi non contradicat.*
36 *Teſti vnico non creditur quamuis inducto à parte, tamquam ſit conſenſum in perſona non in dicto.*
37 *Teſtes producentis ſi fuerint contrarij, ſtatur melioribus, cum poſſint aliquorum dicta reprobari, & alia approbari.*
38 *Repetitio teſtium eſt nulla, ſi examen fuit factum parte citata, & intimata iuxta ſtatutum Vrbis.*
39 *Teſtes poſiti ad partes habentur pro non examinatis num.40.*
41 *Mandatum eſt plenè, & clarè probandum, non autem per verba ambigua.*
42 *Verba dubia, & quæ poſſunt in duplici ſenſu accipi non releuant.*
43 *Confeſſio præpoſiti de recepto veriſimilis nocet domino, & n.52. niſi velit contrarium probare, n.44.*
45 *Iacobus de Arena fuit venenatus propter cautelam datam ſuo procuratori, vt fateretur ſe recepiſſe pecuniam ſibi ſolutam.*
46 *Mandatum reſtrictum ad recipiendum non dicitur ſeruatum per confeſſionem de recepto, & n.48.*
47 *Teſtes non admittuntur ad probandam confeſſionem numerationis, ſi capitula concernant veram numerationem.*
49 *Confeſſio adminiculata, & veriſimilis probat etiam in caſibus, in quibus aliàs non probaret, n.50.*
51 *Confeſſio extraiudicialis plenè probat, ſi fiat parte præſente, & acceptante.*
53 *Socius confitendo præiudicat ſocio.*

CAPVT DCLXXVII.

EX confeſſione, de qua in actis, apparet, quod equus fuit datus in cuſtodiam Paquino, per quẽ etiam fuit aſſumpta cura aſſociandi forenſem conductorẽ, & eundem equum reconducẽdi domino, habita, & recepta etiam mercede pro huiuſmodi
1 conuentione obſeruanda. † Vnde cum illa non fuerit obſeruata, ob non reconductionem equi, veniunt damna, & intereſſe, quod erit pretium ipſius equi: Alex.*conſ.67.n.2.lib.2*1. Ruin.*conſ.141.n.9 in fin. lib.*1. Rimin Sen.*conſ.297.n.12.lib.*2. Dictum autem
2 pretium erit liquidandum, † & liquidatione facta debet ſequi cõdemnatio, & executio.*l. hoc autem.* §. 1. *D. ex quib cauſ. in poſſeſſ. eat.* Bald.*cõſ.165.li.4.* Natt. *conſ.27.n.4.* Aym.*conſ.164.n.2* Rot.*dec.165. in fi.p.2. in recentioribus & dec.442.nu.1.in fi p. ead.* & latius *dec 725.n.2.d.p.2.*

Quamuis etiam poſſet ferri ſententia ad intereſſe, &
3 damna, reſeruata liquidatione. † Guid. Pap. *qu.* 405.*n.2.* Rebuff *in l. vnic. ad fin.n.57.C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* Barr. *in l. ſi tertius, §. officium. in fin. verſ. circa damna, digeſt. de aqua pluu. arcend.* Rot. *diuerſ. decis.*100.*num.2.ad fin.p.*1. vbi quod ita ſeruatur de ſtylo

ſtylo Curiæ: Iaſ. *in §. curnre. n. 54. inſtit. de actionibus.*
Et quidem in confeſſum partes iudicis non ſunt, niſi
in exequendo, cum habeatur pro condemnato, &
4 iudicato, † ita vt à propria confeſſione non poſſit
recedi, *l. 1. C. de confeſſ.* Roland. *conſ. 71. num. 41. lib. 2.*
Surd. *conſ. 151. n. 59 li. 2.* Maximè cum in caſu noſtro
5 ſit confeſſio iudicialis, & iurata, † quæ magis præ-
iudicat confitenti tanquam habeat vim ſententiæ,
6 & rei iudicatæ: Corn. *conſ. 44. col. lib. 4.* † etiã quod
eſſet facta per verbum *credo:* Bald. *in l. fi. in princ. col. 1. verſ. ſed qui tutor. C. arbitr. tutel.* Surd. *dec. 17. n. 11.*
poſt Gloſ. *in c. ex literis, de iureiurand. & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iureiur. propt. calum. dand.*

Non obſtat, quod forenſis conductor equi deluſerit Paſquinum, qui non potuit eum ſequi velociter currentem, & calcaribus equum ſtimulantem, & prætereuntem hoſpitium Sermonetæ, vbi debebat de ſero hoſpitari, & non vlterius progredi, Quia hoc eſt imputandum Paſquino, qui non debebat aſſumere cuſtodiam equi, ſi non putabat poſſe huic
7 caſui occurrere, † tanquam iſta ſæpiſſimè eueniant. & culpa illi adſcribitur, qui non cogitat, quod facilè poteſt euenire, cum debuiſſet proſpicere, quod hoc accidere poſſet, *l. quis bona. §. cum inter. & l. in hac. D. de damn. infect.* Alex. *conſ. 52 col. 6. lib. 2.* Aym. *conſ. 170. n. 11.* Surd. *conſ. 391. n. 43 & 44. lib 3. & conſ. 365. num. 30. eodem lib.*

Et quatenus etiam huiuſmodi caſus non eſſet Paſquino imputandus, Tamen de eo debet conſtare, cum excuſationes per eum adductæ nihil faciant, & diligentiæ exhibitæ coram poteſtate Sermonetæ, ac coram aliis, de quibus in proceſſu, non releuant,
8 † cum ſimus in ſimplici fide, quæ non facit fidem, *auth. ſi quis in aliquo. C. de edon.* Decian. *conſ. 51. n. 96. li. 2.* Abb. *in c. ſicut nobis de ſent. excommunicat.* Guid.
9 Pap. *deciſ. 19. n. 2.* Maximè, † quia fuit obtenta parte non citata: Rot Ianuenſ. *deciſ. 76. n. 11.*

Cum præſertim dictæ fides non ſint recognitæ, prout requiritur, nam alias ſine recognitione nihil pro-
10 bant, † tanquam ſine ea remaneant priuatæ ſcripturæ, quæ nullam fidem faciunt. *cap 2. de fid. inſtrumen. l. inſtrumenta C. de probat.* Oldrad. *conſi. 1. nu. 3.*
11 Rot. *deciſ. 143. n. 3. p. 2. in recentioribus.* † vbi etiam quod hoc procedit, quamuis in partibus non fuerit oppoſitum de recognitione, cum etiam iſto caſu defectus recognitionis iurium poſſit opponi in Curia: Rot. coram Card. Palæotto Crem. prioratus. 30. Octobr. 1561. & coram R.P.D. Manzanedo Carthagin. tranſlationis penſionis, 19 Iunij 1606.
12 † Et paſſim admittitur oppoſitio, quod iura nõ ſint in forma probanti poſt ſententiam in allegationibus iuris, Rot. coram R.P.D. Sacrato Bracaren. iuriſpatronatus de Petronillo, 28 Nouemb. 1601. cum aliis in *tractat. de clauſu. 54. n. 9.* de quo tamen Aym. *conſ. 150. n. 2.*

Nec facit concluſio Card. Thuſc. 400. *in verb. mors, nu.*
13 18. Quia nihil aliud firmat, † niſi quod conducens equum ad vecturam, qui fuit ſibi derobatus, non tenetur probare, niſi quod armigeri illum abſtulerunt, abſque eo quod probet ſuam culpam non adfuiſſe, niſi feciſſet iter inſolitum, quia tunc teneretur de caſu, cum aliàs non teneatur: Felin. *in c. poſtulaſti 14. col. 3, in princ. verſ. quidam fuit ſpoliatus. n. 8. ad med. de for. compet.* & latè etiam ponit Stracc. *de naut. & naufrag. p. 2. n. 6 fol. 127.*

Iſta quamuis admittantur, tamen nihil obſtant in facti ſpecie, de qua agimus, Nam nullibi conſtat in proceſſu de huiuſmodi derobatione, & de caſu prætenſo & diligentiæ exaduerſo exhibitæ nihil probant, cum ſimus in ſimplici fide, quæ non facit fidem, vt
14 dictum eſt *ſupr. num. 4. & 5.* † Et licet iſta regula limitetur exaduerſo in fide nobilium, & Prætorum, ſeu Doctorum iuxta Decian. *conſi 51. n. 101. lib 2.* Nihilominus iſta limitatio non ſubſiſtit, quia Decian. loquitur ſecundum doctrinam Felin. *in c. ſuper his,*
15 *16. col. vlt. n. 19. de accuſat.* † vbi ponit multos caſus: in quibus ceſſant ſolemnitates iuris, quando eſſemus in perſonis integræ, & optimæ conſcientiæ, & ſanctitatis, quæ ſanctitas eſſet probanda, cum præſumptio, quod quis ſit bonus, non militet quod quis
16 ſit optimus, † & omni exceptione maior, niſi probetur: Socin. *conſ. 274 n. 10. lib. 2.* Purpur. *in l. admonendo. col. 26. ad med. n. 165:* & ibi Rip *n. 104. de iureiur.* Negiiſ *de pignorib. 2 membr. 5. par. n. 47. tom 6. p. 1. fol. 230.* Caualcan. *dec. 27. nu. 17. in fin.* Mandoſ. *conſi. 97. n. 3.* Rot. *diuerſ dec 474 n. 6 p. 1:* Card Mantic *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 30. nu 17 & 18.* dixi *ſupr. c. 537.*

Cum etiam Decian. præſupponat dictas fides eſſe iura-
17 tas, vt dicit *d. conſi. 51. n 101. cum ſeq. lib 2.* † quod iuramentum non adeſt in caſu noſtro, ita vt ſine illo non poſſit alicui adhiberi aliqua fides quantumuis nobili, & priuilegiato, & habenti liberum arbitrium Decian. *conſ. 93. n 31 lib. 2.* iuxta *clement ſæpe de verb. ſign.* Burſat. *conſi. 192. nu. 18. & 29 lib. 1.* Cephal.
18 *conſ. 294. num. 33. lib. 2.* † Adeo vt neque per Papam ſanetur iſte defectus iuramenti in probationibus, niſi expreſſus conſenſus partium intercedat: Creſcent. *dec. 4. alias 35. n. 3. vſque ad 6. de teſtibus.* Veſtr. *in prax. lib 6 tit. 2. n. 8.* poſt Abb & Hoſt. *in c. nuper,*
19 *de teſtibus.* Felin. *in c tuis, col. 3. n. 11. eod tit.* † Immo neque aſſertio magni viri etiam iurata facit aliquam probationem, neque ſemiplenam, ſed ſolum præſumptionem: Abb. *in cap. cum olim, in 3. notab. de dolo & contumac.* Lancellot. *de attentat. limit. 30. n. 23. tom. 5. fol. 419.*

Neque obſtat, quod ſimus in caſu priuilegiato eorum,
20 quæ occurrunt in itinere, † in quibus proceditur abſque ſolemnitatibus: Bart. *in l. 2. Cod. de naufrag.* Maſcard. *concluſ. 635. p. 2. f. 32.* Quia iſta opinio procedit, quando eſſemus in examine faciendo alicuius caſus, vel naufragij contingentis in longinquis, &
21 remotis partibus, † tunc enim remitteretur citatio, quæ licet non interueniret, non tamen annullaret proceſſum, de qua longinquitate non conſtat, cum ſimus in loco vicino non excedente viginti milliaria, ita declarat Marſill *ſing. 24. clarum eſt in iure. n. 1. & 2.* Corſet. *ſing. 27. in loco vbi aliquis, alias 18. in verb. teſtis num. 1.* vbi quod debet eſſe multum de longinquo: Ioan. de Anan. *in c. excommunicationi, col. antepenult. de raptor.* Dec. *conſ 82. viſo proceſſu. col. vltim. in princ. verſ. non obſtant allegata in contrarium* Præpoſit. *in c. rhodia 11. diſtinct.* Stracc. *de naut. nauib. & naufrag. par. 2 num. ſeptimo fol. 127* Rebuff *de nominationibus, qu. 13. nu. 4. tom. 15. par. 2. fol. 318.*

Et ſufficit, quod remittatur vna ſolemnitas citationis, non tamen quod alia ſubſtantialia omittamur,
22 † cum non debeant concurrere tot ſpecialia, ita vt in reliquis conueniens probatio ſit facienda, vt per Corſett. *ſingul. 371. numer. 1.* vbi ita intelligit *l. ſcire etiam oportet, 15. §. ſufficit autem intra conſtitutum tempus. D. de excuſationibus tutorum.*

Reſtituto equo & per conductorem remiſſo poſt multos dies, & partibus hinc inde concordatis tam ſu-

per expenſis quàm ſuper damnis, & aliis prætenſio-
nibus, contigit iterum dubitari pro eiuſdem equi
amiſſione, cum enim fuiſſet conſignatus ſtabulario,
& non reperiretur in ſtabulo, agebatur contra eum
ad iſtius reſtitutionem, Et quidem probatur conſi-
gnationem equi fuiſſe factam illi, qui fuit præpo-
23 ſitus ſtabulo ab ipſo domino hoſpitij, vnde † cum
modo equus non inueniatur, tenetur Dominus pro
facto ſui inſtitoris: Bald. *in rubr. C. de conſtit. pecun.
n.* 10. Alex. *conſ.* 44. *n.* 5. *&* 11. *lib.* 2. Nam qui patitur
24 aliquem videtur † illum præponere: Bart. *in l.* 1. *§.
magiſtrum, n.* 2. *D. de inſtitor. act. & conſ* 79. *n.* 2. *lib.* 1.
& regulariter dominus tenetur de facto inſtitoris
25 circa id, ad quod præpoſitus eſt expreſsè, † vel ta-
citè: Idem Bart. *in l. quicunque, §. & non tamen, D.
de inſtitor. act.* Rot. Genuenſ. *deciſ.* 14. *n.* 1. & eo ipſo
26 quod quis exercet officium domino ſciente † vide-
tur illum præponere: Bart. *in l.* 1. *§. familiæ nomen,
in fin. D. de publican. & vectigalib.*

Amplius neque aliqua ſpecialis conſignatio equi re-
quiritur, cum ſtabularius videatur promittere
equum ſaluum fore, ſtatim quod patitur illum in-
27 tromitti in ſtabulo per hoſpitem, † qui ſi poſt ta-
lem immiſſionem alibi vadit, & cum reuertitur,
non inuenit equum ibidem dimiſſum, tenetur hoſ-
pitalarius, etiam ſi ei nihil dixerit, & etiam ſi ibi
noluiſſet hoſpitari de ſero, Ita in terminis concludit
Bald *in l.* 1. *§. recipit autem, in princ. D. naut. caupon.
ſtabular. vt recept. reſtit. & in l. ſi certis iuris, n.* 3 *verſ.
& hæc faciunt. C. locat.* Rimin. Sen. *conſ.* 391. *n.* 2. *lib.* 1.
Bon fac. de Vitalin. *de maleſic. tit. de furt. aduerſ. naut.
caup. n.* 3. *&* 4. Ancbar. *quæſt.* 61. *n.* 3. *lib.* 1. latè Caball.
reſolut. 70. *n.* 5. *vſque ad* 10. *fol.* 135 Calefact. *in deciſ.
crimin. Rot. Senen. poſit. poſt* 1. *vol. conſ. crimin. diuerſ.
deciſ.* 6. *n.* 3. Bertazz *conſ. crim.* 68. *nu.* 1. *& conſ.* 161. *n.*
9. *&* 13. Bonacoſt. *de equit. quæſt.* 371. Marſil. *conſ.* 23.
n. 7. *&* 8. *verſ. & pro prædictis etiam facit, col.* 2. Vbi
28 ampliat ad maritum, † qui tenetur de rebus pa-
raphernalibus vxoris, ſtatim quod inducuntur in
domum ſuam eo ſciente: Alberic. *in rubr. D. naut.
caupon. ſtabular.* iuxta *l ſed ſi ego. § dotis autem cauſa,
D. de iur. dot.*

Quæ procedunt propter rationem cuſtodiæ, ob quam
non ſolum tenentur de ſuo facto, & familiarum
29 ſuorum, † ſed etiam de facto extraneorum, & via-
torum, *l.* 1. *§. caupo. D. furt. aduerſ. naut.* Anchar.
quæſt 61. *nu.* 7. *&* 8. *p.* 1. quamuis enim tales perſonæ
30 † non poſſint repellere iter agentes, *dict. leg.* 1. *§. fin.
D furt. aduerſ. naut. l. licet, 6. in facto, D. naut. cau-
pon. & ſtabular. vt recept. reſtit.* Tamen ex quo viden-
tes immiſſionem nihil dixerunt, æquum eſt illos
31 teneri, † quaſi non contradicendo cenſeantur
approbare cuſtodiam, ideo debent proteſtari ſe
nolle teneri ex facto viatorum, & extraneorum
cum aliàs non facta hac proteſtatione ſubeant pe-
riculum quo ad omnes: Gloſ. *in lib.* 2. *in verb ſicut.
32 D. naut. caupon. & ſtabular.* † & ita concordando
opiniones concludit Bonifac. Vital. *de furt. aduerſ.
naut. numer.* 4. Bertazzol. *conſ. crimin.* 68. *numero* 1.
& ibi Claud. *in addit. lit.* 1. Anchar. *qu.* 61. *n.* 7. *&* 8.
Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 70. *num.* 9. *verſ. & ita hanc
contrarietatem.*

Nec obſtat quod non tenetur dominus cum præten-
33 datur, quod præpoſitus ſtabulo † acceperit equum
ad effectum illum tranſmittendi ad ciuitatem Ti-
burtinam, ita vt per ſuſceptionem huiuſmodi one-
ris exceſſerit officium ſuum, quo caſu non poteſt
34 conueniri dominus, † Quia iſta prætenſio non
probatur, cum enim conſiſtat in datione mandati,
illud concludenter eſt probandum, cum aliàs nun-
quam præſumatur etiam quod adeſſet longinqui-
tas temporis: Bald. *in l.* 2. *Cod. ſi ex falſ. inſtrument.
& in l.* 1. *oppoſ.* 1. *C. de rebus alien. non alienan.* Aym.
conſ. 266. *num.* 7. *& conſi.* 317. *colum.* 1. Cephall. *conſ.*
65. *num.* 16. *lib.* 1. Socin. Iun. *conſi.* 65. *num.* 5. *lib.* 1.
Albenſ. *conſi.* 67. *num.* 10. *li.* 1. latè Surd. *conſi.* 28 *num.*
81. *libr.* 1. Menoch. *conſ* 9. *numer.* 69. Bertrand. *conſi.*
200. *num.* 9. *lib.* 3. *par.* 2. Gagnol. *in l. velle. numer.* 18.
cum ſequen. D. de regul. iur. Cott. *in memorabil. in
verbum mandatum verſic. an autem.* Olaſc. *dec.* 175.
num. 4.

Neque poteſt præſumi tale mandatum ex depoſitione
ſecundi teſtis reperiri, Quia illa debet reduci ad
concordiam cum prima depoſitione, in qua dixit,
quod inſtitor dixerat ſe remiſiſſe equum ad ciuita-
35 tem Tiburtinam, † vnde non ex hoc infertur, quod
habuerit in mandatis illam remiſſionem, & depo-
ſitio teſtis debet ſuppleri quantum fieri poteſt, vt
non ſibi contradicat Alex. *conſ.* 43 *num.* 33 *lib.* 4 Dec.
conſi. 495. *pro reſolutione, num.* 5. *& conſ.* 342. *in cauſa
parens, num.* 5. Curt. *de teſtibus concluſ.* 60. *num.* 13.
36 Cum etiam talis teſtis ſit vnicus, † cui non credi-
tur quamuis ſit inductus à parte, tanquam ſit con-
ſenſum ſolum in perſona, non in dicto: Felin. *in c.
veniens, col. fin. num.* 19. *verſ. tertio in quantum, de teſti-
bus,* poſt Bald. *in l.* 3. *col.* 2. *n.* 8. *verſ. ſed dubitatur de
vno. C. de reb. credit.* Rot. coram R. P. D. Penia Tul-
leo. monaſterij S. Manſueti, 27. Ianuar. 1597. Ita vt
37 † teſtes producentis ſint contrarij, ſtetur teſtibus
melioribus, cum hoc caſu poſſint aliquorum dicta
reprobari, & alia approbari: Bald. *in l. eius qui in
prouincia col.* 6. *in princ. verſ. veritas eſt, D ſi cert. pe-
tat.* Alex *conſ.* 4. *n.* 10. *lib.* 1. Roland. *conſi* 36. *n.* 12. *lib.*
2. Surd. *conſ.* 119. *n.* 51. *lib.* 1. Bero. *conſi.* 130. *n* 18. *lib.* 2.

Cum etiam examen, & repetitio teſtium fuerit facta
contra formam ſtatuti Vrbis *c.* 74 *li.* 1. in quo diſpo-
38 nitur, † quod teſtes examinati parte citata, & in-
timata non poſſint repeti, Vnde receptio, & re-
petitio fuit nulla, *l. non dubium. Cod. de legib* Bald. *in
l. executorem. C. de execut. rei iudic.* Surd. *conſi.* 186. *n.*
19. *li.* 2. Ideo bene per Iudicem fuit mandatum eoſ-
39 dem teſtes poni ad partes, † quo ſtante nihil probát,
cum non ſint de actis, nec eis eſt adhibenda fides,
tanquam ſit iudicandum ſecundum acta, & proba-
40 ta, *l. illicitas, D. de offic. præſid.* † prout regulariter
teſtes poſiti ad partes habentur pro non examina-
tis: Surd. *conſi.* 311. *n.* 74. *lib.* 3.

Neque eſt facienda vis in aliis verbis prolatis per
Bartholomæum ſtabulario, cum fuerint per modum
interrogationis ad eliciendam confeſſionem equi
eidem conſignati, nam cum interrogatus dixit, ſi
remiſit equum ad Tiburim, prout idem teſtis in
primo ſuo examine deponit de huiuſmodi actu in-
41 terrogationis, non autem mandati, † Vnde tan-
quam ſimus in verbis ad alium finem emiſſis non
dicitur conſtare de mandato, quod plenè eſt pro-
bandum, & non per verba ambigua: Surd. *conſi.*
28. *num.* 81. *lib.* 1. Cum ambiguum verbum, quod po-
42 teſt in duplici ſenſu accipi † non releuet. Idem
Surd. *conſi.* 379. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 3. Marſil. *in rubr. C. de
probation. n.* 154.

Et talis confeſſio facta à præpoſito ſtabuli, quod re-

perit

repetit equum præiudicat Domino eiuſdem ſtabu-
li,qui illum præpoſuit, quia cum ſit de negotio ad
ipſum pertinente, & de facto proprio, & ad quod
43 fuit præpoſitus, † & eſt veriſimilis, & abſque frau-
de,nocet domino,*l.quæro an ſi ſeruus.*58.§.*vltim.*vbi
Gloſ.*in verb.credendum, D. de ædil. edict.* vbi quod
*tex.in l.ſine,9,D.de interrogat.actio.*procedit in con-
feſſione de facto alieno. Gloſ.*in lib.2.§. ſi abſens,in*
44 *verb.vel iudicio,D.ſi ex noxal.cauſ. agat.* † vbi quod
ſtatur tali confeſſioni, niſi dominus velit contra-
rium probare. Caſtr.*conſ.*34.*ego Paulus,n.*2.*&* 3.*lib.*
1.latè Natt.*conſ.*543.*n.* 6.*vſque ad* 11. iuxta Gloſſ.*in
c.dudum,il ſecundo,in verb.de veritate, ad med. verſ.
ſed non credo quod deberet. de elect.* & ita ſeruari in
praxi teſtatur Zaſ.*in l.*2.*in fin. verſ.ego in intellectibus*
45 *meis,D.ſi certum petat.*† vbi etiã refert quod Iacob.
de Aren. ſolẽnis doctor fuit intoxicatus à ſuis cre-
ditoribus, qui vſus fuit hac cautela, vt ſuus procu-
rator, qui habuit pecuniam non diceret ſe recepiſ-
ſe, ſed fateretur de recepto, vt eoſdem creditores
deluderet;& ita etiam concludit Iaſ.*in l.duobus reis,
in princ.n.*5 *vſque ad* 9.*D.de iureiurand.* vbi teſtatur
46 de communi, † ſubdens quod contrarium tenentes
loquuntur, quando mandatum eſſet ad recipiendũ,
tunc enim tanquam reſtrictum ad acceptionem
non poteſt ſeruari per æquipollens,neque per con-
feſſionem, prout etiam, quando quis ſe reſtrinxiſſet
47 capitulando de vera numeratione, † nam tunc non
admitterentur teſtes probantes de confeſſione nu-
merationis: Speculat. *de teſte*, §.1. *verſ.ſed pone egi.*
Gloſ.& Bart.*in l.ſi duo,§.idẽ Iulianus.de iureiurand.*
Ideò non opus eſt diſputare an procurator confitendo
præiudicet Domino, cum omnes Doctores,qui te-
nent negatiuam opinionem,quod illi non præiudi-
48 cet,ſolũ loquantur. † quando mandatum fuit re-
ſtrictum ad recipiendum, tunc enim non ſufficit
confeſſio de recepto,vt dictum eſt ex Iaſ.*in d.l.duo-
bis reis, in princ.nu.*5. & latè etiam comprobat Ce-
phal.*conſ.*101,*n.*8.*&* 18.*vſque ad* 30 *lib.*1. cum aliis
per Doctor.*in l.*2.§.*creditum,D. ſi cert.pet.*
Et magis in caſu noſtro præiudicabit Domino talis
confeſſio, quia teſtes non ſolum probant, quod
ſimpliciter faſſus eſt receptionem equi, ſed etiam
addunt, quod ſtatim diſceſſit equitando ſequendo
Chiodatolum, cui fuit ab eo conſignatus dictus
49 equus ad effectum illum recuperandi, † ex qua
depoſitione apparet,quod confeſſio eſt veriſimilis,
& adminiculata, quo caſu magis probat contra do-
minum: Gloſ.*in c.dudum,il* 2.*in verb. de veritate,ad
med.de electio*n.Pariſ.*in c.ſi n.*54.*verſ. tertia concluſio,*
50 *de præſcript.*Card.Seraph.*deciſ.*442.*n.*2.† Prout re-
gulariter confeſſio, quæ alias non præiudicaret, ſi
eſt veriſimilis, præiudicat: Aym.*conſ.*202.*n.*48.poſt
Salic.*in l.ſi mater.C.de contrah.empt.*Dec.*conſi.*96.*vi-
ſo puncto & conſideratis obiectionibus.col.*2.*in fin.verſ.
nec obſtat quod talis confeſſio.n.*3.Ruin.*conſ.*142.*nu* 4.
*li.*1.Mohedan.*dec.*12.*de confeſſ.* Achill. *dec.*1.*eod.tit.*
Et talis confeſſio licet ſit extraiudicialis, tamen plenè
51 probat, quia fuit facta præſente, & † acceptante
parte coram duobus teſtibus, qui ſunt conteſtes de
loco,& tempore:Cyn.*in l.vnic. q.* 6. *C. de confeſſ.* &
ibi Salic.*in* 18.*oppoſit.& in l.iubemus, C.de lib.cauſ.*
Alex.*conſ.*20.*n.*1.*lib* 4 *& conſ.*111.*nu* 7.vbi Addit.*in
verb.acceptata,lib.*3.Marſil.*in l.de vnoquoque.n.*155.*de
re iudicat.* Bald. *in auth. nouo iure. in fin. C. de pœn.
iudic.qui mal.iudic.*
Et omiſſis iſtis generalibus confeſſio inſtitoris præiu-
52 dicat domino,vt in ſpecie † concludit Cephal.*conſ.*
101.*n.*4.*&* 54.*li.*1.iuxta *l.ſi.C.de inſtitor.action.*Quod
etiam in caſu noſtro magis eſt dicendum,quia præ-
ſupponitur ſtabularium non ſolum eſſe præpoſi-
53 tum, & inſtitorem, † ſed etiam ſocium, cuius con-
feſſio præiudicat ſocio: Rot. Genuenſ.*dec.*1.*num.*1.
*in princ.*poſt Bart.*in l.penult.D. de duobus reis.* Ang.
in l.ex duobus,ad fin.verſic.adde niſi fiat.D.eod.tit.

EPITOME.

Conclaue, ſeu Porticus an cedat illis domibus, ad quas adeſt acceſſus quamvis in totum ſuſtentaretur in parietibus alterius domus. ¶ Loca publica, quæ dicantur tam quando fructus ex eis percipitur, quàm non. ¶ Teſtes deponentes ſuper dominio an debeant reddere cauſam ſcientiæ, quamuis non interrogati. ¶ Poſſeſſio quando probetur ex locatione contra tertium. ¶ Locus publicus quomodo ſit probandus. ¶ Et an ſufficiat, quod per illum publicè tranſeatur, & quod memoria in contrarium non extet. ¶ Teſtes, qui habent aſſiſtentiam iuris communis an præferantur aliis.

SVMMARIVM.

1 *Loca publica dicũtur, quæ ſunt in publico vſu, ex quibus nullus fructus percipitur, vt forus, & platea, & illa quæ ſunt in redditu, vt molendina, & prædia, nu.*2.

3 *Conclaue ſeu porticus cedit illis domibus ad quas adeſt acceſſus, quamuis in totum ſuſtentaretur in parietibus domus num.*4.

5 *Teſtes qui habent aſſiſtentiam iuris communis præferuntur.*

6 *Teſtes deponentes ſuper dominio alicuius debent reddere cauſam ſcientiæ, licet non interrogentur, n.*7. *Declara vt num.* 8.

9 *Poſſeſſio non probatur ex locatione contra tertium, qui poſſidet, ſecus ſi poſſeſſio erat vacans. n.*10.

11 *Locus publicus ex quibus actibus probetur, & an ſufficiat, quod per illum publicè tranſeatur, nu.*12.

13 *Depoſitio teſtis regulatur à ratione, quæ ſi appareat falſa, reddit nullam depoſitionem.*

14 *Teſtes probant locum eſſe publicum propter tranſitum publicum, niſi etiam probetur, quod fuerit vſitatus pro loco publico tanto tempore; cuius memoriam in contrarium non extet.*

15 *Tempus immemorabile non probatur, niſi teſtes deponant, quod communis opinio eſt memoriã nõ extare.*

CAPVT DCLXXVIII.

LOca publica dicuntur duobus modis,nam ali-
qua ſunt in publico vſu,ex quibus nullus per-
1 cipitur redditus vt forum, ſiue platea,† Aliqua verò
non ſunt in vſu publico, ſed in pecunia & redditu
populi, vt molendina communia, vel fundi ciuita-
tis, vel ſimilia bona vniuerſitatum, *l. ſed Celſus fi-
lius.*5. *in princ.* & ibid.Gloſ.*in verb.pecunia, & in
verb.campus martius.*Bald. *in princ. D.de contrahend.
emptio.*Bald. *de præſcriptionibus, par.*6.*in princ.nu.*5.
*col.*3.*verſ.quam concluſionem limita fol.* 543.
In caſu autem noſtro nihil fuit probatum per Com-
2 munitatem, quod Porticus, † de quo agimus, ſit
locus publicus, & quod ad eam ſpectet vno, vel
altero ex ſupradictis modis, Immo ex platea, de
qua in actis, apparet hinc inde in dicto porticu

adeſſe domos particularium dominorum, quod facit, vt conclaue, ſeu porticus cedat illis domibus,
3 † ad quas adeſt acceſſus, ac præſumatur eſſe in illorum dominio, quamuis etiam in totum ſuſtentatetur in parietibus alterius domus, *l. quod conclaue* 47. vbi Caſtr. *in princ.* Ang. *nu.* 4. Imol. *n.* 2. *&* 3. Bald. *in princ.* Cuman. *n.* 1. Rom. *n.* 2. *D. de dãn. infect.* Cæpoll. *de ſeruitutibus vrbanorum prædior. c.* 44. *n.* 7. *poſt med.*

Et quamuis hoc ſufficeret tanquam fundatum in iure communi, tamen vltra illud adſunt etiam teſtes,
4 † qui deponunt talem porticum eſſe communem dominorum ſtantiam ibidem exiſtentium, & ad eos ſpectare, & pertinere, cum etiam in eadem porticu adeſſent ſcalæ, per quas domini domorum ingrediebantur, & egrediebantur, quod magis deſignat locum eſſe priuatum, non publicum, adeo vt ſtantibus huiuſmodi depoſitionibus concordantibus cum iure communi, quod præſumit dominium eſſe eorum, qui ex dicta porticu habent acceſſum ad ſuas domos, vt dictum eſt, magis ſit credendum
5 talibus teſtibus, qui † etiam omnibus præferentur tanquam illis ius commune aſſiſtat, & cum eo concordent: Bald. *in l. ob carmen. §. fin. D. de teſtib.* Innoc. *in c. auditis & ibid.* Abb. *col.* 4. *de præſcr.* Anch. *conſ.* 254. *in quæſtione presbyteri, ad fin. & conſ.* 189. *tribus de cauſis.* Dec. *conſ.* 448. *vis tota propoſitæ. n.* 11.

Non obſtant teſtes exaduerſo examinati, Quia per eos nullum dominium probatur ad fauorem Communitatis, non enim ſufficit, quod dicant illam domi-
6 nam eſſe porticus, de qua agimus, † cum debeant etiam rationem reddere quamuis non ſint interrogati, nam dominium eſt magis iuris quam facti, & ideo an quis ſit dominus, necne, eſt potius iuris, quam facti, vnde in his, quæ ſunt iuris, talis enun-
7 ciatio non dat, neque tollit, † quare eſt probanda cauſa dominij conſiſtens in facto per legitimam conſequentiam titulorum, contractuum, traditionum, & poſſeſſionum, cum aliis requiſitis in huiuſmodi probationibus: Aym. *conſ.* 61. *n.* 5. *& conſ.* 157. *n.* 6. Alex. *conſ.* 181. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 7. Oldrad. *conſ.* 311. *allegationes, col.* 3. *verſ. præterea.* Bald. *conſ.* 166. *à libello, in fin. lib.* 4.

Præſertim quia in caſu noſtro agitur de dominio porticus principaliter, tunc enim requiruntur effica-
8 ciores probationes † quidquid aliud ſit quando incidenter de eo tractaretur, *l ſicuti. §. ſi quæratur. D. ſi ſeruit. vendic.* Bart. *in l. ſi quis in ſuo, D. de condit. inſtitut.* Abb. *in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliator.* Albenſ. *conſ.* 67. *n.* 6. Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed.* 5. *n.* 152. *& de recuper. poſſeſſ. rem.* 15. *n.* 32. *&* 33. Surd. *conſ.* 1. *nu.* 66.

Amplius neque eſt probata aliqua prætenſa poſſeſſio huiuſmodi porticus per Communitatem, Teſtes enim dum deponunt de locatione ad effectum exercendi macellum non probant aliquam poſſeſſio-
9 nem, † cum ex locatione non probetur poſſeſſio contra tertium, qui poſſidet, prout probatum fuit, quod domini domorum exiſtentium in dicta porticu propter acceſſum, quem ibi habent, illum dicuntur poſſidere, cum illis cedat talis porticus, vt ſupra oſtenſum fuit, Vnde in eorum præiudicium nihil facit talis locatio, aut penſionis receptio,
10 † quidquid aliud ſit quando poſſeſſio eſſet vacans: Gloſ. *in c. bonæ memoriæ* 51. *in verb. vnam procurationem, de appellat.* Corn. *conſ.* 6. *in præſenti diſceptatione, nu.* 4. *verſ. & ſi dicatur, lib.* 3. *& conſ* 315. *nu.* 3. *verſ. præterea dato, lib.* 4. Boer. *dec.* 105. *n.* 15. *& dec.* 239. *n.* 5. *col.* 7. *poſt med. verſ. & pro hoc facit.* Bero. *conſ.* 49. *n.* 2. *&* 19. *lib.* 3. Abb. *in cap. cum veniſſet. colum.* 3. *numer.* 12. *ve. ſic. & per hoc ſolue. de reſtitut. ſpoliator* Calcan. *conſil.* 36. *numer. ſecundo verſic. & licet dicatur,* Felin. *in cap. inter dilectos, 6. colum. 5. poſt princ. verſic nota per locationem num.* 8. & ibi Bald. *colum. penult. in fin. verſ. per inſtrumenta, de fid. inſtrum.* Afflict. *deciſ.* 325. *num.* 1. *&* 2.

Maximè, quia teſtes non concludunt Porticum eſſe locum publicum, dum quærunt deſcribere actus ibidem geſtos, videlicet quod homines Moriconi ſunt ſoliti congregari in dicto loco ad pertractandum negotia publica, & priuata, & ex eo, quod portantes res venales ad terram Moriconi illas ibidem
11 exonerauerunt, & vendiderunt, † Etenim ex iſtis actibus non concluditur locum eſſe publicum, cum hæc omnia etiam poſſint geri ratione amicitiæ, & permiſſionis, non autem iure proprio hominum ibidem ſe congregantium, & res venales exonerantium tanquam non ſufficiat ad faciendum locum publicum, quod per eum publicè eatur, & per totum mundum tranſeatur, quaſi poſſit etiam eſſe priuatus, non obſtante iſto communi tranſitu, *l.* 1. *§. ſumma cum vtilitate, D. de his qui deiecer. vel effuder.* Matthеſil *ſing* 91. Ioan. de Amic. *conſ.* 1. *n.* 27. Burſat. *conſ.* 255. *n.* 16. *& conſ.* 409. *n.* 2. Menoch. *conſ* 448. *n.* 9. *lib.* 5. Rimin. Iun. *conſ.* 626. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 6. Bertazzol. *conſ. crim.* 470. *num.* 3. *vſque ad* 8 *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 42.
12 *n.* 3. *&* 4. † vbi ex hoc notat, quod non dicitur quis occupaſſe locum publicum, quando non aliter conſtat illum eſſe talem, niſi quia per illum publicè homines conueniunt, tranſeunt, & congregantur: Cæpol *de ſeruit. ruſtic. prædior. c.* 3 *de ſeruitut. viæ. nu.* 18. *fol.* 235. Burſat. *conſ.* 409. *n.* 2.

Cum igitur dictum teſtis reguletur à ratione, ſi ex ea appareat eſſe inconueniens, propterea quod ſit red-
13 dita ratio falſa, † vel non cõcludens, neque eius depoſitio eſt vera, nec aliquid probat, *l. cum talis, ad fin. de conditio. & demonſtrat.* Bald. *in l. ſolum, C. de teſtib.* & ita in propoſito noſtro notat Ioan. de Amic. *conſ.* 1. *n.* 23. *&* 24. iuxta *l.* 2. *§. circa, D. de dol. mal. & met. except.*

Immo etiam in caſibus, in quibus ſtaretur teſtibus deponentibus de loco publico propter publicum trã-
14 ſitum, deberet probari, † quod fuerit vſitatus pro loco publico tanto tempore, cuius memoria in contrarium non extat, *l. viæ vicinales, D. de loc. & itinerib. public.* Alex. *conſ.* 177. *n.* 6. *&* 8. *li.* 6. Bertazzol. *cõſ. crimin.* 470. *n.* 5. *lib.* 2. Nullus autem teſtis partis ad-
15 uerſæ probat de iſto tempore immemorabili, † cum ad hoc probandum deberent deponere, quod communis opinio eſt memoriam non extare, *l. ſi arbiter, D. de probationibus,* Bart. *in l.* 2. *§. item Labeo. in fin. D. de aqua pluu. arcend.* Innoc. *in c. veniens de verb. ſign.* & ita in ſpecie caſus noſtri notat Alex. *conſ.* 177. *n.* 7. *lib.* 6.

EPITOME.

Executio contractus iurati cum obligatione camerali, an retardetur ſub prætextu vſurariæ prauitatis. ¶ Solutiones anticipatæ an admittantur in cenſibus, ſocietatibus officiorum, locationibus, ſtipendiis, ſalariis, & ſimilibus diſpoſitionibus. ¶ Et quando in eis dicatur commiſſa vſura, & poſſit aliquod mutuum virtualiter conſiderari. ¶ In ſocietate officij, quando dicatur dominium pecuniarum in ſocium tranſlatum, quamuis

quamvis incontinenti fiat reſtitutio partis illarum pro ſolutione fructuum. § Et quando illa poſſit fieri ad ſex menſes, vel ad annum, vel ad biennium, & longius tempus, & pro dicto tempore fructus licitè recipiantur anticipatè. § Conſuetudo an conualidet contractum vſurarium. § Et quando ad eam recurratur ſtante vſu difformi. § Fœneratores numerantes centum an poſſint incontinenti retinere duodecim pro vſuris vnius anni. § Pactum de non petendo ſortem an inducatur per ſolutionem anticipatam fructuum. § Et an talis aſſecuratio ſit habenda pro emptione, & venditione. § Societas officij an ſit mutuum, vel contractus innominatus. § Et quando in ea adſit implicita locatio, & conductio, & committatur vſura. § Iuſtitia contractus an ſit metienda ab euentu. § Donatio facta eodem tempore cum ſocietate officij, quando ſit correſpectiua. § Dictiones vltra, & vlterius an idem ſignificent. § Et quando implicent, continuent, & repetant præcedentia, & faciant vnumquodque eodem jure regi. § In contractibus correſpectiuis, & innominatis an cadat vſura.

SVMMARIVM.

1 *Executio contractus iurati cum obligatione camerali non retardatur per appellationem maxime in ſocietatibus officiorum, & nu. 2. Amplia quamvis prætenderetur vſurarius, quando vſura non eſt clara, & notoria num. 3. & 4.*

5 *In ſocietate officij dominium pecuniarum ſolutarum transfertur in ſocium, quod ſufficit, vt ſocietas dicatur legitime contracta.*

6 *Per ſolutionem anticipatam incontinenti ſubſecutam non poteſt dici dominium integrum fuiſſe in ſocium translatum. Fallit ſi fiat talis ſolutio occaſione fructuum ſocietatis, num. 7.*

8 *Actus correſpectiuus non dicitur quo ad diminutionem ſortis, ſi fiat ſolutio incontinenti pro fruct. ſocietatis.*

9 *Solutio anticipata fructuum affert commoditatem ſocio ſe liberandi à debito fructuum, ita vt non attendatur momentanea reſtitutio pecuniarum receptarum ad ſocietatem, & num. 10.*

11 *Societates officiorum poſſunt fieri non ſolum ad ſex menſes, ſed ad annum, & ſexdecim menſes, & longius tempus, & pro dicto tempore permittitur anticipata ſolutio, & nu. 41. Intellige vt nu. 45.*

12 *Conſuetudo non inducitur ſtante vſu difformi.*

13 *Conuentio particularis prævalet conſuetudini, ad quam in dubio eſt recurrendum, nu. 14.*

15 *Per conſuetudinem non poteſt conualidari contractus vſurarius.*

16 *Idem ius eſt de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem.*

17 *Solutio anticipata fructuum quas commoditates pariat in ſocietate officiorum, nu. 18. 19. & 21.*

20 *In cenſibus, & aliis caſibus, in quibus non admittuntur ſolutiones anticipatæ, tamen illæ poſſunt concedi quando hoc onus anticipatè ſoluendi alia ratione compenſaretur.*

22 *Vſura tunc dicitur adeſſe, quando ex parte rei adeſt inæqualitas.*

23 *Per ſolutionem anticipatam fructuum inducitur pactum de non petendo ſortem, quod eſt vtile debitori, ita vt talis ſolutio non ſit improbanda.*

24 *Conſuetudo fœneratorum, qui numerant centum, & incontinenti retinent duodecim pro vſuris vnius anni non eſt licita. Declara vt nu. 25. 26. & 28.*

27 *Qualitas perſonarum eſt conſideranda ad iudicandum, an contractus ſit vſurarius.*

29 *Aſſecuratio vt ſocietas non poſſit diſdici propter fructus anticipatè ſolutos reducitur ad contractum emptionis, & venditionis.*

30 *Solutio anticipata prohibetur in cenſibus, non tamen reddit contractum vſurarium, nu. 31.*

32 *Vſura ſolum admittitur in mutuo vero, vel palliato.*

33 *Contractus ſocietatis officij non eſt mutuum, ſed vera ſocietas, vel contractus innominatus, nu. 35.*

34 *Mutuum poteſt reperiri, non tamen pecunia data ad ſocietatem ſi obitus contigerit.*

36 *In contractibus innominatis, & correſpectiuis non cadit vſura.*

37 *In contractu ſocietatis officij adeſt implicitus contractus locationis & conductionis, nn 38. & 39.*

40 *In conductione non eſt illicita, aut vſuraria ſolutio anticipata.*

41 *Pactum anticipatæ ſolutionis quando purgetur ab iniuſtitia.*

44 *Iuſtitia contractus non eſt metienda ab euentu.*

45 *Donatio eodem tempore facta, coram eiſdem teſtibus ſi compatitur cum ſocietate officij dicitur correſpectiua.*

46 *Dictio* vlterius *eſt repetitiua, implicatiua, & continuatiua præcedentium, & facit vnumquodque eodem iure regi, nn. 47.*

48 *Dictiones* vltra, & vlterius, *idem ſignificant.*

49 *De anticipatis ſolutionibus remiſſiuè. & quando propter illas liceat minoris emere, & committatur vſura, nu. 50. & 51.*

CAPVT DCLXXIX.

CVm ageretur de executione mandati relaxati in cauſa Romana ſocietatis dixi non ſolum illud eſſe exequendum, ſed etiam in totum confirmandum, & quo ad executionem illa non poterat
1 retardari quia agitur de contractu jurato, † cum obligatione camerali, & aliis clauſulis ampliſſimis, quæ faciunt, vt ſtatim executio ſit concedenda: Caſtr. *conſ.* 260. *n.* 4. *lib.* 1. *& in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic.* Socin. Iun. *conſ.* 1, 8. *n.* 5. *lib.* 3. Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 2. *de mut petition.* Theſaur *deciſ.* 26. *n.* 11.
2 † Et in ſocietatibus officiorum, quod illæ ſint executioni demandandæ eſt conſtitutio Pij IV. *in bullar. num.* 160. *in fin.*

Quæ etiam procedunt quamvis prætendatur contra-
3 ctus vſurarius, † quia in caſu in quo vſura non eſt clara, & patens, & notoria, nunquam retardatur executio contractus jurati, cum obligatione camerali, ac aliis clauſulis executiuis, *c. debitores, de iureiurando.* Ang. *in l.* 4. *§ condemnatum, n.* 4. & ibi Imol. *n.* 9. *in fi. de re iud. cat.* Bero. *conſ.* 85 *n* 3. *&* 8. *lib.* 1. Put. *deciſ.* 67. *in fi. lib.* 3. latiſſimè Surd. *conſ.* 327. *num.* 14.
4 *vſque ad* 22. *lib.* 3. vbi quod † donec pendet lis ſuper nullitate contractus prætextu vſurariæ prauitatis, non eſt interim ſuperſedendum in executione. Barbat. *conſ.* 18 *num.* 23 *lib.* 1. Laurent. de Rodulphe *de vſur. queſt.* 135 *num.* 178. *ad fin* Rot. *deciſ.* 490. *nu.* 1. *cum ſeq. par.* 2. *in recentior.* vbi allegatur deciſio coram R.P.D. Peregrino Romana vſurariæ prauitatis, 4. Iulij 1597. Gail. *obſer.* 4. *per tot. lib.* 2. dixi *ſupr. cap.* 118. *nu* 48. *& c.* 384 *num.* 24.

Quo vero ad confirmationem ejuſdem mandati concludendum eſt etiam illud eſſe confirmandum, cum conſtet de ejus rectitudine, & juſtitia vigore inſtrumenti authentici, cum obligatione camerali,

& juramento firmati in quo apparet, quod fuit ſoluta manualiter, & incontinenti integra ſumma pe-
5 cuniarum, quæ fuerunt † datæ ad ſocietatem abſque aliqua diminutione, & ſic dominium illorum fuit in totum in ſocium translatum, quod ſufficit ad effectum, vt ſocietas dicatur legitimè contracta: Azor. *in ſum.p.3.lib.9.c.10.in princ.in condit.ſocietat. fol. 782.* juxta conſtitutiones Summorum Pontificum ibidem relatas *c.8. cum ſeq.* Card. Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.6.tit.2.nu.17.& 18.* Card. Tolet. *de inſtruct.ſacerd.lib.5.c.40.*

[Adde *ſupr.ad c.151.num.3.*]

Non obſtat, quod in eodem inſtrumento poſt receptionem integrè factam totius ſummæ fuerint an-
6 ticipatè ſoluta, & reſtituta ſcuta 460. † ob quam ſolutionem anticipatam incontinenti ſubſecutam nō poteſt dici integrum pretium ad ſocium perueniſſe, nec aliquod dominium fuiſſe tranſlatum. Fenut. *de mom.temp.c.31.n.7.& c.33.n.5.cū ſeq.* Quia iſta ſolutio fuit expreſsè facta pro fructibus ſocietatis, quos ſocius debebat ſoluere, vnde cum ex voluntate debitoris produxerit effectum ſolutionis fructuum,
7 † non poteſt dici, quod ſors principalis fuerit diminuta, quaſi tunc produceret contrarium effectum expreſſo contra mentem contrahentium, quod eſſe non debet, quare ſemper dicetur ſolutio ſortis facta integrè, & in totum ad fauorem ſocij prius illam recipientis: Bart. *in l.1.in numerationib.44.nu 3.* poſt Gloſ. *ibid.in verb.ſibi legatarium,in fi.* Caſtr. *in prin.ff.de ſolut.* Idem Bart. *in l.qui hominem, 34.§.fin.* vbi etiam Gloſ. *in verb. liberatur.ff.eod titul.iuxta l. cum is,§ 1 ff. de cond.indeb.l.alius, de tributor.action.* & in ſpecie caſus noſtri Rot. coram Card. Pamph. Bononien.cenſus.24.Aprilis.1600.in prin.impreſſa per Marcheſan. *de commiſ.appell.ab obligat.cameral. part.1.§.2.fol. 858. deciſ. 30.* de qua etiam memini *ſupr.c.141.num.3.*

Nec facit, quod ex præſumpta correſpectiuitate actuum videatur inter partes conuentum, vt fieret anticipata ſolutio fructuum, quæ prætium ſortis di-
8 minueret, † Quia cum ſit facta ſolutio pro cauſa certa, & determinata fructuum, non datur actus correſpectiuus quo ad diminutionem ſortis, vt per Rot. *in d.Bononien.cenſus n.4.iuxta deciſ.Put.171.n.4.cum ſeq.lib.2.& deciſ 490.n.2.eod.lib.*

Minus obſtat, quod ex quo dominium pecuniarum anticipatè ſolutarum non remanet penes ſocium tanquam momentaneum non habetur in conſideratione, ita vt non potuerit dici fuiſſe illi acquiſitum, cum ſtatim pecuniæ ad ſoluentem redierint,
9 † Quia ſatis eſt quod iſta ſolutio attulerit commodum & vtilitatem debitori ſocio ſe liberandi à ſolutione fructuum, ad quos tenebatur, qua commoditate exiſtente etiam per momentaneam ſolutionem dicitur acquiſitum dominium recipienti pecunias, quamvis illæ ſtatim per eum reſtituantur, Contraria autē procedunt quando ex illo momento non eſt quis conſequutus aliquod commodum, tūc enim illud non attenditur quaſi nullum effectum operetur, Ita diſtinguit Bald. *in c. 1.n.2.in princ.verſi. extra oppono, de cauſ.poſſ.& proprietat.in l.ſi tibi pecuniam, 20.n.2.* vbi Alex. *n.5.* Iaſ. *n.10.* Socin. *n.7.* Dec. *in fin ff.ſi cert.petat.* Bar. *in l.qui ſic ſoluit, 55* & ibi Caſtr. *col.1.ff.de ſolutio.* & concludunt omnes in *leg. ſi quis duos homines, 67.* vbi Imol. *in fi.ff.eod.tit.* Bart. & ibi Alex. *in l.ſeruus dotalis, 59.ff.ſolut.matrim.* Barboſ. *in l.dotalem, 62.nu.13.ante fi.verſ. item colliges, ff eod. tit.* poſt Gerard. Petr. Sanct. *ſing.26.in princ.* cum aliis
10 per Fenut. *de moment.tempor.c.33.n.4.* † & in ſpecie caſus noſtri ita etiam declarat Rot. coram Cardin. Pamphilio in d.Bononienſ.cenſus, *n.2.* Cagnol. *in l. frater à fratre, num.85.& 87.* & ibi Iaſ. *n.7. de condict. indebit.*

Nec aduerſatur, quod iſta ſocietas facta fuerit ad ſexdecim menſes, & pro eis ſit anticipatè ſolutum,
11 † contra ſtilum, & conſuetudinem aliarum ſocietatum, quæ communiter ſolent fieri ad ſex menſes tantum, cum ſolutione anticipata fructuum pro d. ſex menſibus, & non vltra, Quia hujuſmodi temporis taxatio non verificatur, cum potius ſocietates fiant ad libitum contrahentium, & conſtat ex pluribus ſocietatibus factis ad annum, & longius tem-
12 pus, † ita vt ſtante vſu diffotmi, non poſſit dici inducta aliqua conſuetudo: Bart. *in l.2.num.22.ff.ſolut. matrimon.* Dec. *conſi.8. viſo puncto & diligenter, col.3. in fi verſi.2.quia vt narratur, & conſi.129.col.1.* Aym. *conſi.96.n.5.* Alex. *conſi.5.col.2. & conſ.127.ad fi.lib.5.* Soc. *conſi.92.col.7.in princ.verſi.ſed ad hoc fundamentum, lib.3.* Rot. *deciſ.112.n.5.par.2.in recentior.*

Et quatenus etiam conſuetudo eſſet vniformis, Tamen
13 illa ceſſat, vbi adeſt particularis conuentio: † Natt. *conſi.384.n.11.iuxta l.ſi quando, ff de legat.1.* Becc. *conſ. 94.n.28.ad med.* Surd. *conſi 34.n.28.lib.1.* Tunc enim recurritur ad conſuetudinem, ſecundum quam ſolent fieri ſocietates, quando ſimpliciter illæ fierent
14 abſque præfinitione temporis, † nam cenſerentur factæ ad ſex menſes, ſecus quando adeſt illud pactū Cagnol. in ſpecie ſocietatis in *l.ſemper in ſtipulationibus.34.n.7.& 9.ff.de reg.iur.iuxta l.quod ſi nolu, 31. ad fin.verſ.quia aſſidua, ff.de edil.edict.l.ſed celſus, § ſi fundus, ff. de contrah.empt.* Alber. *in l.qui in futurum, 58.in princ.ff.de pact.* Ruin. *conſi.144.n.18.lib.2.* Card. Mantic. *de tacit & ambig.conuent.lib.3.tit.9.num.69.* poſt Gabr. *conſi.69.n.33. vſque ad 37.lib.2.& conſ.80.*
15 *nu.13. & 15.eodem lib.* † Cum etiam non ſit admittendum, quod ex conſuetudine poſſint fieri iſtæ ſolutiones anticipatæ, quia conſuetudo non poteſt conualidare contractum vſuratium, *c.inter dilectos, de exceſſibus prælator.cap. quia in omnib.* vbi Gloſ. *in verb.multi de vſur.* Rot. *diuerſ.deciſ.193.n.1.par.1.*

Non debet attendi, quod ſolutio anticipata fructuum pro ſexdecim menſibus ſit illicita, Quia ſicut eſt juſta ſocietate contracta ad ſex menſes, ita eſt iudicanda talis in ea, quia contrahitur ad ſexdecim
16 menſes, † cum idem jus ſit de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem, *l que de tota in princ. de rei vendic l iuris gentium, §.adeo, ff.de pact.l ſi cui princ.de leg.1.* Felin. *in c.paſtoralis, §.item cum totum.ff. de offic.deleg.* Abb. *in cap.ſi diligenti, de præſcription.*

Immo magis conſulitur ſocio per anticipatam ſolutionem fructuum ſexdecim menſium, quam ſex tantum, quia quanto longius eſt tempus, habet
17 majorem commoditatem, & ſecuritatem, † cum ſolutis fructibus non poſſit ſocietas diſdici, nec periculum vitæ commutari, nec in alium transferri, prout etiam ita conuentum fuit in ſocietate, de qua agimus, & iſtas rationes conſiderauit felicis recordationis Pius Quartus in conſtitutione ſuper hujuſmodi ſocietatibus officij, de qua in *Bullar. nouo, numer.12.par.2.fol. 22.* vbi Summus Pontifex ad reuocandam conſtitutionem Paul. IV.

non

18 non ex aliis rationibus motus eſt, † quàm propter iſtas repentinas diſdictas, ex quibus tam recipientes pecunias, quàm eorum fidejuſſores grauabantur ad reſtitutionem pecuniarum, quas in promptu non habebant, ita vt etiam officia ipſa cogerentur vendere, & alienare etiam viliori pretio, vel ſub grauioribus vſuris pecunias accipere, & decoquere, &
19 ab Vrbe aufugere, & creditores fraudare, † & alia damna, & incommoda pati, quæ in nouarum ſocietatum creatione ſolent occurrere, provt docet experientia rerum magiſtra, *§. hodie, inſtit. de ſatiſd. c. quam ſit, de elect. in 6* Surd. *conſ. 6 1. nu 36. lib. 1.*

Amplius etiam in caſibus, in quibus non permittuntur ſolutiones anticipatæ, provt in cenſibus, & ſimili-
20 bus, † Tamen illæ poſſent concedi quando hoc onus anticipatè ſoluendi alia ratione compenſatetur, vt in ſpecie concludit Leſſius. *de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 22. dubit. 12. n. 8 1 fol. 307* In caſu autem noſtro ſatis dicitur compenſatum hujuſmodi onus propter lucrum, quod poſſet fieri in ſpatio ſexdecim men-
21 ſium de ſocietate exiſtente ſub periculo † vitæ ſexagenarij, & valetudinarij, & ſub periculo vitæ ipſiuſmet ſocij recipientis pecunias, cujus filiis, vel hæredibus erunt omnes pecuniæ acquiſitæ in caſu obitus ejuſdem ſocij, & propter ſecuritatem eximendi ſe ab iſtis diſdictis, ex quibus grauia incommoda recipiens pecunias paſſus eſſet, cum in tempore ſexdecim menſium, non eſſet locus tranſlationi periculi vitæ, nec reuocationi ſocietatis, quæ omnia pacta ſunt multum fauorabilia ſocio & correſpectiua, & recompenſatiua ſolutionis anticipatę, quæ multo magis faciunt contractum licitum, maximè in ſocietatibus, in quibus regulariter admittuntur ſolutiones anticipatæ, adeo vt non poſſit
22 conſiderari aliqua vſura, † quæ tunc ſolùm dicitur adeſſe, quando ex parte rei adeſt inæqualitas contra juſtitiam, quæ inæqualitas ex prædictis non exiſtit: Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 22. dubit. 12. nu. 9 fol 308.*

Nec ſemper anticipatæ ſolutiones prohibentur, immo
23 permittuntur, † quando eſt vtile debitori, vt ſors non repetatur, cum tacitum pactum cenſeatur inductum de non petendo ſortem, ſi fructus anticipatè ſoluantur, & ſic ratione iſtius commodi, & vtilitatis, quæ remanet apud ſoluentem non eſt improbanda ſolutio anticipata: Bart. Ang. & Iaſ. *in l. qui in futurum. 58. in princ.* vbi Alberic. *n. 1.* Fulgoſ. *in princ.* Bald. *n. 1.* Caſtr. *in l. qui rome. 122. in princ. nu. 4.* poſt Gloſ. *ibid. in verb. creditori, & in verb. obtulerit, in princ.* Bart. *n. 3.* Alex. *n. 6.* Aret. *col. 2. in princ.* Iaſ. *n. 18. & 21. ff. de verb. oblig.* Rot coram Card. Pamphilio Bononienſ. cenſus. 24. Aprilis 1600. & iterum 26. Iunij ejuſdem anni coram eodem: quæ deciſiones loquuntur in contractu cenſus, & ſic in fortioribus terminis, provt etiam denuo reſoluit Rot. coram R. P. D. Dunozet. Romana retractus ſeu prælationis. 2. Aprilis 1618.

Neque obſtat Caſtr. *in l. eos qui 26. §. ſuper vſurarum, n.*
24 *4. C. de vſur.* † vbi non admittitur conſuetudo fœneratorum, qui numerant centum, & incontinenti retinent decem, vel duodecim pro vſuris vnius anni, quaſi tunc minuatur debitum ſortis, Quia intelligitur quando fraudulenter aliquid reſtituitur
25 incontinenti † abſque eo quod aliquid commodi remaneat apud reſtituentem, cum ſecus ſit ſtante vtilitate liberandi ſe à ſolutione fructuum, & non patiendi diſdictas ſocietatis, ſtante dicta anticipata ſolutione, cum aliis commoditatibus ſupra relatis, vt diſtinguit Bald. *in cap. 1. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* cum cæteris ſuperius adductis, & ita
26 † in ſpecie ad Caſtr. reſpondet Rot coram Card. Pamphilio Bononienſ. cenſus. 24. Aprilis. 1600. in fine impreſſ. per Marcheſan. *de commiſſion. p. 1. §. 2. fol.*
27 *859.* † vbi etiam conſideratur qualitas perſonarum nobilium & proborum, quæ concurrit in caſu noſtro, tunc enim magis admittuntur tales ſolutiones: Tiraq. *de retract. conuention. in præfat. num. 5.* Couarr.
28 *lib. 3. var. reſolut. cap. 8. num. 3.* † Cum etiam Caſtr. loquatur in vſura prohibita: qualis non eſt anticipata ſolutio fructuum in ſocietate officij, vt dictum eſt, nam tale pactum ſolutionis anticipatæ eſt loco pretij aſſecurationis non diſdicendi ſocietatem intra tempus conuentum: Nauar. *conſ. 29. verſ. eſt etiam*
29 *in vſu, de vſur.* † Et aſſecuratio reducitur ad contractum emptionis, & venditionis: Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 28. dub. 4.* cum aliis adductis *ſupr verſ. nec ſemper, num. 23.*

Nec eſt facienda vis in Honded. *conſi. 35. num. 32. lib. 2.* Felician. *de cenſib. lib. 1. c. 9. num. 11.* Viu. *deciſ. 396. nu. 9* Coſta *de ration. rat. quæſt. 147. numer. 3.* cum aliis
30 allegatis: † Quia loquuntur in cenſibus, in quibus prohibetur ſolutio anticipata juxta tenorem Bullæ Pij V. Nos autem ſumus in ſocietatibus, in quibus nulla conſtitutio illa prohibet, Immo ſtante magno commodo ſocij propter periculum duarum vitarum, & ſecuritate ſocietatis non reuocandæ, & vitæ non transferendæ, ac aliis ſupra relatis, compenſatur hoc onus ſolutionis anticipatæ: Leſſius *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 23. dubit. 12. nu 81.* Et quidquid præfati Doctores dicant, ſatis eſt, quod contrarium ſenſit Rot. in dicta Bononienſ. cenſus coram Card. Pamphilio 24. Aprilis 1600. & in eadem cauſa coram eodem 26. Iunij 1600. impreſſa poſt lib. 2.
31 Farinac. *deciſ. 159.* † vbi in ſpecie fuit concluſum ſolutionem anticipatam in cenſibus non reddere contractum illicitum, & vſurarium, vt in Romana caſalis tutris bubalariæ coram R. P. D. Decano. 7. Nouembris 1575. Surd. *conſi. 243. num. 26. lib. 2.* quæ deciſ. Pamphil. fuit confirmata coram R. P. D. Dunozet. Rom. ſocietatis. 2. Maij 1618.

Quibus additur, quod in contractu ſocietatis, de qua
32 agebatur, non cadit vſura, † quæ ſolum admittitur in mutuo vero, vel palliato: Innoc. *in rub. de vſur.* vbi Bero. *nu. 33. & 37.* Abb. *conſi. 62. in fin. lib. 1.* Dec. *in l. 2. §. creditum. in 3. notab. in fi. ff. ſi certum pet.* Aym. *conſi. 145. num. 6. & 17.* Nauar. *in manual. cap. 17. num. 206 & conſi. 32. num. 1 de vſur.* Rot. *deciſ. 490. num. 2. p. 2. in recentiorib.* Roland. *conſi. 72. num. 2. lib. 1.* Surd. *conſ. 306. num. 7. lib. 3* Card. Seraphin. *deciſ. 599. nu. 3.*
33 † Contractus autem ſocietatis non eſt mutuum cum pecunia amittatur à ſoluente, ſi intra tempus
34 ſocietati præſcriptum moriatur, † cum tamen mutuum repeti poſſit, *l. 2. in princ. ff. ſi cert. petat.* Ideo
35 talis contractus ſocietatis eſt vera ſocietas, † provt ita nominatur in Bullis Summorum Pontificum, vel eſt contractus innominatus, vt per Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 9. cap. 12. & 14.* In quibus contractibus innominatis, & correſpectiuis non cadit vſura, cum
36 † non ſit lucrum, quod ſorti accedat, ſed ſit debita quædam compenſatio vtrinque facta: Bald. *in l. 1. nu. 33. verſ. item do quandam regulam, Cod. de ſumm. trinit.* Rot. *deciſ. 490. nu. 4. in fin. p. 2. in recentioribus.* Laur. de Rodulph. *de vſur. p. 3. num. 11.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionibus lib. 8. tit. 18. num. 19.*

verſic.ſed puto aduertendum,fol.523. vbi reſpondet ad
l.Titius.ff.de praſcript.verb.
Cum etiam in hujuſmodi contractu ſocietatis officij
adſit implicitus contractus locationis, & condu-
37 ctionis, † nam officialis facit participem dantem
pecuniam pro rata parte fructuum officij, ſed quo-
niam tales fructus ſunt incerti, idem officialis con-
ducit dictam ratam partem ad rationem duodecim,
vel decem pro centum ad euitandum laborem
38 computorum, † ita vt pro iſtis fructibus teneatur
officialis,& fidejuſſor ex conducto *l.ſi in lege.§.colo-
nus,ff.loc.*& in propoſito notat.Boccac.*de ſociat.offic.
part.1.numer* 18.108.204.*&* 206. Rot.coram Card.
39 Millino Rom.ſocietatis.29.Ianuarij 1601.† Et ita in
formula inſtrumenti ſocietatis officij ponitur dicta
conductio ratæ fructuum, de qua formula Azor.
*inſtit.moral.p.3.lib.9.c.8.*Boccac.*d.par.1.num.*18. In
40 conductione autem non eſt illicita, † aut vſuraria
ſolutio anticipata penſionum, immo tam in vrbe,
quam in aliis locis paſſim permittitur; Bald.*conſi.*
316.ad euidentiam nu.2.lib.3, Gambat.*de legat.lib.6.
qu.26.d.601.cum ſeq.*
Et ita pro executione, & confirmatione ſupradicti
mandati concluſum fuit per Rot.in hujuſmodi cau-
ſa Romana ſocietatis officij coram R.P.D. Vbaldo
41 16. Decembris 1619, † vbi etiam additur non ſo-
lum eſſe permittendam ſolutionem anticipatam pro
ſexdecim menſibus, ſed etiam ſuſtineri talem anti-
cipatam ſolutionem fructuum, qui non pertingant
42 ad quartam partem ſortis, † nam ſi pertingerent,
forte contractus videretur ſaltem injuſtus, non au-
tem vſurarius,ita vt excluſa vſura ſupradictis ratio-
nibus, tale pactum anticipatæ ſolutionis purgetur
43 quoque ab injuſtitia † non ſolum ex correſpecti-
uitate aſſecurationis non diſdicendi ſocietatem in-
fra ſexdecim menſes, & non transferendi in alium
periculum vitæ,ſed etiam ex donatione ſortis prin-
cipalis ad fauorem filiorum, & hæredum recipien-
tis pecunias ad ſocietatem,ſi ipſe dans decederet in-
fra dictum tempus, adeo vt idem dans pecunias
ſubierit periculum vitæ duorum, videlicet propriæ
ipſius dantis,& ſocij recipientis pecunias,& quam-
vis non euenerit caſus iſtius duplicis periculi, cum
nec dans, nec recipiens obierint, Tamen non eſt
44 metienda juſtitia contractus ab euentu,*leg.ſi idem
cum eod.§.fin.* vbi Bald. & Caſtr. *ff. de iuriſdict.omn.
iudic.*Bart.*in l.inter ſtipulantem §.ſacram nu.7.ff. de
verb.oblig.*Aym.*conſ.11.n.17.& conſi.114.n.6.* Natt.
*conſi.*181.*nu.9.* Surd.*de aliment.tit.9 qu.11.n.7.vſque
ad* 16.Honded.*conſi.*10 *n.35.lib.*1.Ruin.*conſi.161.n.
25.lib.1.*Bero.*conſi.72.n.9.lib.1.* Pincll.*in l.2.par.3.c.
4.n.15.cum ſeq.de reſcind.vendit.* Alex.& Iaſ.*in l.de
fideicommiſſo,C.de tranſact.*
Nec releuat,quod dicta donatio facta filiis,& hæredi-
bus recipientis pecunias ſit extrinſeca à contractu
ſocietatis, ita vt de ea non ſit habenda ratio ad red-
45 dendum juſtum eumdem contractum, † Quia re-
ſpondetur, quod donatio fuit facta eodem tempo-
re,& in ipſo inſtrumẽto ſocietatis,& coram eiſdem
teſtibus, & eodem notario, & compatitur ſecum
ipſa ſocietate, & per conſequens dicitur correſpe-
ctiua tanquam celebrata ob cauſam,gratiam,& re-
ſpectum alterius:Gloſ.*in l.vt iuriſiurandi,in princ.in
verb.libertatis de oper.libert.* Bald *in l.petens,n.49 C.
de pact.*Alex.*conſi.90.col.vlt.lib.3.*Corn *conſ.10.n.13.
lib.2.& conſi.117 n.14.eod.lib.*Dec.*conſi.181.in cauſa
occurrenti,col.3 in fin.num.8.& conſ.244. in cauſa,quæ
iamdiu,num.5.*Aym *conſ.153.nu.8.& conſ.298.n.15.*
Caſſan.*conſ.39.num 2.& 75.*cum aliis per Menoch.
præſumption.12.num.4.vſque ad 28. lib. 3. Præſertim
46 † propter illam dictionem vlterius contentam in
inſtrumento,quæ eſt repetitiua,implicatiua,& con-
tinuatiua præcedentium,*leg.ſi vltra, Codice de fi-
deiuſſorib.*Bart.*in l.qui ita,in fine,ff.de dot.prælegat.*Dec.
*conſ.189.circa primum dubium,nu.7.& conſ.423.nega-
ri non poteſt.colum.1.num.4. & in l.alliane.n.6.C. de
tranſact.*Bard.*de tempor.vtil.cap.19.n.19.in fin.tom 5.
fol.226.*Ang.*conſ.293.quoniam in vltimis,col.1.*Fulgoſ.
conſi.40.de ratione teſtator,n.1. juxta *l.in repetendis,61.
ff.de legat.3.l.cum ſeruus,18 ff. de cond.inſtitut.l.an ia,
76.in princ.ff de cond.& demonſtrat* Bero *conſi.304 n.
44.lib.1.& conſi.116.n.15.lib 2.*vbi quod iſtæ dictio-
47 nes ſunt incluſiuæ, & faciunt, † vt vnumquodque
eodem jure regatur,*c.rainutius,* vbi Abb.& Imol.*de
teſtam.* Et de dictionibus, *vltra*, & *vlterius*, quod
idem ſignificent Lancellot. Gal.*de ſtatut.in verb.vl-
48 tra,qu.1.n.2.tom.2.fol.*328.† Et pro ſynonymis vtitur
Dec.*conſi.189.circa primum dubium n.7.*Bald *in cap.
cum acceſſiſſent,col.2.verſ. ibi vlterius,de conſtit.id leg.
vltim.colum.fin.verſic.aduerte,C.ex quibus cauſ.maior.*
De anticipatis autem ſolutionibus multa adducit Mo-
49 lin.*de contract.tract.2.diſput.380.num.4.fol.368.*† Et
quando liceat minoris emere ob anticipatam ſolu-
tionem, & ob illam quo caſu quis dicatur implicitè
mutuare,& lucrari aliquid vltra ſortem,Leſſius *de
iuſtit.& iur.lib.2.c.21.dubit.7. fol.* 280. Et obligatus
ſoluere ſtipendia, & mercedes, ſi aliquid accipit ab
50 illis,† quibus ſoluere tenetur, vt anticipet ſolutio-
nem committit vſuram:Nauar.*in manual.cap.*17 *nu.
145.par.1.fol.*249. Molin. qui de communi *de contra-
ctib.tract 2.diſput.*313.*n.*13.*fol.*158.Intelligendo ſiue
51 illud,quod accipitur ſit remiſſio partis debiti,† quã
partem creditores ipſis relinquant, ſiue quidpiam
aliud, nam anticipata ſolutio mutuum eſt virtuali-
ter, ideo ob dictam cauſam accipere aliquid pretio
æſtimabile eſt vſura onere reſtituendi danti:Molin.
qui etiam alia exempla adducit *de contract. dicta
diſputat.*313.

EPITOME

Extraneus quando poſſit dare tutorem pupillo.
¶ Et an inſtituendo illum hæredem dicatur eum
eligere in filium. ¶ Et an talis tutor ſit datiuus. ¶ Et
debeat confirmari abſque inquiſitione tam quo ad
bona eidem pupillo relicta, quam reſpecto alio-
rum bonorum ejuſdem pupilli. ¶ Et quid in tutore
dato per matrem filio. ¶ Via executiua, quando
competat pro confirmando tutore. ¶ Et an judex
antequam illum confirmet, debeat pronunciare
eum eſſe idoneum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non poteſt dari per extraneum non habentem pu-
pillum in poteſtate,& indiget confirmatione,ob quam
dicatur datiuus,num.2.*
3 *Tutor datus per teſtatorem extraneum,licet ſit datiuus,
debet præferri tutori legitimo,& matri in bonis tan-
tum,quæ ab eo prouenerunt.*
4 *Extraneus inſtituendo pupillum heredem videtur eum
eligere vt filium, & an tutor ei datus debeat confir-
mari ſine inquiſitione in bonis per eum relictis,& in
aliis ſit dandus curator,num.5.6.& 8.*

7 *Pater*

7 *Pater naturalis non habet filium in poteſtate.*
9 *Tutor datus per matrem non eſt confirmandus ſine inquiſitione, quidquid aliud ſit in eo qui datur per patrem.*
10 *Via executiua non competit pro confirmando tutore, in quo requiritur cauſæ cognitio, ſecus ſi illa non requiratur.*
11 *Iudex antequam confirmet tutorem debet pronunciare illum eſſe idoneum, quando ſumus in eo, in quo eſt neceſſaria inquiſitio.*
12 *Subſtantia pupilli debet penes vnum remanere, & non in plures diuidi.*

CAPVT DCLXXX.

NOn ſunt admittendi prætenſi tutores ad tutelam, de qua agimus, quamvis enim illi fuerint
dati in teſtamento, Tamen ſunt dati à patruo, & ſic
ab extraneo, qui non habet pupillum ſub poteſtate,
1 provt eſt neceſſe, † vt valeat datio tutelæ, §. *permiſſam, inſtit. de tutel.* Salic. *in l. vlt. in princ. Cod. quando
mulier tutel. offic.* Vnde indigent confirmatione, ob
quam dicuntur datiui, cum hoc operetur confirmatio
2 Iudicis, † à quo hujuſmodi tutela debet aſſumere effectum, & denominationem, *leg. ſi quis priore, ff.
ad treb § ſi quis priore, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.*
& ita in ſpecie poſt Cyn Butrig. & Bart. concludit
Salic. *in l. 1. n. 2. ad med. C. de confirm. tutor* Syluestr. *in
§. vlt. n. 29. poſt med. verſ. quid tenendum, inſtit. de tutel.*
Nec obſtat, quod licèt ſit datiuus tamé debet præferri
3 tutori legitimo, † & matri *l. idem fiet, ff de teſt tutel.*
Bart. *in l. 1. ff de confirm. tutor.* Cyn. *in l. 2. in fin.* vbi Salic. *n. 3. C eod. tit.* idem Salic. *in l. vl. n. 1. C. quand. mul.
tutel. offi.* Quia iſta prælatio non poteſt habere locum, niſi in illis bonis, quæ peruenerút ab extraneo
4 teſtatore, † Nam extraneus poteſt dare tutorem pupillo, & impuberi quem hæredem inſtituit, quaſi
videatur eum eligere vt filium, quo caſu iuſtituens
habetur loco patris: Bald. *in l. patronus, in fin.* & ibi
Addit. ad Bart. *in leter. 1 ff. de confirm. tutor.* Cyn. *in l.
vlt. in princ C. eod tit. per tex. in l. nemo, 58 ad med. de
5 hæredib. inſtit.* † Tamen iſta datio tutelæ eſt confirmanda ſine inquiſitione per Iudicem concedendo
ſibi ſolum adminiſtrationem illorum bonorum, in
quibus impubes eſt inſtitutus, cum in aliis bonis nó
concedatur adminiſtratio ſine inquiſitione: Bart. *in
l. ſi patronus, in princ.* & ibi Alber. *in fin ff de confirm.
tutor.* Cuman. *in l. vlt. ad med. eod. tit.* Arct. *in §. permiſſam, n. 3 in fin. inſtit. de tutel.* Surd. *conſ.* 418. *n* 22. *&
6 23. lib.* 3. † Quare tutor datus ab extraneo eſt tutor
in omnibus, ſed non habet adminiſtrationem in
omnibus: Cuman *in d. l. vlt. in fin. C. de confirm tutor.*
& datur quo ad alia bona curator: Idem Cuman. *in
7 l ſi patronus. ff. eod. tit. de confirm. tut.* † Quod etiam
eſt in patre naturali, qui non habet filium in poteſtate: Salic. *in l. vlt. n. 1. C. quando mulier tutel. offic.*
Immo quando ſumus in extraneo dante tutorem ei,
8 quem non habet in poteſtate, † verius eſt, vt confirmatio ſit facienda cum inquiſitione, & cauſa cognita an perſona apta ſit, & pupillo expediat, vt eſt
tex. *in l. 1. verſ. & ſi quidem pater,* & ibi Azo. *in verb. ſi
autem alius quis. ff. de confirm. tutor.* Gloſ. *in l. ſi patronus, 4 in verb ſequendum, ff. eod. tit.* per tex. apertum
in l. qui tutelam, 18. in fin. vbi Gloſ *in verb. impuberi,
ff. de teſtam. tut per l. uerum peritos, 33. §. fin. de excuſat.
tut.* cum aliis ibi allegatis.
Quod procedit nedum in extraneo, ſed etiam in matre, in qua licèt ſit par affectio, & forſan major,
quam in patre, Tamen tutor datus per eam indiget
9 confirmatione, † præcedente inquiſitione ſuper
moribus, & facultatibus ipſius, & an pupillo expediat illum habere, quidquid aliud ſit in dato à patre,
in quo non requiritur iſta inquiſitio, vt latè per Sylneſtr. *in §. vlt nu. 36. inſtit. de tutel. per l. 1. & 2. ff. de
confirm. tutor.* juxta Gloſ. *inſtit. de ſatiſd. tutor. in princ.
in verb. approbari.*
Cum igitur iſta cognitio, & inquiſitio debeat præcedere confirmationem, non potuit ex aduerſo executiuè agi petendo adjunctionem cum tutela, in
10 qua mater præuenit, † nam prohibetur via executiua, quando debet confirmari tutor cum inquiſitione, Talis enim via ſolum datur in caſu, in quo tutor
confirmatur abſque inquiſitione, quaſi ille accedat
ad naturam teſtamentarij, tanquam talis confirmatio veniat executiuè ad teſtamentum, vt in ſpecie
diſtinguit Bald. *in l. 2. ad med verſ. quidam ſic diſtinguunt, C. de confirm. tutor. per l. tutores non ab hærede. ff.
de teſtam. tutel.*
Quare in propoſito notant Doctores, quod Iudex antequam confirmet, debet prius pronunciare talem
11 tutorem eſſe idoneú† quãdo ſumus in eo, in quo eſt
neceſſaria inquiſitio, vt notat in terminis Bar. *in leg.
tutores, in fi. de confirm tutor.* Syluestr. *in §. vlt. in fin. n.
37. inſtit. de tutel.* ob quam pronunciationem apparet
non dari viam executiuam, cum illa procedat, quando confirmatur tutor ſine inquiſitione, vt dictum
eſt.
Maximè, quia bona paterna pupilli ſunt pro indiuiſo
cum bonis ſibi relictis à patruo, qui tutores dedit,
ita vt non expediat eidem pupillo facere ſeparatio-
12 nem, ac diuiſionem ſuorum bonorum, † tanquam
per eam redundet maximum ſuum præjudicium,
cum potius vniuerſa ſubſtantia debeat ſub vno remanere, & non in plures partes diuidi, quaſi per talem actum deſtruatur ſubjectú, *c. ex litteris, ad med.*
& ibi Gloſ *in verb. minutias, de pignorib.* Hoſt & Io.
Andr *in c. licet. de voto* Surd. *conſi.* 375. *num.* 13. *lib.* 3.
Præſertim, quia melius adminiſtratur bona pupilli
per vnum, quam per plures, vt notiſſimum eſt, cum
ſegnius expediant commiſſa negotia plures.

EPITOME.

Seruitus viæ ex quibus actibus acquiratur. ¶ Et
an probetur per teſtes ſingulares. ¶ Et quando ſit
neceſſaria ſcientia, & patientia aduerſarij, tam quãdo agitur in judicio manutentionis, quam vigore
præſcriptionis. ¶ Et an requiratur probatio immemorabilis. ¶ Vel ſufficiant decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes cum allegatione tituli. ¶ Et quomodo talis titulus ſit deducendus. ¶ Et
qualiter teſtes ſuper eo debeãt deponere. ¶ Et quid
ſi loquantur per dictionem citra, vel ſimilem. ¶ Vicinus quando cogendus ſit dare viã vicino non habenti aliunde itineré. ¶ Et an ſit ſoluendum juſtum
pretiú. ¶ Et ſit per judicem deſignãdus locus magis
opportunus, & minus domino damnoſus. ¶ Diuturnitas temporis, & multiplicitas actuum an inducat
præſumptionem ſcientiæ ¶ Reſeruans in citatione
aliqua jura an ſibi præjudicet, ſi poſtea acceptat
decretum Iudicis factum abſq; aliqua reſeruatione.
¶ Actus quãdo præſumãtur facti jure familiaritatis,
ſeu ſeruitutis. ¶ Et an coniecturæ admittantur. ¶ Et
quales debeãt eſſe. ¶ Cumulatio petitorij an detur in

interdicto retinendæ, & in judicio itineris, actuſque priuati tam in prima, quam in ſeconda inſtantia. § Præſcribens vſum itineris an debeat probare ſe vſum credendo vti jure ſuo proprio. § Modus articulandi, & probandi immemorabilem præſcriptionem, conſuetudinem, famam, bonam opinionem, & ſimilia remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus via non dicitur acquiſita, niſi probetur vſus illius, non ſemel, & vnica vice tantum, ſed triginta & pluribus vicibus.*

2 *Teſtes ſingulares probant, quando tendunt in vnum & eundem rei finem.*

3 *Teſtes de facto proprio abſque eorum intereſſe maiorem fidem faciunt.*

4 *Seruitus itineris, & ſimilis probatur per teſtes ſingulares.*

5 *Claues ſunt pars rei, & per eas intratur ad poſſidēdū.*

6 *Actus quando præſumantur facti iure familiaritatis, ſeu ſeruitutis, & an conſectura admittantur, & quales debeant eſſe, num. 7.*

8 *Reſeruans aliqua iura in citatione ſibi præiudicat, ſi poſtea acceptat decretum Iudicis ſimpliciter factum abſque aliqua reſeruatione, & nu. 9.*

10 *Teſtis vnicus deponens de confeſſionib. geminatis facit indicium, & ſuppletur ex aliis præſumptionib. n. 11.*

12 *Vtens ſeruitute debet probare ſe illa vſum fuiſſe ſciēte, & patiente aduerſario. Contrarium in ſeruitutibus & habentibus cauſam diſcontinuam, n. 14. 15. 16. 17. & 18. Declara vt num. 19. & 30.*

13. *Scientia probatur conjecturis.*

20. *Probationes leuiores requiruntur in iudicio manutentionis.*

21 *Exceptio ſuſpicionis ceſſat, quando Iudex deputatur de conſenſu vtriuſque partis.*

22 *Cumulatio petitorij, & poſſeſſorij non datur in interdicto retinenda. Intellige vt num. 23. 25. & 26.*

24 *Interdictum de itinere actuque priuato admittit cumulationem petitorij cum poſſeſſorio in prima inſtantia, ſecus in ſecunda, num 27.*

28 *Non probata poſſunt probari in cauſa appellationis.*

29 *Manutentio datur poſſeſſori, donec negotium proprietatis terminetur.*

31 *Scientia aduerſarij requiritur in quacunque iurium præſcriptione.*

32 *Diuturnitas temporis, & multiplicitas actuum quando inducat præſumptionem ſcientiæ.*

33 *Præſcribens debet probare ſe vſum ſeruitute credendo vti iure ſuo proprio, nu. 34.*

35 *Seruitus itineris eſt probanda per allegantem, quamuis exiſtat in poſſeſſione illius, & probatio debet fieri per tempus immemorabile, n. 36. & 37. Et quomodo illud probetur, num. 38.*

39 *Decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes ſufficiunt ad acquirendam ſeruitutem etiam diſcontinuam. Dummodo tamen allegetur aliquis titulus probando quod ex illo titulo quis vſus fuit tali ſeruitute, num 40 & 41.*

42 *Excluſio fœminarū propter maſculos vigere cōſuetudine non admittitur, niſi etiam probetur, quod fuit ob cauſam conſuetudinis. Idem in ſimilib. num. 43.*

43 *Vicinus cogitur dare viam vicino non habenti aliunde tranſitum ad prædium ſuum ſoluto iuſto pretio, & determinato loco opportuniori per Iudicem.*

44 *Seruitus itineris acquiſita præſcriptione decē vel viginti annorum quomodo probetur, & quid importet clau ula circa in depoſitionibus teſtium n. 45. & 46.*

47 *Modus articulandi, & probandi præſcriptionem, conſuetudinem, famam, & bonam opinionem, & ſimilia remiſſiuè.*

CAPVT DCLXXXI.

Debet concedi manutentio itineris ad fauorem Fauſtinæ, Nam omnes teſtes deponunt de illius vſu non ſemel, & vnica vice tantum, ſed triginta, & pluribus vicibus, prout † ad effectum acquirendi talem ſeruitutem viæ, iſti actus promiſcui requiruntur, *l. 1. §. hoc interdicto*, vbi Bart *n. 1 de itiner. actuque priuat.* Aym *conſ. 142. n. 1. & 7.* Menoch *de retin. poſſeſſ. rem. 5. n. 8.* Cæpoll. *de ſeruitut. vrban. prædior. c. 20 n. 7. verſ ſed in affirmatiua.* Rip. *in c cum eccleſia ſutrina. num. 55. verſ. 2. concluſio. de cauſ. p ſſ. & propriet.* Maſcard. *concluſ. 125. n. 8. tom. 3 fol. 137.*

Non obſtat, quod teſtes ſint ſingulares, cum vnus probet de duodecim vicibus itineris, alius de nouem, alter de aliis vicibus, Quia iſta ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, nam ſumus in actu reiterabili, quo caſo teſtes ſingulares non repelluntur, ſed probant, † maximè quia ex tali ſingularitate non reſultat diuerſitas factorum, tunc enim dicitur adminiculatio, & cumulatio probationis, & non diuerſitas effectus, & teſtes dicuntur conuenire in vnum, & eumdem rei finem, ideo probant *l. qui ſententiam*, vbi Bald. *C. de pœn.* Aym. *conſ. 78. num. 2. & 6. poſt med.* † Maximè quia omnes teſtes loquuntur de facto proprio ſine aliquo eorum intereſſe, quibus magis creditur: Innoc. *in cap. inquiſitione, de accuſat.* Aret. *conſ. 71 col. 2. verſ. 2. conuincitur.* Caſtr. *conſ. 336. col. 3. & conſ. 331. col. 3. in fin. lib. 1.* Aym. *conſ. 73. n. 10.*

Et paſſim, ad probandam ſeruitutem admittuntur teſtes ſingulares, quia ſufficit, † quod ſint conteſtes reſpectu finis, quo caſu non dicitur ſingularitas, tanquam ſatis ſit illos concordare in ſingularibus, quæ faciunt ad finem prout concludit in ſpecie Felin. *c licet ex quadam, 47. col. 6. in princ. verſ. 2. limita, de teſtib.* quem ſequitur Gabr. *eod. tit. concluſ. 2. nu. 94.* Caccialup. *in l. admonendi, n. 84. ante fin verſ. contra inſtrumentum debiti, ff. de iureiurand.* Rim. Iun. *conſ. 7. num. 79. lib. 1.*

Ex depoſitionibus autem teſtium clarè apparet, quod loquuntur de pluribus actibus etiam vltra triginta, ſi omnes conjungantur, cum tam ipſi, quam alij muliones, villici, & operarii diuerſis vicibus iter habuerint per cancellum, de quo agitur, ingrediendo, & egrediendo tam cum beſtiis oneratis vino, lignis, quam ſine, juxta occurrentias, & neceſſitates, adeo vt ſtantibus prædictis non poſſit denegari petita manutentio hujuſmodi ſeruitutis, Maximè quia vltra prædicta, etiam admiſſo, quod non conſtaret de tot vicibus, habemus multa alia, ex quibus apparet
5 bonum jus Fauſtinæ, † videlicet claues cancelli, tam per eam, quàm per vicinos ſemper retentas, per quas intratur ad poſſidendum, cum ſint pars rei: Bald. *in l. 2. C de verb. ſign. & in l. 1. C. de crimin. expilat hereditat* Alex *in l. 1. colum. 19. poſt med. verſ. ſed non ſufficit eas, n. 78.* & ibi Caſtr. *in fin. princ. verſ dic ergo quod volendo, n. 18 ff. de acquir. poſſ.* Dec. *conſ. 56. in cauſa appellationis, n 2. verſic. & huiuſmodi traditione.* Tiraq. *de iur. conſtit. par. 2. ampliat. 3. & 4.* Rebuff. *de mater. poſſ. in præfat. nu. 57. cum ſeq.*

Neque obſtat quod præſumantur claues traditæ jure familiaritatis, & amicitiæ, Quia Fauſtina non habuit claues ab Aduerſario, neque ipſe probat, quod illas eidem tradiderit, tunc enim poſſet dici præſumi eas traditas ob iſtam cauſam,

ſed ſemper retinuit claues iure proprio, prout
probant teſtes, & ita etiam concludendum eſt ſine
6 illorum probatione, † quia tales actus non ſolent
concedi gratioſè. maximè quando ſunt plures, &
cum magno incommodo eius, qui prætendit gra-
tiam feciſſe, ideo cũ ſimus in actibus promiſcuis,
& dubitatur an aliquid fuerit factum iure ſeruitu-
tis, recurrendum eſt ad coniecturas, & veriſimilia,
quæ poſſent adducere animum ad hanc creduli-
tatem, prout ita iudex debet arbitrari, ſtante qua-
litate actuum, & illorum frequentia, vt late con-
cludit Caſſanat. *conſ. 39. nu. 48. & 49. lib. 1.* vbi quod
7 † ſufficiunt quæcumque veriſimilitudines, & con-
iecturæ etiam leuiſſimæ, & indicia, quæ alias non
attenderentur: Rebuff. *de mater. poſſeſſor. in præfat.
nu. 194.* iuxta doctrinam Innocent. *in cap. bonæ me-
moriæ, gloſ. 2. & 3. de poſtulat. prælator.* quem ſequitur
Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, nu 9. in fin. ff. de itiner. a-
ctuque priuat.* Io. Faber. *in §. æque, col. 7. inſtit. de a-
ction.* Pontan. *de Spol. cap. 26. n. 171. verſ. quod ſi eſſet
ius* Abb *in c. cum eccleſia ſutrina, col. 4.* & ibi Rip.
nu. 55. de cauſ. poſſeſ. & proprietat. Maſcard. *concluſ.
1215. num. 9 & 10.* Pancirol. *conſ. 74. nu. 4. & 5.*

Et vltra retentionem clauium, adeſt alia coniectura
deſumpta ex citatione facta per Aduerſarium Fau-
ſtinæ ad ſoluendam ratam expenſarum ipſam tan-
gentem pro refectione cancelli, & quamuis cita-
tio ſit facta cum præſeruatiua quatenus citata ius
haberet, tamen ſubſecutum fuit decretum Iudicis
8 condemnantis pro dicta rata Fauſtinam. † quod
tanquam factum ſimpliciter, & abſque vlla reſer-
uatione præiudicauit Aduerſario, illud etiam ac-
ceptauit ſimpliciter ſine aliqua proteſtatione, cum
poſterior actus contrarius deroget primo, ideo di-
citur receſſum à proteſtatione: Bart. *in l. non ſolum,
§. morte, nu. 17.* vbi Iaſ. *nu. 14* Ruin. *n. 217. & 223. ff. de
nou. oper. nunt.* Felin. *in cap. in. ferrarienſi, nu. 44.* vbi
Rip. *nu. 83. de conſtitutionib.* Decian. *in c. ſolicitudi-
9 nem, nu. 11. de appell.* Surd. *conſ. 136. n. 41, lib. 1.* † Cum
etiam talis proteſtatio nihil iuuet tanquam contra-
ria facto, ad quid enim exigere ratam expenſarum
ab ea, cui gratioſè prætenditur iter præbuiſſe, ideò
meritò non debent tales reſeruationes attendi:
Butr. *conſ. 133. n. 13. lib. 3.* Bero. *conſ. 93. n 53. lib. 1.* Me-
noch. *conſ. 1. nu. 306.* Cephal. *conſ. 196. nu. 6.* Neuiz.
conſ. 52. n. 35. Surd. *conſ. 371. num. 67. libr. 3.*

Quibus additur aliud indicium deſumptum ex depo-
ſitione teſtis, qui iuxta 13. probat Aduerſarium bis,
& ſæpius cum eo conqueſtum fuiſſe, quod ipſe re-
quiſiuerit Fauſtinam, vt ſolueret ſuam ratam expen-
ſarum d. cancelli, quod ipſa recuſabat tanquam
10 cancellum fuiſſet factum ad pompam, † qui teſtis
licet ſit vnicus, tamen facit indicium inſpecta præ-
ſertim qualitate teſtis doctoris, & Iudicis, & de-
ponentis de geminatis confeſſionibus Aduerſarij
circa d. expenſas: Aym *conſ. 6. n. 28.* poſt Bald. *in l.
teſtiũ, col fin. C. de teſtib.* Calcan. *conſ. 9. col. 3. ad med.*
Iuxta gloſſ. *in c. illud. 40. diſtinct.* Iaſ. *in l. ſi pecuniam.
11 §. ſi accepit, ad fin ff. de condict. ob cauſ.* † & paſſim di-
ctum vnius teſtis ſuppletur ex aliis præſumptio-
nibus: Veronenſ. *conſ. 38. col. 4. poſt med.* Aym. *conſ. 6.
n. 66. in princip.* Bald. *in rubr. de controuerſ inueſtitur.*

Minus obſtat, quod non probetur ſcientia, quæ requi-
12 ritur in iſtis incorporalibus, † ita vt vtens ſeruitute
debeat probare ſe illa vſum fuiſſe ſciente, & pa-
tiente aduerſario, *l. 2.* vbi Gloſſ. *in verb. ſciente.*
Bart. *num. 8.* Bald. *n. 12. C. de ſeruit. & aqu.* Maſcard.
concluſ. 1215. num. 38. & 39. Quia ex lectura teſtium
ſatis conſtat de ſcientia, cum omnes actus itineris
fuerint facti præſentibus villicis Aduerſarij, &
ipſis aperientibus cancellum, quando operarij
Fauſtinæ non deferebant claues proprias, cum
etiam ipſemet Aduerſarius hoc fateatur in cita-
tione ad ſoluendum expenſas pro rata refectionis
cancelli, per quem adeſt tranſitus quod ſufficit,
13 † nam ſcientia probatur etiam ex coniecturis: Bar-
tol. *in l. qui Romæ, §. duo fratres. num. 3. de verb. oblig.*
Alex. *conſ. 187 num. 8 lib. 2.* Ruin. *conſ. 42. nu. 2. lib. 1.*
Natt *conſ. 231. num 2.* Abb. *conſ. 81. num. 2. lib. 1.* Rim.
Iun. *conſ. 1. num. 12.*

Immo neque requiritur probatio ſcientiæ, quia ſu-
mus in ſeruitutibus habentibus cauſam diſconti-
14 nuam, † pro quibus, quantum ad interdictum de
itinere actuque priuato ad ſuam quaſi poſſeſſio-
nem defendendam, non opus eſt ſcientiam proba-
re, quod videlicet poſſederit ſciente, & patien-
te aduerſario, ſed ſufficit ſolus ipſe vſus, cum in
hac ſeruitute diſcontinua, qualis eſt hæc viæ, &
itineris, non poſſit conſiderari factum continuum
hominis, qui non poteſt tam perpetuò, & conti-
nenter ire, aut agere iumentum, vel vehiculum,
vt non aliquo momento quieſcat, atque eius ope-
ra interpelletur, ideo non mirum ſi in acquiſitio-
ne quaſi poſſeſſionis diſcontinuæ ſeruitutis, non
requiratur ſcientia aduerſarij, ſed ſatis ſit conſtare
15 de ſolo vſu, † Contrarium autem procedunt in ſer-
uitute continua aquæductus, tigni iniuncti, ac ſi-
milis, aqua enim perennis, quæ ſola ducitur con-
tinuò, & ſine aliquo hominis facto fluit, *l. 1. §. lo-
16 quitur, ff. de aqu. quotid. æſtiu.* † Prout etiam eſt ſer-
uitus tigni immittendi, ſtat enim, & perpetuò
quieſcit lignum ſemel immiſſum, nec aliud factum
ad eius vſum conſideratur, *l. ſeruitutes, in princ ff.
ſeruit. vrban. prædior.* Iſta eſt communis diſtinctio
17 Doctorum, † de qua per Menoch. *de retinend. poſ-
ſeſſ. remed. 5. nu. 32. vſque ad 38.* poſt Bart. *in l. 1. §. hoc
interdict. nu 10 ff. de itin. actuque priuat.* Rip. *in cap.
cum eccleſia ſutrina. num. 64. verſ. quarto declara, de
cauſ. poſſeſ & proprietat.* Rebuff. *de mater. poſſeſſor.
in præfat. n. 143. tom. 3. fol* 340. Maſcard. *concluſ. 1215.
18 n. 60.* † Et quod ſolus, & ſimplex vſus in hac ſerui-
tute requiratur, non autem quaſi poſſeſſio, illa eſt
ratio, quia Prætor dicit, quo itinere vſus es, prout
notat Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. 5. num. 37.* vbi
etiam quod ab hac opinione non diſſentit Couar.
*in cap. poſſeſſor. par 2. in princ. nu. 8. verſ. vnde mihi,
19 de reg. iur. in 6.* † Quidquid aliud ſit quo ad præ-
ſcriptionem ſeruitutis, tunc enim requiretur ſcien-
tia: Bart. *in l. 2. ff de ſeruitut. & aqu.* Butr. *in c. perue-
nit. col 6 de cenſib.* Rebuff. *de mater. poſſeſ in præfat.
num. 144.* & dicetur latius *infra num* 30. *cum ſeq.*

Et magis concedendum eſt prædictum mandatum
de manutenendo, quia in hoc iudicio leuiores
20 † probationes requiruntur: Dec. *in l 1. numer. 2. C.
de carbon. edict. & conſil 56. num. 1.* Aym. *conſil. 158.
n. 12* Abb. *in cap cum eccleſia ſutrina, num. 23.* & ibi
Rip. *num 53. de cauſ. poſſeſ & propriet.* Card. Seraph.
dec. 1326.

Et ita ex prædictis in huiuſmodi cauſa Romana iti-
neris fuit concluſum, concedendo mandatum de
manutenendo Fauſtinæ, non obſtante prætenſa
ſuſpicione Iudicis ex aduerſo allegata, quæ non
erat attendenda, cum nulla cauſa adeſſet, maxi-
me quia Iudex fuit deputatus de conſenſu vtriuſ-

21 que partis, † vnde ceſſabat talis exceptio, tam-
quam eſſet prorogata illius iuriſdictio, *l. 1 & 2. §.*
conuenire, ff. de iudic. l. 1. C. de iuriſd. omn. iudic. cap.
ſignificaſti de for. compet. Bald *in l. 1. col. 4. C. ſi à non*
compet. iudic. Alex. *conſ. 84. lib. 5.* Affl. *deciſ. 117. num. 4.*
Vant. *de nullit. tit. quib. mod. ſentent. null. defendant.*
num. 76. vſq. ad 79.

Et quamuis pars debuiſſet prædictis acquieſcere, Ta-
men ad impediendam executionem mandati ha-
buit recurſum ad ſignaturam Sanctiſſimi petendo
cumulari petitorium cum poſſeſſorio, quod tamen
22 non erat concedendum, † cum ſimus in inter-
dicto retinendæ, in quo non datur cumulatio
petitorij: Gloſ. *in cap. paſtoralis, 5. in verb. quod de re-*
cuperanda. ante med. verſ. & è conuerſo de poſſeſſorio
poteſt redire, de cauſ. poſſeſ. & propriet. & in l. ordina-
rij, 13. in verb. iudice. C. de rei vendic. Bart. Alex. Iaſ.
& alij *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqui-*
rend. hæred. Rot. *deciſ. 698. nu. 2. par. 2. in recentiorib.*
Aret. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. in vltim. notab. ff de*
verb. obligationib. poſt Bald. *in l. nec quidquam, §. de*
plano, in fin. de offic. proconſ. Menoch. *de retin. poſſeſſ.*
remed. 3. n. 537. Orian. *in rubric. de cauſ. poſſeſſ. & pro-*
23 *prietat. num. 15. verſ. vigeſimaprima concluſio.* † Cum
præſertim tendatur ad conculcandum iudicium,
quidquid aliud eſſet, quando cumulatio peteretur
ad faciliorem exitum cauſæ, quia tunc eſſet con-
cedenda: Rot. *diuerſ. deciſ. 256. n. 4. p. 1.*

Maximè, quia ſumus in interdicto de itinere actuque
priuato, à quo licet in prima inſtantia iudicij ſo-
24 leat fieri cumulatio † poſſeſſorij retinendæ cum
petitorio: Bald. *in l. incerti, nu. 2. C. de interdict.* Rip.
in d. §. nihil commune. n. 150. Tamen in inſtantia ap-
25 pellationis, & reuiſionis non admittitur: † Afflict.
dec. 155. num. 3. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 5.*
n. 94. iuxta *clem. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Bald. *in*
auth. & conſequenter. C. de ſent. & interlocutor. omn.
iud. Surd. *conſ. 266. num. 15. lib. 2.*

Non obſtat, quod detur cumulatio ſtante poſſeſſo-
26 rio turbido: Rot. *diuerſ. deciſ. 120. par. 1.* prout † vi-
detur eſſe tale cum pars aduerſa prætendat habe-
re vnam ſententiam fauorabilem, licet etiam ad-
ſit alia ſententia reuocatoria illius, Quia iſta pro-
cedunt ſtrictiſſime in poſſeſſorio omnino turbido,
& quando intentans iſtud poſſeſſorium non pro-
27 bauit ſuam poſſeſſionem, † & quando Iudex in-
clinat contra illud, tunc enim ſolet admitti cumu-
latio, prout ita declarat Rot. coram R.P.D. Buratto
Virdunen. Abbatiæ, 5. Maij 1614. quæ eſt *deciſ. 52.*
n. 2. p. 2. in recentiorib. & notat etiã R.P.D. Marcheſ.
de commiſſ. appell. in poſſeſſ. ſaluian. par. 1 §. 1. num. 139.
fol. 1013. In caſu autem noſtro non ſolum non adeſt
iſta poſſeſſio omnino turbida, ſed de ea clarè con-
ſtat ex pluribus, qui deponunt de vſu itineris, vl-
tra confeſſionem partis, & alia, de quibus *ſupra*
verſ. ex depoſitionibus, n. 5. cum ſeq. ita vt ex eis non
poſſit negari manutentio, non obſtante prima ſen-
tentia contraria, quæ fuit reuocata per iſtam ſe-
28 cundam, † cum licuerit appellanti melius probare
intentionem ſuam in hac ſecunda inſtantia, prout
ex ſupradictis probauit, *l. per hanc, C. de temporib.*
appellat. Ideo interim datur manutentio poſſeſſori,
donec negotium proprietatis terminetur per tres
29 conformes, † & donec non conſtiterit de bono iure
Aduerſarij. Cardin. Seraphin *deciſ. 582. n. 5. & deciſ.*
515. nu. 9. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. n. 18.*

Et quoniam denuo contra prædictam ſententiam
fuit oppoſitum, quod illa non poſſit ſubſiſtere
tanquam non fuerit probata ſcientia debentis ſer-
uitutem, iterum dicitur, quod conſtat de ſcientia,
vt dictum eſt *ſupra verſ. minus, n. 12* Cum etiam non
requiratur probatio iſtius ſcientiæ tanquam ſimus
in tuenda poſſeſſione ex multis ſuperius adductis,
verſ. immo, neque requiritur, n. 14. Et contraria pro-
cedunt quando ageretur de præſcriptione ſeruitu-
tis, tunc enim eſſet articulanda, & probanda ſcien-
30 tia rei conuenti ſuper tali ſeruitute, † & eius au-
ctoris: Gloſſ. & Bart. *in l. ſeruitutes, 14. ff. de ſeruitut.*
Idem Bart. *in l. 1. §. fin. ff de aqu. plu. arcend.* Balbus,
de præſcr. 2. p. 4. part. principal. q. 1. n. 3. Cæpol. *de ſer-*
uitut. vrban. prædior. cap. 19. n. 6 & 7. Gabr. *conſ. 145.*
n. 4. in fin. lib. 1. Ioan. de Amic. *conſi. 50. nu. 8.* Burſat.
conſ. 156. n. 31. & 39. Caldas, *lib. 1. receptar. ſentent. q. 5.*
nu, 4. Abb. & Felin. *in cap. de quarta, de præſcript.*
Bald. *in l. 2. col. fin. C. de ſeruitut. & aqua.* Rot. coram
R.P.D. Vbaldo Romana ſeruitutis, 15. Martij, 1619.
31 Surd. *deciſ. 236 n. 216.* † vbi etiam quod hoc regula-
re eſt in quacumque iurium præſcriptione, *l. ven-*
ditor, §. 1. ff. commun. prædior. cap. cum eccleſia ſutri-
na, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. quoties, la ſeconda, ff.
de ſeruitut. l. altilicinus, ff. de ſeruitut. vrbanor. præ-
dior. late Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 45. § 2. n. 42.* Couarr.
in cap. poſſeſſor. par. 2. in princ. nu. 8. de regul. iur. Rot.
diuerſ. dec. 4. num. 9. p. 2.

Præſumetur autem ſcientia ex diuturnitate tempo-
ris, & multiplicitate actuum: Abb. *in dict. cap. cum*
32 *eccleſia ſutrina, n. 25* † Dummodo hæc præſumptio
non elidatur ex alia maiori, quando videlicet res
eſſet ſolita locari, ad quam numquam dominus
accederet, ita vt poſſet eſſe certus de huiuſmodi
ſeruitute, & tranſitu, cum ſimilibus coniecturis,
de quibus per Rot. coram R.P.D. Vbaldo Romana
ſeruitutis, 15. Martij, 1619. vbi etiam additur quod
33 erit neceſſarium probare, † quod præſcribens vſus
fuerit iure ſeruitutis itineris credendo vti iure ſuo,
& proprio: Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, nu. 5. & 11. ff.*
de itin. actuque priuat. Alexand. *conſ. vlt. num. 3. lib. 1.*
Honded. *conſ. 79. num. 50. & 51. lib. 1.* Surd. *deciſ. 177.*
nu. 2. & 3. Rot. coram R. P. D. Pirouano Sabinen.
iuris paſcendi, 16 Ianuarij, 1615. cum aliis per Gon-
34 zal. *ad reg. 8. gloſſ. 45. §. 2. num. 34.* † & concludunt
omnes *in c. cum eccleſia ſutrina.* vbi Gloſſ. *in verb.*
vocem, verſ. hoc enim non ſufficit. Rip. *num. 49 cum*
ſeq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Menoch. *de retinend.*
poſſeſſ. remed. 5. num. 18 & remed. 6. num. 131. Rot. *di-*
uerſ. dec. 109. num. 12. & 13. p. 1.

Notandum eſt tamen, quod in præſcriptione itineris,
& tranſitus erit probanda talis ſeruitus per eum,
35 qui illam prætendit, † quamuis eſſet in poſſeſſione
eiuſdem ſeruitutis: Gloſſ. & Bart. *in l. ſi prius, n. 17.*
vbi Iaſ. *n. 30. ff. de nou. oper. nunciat.* Menoch. *conſ. 75.*
num. 4. lib. 1. & præſump. 89. num. 6. cum ſequent. lib. 3.
Honded. qui de communi *conſil. 79. num. 23. lib. 1.*
Natt. *conſ. 25. nu. 5. & conſ. 69. num. 5* Gabr. *conſi. 145.*
nu. 3. lib. 1. Io. de Amic. *conſ. 50. nu. 3.* Surd. *deciſ. 177.*
nu. 2. & ita ſeruat Rot. coram R.P.D. Vbaldo Ro-
mana ſeruitutis, 15. Martij, 1619. & coram eodem
Bononien. ſeruitutis, 18. Iunij, 1618. poſt Card. Sera-
phin. *dec. 1422. num. 13.*

Amplius fundans ſe in præſcriptione tranſitus, &
36 itineris tanquam diſcontinua † tenetur probare
immemorabilem: Natt. *conſ. 69. num. 1. & conſi. 431.*
num. 8. Pariſ. *conſ. 112. num. 39. lib. 1.* Ruin. *conſil. 111.*
num. 1. & conſi. 119. n. 11. lib. 4. Balbus *de præſcript. 2.*
p. 4. part.

p.4.part.principal.q.1.num.2. vbi de communi Albenſ.*conſ.35.in princ.* Menoc. *de retin. poſſeſſ.remed.5.n.50.* poſt Gloſſ.*in l ſeruitutes,14. in princ.in verb. certam, verſ.ſi autem,* vbi Bart.*num 3.* Caſtr. *nu.* 10.*ff. de ſeruitut.* Alexand *conſi.*108. *num.* 4 *lib.*2.Couarr. *lib.* 1 *var.reſol.cap.17.n.*11.Burſatt.*conſi.*156.*n*.50.*li.*2. Caldas,*receptar.ſententiar.lib.1.q.5.n.*26.*&* 33.Honded.*conſ.*79.*num.* 33. *&* 69. *lib.* 1. vbi ampliat ad jus paſcendi, & lignandi, & ſimilia Vaſq. qui de com-
37 muni *controuerſ.illuſtr.c.*84.*num.* 6. † & hanc opinionem tanquam magis receptam ſequitur Rot. coram R P.D.Vbaldo Romana ſeruitutis, 15. Martij, 1619. vbi propter defectum probationis iſtius immemorabilis fuit denegatus tranſitus, cum teſtes non deponerent de vſu per quadraginta annos, nec haberent ætatem ſufficientem ad pro-
38 bandam immemorabilem, † neque adeſſent alia requiſita pro eiuſdem immemorabilis probatione, de quibus per Gloſſ.*in cap.1.de præſcript.in 6.* quam ſequitur Rot. coram Card. Ludouiſio Aquinaten. beneficij, 29. Nouembris, 1604. Cardin. Seraphin. *deciſ.*454.*num.*4.*& deciſ.*1102.*nu.*2. *& dec.*1450.*n.*2. Pur.*dec.*426.*num.2.lib.2. in nou.* Gabr. *de præſcript. concl.1.num.71.cum ſeq.* Molin. *de primogen.hiſpanor. lib.1.cap.6.per tot.* Gonzal.*ad reg.8.gloſſ.*18.*n.* 47.

Verum eſt, quod ſecundum aliquos ſufficiunt decem
39 anni inter præſentes, & viginti inter abſentes † ad acquirendam ſeruitutem etiam diſcontinuam: Gloſſ.*in l.ſeruitutes.* vbi Bart.*nu.*4. Caſtr. *n.*11.*verſ. ſecundo fallit, ff.de ſeruitut.* Balbus *d. præſcr. 2. p. 4. part.principal.n.3.* Cæpoll.*de ſeruitutib. urban. prædior.cap.19.num.6. verſ.ſecundus caſus, & numer.*8.
40 † Nihilominus tunc debet allegari aliquis titulus in principio litis certitudinariè, à quo, vel à quibus fuerit habitus, & quod præſcribens ſit vſus tali ſeruitute ſciente, & patiente aduerſario tanquam ex titulo allegato, nam ex curſu tanti temporis præſumitur talis titulus allegatus: Aym.*conſ.* 226. *nu.1.&* 2. vbi concludit quod requiritur probatio, quod quis vſus fuerit huiuſmodi ſeruitute tanquam
41 ex titulo allegato, † cum non valeat conſequentia, hodie allego talem titulum ſeruitutis, ergo in præteritum vſus ſum iſta ſeruitute ex titulo allegato: quia potuiſſet vti alia cauſa videlicet iure præcarij, ſeu familiaritatis: Alex. *conſ.* 108. *ad fin. lib.* 2. *& conſ.113.lib.1.& conſ.75.col.5.lib.4.* Iaſ.*in l.qui in aliena,in princip.colum. vlt. verſ.eam etiam tenet, ff. de acquir. heredit.* poſt Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff.de itin. actuque priuat.* Bald.*conſ.*352.*materia feudorum,colum.2.verſ.item quod vtens, lib.1.*Caſtrenſ. *conſ.*243.*videtur quod non poſſit, lib.*2. Calcan. *conſi.*36.*col.6.ante med.verſ. ad hoc accedat. & conſ.* 53.*colum.*2.Rot.coram R.P.D. Vbaldo Romana ſeruitutis, 15.Martij,1619.Albenſ.*conſ.35.in princip.* Gab. *conſ.*145.*nu* 4 *lib* 1 Burſatt.*conſ.*156.*nu.* 32. Honded. *conſ.79.num* 71.*lib.*1.

Prout dicimus de excluſione fœminarum propter maſculos vigore conſuetudinis, non enim ſuffice-
42 ret probare illas fuiſſe excluſas, niſi enim † probetur excluſio facta propter cauſam conſuetudinis, tanquam non ſequatur, fœminæ fuerunt excluſæ, ergo propter conſuetudinem excludendi, cum potuerit eſſe ob aliam cauſam, puta quia fuerant exhæredatæ, aut aliter maſculi eis prælati: Anchar.*conſ.*339.*pro intelligentia, col. 3. verſ. ad ſe-*
43 *cundam rationem* Aym.*conſ.226 nu.2. ad med* † vbi etiam in ſimili de filio obligante ſe ex cauſa mercaturæ, & de cauſa impedimenti: Alexand.*conſil.*208.*col.penult.verſ.hoc probo, lib.*2.Bartol.*in l. cum ſeruus, ff.de cond.& demonſtr.*

Non licebit tamen pro titulo allegare cauſam neceſ-
44 ſitatis tranſeundi, † quia licet quis non poſſit habere aliunde viam, & tranſitus, tamen requiritur ſolutio iuſti pretij, cum declaratione loci opportuni, ne vicinus magnum patiatur detrimentum, *l.ſi quis ſepulchrum,* 12. *ff. de religioſ. & ſumpt funer.* Cæpoll.*de ſeruit.ruſtic.prædior.c.* 1.*n.* 21. *verſ. & intelligo, & n.24.verſ.non fallit,& de ſeruit.vrban.pred. cap.vlt.n.*4. & ita etiam talem cauſam neceſſitatis pro titulo non admiſit Rot. coram R.P.D. Vbaldo Romana ſeruitutis, 15. Martij, 1619. Vbi etiam quod ad probandam iſtam ſeruitutem itineris per præſcriptionem decem, vel viginti annorum,
45 † teſtes debent deponere de certo tempore in quo inceperit talis poſſeſſio, videlicet è tempore decem, & viginti annorum & citra, & de annis inchoatis tali tempore, & finitis tali tempore, nam ſi ſolum adeſſet dictio citra, abſque copula, & citra, depoſitio eſſet nullius momenti, cum talia verba poſſent verificari etiam ſi vna die teſtes vidiſſent fieri actus itineris, & vnus poſſet intelligere de vno tempore, alter de alio. Ita bene explicat Natt.*conſ.*69.*nu.*1.*&* 2 poſt Bart.*in l.celſus,verſ. ſed circa huiuſmodi probationem, ff. de vſucapion. & in l.ſi poſt,ff.de rei vendicat.*Bald.*in l. iudicia, ad fin. C.eod.tit.& in l.falſus, oppoſ.* 3. *C. de furt.* Alexand. *conſ.*168.*num.9.&* 12.*lib.*2. Burſat. *conſi.*156 *num.*33. Bertrand.*conſ.*84.*nu.*4. *lib.* 5. Marcard. *concluſ.*424.
46 *num.*24.*&* 33. & latius *concluſ.*1221.*num.*5. † & ita paſſim ſeruari per Rot. teſtatur Gonzal. *ad regul.*8. *gloſſ.9 in annotat.contra nullitat.num.*85.*vſque ad* 97.
47 vbi refert multas deciſiones, † & ponit modum articulandi, & probandi conſuetudinem, præſcriptionem, ſeu poſſeſſionem, famam, communem opinionem, vel ſimilia, iuxta doctrinam Bart. *in l. celſus,num.*22.vbi Balbus *quæſt.1.numer. 9 ff.de vſucapionibus.*

EPITOME.

In venditione rerum etiam communium, & ſimili diſpoſitione à pluribus facta an vnuſquiſque obligetur ſolum pro rata. ¶ Verba ponentes in locum, & ius ſuum an importent ceſſionem iurium, & vtilium actionum, & conſtitutionem procuratoris in rem propriam. ¶ Obligatio cameralis an contineat clauſulam inſolidum. ¶ Et quæ ſit illius proprietas, ¶ Obligatio ſolidi an inducatur tam expreſsè, quàm tacitè. ¶ Promiſſio duorum vt retineantur bona vſque ad integram ſatisfactionem debiti an contineat obligationem inſolidum. ¶ Et an illa cenſeatur repetita in omnibus promiſſionibus continuatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis non continet clauſulam,inſolidum, num.2.*

3 *Dictio inſolidum eſt diſtributiua, & facit, vt quilibet ad totum teneatur, num. 6.*

4 *In venditione rei etiam communis, vel ſimili diſpoſitione à pluribus facta vnuſquiſque obligatur pro rata tantum.*

5 *Obligatio ſolidi hodie non inducitur, niſi exprimatur, quidquid aliud eſſet de iure Codicis.*

7 *Promiſſio duorum, vt retineantur bona vſque ad integram ſatisfactionem dotis continet obligationem in inſolidum.*

8 *Clauſula inſolidum cenſetur repetita in omnibus pro-*
miſſionibus continuatiuis.
9 *Verba, ponentes in locum & ius ſuum, important ceſſio-*
nem iurium, & translationem vtilium actionum, &
conſtitutionem procuratoris in rem propriam, & com-
modum ſuum.
10 *Clauſula appoſita ad conualidandum, quod fuit pro-*
miſſum, & quod præcedit non comprehendunt præce-
dentia, niſi prout fuerunt promiſſa.
11 *Sermo ambiguus vitiat omnem actum propter incer-*
titudinem.
12 *Diſpoſitio habetur pro non facta, quando illius ſenſus*
ignoratur.

CAPVT DCLXXXII.

CEnſus fuit inſimul impoſitus à Pirto ſuper e-
ius domo, & à Franciſco ſuper ſuo prædio, &
per eos venditus Bernardino, cum obligatione
camerali de ſoluendo dictum cenſum in fine cu-
iuſlibet ſemeſtris, prout latius in inſtrumento ex-
hibito, ex quibus verbis apparet, quod venditores
dicti cenſus non poſſunt conueniri; niſi pro rata,
cum enim non fuerit appoſita clauſula inſolidum,
1 obligatio † cameralis illam non continet, tanquam
de natura illius ſit arctius ligare, non autem au-
gere ſubſtantiam obligationis: Gabr. *conſi.*173.*n.*2.
lib 2. Galleſ. *de obligation cameral. p.* 4. *q.* 3. *n.* 2 Rom.
dec. 392. *n.* 6. *p.* 1. *in recentior.* vbi in ſpecie ita con-
2 cludit, † quod talis clauſula in ſolidum non ſit
comprehenſa in obligatione camerali, prout etiam
alias ita tenuit Rot. coram R.P.D. Penia Romana
pecudum, 26. Iunij 1592.

Et ſatis augeretur obligatio, ſi quilibet eorum, qui
3 vendiderunt cenſum, teneretur inſolidum, † cum
de natura iſtius clauſulæ ſit, vt quilibet ad totum
teneatur, tanquam ſit diſtributiua, attribuendo
cuilibet de per ſe actum, *l. ſi pluribus*, vbi Gloſſ. *in*
verb ſed omnes: & ibi Bart. *nu.* 3 *ff. de legat.* 1. Tiraq.
de retract. lignag §. 31. *gloſſ. vnic. n.* 11. Dec. *conſ.* 325. *in*
caſu propoſito ex tenore, nu. 1. Socin. *conſi.* 50. *viſo in-*
ſtrumento, nu. 1. *lib.* 1. Menoch. *conſi.* 272, *nu.* 79. *lib.* 3.
Bertazol. *clauſ.* 39. *gloſſ.* 7. *num.* 1.

Cum alias de iure, ceſſante huiuſmodi clauſula, ſi
fiat venditio cenſus, vel ſimilis rei à pluribus con-
4 trahentibus † vnuſquiſque cenſeatur obligatus pro
rata tantum etiam in rebus communiter venditis,
nedum in illis, quæ non ſunt communes iuxta de-
ciſ. Rot. coram R.P.D Robuſterio Romana caſalis
Palazetti, 16. Decembris 1587. quæ eſt impreſſa
poſt tractat. de obligat. camer. deciſ. 23. *n.* 1. prout latè
in omnibus diſpoſitionibus comprobat Ronca-
gall. poſt Bart. & alios communiter *in l. reos*, §. *cum*
in tabulis, n. 16. *vſque ad* 63. *ff de duob. reis.* Aym. *conſi.*
77. *nu.* 1. iuxta *l. duobus*, §. *fin ff. de legat.* 1. *l. vnic.* §. *ſi*
ita, C. de caduc tollend. Idem Aym. *conſi.* 61. *num.* 3.
poſt med Bart. & Salic, *in l.* 1. *C. ſi plures vna ſentent.*
Socin. *conſi.* 27. *num.* 38. *poſt med lib.* 4. Caſtr. *in l. ſed*
Iulianus, 9. *in fin. princ. verſ. item ſi ſunt plures, nu.* 4.
ff. ad ſenatuſconſ. macedon. & conſi. 409. *conſiderando,*
nu. 1. latè Surd. *conſ.* 150. *n.* 34. *vſq. ad* 37. *lib.* 1. *& conſ.*
5 511. *n.* 8. *lib.* 4. † Cum hodie obligatio ſolidi non in-
ducatur, niſi expreſſum ſit, quidquid aliud eſſet
de iure Codicis Gloſ. *in l.* 1. §. *ſi apud duos, in verb.*
peruenietur. ff. depoſit. & in l. ſi paternam, C. ad Velle-
ian. Bart. *in l.* 1. *in fin. C. quo quiſque ordin. conueniat.*
lib. 11. Surd. *conſi.* 150. *num.* 36. *lib.* 3.

Non obſtat, quod quamuis promiſſio venditorum
cenſus non ſit inſolidum. Tamen adeſt clauſula,
ponentes Pyrrhus, & Franciſcus venditores, &
quilibet eorum inſolidum Bernardinum præſen-
tem, &c. in & ſuper dicto cenſu, vt ſupra conſtitu-
to in eorundem venditorum locum ius, &c. ex qui-
bus verbis videtur extenſa obligatio ad eos non
6 pro rata, ſed in totum † ſtante illa clauſula inſoli-
dum, & quilibet ipſorum, cuius natura eſt, vt tam
vnus, quam alius teneatur abſque aliqua diminu-
7 tione. Menoch. *conſ.* 272. *nu* 9. *lib.* 3. † Et poteſt quis
obligari inſolidum non tantum verbis expreſſis,
ſed etiam tacitè, videlicet, ſi duo voluerunt bona
ſua retineri poſſe vſque ad integram dotis ſatiſ-
8 factionem: Aym. *conſ.* 77. *nu.* 2. † Ita vt huiuſmodi
dictio inſolidum cenſeatur repetita in omnibus
promiſſionibus continuatiuis. Idem Aym. *conſil.*
208. *num.* 6. & 7.

Quia iſta clauſula ponentes in locum, & ius ſuum,
&c. importat ceſſionem iurium, & tranſlationem
vtilium actionum, & conſtitutionem procurato-
ris in rem propriam, & ad commodum ſuum, ita
vt ſit ſenſus, quòd talis poſitus in locum vendito-
ris poſſit de dictis rebus, in quibus fuit poſitus di-
9 ſponere tanquam de rebus propriis, † & quando
dicitur, quod quis poſſit de tali re diſponere, vt de
re propria, tunc ille dicitur conſtitutus procura-
tor in rem ſuam, Ita bene explicat Pariſ. *conſ.* 107.
nu, 34. *&* 35. *lib* 3. poſt Bart. *in l qui quadraginta, n.* 2.
& ibi Iaſ. *nu.* 7. *ff. ad Trebell.* Idem Bart. *in l. in pro-*
uinciali, § *ſi ego, num.* 1. & ibi Ang. & Alex *n.* 8. *ff. de*
nper. nou. nunc. Rot. coram R.P.D. Gyptio Romana
Ferracci, 4. Iunij 1598. & ſic quilibet ipſorum ven-
ditorum per iſtam clauſulam poſuit emptorem in
locum ſuum faciendo eum procuratorem in rem
ſuam, non tamen ex hoc ſequitur, quod vnus
teneatur pro altero circa ſolutionem fructuum, &
aliorum, quæ ex aduerſo prætenduntur, cum in
tali promiſſione non legatur iſta clauſula inſoli-
dum, qua non exiſtente vnicuique de per ſe, &
pro rata ſpectat onus ſoluendi, quod fuit promiſ-
ſum *l. reis*, 11. §. *cum in tabulis, ff. de duob. reis*, cum
aliis ſupra allegatis *num.* 4. *conſ.* 150. *num* 34. *lib.* 1.

Maximè, quia ſumus in clauſulis executiuis, quæ non
debent extendere principalem diſpoſitionem,
10 † cum regulariter iſtæ clauſulæ, quæ apponuntur
ad confirmandum, & conualidandum illud, quod
fuit promiſſum, & quod præcedit, non comprehen-
dant, niſi ſolum præcedentia, prout fuerunt pro-
miſſa *clem.* 1. *de prebend.* Decian. *conſ.* 500. *in cauſa*
qua mantua, numer. 9. *vſque ad* 13. Felin. *in cap. licet,*
col. 3. *de offic. ordin.* Iaſ. *conſ.* 6. *col.* 5. *verſ. quinto prin-*
cipali, libro 3. Aym. *conſ.* 25. *nu.* 2. *cum ſeq.* Natt. *conſ.*
263. *num.* 3. Caputaq. *deciſ.* 83. *num.* 3. *p.* 1. Oſaſc. *deciſ.*
164. *num.* 2. cum aliis in *tract. de clauſul. p.* 4. *clauſ.* 20.
num. 2.

Et quatenus etiam talis clauſula eſſet poſita in parte
diſpoſitiua, tamen eſt inepta, quia ex ea nullus po-
teſt colligi rectus ſenſus, cum dicatur, quod qui-
libet venditorum inſolidum ponit emptorem in
& ſuper dicto cenſu in locum eorundem vendito-
rum, debuiſſet enim dicere ſuper bonis cenſua-
tis, & non ſuper cenſu, nam quod venditor ha-
beat locum in cenſu conſtituto eſt ſermo non mo-
11 dò ambiguus, ſed non intelligibilis, † ideo nihil
operatur tanquam vitiet omnem actum propter in-
certitudinem, quæ generat confuſionem, & igno-
rantiam Marſil *in rubr. C. de probat. numer.* 354. *cum*
12 *ſeq.* Surd. *conſ.* 379. *num.* 16. *lib.* 3. † & diſpoſitio
habetur

habetur pro non facta, quando verus ſenſus illius
ignoratur Gloſſ. in l. leges ſacratiſſimæ, Cod. de legib.
Iaſ. in l. 1. nu. 21. C. de tranſactionib.

EPITOME.

Hypotheca an inducatur ſtante clauſula ſuper
rebus tam in contractibus, quam in vltimis vo-
luntatibus, tam in diſpoſitionibus fauorabilibus
alimentorum, piæ cauſæ, penſionum, & ſimilibus,
quam in non fauorabilibus. ¶ Et quid in ſolutione
facienda de fructibus, ſeu ex fructibus fundi.
¶ Et an debeant eſſe præſtationes perpetuæ, vel
ſufficiat quod ſint temporales. ¶ Verba capiendi
poſſeſſionem propria auctoritate, vel quod liceat
creditori pro ſuo credito aliquam rem alienare, an
importent hypothecam. ¶ Et an iſta pacta poſ-
ſint licitè opponi in quibuſcumque diſpoſitioni-
bus, & tranſeant ad hæredes, & contra hæredes.
¶ Legatum cum deſignatione, ex qua re ſit ſoluen-
dum, an extinguatur per alienationem eiuſdem
rei. ¶ Per verba, adhibe fidem Titio ſuper me, an
cenſeatur quis ſe obligaſſe, & fideiuſſiſſe pro eo.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſuper bonis important hypothecam, & obliga-
tionem bonorum ſignificando ius in re, tam in con-
tractibus, quam in vltimis voluntatibus, num. 2. & 3.
& 4. & tam in fauorabilibus, quam in non priuile-
giatis, num. 6. & 7.*
5 *Per verba adhibe fidem Titio ſuper me, cenſetur quis
ſe obligaſſe, & fideiuſſiſſe pro eo.*
8 *In donatione, & re, in qua non datur hypotheca, tamen
dabitur, ſi adſit dictio, ſuper rebus particularibus,
vel generaliter ſuper omnibus bonis, & iuuabit om-
nes in donatione ſubſtitutos, num. 9.*
10 *Clauſula, quorum intereſt, prodeſt ſubſtitutis, & qui-
buſcumque intereſſe habentibus.*
11 *Solutio facienda ex fructibus, ſeu de fructibus fundi
non inducit hypothecam, & tunc dabitur ſola actio
perſonalis contra deſignantem fructus talium bo-
norum, non autem poterit agi contra ſingularem
ſucceſſorem illorum. n. 12. Fallit fauore cuiuſcumque
piæ cauſæ, n. 13. & 15. & in materia penſionis, & ali-
mentorum, num. 16. & 17.*
14 *Teſtator ſi facit legatum, & ponit rem de qua voluerit
illud ſatisfieri, nunquam extinguitur per alienatio-
nem ipſius rei, tanquam obligata pro illius ſolutione.*
18 *Hypotheca inducitur propter dictionem, ſuper, in præ-
ſtationibus perpetuis, ſecus in temporalibus.*
19 *Pro legato præſtationis annuæ non datur hypotheca.*
20 *Facultas accipiendi poſſeſſionem bonorum deſignato-
rum inducit hypothecam, num. 21. & 22.*
23 *Verba capiendi poſſeſſionem propria auctoritate æqui-
parantur verbis, quod liceat creditori aliquam rem
pro ſuo credito alienare.*
24 *Pacta ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate li-
citè apponuntur in quibuſcumque diſpoſitionibus, &
tranſeunt in hæredes, & contra hæredes, n. 25.*

CAPVT DCLXXXIII.

AD effectum hypothecæ contrahendæ ſatis eſt,
quod quis mandet aliquid præſtari, vel
1 ſolui ſuper bonis, † iſta enim verba importanț
hypothecam, & obligationem ipſorum bonorum,
& quod ſint obnoxia pro obſeruatione promiſ-
ſionis, ſignificando ius in re, cui adiiciuntur l. codi-
cillis, 91. §. inſtituto, verſ. neque fœnerari ſuper eas, vbi
Caſtr. ff. de leg. 2. Bart. in l. fundus, 9. ff. de ann. legat.
2 † vbi loquitur tam in teſtamento, quàm in con-
tractibus, in quibus talia verba inducunt expreſ-
ſam obligationem Bald. conſ. 132. caſus talis eſt. rex
3 Cypri conceſſit, nu. 2. lib. 5. vbi † quod de natura iſtius
dictionis eſt conſtituere ius in re, denotando iſtam
ſubſtantiam rei, quæ geritur, & illam obligan-
do Aym. conſ. 20. num. 10. Cremenſ. ſing. 45. mutuaui,
num. 1. Roman. ſing. 631. cum dico præſta mihi, num. 1.
& conſi. 508. n. 2. & conſi. 388. num. 2. vbi Mandoſ.
in verb. induxit. Afflict. deciſ. 162. num. 6. Alex. conſi.
156. num. 3. & ibid. Addit. in verb. ſuper, lib. 6. Rip. in
rubr. de pignorib. num. 5. Bellamer. conſ. 44. decanus, in
fin. num. 6. Caſtr. in l. 1. in fin. ff. de pignorat. action. &
conſ. 106. circa ea quæ ſuprascripta, column. penult.
ante med. verſ. his tamen pro clariori luciditate, nu. 3.
lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 298. nu. 8. & 9. lib. 3. Iaſ. in au-
thent. ſacramenta puberum, num. 26. C. ſi aduerſ. ven-
dition. & in l. reſcriptum, §. ſi pacto. & ibid. Caſtr. &
Alexand. num. 6. ff. de pact. Quint. Mandoſ. reg. 33. de
ſignat. per fiat, quæſt. 9. num. 6. Faber. in §. item ſeruia-
na, column. vlt. nu. 34. & ibid. Gomeſ. num. 34. inſtit.
de actionib. Natt. conſ. 109. nu. 10. & latius conſ. 341.
num. 6. & conſ. 496. num. 3. Surd. conſ. 162. n. 10. lib. 2.
& conſ. 243. num. 12. eod. lib. poſt Alber. in l. cuius. ff.
de ann. legat. Foller. de cenſib. §. huiuſmodi cenſus ſu-
per rebus, num. 113. Amod. de laudem. quæſt. 45. nu. 15.
Bermond. de public. concubinar. in verb. inſuper, n. 4.
tom. 11. par. 1. fol. 161. Rebuff. in l. appellatione paren-
4 tis, 51. col. 4. ad med. ff. de verbor. ſignif. † vbi quod ita
fuit iudicatum Cæſalc. deciſ. 58. ſtatuto, num. 1. Ho-
ſtienſ. in ſumm. extr. de locato, §. qua actio, verſ. ſed ſi
dixit teſtator, num. 13. Specul. de emphyteuſi, §. nunc
aliqua, verſ. octuageſimoſexto, n. 109. ante med. Guid.
Pap. quæſt. 432. in fin. Luc. de Penn. in l. fin. C. de a-
gricol. & cenſit. lib. 11. Rot. coram R.P.D. Rubeo
Romana fructuum, 4. Martij 1577. inter deciſ. Rot.
diuerſ. deciſ. 44. num. 1. & 2. p. 1. vbi loquitur in do-
natione, Rot. coram Sanctiſſimo in eadem cauſa
Romana fructuum 10. & 14. Ianuar. 1575. inter de-
ciſ. Rot. diuerſ. 259. 260. part. 1. Gig. de penſionib.
quæſt. 51. nu. 1. tom. 15. part. 1. fol. 327. Neguſ. de pigno-
rib. membr. 4. par. 2. num. 164. verſ. vigeſimus tertius
caſus, fol. 45. & par. 3. membr. 1. n. 5. fol. 48. poſt Corn.
conſ. 296. colum. 2. lib. 1. Iacob Venet. de ann.
præſtation. quæſt. 31. num 6. vſque ad 9. tom. 6. p. 1. fol.
249. Iacob. Nouell. de iur. prothomiſ. §. 5. numero 8.
tom. 17. fol. 40.

Prout dicimus de eo, qui dixit, adhibe fidem Titio
5 ſuper me, tunc enim per iſta verba cenſetur † ſe
obligaſſe, & fideiuſſiſſe pro eo, vt ad propoſitum
noſtrum notat Rip. in rubric. de pignoribus, num. 5.
iuxta l. ſi vero non remunerandi, §. ſi quis mandaue-
rit, ff. mandat. Bart. in l. Lucius, ff. de fideiuſſorib.

Neque prædicta ſunt intelligenda ſolum in diſpoſi-
tionibus fauorabilibus iuxta notata per Surd. de
aliment. titul. 8. priuileg. 51. num. 4. & 8. in fin. Eue-
6 rard. loco argument. 59. num. 9. † Quia procedunt in
omnibus diſpoſitionibus tam in vltimis volun-
tatibus, quam in contractibus, tam priuilegiatis,
quam non priuilegiatis, in quibus iſta dictio ſu-
per importat hypothecam, cum hoc ſit ratione
ſpecialis deſignationis, quæ facit, vt talia bona
deſignata cenſeantur obligata pro obſeruatione
contractus, prout loquitur Bartol. in l. fundus, de
7 ann. legat. † vbi ponit exemplum de contractu ſo-
cietatis, & de legato, quod etiam ſequuntur omnes
ſupra allegati, & notat etiam Neguſ. de pignorib.
p. 2. membr. 4. num. 164. verſ. vigeſimus tertius caſus,
in fin. & voluit etiam Rot. diuerſ. deciſ. 260. n. 2. p. 1.

Quemadmodum etiam prædicta habent locum,
8 quamuis eſſemus in re, † pro qua non competeret
hypotheca, puta in donatione, & ſimilibus, nam
aliud eſt, quando ex verbis dictæ donationis re-
ſultaret hypotheca, prout tunc dicitur reſultare,
quando adſunt verba ſuper, nulla habita diſtin-
ctione, quod talis dictio ſit poſita ſuper re parti-
culari, ſeu vniuerſali, nam quemadmodum impor-
tat ſpecialem hypothecam illius rei, quæ expri-
mitur, quando ſuper re particulari profertur, ita
quoque debet importare generalem hypothecam
omnium bonorum, quando profertur ſuper om-
nibus bonis, cum eodem modo poſſint hypothe-
cari omnia bona, ſicut hypothecatur pars bono-
rum, prout ita in puncto ad dictas duas obiectio-
nes reſpondet Rot. *diuerſ. deciſ.* 44. *num.* 2. *& deciſ.*
9 260. *num.* 2. *p.* 1. † Ita vt talis donatio, vel ſimilis di-
ſpoſitio, quamuis eſſet reſtricta ad primum dona-
tarium, tamen iuuet etiam alios ſubſtitutos in ea.
Cum enim iſta verba ſuper reſpiciant totam do-
nationem, debet etiam prodeſſe omnibus in tali
donatione vocatis, vt in ſpecie voluit Rot. coram
R.P.D. Gypſio Romana palatij, 4. Nouembris
10 1592. iuxta *conſ. Caſtr.* 384. *lib.* 1. † Quamuis etiam
ſufficeret, ſi adeſſet clauſula quorum intereſt, quæ
iuuat omnes intereſſe habentes, & conſequenter
ſubſtitutos in ipſa donatione. Bart. *in l.* 2. *ff. rem
pupill. ſalu. for.* latè Bertazol. *clauſul.* 18. *gloſſ.* 5. *num.* 5.
vſque ad 9.

Aliud tamen eſſet, quando quis mandaſſet aliquid
ſolui de fructibus ſui fundi, ſeu ex fructibus illius,
11 † iſta enim verba non importarent aliquam obli-
gationem, ſeu hypothecam, quidquid diuerſum
ſit, quando diceretur ſuper fructibus, vt in ſpecie
in iſtis dictionibus de, & ex, concludit Faber. *in §.
item ſeruiana, n.* 34. *poſt med. verſ. illud vero ſatis vi-
deretur. inſtit. de action. fol.* 133. cum aliis per Iacob.
Venent. *de ann. praſtat. quaſt.* 31. *num.* 3. *ad med. verſ.
nam quando dictum fuerit, & nu.* 9 *tom.* 6. *p.* 2 *fol.* 250.
iuxta *l. vltim. in fin. ff. de contrah. empt. l. liberto.* 21. *in*
12 *princ.* vbi Gloſ. *in verb. vendita, ff. de ann. legat.* † Vn-
de ſola perſonalis actio dabitur contra deſignan-
tem fructus talium bonorum, non autem poterit
agi contra ſingularem ſucceſſorem eorundem bo-
norum ob defectum hypothecæ Rip. *in l.* 1. *§. ſi hæ-
res, ff. ad Trebell.* Iacob. Venent. *d. qu.* 31. *n.* 5. *in fin.*

Verum quando eſſemus in diſpoſitione ad piam cau-
ſam, tunc per aſſignationem annuæ præſtationis,
13 † & quantitatis cum illis verbis de aliquo fundo,
ſeu ex aliquo fundo, talis fundus cenſetur obliga-
tus, & contra illum, & poſſeſſorem ipſius poteſt
agi hypothecaria propter fauorem piæ cauſæ etiam
de iure digeſtorum, vt eſt text. *in l.* 2. *ff. de alim. &
cibar. legat.* quem ita intelligunt Bart. Azo. & alij
in l. lucius titius, 15. poſt Gloſſ. ibid. *in verb. ex red-
ditu, in princ. verſ. ſed quid ſi teſtator, & in fin. verſ.
ſed prima opinio, ff. eod. tit. & in l. gaius ff. de ann. legat.
& in l. cum hi, §. idem eſt & ſi ager, ff. de tranſact.*
Gloſſ. *in l. vlt. in fin. in verb. non eſſe. ff. de contrah.
empt. per. l. hactenus, & l. ſi pendentes* 5 *§ ſi quid cloa-
cari, ff. de vſuf.* Idem Bart. *conſi.* 210. *quidam ſibi filios
haberet, num.* 4. *ad med. lib.* 1. Roman. *conſi.* 388. *in ca-
ſu propoſiti thematis, num.* 1. *verſ. vnde inſurgit conclu-
ſio.* & ibi Mandoſ. *in verb. ſequuntur.* Idem Roman.
ſingul. 415. *quæritur an teſtator, ad fin. verſ ſed quid
in eo, num.* 2. vbi quod ita habuit de facto Romæ
pro Eccleſia S. Pauli de Vrbe in cauſa ſibi
commiſſa cum Io. de Milis, & Io. de Roma valen-
14 tiſſimis, ſubdens eſſe menti tenendum, † quia ſi te-
ſtator poſuit legatum, & rem, de qua voluerit illud
ſatisfieri, numquam tale legatum extinguitur per
alienationem ipſius rei, quia non ſolum cenſe-
tur illam rem poſuiſſe, vt præciſè ex ea legatum
ſoluatur, ſed etiam, vt pro eodem legato ſit obli-
gata, & ſpecialiter hypothecata iuxta Gloſ. *in dict.
legatum, ff. de ann. legat.* prout etiam notat Nicol. Pi-
gno. *in addit. ad Rom. d. ſing.* 415. *in verb. an & quomo-
do, ad med.* & refert, & ſequitur Euerard. *loco argu-
ment.* 59. *ab aliment. ad piam cauſ. num.* 9. & Tiraq.
15 *priuil. pia cauſ.* 63. † vbi extendit ad omnem cauſam
piam: Felin. *in c. ad audientiam, il* 2. *quod eſt* 31. *col.* 7.
poſt princ. verſ. quinta concluſio, num. 6. *de reſcript.*
vbi ponit exemplum non ſolum in alimentis, ſed
in penſione ſoluenda de redditibus eccleſiæ,
16 † quamuis etiam talia bona non ſint amplius ec-
cleſiæ, cum ad alium peruenerint, ideo non poſſint
dici redditus eccleſiæ, tamen quia deputantur pro
ſuſtinendo, & alimentando penſionario, præuale-
bit opinio Romani quidquid contrarium ſequatur
17 Caſtr. vt latius per Felin. *d. num.* 7. † Et paſſim iſta
opinio ab omnibus approbatur tam in penſionibus,
quam in quibuſcumque legatis, & diſpoſitionibus
piis: Surd. *de aliment lib.* 8. *priuil.* 51. *numer.* 3. *&
per tot.* Iacob. Venent. *de ann. preſtationib. q.* 31. *num.*
1. *cum ſequent. tom.* 6. *p.* 2. *fol.* 250 Gig. *de penſionib.
q.* 51. *num.* 1. *&* 3. Guid. Pap. *quæſt.* 432. *in fin. & q.*
576. *num.* 1. Cordubenſ. *in l. ſi quis à liberis, § ſi quis
ex his, n.* 41. *ff. de liber. agnoſcen.* poſt Speculat. *de
locat. §. nunc aliqua, num.* 109 *verſ. octuageſimo octa-
uo.* Vitalin. *in tract. clauſul tit. an tur aliment. poſſ. re-
nunciar. cum iuram. n.* 86. *vſque ad* 90. *fol.* 623. Follez.
in prax. cenſual in verb. huiuſmodi cenſus, numer. 113.
Couart *de ſponſalib p.* 2. *c.* 8. *§.* 6. *num.* 14 *poſt med. verſ.
hoc enim falſum eſt, fol.* 249.

[Adde *ſupra ad cap.* 294. *nu.* 8.]

Ex prædictis apparet, quod præſtationes annuæ, de
quib. agebatur, recipiunt hypothecam, cum man-
datum fuerit illas ſolui ſuper bonis particulariter
deſignatis, ob naturam dictionis ſuper, quæ im-
portat hypothecam, vt dictum eſt *ſupra num* 8. *cum*
18 *ſeq.* † Maximè, quia præſtationes ſunt perpetuæ,
prout requiritur, ad hoc vt illa res ſit obligata,
cum ſecus ſit, quando eſſet ad tempus, prout lo-
quuntur Guid. Pap. & Speculat. & Hoſt. ſupra alle-
gati. & notat etiam Amod. *de laudem. q.* 45. *nu.* 19.
& dixi *ſupra cap.* 153. *num.* 62. *& c.* 310. *nu.* 75. & di-
cam infr. Deo dante *in c. particulari.* Quod etiam
dicendum eſt de aliis legatis annuis, quæ teſtator
iuſſit ſolui de redditibus, ſeu ex redditibus fundi
per eum deſignati, cum ſimus in diſpoſitionibus
factis ad pias cauſas, & pro maritandis puellis, &
pro anima ipſius teſtatoris, in eis enim tanquam
priuilegiatis cenſetur inducta hypotheca ſtante
illa dictione de, ſeu ex, quidquid ſecus ſit in aliis
præſtationibus non fauorabilibus, & non priui-
legiatis, vt dictum eſt *ſupra num.* 14. *vſque ad nu.* 16.
19 † Et ex iſtis declaratur Surd. *deciſ.* 28. *per tot.* dum
voluit, quod pro legato quantitatis annuæ non
detur hypotheca, prout etiam dixi *ſupra c.* 29. *nu.* 8.
Quia debent omnia iſta intelligi cum diſtinctioni-
bus mox adductis.

Accedat, quod vltra prædicta adeſt in caſu noſtro
etiam facultas, & licentia capiendi poſſeſſionem
bonorum deſignatorum propria auctoritate

20 † quæ operatur tranſlationem hypothecæ, quamvis non adſit aliqua expreſſa obligatio: Bald. *in l. creditores, 3. col. 1. ante fin. verſ. quare mutuam titio centum, num. 3.* & ibi Addit. *in verb. poſt licentiam, C. de pignorib.* † quod tanquam ſingulariſſimum dictum ſequitur Cremenſ. *ſing. 2. quod ſi feci, num. 1.* juxta *l. creditor. 4. § poſt diviſionem.* vbi Bologn. in addit. Alex. ad Bart. *ff qui potior. in pignor. habeant.* Neguſ. *de pignorib. memb. 1. par. 3. num 4. fol. 48.* Surd. *conſi. 243. num.*
21 (this number appears at the start of the "† quod tanquam" line)
22 *13. lib. 2.* & † ita ſeruat Rot. coram R.P.D. Oradino Bononien. de pepulis, 23. Ianuarij 1562. de qua per Capitaq *deciſ 68. p. 2. in manuſcript.*

Et paſſim ad effectum hypothecæ contrahendæ æquiparantur iſta verba capiendi poſſeſſionem propria
23 auctoritate † cum illis verbis, quod liceat creditori aliquam rem pro ſuo credito alienare, & vendere. Bart. & Bald. *in l. 3. § vlt. ff. qui potior. in pignor. habeant.* Surd. *conſ. 243. num. 11. lib 2.* Negu. *de pignorib.*
24 *p. memb. 1. num. 4. fol. 48.* † Siue ſimus in contractu pignoris, ſiue in quibuſcumque aliis diſpoſitionibus etiam vltimarum voluntatum, in quibus licitè ponuntur hujuſmodi pacta ingrediendi propria auctoritate Surd. *conſ 221. nu. 20 & 21. lib. 2.* poſt Bart. *in*
25 *l. 3. n. 9.* & ibi Salic. *quaſt. 3. C. de pignorib.* † vbi etiam, quod talia pacta tranſeunt in hæredes, & contra heredes juxta naturam aliorum pactorum *l. veteres.* vbi Bald, *in fin. Cod de contrah. & committ. ſtipulat.* Aym. *conſ. 102. num. 3.* Tiraq. *de retract. conuent. § 1. gloſſ. 1. num. 1. cum ſeq.* Surd. *conſi. 221. num. 27. & 28. lib. 2.*

EPITOME.

Reciproca ſubſtitutio an intelligatur per verba vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. ¶ Et quando contineat pupillarem ſaltem tacitam. ¶ Et quid ſi fuerit facta perſonis imparibus, puberibus, & impuberibus. ¶ Et quando eſt admixta cum compendioſa, & cum adjectione verbi ciuilis hæredis, & exiſtente matre in medio ¶ Nepos quando ingreditur perſonam patris in ſuccedendo auo. ¶ Et an ſit per fictionem, vel per præſumptionem legis. ¶ Legitima quando ſit debita ſ[illegible]o non obſtante acceptatione per eum facta de te[illegible]to patris, in quo illius prohibitio continebatur.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ingreditur perſonam patris cum agitur de ſuccedendo auo.*
2 *Filius an repræſentet perſonam patris per fictionem, vel per præſumptionem legis, num. 3.*
4 *Mater non excluditur à legitima in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſecus in pupillari, num. 5. & 6.*
7 *Mater ſuccedit filio ab inteſtato.*
8 *Verba inuicem, & viciſſim, vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum inducunt ſubſtitutionem reciprocam, in qua continetur pupillaris, n. 9. Fallit ſi fiat perſonis imparibus, quia tunc neque tacita pupillaris continebitur, num. 10. & 11. Contrarium, numer. 18. Declara vt num. 19.*
12 *Reciproca admixta cum compendioſa non continet pupillarem, quando eſt facta imparibus puberibus, & impuberibus, etiam ſi fiat mentio pupillaris, & cum adiectione verbi ciuilis heredis, & adſit mater in medio, num. 13, 14. 15. 16. & 17.*
20 *Legitima debetur filio, quamvis acceptet teſtamentum patris, in quo illa ſit ei prohibita, cum requiratur expreſſa renunciatio, cum grauamine ne aliud poſſit petere, numer. 21. & 22. Declara vt num. 23.*

CAPVT DCLXXXIV.

PEr obitum Io. Baptiſtæ non eſt effecta caduca ad fauorem Ruberti portio hæreditatis, in qua ipſe ſuccedit, nam adeſt Hieronymus filius ejuſdem Io. Baptiſtæ, qui ſubintrat in locum ſui patris, & concurrit cum Ruberto patruo. Cum enim hic
1 agatur de ſuccedendo auo, † ſemper nepos ingreditur perſonam patris, vt vna cum patruo, ſeu auunculo, amita, vel matertera, aut ſimilibus ſuccedat in bonis aui, quaſi tractetur de perſona aſcendentis nullam faciendo differentiam inter ſucceſſionem ab inteſtato, ſeu per fideicommiſſum, nam etiam in eo pari ratione datur iſta repræſentatio, vt filius, nepos, & pronepos ſubintrent locum parentum ſuorum, vt concurrant cum eorum patruis, & auunculis juxta opinionem Gloſſ. *in l. cum ita 33. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.* Dec. *conſi. 216. in caſu propoſito numer. 2* juxta *§. cum filius, inſtit. de hered. quæ ab inteſt defer & in auth. vt fratrum filij, per tot.* Menoch. *conſi. 124. num 56. lib. 2.* Iaſ. *conſi 259. numer. 2. lib. 2.* Cephal *conſi. 16. num. 34. lib. 1.* dixi latè ſupra c. 419. *num. 1 vſque ad 6.*

Neque obſtat, quod ſi fictio, vt filius patrem repræſen-
2 tet Bald. *in auth. ceſſante, † col. vlt. Cod. de legitim. hæredib.* Alex. *conſ. 104. num. 7. lib. 2.* Ruin. *conſ. 171. nu. 11. ad med. lib. 2.* Ideo non debet talis fictio admitti in diſpoſitione hominis: Quia potius dicendum eſt, quod hujuſmodi repræſentatio non ſit ex fi-
3 ctione legis, ſed ex præſumptione, † cum lex præſumat, quod auus decedens inteſtatus, ſeu teſtatus voluerit nepotem concurrere cum patruo in ſua ſucceſſione: Menoch. *conſi 357. nu. 33 lib. 4.* Cephal. *conſ. 489 num. 57. lib 4.* cum aliis, quos adduxi ſupra *c. 419. num. 15. vſque ad 9*

Cum igitur Hieronymus ſucceſſerit in portione bonorum, de quibus agimus, vt dictum eſt, non poteſt excludi mater à legitima, quæ ipſi debetur non ob-
4 ſtante prætenſo fideicommiſſo. † Quidquid enim ſit in ſubſtitutione pupillari in qua mater excluditur à legitima *cap. ſi pater, de teſtam. in 6. leg. Papinianus. § ſed neque impuber s ff de inoffic. teſtam.* Aliud eſt
5 in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua debetur legitima filio in bonis patris *§. 1. auth. de trient. & ſemiſſ. auth. nouiſſima C. de inoffic. teſta.* Vnde in ea non
6 potuit grauari † fideicommiſſo *l. coheredi § cum filio, de vulg & pupill l. omnimodo. & l quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* & conſequenter talis legitima
7 eſt debita matri, † quæ ſuccedit filio ab inteſtato, *auth. defuncto. C. ad Tertullian.*

Neque obſtat, quod potius ſimus in pupillari, cum Hieronymus infans deceſſerit, & per teſtatorem fuerint ſubſtituti Robertus, & Ioan. Baptiſta, & ipſius filij, & deſcendentes inuicem, & viciſſim,
8 † vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, per quæ verba eſt inducta ſubſtitutio reciproca, ſeu breuiloqua *leg. iam hoc iure, de vulgar. & pupill. ſub-*
9 *ſtit leg. cum in teſtamento, § 1. ff de heredib. inſtit.* † In qua reciproca ſubſtitutione continetur etiam pupillaris *dict. l. iam hoc iure, de vulgar. & pupillar. l. Lucius ff eod tit.*

Quia prædicta procedunt, quando ſubſtitutio reciproca fieret perſonis æqualibus, quod non eſt in
10 caſu noſtro; † In quo eſt facta perſonis imparibus, cum vnus ſit pubes, alter verò impubes, tunc enim non continetur pupillaris, cum non poſſit dici facta mutuò, & inuicem, & non adſit æqualitas, cujus ratione cenſetur teſtator voluiſſe reci-

procè ſubſtituere, neque enim eſt veriſimile, quod
ſub eadem receptione verborum inæqualiter vo-
centur,& ſubſtituantur plures hæredes. *leg. in teſta-*
mento,la 1.& ibi Dec.*nu.*7.*C. de teſtam.milit.leg.iam*
hoc iure de vulgar.& pupillar l.Lucius. vbi Rip.*num.*
16 Zaſ.*num.*16 *ff.eod tit.l.*2. vbi Curt.Iun.*num.*10.*C.*
de impuber.& aliis ſubſtit. Aret.*conſ* 53.*in* 3.*dub.*Me-
noch.*præſumpt.*60.*num.*3.*&* 22.*vſque ad num.*26.*lib.*
11 4. † vbi ampliat,quod neque talis ſubſtitutio poſſit
dici pupillaris tacita, vt per Rip.*in d.l. Lucius.num.*
18.*in fin.*& Alciat.*num.*16.
Quæ adeò vera ſunt, vt procedant quamvis hæc reci-
proca eſſet admiata, cum compendioſa, nam tunc
12 † neque contineret pupillarem, quando eſſet facta
perſonis imparibus:Ruin.*conſ* 107.*num.*1.*lib.*2.Bald.
in l.in teſtamento nu 8.*in fin C.de milit.teſtam.* Ang.
*conſ.*97.*Venianus,ad fin.verſ.concludo igitur.* Alex.*in*
13 *l.Lucius.num.*20.*ff.de vulgar. & pupillar.* & ita † in
practica ſeruandum eſſe teſtatur Cardin. Mantic.*de*
*coniect.vltim.volunt lib.*5.*tit.*8.*num.*6.*poſt med.* quod
ampliatur, quamvis eſſet facta mentio pupillaris æ-
14 tatis, † & quamvis etiam ſubſtitutio eſſet cum ad-
jectione verbi ciuilis hæredes,quod licet difficulter
trahatur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ta-
men fit obliqua hoc caſu reſpectu filij impuberis,ſi
deceſſit poſt pubertatem,vnde abſurdum non eſt ſi
flectatur etiam quando filius deceſſerit in pupillari
ætate propter ſeruandam æqualitatem, provt latè
conſuluit Cornel.*conſi.*180.*lib.*1.*& conſ.*107.*num.*4.
15 *lib.*3.† & eſt verior opinio, & magis communis,
quidquid Mantic. vbi ſupra & alij contrarium ſen-
tiant,vt dicit Menoch *præſump.* 60 *num.*31.*verſ.con-*
*trariam opinionem.lib.*4 poſt Gulielm.Benedict.*in c.*
Raynutius,in verb ſi abſque liberis, il 2.*tit.de breuilo-*
*qua.nu.*36 *de teſtam.*juxta ſententiam Ricard. de Sa-
lic.de qua per Alex *in l.in teſtamento,in fin.C. de te-*
16 *ſtam.milit.* † Maximè quando provt in caſu noſtro,
adeſt mater in medio, ad cujus fauorem erit fidei-
commiſſaria, non pupillaris, juxta diſtinctionem
Lancell.Gallia.*in l.centurio.n.*363.*verſ.ego in hoc paſſu.*
17 *ff.de vulgar. & pupill.* † licet ſimpliciter abſque ali-
qua diſtinctione etiam matre non exiſtente in me-
dio concludat Menoch *de præſumpt.* 60.*nu* 33.*lib.*4.
Verum dubia videtur iſta opinio,nam quando ſubſtitu-
tio fuit facta vulgariter, pupillariter, & per fidei-
18 commiſſum † continetur pupillaris etiam ſi non
conueniat perſonis, quibus fuit adjecta: Cardin.
Mantic.*de coniect.vltim.volunt.lib.*5.*tit.*8.*n.*9.Socin.
*conſi.*190.*col.*2.*lib.*1. Natt.*conſ.*326.*numer.*2.*ad med.*
cum aliis per Ruſtic. *ad l.cum auus lib.*2 *c.*10.*num.*
8.*de condit.& demonſt.fol.*188.Durant *de art.teſtand.*
tit.de ſubſtitution.caut 7.*tom.*8 *p.*1 *fol.*121 Bero.*conſi.*
79.*num.*29.*lib.*2. Zanch.*in §. cum ita.p.*6.*num.*8.*poſt*
19 *med.verſ.& hoc vltimo caſu* † Niſi dicamus,quod ta-
lis clauſula vulgariter,pupillariter,& per fideicom-
miſſum,quando non conuenit perſonis.quibus fuit
adjecta,cenſetur potius appoſita de ſtylo Notario-
rum,ideò nihil tunc operetur Card Mantic.*de con-*
iectur.vltim.volunt.lib 3.*tit.*14.*num.*6 Honded.*conſ.*
46.*num.*3.*lib.*2. cum aliis per Coſt.*clauſul.*95. *in fin.*
*p.*3.*fol.*369.
Quo vero ad legitimam & Trebellianicam prohibi-
tam Ioann Baptiſtæ filio à Hieronymo teſtatore
poſſet defendi, quod illa debeatur eidem Ioann.
20 Baptiſtæ,† non obſtante acceptatione per eum fa-
cta de teſtamento, in quo aderat talis prohibitio,
cum ſpecialiter,& in indiuiduo, nominatim,& ex-
preſsè non fuerit legitimæ renunciatum, provt re-
quiſiuit Alex.*conſ.*89. *col. vlt. ad med. lib.* 4. Gabr.
*conſ.*137.*n.*43.*lib.*1. Cephal.*conſ.*143 *num.*25 *&* 26.
Surd.*de alim.tit* 9.*quæſt.*15.*num.*4.Card.Mantic.*de*
*coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*8.*nu.*8. & latè comprobat
Rot.coram R.P.D Veroſpio Romana legitimæ,27.
Iunij.1614. *col.* 6. *verſ. nec valet dicere.* & coram
R.P.D.Manzanedo Romana legitimæ,11.Decembr.
1609.
Immo etiam vt præjudicetur filio quo ad ſuam legiti-
mam, requiritur, vt pater illum grauet, ne aliud
21 † pro legitima poſſit petere:Surd.*conſ* 357 *num.*35.
*lib.*3.Menoch.*conſ.*209.*num.*93 *vſque ad* 105. *lib* 3.
22 *& conſi.*453.*num.*10.*vſque ad* 17.*lib* 4.† & vltra dict.
grauamen etiam poſtea eſt neceſſarius conſenſus
filij, qui in tali approbatione voluntatis patris ex-
preſsè, & formiter legitimæ ſuæ renunciet, cum
alias ſine iſtis requiſitis ſibi non præjudicaret: Alex.
*conſ.*89.*num.*13.*&* 14.*lib.*4 *& conſi.*8 *num* 21. & ibi
Natt.*in addit.in verb.diſpoſiti* 1 *lit.*3 Pariſ.*conſ.*4.*n* 15.
vſque ad 30.*lib.*3. Rodet.Soarez.*in leg. quoniam in*
*priorib.ampliat.*9 *C. de inoffic.teſtam.* Addit.ad Dec.
*conſil.*687.*in verb.acceptatio.*
Quamvis prædicta in caſu noſtro non ſint tuta, quia
ex lectura approbationis teſtamenti apparet voluiſ-
23 ſe Io.Baptiſtam ſibi præjudicare in legitima, † cum
non ſolum illud acceptauerit, ſed etiam voluerit
executioni demandare contenta in eo in omnibus,
& per omnia, habendo plenam notitiam, & ſcien-
tiam teſtamenti, & informationem tenoris illius
ſub rogitu notarij de eo rogati, & de tempore, in
quo fuit conditum, & pluries idem teſtamentum
fuiſſe viſum, & lectum, & conſideratum in omni-
bus,& per omnia illud acceptando pro integra ejus
executione,per quę verba ita ampla non poteſt ne-
gari, quod habitus fuit reſpectus etiam ad legiti-
mam,ideò quo ad eam fuit præjudicatum, provt de
ſimilibus verbis,quod habeant vim expreſſæ,& ſpe-
cialis renunciationis,& illi æquipolleant concludit
Pariſ.*conſ* 44.*num* 41. *&* 42.*lib.*2. *& conſi.*1.*nu.*104.
*lib.*3 & veriſſimam opinionem eſſe teſtatur Peregr.
*de fideicommiſſ art.*36 *nu.*89.*&* 90.*fol.*319. Menoch.
*conſ.*71.*num.*21.*lib.*1 Ruin.*conſ.*56.*nu.*12.*lib.*2.Card.
Mantic. *de coniect. vltim.volunt.lib.*7.*tit.*8.*numer.*11.
ad fin.

EPITOME.

Lex municipalis deferens patri hæreditatem fi-
lij,an excludat ſororem,quæ de jure communi ſuc-
cedit fratri cum patre. § Hæreditas adita quando
efficiatur patrimonium adeuntis. § Statutum an
poſſit derogare legibus continentibus jus poſiti-
uum etiam tacitè,abſque eo,quod ſit neceſſaria ex-
preſſio clauſulæ derogatoriæ. § Indefinita an æqui-
polleat vniuerſali in ſtatutis, legibus, & vltimis vo-
luntatibus. § Renunciatio de bonis paternis,& ma-
ternis an comprehendat fraterna. § Statutum quan-
do ſit declarandum juxta jus commune, ſi venit ad
derogationem illius,ſiue præter illud.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas adita efficitur patrimonium adeuntis,& per-*
dit nomen hæreditatis.
2 *Renunciatio de bonis, & hæreditate paterna,& mater-*
na non excludit à fraterna.

3 *Soror*

3 *Soror ſuccedit fratri vnacum patre.*
4 *Vſuſfructus non acquiritur patri ſtante ſimultanea ſucceſſione illius cum filia.*
5 *Statutum poteſt derogare legibus continentibus ius poſitiuum etiam tacitè, abſque eo quod ſit expreſſa clauſula derogatoria, num. 6.*
7 *Statutum deferens patri hæreditatem filij an intelligatur excludere ſororem, quæ de iure communi ſuccedebat fratri cum patre.*
8 *Hæreditas dicitur ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*
9 *Indefinita æquipollet vniuerſali in diſpoſitione legis, & teſtatoris. Idem in ſtatutis, num. 15.*
10 *Statutum debet aliquid addere iuri communi, & non eſſe ſuperfluum.*
11 *Statutum eſt declarandum, vt minus lædat ius commune. Fallit ſi venias ad derogationem illius, vel præter illud. num. 12.*
13 *In claris non eſt opus coniecturis.*
14 *Interpretatio ſtricta eſt facienda in ſtatutis.*

CAPVT DCLXXXV.

RESpectu bonorum fraternorum non videbatur
renunciatio exhibita obſtare renuncianti, cum
ſolùm ſit facta de bonis, & hæreditate patris, & do-
te materna, vnde tanquam ſtricti juris non debet
trahi ad alia bona fraterna, quamvis frater parenti-
1 bus ſucceſſerit, & illorum bona poſſideat, † cum
enim hæreditas eſt adita, efficitur proprium patri-
monium ipſius adeuntis, nec amplius dicitur hære-
ditas, *l. ſed ſi plures, § filio impuberi. ff. de vulg. & pu-
pill.* Gloſſ. *in l. 1. §. veteres, in verb. per vnum. ff. de ac-
quir. poſſeſſ.* latè Menoch. *conſi.* 114. *num.* 5. *lib.* 2. Ceph.
conſi. 493. *n.* 41 *lib.* 4. Barboſ. *in rubr ff ſolut. matrim.
p.* 4. *n.* 19. & 20. cum aliis per Rot. coram R.P.D. An-
drea Romana domorum 10. Iunij, 1616.

Et ita in ſpecie, quod talis renunciatio non excludat
renunciantem à bonis fraternis tenent communiter
2 † Doctor. *in c. quamvis.* vbi Couarr. *p.* 3 § 3. *num.* 2. *de
pact. in* 6. Guter. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 80. *numer.* 5.
Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.* 10. *nu.* 16. Caſtill.
de vſufruct. cap. 1. *num.* 63. & 64. Menoch. *conſi.* 1. *num.*
460. & *conſi.* 160. *nu.* 3 *lib.* 2. Rom. *conſi.* 168. *in princ.*
vbi latè Mandoſ. *in verb. perſona.* Rot. *decif.* 38. *num.* 2.
p. 1. *in recentioribus.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 18.
num. 176.

Cum igitur non obſtet renunciatio, non prohibebitur
Eliſabeth agere ad hæreditatem fraternam Domi-
3 nici, † cui de jure communi ſuccedit vna cum patre
auth. defuncto, Cod. ad Tertullian. Adeo vt talis portio
acquitatur filiæ tam in proprietate, quam in vſufru-
ctu, cum in hoc caſu, ſtante ſimultanea ſucceſſione
4 patris, & filiæ, † non ſit acquiſitus vſusfructus patris
auth. item hæreditas, C. de bon quæ liber. Aym. *conſi.* 37.
in fin. Rolaod. *conſi.* 95. *num.* 49. *lib.* 1. & *conſi.* 90. *num.*
24. *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 198. *col.* 4 *lib.* 6. Socin *conſi.* 34.
col. 3. *in fin. num.* 7. *qu.* 3. *lib.* 1. Aret. *conſ.* 72. *dub.* 3. Surd.
conſ. 116. *num* 40. & 41. *lib.* 1.

Verum, ne in litibus immoremur, contrarium eſt di-
cendum, quia prædicta procedunt de jure commu-
ni, quod in caſu noſtro non habet locum propter
diſpoſitionem ſtatuti, vbi filio ab inteſtato defun-
cto ſuccedit pater, & ſi patrem non habuerit, ſucce-
5 dunt fratres. † Vnde apparet fuiſſe derogatum *auth.
defuncto, Cod. ad Tertullian.* Nam ſimilibus legibus
continentibus jus poſitiuum poteſt per ſtatutum
derogari non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè, cum
ſufficiat quoquo modo etiam per conjecturas ap-
6 parere de voluntate ſtatuentium, † neque enim eſt
neceſſaria expreſſio clauſulæ derogatoriæ: Me-
noch. *conſ.* 94. *num.* 14. *poſt princ.* & *num.* 31. & 32. *lib.*
1. Boar. *decif.* 123. *numer.* 4. *poſt med. verſ. ſed contra-
rium.* Romao. *conſ.* 44 *num.* 5. & 6. Socin. Iun. *conſ.* 93.
num. 7. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 13 *num* 9. *verſ. tertio præmit-
to.* Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 11. *lib* 3: juxta notata per Bart.
& alios *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in §. fin.
inſtit. de legit. agnat. tut.*

Quod autem ſtatuentes voluerint derogare *dict. auth.
7 defuncto. Cod. ad Tertullian.* † apparet, dum in ſtatuto
diſponitur, quod hæreditas, vel bona filij ab inte-
ſtato defuncti vndecumque ſibi obuenerint, de-
ueniant, & deuenire debeant, & in ipſis bonis, &
hæreditate ſuccedere debeat pater, vel auus pa-
ternus, ſi patrem, vel auum habuerit, ſi vero non
habuerit patrem, vel auum paternum, ſuccedat fra-
ter, vel fratres vtrinque conjuncti, vel ex latere
patris tantum, ex quibus verbis colligitur patrem
ſolum vocatum eſſe, quia cum ſtatutum deferat
illi hæreditatem filij, intelligitur de tota hæredita-
8 te diſpoſuiſſe, cum † hæreditas ſit ſucceſſio in vni-
uerſum jus defuncti, *leg. nihil aliud* 24. *ff. de verb.
ſignificat.* Rebuff. *in leg. pecunia* 178. § *hæreditas, in
princ. & in leg. hæreditatis* 119. *num.* 1. *ff eod. tit.* Nam
10 diſpoſitionibus legis, ſtatuti, hominis, teſtatoris
9 loquentibus de hæreditate, iſta † indefinita æqui-
pollet vniuerſali, & intelligitur de tota, *leg. ſi ex plu-
ribus. ff. de legat.* 2. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim.
volunt. lib.* 3. *tit.* 4. *nu.* 12. Menoch. *conſ.* 397. *n.* 12. *lib.*
4. & *conſ.* 1157. *nu.* 4. *lib.* 12. Cum igitur tota hæredi-
tas filij ad patrem deueniat, neceſſariò ſequitur, vt
frater in ea nullam portionem habeat, qui ſolum
vocatur non exiſtente patre, vt in eodem ſtatuto
diſponitur.

Maximè quia ſi filius cum patre concurreret in d. hæ-
reditate, ſtatutum fuiſſet ſuperfluum, cum nihil
10 adderet juri † communi, *leg. ſi quando, de legat.* 1.
cap. ſi papa, de priuileg. in 6. Roman. *conſi* 44. *num.* 6.
Vnde tale ſtatutum non erit interpretandum, & re-
ſtringendum juxta diſpoſitionem *dict. auth. defuncto,*
11 *Cod. ad Tertullian.* † Nam licet regulariter ſtatuta
recipiant interpretationem à jure communi, vt mi-
nus illud lædatur *leg. fin. §. in computatione. Cod. de
iur. deliber. l. Cæſar ff de publican.* Gloſſ. *in cap. cum di-
lectus, de conſuetud.* Bald. *in l. ea lege. Cod. de condict. ob
cauſ.* Tamen quando ſtatutum venit ad derogatio-
12 nem juris communis, † vel præter illud, non recipit
aliquam interpretationem, quando enim aliquo
modo apparet per conjecturas, præſumptiones, &
rationes voluiſſe ſtatuentes ab eo recedere, non eſt
quærenda alia interpretatio: Bald. *in leg. ſi nobis* 28.
num. 2. *Cod. ad leg. Iul. de adulter.* Socin. *conſi.* 150. *col.*
28. *in fin. nu.* 38. *lib.* 1. & *conſi.* 52. *nu.* 3. *lib.* 3. Honded.
conſi. 24. *n.* 7. *li.* 1. Rolan. *de lucr. dot. q.* 30. *n.* 13. Gozad.
conſi. 19. *n* 19. Menoc. *conſ.* 4. *n.* 30. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 91.
13 *n.* 12. *li.* 3 † Quaſi in claris non ſit opus conjecturis,
& interpretationibus, *leg. continuus §. cum ita ff de
verb. oblig. l. ille aut ille. §. cum in verbis ff. de legat.* 3.

Neque obſtat, quod indefinita non videatur æquipol-
14 lere vniuerſali in ſtatutis, † quæ tantum admittunt
ſtrictam interpretationem Crot. *in leg. omnes populi.
nume.* 167 *de iuſtit. & iur.* Quia verior eſt contraria
15 ſententia, † vt teſtatur Menoch. *conſi.* 4. *num.* 28. *lib.* 1.
poſt Bart *in dict. l. omnes populi, num.* 57. Bald. & Ang.
in leg. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. prædior. Cagnol.
quæ de communi *in l.* 1. *num.* 10. *poſt prin. de regul. iur.*

Contarr. *lib. 1. var. reſol. c. 13. num.* 8. *verſ. quarto bine patet.* Felin. *in c. cum omnes. num. 16. de conſtitutionibus.* Dec. *in l. 1.* vbi Curt. Iun. *n. 9. ff. ſi cert. petat.* Nell. *in tract. de bannit. par. 2. ſecund. temp. qu. 75. incip. ſtante ſtatuto.* Archid. & Cardin. *in cap. ſi Romanorum, ad fin. diſtinct. 19.* Bald. *de ſtatut. in verb. indefinita.* Dyn. *in rubr. de reg. iur. in 6.* Maximè quando alias ſtatutum eſſet ſuperfluum, & eluſorium, provt eſt in caſu no-
16 ſtro, † cum ſufficeret jus commune, vt dictum eſt, tunc enim etiam receditur à proprietate verborum: Cagnol. *in l. 1. n. 10. in fin. de reg. iur.* juxta *l. ſi ſtipulatur facto per te non fieri. ff. de verb. oblig.*

EPITOME.

Emens aliquid pro nominando an ſtatim acquirat dominium nominato. ¶ Et an ex tali contractu debeatur vnicum laudemium. ¶ Soluens pro debitore quando poſſit petere ceſſionem à creditore invito. ¶ Et quid ſi pro debito adſit hypotheca bonorum. ¶ Vel quando non nocet cedenti, & prodeſt illam petenti. ¶ Obtinens committi cauſam juxta *l. diffamari. Cod. de ingen. & manumiſſ.* an dicatur actor quo ad probationem jactationum, & ordinationem judicij, & deciſionem. ¶ Appellatio quando ſit interponenda infra decem à die latæ ſententiæ, vel notitiæ. ¶ Proceſſus per contradictas an valeat ſi adeſt veriſimilis notitia procuratorum. ¶ Et an requiratur eorum citatio in alia cauſa connexa illi, in qua fuerunt conſtituti. ¶ Et quando ſit probanda abſentia procuratoris. ¶ Moleſtationes & jactationes, tam judiciales, quam extrajudiciales, quo caſu probentur per ſuſtentationem litis.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem pro perſona nominanda ſtatim acquirit dominium nominato, & ex tali contractu vnicum debetur laudemium, num. 2.*

3 *Æſtimatio debet præcedere, quando bona venduntur ſub haſta.*

4 *Actus eſt nullus non ſeruata forma ſtatuti.*

5 *Depoſitum eſt faciendum in loco publico apud ædem ſacram, & deponenti ſolum incumbit interpellare creditorem ad recipiendam ſolutionem, alias videndum depons. num. 6.*

7 *Depoſitum non debet fieri de expenſis, ante illarum liquidationem.*

8 *Offerens, ſeu ſoluens pro debitore poteſt petere ceſſionem à creditore etiam inuito, ſi pro debito aderat hypotheca bonorum, ſecus ſi illa non adeſſet. num. 9.*

10 *Ceſſio non eſt deneganda de æquitate, quando nullum damnum infertur cedenti, & prodeſt illam petenti.*

11 *Obtinens committi cauſam iuxta* l. diffamari. C. de ingen. & manum. *dicitur actor quo ad probationem iactationum, & ordinationem iudicij, non autem quo ad deciſionem. num. 12 & 13.*

14 *Sententia abſque probationibus eſt nulla, maximè ſi fuerit proteſtatum nihil fieri, niſi verificatis verificadis,*

15 *Sententia nulla non tranſit in iudicatum.*

16 *Appellatio debet interponi infra decem à die lata ſententia, ſecus in contumaco, qui appellat à die habita notitia. num. 17.*

18 *In dubio præſumitur appellatum infra legitimum tempus à die notitia ſententia.*

19 *Non poteſt procedi per contradictas, vbi adeſt veriſimilis ſcientia procuratorum. num. 25. & requiritur eorum citatio in negotio connexo cauſa, in qua fuerunt conſtituti, num. 26. & 27.*

20 *Moleſtationes & iactationes probantur per ſuſtentationem litis. Declara vt num. 21. 22. & 23.*

24 *Sententia eſt nulla, ſi feratur per Iudicem habentem iuriſdictionem limitatam ſuper iactationibus, ſi illæ prius non ſint verificata.*

28 *Proceſſus per contradictas non ſubſiſtit, nec probata abſentia procuratorum.*

CAPVT DCLXXXVI.

FVit ſubhaſtata, & deliberata domus Curtio pro perſona nominanda, & poſtea per eum nomi-
1 natus eſt ipſemet creditor, † qui illam fecit ſubhaſtari, & deliberari, ex quo claré conſtabat illam fuiſſe deliberatam eidem creditori, tanquam cum eo ſit contractum, & ſtatim ipſi acquiſitum dominium, quod nullo tempore permanſit apud nominantem, ſed ſemper penes nominatum, quaſi nominatio fiat
2 pro executione primi contractus, † ita vt vnicum debeatur laudemium, & vnica gabella: Rimin. Iun. *conſ. 163. num. 11. & per tot. lib. 2. & conſ. 591. num. 1. lib. 5.* poſt Anchar. *conſ. 127. ad dubia elicita, col. 1.* Surd. *deciſ. 181. in fin. & deciſ. 226. in princ.*

Quo ſtante ſubhaſtatio, & deliberatio eſt notoriè nulla, cum non præceſſerit æſtimatio, quæ debet præcedere, quando bona venduntur ſub haſta, & dan-
3 tur creditori ad euitandum fraudes, † quæ poſſent committi in præjudicium debitoris circa juſtum pretium, & valorem rei ſubhaſtatæ: Caſtr. *in leg. ſi quos 16. num. 2. Cod. de reſcind. vend. & conſ. 156. viſis actis & actitatis, in princ. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 258. nu. 8. verſ. quarta ratio.* Roland. *conſ. 32. n. 13. lib. 1.* Iodoc. *de ſubhaſtat. cap. 3. nu. 11. tom. 6. p. 1. fol. 79.* Math. Colet.
4 *de proceſſib. executiu. cap. 9. n. 3. num. 97.* † Cum etiam vltra jus commune, adſit ſtatutum Arretinum, in quo præcisè mandatur talem æſtimationem prius faciendam eſſe, ita vt non ſeruata forma dicti ſtatuti, actus ſit nullus: Bald. & Imol. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* Iaſ. *conſ. 165. ante fin. lib. 2.* cum alijs per Tiraq. *de retract. conuent. gloſſ. 6. §. 4. nu. 31. vſque ad 34.* Et hoc ſolum de ſtatuto ſufficit, quidquid poſſet dubitari de jure communi ex his, quæ dixi *ſupr. cap. 7. num. 22.*

Et vltra dictam nullitatem, adeſt etiam injuſtitia deliberationis ejuſdem domus propter oblationem, & depoſitum, cum conſignatione cedulæ in actis, quibus ſtantibus non poterat vlterius per Judicem
5 procedi, † cum ſufficiat depoſitum fieri in loco publico apud ædes ſacras, provt factum fuit, cum ſimus in depoſito judiciali, *leg. acceptam. C. de vſur. l. qui mutuam. §. 3. verſ. ac publicè depoſuit. ff. mandat.* Alex. ad Bart. *in leg. ſi ſoluturus ff. de ſolutionib.* Tiraq.
6 *de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 7. nu. 11.* †, & deponenti ſolum incumbit onus intimare aduerſario, vt veniat ad recipiendam ſolutionem, qua interpellatione facta, rectè proceditur ad depoſitum, *l. 2.* & ibi Salic. *in 1. notab. C. de vſur.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 3. num. 5. & 6.*

Et depoſitum fuit integrum, immo excedens debitum prætenſum pro ſorte, & fructibus, & expen-
7 ſis, quamvis pro dictis expenſis non opus eſſet aliquo depoſito ante illarum liquidationem, quarum liquidatio ſpectabat Aduerſario, & regulare eſt, vt quis non conſtituatur in mora ſoluendi, ſeu deponenti pretium incertum, vel debitum illiquidum, *leg. in fideicommiſſis. in prin. de vſur.* & ibi Bald. *in lectur. antiq. & in l. acceptam, oppoſit. 6. C. eod.* Ang. *in l. 4. §. ait prætor, de re iudic.* Alex. *in l. ſi inſulam, col. 8.*

col. 8. verſ. octauo fallit. ff. de verb oblig. & conſil. 49. col. 1. verſ. & præſertim lib. 2.

Et qnamvis prætendatur idem depoſitum fuiſſe conditionale propter ceſſionem jurium in eo petitam,
8 † Tameo ceſſio erat de jure facienda ipſi mulieri
ſoluenti de propriis pecuniis, cum ſimus in debito,
pro quo erant omoia bona bypothecata, quo caſu
offereos, ſeu ſoluens pro debitore poteſt cogere
primum creditorem etiam inuitum ad cedeodum
ſibi jura, liberando rem ab bypotbeca ipſius creditoris, & ſuam confirmando: Bart. *in leg. Ariſto, quæſt. 2. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. & in l. 1. Cod. qui potior. in pignor.* Bald. *in l. nulla 5. ad fin. C. de ſolutio.* Neguſ. *de pignor. 3 memb. 5. p. n. 10.* latè Carthar. *deciſ. Genua*
9 *61. nu. 11. vſque ad 15.* † Contraria autem procedunt
in creditore abſque bypotheca ſoluente, ſeu offerente, qui licèt liberet debitorem, noo tamen poteſt
impetrare ceſſionem, cum ſecus ſit, quando, provt
in caſu noſtro, adeſſet bypotbeca, provt ita communiter diſtinguunt omoes *in dict. l. nulla. Cod. de ſolutionib.* cum aliis per Carthar. *dict. deciſ. 61. nu. 14.*

Quæ ceſſio etiam ea æquitate erat facienda, nam fuit
10 petitum, vt crederentur jura talia qualia, † ita vt
contra cedentem non poſſent retorqueri, quo caſu
ſemper debent cedi, cum oullum damnum ſit creditoris, & proſit petenti ceſſionem *l. in creditore 38.* vbi Glo. *in verb. quod ſine ſtipendio, ad med. verſ. item nota ff. de euiction. l. mulier. ff qui potior. in pign. hab. l. recuſare §. Titius, ad Trebellia.* Franc. *deciſ. 55. num. 5.* poſt Dec. *conſi. 104 & diligenter, col. 1. ante med. verſ. tertio facit nu. 2.* Bart. *in l. 2. in princ. ff. ſolut. matr.*

Pendente lite in huiuſmodi cauſa Amerina domus coram R. P. D. Andrea ſuper nullitate prædictæ ſubhaſtationis, eum bis fuiſſet dubium propoſiuum in Rota, non fuit capta aliqua reſolutio, Vnde qui ſe fundabant ſuper validitate ſubhaſtationis, ſub prætextu, quod eorum Aduerſarij eſſent abſentea ab Vrbe, per audientiam contradictarum non ſeruatis ſeruandis ſententiam fauorabilem obtinuerunt ab eodem R. P. D. Andrea io qua fuerunt abſoluti à nullitate ejuſdem ſubhaſtationis, cum coodemnatione partis io expenſis, quare iterum commiſſa cauſa R. P. D. Pamphilio, fuit coram eo diſputatum de juſtitia, & validitate bujuſmodi ſententiæ & die 4. Martij 1619 concluſum fuit non conſtare de aliqua re judicata, provt prætendebatur, quia juſtitia fuit lata juxta terminos *leg. diffamari. Cod. de ingen. & manumiſſ.* ad fauorem Dionyſij, & Matthię,
11 † qui tanquam diffamati obtinuerant cauſam committi, vnde quo ad probationem jactationum erant
actores: Bald. *in leg. non cogendum. § ſi procurator. num. 3. ff. de procurator.* Contard. *in dict. leg. diffamari, qu. 1. num. 2.* vbi quod procedit reſpectu ordinationis ju-
12 dicij, † non deciſionis: Iaſ. *in leg. de pupillo. §. qui procurator num 4. ff. de non. oper. nunc.* Et tamen non con-
13 ſtar, quod juſtificauerint tales jactationes, † provt
ante omnia facere debebant: Bald. *in l. 2 Cod. ne fil. pro patr.* Cagnol *in dict. l. diffamari. num. 6.* & ibid. Contard *quæſt. . num. 45 fi. 86. C. de ingen. manumiſſ.* Rom. *conſ. 53. num. 1. & 2.* vbi Mandoſ. *in verb. impetrare.* Boer. *deciſ. 255. num. 7. ad fin.* Menoch. *conſ. 366. num. 1. lib 4*

Stante præſertim proteſtatione expreſsè facta per Benedictum, & Antonium contra quos commiſſio fuit per Dionyſium obtenta, quod nihil aduerſus eos fieret niſi verificatis verificandis, & ſeruatis ſer-
14 uandis, † per quam proteſtationem magis eſt dicendum, quod ſententia abſque hujuſmodi probatiooe ſit nulla, *c. 1.* vbi Gloſſ. *in verb. sacrè, de iuram.*
15 *calumn. in 6.* Put. *deciſ. 398. num. 2.* † Vnde minus poterat talis ſententia io judicatum tranſire: Cardin. Seraph. *deciſ. 1469. num. 3.*

Prætetea quamvis in iſta cauſa noo fuerit appellatum
16 infra decem dies à die latæ ſententiæ † juxta *cap. quo ad conſultationem, de re iudicat.* Tamen ſeotentia fuit lata per audientiam contradictarum cootra Beoedictum, & Antonium, qui ſe ab Vrbe
17 abſentarunt, & ſic contra fictos contumaces: † Ideò
bene potuit per eos appellari intra legitimum tempus à die habitæ notitiæ: Rot. *deciſ. 12. & 16. de dol. & contumac in nou. & deciſ. 46. de appellat. in antiq.* Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. 3. num. 11.* Provt paſſim fictus contumax appellat infra decendium à die
18 notitiæ: Rot. *diuerſ. deciſ. 55. num. 3. p. 1.* † vbi etiam
quod in dubio præſumitur fuiſſe appellatiooem interpoſitam infra legitimum tempus à die habitæ notitiæ. Rot. *deciſ. 39. de appell. in nou.* Ægid. *deciſ. 349.*

Maxime qoia Benedictus, & Antonius dimiſerunt in Vrbe plures procuratores, qui licèt non reperirentur conſtituti in actis hujus cauſæ jactationis, & jactationum, ſed coram Auditore Cameræ. Tamen cum ibi fuerit facta ſubhaſtatio citatis eiſdem
19 procuratoribus, † oon poteſt denegari notitia procuratorum, & per conſequens non erat procedendum per contradictas contra eos tanquam abſentes, & cootumaces, Mohedan. *deciſ. vlt. de iud.*

Hactenus deciſio, à qua cum per Dionyſium fuiſſet multum reclamatum, & petitum iterum audiri,
20 † prætendebatur probatas eſſe moleſtationes, & jactationes per ſuſtentationem litis: Lapus *alleg. 64. in fin.* Vant. *de nullitat. ex defect. proceſſ nu 65.* Ve-
21 rum ex iſtis oulla probatio cenſetur facta. † Quia
prædicti Doctores loquuntur de poſſeſſore dicente in judicio ſe poſſidere, ſi enim in poſſeſſione turbatus agat contra turbantem, qui ſe judicialiter opponit, per talem oppoſitionem videtur dicere, quod actor non poſſidet, & ſic turbat eum poſſeſſione, ita vt noo requiratur alia probatio turbationis, & moleſtiæ: Milius qui ità declarat *in verb. turbatio qualiter fieri, poſt med. verſ. quartò ſi poſſeſſor dicens.* Alex. latè multos adducens *conſi. 73. v. detur prima conſideratione. num. 1. lib. 3. & conſ. 52. num. 5. in fin. lib. 2.* bene Ruin. *conſ. 106. n. 21. lib. 5.* Affl. *dec. 394.*
22 *n. 7. & 8.* vbi † ita diſtinguit in judiciali, ſeu extrajudiciali moleſtia, & turbatione: Dec. *conſi 694. pro reſolutione eorum, num. 12. in fin.* Compoſtell. Ioa. Andr.
23 & Cardin. *in cap. mandatum 38. de reſcript.* † Aliud
eſt in caſu ooſtro, in quo tractatur de moleſtationibus extrajudicialibus, quæ ſunt juſtificandæ, cum actor, antequam petat termioum aſſignari aduerſario, vt doceat de jure ſuo, debeat probare, quod idem aduerſarius diffamauit. Milina *in verb. agens conditione, in princ. & ad med.* poſt Bart. *in l. Titia, in fin. ff. de accuſat.* cum aliis de quibus *ſupra in verſ. pendente lite. num. 11.*

Immo neque adeſt aliqua ſuſtentatio litis cum nullus comparuerit, & fuerit proceſſum per contradictas, nec per Aduerſarium doctum de moleſtationibus extrajudicialibus, & conſequenter apparet de nullitate ſententiæ latæ per Iudicem,
24 † qui habebat juriſdictionem limitatam ſuper de
jactationibus, quibus non verificatis ſententia eſt omnino oulla, & non tranſit in judicatum,

Felin. *in cap. ſuper literis, num.* 15. *de reſcript.* Card. Seraphin. *deciſ.* 493. *num* 4.

Cum etiam ſemper maneat firma ratio ſupra adducta, & in deciſione comprobata, quod non potuerit procedi per contradictas, quia aderant procuratores, non obſtante, quod ex aduerſo prætendatur, quod conſtitutio dictorum procuratorum fuerit facta in diuerſa cauſa. Nam hoc nihil refert, ſumus enim in dependentibus à prima cauſa ſubhaſtationis domus, in qua fuerunt ſemper citati tales procuratores, vnde etiam debebant citari in hujuſmodi
25 cauſa, † cum ſaltem ſufficiat, quod Aduerſarius haberet ſcientiam, quod adeſſent aliqui defenſores pro abſentibus, ob quam notitiam, nulla æquitas ſuadebat, quod procederetur contra abſentes, qui reliquerant procuratores, quos ipſe aduerſarius approbauit pro talibus, etiam quod in diuerſis cauſis eos approbaſſet, licet vt dictum eſt, non poſſit negari dependentia iſtius cauſæ ad aliam, in qua iidem fuerunt citati, cum cauſa eſſet ſuper jactationibus
26 domus deliberatæ nulliter, & de facto, † & ſic erat negotium connexum, vel ſaltem habens aliquam conſequentiam à primo judicio, tunc enim poterant tales procuratores proſequi, & interuenire pro abſentibus: Bart. *in l. damni,* §. *ſi is qui, nu.* 2. *ff. de damn. infect.* Bellamet. *in cap. non inſte, poſt med. de procuratorib.* Rot. *deciſ.* 692. *num.* 2. *in fin. p.* 2. *in recentioribus.*

Neque obſtat, quod tales procuratores fuiſſent limitatè conſtituti ad vnam cauſam tantum, Cum potius
27 per † Aduerſarium fuerint generaliter approbati pro procuratoribus Benedicti, & Antonij, vnde illi erant citandi, omiſſo proceſſu per contradictas: Bellam. *deciſ.* 680. Caputaq. *dec.* 155. *p.* 3. Mohedan. *deciſ. vlt. de iudic.* Rot. *deciſ.* 486. *nu.* 2. *in fin. p.* 2. *in recentio-*
28 *rib,* † vbi quod etiam ſi prætenderetur abſentia talium procuratorum, non valeret hujuſmodi proceſſus, niſi illa prius probaretur, cum tanquam quid facti non præſumatur, *l. in bello,* §. *facta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Et ita ex prædictis fuit iterum deciſum pro nullitate ſententiæ latæ per audientiam contradictarum coram R.P.D. Pamphilio in hujuſmodi cauſa Amerina domus, 14. Nouembris, 1619. confirmando deciſionem prius in eadem cauſa factam 4 Martij, 1619. coram eodem.

EPITOME.

Repræſentatio an admittatur in diſpoſitione hominis, & legis, ſi non tractetur de excludendo aliquem à ſucceſſione, ſed tantum vt nepos concurrat cum patruo. ¶ Verba quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita an inducant repræſentationem tam in ſucceſſione aſcendentium, quàm tranſuerſalium. ¶ Et an cenſeantur repetita in omni gradu ſubſtitutionum. ¶ Nepotes quando veniant appellatione filiorum in fideicommiſſis. ¶ Et quid ſtante clauſula in ſtirpes, & non in capita. ¶ Vel quando agitur de fauore nepotis, & non de onere inducendo. ¶ Vel in conditione collocata in futurum euentum.

SVMMARIVM.

1 *Repræſentatio admittitur tam in diſpoſitionibus legis, quàm hominis, maximè ſi non tractetur de excludendo aliquem à ſucceſſione, ſed tantum vt nepos concurrat cum patruo, num.* 2.

3 *Verba quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita nil aliud inferunt, niſi quod filij repræſentent perſonam patris. & num.* 9. *Amplia etiam in ſucceſſione tranſuerſalium, nedum aſcendentium. num.* 4.

5 *Verba in ſtirpes, & non in cap. ia cenſentur repetita in omni gradu ſubſtitutionum.*

6 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in fideicommiſſis. Fallit quando non agitur de onere inducendo, ſed tantum de fauore nepotis, vt in eis ſuccedat. num.* 7. 12. & 13.

8 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, ſi teſtator voluit ſuccedi in ſtirpes, & non in capita, & quando ſumus in conditione collata in futurum euentum. num.* 10.

11 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, ſi in aliis partibus eiuſdem teſtamenti ſub eorum nomine ſunt comprehenſi.*

CAPVT DCLXXXVII.

Pro fideicommiſſo videtur concludendum ad fauorem Antonij. Nam ex teſtamento apparet fuiſſe vocatas filias Luciæ, cui quemadmodum ſuccederet Aurelia filia, ita etiam debet in ejus locum admitti Antonius tanquam repræſentans Aureliam
1 ſuam matrem, † cum tam in diſpoſitione legis, quam hominis detur iſta repræſentatio: Gloſ. *in leg. cum ita* 33. §. *in fideicommiſſo, in verb. primo. ff. de legat.* 2. quam communiter approbatam eſſe teſtatur Alex. *conſi.* 26. *nu.* 13. *verſ. præterea. lib.* 3. Aym. *conſi* 67. *nu.* 5. cum aliis latè adductis per Roland. *conſi.* 68. *nu.* 31. *vſque ad* 44. *lib.* 1. Bero. *conſ.* 93. *nu.* 35. *poſt princ. lib.* 1. Menoch. *conſi.* 124. *nu.* 81. *lib.* 2. Couarr. *pract. qu. c.* 38. *num.* 4. *in fin.*

Maximè quia in caſu noſtro non tractatur de excludendo aliquem à ſucceſſione, ſed tantum, vt nepos
2 concurrat cum † patruo, tunc enim Doctores dicunt eſſe indubitatam concluſionem, quod detur repræſentatio, quæ inuenta eſt ex æquitate, per quam ſuadetur, vt ille non excludatur, cum alium non excludat Ioan. de Anan. *conſi.* 89. *nu.* 3. Alex. *conſi.* 44. *n.* 10. *lib.* 5. Socin. Iun. *conſi* 20. *nu.* 6. *poſt princ. lib.* 3. Decian. *conſi.* 29. *n.* 10. *in fi. lib.* 1 per text. *in* § 1. & § *ſi quis igitur defunctus, il* 2. *verſ. huiuſmodi vero priuilegium.* vbi Ang. *num.* 6. *auth. de hæredib. ab inteſt. venientib. l. auunculo. C. commun. de ſucceſſionib l.* 2. *C. de ſucceſſor. edict.* & voluit etiam Rot. coram Sanctiſſimo & R. P. D. Robuſterio Romana fideicommiſſi de Gabrielibus, *verſ fundatur autem, in fi.* 13 Ianuarij 1582.

Quod etiam colligitur ex mente teſtatoris volentis admittere hujuſmodi repræſentationem, cum in eodem teſtamento voluerit, quod Lælius, & Octauius ipſius nepotes repræſentando perſonam Alexandri patris concurrerent ſimul cum Horatio eorum patruo, quod etiam eſt in ſubſtitutione, de
3 qua agimus, † dum diſpoſuit, quod ſuccedatur in ſtirpes, non in capita, quæ verba nil aliud inferunt, niſi quod filij repræſentent perſonam patris. Nam ſtirps conficitur ex pluribus & diuerſis gradibus, & reputatur vnum corpus ex toto ipſo genere, & ideo nulla eſt differentia inter paulò proximiorem, & paulò remotiorem, cum hic paulo remotior ratione vnitatis æquetur proximiori, vnde non mirum, ſi detur repræſentatio Caſtr. *conſi.* 438. *quantum ad primum, col. vlt. ad med. verſ. ad ſeptimum reſpondetur. numer.* 5. *lib.* 2. Socin. *conſi.* 69. *viſo teſtamento. col.* 3. *in princip. verſi. ideo autem dixi in ſtirpem. lib.* 3. Burſatt. *conſi.* 67. *num.* 22. & 23.
4 *lib.* 1. † vbi etiam quod hoc procedit in ſucceſſione tranſuerſalium, nedum aſcendentium latiſſimè Ioſeph,

Ioſeph.Ruſtic. ad l.cum auus, lib.6. cap. 12.num 50. vſque ad 54.de condit.& demonſtr.vbi etiam ampliat quamuis nepotes non eſſent ſic ceſſuri ab inteſtato contra Card.Mant. de coniectur.vltim. volunt.lib. 8.c.8 n.18.Pariſ.qui de communi conſ 92 nu. 68.& 69.lib.2.per text.apertum in §.1.inſi auth.de heredib, ab inteſt venient.late Menoch.conſ 124.nu.64 vſque ad 74.lib.2.& præſumpt.94.n 29. lib. 4. & præſumpt. 95.nu.35.eod.lib. Peregr. de fideicomm. art.20.num.8.

5 & art.21.nu.18. † ita vt etiam dicta verba in ſtirpes, & non in capita cenſeantur repetita in omni gradu, & non in primo tantum, niſi contrarium expreſsè colligatur ex mente teſtatoris, cum alias in dubio illam debeamus interpretari ſecundum ius commune, per quod nepotes admittuntur cum patruo in ſtirpes, maximè, quia hoc eſt magis fauorabile & æquum, quo caſu vna pars teſtamenti per aliam declaratur, l.qui filiabus, de legat 1.& in ſpecie, quod de omnibus gradibus intelligatur notat Decian.conſ.28.nu.28.& 19.lib.1.Menoch. conſ.124.n. 74.& 75 lib 2.

Neque obſtat, quod filiorum appellatione non ve-
6 niunt nepotes in fideicommiſſis.† Curt. Sen. conſi. 45.Roland.conſ.41.nu 26.lib. 4. cum aliis per Honded.conſ 60 nu.61.vſque ad 74 lib.2. Quia contrarium eſt verius, quando non imponitur onus hæredi reſtituendi prout in caſu noſtro, in quo iam fideicommiſſum eſt inductum per exiſtentiam filiorum Luciæ, & hæres per excluſionem Antonii non releuatur ab onere reſtituendi portionem, quam reſtituere teneretur etiam ſi adeſſet vnus tan-
7 tum filius Luciæ. † Vnde cum hic non agatur de onere inducendo, ſed tantum de fauore nepotis, vt ſuccedat in fideicommiſſo porificato, ſemper nepus venit appellatione filij ; Card. Mant. de coniect.vlt.volunt.lib 8.tit 8.nu.19. Alciat. conſ.69.num. 10.poſt princ.libro 9 tom.3.cum aliis per Ruſtic. ad l. cum auus, lib 6.c 12 de cond. & demonſtr.

Accedat, quod teſtator voluit ſuccedi in ſtirpes, non
8 autem in capita, vt dictum eſt, quo † caſu filiorum appellatione veniunt etiam nepotes: Cort. Iun. conſ.161 colum.2.in princ.verſ confirmatur.Socin.Iun. conſ.1.num.44 verſ.& quod iſto caſu,lib.3.latè Ruſtic. ad dict.l.cum auus.lib.6.c.12.n. 54.cum ſeq Menoch.
9 præſumpt.94 nu.29.lib. 4. † Exemplo repræſentationis, quæ datur filio, vt ingrediatur in locum patris in ſucceſſione fideicommiſſi, quando teſtator ſubſtituit filios in ſtirpes, non in capita, vt dictum eſt ſupra num 3.& notat idem Menoch. præſumpt. 195. nu.35.lib.4.

Cum etiam ſimus in conditione incerta, & collata in futurum euentum, in quo caſu teſtator non pote-
10 rat ſcire † an eſſent filij vel nepotes ſuperſtites, & per conſequens cenſetur ſenſiſſe de nepotibus, maxime, quia ſunt etiam vocati tam maſculi, quàm fœminæ, vt per Card.Mant de coniect. vltim.volunt. lib.8.tit.8 num.21.& 22.

Prætetea in aliis partibus eiuſdem teſtamenti ſub nomine filiorum dicuntur comprehenſi nepotes iux-
11 ta l.Lucius,de heredib inſtituend.Vnde † etiam in iſta parte idem eſt dicendum cum vna pars teſtamenti declaret aliam l.vtrum de petition heredit.& in ſpecie notat Aym.conſ.155.col.3.in fin. verſ. octauo conſidera,n.8.Maxime, quia ſi veniunt nepotes appellatione filiorum,quando filij ſunt poſiti in conditio-
12 ne, † quæ debeat adimpleri in forma ſpecifica, l. menius,de cond & demonſtr Multò magis debent venire in caſu noſtro, in quo ſunt inſtituti & honora-
13 ti, † ac de ipſorum fauore agitur: Cephal. conſil. 362.n.7.lib 2.Dec.conſ.391. in caſu propoſito qui non paruam,col.2 ad med. verſ. vnde cum in iſta parte teſtamenti, n.3.

EPITOME.

Fructus legitimæ, & eius ſupplementi an debeantur abſque mora. ¶ Et ad hunc effectum an æquiparetur mora ciuilis, & naturalis. ¶ Et quid in legitima parentum. ¶ Et in ea, quæ conſiſtit in pecuniis. ¶ Et quando iſtæ ſubrogantur loco corporum hæreditariorum. ¶ Vel ſi erant reinueſtiendæ. ¶ Vel non ſteterunt otioſæ. ¶ Et quid ſi fructus ſunt conſumpti bona fide per hæredem. ¶ Legatum an ſit ſoluendum cum fructibus, quamuis conſiſtat in quantitate, & debeatur locis piis. ¶ Taxatio fructuum an ſit facienda ad minus lucrum, quod percipitur. ¶ Supplementum legitimæ an petatur contra voluntatem teſtatoris. ¶ Augmentum proueniens ex fructibus rerum hæreditariarum poſt obitum teſtatoris, an augeat legitimam. ¶ Impugnans actum, quando ex eo iuuetur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt ius vniuerſale, in qua filius dicitur heres ſecundum quid.*

2 *Fructus augent legitimam ſicut hereditatem, & aliud ius vniuerſale.*

3 *Fructus legitimæ debentur etiam nulla exiſtente mora, nu.4. & ad hunc effectum æquiparatur mora ciuilis, & naturalis, nu.5. Idem in legitima parentum, n. 8. Fallit in hereditate conſiſtente in pecuniis, nam tunc requiritur interpellatio, vt fructus legitimæ debeantur, n.10. & 28.*

6 *Legitima eſt debita filio vna cum fructibus etiam conſumptis per heredem.*

7 *In petitione ſupplementi legitimæ veniunt fructus à die obitus abſque vlla mora.*

9 *Quod impedit vſucapionem rei impedit etiam quo ad vſucapionem fructuum.*

11 *Fructus legitimæ debentur quamuis conſiſtat in pecunia, ſi quantitas fuit ſubrogata loco bonorum debitorum pro legitima, num.13.14.15.16 17.& 18.*

12 *Filius non tenetur accipere quantitatem pecuniæ pro legitima.*

19 *In legatis veniunt fructus à die obitus teſtatoris. Fallit in quantitate relicta etiam locis piis, nu.20. Niſi probetur quod fuit reinueſtita, nu.22.*

21 *Fructus ſunt eius, qui habet dominium.*

23 *Pecunia eſt ſterilis, & nullos fructus parit.*

24 *Fructus poſt finitas ſocietates non debentur ſine mora, & interpellatione.& nu 16.*

25 *Legitima & eius ſupplementum debet dari in omnibus corporibus hereditariis.*

27 *Creditum teſtatoris eſt liquidandum aliter, quam per eius aſſertionem.*

29 *Quantitas reinueſtienda iudicatur prout ſpecies. Intellige vt num.30.31.& 32.*

33 *Taxatio fructuum debet fieri ad minus lucrum, quod percipitur.*

34 *Teſtator poteſt apponere onera ſibi viſa circa reinueſtimentum rerum donatarum.*

35 *Culpa debet probari nõ ſolũ in genere, ſed etiã in ſpecie.*

36 *Subſtantia prius eſt probanda, vt poſſit deueniri ad cognitionem accidentis, & qualitatis.*

37 *Impugnans actum non poteſt ex eo iuuari, preſertim ſi obtinuerit, nu. 38. & 42.*
39 *Supplementum legitimæ petitur contra voluntatem teſtatoris, & num. 40.*
41 *Augmentum proueniens ex fructibus rerum hæreditariarum poſt obitum teſtatoris non auget legitimam.*

CAPVT DCLXXXVIII.

[Adde *ſupra ad cap* 241. *num.* 5. *& c.* 250.]

Fructus legitimæ debentur à die mortis etiam
1 nulla facta interpellatione, † cum legitima ſit
ius vniuerſale, in quo filius dicitur hæres ſecundum
quid: Bald. *in l. non eſt. C. famil. erciſcund.* Ideò etiam
fructus ante moram percepti augent legitimam,
ſicut hæreditatem, & aliud ius vniuerſale, & per
2 conſequens poteſt peti legitima † vna cum fructibus,
prout late ex rationibus ſupradictis concludit
Natt. *conſ.* 156. *num.* 7. *vſque ad* 12. Alex. *conſ.* 127. *per tot. lib.* 6. *& conſ.* 69. *nu* 3. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 57. *num* 53.
vſque ad 44. *lib.* 4. vbi reſpondet omnibus, qui tenent requiri moram, ad hoc vt debeantur illi fructus, cum † verior ſit opinio illos deberi nulla exi-
3 ſtente mora: Cucc. *de legitim. in verb. cuius portionis vſufructu. n* 10 *fol.* 522. Boer. *dec.* 3. *nu.* 17. Tiraq. *in l ſi vnquam, in verb. ſuſceperis liberos, num.* 116 & ibi Rip. *nu.* 103. *C. de reuocand. donation* Benintend. *deciſ.* 37.
4 *ad med.* Gail. *obſeruat.* 120. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. † vbi
quod eſt concluſio ab omnibus approbata iuxta Gloſſ. *in l. in fideicommiſſariam,* 18. *ad Senatuſconſult. Trebellian.* per text. *in l. Papinianus, §. vnde ſi quis, ff. de inoffic. teſtam* Curt. Iun. *conſ.* 327. *n* 14 Bald. *in l. non eſt, n.* 3. *C. famil. erciſcund.* Franc. *deciſ.* 16. *num.* 13. vbi Amendoſ. *in addit. nu.* 9. Tepatus *de legit. liberor. concluſ.* 615. *cap.* 7 *fol.* 1203. Surd. *deciſ.* 25. *nu* 26 Cardin. *conſ.* 80. *in fin.* Galiag *in l. centurio, num.* 552. *in fin. ff de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Corocl. *conſ.* 165. *colum. vlt. lib.* 34. dixi *ſupra c.* 241. *n.* 5 *vſque ad* 10. cum ſimilibus adductis *ſupr. c.* 250. *per tot.* Boſſ. *de publicat. bonor. n.* 6. *&* 7. † vbi quod ad iſtum effectum æquiparan-
5 tur mors naturalis, & ciuilis, cum in vtroque caſu veniant fructus, ita vt etiam illi debeantur filio,
6 quamuis per hæredem fuiſſent conſumpti † bona fide Ruin *conſ.* 55. *nu.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 26. *nu* 11. *lib.* 3. iuxta *l. item veniunt. §. fructus ff. de petit. hæred.* Socin. *conſ.* 57. *n.* 59. *in fin. lib* 3. Boer. *deciſ* 3 *in fin.* Bertrand. *conſ.* 247. *nu.* 3. *lib.* 3. Bald. *in l. non eſt, C. famil. erciſcu*
Cephal. *conſ.* 109. *n.* 29. *lib.* 1. Cucc. *de legitim. in verb.*
7 *cuius portionis vſufructus nu.* 10 *in fin. fol.* 523. † qui
omnes loquuntur etiam in ſupplemento legitimæ, in cuius quoque petitione veniunt fructus à die obitus, prout in legitima abſque vlla mora: Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *nu.* 29. *vſque ad* 42. *fol.* 456. & latius *art.* 36. *nu* 69. *cum ſeq. fol.* 336. Dec. *conſ.* 79 *lib.* 2. Menoch. *conſ* 8 *col. vlt. nu.* 22. *lib.* 1.

Quæ etiam procedunt in legitima debita aſcenden-
8 tibus, † quæ in hoc eſt æquiparata illi, quæ debetur deſcendentibus, quo ad acquiſitionem fructuum abſque aliqua mora, vt late defendit Peregrin. *de fideicom. art.* 49 *n.* 43. *vſque ad* 50. *fol.* 457. Dec. *conſ.* 79. *n.* 15 *lib.* 2. vbi etiam per totum conſ. omnia ſu-
9 pradicta comprobat. † *& ibid. n.* 30. quod in fructibus legitimæ neque poteſt dari præſcriptio triennij, quamuis illi eſſent conſumpti, cum illud, quod impedit vſucapionem rei impediat etiam quo ad acquiſitionem fructuum: Gl. & Bald. *in l.* 2. *C. ſi quis ignor. rem. minor. eſſ. ſine decret. comparauer.*

Quidquid tamen ſit in prædictis, Aliud dicendum eſt
10 in caſu, de quo agimus, † cum enim ſimus in hæreditate, quæ conſiſtit in pecuniis, non debentur fructus legitimæ abſque mora, nec mora ſine interpellatione committitur: Cephal. in ſpecie *conſi.* 56. *nu.* 59. *&* 60. *lib.* 1. quem ſequitur Cuccus *de legitim. in verb cuius portionis vſufructu num.* 10. *poſt med. verſ vbi tamen hæreditas fol.* 323. & ita ſequendo Cephal. dicit bis obtinuiſſe in duabus cauſis: Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 69. *ante fin. verſ. modo tamen res ſit. fol.* 336.

Neque obſtat, quod etiam ex legitima conſiſtente in
11 pecunia debeantur fructus † Alex. *conſ.* 69 *n.* 3 *lib.* 1.
Quia loquitur, quando quantitas fuit ſubrogata loco bonorum debitorum pro legitima, ſi enim filius acceptauit quantitatem pecuniæ pro ſua legi-
12 tima, quam † non tenebatur recipere, iuxta *l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.* non ſibi præiudicat quoad fructus, nam acceptando talem quantitatem videtur con-
13 ſentire, † quod hæres pro rata dictæ quantitatis retineat bona hæreditaria æquiualentia, ex quibus ſi dictus hæres fructus percepit dicitur ſe ipſo eſſe in mora quoad hoc, vt ipſi filio teneatur ad vſuras æquiualentes ad præfatos fructus, prout ita declarat Idem Alex. *d. conſ.* 69. *nu.* 3. *ante fin. verſ. accedit, & num.* 4. *verſ. addens ad eorum confirmationem, lib.* 1. & ita etiam allegando Alex. intelligitur Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 36. *nu.* 69. *verſ. vbi ſic voluit, & verſ. & ſic in legitima in quantitate fol.* 336. vbi etiam addu-
14 cit Franc. *dec.* 16. *n.* 11. *vſque ad* 14. vbi etiam loquitur de legato quantitatis facto pro legitima, in qua erat filia inſtituta loco corporum hæreditariorum, ipſi debitorum, prout etiam latius declarat Capr.
15 *conſ.* 6. *nu.* 8. *& conſ.* 153. *per tot.* † vbi quod non mirum ſi fructus veniunt hoc caſu, quia talis quantitas fuit ſubrogata loco ſtabilium, quæ fructum reddebant, quaſi tunc reſultet quidam contractus permutationis, ſeu vēditionis, & emptionis cū filia, quę acceptauit legatum quantitatis loco bonorum, vnde debet habere fructus in recompenſationem
16 damnorum, † exemplo venditoris iuxta *l. curabit, C. de act. empt.* & ita etiam bene declarat Ruin. *conſ.* 55. *num.* 11. *verſ. & contra prædicta male allegatur, lib.* 2 *& conſ.* 16. *num.* 4 *verſ. & iſtud in terminis*
17 *eod. lib.* † vbi in ſpecie loquitur de d. conſil. Alex. 69 lib. 1. Aliud eſt in caſu noſtro in quo nulla fuit facta ſubrogatio quantitatis pro bonis, ſed hæredi-
18 tas ſimpliciter conſiſtebat in pecuniis, † pro quibus fructus non debentur ceſſante tali ſubrogatione: Cephal. *d. conſil.* 56. *n.* 9 *cum aliis ſupra allegatis.*

[Adde *ſupr. ad cap.* 150. *n.* 1.]

Idem eſt in legatis, in quibus licèt veniant fructus à
19 die obitus teſtatoris, † *l.* 1. *C. commun. de legat.* Ruin. *conſ.* 50. *num.* 10. *in fin. lib.* 1. dixi *ſupra c.* 150. *n.* 1. *cum ſeq.* Tamen aliud eſt in legato quantitatis, in quo non conſideratur aliquod priuilegium reſpectu
20 fructuum, nec dominij ipſo iure acquiſiti, † prout eſt in aliis legatis, quamuis etiam eſſemus in pecunia relicta locis piis, & eccleſiis: Alberic. *in l. illud, col.* 1. *verſic. ſi vero non incipit. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* Pariſ. *conſ* 77. *n.* 4. *vſque ad* 11. *lib.* 1. Surd. *de aliment. tit* 9. *qu.* 16. *nu.* 2. Ruin. *conſ.* 153. *nu.* 4. *lib.* 5. Cephal. *conſ* 610. *num.* 52. *vſque ad* 57. *lib* 4. Rip. *in l. num.* 54. *D. de legatis* 1. Port. Imol. *conſi.* 198. *num.* 5. Ferret. *conſi.* 247. *num.* 39. *libro* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 49.

21 *art.49.num. 79.cum ſeq.* Quaſi fructus † ſint illius,
qui habet dominium, quod non conſideratur in
legato quantitatis, *l.1.C.de condict.indeb.l.fructus,&*
*l.herennius,de vſur.l.2.C.de pign.act.*Cephal.*conſi.63.*
nu.3.lib.1.

Quare ſemper in huiuſmodi materia pecuniaria re-
quiritur,quod qui vult ab hærede fructus, ſeu vſu-
22 ras pecuniarum probet plene, † quod pecunia
non fuit otioſa, ſed reinueſtita, & quod fructum
reddit,cum alias non poſſet quis ad iſtas vſuras, &
fructus condemnari: Caſtrenſ. in ſpecie *conſi.* 125.
viſo teſtamento Ambroſij,colum.2.ad med verſ.in qui-
bus patet,& ante nu.1.verſ.poteſt ergo dicere,lib.1.

Quibus ſtantibus concludendum eſt non deberi ali-
quos fructus ſupplementi legitimæ, quia ſumus in
hæreditate conſiſtente in pecunia, vt dictum eſt
ſupra *verſ.quidquid tamen ſit, num.* 10. Prout minus
erunt debita prætenſa damna, & intereſſe poſt diſ-
dictas ſocietates officiorum. Cum enim tempore
obitus teſtatoris huiuſmodi pecuniæ remanſerint
infructuoſæ,nec per Aduerſariam probetur, quod
adeſſent in promptu occaſiones reinueſtiendi,
cum aliis requiſitis ad iſtum effectum, non poteſt
23 agi ad prætenſos fructus, tanquam ſimus † in pe-
cunia, quæ ſterilis eſt, & nullos parit fructus, *cap.*
*eijciens.*vbi Archid 88.*diſtinct.*cum aliis in propoſi-
to adductis per Rot.*deciſ.72 per tot part.2.in recen-*
tiorib. Neque enim dicti fructus peti poſſunt tan-
quam damna, & intereſſe poſt finitas, vel diſdictas
24 ſocietates, † quia nec debentur ſine mora, & in-
terpellatione, de qua hic non docetur: Ruin. *conſi.*
*55.nu.3.& conſ.56.num.6.cum ſeq lib.2.*Cephal.*conſi*
56.nu 50.Peregr *de fideicomm.art.36.nu.69.in fin.*

Quare ſi mortuo teſtatore probetur, quod ſocietates
officiorum adhuc extarent, & fructus ſint perce-
pti, tunc pro rata ſupplementi legitimæ debiti Se-
25 ptimiæ † vtique ad eos hæres tenebitur, legitima
enim, vel eius ſupplementum debetur in omnibus
corporibus hæreditariis, *l.libertus qui ſoluendo ff.de*
*bon.libert.*Bart.*in l.in quartam,nu.*13.*D ad legem fal-*
*cid.*Ruin.*conſ.59. num.21.lib.4.* Bero. *conſ.93.nu.* 82.
*lib.2.*latè Peregr.*de fideicommiſſ.art.*36.*nu.*33.*& 72.*
cum aliis per Scapucci.*de ſalutan. lib.1.qu.9.num.7.*
26 *fol.14.& 72.* † Si vero dictæ ſocietates fuerint ex-
tinctæ, vel per reſtitutionem ſortis, vel per mor-
tem teſtatoris dantis pecunias iuxta Gabr. *conſi.* 78.
libro 1. tunc nulli fructus debentur, cum pecuniæ
non eſſent amplius fructiferæ,*cap.vſura,& cap.quia*
*plerique,14.qu.3.*Purpurat.*conſ.117.nu.14.* Cephal.
*conſ.56.num.50.lib.1.*Peregr. *de fideicommiſſ. art.36.*
*nu.69.verſ.non tamen.*Rot.coram R.P.D.Pamphilio
Romana damnorum & intereſſe, 10. Decembris
1614.

Præterea non fuit liquidatum per Aduerſarium ad-
eſſe iſtam pecuniæ quantitatem in hæreditate,
prout tenebatur liquidare, neque ad hunc effe-
ctum iuuat liquidatio ex aſſertione teſtatoris, cum
27 per eum non ſimpliciter dicatur, † quod habet
ſcuta quatuor mille ad ſocietatem, ſed adduntur
illa verba, caſu quo tot non eſſent, illa,quæ erunt,
vnde magis erat liquidanda talis quantitas, cum a-
lias non dicatur conſtare de prætenſo credito: Bar.
*in l.proinde.§. notandum,D. ad leg. Aquil.*Oſaſc.*dec.*
*129.num.6.*Rot.*deciſ.442.nu.1.in fin. par.2.in recen-*
tioribus.

Immo apparet ex actis, quod ſocietas officij contra
Perottos fuit declarata nulla, & inexigibilis, non
obſtante mandato A.C. quod licet fuerit obtentū,
Tamen illud Rot. reuocauit coram Card. Millino,
3.Decembris, 1611. Prout etiam idem factum eſt
de alia ſocietate cum Gottifredis, ad cuius com-
putum, cum fuiſſent exacta ſcuta quadringenta,
tamen opus fuit illa reſtituere in vim mandati
Card. Blanchetti. Maximè, quia etiam ex calculo
dato conſtat, quod in ſolutione debitorum huiuſ-
modi hæreditatis fuerunt erogata ſcuta 4691. cum
tamen tota exactio, computatis etiam fructibus,
non aſcendat ad ſcuta 3667. ita vt facta detractio-
ne, debitum excedat in ſcutis, 1024 vnde ex iſtis
in totum excluditur Aduerſaria à prætenſis fructi-
28 bus, & multo magis ab intereſſe, † quod non cur-
rit, niſi poſt moram debitoris etiam ratione legi-
timæ, & multo minus ratione ſupplementi,vt late
comprobat Ruin.*conſ.55.num.4.& per tot.librum ſe-*
cundum,iuxta l.ſocium qui in eo, in princ. vbi Alber.
ff.pro ſoc.l.2 §.final.ff. de eo quod cert. loc. Gloſſ. *in c.*
conqueſtus, de vſur.

Nec facit, quod ſimus in quantitate reinueſtienda, de
29 qua iudicatur idem, † quod de ſpecie, *l.ſi creditor,*
de pecul. Quia reſpectu vſurarum nunquam huiuſ-
modi diſpoſitiones habent naturam ſpeciei, cum
iſtæ vſuræ ſint fructus induſtriales, & ciuiles, in
30 quibus non poteſt conſiderari eadem ratio, † quæ
conſideratur in fructibus aliarum diſpoſitionum
ſpeciei: Aret. *in l.cum res legata,49. notab.* 2. & ibi-
dem Iaſ.*nu.*3.Imol.*nu.*1.*D.de legatis* 1.

Et quidquid ſit, cum ex ſupra adductis appareat non
adfuiſſe pecunias, quæ poſſent inueſtiri ob ſuper-
creſcentiam debitorum, non eſt quærendum de
31 reinueſtimento, † tanquam hæres non ſit in ali-
qua culpa, aut mora, qua ceſſante, non eſt grauan-
dus in fructibus, *l.mora,§.fin.de vſur.*Dec. *in l.con-*
*demnatione.*133.*§.vnicuique,nu.1.D.de regulis iuris.*
32 † Maximè in quantitate relicta,ex qua nulli fructus
veniunt: Cephal.*conſ* 610.*n.*53 *&* 54. *lib.* 3.

Ex prædictis ſequitur, quod eſt omittenda ſecunda
pars dubij, circa ſummam, ad quam taxandi ſint
iſti fructus, cum enim probatum ſit illos non de-
33 beri, ceſſat taxatio ſummæ,† quæ tamen ſemper in
caſibus, in quibus eſſet locus taxationi, debet eſſe
ad minus lucrum, quod percipitur, vt declarat
Rot.*diuerſ.deciſ*742 *nu*3.*& 4.lib.* 1. iuxta text. cla-
rum, *in l.tutor qui repertorium, §.ex cæteris,D.de ad-*
*min.tutor.*Lup.*in c.per veſtras,§ 7.num.2.poſt med.de*
donat.inter vir.& vxor.

Nec ſubſiſtit, quod denuo obiicitur de teſtatore, qui
34 potuit apponere in donatione onera, † & condi-
tiones ſibi viſas circa reinueſtimentum rerum do-
natarum,*l.traditionibus,C.de pact.*Cardin.*in clement.*
*quia contingit.notab.*11 *de rel.gioſ.domibus.* cum aliis
per Becc.*conſ.*101.*nu.*25.Surd.*conſi.*215.*nu.* 19.*lib.2.*
Quia modò de hoc non quæritur, cum prius vi-
dendum ſit an adeſſent pecuniæ, quæ potuerint
reinueſtiri,de quo nullibi conſtat, vt ſupra oſten-
ſum fuit, ita vt non poſſit imputari aliqua culpa
adminiſtratoribus ob non factum tale reinueſti-
mentum, prout præſupponitur, nam potius appa-
ret de diligentia in exigendo credita, & ſoluendo
æs alienum,vt in bilancio,ſeu calculo exhibito, cū
35 † ſufficiat non probari aliquam culpam, quæ ta-
men erat probanda non ſolum in genere, ſed etiam
in ſpecie, de qua agimus: Aym.*conſ.* 151.*num.*11

Ruin.*conſ* 95.*nu*.8.*libr*.5.Becc.*conſ*.37.*num* 3.*&* 19.
Surd.*conſ*.59.*nu*.11.*lib*.1. Neque poteſt deueniri ad
reinueſtimentum,niſi prius probetur ſubſtantia, &
36 ſubiectum, † ſine quo non datur cognitio acci-
dentis,& qualitatis: Bald. *in l.2 ff.de bonor. poſſeſ.ſe-
cund.tabul*.Ruin.*conſ*.218.*n*. 14 *lib*.1.& ita in ſpecie
ſimilis quantitatis arguit Surd. *conſil*.39.*num*.12.*ad
med.lib*.1.poſt Aym.*conſ*.21.*nu*.4.
Et quatenus etiam adeſſent pecuniæ reinueſtiendæ
iuxta diſpoſitionem teſtatoris, Tamen ex ea non
37 poterat iuuari Septimia aduerſaria, † cum illam
impugnauerit, tanquam inoſſicioſam, *cap.ex ee,de
reg.iur.in* 6.Gabr.*eod tit.concluſ*.1.*nu*.54. poſt Caſtr.
38 *conſ*.31.*n*.2.*lib*.2.†Præſertim cum in hac impugna-
tione obtinuerit: Bart.*in l.poſt legatum, nu*.4.*verſ.in
dic.ff de his quibus vt indign*. Et de tali impugnatio-
ne apparet, ſtatim quod petiit, & obtinuit ſupple-
39 mentum legitimæ, † quod petiuit contra volunta-
tem teſtatoris:idem Bart.*in l.liberto*, §. *filium*, *in fi.
ff.de ann.legat*.Ruin.*conſ*.56.*n*.9.*lib*. 2. Peregr *de fi-
deicom.art*.36.*n*.151.*in fin*. Put.*deciſ*.133.*n*.1.*lib*.2.*in
nou*. Rot. coram Card. Lancellot. Romana Salnia-
ni,3.Iunij, 1600. cum aliis, quos adduxi ſupra *cap*.
198.*n*.7.*&* 8.*tom*. 1.Rot.*diuerſ.deciſ*.347. *num*.3 *p*. 1.
Scapuccia. *de ſaluiano interd. lib*.1.*qu*.9. *in fin*. Ma-
ximè,quando teſtator, prout in caſu noſtro,prohi-
40 buit filiam plus petere, † cum eam inſtituerit in
dote, & eius augmento pro omni, & toto, quod
poſſet prætendere ex cauſa legitimæ,& eius ſupple-
menti, tunc enim clarum eſt illud peti contra vo-
luntatem patris: Alex.*in l.ſi in teſtamento, in fin ff.de
vulg.& pupill*. & ita ſeruari per Rot. teſtatur Gabr.
conſ 137.*nu*.4.*lib*.2.dixi *ſupra d.c*.198 *n*.9.
Vlterius obſeruandum eſt, quod per teſtatorem non
mandatur inueſtiri ſortem ſocietatum officij, vel
aliam ſummam pecuniarum hæreditariarum, ſed
fructus tantum ſocietatum, & aliarum rerum. Vn-
de apparet Septimiam nullum habere intereſſe in
41 huiuſmodi inueſtimento, † cum augmentum pro-
ueniens ex fructibus rerum hæreditariarum poſt
obitum teſtatoris non augeat legitimam, in cuius
detractione ſpectatur ſolum tempus mortis ipſius,
l.cum quæritur,Cod. de inoffic.teſtam. Afflict. *dec*.382.
nu.4.*in fin*.Natt.*conſ*.56.*nu*.6.Port.*conſ*. 93. *num*.97.
Crot.*conſ*.120.*nu*.15.Rip. *in l in quartam, num*. 46.*ff.
ad leg.falcid*.Pariſ.*conſ*.45.*num*.31.*cum ſeq.lib*.1.Rot.
42 *diuerſ.dec*.347.*nu*.1. *cum ſeq. p*. 1 † Cum etiam di-
ſpoſitio circa prædictum reinueſtimentum ſit facta
tantum pro puellis maritandis, non autem ad fa-
uorem Septimiæ, quæ ideò non poterit ſe ſuper illa
fundare ſtante præſertim impugnatione, vt ſupra
dictum eſt. Et ita ex prædictis concluſum fuit
Societatem Sanctiſſimæ Annunciatæ donatariam
non teneri ad aliquos fructus, niſi probetur, quod
illos perceperit, prout neque ad damna, & inter-
eſſe,quod ex aduerſo prætenditur, vt latius in de-
ciſione in huiuſmodi cauſa Romana ſupplementi
legitimæ de Condopolis,15. Ianuarij, 1620. coram
R.P.D.Vbaldo.

EPITOME.

Promiſſio vniuerſalis quando ſit reſtringenda,
vel amplianda, ſi præcedat cauſa obligationis.
§ Genus & ſpecies ſi ponatur circa eamdem per-
ſonam, an ſpecies videatur poſita ob gratiam de-
monſtrationis, ſeu limitationis. § Dos amiſſa abſ-
que culpa filiæ, an ſit iterum per patrem conſti-
tuenda, tam conſtante matrimonio, quam poſt il-
lud ſolutum § Et an requiratur, vt velit tranſire ad
ſecunda vota. § Et quid in fratre, ſocio omnium
bonorum, & ſimilibus an teneantur redotare ſo-
rorem, & filiam ſocij, ſicut pater. § Soror dotata
per fratrem de bonis paternis, an dicatur habuiſſe
dotem à patre. § Et quando culpa filiæ non exi-
gentis dotem à marito ſit conſideranda, vt priue-
tur commodo redotationis. § Dos an ſuccedat lo-
co legitimæ,ſi ſtatutum diſponit, quod filia dotata
non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit. § Et quid
ſi illam ſimpliciter excludat, & mandet eam dota-
ri. § Mulier an poſſit expreſsè, vel tacitè remitte-
re iura ſibi competentia ſine ſolemnitatibus ſtatuti
Vrbis. § Argumentum à contrario ſenſu an habeat
locum in his, quæ dicuntur per doctores. § Satiſda-
tio de dote aſſecuranda, ſeu reſtituenda, quo caſu
poſſit peti. § Legitima deperdita, quando ſit denuo
per patrem filio aſſignanda.

SVMMARIVM.

1 *Sermo vniuerſalis prolatus ab homine nullam patitur
reſtrictionem ſecus ſi à lege proferatur. Amplia vt n.
2.& 3.*
4 *Promiſſio generalis de euictione reſtringitur ex cauſa
præcedente.*
5 *Genus non reſtringitur propter ſpecies enumeratas,
quando non adeſt reſtrictiue limitata, ſed ſolum ſim-
plex aſſertio demonſtratiua, nu*.7.
6 *Expreſſio inducta ad cautelam non eſt interpretanda ad
detrahendum.*
8 *Genus & ſpecies ſi ponatur circa eamdem perſonam.
ſemper ſpecies videtur poſita ob gratiam demonſtra-
tionis, non limitationis.*
9 *Generalis diſpoſitio ad omnia extenditur,maxime quã-
do non poteſt reſtringi ad ſpeciem ſalua ratione recti
ſermonis, nu*.10.
11 *Dos amiſſa abſque culpa filia eſt iterum conſtituenda,
n*.13.14.*&* 52.
12 *Obligatio durat quamdiu remanet cauſa finalis in-
ductiua ipſius obligationis,ſeu ipſa neceſſitas.*
15 *Verba vniuerſalia non reſtringuntur, niſi conſtet de
ratione reſtringendi, nu*.16.
17 *Verba generaliter prolata late intelliguntur etiam in
odioſis, quando ipſorum proprietas patitur, n*. 18.
19 *Frater tenetur redotare ſororem, quando fuit amiſſa
dos abſque ſua culpa,ſicut pater filiam,nu*.13.25.26.
29.*&* 39.
20 *Pater tenetur dotare filiam ex diſpoſitione legis, n*.31.
21 *Soror dotata à fratre de bonis patris dicitur dotata ab
ipſo patre.*
24 *Dos eſt conſtituenda filia potius in ſtabilibus,quam in
pecunia, vt euitetur onus redotationis, ſi pecunia
amittatur.*
27 *Opinio quæ vltimo loco refertur, cenſetur approbata.*
28 *Dictum Doctoris debet intelligi iuxta doctrinas allega-
tas.*
30 *Socius non cogitur redotare filiam ſocij propter dotem
amiſſam, n*.32.
33 *Vxor habet actionem ad exigendam ſuam dotem, ſta-
tim, quod maritus incipit male vti ſubſtantia ſua.*
34 *Culpa vxoris in non exigendo dotem eſt probanda, ad
hoc vt priuetur commodo redotationis, nu*.35.
36 *Habilitas quo ad diuitias, & actus extrinſecos non
præſumitur,ſecus quo ad mores, & ſimiles qualita-
tes intrinſecas.*

37 *Satiſ-*

37 *Satiſdatio de dote aſſecuranda, ſeu reſtituenda an poſſit peti, nu.38.*

40 *Filia non eſt redotanda propter amiſſam dotem conſtante matrimonio, ſecus illo ſoluto, quamuis nolit tranſire ad ſecundas nuptias, n.41.*

42 *Argumentum à contrario ſenſu non habet locum in his quæ dicuntur per Doctores.*

43 *Legitima deperdita abſque culpa filiæ eſt iterum illi per patrem aſſignanda.*

44 *Dos ſuccedit loco legitima, quando ſtatutum diſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, ſecus ſi illam ſimpliciter excludat, & mandat eam dotari.*

45 *Acceptans diminutam ſolutionem ſibi præiudicat, vt aliud petere non poſſit.*

46 *Mulier non poteſt nec expreſſè, nec tacitè remittere iura ſibi competentia ſine ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis.*

CAPVT DCLXXXIX.

PRomiſſio, de qua in cauſa Vrbeuetana euictionis, comprehendit non ſolum euictionem, quæ poſſet contingere reſpectu Matthæi, & Dominici, ſed generaliter eſt intelligenda de omni, & quacumque euictione aliunde proueniente, cum verba promittentis ſint clara, & apta comprehendere omnem caſum, & perſonam quæ poſſet inferre moleſtias in prædio dato in dotem ſorori, ob quam cauſam dotis frater ſemper, & omni tempore promiſit dictum prædium manutenere liberum, & defendere ab omni moleſtia, & moleſtante perſona, & capere in ſe omnem litem, & teneri volunt de omni, & quacumque generali. & particulari euictione cum aliis latius in inſtrumento contentis, ex quibus apertè colligitur mentem contrahentium fuiſſe, vt non ſe reſtringerent ad vnam tantum perſonam, ſed ad omnes habuiſſe
1 reſpectum, † cum locutio vniuerſalis prolata ab homine nullam patiatur reſtitutionem, quidquid ſit, quando profertur à lege: Bart. *in l. generali, §. vxori, nu.4. ff. de vſufruct. legat. & in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat.* Bald. *in l. vltim. num. 1. Cod. fin. cenſ. vel. reliq.* Rimin. Sen. *conſ. 575. n. 18. lib. 3.* Ruin. *conſ. 56. n. 12. lib. 2. & conſ. 86. num. 11. lib. 3.* Cephal. *conſ. 347. n. 23. lib. 3.* Roland. *conſ. 5. num. 39. cum ſeq. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 7. num. 29.*

Et paſſim diſpoſitio hominis generalis omnia complectitur, quamuis adſit maior ratio in vno,
2 † quam in alio, *l. 1. §. quod autem ff. de ale. luſ. & aleatorib. l. in fraudem, in fin. ff. de militar. teſtam.* Socin.
3 Iun. *conſ. 65. n. 20. & conſ. 107. num. 12. lib. 1.* † Complectendo etiam caſus improprios: Gloſſ. *in l 2. in verb. alias, de quadrien. præſcript.* Aym. *conſ 294. n. 1.* Cephal. *conſ. 150. num. 1.* Roland. *conſ. 2. num. 16. cum ſeq. lib. 4.*

Non obſtat, quod in inſtrumento fuerit aſſertum in prædio Matthæum, & Dominicum habere non-
4 nullas prætenſiones, † vnde promiſſio de euictione ſubſecuta videtur reſtringi ex cauſa præcedente dictarum moleſtiarum quamuis poſtea ſequantur clauſulæ generales: Natt. *conſ. 546. num. 1.* Surd. *conſ 171. nu. 62. lib. 2.* Quia dicta aſſertio moleſtiarum non fuit facta taxatiuè, cum partes vlterius proceſſerint narrando, quod ideo promittitur euictio, quia tale prædium fuit datum in dotem, vnde non debet attendi huiuſmodi aſſertio, tanquam facta cauſa demonſtrationis, & per conſequens non poteſt per eam reſtringi promiſſio ſubſecuta de omni moleſtia, & de omni moleſtante perſona, & de omni, & quacumque euictione ge-
5 nerali, & particulari, † cum genus nunquam reſtringatur propter ſpecies enumeratas, vel ſubſequentes, quando non adeſt reſtrictio, & declaratio limitata, ſed ſolum ſimplex aſſertio demonſtratiua: Aym. *conſ. 227. n. 7. in fin.* poſt Bart. *in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum. ff. ſi quis cautio.* Corn. *conſi. 4. col. 1. lib. 2.* Dec. *conſ. 12. col. fin. & conſ. 69. col. 4.*

Et facit ratio, quia illa ſpecificatio eſt facta ad fauorem dotatæ in illo prædio, vt clarè legitur in inſtrumento, *verſ. ideo ex quo dictum prædium, & verſ.*
6 *ideò perſonaliter conſtitutus.* † Vnde non debet operari diminutionem, & tanquam inducta ad cautelandum non eſt interpretanda ad detrahendum, vt in propoſito conſiderat Aym. *conſ. 227. numer. 8. poſt*
7 *princ.* vbi etiam, quod tales aſſertiones, † & declarationes de aliquibus rebus fiunt, quaſi in eis adſit maior ambiguitas, quæ non præiudicant promiſſioni poſtea generaliter factæ de omnibus perſonis & omnibus moleſtiis iuxta mentem contrahentium, non obſtante dicta ſpecificatione, *l. in promittendo, in princ ff. de iure dot. l. fin. Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Decian. *in l. 3. C. de liber. præterit.*

Cum etiam genus, & ſpecies ponatur circa eandem
8 perſonam, quo caſu ſemper † ſpecies videtur poſita gratia demonſtrationis, non autem limitationis, *l. quæſitum, §. itē ſi fundum ff. de fund. inſtruct.* Decian. *in l. toto iure, col. 4. verſ ſecundo dicta regula procedit. D. de regul. iuris.* Aym. *conſ. 227. n. 9.*
9 † Vnde meritò iſta generalis diſpoſitio ad omnia indiſtinctè extendetur, etiam ſi de eis nulla adeſſet controuerſia, *l. age. & l. ſi de certa, Cod. de tranſactionibus.* Maximè quando, prout in caſu noſtro, non poteſt fieri reſtrictio ad ſpeciem ſalua ratione recti ſermo-
10 nis, † cum abſurdum ſit, vt promittatur pro omni moleſtia, & omni moleſtante perſona & intelligatur de perſonis ſpecificatis gratia demonſtrationis & non limitationis: Aym. *conſ. 227. nu. 11. & 12.* iuxta *l. emptor. §. lucius,* vbi gloſſ. *D. de pact.* Alexād. *conſ. 117. col. 2. lib. 1. & conſ. 11. lib. 2. & conſ. 46. libro 1. alias 48. lib. 6.* Socin. *conſ. 104. colum. pen. lib. 3.* Caſtr. *conſ. 333. dubium videtur prima facie, col. 3. li. 2.* Corn. *conſ 6. col. 2. & 3. lib 2.* Calcan. *conſ. 17. col. 2.* Rimin. Iun. *conſ. 216. nu. 44. & 45. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 39. nu. 27. lib. 1.* Burſatt. *conſ. 114. n. 23. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 285. n. 7 & deciſ. 354. nu. 12.*

Maximè, quia ſumus in materia dotis, in qua venit euictio ad fauorem mulieris dotatæ, quando fuit amiſſa dos abſque culpa, & dolo ipſius, tunc enim
11 mulier debet redotari, † per eum, qui tenebatur ad dotandum ex legis diſpoſitione, quæ alias dicitur neceſſitas præciſa: Oſaſc. *deciſ. 167. nu. 4.* Aymo.
12 *conſil. 2. pro gener. num. 4. in fin.* † Cum iſta obligatio duret, quantum remanet cauſa finalis inductiua
13 ipſius obligationis, ſeu ipſa neceſſitas: † Bald. *in l. qui per ſalutem 33. de iureiurand.* Boer. *dec. 131. num. 3.* Vnde non mirum ſi dote euicta ſit facien-
14 da iterum conſtitutio dotis: † Rip. *in l 2. §. item ſi voluntate, numero 7 ff ſolut. matrimon.* Menoch. *de arbitrar. caſ 182. numer. 57.* Surd. qui de communi opinione teſtatur, *de aliment. tit. 7. qu. 5. num. 5.* poſt Socin. *conſil. 291. verſ. litteris, colum. 5. in fin. numero 6. verſ. ſed huic conſiderationi, li. 2.* Alexand. & alij *in l. ſi cum dotem. § 1. ff. ſolut. matrim.* Tiraq. *in l. boues, §. hoc*

ſermone,limit 9.num.4 ff de verb.ſign. Boer. *dec.*131.
*& videtur,nu.*3. *&* 4.

Cum ex iſtis quoque appareat nullam adfuiſſe ratio-
nem, quare potius deberet reſtringi euictio dotis
15 ex vna tantum cauſa, & non alia, tunc † enim ceſ-
ſante iſta ratione numquam verba vniuerſalia, &
diſpoſitiones generales reſtringuntur: Aym. *conſi.*
101.*nu.*36.iuxta *l.quamuis,ff de in ius voc.*Bald.*in l.ſi*
*defunctus,C.de ſuis & legitim.& in auth.ingreſſi,col.*1.
16 & ibi Dec.*col.*3.*in fin. C. de ſacroſ. eccl.* † & ſemper
debet prius conſtare de ratione reſtringendi, quan-
do volumus ſcripturam generalem reſtringere, *l.*2.
de offic aſſeſſor.l.quaeſitum ſtib.ff de teſtib. cap. cum in
cuncta,§.clerici,de electionib.cap. ſi compromiſſarius,eod.
tit.in 6.Imol.*conſ.*121. *in* 1.*dub. in fin.* Aym. *conſ. pro*
*gener.n.*468.*& conſ.*920.*n.*9.*& conſ.*965.*n.*10. Card.
Mantic *de tacit.& ambig.conuent.lib.*3.*tit.* 2.*nu.*39.

Non eſt igitur recedendum à ſignificatione verbo-
17 rum,quorum ſignificatio eſt, † vt ſicut generaliter
prolata ſunt, ita generaliter operentur, cum etiam
in odioſis verba debeant intelligi late, quatenus
ipſorum proprietas patitur, vnde multo magis in
fauorabilibus: Aym.*conſ.*227.*num.*12. poſt Aret.*in*
l.cum lege,de teſtam Calder. *conſ.* 1. *de conſanguin. &*
*affinit.& conſ.*24.*de praeb.* Alex. *in auth. ex teſtamento,*
C.de collat Dec.*in c.cum acceſſiſſent,col.*7.*de conſtitut.*
*& in c.cum ordinē,col.*1.*& in c.ſedes,col.*2.*de reſcript.*
[Adde *ſupra ad cap.*.466]

Nec debet attendi, quod euictio fuerit promiſſa Lau-
rentio, & Ioan.Baptiſtae, vnde talis promiſſio non
extenderetur ad moleſtias, quae facto, & culpa Lau-
rentij inferuntur, tanquam cenſeatur ſolum pro-
miſſum, quod venit ex facto promittentis. Quia
hoc non verificatur, non enim hic agitur de inter-
eſſe Laurentij,ſed de intereſſe Ioan. Baptiſtae,qui ſe
abſtinuit ab haereditate eiuſdem Laurentij patris,
18 † vnde cum in euictione nulla adſit culpa Io.Ba-
ptiſtae, nec facto ſuo illa euenit,aequum eſt ei non
praeiudicari, & per conſequens erit locus praedictae
obligationi,*l.ſciendum,ff. de euiction.* Surd. *dec.*290.
*num.*13.

Et quoniam ſupra locuti ſumus de dote iterum ſoro-
ri conſtituenda quando abſque eius culpa amiſſa
fuit, quod etiam late defendi *ſupra c.*466. Obſer-
uandum eſt, quod in eadem facti ſpecie iterum
19 contigit dubitari † an concluſio per me ibidem
firmata ſubſiſteret, cum praetendatur ſolum illam
procedere quo ad patrem, non autem quo ad fra-
trem, cum pater magis arctetur ad redotandam fi-
liam ſtante amiſſione dotis, quam frater. Verum
huiuſmodi obiectum tollitur vnico fundamento
ex facto reſultante, in quo praeſupponitur, quod
frater non dotauit ſororem de bonis propriis, ſed
20 de bonis patris, † qui tenebatur dotare filiam ex
legis diſpoſitione, *l.obligamur, §. lege,ff de action.&*
oblig.l.qui liberos,de ritu nuptiar l.vlt.C. de dot. pro-
*miſſ.*Card Mant.*de tacit.& ambig. conuent. lib.*12.*tit.*
21 12.*n* 4.*cum ſeq.*†Vnde non eſt attendendum, quod
idem frater dotauerit, cum pater cenſeatur dotaſ-
ſe, ex quo bona erant ipſius, non fratris, qui prae-
buit nudum miniſterium. laborem, & operam:
Bald.*in l.neque mater, n.*3.*C de iur.dot.& in l.*1.*C.de*
*legit haeredib.*Curt Sen *conſ.*27*.col.penult.ad med.nu.*
37.Caſtr.*conſ.*196.*in puncto quaeritur de quadruplici ha-*
*reditate,nu.*4.*lib.*1.Iaſ.*in l.ut liberis,nu.*6. *C.de collat.*
Gabr.*conſ.*5.*nu.*43.*lib.*1.Natt.*de ſtatu.excludent.fae-*
*min.qu.*2.*num.*70 Campeg.*ad tract. qu.* 15. *num.* 70.
& multa in propoſito adduxi *ſupra cap.* 504. *per tot.*
*tom.*3.*& in addit poſt fin.d. tom.* 680. & vltra praedi-
cta late comprobat Bald.*in l.generaliter* 5.*in princ.n.*
1.*verſ. & ex hoc nota,& in l.hac edictali,*6. *col.*4. *ante*
med.num 30.*C.de ſecund.nupt.& in auth.in donatione,*
ad med.verſ.ſed pone quod vir non dedit,C.eod.tit.

Cum igitur ſimus in patre dotante, remanet firma
concluſio, quae neque ex aduerſo controuertitur.
22 † quod filia ſit iterum dotanda ſtante dote amiſſa
abſque aliqua culpa ipſius Bart.*in l ſi cum dotem,*23.
*§.ſi poſt ſolutum, num.*2.*ante fi ff.ſolut.matrim,*Surd.*de*
*aliment.tit.*7.*qu.*5.*nu.*5.*ad med.* cum aliis,de quibus
ſupra *verſ.maxime quia ſumus in materia, nu.* 11.*cum*
*ſeq.& latius dixi ſupra c.*466. vbi etiā ſcripſi in hac
cauſa cum huiuſmodi praeſuppoſito dotis datae filiae
per fratrem de bonis paternis.

Quo ſtante non eſt quaerendum de veritate opinio-
nis eorum, qui tenent, quod quamuis pater tenea-
tur redotare, non tamen frater, qui non debet ad-
ſtringi ſicut pater,cum eius obligatio non ſit ita ar-
cta, ſicut illa patris. Quia vt dictum eſt ſumus in
23 dote paterna. † Quamuis, vt magis parti ſatisfiat,
ex abundanti etiam dicimus veriorem,& receptio-
rem eſſe ſententiam affirmatiuam, quod ſiue ſimus
in patre ſiue in fratre donante ſemper ſit redotan-
da ſoror ſtante amiſſione dotis abſque facto, &
culpa ſua, cum eadem ratio militet in vtroque, vt
late oſtendi ſupra *c.* 466.*nu* 9.

Quare datur cautela, vt hoc inconueniens euitetur,
24 quod non detur puellis dotandis pecunia,† ſeu alia
res quae de facili poſſit perire, ſed conſtituatur ſu-
per redditibus bonorum,ſeu ſuper bonis, in quibus
minus iſta iactura poſſit occurrere,vt aduertit Mo-
lin.*de primogenit.hiſpanor.lib.*2.*cap.*16.*n.* 28 *fol.*333.

Et licet aliqui ex aduerſo allegentur pro contraria ſen-
25 tentia, Tamen ſatis eſt, † quod opinio per nos fir-
mata ſit magis vera, & recepta, & quod contraria
nulla lege,& ratione poſſit ſuſtineri, vt dicit Alex.
*in l.ſi cum dotem,§.poſt ſolutum, nu.*7.*&* 8.*ff.ſolut.ma-*
trim.& ſequitur etiam Molin.*de primogenit.hiſpanor.*
*lib.*2.*c.*16.*n.*26.*ad med. verſ. in hac autem opinionum*
*varietate fol.*333.Maxime quia fere omnes ex docto-
ribus ex aduerſo allegatis pro contraria opinione
illam non firmant prout Tiraq. *in l.boues, § hoc ſer-*
*mone,limit.*9.*n.*14.*de verb.ſignif* Nam quamuis ibid.
adducat aliquos tenentes, quod frater non tenea-
tur redotare, Tamen poſtea *n.*14.*in fin.* ſe remittit
ad Alex.*in l.ſi cum dot.,§.*1.*ff ſolut.matrim.*vbi tenet
contra fratrem ad fauorem ſororis,vt dictum eſt.

Idem dicendū eſt de Caroli Cot.*in memorab in verb.*
executores teſtamenti.verſicul.& poteſt confirmari. fol.
26 292. † vbi etiam poſt aliquos relatos ad fauorem
fratres ſubdit in fin.quod aliter concludit Alex. *in*
*d.l.ſi cum dotem,§.*1 *col.*2 ita vt eius opinio tanquam
27 vltimò relata cenſeatur † potius approbata:glo.*in*
l.qui filium,§. ſabinus,in verb.ſi paulo,verſ.reſpondeo,
*ff.ad Trebell.*Bald.*in auth.ex teſtamento,col.*2. *C. de col-*
lat.& in l.ſi mater, Cod.ne de ſtat. defunct. Lup. *in c.*
per veſtras § 14.*n.*1.*de donat.int.vir.& vxor. fol.*232.

Quod etiam dicimus de Spin. *de teſtam. gloſſ.* 10. *num.*
42.Nam pro eius opinione contra fratrem addu-
xit Alex. Tiraq. & Molin. in locis ſupra allegatis,
qui tamen omnes contra eum concludunt, vt ſu-
28 pra oſtenſum eſt, † ideò nihil oberit, cum eius
dictum ſit intelligendum iuxta Doctores allega-
tos,

tos,Bald.*in auth.ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nupt.*
Alex.*in l.ſicut certi,col.fin.C.de teſta.milit.*Pariſ.*conſi.*
71.*num.*12.*lib.*3. Roland.*conſi.*39.*nu.*32.*lib.*4. Surd.
*conſi.*9.*num.*50 *lib.*

Et ita etiam reſpondetur ad Lup.*in c.per veſtras.notab.*
29 3.§.24.† *quod eſt vlt.incip.an auus teneatur neptes do-*
*tare,num.*5.*de donat.int.vir.& vxor.fol.*372. Nam al-
legat Iaſ.*in §.fuerat,colum antepen.num.*135.*in gloſſ.in*
verb.tempeſtate,inſtit.de action. dicens quod ſequitur
Bald.*in l.fin.Cod.de dot.promiſſ.*quod tamen non eſt
verum cum potius Iaſ.*ibid.nu.*136.contrarium con-
cludat,motus ob illam rationem,quia videtur adeſſe
eadem ratio, tam in patre, quam in fratre, præſup-
poſito enim, quod frater teneatur, certè debet eſſe
in eo idem jus.*l.illud,*32.*ad leg.aquil.*

Quemadmodum etiam reſpondetur ad Socin. *conſi.* 5.
*numer.*7.*&* 8.*lib.*4.Nam loquitur in ſocio faciendo
30 differentiã † inter patrem,& ſocium,quamvis enim
pater teneatur redotare, aliud eſt in ſocio, qui non
tenetur ex obligatione legali, provt pater,ſed ex
obligatione hominis,quę verificatur in primo actu,
quia attenta cauſa originaria ipſius ſocietatis initæ,
dicitur cõtracta obligatio ex diſpoſitione hominis,
quamvis poſtea ſuccedat diſpoſitio legis mandans
quod de communi filia dotetur à ſociis, quæ cauſa
originaria potius debet attendi, provt ita declarat
Idem Socin.*d.conſi.*5.*nu.*7.*&* 8.*lib* 4.vbi licet addat
ſimile de fratre juxta Bald. *in l.fin. in* 1.*lectur.num.*
7.*&* 8 *Cod.de dot promiſſ.*Nihilominus non applica-
tur,quia contradicit ei,quod firmauit de ſocio tan-
quam obligato ex diſpoſitione hominis,cum tamen
31 frater ſit obligatus ex diſpoſitione legali, † per
quam adſtringitur ad dotandam ſororem,*leg. non*
omni,Cod.de adminiſtrat.tutor. Surd. *de aliment.tit.*1.
*qu.*25.*num.*9.*cum ſeq.*

Præſertim, quia omnes Doctores, qui concludunt ad
fauorem fratris mouentur ſolum ex diſpoſitione
32 text.*in l.ſocius pro filia,§ filiam, ff.pro ſocio.* † qui ta-
men nihil facit cum loquatur in dote debita per ſo-
cios ex ordinatione contrahentium, non autem ex
diſpoſitione legis,& naturæ,provt eſt iſta, quæ de-
betur à fratre, vt dictum eſt,& ita in ſpecie reſpon-
det Bald.*in l.ſi cum dotem,*13.§.*ſi poſt ſolutum ad med.*
verſ.nec obſtat ſupra,ff ſolut.matr ſequitur Molin.*de*
*primogen.hiſpan.lib.*2.*c.*16.*nu.* 27.*fol.*33. Iaſ. *in § fue-*
*rat,col.antepenult.nu.*135.*cum ſeq inſtit.de actionibus.*

Neque obſtat, quod vxor fuerit in culpa non exigen-
do dotem à marito, ſtatim quod ille incipiebat
33 male vti ſubſtantia ſua, † provt talis exactio tunc
vxori competit, vt per Eſcobar. *de ratiocin. comput.*
18.*numer.*10.*&* 11.ita vt ſtante culpa mulieris,non
ſit amplius locus redotationi, *auth. quod locum Cod.*
de collat. Quia non conſtat, quod euenerit talis ca-
ſus dilapidationis bonorum viri, ideò erit proban-
dus ad hoc, vt mulier poſſit dici eſſe in tali culpa,
34 vt propter eam priuetur commodo redotationis,
cùm ad hunc effectum iſta requiratur: Oſaſc. *deciſ.*
124.*numer.*5.*in fin.*poſt Campeg.*de dot part.*1.*quaſt.*
15. Caſtr.*conſi.*80.*numer.*1.*lib.*1.Cum potius in actis
appareat de diligentia mulieris in agendo contra
hæredes viri pro recuperatione ſuæ dotis, adeo vt
ex hoc præſumendum ſit, quod eandem diligen-
tiam adhibuiſſet propter caſum inopiæ,& dilapida-
tionis bonorum viri ſi conſtante matrimonio oc-
35 curriſſet,† vnde ceſſante culpa,magis eſt ei ſuccur-
rendum in petita redotatione:Peregrin. *de fideicom-*
*miſſ.art.*24.*num.*11.Alex.*in l.cum dotem* §.1.*in gloſſ.in*
*verb.ſupereſt.n.*6.*ff.ſolut.matrim.*

Nec facit, quod maritus habebatur communiter pro
diuite tempore, quo ei fuit per fratrem ſoluta dos,
de qua agimus: Quia de hoc non conſtat, & prius
eſt probanda iſta communis reputatio per allegan-
36 tem; † cum alias non præſumatur habilitas quo ad
diuitias, & actus extrinſecos, & contraria proce-
dunt quo ad mores, & ſimiles qualitates extrinſe-
cas:Gloſſ.*in cap.ſi forte,in verb.euidenter, de elect.in*
6. *& in l.ſi vero.* §. *qui pro rei, ff. qui ſatiſdar.cogant.*
Menoch.*præſumpt.*91.*nu.*18 *vſque ad* 22.*lib.*6. Surd.
*conſi.*486.*num.*9.*lib.*4.

Nec ſubſiſtit, quod idem frater non poterat exigere
37 ſatiſdationem dotis reſtituendæ,† aut aſſecurandæ,
cum de jure ſit prohibita juxta *l.*1.*&* 2.*Cod.ne fide-*
iuſſor.dot.dent. Quia omiſſo, quod ſunt multi caſus,
in quibus ſoluens dotem poteſt ſibi prouidere de
38 ſecuritate dotis,† quos referunt Doctor.*in l.ſi con-*
*ſtante,*25.§.*quoties, ff. ſolut. matrim.* Guter. *de iura-*
*ment.confirmat.p.*1.*c* 21.*per tot.*Ceuall.*q.*258.*n.*1.*cum*
*ſeq fol.*180.Lup *in cap.per veſtras,notab* 5.*n.*4.*vſque*
ad 14.*de donat.inter vir.& vxor.fol.*384. Reſponde-
tur ſatis eſſe, quod per legem prouidetur mulieri
de iterata dote,ſtante illius amiſſione abſque culpa
ſua, ideo non eſt attendendum, quod neque illam
39 ſoluens fuerit in culpa, † quia etiamſi caſu periiſſet
dos, tamen pater teneretur iterum dotare,cum ſuf-
ficiat, quod filia ſit priuata dote abſque facto ſuo:
Menoch.*conſi.*1078 *n.*5.*&* 6 *lib.*11.poſt Caſtr.*conſi.*
80.*n.*2.*lib.*1. Socin.*conſi.*291.*nu.*4.*lib.*1. Ideo datur
cautela, vt debitor dotis non ſoluat in pecunia, vt
hujuſmodi inconueniens euitetur, vt dictum eſt ſu-
pra ex Molin *de primogen hiſpan.lib.*2.*c.*16 *nu.*28.

Neque oberit, quod filia non ſit redotanda, niſi
40 † quando vellet transire ad ſecundas nuptias: Ca-
ſtrenſ.*in auth.quod locum,num.*4. & ibi Salic.*nu.*7.*C.*
*de collat.*Quia iſti Doctores ſolum firmant, quod pa-
ter non tenebitur redotare filiam, quando durat
matrimonium, ſecus illo ſoluto, ſi contingeret ſe-
41 cundum matrimonium, † non tamen ex hoc ſe-
quitur, quod ſi filia vidua permanſerit in viduitate
non ſit redotanda, quia non valet augmentum à
contrario ſenſu in his,quæ per Doctores dicuntur,
41 † Calder.*con.*3.*an ſi legatus. ante finem,verſ.item non*
ſic liberè arguitur. de præbend. Alex.*in l.*1.*col.*12.*in*
*princ.verſ.non multum facit dictum ſuum,n.*27.*in fi ff.*
*de legat.*1.Oſaſc.*deciſ.*58.*n* 30.Euerar.*loco argum.*82.
à contrario ſenſu,col.vlt.in princ.verſ. illud autem pro
42 *indubitato habens.*Surd.*conſi* 85.*num.* 39.*li.*1. † Præ-
ſertim,quia ſumus in dote ſubrogata loco legitimę,
quo caſu non conſideratur amplius ſecundum ma-
trimonium, tanquam deſeruiat pro alimentis, ita vt
legitima deperdita, ſit iterum aſſignanda per pa-
trem,quando ſine culpa filiæ eſt amiſſa,*l etiam,*§.1.
ff ſolut.matrim Bald.*in l.ſi cum dotem.*§.*poſt ſolutum,*
*ff eod.tit.*latè Surd.*de alim.tit.*7.*qu* 5.*nu.*1.*cum ſeq.*

Et quod ſimus in dote ſubrogata in locum legitimæ
44 eſt clarum, † quia ſtatutum non excludit filiam
ſimpliciter, & mandat illam dotari, tunc enim
dos non ſuccederet loco legitimæ, ſed vlterius di-
ſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec ali-
quid petere poſſit, nam tunc relictum ſuccedit lo-
co legitimæ, & eſt purum, & ab eo rejicitur quod-
libet onus conditionis, & grauaminis, & tranſmit-
titur ad hæredes cum aliis effectibus legitimæ com-

potentibus: Caſtr. *in l. titio centum, 70. §. titio genero, num. 8. verſ. ego plurses contra ff. de condit & demonſtr. & conſi. 25. per tot. lib. 3.* Alex. *conſ. 13. nu. 12. lib. 3* cum aliis, quos latè Deo dante adducam *infr. cap. 700.* vbi quod cum iſta diſtinctione tranſit Rot. coram R.P.D Buratto Romana de Marganis, 9. Decembris 1616. recedendo ab aliis deciſionibus contrariis prius factis.

Minus facit, quod mulier ſemper receperit fructus do-
45 tis pro ſola ſumma, † quæ remanſit, ita vt videatur ſibi præjudicaſſe in parte dotis deperditæ ſtante iſta diminuta ſolutione: Surd *conſi. 104. nu. 9. & dec. 92. num. 11.* ſicut mulier non potuiſſet expreſsè conſentire quo ad remiſſionem juris ſui abſque ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum in actibus geſtis
40 per mulieres, ita etiam † & multò magis illæ requirebantur in tacita remiſſione. Iaſ. *conſi. 53. n. 4. & 5. lib. 1.* Menoch. *conſi. 237. nu. 34. verſ. prohibet, lib. 3.* & ſequitur Rot. coram R.P.D. Buratto Romana hæreditatis & paragij dotis, 1. Decembris 1614. quæ deciſ. *deciſ. 658. nu. 8 in fin. par. 1. in recentioribus.*

EPITOME.

Dos data per maritum vxori conſtante matrimonio an dicatur donatio propter nuptias, ſi detur nomine dotis, & augmenti, ſiue in contractu, ſiue in teſtamento. ¶ Et quid ſi vxor ſit nobilis, & ſenex. ¶ Mater quando teneatur filiam dotare. ¶ Donatio propter nuptias excedens quantitatem dotis, an ſit ſimplex donatio. ¶ Et an ſecundum conſuetudinem non debet attendi talis inæqualitas, ſiue fiat ante, ſiue poſt matrimonium. ¶ Dotatio vxoris facta per maritum in vltima voluntate an ſit noua diſpoſitio, vel confirmatio prioris donationis ¶ Et quando habeat vim legati.

SVMMARIVM.

1 *Dos data per maritum vxori conſtante matrimonio dicitur donatio propter nuptias, quamvis detur nomine dotis, ſeu augmenti. num. 15. & 18 ſiue in contractu, ſiue in teſtamento. num. 5. & 8. Fallit in ſene, & ignobili ad fauorem mulieris nobilis, & iuuenis. num. 2. & 3.*

4 *Confeſſio teſtatoris de dote vxoris valet in vim legati, licet de ea non conſtet.*

6 *Dotatio vxoris facta per maritum in teſtamento non eſt noua diſpoſitio, nec alteratur, ſeu extenditur, ſed ſtat in illis terminis, in quibus prius reperiebatur, & eſt confirmatio prioris dotationis, neque habet vim legati. nu. 8. 9. 10. & 11.*

7 *Confeſſio dotis habita ſtatim inducit debitum ſiue ſimus in diſpoſitione inter viuos. ſiue in vltima voluntate.*

12 *Donatio propter nuptias an reſeruetur filiis communis matrimonij etiam fœminis. num. 13.*

14 *Mater non tenetur filiam dotare, niſi ſit diues, & filia patrem inopem habeat.*

17 *Donatio propter nuptias poteſt fieri etiam conſtante matrimonio.*

17 *Verba contrahentium non attenduntur. ſed quid voluerint.*

10 *Donatio propter nuptias excedens quantitatem dotis dicitur donatio ſimplex. Fallit ſtante conſuetudine, iuxta quam non conſideratur iſta inæqualitas. num. 20. & 23. ſiue fiat ante matrimonium, ſiue poſtea. nu. 21. & 22.*

CAPVT DCXC.

[Adde ſuprà *ad cap. 172. nu. 21. & c. 254 nu. 65.*]

APprobatur ab omnibus concluſio alias adducta in cauſa Romana donationis propter nuptias, videlicet quod dos conſtituta per maritum vxori conſtante matrimonio dicitur donatio
1 propter nuptias, † quamvis fuerat data nomine dotis, ſeu augmenti, cum enim per titulum dotis transferatur dominium in maritum, res quæ jam erat mariti non poteſt amplius effici ſua, vnde non mirum, ſi non poteſt talis dos conſtitui à viro, quod procedit quamvis maritus donauerit extraneo aliquid, vt poſtea illud daret ſuæ vxori nomine dotis, ſemper enim eſt donatio propter nuptias, & debet conſeruari filiis primi matrimonij etiam ſine tranſitu ad ſecunda vota, ita vt etiam hoc habeat locum, quamvis filij ſint hæredes ejus, qui talem dotem conſtituit, ſeu auxit. Vnde etiam neque tale augmentum dotis cenſebitur datum per mulierem ſecundo viro, cum non ſit dos, ſed habeat ſpeciale nomen donationis propter nuptias, & debeat redire ad hæredes dotantis. Ita omnia prædicta late comprobat Surd. *conſi. 196. num. 17. vſque ad 24. lib. 2. & conſ. 164. numer. 12. cum ſeq. eod. lib.* Natt. Mannel. Aym. Cephal. Ruin. & alij, quos late adduxi ſupra *cap. 172. num. 21. vſque ad 24. p. 1. & c. 254. nu. 65. vſque ad 69. p. 2.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. libro 20. cap 4. nu. 5. cum ſeq.* & plenius *lib. 12. tit. 26. num. 10.*

Nec obſtabit Honded. *conſi. 48. lib. 1.* Quia neque ab hujuſmodi opinione recedit, ſed eam admittit,
2 † cum illa tamen limitatione, vt non procedat, quando augeretur dos à marito ſene & ignobili ad fauorem mulieris nobilis & juuenis, provt erit caſus, in quo ſcripſit Honded. tunc enim tale augmentum non trãſit in donationem propter nuptias, ſed dicitur remuneratio, & efficitur vxoris in recompenſationem juuentutis, ac nobilitatis, & magni laboris in educatione, ac regimine viri, & inæqualitatis inter conjuges exiſtentis, quorum nihil
3 verificatur in facto de quo agimus, † & ita declarat idem Honded. *conſi. 48. n. 15. vſque ad 23. lib. 1.* quod etiam multis comprobat Burſatt. *conſi. 178. numer. 5. vſque ad 8. lib. 2.* Cephal. *conſi. 613. num. 34. & 35. lib. 4.* cum aliis per Duen. *regul. 221. nu. 11. limit. 11.* quod prius voluit Bart. *in l. ſi voluntate, nu. 2. C. de dot. promiſſ. & in l. ſi diuortio, 21. nu. 4 ff. de verb. oblig.* Curt. Iun: *conſi. 6. num. 10. poſt med. verſ. iſta concluſio probatur.* Lup. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 10. num 2 & §. 31. num. 1. cum ſeq.*

Neque aduerſatur, quod maritus dixerit in teſtamento ſe alias duxiſſe in vxorem Camillam, illamque dotaſſe in ſcutis mille, provt in inſtrumento per Saccocciam, & denuo quatenus opus ſit illam in d. ſumma dotauit, ex quibus verbis colligitur fuiſſe confirmatam talem dotem in teſtamento, & per conſequens eam eſſe debitam vigore legati, exem-
4 plo † confeſſionis factæ per teſtatorem de dote vxoris, quæ valebit in vim legati, quamvis aliter non conſtet de tali dote: Cyn. *in l. generaliter, qu. 8 in fin. C. de non numer. pecun.* cum aliis, quos late adduxi ſupra *c. 116. nu. 42. vſque ad 53. tom. 1.*

Quia iſtud augmentum dotis conſtante matrimonio ſiue ſit factum in teſtamento, ſiue in contractibus inter viuos, ſemper reſoluitur in donationem

5 nem propter nuptias, † cum in vtroque caſu mili-
tet illa ratio, quod per titulum dotis transfertur
dominium in maritum, ita vt res, quæ jam erat
ipſius non poſſit amplius effici ſua: Surd conſi. 196.
num. 14 lib. 2. Campeg de dot. p. 3 qu. 50. Lup. in rubr.
de donat. inter virum & vxorem, §. 30. num. 6. per text.
in l. debitum, de pignor. act. l. cum res, de contrah. empt.
6 cap. inter dilectos, de fid. instrument. Vnde † cum pri-
ma diſpoſitio dotis ſit confirmata in teſtamento, per
talem confirmationem, illa non alteratur, aut exten-
ditur, ſed ſtat in illis terminis, in quibus prius repe-
riebatur, l. aurelius, 29. §. teſtamento, ff. de libert. leg.
Bald. in l. 3. in fin. Cod. ſi aduerſ. rem iudicat. Caſtrenſ.
conſi. 187. notandum eſt quod iſta imperialis, in princ.
lib. 2. Crot. conſi. 55. num. 17 lib. 1. Alex. conſi. 122. nu.
10. lib. 4 Surd. conſi. 340. num. 7. & 8. lib. 3.
Nec facit quod ſtante amiſſione inſtrumenti primæ
donationis, iſta diſpoſitio facta in teſtamento de-
beat valere in vim nouæ dotis, Quia non negatur
primum inſtrumentum, neque de illo controuer-
titur, ſolum dicitur, quod non erat neceſſaria noua
diſpoſitio, cum præſumatur facta in confirmatio-
nem primæ conceſſionis, nam teſtator noniter di-
ſponit, quatenus opus ſit, & cum non impugnetur
prima, non verificatur iſtud opus eſſe, & quatenus
etiam diceretur noua conceſſio, ſemper militat
illa ratio, quod tale augmentum reſoluitur in do-
nationem propter nuptias, vt dictum eſt, & quæ
opponuntur de confeſſione non applicantur,
7 † quia aliud eſt fateri ſe dotem habuiſſe, aliud ſe
dotaſſe, confeſſio enim dotis habitæ inducit debi-
tum, nam eo ipſo, quod quis confitetur ſe debito-
rem, vel quod recepit dotem, ſtatim videtur man-
dare hæredi, vt illam ſoluat, & ſatisfiat, ſiue hoc fa-
teatur in contractu, ſiue in teſtamento: Surd. deciſ.
285. numer. 6. vſque ad 9. & conſi. 169. num 5 ad med.
8 lib. 2. quod non eſt quando † maritus fatetur ſe do-
taſſe vxorem conſtante matrimonio, non enim ſe-
quitur, quod voluerit talem dotem acquiri vxori, &
per ſuum hæredem illi ſolui, cum de jure talis ac-
quiſitio ei non fiat, ſed heredibus dotantis, tanquam
habeat vim donationis propter nuptias, vt dictum
eſt, ita vt neque hæres teneretur vxori dare tale
augmentum dotis quamvis adierit hereditatem, cum
lex non interpretetur eſſe dotē, vt in ſpecie conclu-
dit Surd. conſi. 196. num. 53. vſque ad 58. lib. 2. & fa-
ciunt ſimilia, de quibus per Aym. conſi. 200. num. 5.
cum ſeq. Bald. conſi. 161. lib. 5. Pariſ. conſi. 33. nu. 96. lib.
3. Becc. conſ. 72. num. 17.
Quibus addendum eſt, quod hujuſmodi dotatio fa-
9 cta in teſtamento non eſt noua diſpoſitio, ſed † con-
firmatio prioris dotationis per text. in leg. ex ver-
bis, 14. Cod. de donat. inter virum & vxorem, & in leg.
donationes quas parentes, 25 Cod. eod. tit. vbi expreſſè
deciditur, quod ſimiles donationes cenſentur factæ
in corroborationem earum, quæ prius factæ ſunt, &
10 retrotrahuntur, † ideò non habent vim legati, niſi
ſpecialiter teſtator hoc mandauerit, vt notat gloſ. in
dict. leg. donationes quas parentes, in verb. referatur, ad
med. verſ. item nota contra, Cod. de donat. inter vir. &
11 vxor. † Vnde tanquam confirmatæ non habent vim
extendendi, neç alterandi, nec augendi, niſi prout
prima diſpoſitio erat Crot conſi. 55. nu. 17 lib. 1. cum
aliis ſupra allegatis.
Neque oberit, quod quatenus etiam eſſet donatio
propter nuptias, tamen erat reſeruanda filiis com-
12 munis matrimonij, † & ſic etiam fœminis: Gabr. de
ſecund. nupt. concluſ. 1. numero 4. & 5. Quia omiſſo,
quod prædicta procedunt in lucro dotali, & quod
debent eſſe etiam hæredes. Reſpondetur ex facto
conſtare non poſſe per filias peti niſi ſcuta octin-
genta relicta à patre in teſtamento per eos appro-
bato, quod facit, vt nihil amplius illis debeatur tam
reſpectu bonorum paternorum, quam materno-
13 rum, prout in eodem teſtamento diſponitur. † Ita
vt neque obſtet, quod potuerit derogari tali dona-
tioni ratione augmenti dotis, exemplo fideicom-
miſſi, juxta auth. res quæ, Cod. commun. de legat.
Quia procedit in dote conſtituenda, & augenda à
perſona, quæ eſt grauata reſtituere, & quæ tenetur
dotare, vt per gloſſ. ibid. in verb. obligationem, in
14 princ. † vnde mater non poterat ita diſponere, tan-
quam non teneretur dotare filiam, niſi ex cauſa
probabili, ſi ipſa diues ſit, & filia pauper patrem
inopem habeat: Corn. in l. neque mater. C. de iur. dot.
Bart. in auth. res quæ C. commun. de legat. Cuman. in l.
filiam, §. fin. ff. ad Trebell. Alex. conſi. 144. nu. 16. lib 6.
Boer. deciſ. 129 nu. 3. Cephal. conſi 5. nu. 6. Iaſ. in § fue-
rat, nu. 155. inſtit. de actionib. Surd. de aliment. tit 1 qu.
14. nu. 3. vſque ad 16. præſertim cum fœminæ eſſent
pluſquam congruenter dotatæ à patre in ſcutis o-
ctingentis pro quolibet, vt latius in facto dicitur.
Nec ſubſiſtit opinio Abbatis in cap. & ſi neceſſe. 5. §. 1. de
15 donat. inter vir. & vxor. † Quia verior eſt concluſio,
quod dos conſtituta per maritum vxori conſtante
matrimonio dicitur donatio propter nuptias, quam-
vis ſit data nomine dotis, ſeu augmenti, non autem
ſimplex donatio, prout notat Hoſtienſ. in cap. nuper,
6. in princ. verſ. in dotem. & ibid. Cardin. num. 1. de
donat. inter vir. & vxor. Idem Hoſtienſ in d. c. & ſi ne-
ceſſe, 5. poſt princ. in verb. in dotem. Anch. num. 8 in fin.
verſ. 2. principaliter oppono Butr. nu. 9 poſt gloſſ. ibid.
in verb. in dotem, eod. tit. de donat. inter vir. & vxor.
Nec debet attendi, quod dicti Doctores loquantur
16 de donatione ante contractum matrimonij. † Quia
iſta diſtinctio non eſt admittenda, cum enim do-
natio propter nuptias poſſit fieri etiam conſtan-
te matrimonio, leg. fin. Cod. de donat. ante nupt. ſe-
quitur, quod maritus dotando vxorem conſtante
matrimonio cenſeatur feciſſe donationem propter
nuptias, non autem ſimpliciter donaſſe, prout
dicimus de augmento dotis facto à marito, dum
conſtat matrimonium, quod dicitur donatio pro-
17 pter nuptias, † non autem donatio ſimplex, neque
dos, non enim attendimus nomen & corticem ver-
borum, ſed ſenſum, & voluntatem contrahentium,
qui verè voluerunt donare propter nuptias quam-
vis aliis nominibus vtantur: Natt conſi. 253. num. 7. &
conſ. 571. num. 9. Surd. conſ. 196. num. 20. lib. 2. & conſi.
164. num. 17. & 32 eod. lib. poſt Albent. conſi. 22. nu. 4.
& conſi 68. num. 1.
Quare etiam videmus, quod indiſtinctè Doctores
ſumunt augmentum dotis pro donatione propter
nuptias, ita vt quando fit donatio à marito in in-
18 ſtrumento dotali, † ſemper ſit donatio propter
nuptias, quamvis non dicatur, non autem ſimplex
donatio, etiamſi maritus dixerit ſe donare ob bene-
merita, & ex ſui liberalitate: Aym. conſi. 22. numer. 5.
vſque ad 8. Surd. conſi. 164. num. 17. lib. 2. per text. in l.
cum multa. in princ. & §. ſancimus, & §. ſi igitur, Cod.
de donat. ante nupt.
Nec releuat, quod non dicitur donatio propter

nuptias, quando excedit quantitatem dotis, ſed
19 † ſimplex donatio, *l. fin. §. ſimplices. C. de donat. ante nupt.* Quia de conſuetudine generali, quæ alia pro-
batione non indiget, dos & donatio propter nu-
20 ptias tam in ſumma, quàm † in lucris poſſunt inæ-
qualiter procedere: Gloſſ. Bart. & Salicet. *in auth. æqualitas, C. de pact. convent.* Bald. & Ang. *in l. ex morte, Cod. eod. tit.* Guip. Pap. *qu.* 363. *licet in pactis, num.* 2. Cuman. *conſi.* 26. *cum ſtatutum, col.* 1. Io. de Plat. *in §. eſt & aliud, inſtit. de donat.* Corn. *conſi.* 303. *col. fin. lib.* 4. Natt. *conſi.* 391. *num.* 5.
Et quamvis prætendatur ex adverſo talem inæqualita-
21 tem ſolum procedere, † quando donatio propter nuptias fit ante matrimonium, ſecus ſi poſtea: Innoc. *in cap. ult. num.* 1. *in fin. de donat. inter vir. & uxor.* Tamen iſtam diſtinctionem non eſſe tutam, dicit Natt.
22 *conſi.* 391. *in fin.* † prout etiam notat Abb. *in d. cap. ult. num.* 11. *in fin.* & quidquid ſit Innoc. loquitur de jure, ſicut etiam Cæpoll. *caut.* 62. cum aliis ex adverſo adductis, qui non faciunt mentionem conſuetudinis, ſecundum quam hodie indiſtinctè admittitur
23 inæqualitas, † quæ conſuetudo eſt ſervanda, prout reſpondendo ad Innoc. concludit Abb. *in d. cap. ult. num.* 12. *de donat. int. vir. & uxor.*

EPITOME.

Contractus minoris an ſit ipſo jure nullus ob non ſervatam formam ſtatuti Vrbis ¶ Et quando detur ejus convalidatio. ¶ Et an ſolemnitates per dictum ſtatutum requiſitæ ſint inductæ propter publicam utilitatem, quamvis in eo adſit cauſa ne quis decipiatur. ¶ Verba nullius roboris & momenti an inducant nullitatem ipſo jure, ita ut non ſit opus reſtitutione, ſeu revocatione. ¶ Contractus per legem prohibitus quando ſuſtineatur volente eo, in cujus favorem annullatur. ¶ Et an interim donec conſtat de ejus voluntate deſinat eſſe ipſo jure nullus. ¶ Obligatio civilis, & naturalis an oriatur ex actu, cui lex reſiſtit. ¶ Tertius ratione intereſſe, quando poſſit nullitatem contractus allegare. ¶ Et quid ſi nullitas ſit detecta. ¶ Et an requiratur aliqua declaratio, tam reſpectu ipſius, quam minoris, domini, ſeu eccleſiæ. ¶ Nullitatis allegatio an ſit permiſſa per viam exceptionis, quamvis agendo non permitteretur. ¶ Et quid ſi jus excipiendi ſit perſonale. ¶ Statutum Vrbis de duabus ſententiis conformibus exequendis an ſit intelligendum, ut prius conſtet de illarum validitate, & juſtitia ¶ Sententia lata non tranſportatis actis an ſit notoriè nulla defectu juriſdictionis etiam quod procedatur ſummariè, & adſit in commiſſione clauſula, quam & quas, & conſtito de præmiſſis quantum ſufficere videbitur, & ſit datum ſummarium teſtium Iudici. ¶ Hypotheca an ceſſet, ſtatim quod corruit principale inſtrumentum in quo eſt appoſita. ¶ Falſitas cauſæ an reddat contractum nullum, quamvis adſit decretum cum aliis ſolemnitatibus, & quamvis in parte cauſa verificaretur. ¶ Exceptio quæ prodeſt, vel nocet auctori, quando noceat, ſeu proſit ſucceſſori etiam ſine clauſula ceſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus minoris ob non ſervatam formam ſtatuti Vrbis non eſt ipſo iure nullus, & poteſt per minorem convalidari, ita ut talis nullitas non poſſit per tertium allegari. Contrarium, num.* 2. *& 6. Intellige ut num.* 13. 14. *&* 26.
3 *Verba,* nullius roboris & momenti, *univerſaliter negant, & inducunt nullitatem ipſo iure, ita ut non ſit opus reſtitutione, aut revocatione, num.* 4. *&* 5.
7 *Solemnitas adhibenda per ſtatutum in contractibus minorum cenſetur inducta propter publicam utilitatem, quamvis dicatur illã requiri, ne quis decipiatur.*
8 *Renunciatio formæ per ſtatutum inducta non valet, licet ſit iurata.*
9 *Contractus per legem prohibitus non ſuſtinetur etiam volente eo, in cuius favorem annullatur, neque poteſt ratificari, num.* 10.
11 *Minor quamvis poſſit ſtare contractui nulliter geſto, tamen antequam conſtet de eius voluntate, non deſinit eſſe ipſo iure nullus, & interim tertius poteſt talem nullitatem allegare, num* 12.
15 *Tertius ratione intereſſe non prohibetur nullitatem contractus deducere, neque requiritur aliqua declaratio reſpectu ipſius, quidquid aliud ſit reſpectu minoris, domini ſeu eccleſiæ, nu.* 16.
17 *Nullitas detecta poteſt per quemcumque allegari.*
18 *Nullitatis allegatio per viam exceptionis permittitur, licèt agendo non permitteretur. Amplia quamvis ius excipiendi ſit perſonale dummodo interſit, nu.* 19.
20 *Exceptio nullitatis contractus non eſt propriè exceptio de iure tertij, ſed de non iure agentis.*
21 *Melior eſt conditio poſſidentis contra eum, qui nullum ius habet.*
22 *Salvianum interdictum non competit ſine hypotheca.*
23 *Fructus non currunt ſtante nullitate cenſus.*
24 *Obligatio civilis, & naturalis non oritur, cum lex illi reſiſtit.*
25 *Obligatio eſt mater actionis.*
27 *Statutum Vrbis de duabus ſententiis conformibus exequendis intelligitur quatenus ſint iuſtæ, & validæ.*
28 *Sententia lata non tranſportatis actis eſt notoriè nulla defectu iuriſdictionis etiam, quod procedatur ſummariè, & adſit in commiſſione clauſula quam & quas, conſtito de præmiſſis quantum ſufficere videbitur, & ſit datum ſummarium teſtium Iudici.*
29 *Hypotheca ceſſat, ſtatim quod eſt nullum inſtrumentum principale, in quo illa eſt appoſita, & nu.* 30.
31 *Falſitas cauſæ reddit contractum nullum, quamvis in eo intervenerint omnes ſolemnitates per ſtatutum requiſitæ, & licet falſa cauſa in parte verificaretur, nu.* 32.
33 *Decretum eſt individuũ, & non poteſt pro parte valere.*
34 *Hypotheca præſcribitur ſpatio decem annorum.*
35 *Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreſſum, & prodeſt ſingulari ſucceſſori etiam ſine clauſula ceſſionis. num.* 36. *&* 37.
38 *Exceptio quæ nocet auctori præiudicat etiam ſucceſſori.*

CAPVT DCXCI.

[Adde *ſupr. ad cap.* 26. *num.* 40.]

PRo obtinenda immiſſione in cauſa Romana Salviani interdicti firmatur ex adverſo concluſio,
1 † quod contractus minoris ob non ſervatam formam ſtatuti non eſt ipſo jure nullus, & ideò talis nullitas non poterit allegari per tertium, cum poſſit per minorem illa convalidari, tanquam propter favorem ipſius ſit inducta, cui poteſt per eum renunciari, ſi voluerit: Bart. *in l. eleganter, ff. de dolo mal.* Surd. *de aliment. privileg.* 56. *num.* 80. *&* 81. Rot. coram Cardin. Pamph. Romana palatij 5. Mariæ Majoris, 15. Martij, 1604.

Verum

Verum prædicta non ſubſiſtunt, quia contraria opinio eſt verior, quod tales contractus ſint ipſo jure nulli
2 † cum ſtatutum Vrbis *cap.151.lib.1.* præciſè diſponat illos eſſe nullius roboris, & momenti, quæ verba ſunt latæ ſententiæ, & ipſo jure inducunt nullitatem, vt in ſpecie de ſimili obligatione concludit Feder.*conſi.137.col.1.poſt med.verſ. ex quibus infertur, & verſ. ſonant enim illa verba,* quem ſequitur Felin. *in cap. Rodulphus,col.26.verſ. nullius momenti,nu.31. de reſcript.* & Tiraq.*in l.ſi vnquam,in verb.reuertatur, nu.97.C. de reuocand.donationib.iuxta l.qui in carcerem,22 ff quod metus cauſ.* Abb. *in c.2 colum.vlt.verſ. duodecimum,eod.tit.*Franc.Aret.*in l.1.col.6.ff.de teſtament. & in l.qui à latronibus, in princip.col.4.eod.tit.* per text.quem dicit ad hoc clarum *in l.non dubium, 5.C.de legib.* Alex.*in l.poſthumo, col.6.verſ.tertia fuit opinio.*& ibi Iaſ.*col.7.verſ. pro qua opinione,C. de bonor.poſſeſ.contr.tabul.*Vant.*de nullitat.tit.quot.& quib. mod nullit.propon.poſſ.num.49.& 50.* Socin.*conſi.115.*
3 *in princ. lib. 4.* † Cæteros conſultò omitto, quia eſt veriſſima opinio,quod talia verba intelligantur ipſo jure,ita vt non ſit opus reſtitutione in integrum, aut reuocatione, quidquid aliqui male ſentiant illam eſſe neceſſariam, vt teſtatur late Tiraq.*in d.l. ſi vnquam, in verb.reuertatur, numer.97. vſque ad* 103.
4 † cum talis dictio ſit vniuerſalis negatiua,quæ ſcilicet vniuerſaliter negat, neque enim eſſet nullius momenti,quod ipſo jure valeret,immo haberet aliquid momenti,prout eſt text.apertus *in l ſi libertus, 16.*& ibi Gloſſ *in verb.momenti, ff. de iurepatronat.l. 1.in princ ff.de feriis:* Gloſſ.*in cap.ad noſtram,ad fin.de procuratoribus. & in clem.1.in verb momenti,in addit.de prebend.& in cap.2 in fin. de filiis preſbyteror. in ſexto.* Archidiac.*in cap.ordinarij.in fin.de offic. ordinar. eod. lib* Bart.& Ang.*in l falcinius,7 §. ſi quis bona,ff. quibus ex cauſ.in poſſeſſ eat.* Felin. *in cap. Rodulphus, col. 26.verſ.nullius momenti,nu.31.de reſcript.*

Maxime quia ſtatutum addit etiam illa verba nullius roboris, quæ adjuncta cum illis verbis nullius momenti magis inducunt nullitatem ipſo jure tanquam
5 geminata, *l.baliſta, ff. ad Trebell.* † Nam talia verba nullius roboris denotant actum irritum ipſo jure, *cap.ne captandæ,verſ.nec aliquam obtineant,de conceſſ. prebend.in ſexto.* Felin.*in cap.Rodulphus.35.col.25.in princ.num.30. de reſcript.* vbi allegat etiam Domin. *in c cæterum, de reſcript.*quem etiam ſequitur Ruin. *conſi.158.nu.5.lib.4.* Vant.*de nullitat.tit. quot & quib. mod.nullit.propon.poſſ.num.49.& 50.*

Cum igitur ſimus in contractu minoris ipſo jure nullo ſequitur, quod talis nullitas poſſit etiam à tertio
6 allegari, † quamvis enim minor poſſit ſtare contractui nulliter geſto, & illam conualidare, ſi voluerit: Surd.*deciſ.*108.*numer.1. cum ſeq.* Tamen quando per ſtatutum datur forma præciſa contrahendi per minorem, cum verbis nullitatis ipſo jure, tunc non poteſt huic formæ renunciari, neque ta-
7 lis actus ita nulliter geſtus poterit approbari,† cum hujuſmodi ſolemnitas, & forma cenſeatur inducta propter publicam vtilitatem, quamvis dictum ſit illam requiri,ne quis decipiatur, vt in ſpecie concludit Ioan.Anib.*in repet.l.nemo poteſt,numer.*286.&
8 318. *ff. de legat.1.vol.4.fol.167.* † vbi ex hoc infert, quod tali formæ per ſtatutum inductum non poterit renunciari, neque cum juramento, Roland. *conſ.72.nu.57.lib.3. & conſ.60.num.31.lib.4.*Menoch. *de arbitr.lib.1.qu.30.nu.6.*Ruin.*conſi.158.nu.1.vſque*
9 *ad 6.lib.4.* vbi quod quando lex prohibet, † & reſiſtit contractui,non valet actus etiam volente illo, in cujus fauorem annullatur, ideo neque poteſt ratificari,nec tali nullitati renunciari:Burſatt.*conſ.82. nu.12.17.& 18.lib.1.*poſt Innoc.& alios *in cap. prudentiam,in princ.de offic.delegat.*Bart.*in l.licet de iud.* Gozad.*conſi.40.nu.4.* Guter.*in dict.l. non poteſt,num.* 337.Olaſc.*deciſ.166.num.7.& deciſ.172.num.17.&* 18.Iaſ.*in l.penult.num.17.C.de pact.* Felin.*in cap.cum acceſſiſſent,num.7.& 8.de conſtitution.*Surd.*deciſ.*268.
10 *num.8.& 9.*† Prout paſſim quando ſtatutum reſiſtit contractui, non datur aliqua voluntas prohibitionis per eum,ad cujus fauorem fit prohibitio:Tiraq. *de legib.connubial.gloſ.8.nu.98.fol.366.*

Et quamvis hoc ſufficeret ad obtinendum, quod poſſit ita nullitas à tertio allegari, cum in hoc caſu voluntas minoris non conualidet talem actum, vt
11 dictum eſt, † Tamen etiam additur, quod licet minor poſſet illum conualidare, & ſtare contractui nullo. Nihilominus non per hoc idem contractus deſinit ipſo jure nullus, antequam conſtet de hujuſmodi approbatione, cum talis facultas approbandi reſpiciat potius reſolutionem actus, quam originem, neque enim impedit, vt diſpoſitio juris non ſortiatur ſuum effectum,nam diſpoſitio, quæ in aliquo futuro euentu poteſt reſolui,dicitur pura, non ſecus ac ſi nullo caſu daretur illius reſolutio: Gloſ.*in l.2 ff.de in diem addict.* Bald.*in leg. cum nota, Cod.de tranſaction.*Pariſ *conſi.11.num.37.lib.1.* Natt. *conſi.372.numer.8.* Cephal. *conſi. 52. numer. 6.*& ita in ſpecie concludit Surd.*deciſ.108.num.19. vſque ad*
12 *21.* † vbi quod donec minor declarat voluntatem actus circa illius validitatem,tertius poteſt allegare talem nullitatem, cum interim remaneat nullus, & per conſequens jus tertij poteſt allegari, quando eſt excluſiuum juris agentis ipſo jure, licèt ille tertius non contradicat: Bart. *in l.2.verſ. quandoque ius tertij,il ſecundo,ff. de except. rei iudicat.* Ruin. *conſ. 40. num.7.& 8.lib.5.* Burſatt.*conſi.82. num. 10. cum ſeq. lib.1.*Afflict.*deciſ.366.num.6.* Scapuccin. *de ſaluian. interdict.lib.2.quæſt.16.n.15.*Cardin.Mantic.*de tacit. & ambig.conuentionib.lib.4.tit.8.nu.54.*Cephal.*conſil. 153.numer.25.lib.1.* Alexand. *conſil.38.num.6.lib.2.* Menoch *conſi.1.num.110.& conſi.79.num.28.& conſ. 90.num.10.lib.1.*Roland.*conſi.15.nu.22.lib.1.* Viuius *deciſ. 291. in fin. lib. 2.* vbi quod ita fuit judicatum Imol.*in cap. ſi quis presbyterorum, de reb. eccleſ. non alienand.*latè Tiraquell.*in l.ſi vnquam, in verb.reuertatur,num.356.Cod.de reuocand.donat.* poſt Bald. *in l. his conſequenter,§.1.ff.famil.erciſcund. & in leg. cum ſeruum, colum. 2.* vbi Cyn.& Aret.*C. de ſeru.fugitiu.* Ancharan. *in cap. 1. col. 1. de reſcript. in ſexto.* Ita vt quando ipſo jure tollitur actio,Iudex etiam ex officio poſſit,& debeat repellere agentem,& abſoluere reum non petentem:Tiraq.*in dict.l. ſi vnquam,in verb.reuertatur,n.345.C.de reuocand.donationib.*juxta gloſſ.*in l.vbi pactum,C.de tranſaction.*Felin.*in cap. exceptionem,col.2.in princ.de exception.* Bart.& Imol. *in leg.eum qui ita,§.qui ita, ff. de verbor.obligationib.* Anchar.*conſi.333.in princip.& conſi.294 ad med.*

Contraria autem procedunt, quando contractus
13 minoris non eſſet nullus ipſo jure, † vel quando poſſet per minorem approbari, vel quando ſtatutum non reſiſteret præciſè actui, vel quando ſolum attenderetur jus commune, prout ita Burſar. & alios declarat latè Surd. *deciſ.108.numer.10. verſ.*

ad ea vero & n.11.cum ſeq. vel quando ipſe, qui con-
14 traxit cum minore † non ſeruata forma allegaret
iſtam nullitatem, ne ex dolo ſuo commodum ſen-
tiat, prout diſtinguit Cardin. Mantic. *d.tit.8.nu.54.*
ad med. Cephal. *conſil.133.num.125.lib.1.iuxta l.ne*
ex dolo, ff.de dolo.

Accedat quod ſumus in tertio habente intereſſe, cujus
15 ratione non prohibetur nullitatem deducere † in
quacumque materia ſimus, vt per Alexand. & Caſtr.
in leg.ille à quo,§.ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. Idem
Alex. *conſi.38.num.6.lib.2.* vbi quod ſtante intereſſe
16 non requiritur aliqua declaratio, † niſi reſpectu
domini ſeu minoris, & Eccleſiæ, non autem reſpe-
ctu tertij, prout etiam notat Cephal. *conſil.135.num.*
125.lib.1. poſt Afflict. *in cap.1.gl.3.num.73.quæ fuer.*
prim.cauſ.benefic. amitt. Bald. *in l.1.col.2.Cod.de reb.*
alien.non alienand. Imol. *in cap. ex noſcitur, col.4.de*
his quæ fiunt à prælat.ſin.conſenſ.cap. Abb. *conſi.64.nu.*
3. Theſaur. *decis.4.num.7.* Menoch. *conſi.1.num.321.*
Ruin. *conſ.40.nu.7.& 8.lib.2.* Burſatt. *conſi.82.nu.11.*
& 25.lib.1.

Cum præſertim ſimus in nullitate detecta, quæ per
17 quæcumque poteſt deduci: † Rot. *diuerſ.deciſ.176.*
num.12.p.1. poſt Felin. & alios *in c.lator.de re iudicat.*
Cum etiam ſimus in nullitate per viam exceptionis,
quam ſemper licitum eſt opponere, quamvis illa
18 agendo non poſſet allegari, † Alber. *in l.poſt mortem,*
num.5.de adopt. Rot. *d.deciſ.176.num.11.* Aym. *conſi.*
148.num.1. Quamvis enim jus agendi non tranſeat
in ſingularem ſucceſſorem, Tamen aliud eſt in jure
excipiendi quod tranſit in eum etiam abſque aliqua
ceſſione, quando exceptio competit occaſione rei:
Bald. & Caſtr. & Salic. *in leg. 3.Cod. quod met. cauſ.*
Rom. *conſi.311.in princ.* Felin. *in cap.quia ergo,num.5.*
19 *in fin.de iudic.* Surd. *deciſ.264.num.24.* † vbi ampliat
quamvis tale jus excipiendi ſit perſonale dummo-
do interſit: Aret. *conſi.70.col. 2. verſ. non obſtat quod*
iſtud. Iaſ. *in l.ſi tibi,§.pactum.ff.de pact.* Scapuccin. *de*
ſaluian.interdict.lib.2.qu.16.nu.14 late Vegius *conſi.*
20 *56.nu.21.vſque ad 26.* † Maxime quia iſta exceptio
de nullitate contractus non eſt propriè exceptio de
jure tertij, ſed de non jure agentis: Bald. *conſi.150.ca-*
ſus talis eſt,ad fin.lib.1. Rot. Genuen. *deciſ.14.num.55.*
21 † Vnde interim melior eſt conditio poſſidentis
contra eum, qui nullum jus habet: Caſtr. *in l.fin.C.*
de rei vendicat. Theſaur. *deciſ.4.n.8 verſ.primo quia,*
& verſ. ad ea quæ dicit. Cum actore non probante
reus abſoluatur, *l.qui accuſare.C. de edend.*

Quibus ſtantibus non eſt locus prætenſo ſaluiano in-
22 terdicto, cum nulla adſit hypotheca, † ſine qua illud
non datur: Bart. *in l.1.nu.3.* & ibi Salic. *num.5.ff de*
ſaluian.interd. Natt. *conſ.474.nu.34.* Roland. *conſi.14.*
n.13.lib.1. Surd. *conſi.131.n.11.lib.1.* & per conſequẽs
23 non currunt fructus: † Rot. coram R. P. D. Gyptio
Vrbeuetana nullitatis cenſus 21. Maij, 1595. & co-
ram Card. Millino Romana officij, 20. Maij, 1602.
Nam ex contractu celebrato non ſeruata forma ſta-
24 tuti Vrbis per minorem, ſeu † mulierem nulla ori-
24 tur obligatio nec ciuilis, nec naturalis cum lex re-
ſiſtat obligationi: Bart. *in l.cum lex,nu.24. cum ſeq.de*
fideiuſſorib. & in l.1.col.fin.ff de condict.indeb. & in l.1.
n.8.verſ.& ideo dico,de nouation. Roman. *conſ.12.n.4.*
Marſill. *conſi.117.n.27.* Iaſ. *in l gallus,nu.17.verſ.tertio*
adde ff de legib. Crot. *in l.1.§.ſi quis ita,n.3.ff.de verb.*
oblig. Surd. *deciſ.268.n.9.& conſi.115.n.36.& 37 lib.1.*
Card. Mant. *de tacit. & ambig.conuention.lib.21 tit.3.*
nu.4. & cum non adſit aliqua obligatio, neque com-
25 petit Aduerſario aliqua actio, † cum obligatio ſit
mater actionis, *l.licet,§.ea obligatio,ff de procuratorib.*
Bar. *in l.1.in princ.ff de pecul.* Surd. *conſ.150 n.99.li.1.*

Neque obſtat, quod ego contrarium ſenſerim ſupra *c.*
27 *27.num.40.* Quia ſi rectè legantur, † quæ ibi poſui,
apparebit, quod non ſimpliciter dixi non poſſe al-
legari per tertium iſtas nullitates contractuum ge-
ſtorum per minorẽ, niſi ipſi velint, nam addidi cum
declarationibus de quibus per Surd. *deciſ.108.* inter
quas adeſt nullitas ipſo jure, quæ paſſim permitti-
tur, vt poſſit opponi ex rationibus ſupra adductis.

Hæc omnia ſcripſi requiſitus, quid pro veritate tenti-
rem in hujuſmodi cauſa, in qua prius fuerunt latæ
duæ ſententiæ contra Collegium, antequam ali-
quid ſciberem, & quamvis ex ſupradictis rationi-
bus clarè appareat de illarum injuſtitia, ita vt non
videretur opus eſſe vlteriori diſceptatione, Tamen
quia ex aduerſo multum reclamabatur, ſub prætex-
tu, quod non eſſet retardanda executio duarum
27 conformium vigore ſtatuti Vrbis, † Ideo fuit da-
tum dubium an illud obſtaret. Et quidem negati-
uè concludendum eſt, quod non ſit locus dicto ſta-
tuto, cum debeat intelligi quatenus ſententiæ ſint
juſtæ, & validæ, non autem notoriè nullæ, & inju-
ſtæ, prout in ſpecie dicti ſtatuti concludit Rot. co-
ram R.P.D. Vbaldo Signina bonorum, 4. Iulij 1614.
quæ eſt *deciſ.662 nu.3.part.1.in recentioribus.* vbi re-
fertur alia ſimilis deciſio coram R. P. D. Coccino
Bononien. de Ghelis 9. Iulij 1610. & coram Cardin.
Pamphilio. Lauden. pecuniaria, 1. Iulij 1588. impreſ-
ſa per Marcheſ. *de commiſſ. p. 3. §. 1. fol. 20.* de qua
etiam *in tract. de clauſul.part.1.clauſul.19.numer.11.*
fol.23. vbi multæ concordantes deciſiones allegan-
tur.

Nullitas autem notoria quo ad ſecundam ſenten-
tiam confirmatoriam primæ apparet ex non
tranſportatione actorum, & depoſitionum te-
28 ſtium, † & aliorum jurium productorum, & ſpe-
cialiter inſtrumenti emptionis domus per Mauri-
tium auctorem auctoris Collegij cum quietantiis
ibidem exiſtentibus, quod facit, vt ſententia dica-
tur notoriè nulla defectu juriſdictionis, etiam
quod procedatur ſummariè, & quamvis in com-
miſſione adſit clauſula, conſtito de præmiſſis quan-
tum ſufficere videbitur, & etiam ſi fuerit datum
Iudici ſummatium teſtium, & licèt etiam adſit
clauſula, quam & quas, vt voluit Rot. coram Car-
din. Blanchetto Tudertina ſpolij, 17. Martij 1586.
& coram Card. Plato Bononien. de Herculanis, 5.
Iunij 1589. & coram eodem Cortonen. bonorum de
Sorbello, 28. Iunij 1589. & coram R P.D.. Gypſio
Majoricen. officij pœnitentiariæ & canonicatus 4.
& 18. Februarij 1591. & in eadem cauſa coram
Card. Blanchetto, 21. Iunij 1591. & coram R. P. D.
Litta Fauentina fideicommiſſi, 5. Iunij 1589. quæ
omnes deciſiones ſunt impreſſæ per Farinac. *conſil.*
167.in fin. lib. 2. vbi etiam prædicta multis aliis au-
ctoritatibus & rationibus confirmat, adducens
etiam Rot. coram R. P. D. Decano Farfen. bono-
rum, 28. Iunij 1606.

Et vltra prædictam nullitatem, adeſt etiam notoria
injuſtitia vtriuſque ſententiæ, quæ ex eiſdem a-
ctis reſultat, cum non potuerint fundari tales
ſententiæ in inſtrumento cenſus nulliter conſti-
tuti per tutorem minoris abſque ſolemnitatibus
requiſitis

requiſitis in ſtatuto Vrbis 151. *lib.* 1. vt clarè probatum fuit *ſupr.n.2.vſque ad 6.* Ita vt ſtante huiuſmodi nullitate non conſtet de aliqua hypotheca,
29 † quæ ceſſat, ſtatim quod eſt nullum inſtrumentum principale, in quo illa eſt apposita, cum extincta ſubſtantia contractus, non attendatur inſiurandum, aut guarantigia, vel hypotheca, ſeu obligatio cameralis, nec aliud ſimile acceſſorium: Gloſſ. *in l. ſi patronus 3. §. patronum. in verb. Faniana. in fin. ff. ſi quid in fraud. patron.* Socin. in ſpecie *conſ.* 78. *nu.* 3. *li.*3. Phanuc. *de inuentar. par.* 5. *nu.* 104 *cum ſeq.* iuxta *c.2. de precar.* Bald. *in l. ex teſtamento 29. in fin. C. de fideicommiſſ.* Alexand *in l.1. §. ſi vir. C. de acquir. poſſ.* Aym. *conſ.* 299. *num.* 3. Surd. *conſ.* 93. *nu.* 1. *& conſi.* 150.
30 *num.* 82. *lib.* 1. † Et quod hypotheca in hoc caſu ſit reſoluta eſt text. *in l. contrahitur.* vbi Bart. *ff. de pignorib.* Neguſ. *eod. tit par.* 3. *memb.* 1. *nu.* 9. Surd. *conſ.* 243. *num.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 318. *num.* 5. *& 6. lib.* 3. poſt Alex. *conſ.* 134. *nu.* 20. *lib.* 6. Bero. *conſ.* 203. *n.* 16. *cum ſeq. lib.* 1. Socin. Iun. *conſi.* 20. *num.* 6. *lib.* 2.

Additur falſa cauſa, ob quam fuit impoſitus cenſus, Nam in inſtrumento de anno 1581. aſſeritur illum conſtitui pro ſoluenda dote per patrem debita Franciſcæ Bondinæ, cum tamen nulla dos fuerit ſoluta, vt patet ex iuribus productis, in quibus per eandem Franciſcam de anno 1593. pro tali dote fuit actum Saluiano contra bona paterna eiuſdem
31 minoris, & per eum eadem dos ſoluta, † Adeo vt ſtante huiuſmodi falſitate cauſæ, contractus cenſus ſit nullus, quamuis etiam in eo interueniſſet decretum Iudicis cum aliis ſolemnitatib. per ſtatutum requiſitis, vnde multò magis quando illæ, prout in caſu noſtro, non interuenerunt, *l. tutor ſi petitus. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. Seia egreſſa. ff. eod. tit.* Roman. *conſ.* 454. *n.* 12. vbi latè Mandoſ. *in verb. nullum fore.* Imol. *conſ.* 98. *num.* 7. Alex. *conſ.* 69. *n.* 3. *lib.* 3. *& conſ.* 147. *nu.* 1. *lib.* 7. Ruin. *conſ.* 46. *nu.* 3. *lib.* 5 Dec. *conſ.* 403. *num.* 20. *& conſ.* 479 *nu.* 7. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 12. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 7. *nu.* 85. *lib.* 3. Rot. *diuerſ. deciſ.* 529. *nu.* 1. *p.* 1. Curt. Iun. *conſ.* 170. *nu.* 2. *& conſ.* 118. *col. fin. verſ. ex præmiſſis etiam conſtat.* Corn. *conſ.* 132. *ad fin. lib.* 2.

Quæ etiam amplìantur, quamuis falſa cauſa verifica-
32 retur in parte: † Bart. & Caſtr. *in l. ſi non ſortem. § ſi centum. ff. de condict. indeb.* Ruin. *conſ.* 160. *n.* 27. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 7. *n.* 85. *cum ſeq. lib.* 3. Purpur. *conſi.* 456. *n.* 10. *lib.* 2. Natt. *conſ.* 646. *n.* 6. Honded. *conſi.* 52. *nu.* 111. *lib.* 1. latè Mandoſ. ad Roman. *conſ.* 454. *n.* 12.
33 *in verb. Bartolus.* Put. *deciſ.* 220. *lib.* 3. † Cum decretum ſit indiuiduum, ideò non poteſt pro parte valere: Afflict. *deciſ.* 218. *n.* 4. iuxta *l.1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.* Pariſ. *conſ.* 89. *num.* 60. *lib.* 1. Capic. *deciſ.* 51. *in princ.* Roland. *conſil.* 99. *num.* 31. *cum ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 7. *num.* 88. *lib.* 3.

Præterea non eſt locus iudicio Saluiani intentato
34 propter lapſum annorum 37. † cum tamen ſufficerent decem anni, per quorum ſpatium illud eſt præſcriptum, tanquam hypotheca tanto tempore præſcribatur *l.1. & 2. C. ſi aduerſ. credit.* Aret. *in §. item Seruiana. n.* 14. & ibi Iaſ. *n.* 125. *inſtit. de actionib.* Aym. *conſil.* 148. *num* 6 Alex. *conſil.* 220. *num.* 1. *lib.* 6. Rot. coram R.P.D. Coccino Romana Saluiani interdicti. 2. Decembris 1601. impreſſa *poſt tract. de Saluiano deciſ* 17. *num* 8 Roland. *conſ* 79 *n.* 13. *vſque ad* 19. *lib.* 1. Afflict. *dec.* 139. *num.* 1. Tiraq. *de retract. lignag. §.1. gloſſ* 10. *num.* 11

Accedat, quod domus, de qua agitur, fuit adiudicata Iuliæ Cyprianæ pro ſua dote per ſententiam Card. Pamphilij citato Aduerſatio, quæ tranſiuit in Iu-
35 dicatum, † ita vt Collegium habens cauſam à Iulia poſſit ſe iuuare huiuſmodi exceptione rei iudicatæ contra eundem Aduerſatium, per quam impeditur litis ingreſſus tanquam ſit exceptio litis finitæ, & habeatur pro veritate, & ſit ipſa veritas: Bart. *in l. nam & poſtea. ff. de iureiur. & in l. fratris. C. de tranſact.* Bald. *in l. poſtquam liti. C. de pact. & in cap.1. de controu. int. vaſall. & alios.* Io. de Amic. *conſi.* 122. *n.* 5. *& 6.* Surd. *conſ.* 312. *n.* 8. *cum ſeq. lib.* 3. *& conſ.*
36 165. *nu.* 4. *lib.* 2. Blanc. *de compromiſſ. q.* 4. *n.* 6. † Ita vt talis exceptio, quæ prodeſt auctori, proſit etiam ſingulari ſucceſſori, & habenti cauſam ab eo, *l. etiam. ff de iureiur.* Bart. *in l. ſi tertius. § ſi quis prius.*
37 *n* 6 *ff de aqu. pluu. arcend.* Aym. *conſ.* 148. *n.* 1. † Etiam ſine clauſula ceſſionis: Bertazzol. *conſ. ciuil.* 75. *num.* 27. Prout è contra exceptio, quæ nocet auctori
38 † præiudicat etiam ſucceſſori, *l. apud Celſum. § de auctoris. ff. de dol. mal. & met. except.* Socin. *conſi.* 131 *nu.* 5. *ad med lib.* 3. Surd. *conſ.* 4 *nu.* 6. *& 7. lib.* 1.

EPITOME.

Pactum futuræ ſucceſſionis, tam affirmatiuum, quam negatiuum, tam de tota hæreditate, quam de parte, quando ſit validum. ¶ Et quid ſi fuerit iuratum. ¶ Vel fiat ob matrimonium. ¶ Vel ob piam cauſam. ¶ Vel ob agnationem conſeruandam ¶ Vel coram Iudice. ¶ Vel cum clauſula omni meliori modo. ¶ Vel quando filia habuit plus quam importet ſua legitima. ¶ Obligatio acceſſoria an expiret ſublato principali contractu. † Actus correſpectiui quales dicantur. ¶ Et quando ſublato vno tollatur alterum. ¶ Renuncians futuræ ſucceſſioni aliquo accepto, ſi veniat contra renunciationem, an debeat reſtituere, quod accepit. ¶ Ceſſio & donatio generalis quarumcumque hæreditatum deferendarum, an valeat ſi in ea etiam exprimantur paternæ, maternæ, & fraternæ, & aliarum particularium perſonarum. ¶ Donationes factæ ob cauſam ingreſſus, quando ſuſtineantur, & poſſint reuocari. ¶ Spes turpis ſucceſſionis alienæ an dicatur etiam in patre, quamuis in eo ceſſet votum captandæ mortis. Pactum an ſit validum, ſi per ſtipulationem quis promittat habere licere rem alterius quomodocumque ad eum perueniat etiam ex ſucceſſione. ¶ Spes fideicommiſſi conditionalis, & rei legatæ, quando poſſit donari, & accreſcat collegatario, & confideicommiſſario. ¶ Hæreditas an ſit adeunda non certificata morte defuncti. ¶ Cautela pro eo, qui non poteſt habere conſenſum viuentis. ¶ Legitima renunciata per filium an acquiratur fiſco. ¶ Conuentio liberandi debitores, ſi hæres extiterit, an ſit valida. ¶ Donans bona viuentis, quando ſit indignus hæreditate illius. ¶ Et an iſta indignitas purgetur per pœnitentiam.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio non valet, quando tractatur de futura ſucceſſione, num.* 22. *&* 45 *Intellige vt num.* 2. 3. *&* 4.
5 *Facultas teſtandi non dicitur ſublata per ceſſionem collatam in tempus delatæ hæreditatis, & ſub conditione, ſi deferatur.*
6 *Pactum futuræ ſucceſſionis valet propter fauorem matrimonij, num.* 9. *&* 10. *& de conſuetudine admittitur, num.* 12. *Declara vt num.* 32. *&* 33.
7 *Matrimonium eſt multum priuilegiatum, & non comprehenditur in generali prohibitione. n.* 11. *&* 12.

8 *Actus imperfectus valet iuxta naturam illius cui adhæret.*
13 *Donatio, venditio, & ceſſio futuræ ſucceſſionis ſuſtinetur, ſi fiat auctoritate Iudicis, & cum clauſula omni meliori modo, num.14.*
15 *Renunciatio futuræ ſucceſſionis eſt licita propter conſeruandam agnationem, tanquam roborata à ſtatuto, ſeu conſuetudine excludente fœminas, num.16.*
17 *Pactum de non ſuccedendo patri, aut matri eſt validum ſi filia habaet plus quam ſua legitima aſcēdit.*
18 *Damna, & intereſſe veniant ob promiſſionem non obſeruatam, & æſtimantur prout eſt illud, quod fuit promiſſum.*
19 *Obligatio acceſſoria expirat propter nullitatem conuentionis. Fallit ſtante iuramento, & clauſula principaliter & inſolidum, num. 20.*
21 *Executio obligationis cameralis non retardatur niſi per exceptiones notorias, & non requirentes altiorem indaginem, num.24.*
23 *Renunciatio ceſſat ſi non poteſt prodeſſe eis, ad quorum fauorem fuit facta.*
24 *Pactum futuræ ſucceſſionis affirmatiuum non validatur iuramento, ſecus negatiuum, n. 28. & 29.*
25 *Conuentio de hæreditate viuentis eſt cōtra bonos mores.*
26 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
27 *Promiſſio, per quam inducitur votum captandæ mortis non valet, neque de iure canonico.*
30 *Votum captandæ mortis conſideratur tam in pacto futuræ ſucceſſionis de tota hæreditate, quā de parte, n.31.*
35 *Exceptio non admittenda, debet admitti, ſi incontinenti probetur.*
36 *Exceptio fundata in articulo iuris dicitur certa.*
37 *In correſpectiuis, ſublato vno, tollitur alterum.*
38 *Duo contractus correſpectiui habentur pro vno, ita vt totus ſit reſciſſus. ſi pars annulletur, n. 39. & 40.*
41 *De actibus correſpectiuis remiſſiuè.*
42 *Contractus dicuntur correſpectiui ſi fiant eadem die, vel poſtea infra breue tempus, vel ſi contrahentes non dediſſent aliquid ſine acquiſitione alicuius iuris, numero 43.*
44 *Renuncians futuræ ſucceſſioni aliquo accepto, ſi veniat contra renunciationem tanquam nullam, tenetur omnia reſtituere.*
46 *Ceſſio, & renunciatio generalis quarumcunque hæreditatum deferendarū valet quamuis in ea exprimātur paterna, materna, fraterna, & alia quæcunque aſcendentium, num.47 & 48. Limita vt num.56.*
49 *Pactum eſt validum, vt ad fauorem ſocietatis ponantur hæreditates ſocijs obuentæ.*
50 *Renunciatio omnium hæreditatum non deſinit eſſe generalis, quamuis in ea ſpecificentur aliquæ hæreditates particularium perſonarum, nu.51 & 52.*
53 *Donationes factæ ob cauſam ingreſſus monaſterij ſunt validæ, & non poſſunt reuocari.*
54 *Clauſula,* ac alias omni meliori modo, *operatur, vt ſi non valet, quod ago, valeat, prout valere poteſt, & comprehendit alia præter expreſſa. num.55.*
57 *Hæreditas non poterit dari ex conuentione inter viuos, neque ad fauorem piæ cauſæ, neque ex contractu inſurgente per aditionem hæreditatis, nu.58.*
59 *Spes turpis ſucceſſionis aliena dicitur etiam in patre, quamuis in illo ceſſet votum captandæ mortis, & in eo magis iſta ratio attenditur, quam in filio, & idem in Eccleſia, num.60.*
61 *Pactum an ſit validum, ſi per ſtipulationem quis promittit habere licere rem alterius, quomodocunque ad eum perueniat etiam ex ſucceſſione.*
62 *Spes fideicommiſſi conditionalis, & rei legatæ, quarlie poſſit donari, & accreſcat collegatario, & confideicommiſſario. num.63.64. & 67.*
65 *Hæreditas non poteſt adiri, niſi certificetur mors defuncti, num.66.*
68 *Cautela pro eo, qui non poteſt habere conſenſum viuētis.*
69 *Donans bona viuentis an ſit indignus hæreditate illius, num.70. & 71. Et an iſta indignitas purgetur per pœnitentiam. num.72.*
73 *Legitima renunciata per filiam an acquiratur Fiſco.*
74 *Pactum liberandi debitores, ſi hæres extiterit, an ſit inualidum.*
75 *Renunciatio hæreditatis deferendæ an ſit abdicatiua, vel tranſlatiua.*
76 *Conuentiones vt primogeniti ſuccedant, an admittātur.*
77 *Magiſter Petrus, ſeu Petrus magiſter in quo differat.*

CAPVT DCXCII.

PEtitio, de qua in cauſa Aſculana bonorum, videbatur iuſta, ideo mandatum erat relaxandum, quia conſtabat de obligatione tam mulierum, quàm virorum, qui in recompenſationem dotium auctarum per fratrem promiſerunt, quod ſi mater quouis titulo ſiue vltimæ voluntatis, ſiue inter viuos eius hæreditatem, & bona relinqueret eiſdem mulieribus, poſſint & debeant ſolummodo habere, & retinere tertiam partem eius, quod ſibi fuerit relictum, & tranſlatum, reliquæ verò duæ partes cedant. & ipſo facto deuoluantur in beneficium fratris dotantis, & ſuorum hære[dum] abſque aliqua diminutione, ita vt etiam d. vi[ri] teneantur de eorum proprijs bonis pro validitate, ac obſeruantia talis ceſſionis, & renunciationis, nec poſſint excuſari tanquam promiſerint factum alienum, ſeu aliquid impoſſibile, prout latius in inſtrumento continetur, & cum talia bona fuerint delata dict. mulieribus eſt locus conuentioni,
1 † quæ licet regulariter non valeat quando tractatur de futura ſucceſſione, vt latè per Olaſc. *deciſ.* 100. *per tot.* Nihilominus in caſu noſtro huiuſmodi pactum non continet iſtam ſucceſſionem, ſed donationem, & perſonalem obligationem, quæ incipit in perſonis hæredum, tunc enim valet, & eſt efficax conuentio, cum per eam non auferatur
2 libera teſtandi facultas, † neque agatur de obuentione bonorum, quod quis illa capiat tanquam hæres, & ſucceſſor immediatus, neque ex iure alicuius obligationis hæreditariæ, ſed quod d. hæredes tradent bona per eos promiſſa, contra quos poterit agi vigore talis conuentionis: Aym. in ſpecie *conſ.*139.*col.*2. *in princ. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus n.*1. vbi quod cum iſta diſtinctione loquitur Batt.*conſ.*211.*promitto tibi.nu.*1.*li.*2.1. Curt. Iun. *conſ.* 15.*col.*3.*in princ.& conſ.*25.*in fin. & conſ.*81.*n.*2. cum alijs per Menoc.*conſ.*1.*n.*149. *li.* 1. Gabr.*conſ.* 137.*n.*16.*lib.*1.Card.Mant. *de tacit.& ambig. conuentionib.tit* 33.*lib.*13.*nu.*11. qui omnes ſequuntur Aymon.*d.conſ.*139.quod etiam voluit Boer. *deciſ.*355. *col.*1.*ante fin.verſ.iſta enim obligatio fundata.* Purpur. *in l.vlt. n.*218.*in fin. C.de pact.* Iaſ. *conſ.* 173. *col.* 6. *in princ.verſ ſexto in terminis*, *lib.*4. Socin.Iun.*conſ.*
3 80.*num.*1.*lib.*2.Gail.*obſeru.*126.*num.* 6. *lib.* 2. † vbi quod eſt communis opinio, cum hoc pactum non ſit futuræ ſucceſſionis, ſeu obligatio deſcendens ex contractu de præſenti inter viuos celebrato, licèt effectum ſortiatur poſt mortem, quod procedit abſque vllo diſcrimine perſonarum etiam
4 inter ignobiles, & ruſticos, † Vnde multò magis inter

inter nobiles,prout ſumus: Boet. *d. deciſ.* 355.*nu.*2.
Quæ magis procedunt, quia in caſu noſtro, non obligantur hæredes vigore promiſſionis defuncti, nec
perſonalis obligatio hæredum incipit in perſona illorum ex eo quod teſtator velit, vt ipſi teneantur
iſta bona tradere fratri, ſed mulieres, & earum
viri promittunt per viam donationis eiſdem dare
huiuſmodi bona pro dote aucta quatenus illa ad
5 eos perueniant, † Ita vt ex hoc non poſſit dici,
quod ſit ſublata aliqua facultas teſtandi, ſed talis
ceſſio, & promiſſio erit collata in tempus delatæ
hæreditatis, & ſub conditione, ſi deferatur, ideo,
ſi non veniat caſus delationis, erit inutilis, ſi autem deferatur, ſtatim cenſebitur hæreditas adita, &
ceſſa, & acquiſita donatariis: Gab. *conſi.* 135.*nu.*
3.*lib.*2. Paril.*conſ.*69.*num.*63.*lib.*3. *& conſi.*16.*n.*41.
eodem lib. Becc.*conſi* 74.*num.*12.*lib.*1. cum aliis per
Surd *deciſ.*14.*nu.*1.*vſque ad* 4. Cotn.*conſ.* 272.*col.*2.
verſ.placet etiam conſideratio.lib 3.Socin. *conſil.* 183.
*col.*2.*verſ.ſed tamen præmiſſis.lib* 2.

Additur fauor, & honor matrimonij, quod factum
6 non fuiſſet, niſi huiuſmodi pacto appoſito, † prout
in ſimili caſu dicit Bald. *in cap. fily nati. ſi de feud.
fuer. controuerſ inter domin. & agnat.* eſt enim matrimonium multum fauorabile, & quam plura in
7 fauorem ipſius ſunt ſpecialiter conſtituta: † Gloſ.
in cap.vlt.de condit.appoſit. Dec. *in c. directa, in vlt.
notab.de appellat.* Io.Andr.*in c.*1.*in princip.vt lit.non
conteſtat.* Vnde cum talis conuentio adhæreat eidem
matrimonio tranſibit in naturam illius rei, cui ad-
8 iungitur, & quamuis per ſe ſit inefficax, † valebit
tamen iuxta naturam actus, cui accedit, & adhæret, *l.ſi tibi rem.de præſcript.verb l.* 1. *C. de pact.*& in
propoſito notat Maſuer.*tit.de ſociet.verſ. item licet
inſtitutio teſtamentaria, & tit. de ſucceſſ.* §. *item vt dictum eſt ſuperius.* Golielln. Bened. *in cap.Raynutius.*
9 *in verb.duas habens filias num.* 198. *de teſtam.* † & in
ſpecie quod ſint validæ ſimiles conuentiones ob
fauorem matrimonij concludit Dec. *conſi.* 578. *viſo
conſiliario clariſſimi doctoris. col.* 5. *ad med. & col.* 4.
in princ.n 8.*vſque ad* 10.Bertrand. *conſ.* 70.*n.*1.*lib.*5.
& conſ 78.*n.*9.*eod.lib.* Aymon.*conſ.*256.*num.*1.*in fin.*
10 *verſ.poſſet forte dici.col.*2.*in princ* † qui etiam loquitur de pacto ſuper certa parte hæreditatis, vel eius
quota: Menoch. qui idem concludit *conſ.* 1. *numer.*
161.*in fin.& conſil.*904.*nu.*35.*lib.*10. Et alij,qui contrarium tenent, non loquuntur in caſu matrimo-
11 nij, quod cum ſit magis priuilegiatum, non † comprehendetur in illa generali prohibitione: Dec. *d.
conſ.*578.*n.*9 vbi etiam conſiderat conſuetudinem,
12 ſecundum quam ſolent fieri huiuſmodi pacta, † de
qua etiam Menoc. qui multos adducit *conſ.* 1. *num.*
163.*&* 164.*lib.*1. vbi quod paſſim in Italia receptũ
eſt, vt ita paciſci liceat: Galiel. Bened. *inc. Rainutius, in verb duas habens filias n.*199.*&* 200. *de teſtament.* cum aliis per Tiraq.*de primogenit.q* 7. *n.*6. *in
fin.verſ.& ego ſemper in ea opinione, & num.* 7. *verſic.
vtrumque ſit verum.* Auffr. ad Cappel. Tholoſ. *deciſ.*
453.*num.*5.dixi ſupr.*c.*470.*num* 29.*&* 30.

Accedat quod huiuſmodi conuentio eſt facta auctoritate Iudicis, quo caſu admittitur donatio, † &
13 venditio, & ceſſio futuræ ſucceſſionis, vt in ſpecie concludit Albet.*in l.fin.column. penult. in fi. poſt
verſic. & quod in littera dicitur, num.*6.*in fin.C. de
pact.* Cum præſertim ex inſtrumento clarè appareat, quod partes voluerunt talem ceſſionem, &
pactum voluiſſe valere omni meliori modo, tunc
enim eſt ſumenda interpretatio, ne ſenſerint de
14 ſucceſſione, † ſed de bonis dandis, & ſic habuiſſe
rationem non formæ, ſed effectus, vt in terminis
latè defendit Gabr.*conſ.*157.*nu.*23 *vſque ad* 30 *lib.*1.
Curt.Iun.*conſ* 81.*num.*3.Rimin.Iun.*conſ.*589. *nu.*49.
*&.*50.*lib.*5.Rot.*diuerſ.deciſ.*366.*num.*13 *p.*1.

Neque eſt omittendum, quod omnes iſtæ conuentiones fuerunt factæ propter maſculos ob rationem conſeruandæ agnationis, & vt bona remaneant in familia, vt latius in inſtrumento conti-
15 netur, † quo caſu magis valent tanquam conformes conſuetudini totius orbis, ſecundum quam
excluduntur fœminæ ob dictam cauſam: Curt.Iun.
*conſ.*150.*col.*1.Socin. *conſ* 30 *col* 4 *verſ. circa quartum.& conſ.*31.*col.*1.*lib.*1. Afflict *ſuper conſtitut. regn.
rubr.*23.*incip.in aliquibus.lib.*5.Bald. *in l. cum Archimedoram* 4 *col vlt verſ.nunquid.n.*12. *C. vt in poſſeſ.*
16 *legater.* vbi † quod talia pacta valent tanquam roborata ob iſta conſuetudine, neque dicuntur contra
bonos mores: Imol. *in l. ille autem. in fin.ff. de hæredib.inſtit.* cum aliis ſupra allegatis *verſ. additur
fauor & honor matrimonij, num* 9.*cum ſeq.*

Et cum mulieres habuerint plus quam ſua legitima
aſcendit, valet pactum de non ſuccedendo patri,
17 aut matri, † nam hoc caſu dicitur præueniſſe ille,
de cuius ſucceſſione perdenda facta eſt conuentio;
l. ſi non mortis 14.*ff. de inoffic. teſtam.* & ita in ſpecie
concludit Bart. *in l.* 1. §. *ſi parens. in princ. ff ſi à
parent. quis ſit manumiſſ. & in l. vlt.n.*7. *ad med q.*2.
& ibi Purpur.*nu.*181.*C. de pact.* Abb.*conſ.*116.*num.*2.
*lib.*1. vbi quod hæc opinio à nemine reprobatur
Alex *conſ.*180.*&* 181.*lib.*5.Dec.*conſ.*616 *viſo contracto celebrato, num.*6.Iaſ.*in l.frater à fratre. colum. vltim.ad fin.verſ. ſexto fallit.ff. de condict. indebit.* cum
aliis quos adduxi *ſupr.cap.*470.*nu.* 17. *&* 28.

Ex quibus conſtat nos eſſe in pacto valido, & per
conſequens debet relaxari mandatum pro damnis, & intereſſe contra promittentes, ſi ceſſet effe-
18 ctus promiſſionis, † quod erit æſtimatio d. bonorum, *l cum ſucceſſ res. C. de euictionibus. l ſi controuerſia.C.eod.tit.* Alex.*conſ* 67 *nu.* 2. *lib.*2. Ruin. *conſ.*
141.*nu* 9 *in fin.lib* 1.Rimin.Sen. *conſ.*297.*n.*12.*lib.*2.
Rot *diuerſ.dec.*741.*num.*1.*p.*1.

Nec facit, quod obligatio acceſſoria expiret ſtante
nullitate conuentionis principalis, *l. cum lex, de fi-
19 deiuſſoribus.* Fulgoſ *conſ.*73 *n.* 1. Quia † ſupra oſtenſum eſt non adeſſe aliquam nullitatem, cum probatum fuerit pactum fuiſſe validum ob auctoritatem Iudicis, & ob conſuetudinem roborantem
ſimiles conuentiones, cum aliis adductis, ex quibus reſultat validitas non ſolum obligationis fideiuſſoris, ſed etiam principalis, cum etiam ſuſtineatur promiſſio fideiuſſoris, quamuis non valeret illa principalis, quando, prout in caſu noſtro,
ſtat de per ſe, & eſt ſuperata ab obligatione con-
20 tractus, pro quo fuit facta fideiuſſio, † ſtante videlicet iuramento, obligatione camerali, & clauſula principaliter,& inſolidum,& aliis in inſtrumento appoſitis, quæ æquipollent obligationi principali, latè Card. Seraph. *deciſ.* 1324. in cauſa Romana euictionis domus, 5.Iulij 1599 Quamuis hoc
dictum ſit ex abundanti, cum non conſtet de aliquo pacto inualido, vt diximus, ideo non debet
21 retardari obligatio cameralis, † cuius executio
non impeditur, niſi per exceptiones notorias, &
non requirentes altiorem indaginem Gabr. *conſ.*
141.*num.*21.*lib.*2.Aym.*conſ.*207.*num.*7.

In huiuſmodi cauſa Aſculana bonorum coram R.P.D. Sacrato, 13. Iunij 1618. fuit concluſum mandatum
22 non eſſe relaxandum † ob illam rationem, quia eramus in pacto ſuper hæreditate viuentis, quod ſine illius conſenſu non valet, *l.fin.C. de pact.* Maximè, quia in caſu noſtro aderat expreſſus diſſenſus matris, de cuius hæreditate tractabatur, per quam fuit conditum teſtamentum, in quo reliquit hæredes in certis portionibus ſuas filias cum declaratione, quod ſi filij Aſtulphi, ex quauis cauſa, vel conuentione vellent excludere eaſdem mulieres à dicta hæreditate, tunc illa recadat ad fratres S. Franciſci, prohibens fieri aliquam concordiam, & pactum ſuper dicta hæreditate, & bonis, quia voluit ſemper adimpleri ſuum teſtamentum non obſtantibus quibuſcumque renunciationibus, alias talis hæreditas redire debeat ad eoſdem Fratres S. Franciſci, vt latius in teſtamento, ex quo apparet clarè de diſſenſu matris, cuius prouiſio, † quod
23 in caſu contrauentionis bona vadant ad dictos fratres, operatur vt pactum, & renunciatio non poſſit prodeſſe illis, ad quorum fauorem fuit facta, vnde ceſſat renunciatio, *c.non præſtat. de regul. iur.in 6.*& in propoſito Surd.*conſ.*133. *num.* 24. *poſt princ. verſ.ſi enim filia.lib.*1.

Et ſimiles renunciationes ſunt inualidæ, quamuis ſint iuratæ, cum ſit magis communis opinio, &
24 verior,† quod ſaltem pactum de ſucceſſione affirmatiuam, in quibus terminis verſamur, non validetur iuramento: Doctor. *in l. pactum quod dotali. C. de pact.& in l.fin.* vbi Bald.*n.*22.Cagnol.*nu.*91. & 95.*C.eod.tit.*Alex.*conſ.*151.*nu.*10.*lib.*7. cum aliis per Surd.*conſ.*480.*nu.*21.*lib.*4. poſt Anchar. & Gemin. *in c. quamuis, de pact. in* 6. Rot. coram R.P.D. Robuſterio Romana hæreditatis de Marganis, 13. O-
25 ctobris 1584.& 1. Aprilis 1585.† Quia pacta de hæreditate viuentis ſunt contra bonos mores, *l.fin.*
26 *C.de pact.* Ideo non validantur iuramento, † quod non debet eſſe vinculum nequitiæ, & iniquitatis, *c.cum contingat,de iureiur.c.non eſt obligatorium, de reg.iur.in 6.* Ita vt etiam de iure canonico non va-
27 leat promiſſio,† per quam inducitur votum captandæ mortis, *c.deteſtanda 2. de conceſſ. præbend.in 6.*

Diſpoſitio autem *c.quamuis pactum 2.de pact.in 6.* lo-
28 quitur in ſucceſſione negatiua, † quando ſcilicet quis ſimpliciter cum iuramento renunciauit ſucceſſioni alicuius ab inteſtato, quaſi ex hoc, quod excludatur, non ſit alter certus de ſucceſſione, i-
29 deoque ineſt minus periculum, † ita vt non ſit trahenda diſpoſitio *d. c. quamuis*. extra ſuos terminos, cum etiam *ibid.* concurreret conſenſus illius, de cuius ſucceſſione agebatur, tunc enim neque reſiſtit ius ciuile, *l fin.verſ.niſi ipſe forte, de cuius hæreditate pactum eſt, voluntatem ſuam accommodauerit, Cod.de pact.*

Quæ etiam procedunt, quamuis pactum non fuerit
30 ſuper tota hæreditate, † ſed ſuper duabus tertiis partibus, cum talis prohibitio habeat locum etiam ſuper parte, *l. quæ de tota ff. de rei vendic.* Bart. *in l.fin.nu.*32.& ibi Salic.*num.*10 *C.de pact.* Gemin. *in cap.quamuis.n.*10.*eodem tit.in 6.* latè Fachin. *li.*5. *controuerſ.iur. cap.* 84. Nam in vtroque caſu militat
31 eadem ratio, † cum non minus inducatur votum captandæ mortis pro vna parte, quam pro toto, *l.illud.ff.ad legem Aquil.*Surd. *conſ.*501.*nu.*19.*lib.*3.

Et quamuis pactum non fuerit gratuitum, ſed contemplatione dotis auctæ. Tamen non ex hoc deficit ratio de voto captandæ mortis, & Doctores,
32 † qui concludunt valere renunciationem factam contemplatione dotis, loquuntur in ſimplici renunciatione, non autem in pacto de ſuccedendo contra voluntatem teſtatoris, in quibus terminis nos verſamur, & ita intelligitur Cagnol. *in l fin.C.*
33 *de pact.* † & Aym.*conſ.*139.loquitur in pactis ſuper certis bonis, non ſuper hæreditate, de qua in caſu noſtro agitur.

Et huiuſmodi exceptio, quamuis non ſit ex tribus, tamen admittitur contra obligationem cameralem,
34 † quando incontinenti probatur: Galleſ.*ad form. obligat. cameral. q.*1.*num.* 17. Prout regulare eſt in omnibus iudiciis, in quibus omnis exceptio, quæ aliàs ſecundum naturam illius non admitteretur,
35 † debet admitti ſi incontinenti probetur: Rot. coram R.P.D. Sacrato Romana de Mareſcottis, 20. Nouembris 1613. Et talis eſt iſta exceptio,quæ fun-
36 datur in articulo iuris, † quod eſt certum: Bal. *in l.ancilla num* 2 *C.de furt.*

Hactenus deciſio, cui non fuit contradictum, cum agatur inter conſanguineos, & propter enixam voluntatem recedendi à litibus, ſolum remanſit difficultas ſuper reſtitutione augmenti dictæ dotis, quod tamen negabatur, ideo fuit datum dubium, an illud eſſet reſtituendum, & quidem dicebam non poſſe negari reſtitutionem huiuſmodi augmenti, cum enim illud fuerit factum de propriis pecuniis Aſtulphi pro Iulia, & Portia, & per eorum viros è conuerſo ſit promiſſum dare duas ex tribus partibus bonorum, & hæreditatis Franciſcæ communis matris, obligationes iſtæ ſunt
37 correſpectiuæ † ita vt vna dicatur inita contemplatione alterius, Vnde quemadmodum non fuit impleta, ſed inualidata, & reſoluta obligatio facta per eoſdem maritos, Ita quoque reſtituendum erit augmentum dotis, quod fuit datum ob cauſam prædictam, quæ defecit, cum in correſpectiuis ſublato vno corruat alterum,*l.etiam.§. ex hac cauſa. ff.de minorib.l.fin ff. de acceptilat.l.clemens.* §. 1. *de hæredib.inſtituend.*Aym.*conſ.*16.*num.* 4. & *conſ.*179. *nu.*13.& *conſ.*246.*nu.* 4. cum aliis per Menoch *præſumpt* 12.*n.*2.*lib.*6.& *conſ.*92.*n.*42. & *conſ.* 136.*n.*15. & 16.Rot.*diuerſ.deciſ.*677.*nu.*2.& 8.*p.*1.

Amplius ob iſtam correſpectiuitatem, quamuis eſſent duo contractus, tamen habentur pro vnico actu,
38 † & indiuiduo, ita vt totus ſit reſciſſus, ſi pars annulletur: Tiraq. *in l.ſi vnquam, in verb. donatione largitus.nu.* 117.*verſ.* & *ita quidem ineſſe. C. de reuocand.donat.*Aym.*conſ.*198.*nu.*13.*ante med.verſ.imme iſti duo.* Menoch.*conſ.* 156.*nu.*16.*lib.*2. & *præſumpt.*
39 12.*n.*3.& 31.*lib.*6.† Cum vnus dicatur pars alterius, *l.fundi partem, de contrahend.emption.*Cephal. *conſ.* 719.*n* 25.*lib.*5. Albenſ. *conſ.*240.*nu.*31 Corn.*conſ.*36.
40 *n.* 14 *li.*2. Tanquam vnus † ſit cauſa finalis alterius: Decian.*conſ.*52.*num.*116.*lib.*3.poſt Feder. *conſ.* 237. *factum eſt tale.colum.*2. & latè de huiuſmodi actibus
41 bus correſpectiuis † Giurb.*deciſ.*85.*nu.*20. Gonzal. *ad regul.*8.*gloſ.*26.*n.*4.*cum ſeq.*

Quod autem ſimus in contractu correſpectiuo eſt clarum, quia in inſtrumento exprimitur tale augmentum fuiſſe factum contemplatione renun-
42 ciationis hæreditatis maternæ, Quamuis † etiam ſine tali expreſſione ſufficeret, quod contractus fuiſſent facti eadem die, vel poſtea infra breue tempus: Menoch.*præſumpt.*12.*nu.*28.& 29.*lib.*6.Tiraq.*in l.ſi vnquam,in verb.donatione largitus.nu.*137.

 vſque

vſque ad l. 21. C. de reuocandis donationibus. Maximè
quia partes non dediſſent tale augmentum ſine ta-
43 li renunciatione, † quo caſu contractus dicun-
tur correſpectiui etiam ſi haberent cauſam ſepara-
tam, vnde multo magis quando ab eodem nego-
tio pendent, *l. cum eiſdem, §. inter decem, ff. de adi-
lit. edict.* Bart. *in l. Aurelius. §. idem quærit, nu. 3. de li-
bert. legat.* Dec. *in l. pactum. in 2. notab. C. de pact.* Ti-
raq. *de retract. lign. §. 17. gloſ. 1. n. 10.* Put. Mohed. Pe-
regrin. & alij per Giurb. *deciſ. 85. nu. 20. poſt princ.*

Et omiſſis iſtis generalibus ita in puncto concludit
44 Gabr. *conſ. 36. nu. 2. lib. 1.* † vbi quod conſuluit delu-
ſo ex cauſa oneroſa, ſi ei non obſeruetur pactum
futuræ ſucceſſionis, iuxta notata per Purpur. *in l.
pactum quod dotali, 15. n. 10 verſ. ſecundo conſideran-
dum quod dato intereſſe,* & ibid. Dec. *nu. 9. verſ. ſed
quantum ad intereſſe, C. de pact.* Bald. *Nouell. de dot.
part. 6. priuileg. 443. colum. penult. in fin. verſ. ſed po-
ne quod pater. & colum. vltim. poſt princip. verſ. poteſt
adhuc dubitari, n. 4. per text. in l. iure ſuccurſum, §. fin.
ff. de iur. dot.* Cagnol *in l. fi. nu. 46. C. de pact.* Et ita
reſoluit Rot. coram R. P. D. Sacrato in huiuſmodi
cauſa Aſculana bonorum, 21. Iunij 1619. quod tale
augmentum reſtituatur, habendo tamen rationem
legitimæ portionis de iure debitæ mulieribus, &
legatorum patruorum, quibus ipſę mulieres renun-
ciarunt, & in quibus renunciatio habuit effectum
ad fauorem Aſtulphi, ita vt ad ratam dictæ renun-
ciationis effectuatam debeat etiam promiſſio aug-
menti dotis habere effectum.

Et quoniam locuti ſumus de inualiditate pacti ſuper
hæreditate viuentis abſque eius conſenſu, iuxta
45 *l. fin. C. de pact.* Franc. *deciſ. 89. nu. 4.* † Obſeruandum
eſt quod aliud erit dicendum in pacto, ſeu renun-
ciatione generali, prout alias dixi in caſu occur-
renti, iuxta deciſionem Rot. coram R. P. D. Burat-
to Romana ſeu Tiburtina caſtrorum Melchioris,
46 10. Decembris 1618. † vbi fuit declarata valida ceſ-
ſio facta per Olimpiam ante religionis ingreſſum,
non obſtante quod diceretur eſſe nullam tanquam
in ſpecie factam de bonis maternis Catherinæ
tunc viuentis abſque eius conſenſu, & proinde in-
ductiuam voti captandæ mortis, quia illa ceſſio, re-
nunciatio, & donatio fuit generalis de toto eo,
quod ipſa Olimpia petere, habere, ſeu conſequi
quomodolibet poteſt, ſeu in futurum poterit, in
& ſuper ſucceſſione, hæreditate, & bonis quibuſ-
cumque auitis, paternis, maternis, fraternis, & ex
ſororibus prouenientibus, & aliis quibuſcumque
aſcendentium, & collateralium, nec non etiam
iuri, & facultati ſuccedendi ab inteſtato prædictis,
repetitis eiſdem verbis vniuerſalibus. Ideo non
poteſt applicari diſpoſitio dictæ *l. fin.* quæ loqui-
tur in pacto de hæreditate certi hominis, Vnde
non debet extendi ad generalem renunciationem,
ac ceſſionem quarumcumque hæreditatum defe-
47 rendarum, † Nam cum ex morte plurium poſſit
lucrum venire, non eſt veriſimile, quod capte-
tur mors alicuius particularis, & ſic ceſſat præ-
ſumptio, & ratio de qua in *d. l. fin.* prout ibi in ſpe-
cie notat Salicet. *nu.* 10. Fulgoſ. & Iacobin. *num.* 40.
48 Curt. Iun. *num.* 26. Cagnol. *nu. 45. C. de pact.* † Et in
ſimili renunciatione de qua agimus, ita etiam con-
cludit Laderch. *conſ. 133. num. 6.* Capic. *deciſ. 159. nu.
10.* & eſt textus *in l. 3. §. de illo, ff. pro ſoc.* vbi valet
pactum ad fauorem ſocietatis, quod in ea ponan-
49 tur hæreditates obuenturæ, † quaſi tunc dicatur
agi de hæreditate incerti hominis, vt notat Gloſ.
in d. § de illo. in verb. iuſta. & in d. l. fin. in verb. paciſci.
vbi Butrig. Alberic. Bart. & Cagnol. qui de com-
muni *n. 52. C. de pact.* Gemin. *conſ. 159. n. 4. verſ. non
obſtat.* Signor. *conſ. 71. col. 1. poſt med. verſ. item ſimili:*
Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 9. n. 16.* Albenſ. *conſ.
11. nu. 16. lib. 1.* Fab. Ann. *conſ. 45. n. 33. lib. 1.*

Expreſſio illa bonorum maternorum non officit, cum
enim non fuerint ſpecificata generaliter bona om-
50 nium perſonarum, † propter hanc enumeratio-
nem ſpecierum, renunciatio, & ceſſio non deſinit
eſſe generalis: Decian. *conſ. 44. nu. 97. lib. 4.* tanquam
ſpecies cenſeatur adiecta gratia maioris demon-
ſtrationis, vt in propoſito notat Rot. *diuerſ. deciſ.
366. nu. 17. ar. 1.* iuxta *l. regula. §. & licet. de iur. &
51 fact. ign.* † Maximè, quia talis ſpecificatio, quam-
uis eſſet inualida, non tamen faceret, quod bona
materna non venirent ſub generali valida illam
comprehendente, vt per Signorol. *conſ. 116. num. 3.*
Cagnol *in l. fin. n. 52. C. de pact.* Capic. *deciſ. 159. nu.
13.* Albenſ. *conſ. 11. num. 15. in fin.* Cum etiam inſtru-
52 menta ſimilium renunciationum, † & ceſſionum
ab ingredientibus religionem, ita in Vrbe paſſim
ab omnibus fiant, vt ex formulario inſtrumento-
rum, & fide multorum notariorum, nam alias o-
mnes renunciationes ſubuerterentur cum ſuſcita-
tione infinitarum litium, vt per Mohed. *deciſ. 3. de
teſtament.* Rot. *diuerſ. dec. 45. nu. 2. lib. 1. p. 2.* & coram
R. P. D. Gypſio Romana ſocietatis officij 4. Martij
1588.

Et huiuſmodi donationes, ceſſiones, & renunciatio-
nes tanquam factæ ex cauſa ingreſſus monaſterij
53 ſunt validæ, † & amplius per renunciantem non
poſſunt reuocari: Dec. *conſ. 31. n. 3* Couar. *in c. quam-
uis pactum. par. 3. § 2. n. 3. verſ. contrariam ſententiam,
de pactis, in 6.* vbi teſtatur de magis communi La-
derch *conſ. 133. n. 6. & 7.* Rot. coram R. P. D. Manza-
nedo Viterbien. bonorum, 2. Maij 1614. & coram
R. P. D. Remboldo in eadem cauſa 10. Iunij 1615.
54 † Stante præſertim clauſula ac alias omni meliori
modo, quod facit, quod ſi non valet, quod ago, va-
lebit, prout valere poteſt: Bart. *in l. 1. § ſi quis ita. ff.
de verbor. oblig.* Cum per talem clauſulam non re-
55 ſtringatur diſpoſitio ad ſpecificata tantum, † ſed
alia comprehendat: Aym. *conſ. 326. nu. 15.* poſt Bald.
*in l. vinum. colum. 7. ff. ſi cert. petat. & conſ. 489. in cau-
ſa vertente inter capuanum, col. 1. in fin. lib. 3.* Socin.
conſ. 142. col. antepen. lib. 1. & in ſpecie caſus noſtri
Gabr. *conſ. 157. n. 23. lib. 1.* cum aliis de quibus ſupra
verſic. accedat quod huiuſmodi. num. 15.

Contraria autem, quæ allegabantur, non obſtabant,
quia procedunt, quando conſtaret de fraude,
56 † prout fuit in caſu Franch. *deciſ. 89. num. 4.* vbi v-
xor, cui fuit facta donatio, ſemper anhelauerat
hæreditatem matris, ita vt faciendo ſic in genere
renunciari, fuerit color quæſitus, quod in propo-
ſito noſtro non poteſt applicari, cum ceſſio & do-
natio ſit facta ab ingrediente monaſterium, & vt
bona conſeruarentur in agnatione, & tunc viue-
bant non ſolum mater, ſed auia paterna, ſoror, &
aliæ, ita vt ceſſet ratio cuiuſcumque coloris quæſi-
ti, qui tunc conſideratur, quando generalitas non
poſſet, niſi in vna perſona verificari. vt per Cagno.
in d. l. fin. num. 59. C. de pact. & hoc de colore quæſi-
to notat etiam Franc. *d. deciſ. 89. nu. 5.* Capic. *deciſ.
159. nu. 10. poſt princ.* Et de huiuſmodi renunciatio-
nibus factis ob cauſam conſeruandæ agnationis,

quod ſint validæ diximus *ſupr. verſ. neque eſt omittendum,num.*15.

Inſuper obſeruandum eſt, quod neque poterit dari
57 hæreditas ex conuentione inter viuos etiam † ad fauorem piæ cauſæ, Tiraq.*de primegenit, qu.*6.*n.*16. *ad med.* ita vt neque ex quaſi contractu inſurgente per aditionem hæreditatis poſſit quis ſe obliga-
58 re, † vt hæreditatem ſuam det: Peregr.*de fideicom. art.*33.*n.*50.*fol.*301. Immo etiam, quamuis in patre ceſſ. t votum captandæ mortis, non tamen ceſſat
59 turpis ſpes ſucceſſionis alienæ, quæ † in hoc dicitur turpis, tanquam præmaturè ſuper ea diſponatur, *l.*2.*§.interdum. de hæredit. vel act.vend.* Et in ſpecie Seiſell.*in l.vlt.nu.* 10. *C.de pact.* vbi etiam quod iſta ratio magis militat in patre, quam in filio, & ibi,
60 † quod procedit in eccleſia, quæ magis quā priuatus debet abhorrere hanc turpem ſpem præmaturam, cum ſit cultrix iuſtitiæ *cap.ſi clientulus.* §.*ſi diuerſum,de alien.feud.*Gloſſ. *in c.fraternitatis* 12.*qu.* 2.

Quando autem per ſtipulationem quis promitteret habere licere rem alterius quomodocumque per-
61 ueniat ad eum † etiam ex ſucceſſione, valebit tale pactum iuxta Cæpoll.*caut.*252. *alias* 256.*incip.promiſſio ſeu pactum, & caut.* 198. *incip.licet ſoleat dici, n.*4. Quamuis talem cautelam reprobet Seiſell. *in l.vlt.n.*27.*C.de pact.* cum ſit contra tex.*in d.l.vlt.in fin.*& ex aliis rationibus, de quibus ibid. per eum.

Immo etiam quamuis ſpes fideicommiſſi conditionalis poſſit donari, prout etiam ſpes rei legatæ,
62 † Tamen intelligitur mortuo teſtatore, & ita loquitur Fulgoſ. *conſ.* 100. *teſtator in ſuo ſolemni teſtamento per tot.*iuxta *l.ſpem.C.de donationib.* Et ſic non accreſcet collegatario, vel confideicommiſſario,
63 † quando donatur, cum ſecus eſſet ſi dicta ſpes legati repudiaretur: Fulgoſ.*d.conſ.*100.

Ideo ceſſio hæreditatis non valet, niſi poſt mortem
64 teſtatoris, & quod hæres, ſeu legatarius † ſit certus de illius morte: Cagnol. *in l.fin.nu.*36.*C. de pact.* Et hæreditas non poteſt adiri, niſi certificetur mors defuncti, & ante mortem non poteſt aperiri teſta-
65 mentum, † niſi cauſa cognita: Capic. *dec.*94.*nu.* 10. *cum ſeq.* Si quis autem inſtituatur in ſemiſſe purè, & in alio ſemiſſe ſub conditione, poterit adire, quam-
66 uis ignoret conditionem extitiſſe, † diſtinguendo tamen circa ignorantiam, vt per Capic. *d. deciſ.*94.

Et de ſpe ſucceſſionis, quod non poſſit donari, niſi cum conſenſu illius viuentis, & quid ſi donetur
67 hæreditas ſua, vel donentur bona ſua: † latè Card. Mant.*de tacit.& ambig.conuentionibus. lib.*13.*tit.*33. *nu.*5.*vſque ad* 11. Et ſi quis non poſſet habere con-
68 ſenſum viuentis, cautela eſt, † vt caueat ſe daturū, quod ad eum peruenit de bonis prædeceſſoris viuentis, nominando mortuum, cuius fuerunt bona, & ſubiiciendo perſonam viuentis: Azo.*in ſumm.C. de pact.col.*4.*ante med.nu.*13. de quo Put. *deciſ.* 113. *n.*7.*lib.*2.*fol.*100. Seiſell.*in l.vlt.n.*18.*C.de pact.*

Donans autem bona viuentis eſt etiam indignus hæ-
69 reditate illius, † *l. quidam* 30. §. *donationem, cum l.*
70 *ſeq.ff de donat.* † vbi etiam text. loquitur in donatione partis bonorum viuentis: Gloſ. *ibid.* quæ allegat intra concordantia Bertr. *conſ.*292.*nu.*4.*lib.* 1. *par.*1.Card.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.*13. *tit.*33.*nu.*3.*&* 4. Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61.*nu.*14.*&* 35.*ff.de verbor.oblig.* per text. *in l. nec nos.C.de captiu & poſtlim. reuerſ.* Alber. *in l.fin.*
71 *col.penult.in fin.C.de pact.*† Intelligendo tamen, vt per Peregrin.*de iur.fiſc.lib.*3.*tit.*10.*nu.*2.*fol.*97. Et an iſta indignitas purgetur per pœnitentiam paci-
72 ſcentium, † reuocantium pactum futuræ ſucceſſionis: Seiſell.*in l.vlt.nu.*15. *C. de pact.* Et de legitima renunciata per filium an deuoluatur ad fiſcum,
73 † tanquam inducat votum captandæ mortis: Cephal.*conſ.*605.*nu.*21.*lib.*3.Peregrin.*de iur. fiſc.lib.*3. *tit.*10.*num.*4.*fol.*97.

Et de pacto liberandi debitores, ſi hæres extiterit fa-
74 cto viuente teſtatore, † quando ſit nullum: Cagnol.*in l.fin.num.*45.*C. de pact.* Et de renunciatione hæreditatis deferendæ an ſit abdicatiua, vel tranſ-
75 latiua, videlicet an extinguat ius ſuum, † vel transferatur in eum, cui renunciatur, & quando valeat latè Anna.*conſ.*44.*num.*24. *cum ſeq.* Et multos caſus in quibus admittuntur conuentiones, vt primo-
76 genitus ſuccedat: † Tiraq.*de primogenit.q.*6. *numer.* 1.*vſque ad* 36. Oldrad. *conſ.*119. *ad habendam,in* 1. *dub.*Ang.*conſ.*179.*viſis prædictis col.*1.*&* 2.Campeg. *de dot.par. vlt. quaſt.* 79. Et de differentia, quando pactum ſit de hæreditate futura, vel de futura hæreditate: Azo. *in ſumm. C. de pact. col.* 4. *ante med.*
77 *num.*13.† vbi de ſimili tranſpoſitione, magiſter Petrus, & Petrus magiſter, vt primus intelligatur de ſcientia, ſecundus de carpentario.

EPITOME.

Inſtrumentum referens ſe ad aliud an ſit nullum, ſi non conſtat de relato. ¶ Et quid ſi notarius atteſtetur ſe de eo rogatum. ¶ Donatio, ſeu confeſſio mariti de dote vltra quingentos ſolidos etiam iurata an confirmetur infra quingentos per mortem eiuſdem mariti donantis. ¶ Statutum Vrbis *lib.*1.*cap.*149. an habeat locum in donatione præſumpta. ¶ Inſinuatio an requiratur in donatione inter coniuges ob cauſam dotis. ¶ Confeſſio mariti de dote recepta conſtante matrimonio an dicatur donatio. ¶ Et an contra eam poſſit quandocunque opponi de ſimulatione poſt lapſum temporis ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum habens relationem ad aliud non dicitur probatum, ſi non conſtet de relato, quamuis notarius atteſtaretur vidiſſe, & legiſſe, & de eo ſe rogatum eſſe. Declara vt num.*2.*&* 5.

3 *Dictio* prout *exponitur pro* quia, *quando præceſſit certa diſpoſitio.*

4 *Narrata in inſtrumento probant inter eaſdem perſonas contrahentes, ſecus quo ad alias.*

6 *Donatio, ſeu confeſſio mariti de dote vltra quingentos ſolidos non confirmatur neque infra quingentos ſolidos per mortem eiuſdem mariti donantis, ſeu confitentis, quamuis ſit iurata ſtante ſtatuto Vrbis.n.* 7.

8 *Statutum Vrbis* lib.1.c.149. *habet locum etiam in donatione præſumpta.*

9 *Inſinuatio non requiritur in donatione inter coniuges ob cauſam dotis. Intellige ſi fiat à patre, ſeu ab extraneo, ſecus à marito. num.*10.

11 *Confeſſio mariti de dote recepta facta conſtante matrimonio dicitur donatio.*

12 *Lapſus temporalis ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis non attenditur in confeſſione mariti de dote recepta, cum quandocúnque poſſit opponi de tali ſimulatione.*

CAPVT DCXCIII.

NOn probatur dos, de qua erat quæſtio in cauſa Romana pecuniaria ſeu anterioritatis, quia

tis , quia Io. Thomas aſſerit donaſſe Poliſinæ duo
credita ſcutorum 400. auri in auro , & multa alia
mobilia, & ſuppellectilia, de qua donatione, & in-
uentario bonorum tam donans,quam donataria di-
xerunt conſtare ex inſtrumento rogato per Iaco-
bum notarium Auenionenſem 12. Iunij 1582. ad
quod pro pleniori facti veritate relatio habeatur,
quę credita exacta per dictam donatariam vna cum
dictis mobilibus æſtimatis de communi conſenſu
in ſcutis ſexcentum faciunt in totum ſummam ſcu-
torum mille auri in auro , provt talem ſummam
Idem Io. Thomas donator 24. Aprilis 1592.fatetur
conſtante matrimonio habuiſſe in dotem à dicta
Poliſeoa donataria ſua vxore,promittendo illam re-
ſtituere cum hypotheca ſuorum bonorum in am-
pliori forma Cameræ,vt latius in inſtrumento con-
1 tinetur : ex quibus † verbis patet,quod dos habuit
originem à donatione ſibi facta , ad quam fit rela-
tio, & cum non conſtet de ſcriptura relata non po-
teſt dici eſſe probatam aliquam donationem:*auth. ſi quis in aliquo.C.de edend* vbi omnes Doctores at-
teſtantur de communi etiam ſi notarius diceret per
eum fuiſſe viſum , & lectum tale inſtrumentum
Curt.Iun.*ibid.nu 63.col.6.* & etiam quod atteſtare-
tur ſe rogatum de illa ſcriptura,ad quam fit relatio:
Cland.Seiſſell.*ibid.num.33.* & Cagnol.*nu.82. & 86. verſ.ampliatur ſi notarius.* Socin.*conſi.266.col.1.verſ. nec obſtat.lib.2.*

Neque obetit , quod ſufficit in ſecundo inſtrumento
fuiſſe narratum tenorem primi , quamvis aliunde
2 naſcatur , † & fundamentum habeat obligatio; &
actio originalis , quando illius narratiua eſt clara,
provt in caſu noſtro etiam ſine exhibitione princi-
palis ſcripturæ, ad quam fit relatio: Alexand. *in leg. ſciendum,30.col.2.num.9.ff. de verb.oblig.* Galleſ.qui
de communi *ad ferm.oblig.cameral part.3.titulo de præambul. ipſius proceſſus , verb. amplius nota.num.* 1.
3 Natt.*conſ.40.in fin.*† vbi quod procedit quamvis ad-
ſit dictio provt , quæ exponitur pro quia , quando
præceſſit certa diſpoſitio,non autem limitatiuè,ſeu
conditionaliter:Menoch.*conſil.391.nu.32.lib.4.* poſt
Bart.*in l.eum,qui.§.Iulianus.ff.de conſtitut.pecun.*

Quia prædicta procedunt quando ſumus inter eaſdem
4 perſonas contrahentes , † inter quas narrata in in-
ſtrumento probant *l.optimam. Cod de contrab.empt.*
Alexan.*in l.ſciendum,num.9.ff. de verb.obligat.* Secus
autem quo ad alias perſonas,& quo ad præjudicium
tertij,provt ſumus in caſu noſtro,tunc enim ſemper
5 debet conſtare de ſcriptura relata,alias † nulla pro-
batio reſultat , provt in ſpecie ita declarat Socin.
conſi.266.in cauſa quæ vertitur,col.2.ad med.verſ. ſecundo reſpondet.lib. 2. poſt Cardin. *in cap.vlt.ad fin. verſic.in contrarium allegatur.de fid.inſtrument.* Butr.
in cap. vlt. colum. 6. ad med. verſic.quandoque verba enunciantur. de ſucceſſionib. ab inteſt. Galleſ. *ad ferm. obligation. cameral.p.3.tit. de præambul. ipſius proceſſ. verſ.amplius nota.num.2.*

Et iſta videntur ſufficere abſque eo quod diſputetur
de validitate confeſſionis dotis factæ à marito con-
ſtante matrimonio , tanquam ſapiat donationem,
ideò erat inſinuanda,Quamvis in hoc etiam dicen-
dum eſſet illam non valere,Nam licet iſta donatio
ſeu confeſſio mariti ad fauorem vxoris confirmetur
6 morte ipſius. † Tamen quando eſt vltra quingentos
ſolidos non confirmatur , neque infra quingentos
per mortem donatoris,quia eſt nulla,non ſolum ra-
tione rei,ſed etiam perſonæ, Salic. *in leg. donationes quas parentes,num.3.verſ. item nota.Cod.de donat.int. vir.& vxor.* Socin. *in l.1.num.97.verſ.illud autem.ff. ſolut matrim.* Curt.Iun.*conſ.95.num.6.verſ. quia illa.*
Pariſ.*conſi.62.nu.20.lib.1.*Menoch.*præſumpt.12.n.391 & 40.li.3.*Card.Mant.*de tacit.& ambig.conuentionib. lib.11.tit.20.num.25.*Roland.*conſi.93.num.15.& 16. lib.1.* & ſequitur Rot.coram R.P.D. Burattu Ferra-
rien dotis 4.Maij 1615.*col penult.ad med.verſ.ſecun-*
7 *do ex prædictis reſultat.*† Ita vt neque hoc caſu ope-
retur juramentum,cum ex ſtatuto Vrbis.*lib.1.c.149.*
iſtud juſiurandum tollatur: Cæſar. de Graſſ.*deciſ.2. num.14.de donat.*Rot.*diuerſ.deciſ 125.num.13.& 14.*
8 *p.* 1. Quod † ſtatutum cum ſolemnitatibus ibi re-
quiſitis habet locum etiam in donatione præſum-
pta provt eſt talis confeſſio , ex qua reſultat tacita
donatio:Gabriel.in ſpecie *conſi.142.num.22.lib.2.*

Nec facit,quod iſta concluſio non videatur procedere
quando inter conjuges fieret donatio ob cauſam
9 dotis,† quaſi tunc non requiratur inſinuatio,*leg.fin. Cod.de iur.dot.l.vlt.C. de donationib.ante nupt.* Quia
d.iura loquuntur quando donatio ex cauſa dotis fit
à patre,ſeu ab extraneo, & ſic à perſonis permiſſis,
vnde non debet fieri extenſio ad donationem ex
cauſa dotis factam per maritum prohibitum dona-
10 re, † cum talis donatio peccet in duobus,videlicet
ratione rei,quia vltra legitimam ſummam,& ratio-
ne perſonæ,quia maritus eſt,qui donat, & ſic vitia-
tur in totum,provt in ſpecie poſt multos relatos ita
diſtinguit Roland.*conſ.93.nu.16. & 17 lib* 1.

Quod autem ſimus in donatione , quando maritus fa-
11 tetur recepiſſe dotem conſtante matrimonio † eſt
magis communis concluſio, vt per Alex. *conſil.* 45.
*num.6.lib.*1.Ruin.*conſ.183.nu.1.lib.*1. Aym.*conſi.81. in princ.*poſt Bart.*in l.2.§.creditorum,nu.5.ff.ſi cert.petat.* Socin.*in l.1.num.101.ff ſolut.matr.* cum aliis per
Rot.coram R.P.D. Buratto Ferrarien.dotis.4.Maij.
1615.& coram Card Ludouiſio Rauennaten ſaluia-
ni.18.Iunij.1602.Gabr.*conſi.163.num 40 lib.*2.Surd.
conſi.489.num.1.lib 4.Cephal.*conſi.163.nu.20.lib.2.*
Menoch.*præſumpt.12.nu.58.cum ſeq lib.*3.Rot.*diuerſ. deciſ.485 p.3.lib.*3. Put. *deciſ. 55. numer* 8 *lib.* 3.*in noviſſim*

Minus obſtat lapſus temporis ad opponendam exce-
12 ptionem non numeratæ dotis.† Nam cum ſit ſimu-
lata,& facta animo donandi,poteſt quandocumque
opponi de hujuſmodi ſimulatione:Socin.*in l.1.num. 102.in 2.limit.ff.ſolut.matrim.* Gonzad.*conſi.28.num. 23.verſ.octauo.* Surd.*conſi.489.num 4.lib.4.* Menoch.
*præſumpt 12.n.74 lib.*1.Card.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.11.tit.20.num.29.* & ſequitur Rot. in
d.cauſa Ferrarien.dotis,& Rauennat. Saluiani, Ce-
phal.*conſi.163.num.20.in fin.*

EPITOME.

Fraternitas , & proximitas quomodo probetur.
¶ Defectus citationis ad videndum jurare teſtes, an
debeat attendi , ſi de ſtylo aliud ſeruetur. ¶ Modus
adhibitus in examine per vnum ex litigantibus , an
poſſit impugnari ſi altera pars illo vtatur. ¶ Exce-
ptio retentionis legitimæ , & ejus ſupplementi,
quando impediat immiſſionem. ¶ Legitima , &
trebellianica, an debeat liquidari tanquam incerta
ratione loci , & quotæ tam ſi hæreditas conſiſtat in
corporibus, quàm in pecuniis , antequam poſſeſſio
aliqua acquiratur. ¶ Fideicommiſſum totum quan-
do poſſit peti per vnum ex pluribus præſtita cau-

tione de dando partem alteri ¶ Confeſſio facta coram notario in abſentia Iudicis an dicatur judicialis. ¶ Verba ſcripta per notarium, pro tali hærede contra talem comparuit idem citra &c. an probent, quod ille deſcriptus ſit hæres ¶ Sententia declarans aliquem eſſe immittendum in poſſeſſionem vti proximiorem, an admittat appellationem. ¶ Et quando iſta verba dicantur appoſita incidenter per modum juſtificandi poſſeſſionem, vel principaliter. ¶ Dictio vti an exponatur pro ſicut, poſtquam, tanquam, vt. ¶ Implicatio an debeat eſſe explicita, vt ſit locus appellationi. ¶ In ſaluiano an detur appellatio, quamvis Iudex in ſententia faciat aliquem creditorem. ¶ Dictio tanquam an denotet ſimilitudinem, & veritatem. ¶ Poſſeſſorium, ſeu petitorium an debeat intentari contra eum, qui fuit immiſſus in poſſeſſionem ſeruatis ſeruandis contradicente aduerſario. ¶ Stylos quando dicatur contra jus, & deciſorius, ſeu ordinatorius. ¶ Et qualiter ſit probandus.

SVMMARIVM.

1 *Fraternitas, & proximitas probatur per teſtes deponentes, quod tales ſe habuerunt pro fratribus, & proximis, & pro talibus reputabantur. Contrarium, nu. 2. Sed prima opinio eſt verior, num. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Defectus citationis ad videndum iurare teſtes non attenditur vbi de ſtylo aliud ſeruatur. Declara vt nu. 49.*

8 *Iudex appellationis tenetur approbare ſtylum Iudicis à quo proceſſus fuit ordinatus.*

9 *Stylus ſeruatus in faciendo examine per vnum ex litigantibus non poteſt impugnari ab altero tanquam ſit contra ius, ſi etiam ab eo fuit ſeruatus. Intellige vt num. 55. & 56.*

10 *Nullitas non debet attendi in examine teſtium, quando fuerunt data interrogatoria.*

11 *Exceptio retentionis ſupplementi legitimæ non impedit immiſſionem in iudicio ſaluiani. Et quid in legitima, num. 15. 16. & 17.*

12 *Poſſeſſio aliqua non acquiritur ob incertitudinem quantitatis legitimæ.*

13 *Legitima eſt debita filio ſuper ſingulis bonis, & ei non datur electio, cum aliud pro alio nõ poſſit capere, n. 14.*

18 *Trebellianica, & legitima incerta ratione loci, & quota, eſt liquidanda ob detractiones æris alieni, & ſimiles, maxime ſi hæreditas conſiſtat in corporalibus, non autem in pecuniis, num. 19. 20. 21. & 22.*

23 *Fideicommiſſum totum poteſt peti per vnum ex pluribus, qui eundem gradum obtinent præſtita cautione de dando partem alteri, qui admittitur etiam in executione ſententiæ, num. 24.*

25 *Prioritas gradus eſt probanda, quando vocatur proximior.*

26 *Remotio in gradu non admittitur, quamdiu poteſt ſuccedere proximior.*

27 *Approbatio, & confeſſio inuerisimilis non attenditur, num. 28.*

29 *Confeſſio non dicitur iudicialis, ſi fiat ſolum coram notario in abſentia Iudicis.*

30 *Verba* ſcripta per notarium pro tali hærede contra talem comparuit idem citra &c. *non probant, quod ille deſcriptus ſit hæres. Maxime ſi præceſſit declaratio de non adeundo, num 31.*

32 *Sententia declarans aliquem eſſe proximiorem admittit appellationem, prout quando quis declaratur hæres, creditor, & locator cum ſimilibus, num. 33.*

34 *Verba* vti proximiores in ſententia *an dicantur appoſita incidenter per modum iuſtificandi poſſeſſionem, vel principaliter, ita vt ſit concedenda, vel deneganda appellatio, n. 35. 36. 37. 39. & 40.*

38 *Appellatio admittitur, quando complicatio eſt explicata in ſententia.*

41 *Dictio vti exponitur pro ſicut, poſtquam, tanquam, vt.*

42 *Appellatio datur quando cauſa in ſententia eſt diuerſa, & ſeparata à via executiua.*

43 *Saluianum interdictum non admittit appellationem, quamvis Iudex in ſententia faciat aliquem creditorẽ.*

44 *Dictio tanquam denotat ſimilitudinem, aliquando autem proprietatem, & veritatem, num 45.*

46 *In ſententia ſunt propriè verba accipienda.*

47 *Notoria iniuſtitia facit cauſam appellabilem etiam in mero poſſeſſorio.*

48 *Non eſt agendum amplius poſſeſſorio, quando quis fuit immiſſus in poſſeſſionem ſeruatis ſeruandis contradicente aduerſario, ſed debet intentari iudicium petitorium.*

50 *Subſtantia depoſitionis teſtis conſiſtit in iuramento.*

51 *Diſpoſitio requirens probationes dicitur reſpicere deciſoria, non ordinatoria.*

52 *Stylus qui eſt contra ius, & qui reſpicit deciſoria eſt fortiter probandus, nec poteſt induci per Iudices deputatos ad ius reddendum, immo requiritur probatio cõſuetudinis, quod actus ſint tot, & tales, qui deuenerint ad notitiá populi, vel maioris partis, n. 53. & 54.*

CAPVT DCXCIV.

DE proximitate dicebam conſtare in cauſa Spoletana bonorum ad fauorem Bernardi, quia primus, & quartus teſtis ſuper 8. 9. & 10. deponunt Marcum Antonium, & Io. Franciſcum fuiſſe fratres germanos, & ab omnibus fuiſſe reputatos pro talibus, & quod ex eodem Marco Antonio, & Martha conjugibus natus eſt Germanicus filius legitimus, & naturalis, & ex d. Germanico, & Mioerua legitimis parentibus ortos eſt Bernardus, prout latius in articulis, & depoſitionibus teſtium con-
1 tinetur, † ex quibus concluditur probatio fraternitatis, & proximitatis, cum enim ſe habuerint pro fratribus, & proximis, & pro talibus fuerint reputati, oritur præſumptio juris quod ſint tales, vnde iotetim pro eis eſt judicandum, quamvis etiam tractaretur in deciſoriis pro obtinenda hæreditate: *Ang. in l. 1. numer. 3. Cod. quor bonor.* Albenſ. *conſi. 83 num. 21. vſque ad 24.* Aym *conſi. 249. colum. 2. ad fin. verſ. ſed tamen aduertendum. nu. 2.* Caſtr. *conſi. 51. viſo puncto in facto, colum. 1. ad med verſic. ſed ad hoc reſpondetur lib. 1.* Felin. *in c. per tuas, 10 col. fin. poſt med. verſ. ſecundo nota quod ſicut, nu. 17. de probation.*

Neque obſtat Anchar. exaduerſo adductus *conſi. 521.*
2 *numer. 8.* ſed eſt *conſi. 52.* † vbi quod conſanguinitas non cadit in aliquem ex quinque ſenſibus corporis, vnde debet aliter probari, quàm per iſtos tractatus, & nominationes, Quia ejus opinio, & eorum qui illum ſequuntur eſt communiter reprobata,
3 † Nam quamvis iſti actus, tractatus, & nominationes conueniant non ſolum proximis, ſed etiam extraneis, qui ſe fraterna dilectione diligunt, *leg. nemo, §. qui frater. ff. de hæred. inſtituend.* Tamen ſatis eſt,
4 quod teſtes concludant præſumptiuè, † ſcilicet per præſumptiones à jure approbatas, *leg omnes, § Lucius, ff. de his quæ in fraud. credit. leg. dolum, Cod de dolo* Bart. *in leg. 1. ff. ſi cert. petat.* Vnde erit concludenter
5 probata proximitas, † prout de veriori, & magis communi atteſtantur Albenſ. Aym. & alij ſupra allegati: & notant omnes *in l. non epiſtolis, 13.* vbi Bald. *nu. 1. & 4.* Fulgoſ. *n. 3. ad med.* Alber. *ad fin. n. 2.* Azon. *num. 4.*

*num.*4.Salic.*num.*5.Ang.*num.*2.*Cod.de probatio.* Rub.
Alex.*conſi.*16.*num.*16.*&* 17. Tiraq.*de retract.lignag.*
§.1.*gloſ.*16.*num.*9.

Nec facit, quod teſtes deponant de auditu, Quia pri-
mus teſtis,& quartus non ita loquuntur,ſed præci-
sè ſuper 8. 9. & 10.deponunt, quod pro talibus ab
omnibus reputabantur, & quod ipſi ſemper vti ta-
les eos cognouerunt, & quamvis alij videantur de-
ponere de auditu,nihilominus ſufficit teſtimonium
duorum, Immo ſecundus teſtis ſuper 8. & ſequen-
tibus articulis, licèt in principio dicat ſe audiuiſſe,
tamen etiam poſtea in fine ſubdit illos cognouiſſe
6 pro fratribus carnalibus, † & pro talibus fuiſſe no-
minatos & reputatos,quod ſufficit vt ſupra dictum
eſt: Cornel.*conſi.*1.*colum*,2.*in princ.num.*22.*ad fin.lib.*
3. Cum etiam alij teſtes licèt ſint de auditu faciant
quoque præſumptionem, & coadjuuent alios,
Maxime ſtante altero examine teſtium facto in
partibus coram locum tenente Gubernatoris, in
quo plene ſuper 8 articulo cum ſequentibus proba-
tur iſta proximitas, ita vt de ea non ſit amplius du-
bitandum.

Nec releuat nullitas examinis ob defectum præten-
7 ſæ citationis ad videndum jurare teſtes,† Quia de
ſtylo curiæ illius ciuitatis non requiritur, cum poſt
primam citationem ſingulis quibuſcumque diebus
non feriatis omnes Procuratores hinc inde in con-
tradictorio faciant acta, & producant omnia ad
cauſam facientia coram notario,& Iudice, qui ſty-
lus eſt obſeruandus, & tollit prætenſas nullitates:
Abb.*in cap.quod clericis,num.*10.*&* 11.*de for.compet.*
Felin.*in cap.eccleſia ſancta maria, num.* 55.*de conſtit.*
cum aliis per Roland. *conſi* 48.*nu* 2.*lib.*3. vbi etiam
8 *numer.*23.*in fin.* quod † Iudex appellationis tenetur
approbare talem ſtylum Iudicis, à quo proceſſus
fuit ordinatus: Bald. *de pac.conſtant.*§. *in cauſis, in* 3.
*notab.*Præſertim quia etiam pars aduerſa juxta eum-
9 dem ſtylum proceſſit in hujuſmodi cauſa, † ita
vt ea hoc non poſſit impugnare iſtum modum acti-
tandi, tanquam ab ea obſeruatum juxta regulam
quod quiſque juris,& in terminis notat Rot.coram
R.P.D. de Rubeis Anaimau tutelæ. 16. Februarij.
1582 coram R.P.D. Coccino Aretina ſpolij.12.De-
cembris 1603 de quo in recollectis: Fariuac *deciſ.*
205.*poſt* 2.*par. conſil.* Cum etiam adſint interroga-
10 toria partis aduerſæ, † quæ ex hoc videtur velle vt
dictis teſtium, ideo talis nullitas non attenditur:
Achill.*deciſ.*1.*num.*4.*de teſtib* cum aliis per Gonzal.
*ad reg.*8.*in annotat. contra nullitat. & attentat. nume-
ro* 77.

Minus obſtat, quod idem Aduerſarius prætendat re-
tentionem ſupplementi legitimæ debitæ ſuæ an-
tctrici, & venditrici bonorum, de quibus agimus,
11 † Quia iſta exceptio non impedit immiſſionem in
judicio ſaluiani tanquam requirat altiorem indagi-
nem, cum ſit priùs liquidandum quantum reman-
ſerit in hæreditate, deducto ære alieno, & ſit pro-
bandum,quæ portio debeatur pro ſupplemento le-
gitimæ, quod ç idem pendet à numero filiorum
tempore obitus, & an adſint fœminæ, quæ renun-
ciarunt, cum ſimilibus, de quibus per Rot. coram
Cardin. Lancelloto Romana Saluiani interdicti.
12 3.Iulij 1606.de qua *poſt tract.ſaluian.deciſ* 60.† Ideo
ob iſtam incertitudinem quantitatis non poteſt a-
liqua poſſeſſio acquiri: Menoch. *de recuper. poſſeſſ.
remed.*9.*numer.*221. *&* 221.poſt Rip. *in leg. in quar-*
13 *tam.numer.* 113.*ff. ad leg. falcid.* † Cum etiam legiti-
ma non ſit debita filio ſuper vna tantum re, ſed ſu-
per ſingulis bonis,*leg.omnimodo,Cod.de inoffic.teſtam.*
Put. *deciſ.* 420. *lib.* 1. & per conſequens non datur
14 electio filio, qui † aliud pro alio non poteſt capere
inuitis illis,de quorum intereſſe agitur: Menoch.*de
arbitr.caſ.*163.*numer.*17.Craſſ.*in* §.*legitima,quæſt.*16.
*num.*4.Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*36.*num.*159.Sca-
15 paccin.*de Saluia.interd.lib.*1.*qu* 9.*nn.*7.† Quidquid
ſit io legitima, de qua per Gabr. *conſ.* 36.*lib.* 2. vbi
quod impeditur immiſſio per exceptionem detra-
ctionis legitimæ, & quamvis in ſententia reſerue-
tur detractio legitimæ & Trebellianicæ,tamen gra-
16 uat: & de differentia inter legitimam, † & ſupple-
mentum Rot. coram Cardin.Lancellotto in d.Ro-
mana ſaluiani. 3. Iulij 1600. & de retentione legiti-
17 mæ in ſaluiano, † quando competat, Rot. coram
R.P.D. Orano Viterbien. bonorum. 17. Nouembr.
1597.& coram R.P.D.Pamphilio Foroliuien.fidei-
commiſſi.9 Maij 1611.

Quibus additur, quod quamvis legitima & trebellia-
nica conſtituant certam portionem, & ſint certæ,
18 cum ſint ſemis, † Tamen ſunt omnino incertæ ra-
tione loci, tanquam ea poſſeſſione tranſlata pro in-
diuiſo quælibet pars in qualibet gleba habeat ſuam
portionem,*leg.maenius*, §. *ſi duobus*,*ff. de legat.* 2. &
19 notatur *in leg.*3 § *incertam,ff de acquir.poſſeſſ.*& † an-
te liquidationem & detractiones ita dicitur incerta
ratione loci & quotæ,vt non poſſit capi aliqua poſ-
ſeſſio vllius rei pro legitima,Surd.qui multos addu-
20 cit *deciſ.*333.*numer.* 12. *in fin.* † Cum etiam poſſint
hæredes de eorum creditis docere poſt adeptam
poſſeſſionem, tanquam illis competant aliæ detra-
ctiones, vt æris alieni, & ſimilium: *leg. cohæredi.* §.
cum filia ff.de vulgar. Alex. *in l.ita tamen.*§. *ſi ex tre-
belliano.ff ad trebell.* cum aliis per Surd.*conſ.*7.*numer.*
21 23.*& ſequent. & dict.deciſ.*333.*numer.*26.† vbi enu-
merat plures deductiones, & reſpondet ad reg. do-
lo facis &c.& ad aliam, quod circuitus ſunt euitan-
di, quod etiam ex Card. & Anchar. tradit Aym.
22 *conſi.*376.*numer.* 24 Ruin.*conſi.* 160 *lib.* 5. † Certi-
tudo autem, quæ deducitur ea conſ. Corn. 232.
*lib.*4. & aliis, quæ poſſent allegari, procederet
quando hæreditas non in corporibus, ſed in pe-
cunia conſiſteret: Rot.coram Card. Seraphino Ro-
mana de Salamonibus 14. Nouembris 1575. inter
impreſſas *deciſ.* 271. vbi multum dubitat de eodem
conſ. Corn. cui etiam late reſpondet Surd. *dict.
deciſ.* 333. provt omnia prædicta comprobat Rot.
coram Card. Lancellotto Romana de Capizucchis
10. Aprilis 1606 quæ eſt *deciſ.*115.*num.*12.*par.*1.*in
recentioribus.*

Et quamvis prætendatur alios ad eſſe in pari gradu,
Tamen ex lectura teſtium nihil concludenter pro-
batur, cum omnes ſint de auditu, & quatenus etiam
23 probaretur quod negatur, † Nihilominus etiam
vnus ea pluribus, qui eumdem gradum obtinent,
poteſt totum fideicommiſſum petere præſtita cau-
tione de præſtando portionem alteri,ſi à parte pe-
tatur,non ſolum in caſu, in quo alius ſperatur, pu-
ta partus, ſed etiam vbi aliquis jam adeſt: Bald. *in
leg.peto,*71.§.*fratre harede,in fin.verſ oppono vltimo.*&
ibi Imol.*in fin.verſ vel ſaltem debet.* Caſtr. *in fin. in
verb.paratus ſit cauere,numer.*2 *ff de leg.*1 .Surd.*conſi.*
24 359.*nu.*15,*&* 16.*lib.*3.† Vbi quod eſt notandum pro
eo, qui vult admitti ad ſolidi petitionem, ſubdens
quod etiam poterit præſtari talis cautio in execu
tione ſententiæ, ita vt in hoc caſu non ſit præſu

mendum omnes, qui ſunt pares in gradu, velle eſſe
hæredes, cum aditio non præſumatur, ſed ſit pro-
banda per allegantem, *l. neceſſarius, ff. de acquir. hered.*
Roman. *conſ.* 154. *in princ.*

Neque probatur, quod aduerſarij ſint proximiores ipſi
Virginiæ, cum non ſufficiat, quod teſtes dicant,
quem eſſe proximiorem, ſed debet probari priori-
25 tas gradus, † ex qua prioritate major proximitas
demonſtratur, nam aliàs hoc non probato, non po-
teſt dici, quod quis ſit proximior: Dec. *conſ.* 320. *in*
cauſa qua Alexandria, num. 3. *& 9. verſ. ſecundo poteſt*
reſpondere. Alexand. *conſ.* 82. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. Tiraq.
de retract. lignag. §. 11 *gloſ.* 1. *num.* 9. Alciat. *præſumpt.*
28. *reg.* 1. *num.* 7. Maximè, quia ſumus in ſucceſſione,
26 in qua vocantur proximiores, † ita vt remotior in
gradu non admittatur, quamdiu poteſt ſuccedere,
qui proximior eſt, *l. antiqua in princ. ff. ſi pars hered.*
petat. l. inter agnatos, ff. vnd. legit. Becc. *conſi.* 26. Surd.
conſ. 125. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1.

Nec refragatur prætenſa approbatio, de qua in prote-
ſtatione ſub die 10. Iunij 1614. Quia cum prius fue-
rit ſemper impugnatum aduerſarium eſſe proxi-
miorem, & ſuper hoc diu litigatum, & reportata
27 ſententia fauorabilis, † talis approbatio eſt inueri-
ſimilis, neque ex ea poteſt colligi, quod fuerit facta
animo approbandi, quod quis antea expreſſe impu-
gnauerat, cum alias poſſet dici fatuitas, vt in propo-
ſito notat Surd. *deciſ.* 262. *nu.* 10 *& deciſ.* 267 *nu.* 2 *&*
28 3. Nati. *conſi.* 101. *num.* 12. Ideo † tanquam confeſſio
non veriſimilis non debet nocere: Bald. *in l. ſi quis in*
hoc genus, nu. 3. *C. de epiſc. & cleric.* Alex. *conſi.* 51. *col.*
2. *lib.* 3. Surd. *deciſ.* 291. *num.* 28.

Maximè, quia non ſumus in approbatione facta à
parte, cum ſint verba notarij, dum ſcripſit pro
Germano contra Thomam, & alios litis conſor-
tes proximiores, & magis apparet iſta verba non
fuiſſe prolata per eundem Germanum, cum adſit
clauſula citra &c. quam non eſt veriſimile, quod
homo idiota & ſimplex appoſuerit, ita vt ex hoc
minus obſtet iſta inueriſimilitudo, Præterea, quia
talis confeſſio, ſeu approbatio non poteſt dici ju-
dicialis, nec in figura judicij, cum ſit facta ſolùm
coram notario, quod non ſufficit, nam ad hoc, vt
præjudicet, & probet contra confitentem, debet
eſſe coram Iudice, quaſi hoc non pertineat ad offi-
29 cium notarij, † qui non poteſt recipere hujuſmodi
confeſſiones, niſi præſente Iudice, vel de mandato
ipſius, cum acta fieri non poſſint abſente judice, ne-
que per modum voluntariæ juriſdictionis, vt bene
declarat Bald. *in cap. § item ſacramenta, num.* 19. *poſt*
med. col. penult. in fin. verſ. quæris inſuper. de pace jura-
ment. firmand. & in leg. ſubemus, 41. *numer.* 1. *Cod. de*
liber. cauſ. & in l. interrogata 24 *C. eod. tit.* Afflict. *dec.*
245. *n.* 8. Luc. de Penn. *in l.* 2. *col. penult. in princ. C. de*
iur. fiſc. li. 10. & de magis communi Maraut. *in ſpecul.*
par. 6. *tit. de confeſſ. one. n.* 18. *fol.* 343 Alex. *in l. ſi confeſ-*
ſus, de cuſtod. reor. Surd *conſi.* 188. *num* 9. *vſque ad* 11.

Et in ſpecie ita fuit deciſum per Rot. coram R. P. D.
Buratto Romana hæreditatis & paragij dotis 6.
30 Nouembris 1616. *colum. vlt. in princ.* vbi † in actis
ſeu brulıardo notarius ſcripſit pro tali hærede q.
talis comparuit idem citra &c. & tamen fuit de-
claratum, quod hujuſmodi verba non præjudi-
cant comparenti, nec probant, quod ſit hæres,
prout notarius deſcripſerat, cum poſſint eſſe ver-
ba ejuſdem notarij, qui vt fieri ſolet poſt delatam
citationem à parte cum adnotatione ſubſtantiæ
proteſtationis, ſeu ſimilis actus à tergo facti, poſt
diſceſſum ab officio illum in broliardo tanquam
hæredem deſcripſit, vt latius *in d. deciſ.* quod etiam
prius voluit Ruin. *conſ.* 113. *nu.* 5 *&* 6. *lib.* 3. & ſequi-
tur Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.*
18. *in fin.* juxta *l. potuit. C. de iur. deliberand. l. pupillus,*
in princip. de acquir. heredit. Maximè ſi præceſſit de-
claratio de non adeundo hæreditatem, ſed de illam
repudiando, à qua non præſumitur receſſiſſe, prout
eſt in caſu noſtro, in quo fuit ſemper negatum ad-
uerſarium eſſe proximiorem & ſuper hoc diu di-
31 ſputatum, † vt terminis ad hunc effectum talem
præſumptionem impugnationis admittit Rot. in d.
deciſ. Romana hæreditatis & paragij dotis *in fin.*
poſt Corn. *conſ.* 310. *num.* 4. *lib.* 3.

In hujuſmodi cauſa Iudex protulit ſententiam ad fa-
uorem Aduerſarij, quem mandauit immitti in poſ-
ſeſſionem, prout expediuit mandatum ſub prætex-
tu, quod non daretur appellatio, cum cauſa eſſet
32 in poſſeſſorio. † Sed contrarium eſt verius, quia in
dicta ſententia declarantur hæredes proximiores
Angeli, vnde illa non juſtificatur ex ſe, tanquam
dependeat ab alio articulo, & judicio nempe ſi
conſtet de iſta proximioritate. Quare cum definia-
tur iſta principalis quæſtio, debet concedi appella-
33 tio, † ſicuti dicimus, quando diſputatur an quis ſit
hæres, necne, ad effectum immiſſionis, vel quando
inſtrumentum declaratur liquidum, vel quando
pronunciatur quem eſſe locatorem, ſeu credito-
rem, & illorum ſucceſſorem, cum ſimilibus, tunc
enim ſumus in cauſa diuerſa ab inſtrumento execu-
tiuo, & obligatione camerali validato, ſeu in judicio
poſſeſſorio, & per conſequens poterit appellari
etiam ad vtrumque effectum: Bald. *conſ* 330 *ſtatuto*
cauetur. col. 1. *verſ. tertio quæritur, lib.* 1. *& conſi.* 331.
ſuper prædicto puncto, & conſi. 141. *præmiſſis verbis*
eodem lib. Menoch *de adipiſcen. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 190.
verſ. ſecundus eſt caſus, & nu. 191. *&* 192. *& remed.* 5.
num. 70. *&* 71. *eod. tit. de adipiſc. poſſeſſ.* Sarnient *de*
reddit. eccleſiaſt. par. 3 *c.* 2. *numer.* 27. & concludunt
omnes *in l. creditores, C. de pignorib.*

Nec debet admitti, quod verba vti proximiores prola-
34 ta in ſententia ſint appoſita incidenter, † & per
modum juſtificandi poſſeſſionem, quo caſu non
datur appellatio: Bero. *conſ.* 111. *num.* 8. *vſque ad* 11.
lib. 3. Quia in facto hoc non verificatur, cum immo
appareat iſtam proximioritatem fuiſſe inductam
principaliter, cum non competeret talis immiſſio,
niſi proximiori, & ſic principaliter debebat con-
35 ſtare aduerſarium eſſe talem, † prout etiam plenæ
probationes fuerunt factæ ſuper hujuſmodi arti-
culo, & per conſequens datur appellatio, & ita in
ſpecie declarat Idem Bero *dict. conſi.* 111. *num.* 15. *lib.*
3. *& quæſt.* 91. *per tot.* & ita etiam diſtinguit Rot.
diuerſ. deciſ. 34. *num.* 17. *part.* 1. Neque enim aduer-
ſarius agens poterat agere, niſi tanquam proxi-
36 mior, † & ſic proximioritas erat in lite, & ſuper
ea diſputabatur, vnde non poteſt negari appella-
tio, vt in terminis concludit Bald. *in leg. vnic. num.* 8.
verſic. quæro quid in conditione, Cod. ſi de moment.
37 *poſſeſſ.* † Quaſi iſta ſententia, per quam aliquis de-
claratur proximior, non tantum ſit declaratoria, ſed
etiam diſpoſitiua: Idem Bald. *in l.* 2. *colum. vlt. nume-*
ro 8. *ad med. verſ. item ſi talis ſententia, Cod. de ſeruit.*
& aqua. per text. in leg. iurauere. ff. de iur. patronat.
38 † Ita vt complicatio explicitè contineatur in ſen-
tentia, prout debet contineri, vt detur appella-
tio

tio Cardinal.Seraphin.*deciſion.*603 *numero* 1.
Accedat,quod iſta verba Iudicis, vti proximiores,ſunt
poſita, & expreſſa in ſententia tanquam cauſa,
39 † cum non poſſint aliter ſtare, quàm per modum
cauſæ principalis, & ſic ſunt expreſſiua ejus,ex quo
ſe mouit Iudex:Rip.*in leg.qui romæ,§. duo fratres,nu.*
9.ff. de verb. obligat. & per conſequens non poteſt
negari iſtam proximioritatem fuiſſe principaliter
in judicio deductam,cum non incidenter,ſed prin-
40 cipaliter partes illam fuerint proſecutæ, † ſuper
quibus proſecutis ſententia eſt ferenda, & illis de-
bet eſſe conformis, & non libello, quaſi ab eo vi-
deatur receſſum procedendo ſuper deducto inci-
denter, quaſi illud fuiſſet principaliter deductum:
quo caſu ſententia obſtaret in aliu judicio,& datur
appellatio: Contard. *in l.vnic.limit.2 ratione mixtu-*
ra.num.16.cum ſeq C.ſi de momen.poſſeſſ.
Præſertim quia hoc ſignificant iſta verba vti proxi-
miores, iſta enim dictio, *vti*, capitur pro ſicut,
41 † vel poſtquam,vel tanquam, vel vt, Alber. *in di-*
ction.in verb.vti. Rebuff. *in l.qui vti optima 90.col.2.*
in princ.verſ.notandum eſt quod iſta ff.de verb ſignific.
42 † Vnde quocumque modo accipiatur ſemper ap-
paret fuiſſe contemplatam declarationem proxi-
mioritatis, à qua debet dari appellatio tanquam à
cauſa diuerſa,& ſeparata à vi & executiua:Bald.*conſi.*
331.*lib.1 cum aliis ſupra allegatis.*
Nec applicatur ſimile de Saluiano Interdicto, in quo
non datur appellatio,quamvis Iudex faciat aliquem
43 creditorem, † Quia in iſto judicio hoc procedit,
cum non ſit quæſtio principalis de credito, neque
illud negetur, ideo illud ſolum enunciatur inciden-
ter, quod non eſt in caſu noſtro, in quo principali-
ter fuit negata proximioritas, quæ hinc inde præ-
tendebatur, & ſuper ea ſunt factæ plenæ probatio-
nes, vnde non mirum ſi debet concedi appellatio,
provt etiam ita diſtinguit Rot. *diuerſ.deciſ.34.num.*
56 in fin.part.2.
Provt neque obeſt, quod iſta verba vel proximiores
44 importent improprietatem,& nihil probent,† pro-
vt dicimus de dictione tanquam, quæ denotat ſimi-
litudinem,*cap.dudum,de elect.*Pariſ.*conſi.*115.*num.7.*
lib.4. Quia etiam iſtæ dictiones important verita-
45 tem & proprietatem ſermonis † *§. ſancimus, in*
prohem. decretal. cupit. cum pro cauſa. de ſentent. ex-
communicat. Prateius *in lexic.iur. in verb. tanquam,*
46 *& in verb.vt.il.* 3. † In ſententia autem verba ſunt
propriè accipienda,cum ſit ſtricti juris,*leg.ſi iudex,*
ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Caſtr.*conſi.*295.*viſo*
*ſuprascripto puncto,col.3.ad med.nu.4.lib.1.*Aym.*conſ.*
10.num.4.
Additur etiam ex abundanti, quod cauſa eſt appella-
47 bilis,ſtante notoria injuſtitia,† quamvis eſſemus in
mero poſſeſſorio: Bald. *in leg.vnic.numer.4.* & ibid.
Contard.*limit.9.num.1. & 2.Cod.ſi de moment.poſſeſſ.*
Ruin.*conſi.46.num.17.ad fin.lib.1.* Natt.*conſi.51.num.*
21. De tali autem injuſtitia conſtat ex multis, de
quibus in facto & ex rationibus late ſupra addu-
ctis, *num.1. vſque ad* 35.quibus in diſcuſſione cauſæ
nihil fuit reſponſum, ita vt mirandum ſit quomodo
fuerit ita pronunciatum, & præſertim ea eo, quia
principalis noſter fuit immiſſus in poſſeſſionem per
Iudicem ſeruatis ſeruandis, contradicentibus ad-
uerſariis, vnde non poterat amplius agi poſſeſſo-
rio,ſed eſt intentandum judicium petitorium, cum
exiſtente legitimo poſſeſſore,non detur contra eum
reuocatio poſſeſſionis juxta veriorem ſententiam
de qua teſtatur Cæſar. Argel. *de legitim. contradict.*
quæſt.5.num.121.cum ſeq.& fuit deciſum per Rot.co-
ram R.P.D. Iuſto Reatina hæreditatis.4 Iunij 1599.
& concludunt omnes in *leg.fin.*vbi Alber.*numer.14.*
Alexand. *num.23.* Zuccard.*num.374.C.de edict.diu.*
Adrian.tollend.
Et quoniam ſupra *numer. 7. cum ſeq.* locuti ſumus de
nullitate examinis propter defectum citationis ad
videndum jurare teſtes, cujus nullitas non poteſt
allegari ſi aliud de ſtylo ſeruetur juxta deciſ. Rot.
coram R.P.D. Coccino Aretina ſpolij.22. Decem-
48 bris 1613. † Obſeruandum eſt, quod ab ea fuit re-
ceſſum in eadem cauſa coram eodem 9. Iunij 1614.
vbi quod hujuſmodi citatio omnino requiritur, cū
ſubſtantia depoſitionis teſtis conſiſtat in juramen-
49 to,† *leg.iuriſiurandi.C.de teſtib.* Vnde ſi pars non ci-
tetur, vel non ſit præſens depoſitioni, nihil valet,
*cap.1.*vbi Abb *numer.6. de teſtib.* Rot.*deciſ.5.eod.tit.*
& deciſ.1.numer.3.& 4.de fid.inſtrument.in nou. Non
obſtante ſtylo juxta quem pars ſolum citatur, ad
videndum induci, & produci capitula, non autem
50 ad videndum jurare teſtes, † quia talis ſtylus eſt
contra jus,*leg.iuriſiurandi, C.de teſtib.* Maximè quia
51 deciſio cauſæ, & illius victoria dependet † ex pro-
bationibus, vnde tunc diſpoſitio dicitur reſpicere
deciſoria, non autem ordinatoria: Dec. *in cap.2.*
*num.14.verſ.duodecimo fallit.de probation,*Ruin.*conſ.*
69.nu.6.& 7.lib 4. Alexand.*conſi.16.nu.7.lib.5.* Aſin.
in prax.§.19.cap.3.num.1. & 5. poſt Bald.*in l.cunctos*
populos.colum.12.verſicul. ſed circa hoc ſunt videnda
duo,num.20. & ibi Aret.*colum.10.num.17.verſic. vn-*
de dico quod ſi ſtatutum Caccialup *num.134.vſque ad*
137.C.de ſum.trinit. Abb.& Card. *in cap quod cleri-*
cis,de for.compet.
Quare cum ſimus in ſtylo contra jus,& in eo, qui re-
ſpicit ordinatoria, non ſufficiet extrajudicialis in-
52 formatio,† ex fide curialium,ſed erit formiter pro-
bandus:Socin.*conſi.39.num.28.lib 4.* quem ſequitur
Rot.*diuerſ deciſ.793.num 2.par.1.*poſt Bart.*in l de*
quibus num.22.ff. de leb Dec.*conſi 402. in cauſa illu-*
*ſtriſſimi,num.12.*Olaſc.*deciſ.22.nu.3.* Cæſar de Graſſ.
deciſ.9.num.1.de probat. Rebuff. *de conſuetud.ſtyl. &*
firm.gloſ.13.num.54. Maſcard. *concluſ.1339 num.3. &*
5.tom.3.fol.285.
Immo hujuſmodi ſtylus contra jus non potuit intro-
53 duci per Iudices deputatos ad jus reddendum † qui
non poſſunt concedere legem contra jus: Alex.
conſ.56.num.10 lib.2. Dec. *in rubr.extr de conſuetud.*
numer.2. Aym. *de antiq.tempor.p.4 § tranſeo. numero*
36. verſ. ideo magiſtratus. Rot.*diuerſ.deciſ.793.num.*
3.part.1. vbi etiam quod hoc caſu requiretur pro-
54 batio conſuetudinis, † quod videlicet debeant eſſe
tot,& tales actus,qui deuenerint ad notitiam popu-
li,vel majoris partis ipſius, ita vt poſſit conſtare de
tacito illius conſenſu,per quem ſit juri derogatum:
Alca. *conſil.56.num.11.lib.6.* Aym.*dict.p 4 §.tranſeo.*
num.36.ad med. verſ.ſecundo intellige. Dec. *in rubr.*
extr. de conſuetud col.3. & conſi 677. viſis & conſide-
ratis omnibus,in fin.iuxta leg.omnes populi ff de iuſt.&
iur.leg.quibus,ff.de legib. Cyn.*in l.2.Cod.quæ ſit long.*
conſuet. & quo ad deciſionem Rot. coram R.P.D.
de Rubeis Auximana tutelæ. 16. Februarij. 1582.
55 † fuit reſponſum, quod illa non debeat intelligi
quo ad ea quæ ſunt contra jus, provt declarat Rot.
coram R.P.D. Coccino Aretina ſpolij 1.Iulij 1614.
vbi etiam quod in caſibus, in quibus fides extraju-
56 dicialis Curialium admitteretur, † quando videli-

cet ſtylus non eſſet contra jus, neque reſpiceret deciſoria, ſed ordinatoria, tamen non ſufficeret, quod in fide diceretur ita fuiſſe ſeruatum, niſi etiam addatur, quod fuit oppoſitum de nullitate, & tali oppoſitione non obſtante fuit judicatum pro validitate: Caputaq *deciſ.* 21 *lib.* 1. *de manuſcr.* de quorum tamen veritate multa per Cyn. Bart. Bald. Decian. Burr. & alios relatos per Maſcard. *concl.* 1339. *num.* 6. *&* 7.

EPITOME.

Primogenitus an dicatur etiam filius primogeniti. ¶ Et quando in eo habeat locum repræſentatio, ſi vocetur major natu. ¶ Vel cum ſimili qualitate, quæ filio non conuenit. ¶ Statutum ſi admittat ſolum maſculos ad ſucceſſionem an excludat fœminam ex maſculo non habita ratione repræſentationis. ¶ Semel excluſus an debeat ſemper excludi tam in hæreditatibus, quàm in majoratibus, & fideicommiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio loquens de maiore intelligetur pro maiore natu, & ætate, num.* 2.

3 *Verba* ſuccedat major filius, *equiparantur verbis, ſuccedat maior ex deſcendentibus.*

4 *Primogenitus dicitur etiam filius primogeniti, & quid ſi vocetur maior natu, & quando in eo habeat locum repræſentatio, num.* 5. *&* [illegible].

6 *Verba* in vita ſua, *excludunt primogenituram, & negant tranſitum ad eius filios, & deſcendentes.*

7 *Primogenitura non attenditur, ſi vocetur magis aptus ad gubernium ſtante furore primi ad feudum vocati, numero* 9.

8 *Qualitas ætatis non tranſmittitur ad alium.*

10 *Obſeruantia declarat voluntatem teſtatoris.*

11 *Filius quamvis repreſentet patrem, tamen aliud eſt quando in ſucceſſione requiritur qualitas, quæ illi non conuenit.*

12 *Statutum ſi admittat ſolum maſculos ad ſucceſſionem excludit fœminam deſcendentem ex maſculo, nulla habita ratione repræſentationis.*

13 *Vocatio reſtricta ad eum qui mortis tempore eſt primogenitus, excludit filium, vt non intret in locum patris.*

15 *Qualitas iuncta verbo executiue quid operetur.*

16 *In feudis, & iuriſdictionibus adminiſtratio magis conuenit ei, qui eſt ætate prouectior quam iuniori.*

17 *Excluſio temporalis non impedit, vt ſemel excluſus non admittatur.*

18 *In maioratibus & fideicommiſſis excluſus reſpectu alterius non debet in perpetuum excludi, ſi iterum cedat dies, in quo ſit habilis, quidquid ſit in hæreditatibusque non poſſunt dari ad tempus.*

CAPVT DCXCV.

SEnior de familia eſt admittendus in ſucceſſione feudi, de quo agimus, excluſis filiis vltimi poſſeſſoris. Nam conſtat de voluntate primi acquirentis præuia licentia, & facultate ſibi conceſſa à concedente, dum diſpoſuit, quod ſemper in d. feudo ſuccedat, qui eſt major ætate, & ſit dominus & gubernator ejus vita durante, ex quibus verbis apparet, quod ſucceſſio ſpectat ad eum, qui ſenior inuenitur in omnibus deſcendentibus tempore mortis
1 ſenioris, † cum major in dubio accipiatur pro majore natu ſeu ætate, *leg ſi pater.* §. *fin. ff. de adopt.* & in ſpecie multis comprobat Alex. *conſil.* 123. *col.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 4. *col.* 1. *numer.* 3. & ibi Natt. *in addit. lib.* 4. Bero. *conſ.* 71. *num.* 19. *cum ſeq. lib.* 1. Dec. *conſ.* 443. *in caſu ad me tranſmiſſo, col.* 4. *in fin. nu.* 14. Abb. *conſ.* 85. *n.* 3. *li.* 1. Milaneſ. *dec Sicil.* 8. *n.* 48. *vſque ad* 61. Peregr. *de fideicomm. art.* 13. *n.* 86. *verſ. quod ſi maior de domo.*

Et quando vocantur antiquiores, ſeu majores natu de domo, & generatione abſque expreſſione nominis
2 proprij, † fuit habitus reſpectus ad qualitatem antiquitatis, ita vt ſemper poſſeſſore mortuo antiquior ſuccedat: Aym. *conſ.* 161. *num.* 9. dixi latè *ſupr. c.* 456.
3 *num.* 83. † vbi etiam, quod non eſt facienda differentia an teſtator dixerit, ſuccedat major filius, vel ſuccedat major ex deſcendentibus, Dec. *conſ.* 298. *in cauſa mihi commiſſa, num.* 8.

Accedat quia multum differt, quod vocetur primo-
4 genitus, vel major natu, & ætate, † Nam ſi ius primogeniti dicitur etiam primogenitus propter primogenituram in eo tranſmiſſam ex perſona patris, & tamen ſi fuerit minor natu, quam ſecondogenitus, ejus patruus non poteſt dici major ætate, ſed minor, Vnde non veniet ſub iſtu ſtatura loquente de ſucceſſione danda illi, qui fuerit natu ſeu ætate major, maxime quia fuit conſiderata iſta ætas per teſtatorem propter gubernium, & adminiſtrationem, ac regimen ſtatus, ita vt hujuſmodi cauſa ſit radicata in perſona majoris ætate, non in patrimonio, propter ſapientiam, ac prudentiam, & rerum experientiam, quæ potius in ſene inuenitur, quam in minore, tunc enim non conſideratur repræſentatio, tanquam in eo, qui vult gaudere priuilegio repræſentationis ſi deficiat qualitas ætatis, vt late per Milaneſ. *deciſ. Sicil.* 8. *nu.* 47. *cum ſeq.* Bero. *conſ.* 171.
5 *num.* 23. *lib.* 1. † Cum iſta qualitas ætatis majoris tanquam perſonalis non ſit tranſmiſſibilis in filium, cujus ætas non eſt ætas patris: Bald. *in leg cum antiquioribus, colum. pen. verſ. ſecundo ſic ius quod non eſt, Cod. de iur. deliber.* & per conſequens priuilegium competens ratione ætatis non egredietur perſonam illius, *cap. priuilegium, de regul. iur. in* 6. Roland. *conſ* 61. *num.* 5. *lib.* 4.

Maximè, quia teſtator non vocauit ſimpliciter majorem natu, ſed addidit, quod ſit maior ætate, & tem-
6 pore † ſubdendo verba illa in vita ſua, per quæ excluditur erectio primogenituræ, tanquam negent tranſitum ad ejus filios, & deſcendentes poſt mortem, niſi etiam concurrat alia qualitas ætatis maioris cum huiuſmodi verba in vita ſua dicuntur reſtringere diſpoſitionem ad incertum futurum euentum vitæ illius, qui ſit maioris ætatis: Paris. *conſ.* 21. *num.* 48. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 32. *num.* 76. *vſque ad* 79.

Additur, quod teſtator voluit, quod ſucceſſurus in
7 dicto feudo ſit per ſe aptus illius gubernio, † & adminiſtrationi, & quatenus talis natu maior ætate efficeretur furioſus, ſeu malæ qualitatis, tunc ei ſuccedat, qui erit ei proximus di tempo, qui habeat gubernium ſeudi, ex quibus verbis colligitur quod non fuit habitus reſpectus ad primogenitum, ſed ad ætatem, nam ſtante furore patris, ſeu mala qualitate illius, non propterea eſſet excluſus filius primogenitus, ſi eſſet contemplata primogenitura, & tamen fuit vocatus ætate maior poſt furioſum, quod facit, vt nulla ſit habenda ratio primogeni-
8 turæ, † & per conſequens excludetur filius vltimi poſſeſſoris, tanquam non habens qualitatem ætatis, quæ ad eum non tranſmittitur: Alex. *conſ.* 4. *& per tot. lib.* 4 Rimin. Iun. *conſ.* 23 *num.* 51. *cum ſeq. lib.* 1. Bero. *conſ.* 71. *per tot.* Peregr. *de fideicommiſſ art.* 13. *nu.* 86. *poſt med.* Milaneſ. *deciſ. Sicil.* 8. *num.* 46. *&* 47. *cum ſeq.*

ſeq.cum aliis per Surd.conſ.403 nn 40.lib.3.Præſertim, quia ſi teſtator ſubſt.fuit ſecundogenitum in vita ipſius maioris ætatis poſſeſſoris feudi effecti furioſi, ſeu malæ qualitatis, non autem filios eiuſ-
9 dem poſſeſſoris, † ita etiam dicendum eſt voluiſſe in morte præferre dictum ſecundogenitum ætate maiorem filiis iunioribus dicti poſſeſſoris propter rationem gubernij,& adminiſtrationis feudi: Pariſ. conſ.19.nu.97.lib.2.Card.Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.10.titul.octauo, num.5.

Quibus etiam confert obſeruantia, & interpretatio huius diſpoſitionis ſecuta in filiis primi gradus, & ex verbis ſententiæ latæ pro D. Comite Raynutio, in qua fuit declaratum huiuſmodi feudum pertinere ad agnatum ſeniorem,eundemque admittendum ad iuramentum fidelitatis, prout fuit poſtea ſenior admiſſus,ex quibus verbis patet habitum fuiſſe reſpectum ſolummodo ad ætatem iuxta tenorem teſtamenti per primum acquirentem conditi cum conſenſu, & licentia concedentis excluſis præten-
10 dentibus primogenituram, † quæ obſeruantia eſt attendenda in perpetuum in huiuſmodi ſucceſſione,neque ab ea debet recedi, tanquam voluntas teſtatoris per eam declaretur, c.cum dilectus, de conſuetud.Roman.conſ.338.nu.1. Becc.conſ.101.nu.49. Surd.conſ.43.num.15.lib.1.

Neque obſtat,quod iſta qualitas maioris ætatis extiterit in perſona Comitis Raynutij patris,vnde durante eius linea, filij ipſius ſuccedent repræſentando
11 patrem tanquam in illius locum ſubrogari,† Quia iſta repræſentatio non eſt conſideranda in caſu noſtro,cum repugnet mens,& voluntas teſtatoris, qui appoſuit qualitatem ætatis in huiuſmodi ſucceſſione, quæ non adeſt in filio, quamuis enim filius repræſentet patrem,tamen non fingitur maior ætate, ſicut erat pater, ſed remanet minor, vnde cum careat qualitate neceſſaria in diſpoſitione, non poterit ſuccedere,neque ingredietur locum patris,vt in ſpecie concludit Surd.conſ.403.n.61.lib.3.Honded.
12 conſ.70.nu.27.lib.2. † Prout dicimus de ſtatuto admittente ſolum maſculum ad ſucceſſionem, tunc enim fœmina deſcendens ex maſculo non ſuccedet,quamuis in locum patris ingrediatur, tanquam in ea remaneat qualitas fœminina,& repræſentatio non poſſit immutare ſexum fœmineum: Bart. in l. liberorum,n.3.D.de verb.ſignif.Alex. in l.venia,nu.6. & ibi Iaſ.n.6.C.de in ius vocand.Socin.Iun.conſ.168. num.46 verſ.non obſtat quod tertio loco, lib.2.

Quare etiam dicimus,quod quando vocatio eſt reſtri-
13 cta ad eum,† qui mortis tempore eſt primogenitus, vel maior natu, nunquam filius aſſumit locum, & gradum patris,quaſi tunc in filio deficiat illa qualitas,quæ erat in patre, & ſine qua non poteſt ſuccedere: Bald.in l.ſi viua matre,n.3 verſ.vnde hæc littera C.de bon.matern.Alciat.in l.proximus, D. de verb. ſignif.Valaſc.de emphyt.q.50.num.14.cum ſeq. Albenſ. conſ.60.n.11.Rola.conſ.99.n.50.li.4 Iſern.Alex.Dec. Afflict.& alij de quibus per Surd.conſ.403.n.57.vſq. ad 61.lib.3.Menoch. conſ.220.n.21.vſque ad 127.li.3.

Et paſſim,quando maior ætas fuit conſiderata per in-
24 ſtituentem, vel ſimilis qualitas, † impedietur repræſentatio, & diſpoſitio non verificabitur,vt concludunt omnes communiter, de quibus per Alex. conſ.4.n.7.lib.4.Dec conſ.443.nu.23. Aym.conſ.667. Gabr.conſ.130.n.40.lib.2.per doctrinam Bart.in l.ex facto.col.2.vbi Imol.col.1.de vulg.& pupill.Felin.cōſ.
15 25.n.23.† Quando præſertim,prout in caſu noſtro, iſta qualitas eſt iuncta verbo executiuo, videlicet quod maior ætate ſuccedat? Surd.conſ.403.n.66.ante med li.31.poſt Bart.in.centurio ad med verſ.quæro cir-
16 ca prædicta de vulgar.†Maximè in feudis,& iuriſdictionalibus, quorum regimini, & adminiſtrationi magis conuenit ille,qui eſt ætate prouectior,quàm iunior,vt in propoſito conſiderat Alex. conſ. 4.n.7. lib.4.Becc.conſ.56.n.34.cum ſeq.

Nec aduerſatur, quod Comes Odoardus fuerit ſemel excluſus, ita vt ſemper debeat remanere excluſus,
17 † Quia excluſio fuit temporalis ſtante maiori ætate Comitis Raynutij, vnde cū ceſſet modo qualitas excluſionis,non impeditur ſuccedere: Bero.conſ.71. n.48.cum ſeq.lib.1.Honded.conſ.70.n.36.& 37.lib.2.
18 Cum † etiam in maioratibus, & fideicommiſſis, quamuis aliquis ſit excluſus reſpectu alterius, Tamen non debet in perpetuum excludi, ſi iterum cedat,dies,in quo ſit habilis,Quidquid ſit in hæreditatibus,quæ non poſſunt dari ad tempus, l ſi. C.de leg.Alciat.conſ.310.n.11.18.& 19 lib.9.tom.3.

EPITOME.

Vſusfructus quando ſit accipiendus de manu hæredis, & Iudicis,ſeu propria auctoritate. ¶ Vxor an poſſit petere dotem vltra vſumfructum ſibi relictum.¶ In legato vſusfructus an comprehendantur cenſus pecuniæ,bona emphyteotica, & feudalia,& fideicommiſſi. ¶ Societates initæ per maritum nomine vxoris an ſpectent ad eam. ¶ Et quid ſi vxor recognouerit bonam fidem ¶ Et an in tali recognitione requirantur ſolemnitates ſtatuti. ¶ Et quem effectum operetur declaratio, quod non habet niſi nudum nomen. ¶ Vſusfructus legatus vxori donec vidualiter vixerit,& durante eius vita,an extinguatur per mortem illius,quamuis ad ſecundas nuptias nō tranſierit.¶ Et quando ſit præſtanda cautio mutiana,& de vtendo arbitrio boni viri. ¶ Et quo caſu ſint reſtituendi fructus per trāſitum ad ſecūda vota.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus non debet capi de manu hæredis, ſi teſtator mandauit,quod vſufructuarius accipiat poſſeſſionem ſuorum bonorum abſque aliqua licentia iudicis.*
2 *Vſufructuarius omnium bonorum poteſt capere poſſeſſionem propria auctoritate. Intellige vt n.3.*
4 *Vxor relicta vſufructuaria domina, & maſſaria habet facultatem accipiendi poſſeſſionē auctoritate propria.*
5 *Vſusfructus non perditur, ſi vſufructuarius ingreditur poſſeſſionem palam auctoritate propria.*
6 *Vxor poteſt petere dotem vltra vſumfructum ſibi relictum. Declara vt num.7.*
8 *Vſusfructus legatus vxori donec vidualiter vixerit, & durante eius vita extinguitur per mortem illius quamuis ad ſecundas nuptias non tranſiuerit.*
9 *Legatum vſusfructus vxori ſi in viduitate permaneat, non debetur niſi præſtita cautione mutiana de ſeruanda vita viduili, & de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.Intellige vt n.10.& 11.*
12 *Inuentarium non poteſt remitti vſufructuariæ.*
13 *Mulier cui fuit relictus vſusfructus donec viduitatem ſeruauerit non reſtituit fructus cum nubit pro tempore præterito:ſecus quando relinquitur per verba ſi vitam viduilem ſeruabit, num.19.*
14 *In legato vſusfructus omnium bonorum & iurium com-*

prehenduntur etiam cenſus, num.15.
16 *Vſusfructus an cenſeatur relictus in bonis fideicommiſ-
ſis, emphyteoticis, & feudalibus remiſſiuè.*
17 *Hæres priuatur hæreditate ob non implementum.*
18 *Vſusfructus conſtitutus in omnibus rebus comprehendit
etiam pecuniã præſtita cautione de illam reſtituẽdo.*
19 *Societates initæ per maritum nomine vxoris ſui.t ipſius
mariti ſtante recognitione bonæ fidei per eandẽ vxo-
rem facta, etiam ſine ſolemnitatibus ſtatutariis, quãdo
adſunt adminicula, n.21. Et qualia debeãt eſſe, n.22.*
23 *Acquiſitio bonorum remanet apud eum, qui recognoſcit
acquiſiuiſſe ex pecuniis alterius, cui ſolum tenebitur
illas reſtituere, ſecus ſi recognoſcens declaret, quod in
rebus acquiſitis non habet niſi nudum nomen, n.24.*

CAPVT DCXCVI.

INter hæredem, & vxorem teſtatoris ortæ ſunt
lites occaſione teſtamenti exhibiti, & quoniam
intuitu conſanguineorum deuentum fuit ad con-
cordiam, vt ab illis recederetur conſultatione habi-
ta ſuper dubiis propoſitis, quæſitum fuit quid de
iure ſtatuendum eſſet circa prædicta, Ideo breui-
ter dixi ex iuribus tranſmiſſis apparere, prius v-
xori eſſe liberè tradenda omnia ornamenta pro ea
facta, & cuncta ſuppellectilia domus, & alia quæ-
cunque; necnon eidem dandam omnem quantita-
tem vini, grani, & olei, ac aliorum fructuum, quos
contigerit ſupereſſe tempore mortis teſtatoris, &
inſuper vltra veſtitum lugubrem, ei eſſe aſſignanda
alia ſolita geſtari à viduantibus, iuxta illarum con-
ditionem, cum ita præcisè mandauerit idem teſta-
tor, prout latius in teſtamento continetur.

Item eidem vxori debetur integer, & plenus vſusfru-
ctus omnium, & quorumcunque aliorum bonorum
ſtabilium, & ſe mouentium, ac iurium ipſius te-
1 ſtatoris, vbi ſunt ac reperiri poſſunt, † Ita vt pro
tali vſufructu conſequendo poſſit dicta vxor abſ-
que licentia heredum, ac Iudicis capere poſſeſſio-
nem omnium dd. bonorum ac iurium, cum teſta-
tor ita expreſsè mandauerit, & amplam faculta-
tem dederit, quo caſu non debet vſusfructus capi de
manu hæredis, quamvis alias ceſſante tali licen-
tia eſſet capiendus: Iaſ. *in l. non dubium. num.2. C. de
legat.* cum aliis per Menoch *de recuper. poſſeſſ. remed.*
2 *5. nu.33.* vbi † etiam *num.35.* addit quod vſufructua-
rius omnium bonorum poteſt capere poſſeſſionem
propria authoritate: Idem Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ.
remed.2. nu.54. ad fin* quando tamen fuiſſet hæres in-
ſtitutus poſt mortem vſufructuarij, quo caſu pro-
pter repugnantiam capit de facto, vt declarat Socin.
conſ.131. num.8. col.4. in fin. verſ. nec obſtat quod vltimo
3 *loco. lib.1.* † Prout etiam quando vxor eſſet relicta v-
ſufructuaria domina, & maſſaria, ex iſtis enim ver-
bis cenſetur data facultas capiendi poſſeſſionem
propria authoritate: Menoch *de adipiſ. remed. 2. nu.*
4 *54.* † Quamuis neque perderetur vſusfructus, ſi pa-
lam ſua authoritate vſufructuarius ingrederetur poſ-
ſeſſionem: Roman. *conſ.312. nu.1.* Iaſ. *in l. talis ſcriptu-
ra, num 43 de legat.1.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. re-
med.1. num.77.*

Et quoniam d. vxori relictæ vſufructuariæ à marito
mandatur etiam, vt ſit reſtituenda dos, non eſt quæ-
rendum an vſusfructus fuerit relictus animo com-
penſandi cum dote, tanquam habeamus claram
mentem teſtatoris, qui præcisè mandat illius reſti-
5 tutionem vltra vſumfructum, † Quamuis etiam hoc
ſit conforme iuri communi, ſecundum quod mu-
lier poteſt vtrumque petere, & vſumfructũ, & ſuam
dotem, licèt teſtator nihil de dote dixerit, non e-
nim iſta compenſatio admittitur in hoc caſu iuxta
late adducta per Caſtr. *conſ.248 alias, 224 incip le-
gatum prædictũ, n.1.* Natt. *conſ.186. n.8. & in addit. ad
Alex. conſ.19. in verb. cum debito. & in verb. non vide-
tur, num.3. & 4. lib.6.* Pic. *in repet. authent. præterea, n.
60. C. vnde vir. & vxor.* Crot. *conſ.67. nu.42. & 43. lib.
1.* Bertazzol. *conſ. ciuil.59. nu.4. & 5.* Caſtill. *vſufruct.
cap.46. nu.13.*

Dos igitur erit reſtituenda in ea quantitate, prout ap-
parebat teſtatorem recepiſſe tempore ſuæ mortis,
cum declaratione tamen, quod vxor non poſſit a-
lienare, aut vendere aliquam proprietatem bono-
rum ſtabilium, aut mobilium dicti teſtatoris, pro-
ut expreſsè dicitur in teſtamento, cuius diſpoſitioni
6 debet vxor ſtare, ſi vult vſumfructum, † cum fuerit
relicta dos cum iſto onere, maxime quia idem te-
ſtator prouidit circa reſtitutionem huiuſmodi lega-
torum, vt pecuniæ, quæ reperientur tempore ſui
obitus deſeruiant pro funeralibus, & ſoluendis le-
gatis per eum factis cuius voluntas eſt ſeruanda, *§.
diſponat. authent. de nupt.*

In quo tamen obſeruandum eſt, quod vſusfructus le-
gatus vxori fuit relictus ſub duplici conditione, do-
nec vitam viduilem, & caſtam ſeruauerit, & duran-
7 te eius vita, † per quæ verba legatum reſoluetur, ſci-
licet ſi legataria tranſiuerit ad ſecundas nuptias,
item & cum moreretur, hæc enim duo videtur vo-
luiſſe teſtator videlicet cum deſineret legataria vi-
uere in vita viduili, vel cum deſierit viuere ſimpli-
citer, Tunc ergo ſine dubio per mortem mulieris
legatum rediret ad hæredes viri, quamuis mulier ad
ſecunda vota non migraſſet, Cum aliud eſſet, ſi de
vita mulieris non feciſſet mentionem, puta ſi dixiſ-
ſet tantum quantum ſe abſtinuerit conuolare ad ſe-
cundas nuptias, tunc enim legatum non reſoluere-
tur, niſi ſub vna conditione, ſcilicet ſi tranſiuerit
ad ſecunda vota, ita in puncto Caſtr. *conſ.451 lega-
tum iſtius domus, in princ lib.1.* Sim. de Præt. *de inter-
pret. vltim. volunt. lib.4. dub.10. num 93. fol. 417.*

Vxor igitur, vt habeat legatum vſusfructus, debet ſta-
re in viduitate, & tenebitur præſtare cautionem
8 mutianam † de ſeruanda vita viduili: Bart. *in l.
Mutiana. num.3. de condit. & demonſtr.* Iaſ. *in l. ſiue a-
pud, nu.20. col 4 in fin. verſ. item aduerte C. de tranſ-
act.* Grat. *conſ.102. num.11. lib.2.* Ruin. *conſ.170. nu.7.*
9 *lib.3. Angel. de teſtam. gloſ.46. num.8.* † & quidquid
alij ſentiant, iſta opinio eſt verior, & magis com-
munis, vt multis comprobaui *deciſ. March.3. per tot.*
& ita etiam ſeruat Rot. coram Card. Lancellotto
Anconitana fideicommiſſi, 1598. vt dixi *in addit. ad*
10 *deciſ.3. in fin.* † & vltra d. cautionem erit etiam
faciendum inuentarium per vxorem vſufructuariá,
prout late concludit Pariſ. *conſ.45. numer. 60. vſque
ad 66. lib. 2.* & quatenus iſta cautio mutiana non
eſſet præſtanda cum ſimus in legato vſusfructus,
11 † non in inſtitutione, donec ſeruetur viduitas
iuxta Bald. *in l. fin. num. 3. verſ. quæritur quid ſi te-
ſtator.* & ibi Salic. *num.4. Cod. de indict. viduit. toll.*
Tamen erit præſtanda per vſufructuariam cau-
tio de non vtendo, & fruendo arbitrio boni viri,
ne detur materia delinquendi, adeo vt talem
cautionem teſtator non poſſit remittere, prout
12 † idem eſt in confectione inuentarij, quæ neque
poterit remitti vſufructuario, vt declarat Ruin.

conſ.

conſ.102.n.2.lib.2. poſt Doct. *in l.1.C.de vſufr.l.ſcire. C.vt.in poſſeſ.legator.* latè Caſtill. *de vſufr.c.15.n.1. & 17.& per tot.*

In caſu tamen, in quo vxor nollet ſeruare viduitatem, non habebit amplius vſumfructum niſi pro tempore, quo illam ſeruauit, tanquam relictus fuerit cum

13 illa dictione donec, † quæ habet vim, vt nubendo perdat legatum pro futuro tempore, non tamen reſtituet fructus præteriti temporis, quidquid aliud ſit quando relinqueretur vſusfructus per verba ſi vitam viduilem ſeruauerit, tunc enim teneretur etiam ad reſtitutionem fructuum præteritorum, latè Surd. *de alim.tit.5.q.3.n.27.vſque ad 36.* poſt Caſtr. *in l.vlt. Cod.de indict.viduit.tollend.* Bald.& Imol. *in l. cum filius,§.qui mutianam,D.de legat.3.* Quamuis autem perdat vſumfructum pro futuro tempore ſi nupſerit, Tamen vltra legatum de veſtibus, gioijs, & mobilibus habebit etiam ſcuta 200. danda per hæredes vna cum dote intra terminum vnius anni à die tranſitus ad ſecundas nuptias, prout expreſsè mandat teſtator, cuius voluntas erit ſeruanda.

In dicto autem vſufructu, dum quæritur an veniant

14 cenſus, concludendum eſt affirmatiuè, quia † legatus fuit vſusfructus integer, & plenus omnium, & quorumcunque bonorum ſtabilium, & ſe mouentium, ac iurium ipſius teſtatoris, vbi ſunt & reperiri poſſunt in omni quantitate, prout teſtator habebat, quæ verba ſunt ampliſſima, & habilia ad includendum cenſus: Menoch. *præſumpt.142.n.3.lib* 4 Caualcan. *de vſufr.num.* 83.& eſt magis vera opinio, vt per Caſtill. *eod.tit.de vſufruct.c.41.nu.1.vſque ad* 7. quidquid contrarium ſequatur Eugen. *conſ.* 100. & dixi *ſupr.c.*638. Maximè quia in caſu noſtro fuit relictus

15 vſusfructus omnium iurium, quorum † appellatione venit cenſus, cum ſit ius: Couar. *lib.3.var.reſolut. c.7.num 2.verſ.tertio eadem ratione* & admittit etiam Idem Eugen. *d.conſ.* 100. *n* 21. *vſque ad* 24.

Quibus etiam addendum eſt, quod viuente vxore, & ſeruante vitam viduilem, & caſtam, & honeſtam, non poterunt hæredes aliquid petere occaſione fideicommiſſi facti per patrem teſtatoris, & ipſius hæredum, cum ſpecialiter idem teſtator diſpoſuerit, vt prædicti hæredes permittant, quod d. vxor habeat vſumfructum omnium, & quorumcunque bonorum ac iurium in omni quantitate, prout per ipſum teſtatorem habita fuerunt, & in caſu contrauentionis, ac moleſtiæ priuentur hæreditate, ſubſtituendo Hoſpitale, prout latius in teſtamento, in

16 quo bene fuit hoc expreſſum † ad euitandam quæſtionem, an in bonis fideicommiſſi cenſeatur relictus vſusfructus, vel in emphyteoticis, aut feudalibus, de qua latè Menoch. *præſumpt.142.n.4 vſque ad 13.lib.4.*& quidem teſtator potuit in hoc grauare hæredes, in quorum facultate eſt velle adire hære-

17 ditatem cum iſto onere, † ita vt ob non implementum remaneat effectus inualiditatis, & priuationis hæreditatis: Aym. *conſ.59.in fin.verſ. ſecundo principaliter,nu.*4 poſt Bald. *conſ.219.* opus nicolutij, *col.2. lib.1.* Alex. *conſ.*102 *viſis,col.2.in fin.lib* 1.

Quoad alterum dubium dicendum eſt, quod ex pecuniis quæ reperientur tempore mortis teſtatoris debent prius extrahi pecuniæ pro funeralibus, & legatis ſoluendis, Reſiduum verò dictarum pecuniarum debet percipi per hæredes cum onere, quod quolibet anno, & in principio cuiuſlibet anni anticipatè dent vxori florenos tres pro quolibet centenario vltra alia ei relicta, de quibus pecuniis poſſit liberè diſponere, & hoc quouſque vixerit, & vitam viduilem, & honeſtam ſeruauerit, & non exiſtentibus filiis. Neque in hoc conſideratur aliqua vſura, cum ſit annua præſtatio, ſeu legatum factum per teſtatorem quouſque vixerit in viduitate, In hoc enim teſtator voluit reſtringere vſumfructum, cum enim fuiſſet conſtitutus ad fauorem vxoris in omnibus

18 rebus, † comprehendebatur etiam pecunia, qua poterat vti vſufructuaria, & de ea ad libitum diſponere, quamuis teneretur præſtare cautionem de tanta pecunia reſtituenda, cum moreretur, §. *conſtituitur, inſti. de vſufruct. l.2.& l.ſi tibi,D. de vſufruct. ear.rer.quæ vſu conſumunt.* Roland. *conſ.37. n.6.lib.2.* Caſtill. *de vſufruct.c.17.nu.7.* Vnde cum ad fauorem hæredum teſtator iſtam pecuniam exemerit ab vſufructu, potuit in ea imponi onus dandi iſtam annuam præſtationem vxori, quouſque ſteterit in vi-

19 duitate, † ita vt ſi illam non ſeruauerit cadat à dicto legato in futurum cum pro tempore præterito iuſtè perceperit, neque teneatur ad aliquam reſtitutionem Surd. *de aliment.tit.5.quæſt.3.n.36.*

Circa vltimum de ſocietatibus officiorum concludendum eſt, quod quamuis illæ fuerint initæ ſub nomi-

20 ne vxoris, † tamen non erunt propriæ ipſius, ſed ſpectabunt ad hæreditatem, ita vt in eis vxor non habeat, niſi vſumfructum iuxta formam teſtamenti, ſtante recognitione bonæ fidei per ipſam facta erga maritum cum ſolemnitatibus ſtatutariis: Bald. *in l.multum intereſt.n.3.C.ſi quis alter.vel ſib.* Ang. *in l.ſi aliȷ.C.de donat.int.vir.& vxorem.* Socin. *conſ.19. n.12.& 13.lib.4.* cum aliis per Card. Mant. *de tacit. & ambig.conuentionibus lib.4.tit.22.n.22.*

Quod etiam erit in aliis bonis, ſuper quibus vxor recognouit bonam fidem, quamuis enim ſuper aliquibus recognitio non ſit facta cum ſolemnitatibus

21 conſtitutionis Marchiæ, † nihilominus illæ non ſunt neceſſariæ, quando pro tali recognitione, ſeu confeſſione concurrunt adminicula; tunc enim probatur confeſſio etiam ſine ſolemnitatibus: Achill. *deciſ.1. de confeſſ.* Card. Seraphin. *deciſ.* 1643. Gabr. *conſ.51.in fin.lib.*2 Rot. coràm R.P.D. Sacrato Romana, de Mareſcottis ſuper hæreditate Alphon-

22 ſi 14. Decembris 1615. ad med. † vbi etiam admittitur adminiculum illud, quod vxor non præſumatur habere aliunde, quàm ex bonis mariti, *l. Quintus Mutius,D.de donationibus,* Alciat. *præſumpt.26.n.1. regul.3.* Ita vt quamuis regulariter acquiſitiones bo-

23 norum ſoleant remanere apud eum, † qui facit ſimiles recognitiones, tanquam ipſi ſolum remaneant debitores pecuniarum, *l.ſi ex ea pecunia, C.de rei vendicat.l.1.Cod ſi quis alteri vel ſib.* Tamen iſta habent locum, ſi vxor ſimpliciter declaraſſet ſe acquiſiuiſſe de pecuniis mariti, cũ aliud ſit quando, prout in caſu noſtro, vlterius additum fuit ſe in re-

24 bus acquiſitis non habuiſſe, † nec habere niſi ſolum nudum nomen, tunc enim ſatis apparet ipſam non ſibi, ſed marito voluiſſe acquiri, quaſi eius nomen fuerit ſimulatè appoſitum, vt diſtinguit Rota in dicta Romana de Mareſchottis, in fine, iuxta doctrinam Bald. *in l multum intereſt, numero tertio, C.de ſi quis alter.vel ſib.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambiguit.conuention. libro quarto, titulo vigeſimo ſecundo, numero* 22.

EPITOME.

Societas quando ſit finita quo ad omnes, ſi vnus ex ſociis diuidat. ¶ Et quo caſu poſt diuiſionem ſit tacitè renouata. ¶ Succeſſio an debeatur vſque ad decimum gradum excluſo fiſco. ¶ Nuncio an ſit credendum circa qualitatem ſolitæ habitationis, & non exiſtentiæ bonorum mobilium, vt poſſit deueniri ad deliberationem ſtabilium, cum ſimilibus ad officium ſuum ſpectantibus. ¶ Et quando contrariæ probationes admittantur. ¶ Iuramentum an ſit præſtandum coram Iudice per eum, cui lex vel ſtatutum mandat adhiberi fidem. ¶ Et quando illius defectus ſanetur per Papam. ¶ Probatio ſemiplena, & coniecturalis, ac præſumptiua an veniat appellatione probationis. ¶ Citatio eius, qui habitat plures domos, quomodo ſit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio facta reſpectu vnius fratris, non nocet aliis fratribus, qui volunt in communione permanere, n. 4. & 5.*

2 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*

3 *Diſpoſitio limitata producit effectum limitatum.*

6 *In ſocietate contracta abſque tempore poteſt ſocius ab ea quandocunque recedere.*

7 *Conſenſus, qui ex actu colligitur, non debet extendi vltra illud, quod ex ipſo actu de neceſſitate infertur.*

8 *Conſenſus adhibitus quo ad certa bona non præiudicat quo ad alia.*

9 *Conſuetudo deferens Curiæ ſucceſſionem mortuo patre ſine maſculis, quomodo intelligatur.*

10 *Frater ſuccedit in bonis fratris.*

11 *Succeſſio debetur vſque ad decimũ gradũ excluſo fiſco.*

12 *Actus diuiſionis requirit perſeuerantiã & ſtante tacito, nedum expreſſo conſenſu, dicitur ſocietas renouata.*

13 *Nuncio creditur quando teſtificatur de his, quæ ad ſuum officium pertinent.*

14 *Qualitas ſolita habitationis dicitur probata ſi de ea nuncius faciat fidem.*

15 *Nuncius ſi referat non adeſſe bona mobilia, poteſt deueniri ad deliberationem ſtabilium abſque alia probatione.*

16 *Nuncio creditur etiam in his, quæ ad ſuum officium non ſpectant, ſi adſunt adminicula.*

17 *Iuramentum requiritur etiam in caſibus, in quibus lex mandat adhiberi fidem aliquid denuncianti, & illud eſt præſtandum coram Iudice, vel notario de eius commiſſione, num. 18.*

19 *Probatio admittitur contra relationem nuncij ſuper citatione facta domi ſolitæ habitationis.*

20 *Non dicitur conſtare de facto, niſi adſit iuramentum, quamuis ſit procedendũ cum facultate liberi arbitrij.*

21 *Nullitas defectus iuramenti quando ſanetur per Papam, num. 22.*

23 *Probatio ſemiplena, & coniecturalis non venit appellatione probationis.*

24 *Probatio admittitur contra probationem.*

25 *Citatio in loco domicilij, in quo adeſt vxor cum familia valet, quamuis citatus abſit.*

26 *Habitans duas domos diuerſis temporibus poteſt in vtraque domo citari etiam in ea, in qua frequentius non habitat.*

27 *Mutatio proprij domicilij non præſumitur.*

CAPVT DCXCVII.

Diuiſio fuit facta ſolùm reſpectu vnius fratris,
1 qui volebat partem ſuam recognoſcere, † cum expreſſa proteſtatione, & declaratione, quod inter alios duos fratres bona remanerent indiuiſa, prout verè remanſerunt, continuando in communione, vt latius colligitur in facto, quo ſtante clarè apparet non fuiſſe diſſolutam ſocietatem, niſi reſpectu v-
2 nius, † cum actus agentium non debeant operari vltra eorum intentionem. *l. non omnis, D. ſi cert. pet.* & cum cauſa limitata debeat producere effectum
3 limitatum, † *l. in agris, D. de acquir. rer. domin.* & cum factum vnius non ſit alteri præiudiciale, ſed ſibi
4 tantum noceat, prout in ſocio, † qui tacitè, vel expreſsè declarat ſe non velle continuare in ſocietate eſt text. *in l. actione, 66. §. diximus. D. pro ſocio.* Pariſ. *conſ. 82. nu. 26 lib. 3.* Ludouic. *concl. 53. col. 51.* Aret. *in §. ſoluitur. nu. 2. inſtit. de ſocieta.* vbi quod diſſenſu vnius ſocietas non diſſoluitur quo ad omnes, quando
5 tacitè, vel expreſsè aliud actum eſt: † Alex. *conſ. 137. n. 1. in fi. lib. 5.* Bald. *conſ. 448. n. 1. li. 4* Grat. *conſ. 15. n. 7. lib. 1.* Vbald. *de duob. fratrib. p. 11. n. 2. tom. 6. p. 1. fol. 165.* & iſte diſſenſus poteſt fieri quandocunque in ſocie-
6 tatibus contractis abſque tempore, † dummodo declaretur ſocio præſenti, prout eſt in caſu noſtro, vel deducatur ad notitiam ſocij, vel eius procuratoris, *l. ſed ſocius, § ſi abſenti, D pro ſocio, l. actione. §. item ſcriptum, D. eod. tit. l. aut qui aliter, §. ſi forte, D. quod vi aut clam,* Aret. *in §. manet. n. 2. inſt. de ſocietat.*

Neque obſtat, quod diuiſio animalium per multos annos ante fuerit facta ſimpliciter & abſolutè per omnes fratres abſque aliqua proteſtatione, & declaratione, quod talis diuiſio intelligeretur ſolum reſpectu vnius fratris, Quia non ex hoc infertur, quod circa alia bona non adſit communio, cum ſolum reſpectu dictorum animalium poſſit dici adeſſe diuiſionem, non autem quo ad alia bona, quæ ſem-
7 per fuerunt poſſeſſa pro indiuiſo, † tanquam iſte conſenſus, qui ex actu colligitur non intelligatur vltra illud, quod ex ipſo actu de neceſſitate infertur: Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, D. de itin. actuque priuat.* Surd. *conſ. 126 n. 33. lib. 1.* Cum etiam conſenſus
8 adhibitus quo ad certa bona non præiudicet quo † ad alia: Bart. *in l. ſi curatorem habens, C. de reſtit. in integ.* Aym. *conſ. 242. n. 6 poſt med.* Ceph. *conſ. 148. nu. 24. li. 1.* Menoch *conſ. 75. n. 74* Surd. *conſ. 36. n. 28. li. 1.*

Quare cum dicti fratres poſtea remanſerint ſemper in communione, & habuerint alia bona pro indiuiſo, prout antea habebant, non intrat prætenſa conſuetudo immemorabilis, quod mortuo patre abſque maſ-
9 culis, quamuis cum fœminis, curia ſuccedat, † Quia iſta conſuetudo non habet locum, quando defunctus habet fratrem, qui nunquam diuiſit, tunc enim frater illi ſuccedit excluſa curia, prout de tali interpretatione non dubitatur ſtante obſeruantia ſubſe-
10 cuta † in omnibus ſimilib. cauſis: Aym. *conſ. 418. n. 2.* quæ obſeruantia magis eſt attendenda, cum per eã reuertamur ad ius commune, per quod datur ſucceſſio fratri in bonis fratris, *§ conſequens, verſ. ſi verò, auth. de hæred. ab inteſt. venientib.* Pariſ *conſ. 49. n. 1. lib. 3.* Surd. *conſ. 404. n. & 4. lib. 3.* Cephal. *conſ. 210. n.*
11 *62. lib. 2.* † Et omnes perſonæ, quæ de iure ciuili, vel prætorio admittuntur ad ſucceſſionem inteſtati defuncti præferuntur curiæ, & fiſco tam ex linea deſcendente, & aſcendente, quã ex tranſuerſali, agnatitia, vel cognatitia, vſque ad decimum gradum *l. 1. D. de iur. fiſc. l. vacantia, C. eod. tit. l. 2. C. de petition. bonor. ſublat.* 11. Peregr. *de iur. fiſc. lib. 4. tit. 3. n. 3.*

Immo quamuis etiam fuiſſent omnia bona diuiſa
12 per fratres ſimpliciter, & abſolutè, † Tamen ſi

poſtea

poſtea contingeret, quod denuo bona per eos com-
municarentur, non eſſet locus prætenſæ conſuetu-
dini, quod fiſcus ſuccedat, quia actua diuiſionis re-
quirit perſeuerantiam, & ſtante tacito, vel expreſſo
conſenſu, dicitur ſocietas renouata, *l. plane, 37. D. pro
ſocio.* Alex. *conſ.* 132. *nu* 10. *lib* 5. & cum tractetur de
ſucceſſione, attenditur tempus mortis, de quo tem-
pore bona erant pro indiuiſo inter fratres. Quam-
uis de hoc non ſit quærendum, quia ex ſupra addu-
ctis patet, quod ſolum fuit facta diuiſio reſpectu
vnius, ad effectum, vt ille portionem ſuam reco-
gnoſceret firma remanente communione quo ad
alios quod admittitur in ſocietatibus: Alex. *conſ.*
137. *num.* 1. *in fin. lib.* 5. cum aliis ſupra allegatis.

Nec facit oppoſitio de nullitate examinis, dum fuit
13 probata communio inter prædictos fratres, † Quia
examen eſt validum, cum appareat de citatione
facta per nuntium domi ſolitæ habitationis, cui
credendum eſt tanquam teſtificanti de his, quæ ad
ſuum officium pertinent, *l.* 1. §. *cura carnis, verſ. quies*
vbi Bald. *D. de offic. præfect. vrb.* latè Roman. *conſ* 497.
n. 5. cum aliis per Tiraq. *de retract. lignag.* § 8. *gloſ.* 9.
n 10 & 11. Franc. & Dec. *in c. cum parati, de appella-
tion bus.*

Et particulariter creditur nuncio circa iſtam qualita-
14 tem ſolitæ habitationis, † cum aliàs non valeret
citatio per eum facta domi, niſi adderetur iſta qua-
litas ſolitæ habitationis, tanquam illa ſit de concer-
nentibus ad ſuum officium: Bart. *in l.* 4 §. *prætor ait.
colum.* 2. *ante med verſ. ſed quid debet nuncius referre.
numer.* 12. *in fin. D. de damno infect.* Alexand. *conſ.*
2. *num* 8 *lib.* 3. Vant. *de nullitat. defect. citation. num.*
89. *in fin.*

Prout eſt in ſimilibus pertinentibus ad ſuum officium,
in diſcuſſione bonorum alicuius, cum denunciat
15 non adeſſe bona mobilia, ideoque † manum ad ſta-
bilia iniiciſſe, vel quod nulla bona principalis o-
bligati exiſtunt, vt poſſit recurri ad fideiuſſores,
non facta aliqua diſcuſſione, vel cum deponit mi-
ſiſſe in poſſeſſionem creditorem in bonis Titij, quia
etiam creditur, quo ad illas qualitates, quod bona
ſint Titij, & quod non adſint alia bona, cum multis
de quibus late Tiraq. *de retract. lignag* §. 8 *gloſ.* 9 *nu.*
22. 28. & 29. poſt Bald. *in l.* 1. *C. de priuileg. fiſc.* Iacob.
de Are. *in auth. hoc ſi debitor.* quàm legit *cum l. perſe-
cutione. col.* 3. *verſ quæro dicitur hic* & ibi Salic. *col.* 2.
qu. 9. *C. de pignorib.*

Et quamuis talis relatio nuncij ſufficeret, tamen etiam
ex abundanti additur fides iurata & recognita plu-
rium teſtium deponentium de ſolita habitatione
citati, quæ fides coadiuuat probationem prædi-
ctam, ita vt magis ſit credendum relationi nuncij,
16 † cui etiam creditur in his, quæ ſunt aliqualiter ex-
tra ſuum officium, quando pro eo adſunt coniectu-
ræ, vnde multò magis in his, quæ ad eius officium
ſpectant: Alciat. *præſump.* 14. *n.* 5. *in fin. verſ. pute pri-
mam opinionem. reg.* 1 Menoch. *de arbit. caſ.* 112. *n.* 14.

Nec debet attendi proteſtatio ex aduerſo facta per
conſanguineum denunciantem, quod citatus mu-
17 tauit domicilium habitando in alia ciuitate, † Quia
nihil releuat, cum non ſit iurata, ita vt iuramentum
requiratur etiam in caſibus, in quibus per legem,
aut ſtatutum datetur fides ſimilia denuncianti, tan-
quam ſemper intelligatur, ſi denunciator iurauerit
ita eſſe verum Ang. *in repet. l. ſi vacantia. Cod. de bon.
vacantib. lib.* 10. Alex. *conſ* 71. *n* 9. & 10. *li.* 3. iuxta no-
tata per Bart. *in l. Theopompus, de dot. prælegat.* Butr.
18 *in c veniens, el primo de teſtib.* † Adeo vt tale iura-
mentum debeat præſtari coram Iudice, vel coram
notario habente commiſſionem Iudicis, nam ſi co-
ram alio præſtaretur, nihil operabitur: Bald. *in l.* 3.
in princ. verſ. circa quintum, D. de iureiur. Alex. *conſ.*
71. *n.* 10. *in fin. verſ. ſecundo dicit. li.* 3. *per tex. in l. hac con-
ſultiſſima, § penul. D. de teſta. l. iubemus C. de liber. cauſ.*

Maximè quia etiam, quod talis teſtis depoſuiſſet cum
iuramento, nihilominus non probaret tanquam
19 vnicus, † quamuis enim admittatur probatio con-
tra relationem nuncij ſuper citatione facta domi
ſolitæ habitationis: Glo. *in c. ſi teſtes,* §. *item teſtes
quos accuſat. in verb. in executoribus,* 4. *q.* 3. Alex. *conſ.*
114. *n.* 9. *li* 4. Afflict *deciſ.* 91 *n.* 12. Maſcard. *concluſ.*
955. *n.* 25. & *concl.* 1120. *n.* 26. Guid. Pap. *dec.* 557. *ali-*
20 *quis, in fin.* † Tamen hoc intelligitur dummodo iſta
plenè probentur, nō enim ſufficit ſola aſſertio vnius
abſque iuramento, & citatione partis, quæ nihil
probat, adeo vt nunquam dicatur conſtare de fa-
cto, niſi adſit iuramentum etiam ſi eſſet procedèn-
dum cum facultate liberi arbitrij: Decian. *conſ.* 93.
num. 31. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 192. *nu.* 28 & 29. *lib* 2. poſt
Ang. *in l milites, col.* 2 *C. de teſtam. milit.* Cephal *conſi.*
21 294. *num.* 33 *lib.* 2. Ita vt † neque talis nullitas defe-
ctus iuramenti ſanetur per Papam: Creſcent. *deciſ.*
4. *alias* 37. *nu.* 1. *vſque ad* 6. *de teſtibus.* Niſi ſuperue-
niret conſenſus partis expreſſus remittentis tale iu-
22 ramentum, † cum tacitus per non oppoſitionem
non ſufficeret: Abb. Hoſtienſ. & alij, *in c. nuper. de
teſtib.* Felin. *in cap. tuis, col.* 3 *num.* 1 *eod. titul.* Veſtr. *in
prax. lib* 6 *tit.* 2. *num* 8.

Et paſſim probatio excludit probationem, dummodo
23 ſit plenè probatum contrarium, cum alias † non
diceretur probatio, cuius appellatione non venit
ſemiplena, nec coniecturalis, aut præſumptiua, ſed
plena, & legitima, *l. Lucius, D. de condition. & de-
monſtr* Glo *in cap. ſtatutum, de reſcrip. in* 6. & *clemen.
conſtitutionem. de elect.* Rom. *in l.* 1. *C. de teſtam. milit.*
Ruin *conſ.* 118. *n.* 1. *in fin. lib* 4 Natt. *conſ* 29 *num.* 3 &
24 *conſil.* 581. *num* 9. Et ita † admittuntur probationes
contra probationes in multis caſibus, quos latè ad-
ducit Tiraq. *de retract. lignag* §. 4 *gloſ.* 1. *num.* 1. *vſque
ad* 40.

Præſertim, quia per aſſertorem habitationem alibi
contractam, fuit potius terminus ad certiorandum
citatum, qui fuit per Iudicem datus, ita vt ſufficiat,
quod terminus ſit lapſus, maximè quia etiam con-
ceſſo, quod citatis alibi habitet, Tamen poteſt in-
25 telligi de momentanea habitatione, † ſtante quod
adeſt alia habitatio in loco domicilij, vbi permanet
vxor cum filiis, & familia, in quo loco etiam valet
citatio, quamuis tunc citatus abeſſet ab illa domo:
Innoc. *in c ſi aduerſarius,* quod eſt *vlt. col.* 1. & ibid.
Hoſt. & Ioan Andr. *de eo qui mittit. in poſſeſſ.* Bart. *in
l.* 1. §. *permittitur, D. de liber. agnoſcend.* Card. *in clem.
1. col.* 3. *qu.* 1 *de iud.* Capr. *conſ.* 142. *in* 2. *dub.* cū aliis
26 per Tiraq. *de retract. lignag.* §. 9. *gloſ.* 1. *nu.* 7. † Cum e-
tiam habitans duas domos diuerſis temporibus poſ-
ſit in vtraque domo citari, etiam in ea, in qua non
frequentius habitat: Bald *conſ.* 234. *decretum magni-
fici col.* 2. *lib.* 1. poſt Alber. & Guid. de Suzar. *in l.* 4.
§ *prætor ait. col.* 1. *n.* 5 *D. de damn. infect.* Quamuis hæc
omnia dicta ſint ex abundanti, cum ſufficiat quod
ex aduerſo nihil probatū fuerit ſuper aſſerta habita-
27 tione alibi contracta † quæ tamen erat in ſpecie, &

plene probanda tanquam mutatio proprij domicilij non præſumatur, *l. non vtique. D. ad municipal. l. eius qui, §. penult. C. de incol. lib.* 10. Petr. de Vbald. *de canonic. episcopal. c. 7. n. 8. in fin. tom. 5. p. 2. fol.* 231.

EPITOME.

Iudex, qui debet pronunciare de voto alicuius, an teneatur illud ſequi. ¶ Bonorũ appellatione quę veniant tam in fauorabilibus, quàm in pœnalibus. ¶ Hæres qui differt ſoluere legitimam, an ſit condemnandus illam dare duplicatã. ¶ Verba ſententię an ſint referenda ad intellectum iuris communis. ¶ Et quando illud, quod reſultat ex natura verborum, habeatur pro expreſſo. ¶ Expenſæ an poſſint taxari per iudicem non obſtante appellatione à ſententia per eum lata ¶ Declaratio an permittatur ei, qui iudicauit, vel ſucceſſori, ſiue ſit legalis, ſiue voluntaria. ¶ Præſumptio iuris an ſit vera, propria, & manifeſta probatio. ¶ Legitima quando ſit aſſignanda ex ſingulis corporibus. ¶ Et an Iudex habeat arbitrium eligendi potius vnam, ſeu alteram rem. ¶ Et ob quam cauſam talis electio illi concedatur. ¶ Appellatio an detur à decreto aſſignationis legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum cum facultate pronunciandi de voto alicuius obligat præciſè, inducendo neceſſitatẽ ſequendi illud.*
2 *Forma reſcripti eſt ſeruanda.*
4 *Bonorum appellatione etiam abſque ſigno vniuerſali omnium veniunt ſtabilia, mobilia, pecunia, nomina debitorum, iura, & actiones, nu. 4. & 18. Etiam in pœnalibus, num. 5.*
6 *Legitima eſt debita ſine dilatione, ita vt hæres moroſus teneatur illam dare duplicatam. nu. 7.*
8 *Legitima eſt detrahenda de ſingulis corporibus hæreditariis, & quibuſcunque iuribus, & actionibus, num. 24 tam ſi debeatur deſcendentibus, quàm aſcendentibus, num. 25.*
9 *Verba quarumcunque diſpoſitionum, referuntur ad intellectum iuris communis, & in eis habetur pro expreſſo, quod reſultat ex natura verborum, quamuis expreſſio requireretur, nu. 10. & 23.*
11 *Prohibitus actum alterare poteſt tamen addere in his, quæ reſpiciunt dilucidationem, & executionem illius.*
12 *Declaratio nihil de nouo facit, ſed iam factum aperit.*
13 *Iudex poteſt taxare expenſas poſt appellationem à ſententia interpoſitam. & n. 14.*
15 *Iudex ordinarius non efficitur delegatus, ſi illius iuriſdictio excitetur, non autem alteretur.*
16 *Declaratio non permittitur, niſi ei, qui iudicauit, ita vt etiam excludatur ſucceſſor, n. 19 Intellige voluntaria, ſecus in legali, n. 20.*
13 *In verbis claris non poteſt fieri declaratio, quæ ſolum admittitur, quando res eſt dubia.*
21 *Præſumitur quis iudicaſſe, prout lex diſponit, & ſicut de iure tenebatur pronunciare.*
22 *Præſumptio iuris dicitur vera, propria, & manifeſta probatio.*
26 *Legitima eſt aſſignanda in vna, vel duabus rebus, iuxta arbitrium Iudicis. Intellige quando adeſſet iuſta cauſa propter incommoditatem diuiſionis, & vtilitatem communem. nam aliàs detrahi debet de ſingulis corporibus, nu. 27. 28. 29. 31. 32. 33. 34. & 35.*
30 *Aliud pro alio non poteſt ſolui inuito creditore.*
36 *Iudex debet eligere æſtimatores, & peritos ad effectum, vt cognoſci poſſit an legitima ſit aſſignanda in vna re, vel pluribus, vel in omnibus.*
37 *Iudex diuiſorius poteſt ex cauſa ſatisfacere vni de tota re communi, & alteri aliam rem communem dare, ne totum patrimonium corrumpatur.*
38 *Appellatio non datur ab aſſignatione legitimæ, niſi in caſu notabilis læſionis.*

CAPVT DCXCVIII.

EX multis, quæ adducuntur pro declaranda nullitate ſententiæ, de qua agebatur in cauſa Romana legitimæ, ſolum colligitur firmari exaduerſo
1 concluſionem illam ſatis notam, † quod reſcriptum
continens facultatem pronunciandi de voto alicuius obligat præciſè, inducendo neceſſitatem ſequẽdi illud, adeo vt ſi non ſeruetur talis forma, ſententia ſit nulla, iuxta *c. cũ in veteri. 21. de electіon.* cũ aliis per Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 46. num.* 87. & nos etiam comprobauimus cum diſtinctione, de qua ſupr. *c.* 524. *nu. 2. 3. & 4. tom.* 3.

Sed hæc non faciunt ad caſum noſtrum, cum non ſufficiat iſta maior propoſitio, niſi etiam probetur minor, quæ eſt fundata in prætenſo exceſſu, quod ſcilicet Iudex non ſententiauerit iuxta votum, quia immo ex lectura voti, & ſententiæ apparet conformitas, ita vt nullus exceſſus poſſit conſiderari, Nam in voto dicitur deberi legitimam D. Annæ ex perſona q. Clementis in bonis q. Antonij Mariæ, & illam eſſe ſemiſſem, & Iudex idem declarauit in ſen-
2 tentia, vnde non fuit in aliquo exceſſum, † & per
conſequens fuit ſeruata forma, prout debuit ſeruari: Bald. *in l. fi. col. 2. C. de ſuis & legitim.* Roland. *conſ.* 82. *n.* 6 *lib.* 2.

Non obſtat, quod Iudex addiderit bona mobilia, immobilia, & pecunias, cum tamen in voto non fuerit facta expreſſio, ex quibus bonis eſſet legitima de-
3 trahenda, † Quia ſtatim quod dictum eſt in bonis,
neceſſariò ſequitur, quod illorum appellatione veniunt ſtabilia, mobilia, pecuniæ, nomina debitorum, iura, & actiones, *l. 1. §. itẽ ſolent, de offic. præfect. vrb l. mouentium, de verb. ſign. l. bonorum,* 49. vbi Rebuff. *col. 2. ante fin. verſ. notandum eſt. D. eod. tit.* Guid. Pap. *deciſ.* 341. *n.* 6. *& deciſ.* 499. *n.* 1. *in fin.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. bona, n.* 8 *cum ſeq C. de reuocand. donat.* latè Pinell. *in rubr. C. de bon. matern. part.* 1. *nu.* 1.
4 *vſque ad* 7. † vbi addit prædicta procedere, quamuis
hoc nomen bonorum expreſſum fuerit ſimpliciter abſque aliquo ſigno vniuerſali, *l. ſi legatus, ad Trebellian. l. quoties,* 40. *§ vlt. D. de vſufruct. & quemadmodum quis vtat. l. vxori meæ, de vſufr. legat.*

Quæ maximè procedunt in fauorabilibus, quamuis
5 etiam in pœnalibus idem eſſet, † vt per Pinell. *in d. rubr. C. de bon. matern. p.* 1. *n.* 2. *&* 3. *per l. ſi adempta, C. de ſentent. paſſ.* Prout legitima, quæ eſt adeò priuilegiata, & fauorabilis, vt celeriter, & ſine dilatione
6 ſit præſtanda, † ita vt ſi hæres iudicium, & ſententiã
expectet, teneatur duplicatam legitimam dare in pœnam ſuæ moræ, *l. ſi quis teſtamento maximum,* 33. *C. de inoffic. teſtam.* quod eſt multum notabile contra
7 eos, † qui in illa danda ſtrepitum iudiciorum ex-
pectant, vt per Bart. Bald. Salic. & alios ibid. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 36 *n.* 70. *fol.* 337.

Et vltra votum, & ſententiam, in quibus continetur legitimam deberi in omnibus bonis, vt ſupra
8 expreſſis, hoc etiam eſt de iure communi, † cum
illa ſit detrahenda ex ſingulis corporibus hæreditariis, tanquam ſit portio ſucceſſionis ab inteſtato,

ſtato,& ſic in ſtabilibus, mobilibus, pecuniis, juribus, & actionibus, & aliis quibuſcunque rebus, & bonis, cum ſemper debeatur de ſubſtantia bonorum, vt latè omnia prædicta comprobat Peregr. de fideicomm.art.36.nu 24 25.33. & 72.juxta l.libertus qui ſoluendo,ff.de bon.libert.l.cum quæritur, Cod. de inoffic.teſta. Gloſ.in c.raynaldus,in verb.portiones,de teſta. Bart.in l.in quartam col.vlt.ff ad leg.falcid. Ruin. conſi.59.nu.21.lib.4.

Cum igitur iſta omnia virtualiter inſint in diſpoſitione facta de bonis, non poteſt dici, quod Iudex in aliquo exceſſerit, & quod addendo mobilia, & immobilia, & pecunias, non ſententiauerit juxta votum, cum immo hæc omnia dicantur expreſſa in voto, tanquam ſub generali vocabulo bonorum contineantur, & tacitè ex natura diſpoſitionis comprehendatur, adeò vt vbicunque requiritur expreſſio in perſonis & rebus, ac bonis, ſufficiat includi ſub natura verbi expreſſi, vel includi de jure communi,
9 † ad cujus intelligentiam verba ſententiarum, priuilegiorum, contractuum, ac omnium quarumcumque diſpoſitionum referuntur, vt bene omnia prædicta declarat Anchar.conſi.393 viſa diligenter gratia numer.2. quem ſequitur Felin. in cap.tranſlato,3. colum.3. in princ.verſ. ad idem quod notat,num 4. poſt med.de conſtit. vbi etiam ſubdit generale eſſe, vt habeatur pro expreſſo illud, quod reſultat ex natura verbi, cap.cum olim,de cenſibus quod etiam latè comprobat Tiraq.de legibus connubial gloſſ 7.num.177.&
10 178.fol.350. † vbi ſequendo Anchar. dict. conſi. 393. ampliat procedere etiam ſi expreſſio requireretur pro forma, quia ſemper dicitur expreſſum, quod includitur ſub natura verbi ex juris communis interpretatione declaratiua, vel extenſiua: Ruin conſi.56. numer.10 libro ſecundo. poſt Aret.in l.gallus in princ. colum.3.verſic.ſecundo eſt conſiderandum,ff.de liber. & poſthum.

Et paſſim admittitur, vt qui non poteſt diſpoſitionem
11 alterare, poſſit tamen addere in his, † quæ reſpiciunt dilucidationem, ſeu executionem actus: Rub. Alexand. in leg. non ſolum,§.morte,numero 104.ff.de non.oper.nunciat. Addit ad Alexand.conſi.28.in verb. non poteſt lib.2.cum aliis per Mancin.de iura.part.4.
12 effect.193.num.7.† tanquam declarans nihil de nouo faciat, ſed jam factum aperiat, leg.adeo,§.cum quis,ff. de acquir.rer.domin.clem. 1. in princ. de iur. patronat. Imol.in l.heredes palam,§.ſi notam, in 2.notab. & ibi Caſtr.in princ.verſ.quid autem, ff.de teſtament. Salic.in leg. leges & conſtitutiones, in 1. oppoſ. Codic. de legib. Felin.in cap.ſuper queſtionum,colum.1.de offic.delegat. & in cap.ſignificauerunt,11.colum.7.in fin.verſiculo &
13 licèt in diffinitiua,numero 6.in fine,de exception. † vbi ex hoc ſubdit, quod quamvis judex prohibeatur aliquid facere poſt appellationem, poterit tamen taxare expenſas, cum talis taxatio non ſit niſi quædam declaratio præcedentis condemnationis: Lap.alleg.
82 82.numer.7. † cuius opinio eſt verior, quidquid alij contrarium ſequantur, vt per Auffr. ad deciſ.capell. Tholoſ. 466. verſ. primam partem. Ioann. de Amic. conſi.55.num.12.ad med.poſt Rot.deciſ.109.item nota quod iudex,& deciſ.13.alias 1. in fin.vt lit.pendent.in nou. Præpoſit.in cap.paſtoralis,§.verum,col.fin verſ.vltimo per iſtam litteram,de appellat. Rebuff.in leg.quod iuſſit,in 2.notab.nu.155.ff.de re iudicat. Guip.Pap ſing. 349.nu.1.Marant.in ſpecul.in penult.act.princ.n.106. limit.17.Gabr.concluſ.3.nu.54.de reg.iur.

Quibus additur, quod cum ſimus in Iudice ordinario,
15 non eſt dicendum quod ſit factus delegatus † tanquam ſolùm dicatur excitata ejus juriſdictio, non alterata: Bart.in leg.quia,de iuriſdict.omn.iudic. Dec. conſi.404.viſo eleganti,col.3. in fine,verſ.vnde conſiderandum eſt,n.10. Et per conſequens ceſſat objectum de ſeruanda forma reſcripti, quamvis verè illa fuerit ſeruata ex ſupra allegatis.

Nec facit, quod Iudex ſolum, qui diſpoſuit, poſſit de-
16 clarare, non alius, † leg.ex facto. vbi Bald.in princ.ff. de vulgar. & pupillar. Gabr.concluſ 3. numero 71. & 72. de regul. iur. Quia non ſumus in declaratione,
17 ſeu interpretatione ſententiæ, † quæ tunc dicitur fieri, quando eſſet de re dubia, ſi enim verba eſſent clara, non poteſt aliquid declarari, quia tunc tranſiret in nouam diſpoſitionem, & per conſequens declaratio non admittitur: Caſtr.in leg.heredes palam, 21.§ ſi quid poſt,num.4.in fin.ff.de teſtamen. Surd.conſi. 319.num.11. & conſi.426.num.27. & 44.lib.3. & conſ. 281.num.30.lib.2. cum aliis per Becc. conſi.3.nu.44.
18 lib.1.† In cauſa autem noſtra non adeſt aliquod dubium, cum jus ſit certum, per quod diſponitur, vt ſtatim facta mentione de bonis, neceſſariò ſequatur, vt dictum eſt, quod veniant ſtabilia, mobilia, pecuniæ, nomina debitorum, jura, & actiones, l.bonorum,49 ff de verb ſignif. Maxime in materia legitimæ, vt dictum eſt ſupra num.2.

Amplius quamvis etiam eſſemus in declaratione rei dubiæ, potuiſſet quoque alius Iudex, quàm illemet,
19 † qui diſpoſuit, hoc declarare: etenim licèt declaratio & interpretatio ſententiæ pertineat ad Iudicem, qui judicauit excludendo etiam ſucceſſorem in officio: Bald. in l.2.col.2 verſ. numquid hoc poteſt. Cod.de ſenten.ex breuicul.recitand. & in l.edita,oppoſ. 10. Cod. de edend. Nihilominus hoc procedit in de-
20 claratione, ſeu interpretatione voluntaria, † quæ tanquam conſiſtens in animo eſt perſonaliſſima, & non tranſitoria ad alios, ſecus autem quando, prout in caſu noſtro, ſumus in interpretatione, & declaratione legali, quæ tanquam proueniens à jure certo & claro poteſt fieri etiam per ſucceſſorem, & per alium, qui non judicauit, prout etiam eſt in ea, quæ eſt facienda ex veriſimilibus conjecturis, & actis; tunc enim etiam iſta permitteretur alteri quam illi, qui diſpoſuit, Ita in ſpecie diſtinguit Felin. in cap. qualiter & quando il 1.quod eſt 17.colum.18.in princ. verſ.ſed aduerte diligenter numer. 27. de accuſat. vbi quod eſt ſingulare Idem Felin. in cap.cum venissent, 12.num.2.de iudic. poſt Imol in leg.ab executore,in princ.n.5.col.5.in fin.verſ.aduerte tamen quia videtur, ff de appellat. & concludunt communiter Bart. Iaſ. & alij in leg. inter ſtipulantem,§. ſi ſtichum.ff.de verb. obligat. Socin.in cap.fin.colum.32.in princip.verſic. & ſicut actor ſolus poteſt declarare,num.54. poſt 7.illat.de libell.oblation. Rebuff.in l.quod iuſſit,in 2.notab.num. 274.ff. de re iudic. Barbat.conſi.83.colum.penult.verſ. 3.reſpondeo lib.3.

Et quidem nulla maior conjectura, & veriſimilitudo poteſt eſſe quàm illa, quæ ex lege deſumitur, ita vt ſine dubio dicendum ſit, quod Iudex dum locutus eſt de bonis intellexerit de omnibus, in quibus de
21 iure debetur legitima, † cum ſemper ita præſumatur quis judicaſſe, prout lex diſponit, & prout de jure tenebatur pronunciare: Bald. conſi 405. lata fuit ſententia, colum. penult. libr.5. Alexand.conſi.46. 3. libr. 5. & conſi.2.numer.3.lib.3. Aym. conſil. 188.

num 8.Roman.conſ.320 num.4.M noch.conſ.110.nu.
22 32.lib. 2. † Et per conſequens rectè alius Iudex po-
tuit hanc declarationem facere,cum etiam ſuffice-
ret,quod lex ita præſumeret,tanquam præſumptio
dicatur,vera,propria & manifeſta probatio: Iaſ. in
leg imperator.num.13.de legat.1. Dec.in rubr.extr.de
probat.num.17.& ibi Bero.num 55. Aym conſi.6.num.
41.Honded conſi.77.num.25.lib.1.Menoch.præſump.
23 36.num.3.cum ſeq. lib. 1. † Quamvis hæc dicta ſint
ex abundanti, cum ſufficiat oſtendiſſe nos non eſſe
in aliqua declaratione, ſed in virtuali natura ipſius
verbi bonorum, quod comprehendit omnia ex-
preſſa in ſententia,quamvis pro forma requireretur
expreſſio,Ruin.conſi.56.nu.10 lib.2. cum aliis ſupra
allegatis.

Neque poteſt conſiderari aliquod grauamen in ſen-
tentia, de qua agimus, cum, vt dictum eſt,rectè Iu-
dex mandauerit aſſignandam eſſe legitimam in om-
24 nibus bonis, † Etenim jus ita diſponit, dum man-
dat illam non ſolum deberi ex omnibus corpori-
bus hæreditariis, ſed etiam eſſe deducendam ex eis,
ita vt per legitimam ſingula corpora pro rata dimi-
nuantur:Ruin.conſi.59.num.21.in princ. & ante med.
lib 4.poſt Gloſ.in cap. rainaldus, 18. in verb. portio-
nes,de teſtam.latè Pereg de fideicomm.art.36.n.33. &
25 72. fol. 337. † vbi ampliat procedere etiam inuito
patre, & tam in legitima deſcendentium, quàm aſ-
cendentium,provt etiam in ſupplemento:Odd.conſ.
55.n.10.cum aliis per Beltaz.conſ.ciuil.108.col 1.& 2.

Nec aduerſatur,quod quamvis legitima de jure ſit de-
26 trahenda de ſingulis corporibus hæreditariis,† Ta-
men Iudex debet illam aſſignare in vna, vel duabus
rebus juxta ea, quæ ponit Craſſ. in § legitimæ,quæſt.
16.nu.1.Gabr.eod.tit.conclu.3.nu.1.Angel.de legitim.
contradictor.art.2 qu.13.n.21.fol.122.vbi allegat mul-
tas Rotæ deciſiones Caſtr.conſi.26.nu.21.lib.3. Dec.
conſi.81.in caſu propoſito agam,num.7. & conſ.235.nu.
15 Quia prædicta procedunt,quando adeſſet aliqua
27 cauſa juſta, † & rationabilis recedendi ab iſta di-
ſpoſitione juris, tunc enim in diuiſione corporum
hæreditariorum, ſeu executione decreti facti ſuper
aſſignatione legitimæ, Iudex de bono,& æquo po-
teſt mandare, vt illa detrahatur in vna ſeu dua-
bus,vel pluribus rebus hæreditariis,videlicet quan-
do bona patrimonialia in partes diuiſa reciperent
incommodam diuiſionem, provt in diuiſoriis judi-
ciis fieri ſolet,§.quod ſi commodè,inſtit. de offic iudic.
l.2.C.quand.& quart.pars debeat li.11.l.non amplius,
28 § fin ff. de legat.1. † & ita in ſpecie declarat Peregr.
de fideicomm.ar.36 numer.74 fol.337.Vaſq. de ſucceſſ.
progreſſ.li.1.§ 4.n.36 fol.44.Picus in l.in quartam.nu.
29 142.& 143 ff ad leg falcid.volum 4.fol 340.vbi † hoc
permittitur Iudici,vt communio tollatur,quæ ſolet
eſſe interdum pernicioſa, & cum magno diſpendio,
& occaſione diſcordiæ,leg.cum pater,§.dulciſſimis,ff.
de legat. 2. nam alias ceſſante incommodo diuiſio-
30 nis, non poſſet ſolui per Iudicem † aliud pro alio
inuito creditore, l.2 § mutui datio,ff. ſi cert petat. Et
paſſim admittunt Doctores hoc fieri per Iudicem,
31 quando adeſſet cauſa, † ne diuiſio vni, aut alteri
eſſet damnoſa:Cucc. de legitim tit. vtrum legitim. ſit
deducend.de ſingul reb.nu 38.& 39.fol.91. Gabr.conſ.
32 72.nu.7.lib.2. † vbi quod debet eſſe cauſa vtilitatis
communis Menoch.de arbitrar.caſ 163.nu.21.& 22.
fol.162.latè Corn conſi.282.n 3.lib.1.Ruin conſ.131.n.
25 col.6.& 7.lib.1. Signo.conſ.35.nu.11.verſ. reſpon-
deo ad ſeptimũ & nouiſſime Ioan. Antonius Mangi-
lius de imputat.& detract legitim.& trebell.quæſt.122.
nu.19.& 26.Put.deciſ.35.n.8.alias ſecundum nouam
impreſſionem deciſ.37.numer 6 lib.2 Ludouic.deciſ.
33 Lucenſ.28.numer.39 cum ſequ † & melius omnium
Bald. conſi. 217. quæritur vtrum filius de reſtituendo,
lib.1. vbi relatis hinc inde argumentis, poſtea in fin.
concludit, quod ſi de omnibus bonis poteſt com-
modè detrahi, fiat detractio in omnibus, ſi autem
34 non de omnibus, fiat de re commodiori, † hæc eſt
enim æquitas naturalis congruens arbitrio boni vi-
ri,leg. poteſt hæres,ff. de legat.1. & ſequitur Port.conſ.
82.num.11. Et cum iſta diſtinctione, ita concludunt
35 omnes † in c.rainaldus,vbi Abb.col.penul.poſt med.de
teſtam.bene Fabian. de Giocch. in repet.auth nouiſſi-
ma,n.75.& 137.C. de inoffi.teſtam.volum.7 fol 343. &
348.Card.Thuſc.conclu.195. in verb.legitima,nu.28.
tom 5 fol.182.Mu oz.de ration.c.30.n.5.Soarez.in l.
quoniam in prioribus ampliat.11.nu.9 poſt med.C.de
inoffic.teſtam.Menoch de arbitr.caſ.163.nu.22.

Quare Iudex, qui benè nouerat quid jus diſponeret
tam in caſu commodæ diuiſionis, quàm incommo-
dæ,non ſimpliciter mandauit,vt legitima aſſignare-
tur in omnibus bonis, ſed rectè addidit ſententia,
quod reſpectu eorum, quæ forſan commodam di-
uiſionem non patiuntur, ſit aſſignanda juxta æſti-
mationem, & diuiſionem peritorum communiter
36 eligendorum,† quod potuit facere,cum in hoc ſte-
tur arbitrio boni viri,quando legitima ſit deducen-
da in vna re, ſeu pluribus rebus, vt de communi te-
ſtatur Ceuall.qu.217.nu.1.fol.161. per tex in l.non am-
plius,§ fin.cum l.ſeq.ff.de legat.1.Bart.in l.ſuus quoque
n.10.ff.de hæredib inſtit Rip.qui etiam de communi
in l.quartam,n.112.ff.ad leg.falcid.Couarr.in cap.rai-
naldus,§.2 n.5 de teſtam.Coral.in l filium quem haben-
tem,nu 88.C.famil erciſcund.

Non poteſt igitur in aliquo conqueri pars aduerſa de
Iudice qui in vtroque caſu prouidit,vel dando legi-
timam in omnibus bonis ſi fieri poterit, vel in vna,
vel pluribus rebus, ſi qualitas corporum hæredita-
riorum hoc ſuadebit, cum in hoc non poſſit dari
certa doctrina, ſed conſiſtat in arbitrio boni viri,
qui pro qualitate, & conditione perſonarum ac re-
rum debet judicare illud, quod æquum eſt abſque
37 læſione alicujus, † Exemplo judicis diuiſorij, qui
poteſt ex cauſa & ſuadente æquitate ſatisfacere vni
de tota re communi, & alteri aliam rem commu-
nem dare, ne totum patrimonium corrumpatur,
provt æquiparando iſtos caſus legitimæ, & com-
munionis concludit Corn.conſi.282.n.3.lib.1.Ruin.
conſ.131.nu.15 lib.1. juxta l.1.C.commun diuid.§.ea-
dem inſtit.de offic.iudic.l.non amplius legatorum,26.§.
fin.& l.poteſt autem 27 ff. de legat.1.quod etiam vo-
luit Craſſ. ex aduerſo allegatus in §. legitima.qu.16.
38 nu.7. in fin. †. Adeo vt à tali aſſignatione non detur
appellatio, niſi in caſu notabilis, & notoriæ læſio-
nis:Pic.in leg. in quartam, numero 147. cum ſeq. ff. ad
leg. Falcid. Vaſq de ſucceſſ.progreſſ.§.4.lib.1.conclu.5.
& 6.numero 37. fol. 44. Craſſ. in §.legitima,quæſt.17.
num 8.

EPITOME.

Cancellatio inſtrumenti quando præjudicet cre-
ditori,ita vt non poſſit illud exequi. § Mandatum
ſpeciale an requiratur in renouanda, & reuocanda
ſocietate.§ Procurator cum libera an poſſit donare,
& jura

& jura remittere. ¶ Exceptio cedendarum aſſi repellat agentem, quamvis ſit inops ille, contra quem eſt facienda ceſſio ¶ Accipiens fidem ſocietatis renouatæ, vel recipiens fructus illius, quando præſumatur ſciuiſſe omnes qualitates præjudiciales contentas inſtrumento ejuſdem ſocietatis. ¶ Per receptionem mercium emptarum à filio an pater ratificauerit pretium & alias conditiones in venditione comprehenſas. ¶ Reſeruatarius ſocietatis quando habeat plenum dominium, ita vt poſſit illam extinguere, & renouare, & recipere fructus, & ſortem principalem, & transferre periculum vitæ. ¶ Agens tanquam procurator, ſi non ſit talis, an poſſit ſe tueri, quod egerit tanquam conjunctus. ¶ Cautela ad probandum creditum, vt mittantur litteræ debitori, qui illas recipiendo abſque contradictione dicetur fateri debitum. ¶ Et quomodo practicetur, & quæ requirantur, & an contradictio juuet, ſi non ſit in continenti, ſed poſt temporis interuallum, & quid Iudex circa tale tempus debeat arbitrari.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio inſtrumenti non præiudicat, ſi non apparet, quod fuit caſſum ab habente facultatem.*

2 *Liberatio debitoris facta per procuratorem ſine mandato eſt inefficax, & per eam non impeditur executio inſtrumenti, num. 3.*

4 *Mandatum ſpeciale requiritur in renouanda, ſeu reuocanda ſocietate.*

5 *Vnum tempus excludit aliud, & illud non comprehendit, num. 6.*

7 *Productio iurium nocet producenti, quamvis ſit in parte, & partibus.*

8 *Procurator cum libera non poteſt donare, nec iura remittere.*

9 *Liberans vnum ex obligatis dicitur donare.*

10 *Mandatum ſpecialiſſimum requiritur ad donandum.*

11 *Exceptio cedendarum repellit agentem, quamvis etiam eſſet inops ille contra quem eſt facienda ceſſio. nu. 12.*

13 *Ratificatio ſi non potuit expreſſe fieri, multo minus poterit tacitè.*

14 *Minor eſt virtus taciti, quam expreſſi, num. 15.*

16 *Conſenſus tacitus non ſufficit, vbi licentia requiritur.*

17 *Receptio fructuum ſocietatis renouatæ per procuratorẽ, quando indicat ſcientiam omnium qualitatum præiudicialium in ea contentarum, num. 20. Et quid in expreſſa ratificatione, num. 18.*

19 *Per receptionem mercium emptarum à filio non dicitur per patrem ratificatum pretium cum aliis conditionibus in venditione contentis.*

21 *Teſtis vnicus inductus, & productus probat contra producentem, maximè ſi illius depoſitio eſt veriſimilis, num. 22.*

23 *Vtilitas maior reſultat ex obligatione plurium, quam vnius.*

24 *Reſeruatarius ſocietatis habet plenum dominiũ, & poteſt recipere fructus, & illã extinguere, ſeu renouare, & periculum vitæ transferre. Intellige vt num. 25.*

26 *Voluntas, & poteſtas requiritur ad perficiendam quamcunque diſpoſitionem.*

27 *Mandatum requiritur ad hoc, vt quis poſſit præiudicare domino in renouatione ſocietatis officij per fructuum receptionem.*

28 *Quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit.*

29 *Actus non ſuſtinetur ex poteſtate, qua quis non fuit vſus.*

30 *Agens tanquam procurator, ſi non ſit talis, non poterit ſe tueri, quod egerit tanquam coniunctus.*

31 *Accipiens fidem ſocietatis renouatæ non præſumitur ſciuiſſe qualitates præiudiciales in inſtrumento eiuſdem ſocietatis contentas, num. 32. & 33.*

34 *Cautela ad probandum creditum, vt creditor mittat litteras debitori, in quibus eum roget vt ſoluat ſibi, quod debet, nam ſi debitor recipiat litteras, & non contradicat ſtatim erit probatum debitum. Declara vt num. 36. 37. & 38.*

39 *Recipiens litteras, quamvis non incontinenti, ſed per aliquod temporis interuallum contradicat, non cenſetur fateri in eis contenta, & hoc tempus Iudex arbitrabitur.*

CAPVT DCXCIX.

RErardari non debet executio petita in cauſa
Romana ſocietatis officij, cum vltra obliga-
tionem cameralem appareat de juſtitia mandati vi-
gore inſtrumenti ſocietatis, quod non eſt caſſum,
neque cancellatum, vt ex aduerſo prætenditur, ſed
in quacumque parte ſuæ formæ, & prima figura cla-
1 rum, & non vitiatum, † cum etiam cancellatio
obeſſet, quando non conſtaret quod fuiſſet caſſum
ab habente facultatem, cum ſolemnitatibus requiſi-
tis in hujuſmodi caſſationibus: Bald. & Caſtr. *in l. ſi
vnus. C. de teſtam.* Alex. *conſ. 59. nu. 5. & 11. lib. 2.* cum
aliis per Surd. *conſ. 16. nu. 17. lib. 1.* Zuccard. *in l. fi. nu.
339. C. de edict. diu. Adrian. tollend.*

Neque obſtat, quod aliunde appareat de renouatione
ejuſdem inſtrumenti, in quo fuit liberatus Franciſ-
cus vnus ex obligatis in primo inſtrumento, quod
fuit mandatum exequi. Quia iſta liberatio fuit facta
abſque conſenſu Antonij principalis, & ejus procu-
2 ratoris, & in eorum abſentia † Vnde tanquam ineſ-
ficax, & nulla non potuit parere aliquam liberatio-
nem, cum idem ſit non liberare, vel liberationem
inualidam facere, *leg. non putau. 1. §. non quavis de ho-
nor. poſſ. contr. tab.* Roland. *conſ. 14 n. 25. lib. 1. & conſ.
49 nu. 29 lib. 4.* Cephal *conſ. 160 n. 11. lib. 2.* cum aliis
3 per Surd. *conſ. 3. nu. 11. vſque ad 20. lib. 1* † & cum iſta
exceptio nullitatis liberationis appareat ex eodem
inſtrumento, in quo illa continetur, eſt admittenda
tanquam notoria, quamvis etiam ſufficeret proba-
tio ſtatim facienda de ineſſicacia, aut nullitate il-
lius: Gabr. *conſ. 142. nu. 21. lib. 2.* Dec. *in l. fin. nu. 43. C.
de edict. diu. Adrian. tollen.* Aym *conſ. 207. numer. 7.*
Honded. *conſil. 17. num. 5. lib. 2.*

Amplius quamvis interueniſſet Horatius procurator
Antonij, tamen neque poterat talem renouationem
facere, tanquam non habeat mandatum ſpeciale,
quod requiritur tam in renouanda ſocietate, quàm
in illius renunciatione, ſeu in ſimilibus diſpoſitio-
4 nibus, † in quibus agitur de declaratione volunta-
tis domini, quæ tanquam latens in animo non po-
teſt explicari per procuratorem, niſi ad id ſpeciali-
ter, & expreſsè conſtitutum: Bart. & Bald *in l. actio-
ne, §. renunciare, ff. pro ſocio.* Ang. *in l. ſi quis intentione
ambigua, ff. de iudic.* Alex. *conſ. 78. num. 4. & 15. lib. 1.*
Honded. *conſ. 58. nu. 15. & 16. lib. 1.*

Neque obſtat prætenſa ratificatio ex litteris produ-
ctis, Quia potius ex eis colligitur contrarium, cum
in illis contineatur, vt Horatius procurator exigat
fructus ſemeſtris maturati die 17. Martij, de quo
tempore fuit contracta prima ſocietas, Nihil au-
tem dicitur de fructibus ſocietatis renouatæ die 7.
5 Maij, † Ita vt ex iſta diuerſitate temporis non poſ-
ſit argui aliqua ratificatio, immo potius illa exclu-
datur, tanquam de vno non poſſit inferri ad aliud,

*l.papinianus exuli,de minorib.*Becc.*conſ.*56.*n.*7.Surd.
6 *conſ.*127.*n.*33.*lib.*1.† cum vnum tempus excludat a-
liud, & illud non comprehendat.*l.cum ſtipulamur,*
125.*& l.ſi à colono* 89.*D.de verb.*Menoch.*conſ.*97.*n.*
70.*li.*1.Honded.*conſ.*63.*n.*62.*li.*1.Et cum omnia iſta
7 ſint producta per Aduerſarium plenè probant con-
tra eum, † quamuis etiam productio eſſet in parte,
& partibus: Caſtr.*conſ.*331.*in cauſa ſiluestri col.*1.*ad
med.verſ.nam hoc non prodeſt,lib.*1.Aym. *conſ.*80 *n.*7.

Neque obſtat, quod liberatio dicti Franciſci fideiuſſo-
ris fuerit ratificata per Horatium procuratorem,
Quia de expreſſa ratificatione nullibi conſtat &
8 quatenus de ea appareret, non ſubſiſteret, † quam-
uis eſſet facta à procuratore habente facultatem
ampliſſimam etiam cum libera, & quod poſſet face-
re omnia, quæ verus Dominus, cum ſimilibus clau-
ſulis, per quas nunquam cenſetur conceſſa facultas
donandi, neque remittendi iura liquida, & faciendi
damnoſa, & præiudicialia domino: Natt.*conſ.*25.*nu.*
4.poſt Bald.*in l.*1.*ad fin.C.de bon.matern.*Alex. *in l.ſi
procurator,C.de procuratoribus & conſ.*115.*nu.*1.*&* 3.
*lib.*5 *& conſ* 22.*nu.*8.*lib.*1.Iaſ.*in l.contra iuris*, §.*fin.
D.de pact.*Bero.*quæſt.*33.*& conſil.*187.*num.* 42.*lib.*1.
latè Honded.*conſ.*66.*num* 80.*vſque ad* 86.*lib.*1. Ma-
gon *deciſ.Lucenſ.*12.*num.*25.Dec.*conſ.*402.*numer.*8.
9 † Vnde multo magis in caſu noſtro, in quo non
adeſt in mandato talis facultas quæ non poteſt ex-
tendi ad donandum, cum donatio eſſet, ſi liberare-
tur vnus ex obligatis, *l.ſi mulier,D de condict. cauſ.
dat.*Canar.*de inſinuat. quæſt.*13.*num.* 18.*par.* 2. Et in
10 † donatione requiritur mandatum ſpecialiſſimum
l.filiusfamilias,in princ.de donat Natt. *conſ.*641.*nu.*6.
Honded.*conſ.*46.*n.*84 *lib.*1.Et paſſim per tales libe-
rationes fideiuſſorum maximum præiudicium ori-
tur Domino propter exceptionem cedendarum,
11 † ob quam repelleretur Dominus ab agendo, cum
non poſſet cedere iura, *l. ſtichum aut pamphilum,*§.
*ſi creditor,ff de ſolutionib.*Papien.*in form.libell. action.
hypothecar.ad fin.in verb.cedentem,nu.*1. Graſſ. *de ex-
cep.c.*10.*n.*30.*&* 31 Roman.*conſ.*472.*n.*1.*in fin.*Franc.
12 *deciſ.*662.*n.*1.*&* 2.† Quod procedit quamuis etiam
eſſet inops ille, contra quem eſt facienda ceſſio,
quia in futurum poteſt effici ſoluendo, cum etiam
ceſſio ſit iuris, ideò nihil officit, quod facultates
non ſuppetant: Papienſ.*in form.libell. action. hypoth.
col.pen.verſ.quia ſi ille.*Alciat.Purpurat. *& alij in l.*1.
*ff.de tranſact.*Padill *in l.*1.*C.de iur.& fact.ignor.*

Et quamuis prætendatur verificatio eiuſdem procura-
toris per receptionem fructuum ſocietatis, in qua
13 fuit facta talis liberatio fideiuſſoris,† tamen ſi po-
tuit ratificatio fieri expreſsè per procuratorem, vt
dictum eſt, multo magis non poterat tacitè, ne plus
operetur tacitum, quam expreſſum, quod eſſe non
debet, vt in ſpecie ratificationis concludit Becc.
14 *conſ.*37.*n.*24.*ad med.* † Cum minor ſit virtus taciti
quàm expreſſi *l.nonnunquam D. de cond. & demonſt.*
15 Aym.*conſ.*34.*num.*3. † vbi quod tacita voluntas non
habet tam latam interpretationem, prout expreſſa:
16 Surd.*conſ.*10.*n.*24.*& conſ.*98.*n.*19.*lib.*1. Et † vbi re-
quiritur licentia non ſufficit tacitus cõſenſus: Bald.
in l.obſeruare,§.*poſt hæc,in fin.n.*11 *ff.de offic.proconſ.&
legat.*& notatur *in cap.abbatem, de electíon.in* 6.

Immo quamuis etiam eſſent recepti fructus ex dicta
ſocietate renouata, non tamen poterit dici, quod ex
tali receptione fuerit ratificata liberatio fideiuſſo-
17 ris in ea contenta, † quia receptio fructuum pro-
bat quidem ſcientiam eiuſdem renouationis in ge-
nere, non autem in ſpecie reſpectu qualitatum præ-
iudicialium in ea exiſtentium, circa quas requiri-
tur, quod adſit ſpecifica ſcientia mediante lectura
inſtrumenti, non autem per relationem, ſeu enun-
ciationem, ita vt alleganti talem ratificationem in-
cumbat onus probandi huiuſmodi ſpecificam ſcien-
tiam: Aym.*conſ.*197.*num.*14 poſt Caſtr.*conſ.*415 *viſo
compromiſſo,colum.penult.li.*1.*& conſ.*382.*ſuper primo
puncto dicendum,colum.*2.*lib.*2. Bald *conſ.*176.*præmit-
tendum eſt ad euidentiam lib.*2.Olorad. *conſ.*328. *has
allegationes,colum.fin.*Gabr.*conſ.*36. *nu.* 60. cum aliis
per Surd,*conſ.*328.*num.*28.*lib.& conſ.* 185.*n.*32.*li.*2.
18 latè Becc.*conſ.*37.*nu.*23.*&* 24. † vbi quod procedit
etiam in ratificatione expreſſa, & iurata, vnde mul-
to magis in tacita, cum potuiſſet talis tacitè ratifi-
cans credere quod renouatio fuiſſet facta cum iiſ-
dem obligatis, prout regulariter ſolet fieri, adeo vt
ſi ſciuiſſet talem liberationem, forſan non ratificaſ-
ſet: Surd.*conſ.*328.*num.*28.*poſt princ.lib.*3.Rot. coram
R.P.D.Corduba Romana ſequeſtri 24.Maij 1596.
19 † vbi de recipiente merces emptas à filio, qui per
talem receptionem non dicitur ratificaſſe neque
pretium, neque alias conditiones præiudiciales ap-
poſitas in inſtrumento venditionis, non conſtituе-
rit, quod de eis habuerit plenam notitiam, cum po-
tuerit credere rem emptam fuiſſe viliori pretio,
prout etiam in propoſito ita concludit Pariſ. *conſil.*
47.*num.*97.*vſque ad* 100.*lib.*1 poſt Aret.*in* §.*ſi quis,
col.*2.*in fin.verſ.ſed dubitari poteſt, num.*2.*in fin inſtit.
mandat.*Salic.*in l.*2.*ante fin. verſ.ſed dubitari poſſet,*
20 *ff.eodem titulo* † Et in ſimili caſu dictum *conſilio
Pariſ.*47.adducit Caſtracan *de ſocietat.offic cap.* 8.*n.*
21.vbi quod licèt per receptionem fructuum rati-
ficetur ſocietas, non tamen infertur quod nomina-
tio non ſit facta.

Quod confirmatur ex depoſitione Horatij procura-
toris, qui clare atteſtatur ſe recepiſſe fructus cre-
dens renouationem fuiſſe factam, cum eiſdem fide-
21 iuſſoribus, † & cum ſimus in teſte inducto, &
reproducto per Franciſcum fideiuſſorem plenè pro-
bat contra eum etiam quod ſit vnicus: Iaſ. *in l.ad-
monendi, colum* 46.*de iureiuran.*Pariſ. *conſ.*88.*nu.*12.
*lib.*3 Gabr.*concluſ.*1.*nu.*13. *verſ.ſed contrarium tenet,
de teſtibus.* Maximè quia talis depoſitio eſt veriſi-
22 milis, † cum potius ſit credendum, quod renoua-
tio fiat cum eiſdem fideiuſſoribus, non autem cum
liberatione aliquorum quod quidem eſſet inueriſi-
mile iuxta deciſ. Rot. coram Card. Millino Roma-
23 na vineæ 1.Martij 1602.† quaſi magis vtilis ſit con-
ditio habere plures obligatos, quàm pauciores pro-
pter pleniorem prouiſionem, quam habebit credi-
tor in bonis, & in perſonis plurium, *l.ſi neceſſarias,*
§.*de vendendo.de pign.orat.*Dec.*in l.plus cautionis,* 25.
n 2.*de reg.iur.*

Nec releuat, quod Horatius procurator eſſet etiam
24 reſeruatarius primæ ſocietatis, † ob quam reſer-
uationem erat plenus dominus illius, & per con-
ſequens potuit præiudicare Antonio recipiendo
tales fructus ſocietatis renouatæ abſque fideiuſ-
ſione Franciſci, vt per Rotam coram R.P.D.
Sacrato Romana de Mareſcottis ſuper hæredi-
tate Alphonſi. 14. Decembris 1615. Quia idem
procurator non erat reſeruatarius dominij pecu-
25 niarum, cum ſolum † ſibi eſſet reſeruata facultas
diſdicendi, exigendi, renouandi, mutandi pericu-

lum

lum vitæ, quietandi de receptis, cum ſimilibus, quæ
non extenduntur ad dominium ſocietatis, & pecu-
niarum in ea contentarum. iſtæ enim reſeruationes
multum inter ſe diſſerunt, ideo non debent extendi
de vno caſu ad alium, nam ad hoc vt reſeruatarius
dicatur dominus, & vt de reſeruatis poſſit diſpone-
re ad ſui libitum, debet reſeruatio eſſe ſpecialiter
ſuper dominio, provt loquitur d.dec.coram R.P.D.
Sacrato. 14. Decembris 1615. vbi etiam adducit
Card.Seraph.*deciſ.* 1303.*num.* 11. & Rot.*diuerſ.deciſ.*
202.*part.* 1. quæ deciſiones loquuntur in illis termi-
nis, Cum etiam vt dictum eſt ex tali receptione non
fuerit inducta ſcientia liberationis, præſertim quia
idem Horatius recepit fructus tanquam procura-
26 tor, † non tanquam reſeruatarius, vnde quatenus
etiam potuiſſet liberare vnum ex fidejuſſoribus, ap-
paret, quod non voluit, ita vt ceſſante tali volunta-
te, non ſit quærendum de poteſtate, cum tam vna,
quam alia requiratur in omni diſpoſitione, vt poſſit
dici perfecta, *c. cum ſuper de offic. deleg* Bald *in l. cum*
te C. de donat. ante nupt. Surd.*conſi.* 2.*nu.* 33. Bero.*conſi.*
79.*num.* 16.*lib.* 1.

Et cum receptio fructuum ſit facta tanquam à procu-
27 ratore, non nocebit domino † ſtante defectu pote-
ſtatis: Nat.*conſi.* 25.*n.* 24. cum aliis ſupra allegatis *n.*
8. & quod potuit noluit, quod voluit adimplere ne-
28 quiuit, † *l quod ſponſæ, Cod. de donat. ant. nupt.* Quare
etiam dicimus, quod actus non poteſt ſuſtineri ex
29 poteſtate, qua quis non fuit vſus † Rom.*conſi.* 446 *n.*
6. vbi de eo, qui agit tanquam procurator, qui ſi non
reperiatur talis, non poteſt ſe tueri, quod egerit tan-
30 quam conjunctus: † Achill.*deciſ.* 5.*de procuratoribus*
Honded *conſi.* 55.*num.* 81.*lib.* 1.

Minus ſubſiſtit quod Antonius principalis receperit
31 fidem ſocietatis renouatæ, † Quia ex tali receptio-
ne non inducitur ſcientia ſpecialis qualitatis præju-
dicialis concernens liberationem fidejuſſoris, provt
requirebatur: Gloſ.*in c. concertationi, in verb. ſciuerit,*
de appel. in 6. Oſaſc.*deciſ.* 179.*n.* 4. Becc *conſ.* 47.*n.* 23.
& 24. *cum aliis ſupra allegatis.* Præſertim quia non
ſequitur, quod quis recipiat fidem ſocietatis, ergo
illam ratificet, cum poſſit etiam ad alium finem ac-
32 cipere, non † animo approbandi, ſed potius recla-
mandi, & producendi, ad effectum annullationis:
Aym.*conſi.* 175.*nu* 7. Cum etiam non probetur quod
in dicta fide ſocietatis fieret mentio de liberatione
vnius fidejuſſoris, provt requiritur ad hunc effectū,
33 † vt recipiens aliquam ſcripturam, & non contra-
dicens dicatur ſibi præjudicaſſe per talem receptio-
nem quo ad contenta in ea: Iaſ *in leg. admonendi, col.*
61.*de iureiur.* Dec.*in c.* 2.*num.* 15.*de inſtrum.* cum aliis
per Gabr.*conclu.* 2.*nu.* 4 *de præſumpt.*

Et quoniam locuti ſumus de recipiente litteras, qui ſi-
bi præjudicat per talem receptionem, quando nihil
contradicit, Obſeruandum eſt, quod ſæpe occurrit,
vt creditor non poſſit probare ſuum creditum con-
tra debitorem, ideo ſolent Doctores dare cautelam,
34 vt idem creditor mittat litteras ſuo debitori, in qui-
bus ſignificet talem ſummam ſibi per eum debitam,
enixe rogando, vt ſoluat neque amplius differat ſa-
tisfacere, ſi enim debitor iſtas litteras recipiat, eaſ-
que legat, nec proteſtetur ſe nihil debere, ſtatim di-
cetur debitum probatum ad fauorem creditoris eaſ-
dem litteras mittentis: Bart. *in leg. quo enim ff. rem*
rat. habet juxta *l ſi filiusfamilias,* 15 *ff. ad ſenatuſconſ.*
macedonian. Rip. qui de communi *in l. admonendi, n.*
138. & ibi Coraſ.*nu.* 73.*de iureiur.* Matheſil *ſing.* 22.
incip. nota mirabilem modum, n. 1. & ibi laté Addit.*n.* 1.
vſque ad 5. Iaſ. *in l. quæ dotis n.* 92 *ff ſol. ut. matr.* Pariſ.
conſi. 5.*n.* 206 *lib* 4. *& conſ.* 91.*nu.* 1. *cum ſeq. fol.* 81. *&*
præſump. 16.*n.* 20. *&* 21 *lib.* 1. *& præſump.* 75.*n.* 1. *&* 2.
lib. 3. Dec.*conſ.* 430. *quod ſupra pro veritate, in fi. &*
conſi. 632.*n.* 16 Burſatt.*conſi.* 19 *n.* 8. *&* 14.*lib.* 1. Alex.
conſ. 178.*n.* 1.*lib.* 1. *& conſi.* 147.*n.* 12.*lib.* 2. Mancin.*de*
confeſſ. c. 4.*n.* 4 vbi quod ter ſibi fecit magnum hono-
rem talis cautela contra negantes debitum Stracc.
de aſſecurationibus glo. 11.*n.* 47.*tom.* 6.*par.* 1.*fol.* 171. vbi
multos allegat Caſſador.*dec.* 3.*n.* 2.*ad med. de reſcrip.*
Marſil.*in rubr. de prob. ut. n.* 246 *& ſing.* 344. *taciturni-*
tas, n. 1. *& in l. fi. n.* 47. *ff. de quæſt.* Gomeſ.*in epilog. ca-*
ſuum negligent verſ. 67. *infero, in regul. de triennal. qu.*
28. Rimin. Iun. *inſtit. quib. alienar. lic. vel non, in princ.*
n. 190. Andr ab Exea *de pact. num.* 52.

Verum cum in facti contingentia de prædictis diſce-
ptaretur, contrarium dixi, etenim non ſufficit rece-
ptio litterarum ad hoc, vt illas recipiens, & legens
35 cenſeatur fateri debitum; cum † etiam requiratur,
quod concludenter fuerit probatum, quod illi, qui
conſignarunt litteras debitori, & deponunt de le-
ctura illarum, & de non contradictione ipſius, ſciāt
explicitè omnia, quæ in eiſdem litteris continentur,
nam ſi hoc non probetur, nullum præjudicium ex
tali receptione oritur recipienti. Dec.*in c.* 2.*n.* 15.*de*
fid. inſtrum. Iaſ.*in l. admonendi, n.* 138.*verſ. & ex hoc, ff.*
36 *de iureiur.* Matheſil.*ſing.* 21. *in fin.* † vbi dat caute-
lam ad hoc, vt ſciantur prædicta practicari, quod te-
ſtes, quibus præſentibus dabuntur litteræ per nun-
cium, habeant copiam illarum, & tantum ſtē:, quod
coram ipſis litteræ aperiantur: Cæpoll.*cautel.* 9.*pone*
quod filius, n 2. Alex. ad Bart. *in l. quo enim. §.* 1. *ff rem*
rat. haber. Menoch.*præſump.* 65 *n.* 16.*lib.* 3. Bero.*inter*
conſi. Zaſ.*conſi.* 4 *col.* 1.*verſ. adhæreo.* Gabr.*concl.* 2.*nu.*
37 14 *de præſump.* † Ita vt in hujuſmodi litteris res cla-
rè & apertè exprimatur, ad hoc vt ex ſcientia, & re-
ceptione litterarum, & ex taciturnitate arguatur
conſenſus. Ruin.*conſi.* 65.*n.* 3.*ad med. lib.* 5. Strac.*de*
aſſecuration. gl. 11.*n.* 47.*in fin tom.* 6.*par.* 1.*fol.* 371.

Quare etiam non ſufficit, quod ſcripta in litteris con-
tineant omne genus debiti, nam ſi contineatur
in eis calculus debiti, & accepti, tunc recipiens
38 non cenſetetur illum approbare, † quaſi tunc non
præſumatur retinere, vt debitum agnoſcat, ſed vt
videat, & conſideret an rectè ſit confectus, & an
partitæ ſint juſtificatæ, *leg. cum ſeruus, ff. de cond. &*
demonſt. & notat in ſpecie Gabr. *de præſump concluſ.*
2.*numer.* 13. Iaſ.*in l. admonendi. num.* 138.*ff de iureiur.*
Cæpoll.*cautel.* 9.*num.* 2. Rip.*in c. cum m. ferrarienſis,*
numer. 132.*verſic. ſecundo intellige, de conſtit.* Dec *in*
cap. 2 *numer.* 15.*de fid. inſtrument.* Menoch.*præſumpt.*
66 *num.* 13.*lib.* 3.

Amplius quamvis recipiens literas incontinenti il-
las non improbauerit, & ſtatim non proteſtetur ſe
39 non teneri ad ea, quæ in eis ſcripta ſunt, † Tamen
ſufficiet, quod talis proteſtatio fiat debito tem-
pore, cum illa dictio incontinenti intelligatur de
tempore arbitrio Iudicis, qui debet tantum tem-
pus tribuere recipienti litteras, in quo poſſit illas
conſiderare, & peritiores etiam conſulere, tan-
quam iſte conſenſus debeat eſſe veriſimilis, & in-
niti præſumptioni juris, maxime quando eſſemus
in debito antiquo, ſeu ſpectante ad anteceſſores,
vnde non mirum ſi juuabit proteſtatio non ſtatim

facta: Anchar. Regienſ. qu. 48 nu. 5. cum ſeqq. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 21. n. 5. & 6. poſt Alciat. in l. deſtatio, num. 51. ff. de verb. ſign. Rubeus in l. non ſolum, 8. §. morte, num. 261. ff. de nou. oper. nunciat.

EPITOME.

Habens facultatem eligendi quando poſſit eligere bona meliora, mediocria, & deteriora, & conuenientia ipſi relicto, & cauſæ, propter quam relinquitur tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. ¶ Et quid in cauſa pia, dote, & legitima. ¶ Vel ſi quantitas ſit in obligatione reſpectu ſpeciei ad finem conſequendi ſpeciem. ¶ Legatum dotis ſoluendum in ſtabilibus ad rationem quinque pro centum an poſſit ſolui in vineis. ¶ Et quando illarum fructus dicantur incerti, quamvis ſint ſolitæ locari, & per earum locationes probetur juſtitia affictus. ¶ Legitima an debeatur ex bonis prælegatis, & fideicommiſſo ſubjectis. ¶ Et quando, & per quem ſit probandum, quod illa poteſt detrahi ex aliis bonis æquè commodè. ¶ Dos quando ſuccedat luco legitimæ, ſi ſtatutum non excludit filiam ſimpliciter, & mandat illam dotari, vel ſi vlterius diſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit. ¶ Iudex quo caſu recedat à voluntate teſtatoris. ¶ Vxor quando mortuo viro retineat omnia bona ipſius donec ſibi dos ſoluatur cum fructibus. ¶ Et quid ſi poſſeſſio non ſit vacans. ¶ Statutum Vrbis continuans poſſeſſionem bonorum defuncti in hæredem an habeat locum in infante exiſtente in vtero, furioſo, & ignorante, & in quocumque poſſeſſorio. ¶ Mater adeundo pro pupillo, & conficiens inuentarium, & percipiens penſiones, quando acquirat illi poſſeſſionem. ¶ Retentio an competat vxori ſoluto matrimonio tam pro ſua dote, quam fructibus excedentibus impenſam alimentorum. ¶ Et quando poſſit mutare cauſam poſſeſſionis ob dictam dotem, ſi prius poſſidebat ratione familiaritatis cum viro abſque aliqua declaratione. ¶ Clauſulæ precarij, & conſtituti an operetur, vt mulier poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem bonorum viri. ¶ Probatio dubia, & præſumptiua an ſufficiat ad probandum primum extremum. ¶ Exceptio juris tertij, quando admittatur. ¶ Executio pro legato liquido an ſit retardanda propter alia illiquida legatario debita.

SVMMARIVM.

1 *Facultas eligendi non refertur ad bona meliora, & deteriora, ſed mediocria tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, idem ſi quantitas ſit in obligatione reſpectu ſpeciei ad finem conſequendi ſpeciem, n. 2. Et quid in cauſa pia, & dote, num. 12. 13. & 14.*

3 *Inuentarium planè probat contra conficientem.*

4 *Electio & declaratio commiſſa heredi debet fieri de bonis conuenientibus ipſi relicto & cauſa, propter quam relinquitur, nu. 10. Et hoc etiam eſt arbitrandum per Iudicem, num. 5.*

6 *Triſtis euentus quando ſit conſiderandus, & nu. 7.*

8 *Heres habens electionem ſoluendi legatum poteſt eligere, quod eſt minimum. Intellige vt num. 9.*

11 *Dos æquiparatur cauſæ piæ.*

15 *Legatum ampliatur reſpectu conditione perſonæ, cui relinquitur.*

16 *Legatarius præſumitur magis dilectus quam heres in re legata.*

17 *Minimum quando ſit attendendum, tam quando ſumus in quantitate, quam in ſpeciebus, num. 18.*

19 *Legatum dotis ſoluendum in ſtabilibus ad rationem quinque pro centum non poteſt ſolui in vineis quarum fructus ſunt incerti, & ſingulis annis variantur.*

20 *Vineæ quamvis ſint ſolitæ locari, tamen earum penſiones non reddunt ſtatum certum fructuum, neque per tales conductiones probatur juſtitia affictus, num. 21.*

22 *Qualitas non poteſt diuidi à diſpoſitione cui quam illi annexa, & eſt probanda etiam parte non opponente per eum, qui vult commodo diſpoſitionis potiri.*

23 *Legitima non debetur ex prælegatis, & bonis fideicommiſſo ſubiectis, dummodo tamen non ſint de melioribus, & æquè commode poſſit de aliis bonis detrahi, quod erit probandum per fideicommiſſarium, & legatarium, num. 24. & 25.*

26 *Bona ſubrogata pro legitima recipiunt omnes qualitates, & conditiones illi competentes, & Iudex ita debet arbitrari, aliàs dabitur appellatio, num. 27. & 28.*

29 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum non excludit filiam ſimpliciter, & mandat illam dotari, ſecus ſi vlterius diſponit, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, num. 30.*

31 *Habens facultatem declarandi in quibus rebus debeat ſolui legatum, ſi inepte declaret, recurritur ad arbitrium boni viri, qui intelligitur Iudex.*

32 *Iudices ex cauſa recedunt à voluntate teſtatoris, maxime in dote, & alimentis, in quibus etiam ex officio interponunt auctoritatem ſuam non petentibus, nu. 33.*

34 *Vxor mortuo viro poteſt retinere omnia bona ipſius donec ſibi dos reſtituatur. Intellige in poſſeſſione vacante, & ab alio non occupata, num. 35.*

36 *Poſſeſſio dicitur capta nomine pupilli ex aditione matris tutorio nomine, & ex inuentario continente omnia bona teſtatoris.*

37 *Locationes factæ per matrē tutorio nomine pro [illegible] herede cum perceptione fructuum probant poſſeſſionem.*

38 *Statutum Vrbis c. 147. lib. 1. continuat poſſeſſionem bonorum defuncti in ſuos heredes, qui debent in ea manuteneri, quamvis ſimus in infante exiſtente in ventre, furioſo, & ignorante, nu. 41. & 42. & dantur eis alia remedia poſſeſſoria, n. 43. & 44.*

39 *Factum legis eſt potentius facto hominis.*

40 *Duo non poſſunt ſimul poſſidere.*

45 *Tutor faciens actus poſſeſſorios pro minore acquirit illi etiam ignoranti poſſeſſionem.*

46 *Poſſeſſio quæ per ſtatutum transfertur in heredes eſt pleniſſima, & vera tanquam per legem tranſlata.*

47 *Creditores debent offerre dotem mulieri, ſi volunt proſequi res hypothecatas occaſione eorum crediti.*

48 *Subſtantia negotij prius eſt probanda, antequam tractetur de illius qualitate.*

49 *Qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*

50 *Omnis diſpoſitio præſupponit ſuam qualitatem.*

51 *Retentio ſi non competit pro dote, neque dabitur pro fructibus.*

52 *Mulier non habet retentionem pro fructibus dotis ſibi hypothecatæ, niſi quo ad condecentiam ſui intereſſe, num. 53.*

54 *In prætorio pignore dotali fructus extenuat ſortem.*

55 *Fructus dotis excedentes impenſam alimentorum ſpectant ad heredes defuncti, prout è contra ſi illi non ſufficiunt, per eos ſuppletur, quod deficit ad alimenta, num. 56.*

57 *Soluto matrimonio nihil debetur mulieri morā paſſæ in reſtitutione ſuæ dotis, niſi probatis requiſitis quo ad ſuum intereſſe, quidquid aliud ſit in viro, qui acquirit fructus propter onera matrimonij, num. 58.*

59 *Mulier.*

56 *Mulier poteſt mutare cauſam poſſeſſionis ratione ſuæ dotis, ſi prius poſſidebat cum viro ratione familiaritatis etiam abſque aliqua declaratione, num. 60.*

61 *Mulier ſi facto ſuo cecidit à poſſeſſione etiam ſine ſolemnitatibus, non habet aliquam manutentionem, ſeu retentionem.*

62 *Clauſula precarij, & conſtituti operatur, vt mulier poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem bonorum viri, quamuis eſſent ab aliis apprehenſa. Intellige vt num. 63.*

64 *Probatio dubia, & præſumptiua non ſufficit ad probandum primum extremum.*

65 *Creditores ſi oſtendunt nullam extare poſſeſſionem vxoris in eorum præiudicium, non dicuntur opponere de iure tertij, ſed de non iure agentis.*

66 *Exceptio iuris tertij admittitur ſtante intereſſe partis. Idem quando excluditur in totum ius agentis ipſo iure. num. 67.*

68 *Executio pro legato liquido non eſt retardanda propter alia illiquida legatario debita.*

CAPVT DCC.

PAter legauit dotem filiæ ſoluendam per filium
hæredem inſtitutum, qui obtulit illam ſoluere
in vineis, quæ tamen oblatio fuit recuſata, ideò
cauſa in iudicium deducta, quærebatur de validi-
tate ſimilis oblationis, & quidem verius eſt illam
eſſe inualidam, cum huiuſmodi dotis ſolutio non
poſſit fieri in vineis oblatis, quamuis enim teſta-
tor mandauerit dotem dari in tot bonis ſtabilibus
ad electionem ſui hæredis ad rationem quinque
1 pro centum, † Tamen iſta electio non liberè ad
eum ſpectat, ſed iuxta legis diſpoſitionem, quæ
mandat, vt facultas eligendi referatur non ad bona
meliora, neque deteriora, ſed ad mediocria, tam-
quam extrema ſint vitioſa, ideo ſtandum eſt in
medio, quod eſt laudabilius, & vtrique parti expe-
diens, quod procedit ſiue ſimus in vltimis volun-
tatibus, ſiue in contractibus, in quibus ſemper
promiſſio de bono, & æquo ita regulatur: *l. ſi quid
venditor. 18. ad med.* vbi Gloſſ. *in verb. de bono. ff. de
ædil. edict. l. legato generaliter 37.* vbi Ang. *ad med.*
Laſ. *n. 4. in 3. notab. in fi. ff. de legat. 1. l. ſi hæres generali-
ter, 113. ff. eod. tit.* Bald. *conſ. 180. ad euidentiam eſt præ-*
2 *mittendum. nu. 2. in fin. & nu. 4. in fin. lib. 2.* † vbi am-
pliat idem eſſe quando quantitas eſt in obligatio-
ne reſpectu ſpeciei, ad finem conſequendi ſpeciem
per text. *l. ſi quis argentum, 35. § ſi vero redditum, &
§. ſimilique modo.* vbi Gloſſ. *in verb. mediocris. C. de
donat. l. fi. §. ſed ſi quis emptionem, C. commun. de legat.
l. qui lancem, ff. de aur. & argent. legat.*

Quod autem vinea, quæ offertur pro ſolutione do-
tis non ſit talis, quæ comprehendatur in bonis à
teſtatore relictis, quæ non ſint de peioribus, ne-
que de melioribus, patet ex inuentario, in quo
3 ſcribuntur alia bona, † quod inuentarium plenè
probat contra eum, qui illud confecit, *l. fin. C. ar-
bitr. tutel.* Bart. *conſ. 239. in princ. lib. 1.* Afflict. *deciſ.
13. nu. 25.* Valaſc *conſultat. 51. n. 12. & 13.* Socin. *conſi.
62. n. 1. lib. 2.* Ex quibus poteſt facilè colligi, quod
ſumus in electione bonorum peſſimorum, præ-
ſertim cum ſimus in vinea infructuoſa, veteri, di-
ſtante ab Vrbe per quinque milliaria, & adeo in-
culta, vt neque pro viliſſimo pretio expediat il-
lam accipere, maxime pro dote, & fundo dotali
mulierum, quæ ſunt prorſus alienæ à cultura vi-
nearum, & illarum cura etiam per alios nomine
earum exercenda, vt omnibus eſt notiſſimum,
Cum tamen ad hoc vt eligens poſſit vti facultate
ſibi data, debeat eligere non ſolum bona medio-
4 cria, vt dictum eſt, ſed etiam conuenientia ipſi re-
licto, & cauſæ, propter quam relinquitur, nam ſe-
cundum illam declaratio, & electio per hæredem
eſt facienda: Capr. *conſ. 3. num. 5. per text. in l. eas
cauſas, 79. ff. de condit. & demonſtrat. l. in teſtamento.
27. ff. eod. tit.* Bart. *in l. libertis. num. 4. ff. de aliment. &*
5 *cibar. legat.* † quod etiam Iudex debet arbitrari,
prouidendo indemnitati mulieris, cui multum
damnoſa, & læſiua erunt talia bona electa pro do-
te, ſi contingat matrimonium diſſolui, tamquam
in ea non cadat iſta cura vinearum, ita vt per bre-
ue ſpatium temporis poſſit remanere indotata,
quamuis enim triſtis euentus non ſit expectandus,
l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verbor. obligation.
6 † Tamen iſte euentus debet attendi, quando quis
remaneret in damno, ſi non expectetur: Barboſ.
in d. l. diuortio, 8 §. interdum, num. 33. verſ. quarto quia
7 *vt aduertit. ff ſolut. matrimon.* † & ſemper eſt inſpi-
ciendum, quod poteſt euenire, quando illud quod
poteſt occurrere eſt contingens iuxta naturam, &
hominis diſpoſitionem: Bart. *in d. §. ſacram. num. 7.*
Craſc. *dec. 24. num. 8.*

Neque obſtat, quod quando electio datur hæredi ad
ſoluendum legatum poſſit eligere minimum,
8 † tanquam cenſeatur minus grauatus quam ſit
poſſibile, & quia in dubio, quod eſt minimum
ſequimur, *l apud Iulianum. alias incipit aphricanus,
40. § ſi ſcio. ff de legat. 1. l ſi ita relictum, 44. §. vltim.
de legat. 2. c. in obſcuris, 30. de regul. iur. in 6.* Quia ab
9 iſtis regulis receditur, † quando verum, vel veriſi-
milius apparet, primo enim debemus inſpicere,
quod eſt veriſimilius, & poſtea in illius defectum
ſequendum eſt minimum. Ita in propoſito præſta-
tionis legati declarat Dyn. *in d. c. in obſcuris, 30. nu.
3. & 13. ad med. verſ. reſpondeo. de regul. iur. in 6 & in
c. inſpicimus, 45. num. 1. & in c. contra eum, 57. num. 5.
eod. tit.* Iſta autem veriſimilitudo eſt clara in caſu
noſtro, quia inſpecta conditione filiæ, non eſt ve-
10 riſimile, † quod teſtator ſenſerit de vinea, tanquam
illa non conueniat neque relicto, neque cauſæ,
neque perſonæ nobili, vt dictum eſt ſupra *verſ. quod
autem, num. 4.* ex Bart. Capr. & aliis allegatis. Dyn. *in
d. c. in obſcuris, de regul. iur. in 6.*

Amplius neque iſta electio dabitur hæredi de bonis
11 mediocribus, cum ſimus in materia dotali, † quæ
æquiparatur cauſæ piæ: Bart. *in l. ſi conſtante, num. 9.
par. 1. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi ego. in princ. ff. de iur.
dot.* Bald *in l. mandatum, C. mandat.* Rum. *conſ. 71.
n. 15. lib. 3.* Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6.*
12 *tit. 11. n. 18. in fin.* † In cauſa autem pia electio eſt fa-
cienda de meliori, vt probat text. *in l. titia. 40. §.
ſeia.* vbi Bart. *nu. 2.* de communi. *ff. de aur. & argent.
legat.* Capr *conſ. 13. nu. 2.* & eſt verior opinio, quid-
13 quid alij contrarium ſentiant, † vt notat Gozad.
*conſ. 60. n. 6. col. 5. ad med. verſ. nam licet in re dubia.
lib. 2.* Roman. *ſing. 541. quæro quid ſi lego.* vbi Addit.
teſtatur hoc eſſe communiter approbatum, & la-
tius explicat Cagnol. *in l. ſemper in obſcuris, 9. nu.*
14 *10. ff. de regul. iur.* † quod etiam in dote ob eius fa-
uorem voluit Gloſſ. *in l. nuptura. 58. in verb. contra-
rium, ad med. ff. de iur. dot.*

Et paſſim ampliatur legatum inſpecta conditione
perſonæ, cui fuit relictum, ita vt præſumatur te-
15 ſtatorem legaſſe, † quod maius eſt, non quod mi-
nus, *l. ſtichus, ff. de legat. 3.* Dec. *in l. ſemper in obſcu-*

nu.3.verſ.quinto fallit.de regul.iur. Card.Mant.*de
coniectur.vltimar.volunt.lib.6.tit.12.nu.10.* Surd. *de
16 alim.tit.8.priuileg.25.n.11* †Cum etiam in re legata
præſumatur legatarius magis dilectus, quàm hæ-
res, *l.ſi quis eum,* & ibi Bald.*de condition. & demon-
ſtrat.l ſi quis tutio.de legat.2. l. ſi fideicommiſſorum, ff.
vt in poſſeſſ. legator.* Sim. de Pret. *interpret. 1. dub.
2.n.7.fol.*377. Maximè in materia dotali, quæ æqui-
paratur cauſæ piæ, vt dictum eſt ſupra *verſ amplius,
n.11.*

Cum etiam contraria adducta de minimo eligendo
17 procedant, quando ſumus in quantitate, † ſecus
autem in ſpeciebus, in quibus eſt eligendum me-
diocre: Caſtr.*in l.legati generaliter,37.nu.5. ff. de le-
gat.1.*Capt *regul.113.n.41.vſque ad 44.f.168.* Imol.
*in c.indicante,col.5 ad med. verſ. ſed potes meo iudi-
cio,nu.17.de teſtam.*Dyn.*in c.in obſcuris, 30.num.8.de
18 reg iur.in 6.*† & quatenus nulla ſpecies legata exi-
ſteret in patrimonio, dabitur per hæredem ſemper
ad rationem eius, quod eſt mediocre, non autem
quod eſt minimum: Capt.*d.reg.113.n.41.per tex.in
l.3.& 4 de vin.& tritic.legat.l.dubiũ,§.fin.ff.de leg.3.*

Immo non ſolum adeſt iſta veriſimilitudo, ſed aper-
ta mens teſtatoris, qui non legauit dotem ſimplici-
19 ter in ſtabilibus, † ſed addidit qualitatem illam ad
rationem quinque pro centum, ex quibus verbis
clare colligitur non potuiſſe loqui de vineis, qua-
rum fructus, & redditus ſunt incerti, & depen-
dentes ab induſtria, & labore, & talis æſtimatio
ſingulis annis variatur, & non poteſt fieri, niſi
iuxta valorem temporis illorum perceptionis:
Anan *conſil.38.nu* 3.Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.
15.nu.*600.

Et quamuis vineæ poſſint locari, Non tamen ex lo-
catione poteſt reddi aliqua certitudo fructuum,
quam certitudinem teſtator proſpexit, cum man-
dauerit expreſsè, quod bona conſignanda pro do-
te ſint redditus ad rationem quinque pro centum,
& ſic voluit, quod certitudo ſpectetur in conſi-
20 gnatione dotis, non conſiderato, † quod poteſt e-
uenire in locationibus vinearum, quarum affen-
damenta ſunt dubia; & modò conducuntur pro
maiori, modò pro minori iuxta diuerſas cauſas, &
rationes, quæ non faciunt ſtatum certum, ita vt
ad excludendam electionem in eis, ſatis ſit, quod
reddatur probatio dubia, quæ eſt contra mentem
defuncti, prout in ſpecie de vineis concludit Rot.
coram Cardin. Arigonio Romana dotis. 25 Maij
1594.quæ eſt inter *deciſ.Rot.diuerſ.871.p.4.* vbi al-
legantur concordantes deciſiones, cum aliis per
21 Rot.*deciſ.69.n.5 p.2. in recentiorib.* † vbi quod non
probatur iuſtitia affictus per locationes, cum ali-
quando illi fiant potius ex affectu, quàm ex vero
valore: Rot.*deciſ.675.num.5.ad med. p. 2. in recen-
tiorib.*poſt Bald.*in l.2.num.58. cum ſeq. C. de reſcind.
vendit.*Imol.*in c.cum cauſa, num.28. verſ.an autem
poſſet.de empt.& vendit.*Alexand.*in l.falcidia. §.cor-
pora, num.3.ff ad leg.falcid.*

Quare ſtante iſta qualitate redditus certi ad quinque
pro centum requiſita, & per teſtatorem expreſsè
demandata, ſequitur concluſio illa per Doctores
22 recepta, † quod onus probandi iſtam qualitatem
incumbit hæredi, qui vult commodo diſpoſitio-
nis potiri, tamquam illa ſit acceptanda cum tali
conditione, & qualitate, quæ non poteſt diuidi
velut annexa, adeo vt etiam parte non opponente
debeat huiuſmodi probatio fieri: Gabr. in ſpecie
conſ.138.numero quinto vſque ad nonum.libr.2.

Neque obſtat, quod non adſint alia bona, præter vi-
neas, cum domus fuerit prælegata hæredi cum
23 onere particulari fideicommiſſi, quo † caſu ex ea
non eſt ſoluenda dos, ad exemplum legitimæ, quæ
licèt ſit quota bonorum, & debeatur in tot corpo-
ribus hæreditariis, non tamen eſt debita in dictis
bonis prælegatis, prout nec in rebus fideicommiſſo
ſubiectis: Bald.*in rubr.de ver.diuiſ.col. 1.& in l. po-
teſt.de legat.1.*Natt.*conſ.199.n.6.& conſ.238 n.5.*

Quia reſpondetur, quod prædicta procedunt, dum-
modo tamen alia bona aliis legata, & relicta non
24 eſſent de melioribus rebus hæreditatis, † ſi enim
eſſent talia, receditur à voluntate teſtatoris, neque
debet attendi, quod fideicommiſſum particulare
inſtitutum fuerit in bonis prælegatis, & de eis
detrahitur legitima, non ſecus ac ſi illa legata non
fuiſſent: Aym.*conſ.19.n.* 14. Addit. ad Alexand. *con-
ſil.12.in verb.cæteris.libro* 5.bene Corn. *conſ. 180.nu.
7.in 4.dub.col.6. poſt princ. lib.* 4. per text. *in l. non
amplius, §.fin.cum l.ſeq.de legat.1 l. 1.* vbi Bart.*Cod.
quand.& quib. quart. pars debeat.lib.* 10. Bald. poſt
Cyn.*in l.ſcimus Cod. de inoffic. teſtament. & in l.ſuos
quoque,in princip. de hæredibus inſtituend.* Alexand.
*in l.marcellus, §.res quæ. col. fin. verſ. quod eſt intelli-
gendum* & ibi Iaſ.*in fin. ff. ad trebellian.* Idem Alex.
in l.in quartam, col.9.verſ.intellige tamen,& ibi Rip.
*nu.128.ff.ad leg.falcid.*Dec.*conſ.81. in caſu propoſito,
col.penultim.ad med verſ. ſeptimo quæritur, num.* 7.
Rubeus Alex.*conſ.156.num.13.*Gabr. *de legitim.con-
cluſ 6.in fin.nu.3.*Crot.*in l.filiusfamilias,§. diui.n.6.
ff de legat.1.*Ruin.*conſ.27.nu.11.lib* 1.Oſaſc.*deciſ.33.
num.24.*Roland.*conſ.12.num. 2.lib.*1. latè Gabr. *con-
ſil.138.num.5.& 6 lib.2.*

Quæ adeo vera ſunt, vt legatario, ſeu fideicommiſ-
ſario incumbat onus probandi, quod ſuperſunt
25 alia bona æquè vtilia, & commoda, ex † quibus
poſſit filius habere ſuam legitimam, Etenim non
ponitur per legem ſimplex regula negatiua, quod
non poſſit legitima detrahi in bonis prohibitis
alienari, ſeu alteri prælegatis, ſed additur illa qua-
litas, & conditio, ſi æquè commodè, & vtiliter de
aliis bonis detrahi poſſit, vnde non poteſt iſta di-
ſpoſitio diuidi tanquam habens qualitatem, con-
ditionem annexam: Bart.*in l.aurelius, §. idem quæ-
ſiuit.de liberat.legat* Bal.*in l. ſi quidem, C. de except.*
Dec.*conſ.261. nu. 2.* & ita in propoſito noſtro con-
cludit Gabr.*conſ.138.num.5. vſque ad 9. & num.12.
vſque ad 17.lib.2.* vbi quod ad iſtum effectum duo
ſunt probanda, etiam parte non opponente, vi-
delicet, quod res ſit prohibita alienari, & quod
alia bona æquè commoda, & vtilia ſuperſint,
cum alias probatio vnius non ſufficeret ſine alte-
ro, tamquam duo iſta coniunctim requirantur.
l ſi hæredi plures, de condit. inſtitut. Bald. & Salic.
in l.ſciant.C. de legitim. hæredib. Alexand. *conſ.* 185.
numer.10.lib.6. Pariſ.*conſ. 62. num.30.lib.* 4. Tiraq.
de retract.conſanguin.§.8 gloſ.7.num.1.

Et prædicta magis applicantur caſui noſtro; quia ſu-
mus in legato dotis ſubrogato à teſtatore pro le-
gitima ſuæ filiæ & pro omni eo, quod eſſet ei de-
bitum pro portione dictæ legitimæ, vnde ſicut
legitima detrahitur de bonis alteri prælegatis,
quando non remanent ſimilia bona pretioſa, &
æquiualentia, vt dictum eſt, ita etiam idem erit
26 dicendum in dote ſubrogata pro legitima, † tan-
quam ſubrogatio debeat intelligi cum omnibus
quali-

qualitatibus, & conditionibus, & aliis quibuſcumque competentibus ei, in cuius locum ſubrogatur, etiam in materia ſtricta, & correctoria, nedum in fauorabili vltimarum voluntatum, *§. reliquum, verſ. vnde conſequens, auth. de hæredib. & falcid.* Surd. *conſ.* 41. *nu* 11. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 346. *num.* 3. Aret. *in rubr. de acquir. poſſeſſ. in fin.* Bald. *in l. per diuerſas, q.* 10. *C mandat.* Alexand. *conſ.* 177. *col.* 2. *verſ. pro hoc & tertia lib.* 2. *& in l.* 1. *in fin ff ſi cert petat.*

Quibus additur, quod neque in hoc eſſet attendenda voluntas teſtatoris, quamuis expreſsè mandaſſet dari dotem filiæ in dictis vineis, quia cum dos ſuccedat loco legitimæ, vt dictum eſt, tunc nunquam poteſt aſſignati arbitrio teſtatoris, aut fra-

27 trem, ſed ſolius iudicis, † qui tamquam bonus vir non debet arbitrari illam eſſe conſtituendam filiæ in rebus deterioribus, & læſiuis, prout eſt talis iſta vinea non ſolum infructuoſa, & diſtans ab Vrbe, ſed grauata canone ſcutorum quadraginta ſeptem, & ſubiecta deuolutioni, cum ita arbitrando grauaret ſuam conſcientiam, & moltum læderet mulierem, vnde arbitrabitur de aliis bonis non tam nociuis, prout ſolet fieri in taxanda legitima: Rip. *in l. in quartam, num.* 21 *ff. ad leg. falcid.* Dec. *conſ.* 81. *in caſu propoſito, num.* 7. Iaſ. *in l. non amplius, §. cum bonorum, num.* 9 *ff de legat.* 1. Capic. *deciſ.* 2. *num.* 2. Oldrad. *conſ* 113. Menoch. *de arbitrar.*

28 *caſ.* 163 *num.* 26 *&* 32. † vbi etiam quod dabitur appellatio, ſi aliter iudex arbitretur: Rubens, *conſil.* 156. *num.* 11. Alciat. *in d l. in quartam, num.* 50. *in fin.* & ibi Pic. *num.* 148. Ang. *in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.*

Et clarum eſt, quod in caſu noſtro dos ſuccedit loco legitimæ, cum ſtatutum non excludat filiam ſim-

29 pliciter, † mandet illam dotari, tunc enim dos non ſuccederet loco legitimæ, ſed vlterius diſponar, quod filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, nam tunc relictum cenſetur loco legitimæ, & eſt purum, & ab eo reiicitur onus conditionis & transmittitur, cum aliis effectibus legitimæ competentibus: Caſtr. *in l. titio centum, §. titio genero, num.* 8. *verſ. ego plures contra, ff. de condit. & demonſtr. & conſ.* 25. *per tot. lib.* 3. Alexand. *conſ.* 13. *num* 12. *lib.* 3. Paul. *conſ.* 36. *num.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 110. *num.* 2. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 106. *nu.* 3. *verſ. ſecundo reſpondetur.* Capic. *deciſ.* 176. *num.* 8. Craſſ. *in §. legatum,* q 48 *num.* 9. *&* 10. Surd. *de alim. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 39. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 38. *num.* 23. Roder. *in l. quoniam in prioribus, amplius.* 5. *num.* 4. *verſ. ex quo infertur. C de inoffic. teſtam.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 540. *num.* 1. *verſ. tandem hac dic. p.* 1. Menoch. *conſ.* 81. *num.* 4. Cephal. *conſ.* 145. *num.* 6. *lib.* 1. Purpur. *conſ.* 19. *n.* 9. Socin. *conſ.* 88. *nu.* 17. *lib.* 2. Couat. *in c.* 3. *nu.* 11. *verſ. decimo*

30 *ex præmiſſis, de teſtament.* † & hanc ſententiam cum dicta diſtinctione, recedendo ab aliis contrariis deciſionibus, ſequitur Rot. coram R.P.D. Buratto Romana de Marganis. 9. Decembris 1616. vbi allegantur concordantes deciſiones coram R.P.D. Orano Calhen. dotis. 12. Decembris, & 21. Maij 1598. & coram Card. Millino Perufina dotis. 10. Maij 1602. & coram Card Ludouiſio nunc Sanctiſſimo D. N. Gregorio XV. Perufina de Alphanis. 15. Iunij 1612. Card. Serap. *deciſ.* 315. *num.* 1. *&* 2.

Cum igitur teſtator non potuiſſet talem electionem facere in præiudicium dotis, & legitimæ filiæ multo minus hoc permittetur eius hæredi, Immo quamuis ei fuiſſet commiſſa talis declaratio, ſi il-

31 lam ineptè fecerit, prout eſt iſta de vineis, † recurritur ad arbitrium boni viri, qui intelligitur Iudex Afflict. *deciſ.* 371. *num.* 9. *&* 10. cum aliis per Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 17. *&* Socin. *conſ.* 92. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2.

Et licèt debeat attendi voluntas teſtatoris, quæſtio admittit aliam interpretationem ex Card. Mantic.

32 & aliis ex aduerſo allegatis † Tamen vt ſupra oſtenſum fuit, hoc eſt conforme menti ipſius, licèt etiam ab iſtis regulis recedatur paſſim per Iudices, qui ex cauſa non ſequuntur voluntatem defuncti, & patris, quidquid aliàs multum de eo lex confidat, maxime in cauſa alimentorum, & dotis Surd. *de aliment. q* 13. *tit.* 4. *num.* 7. *&* 8. *& priuileg.* 8.

33 *tit.* 4. *num.* 2. *ad med.* † vbi etiam, quod in iſtis caſibus Iudex debet ex officio interponere auctoritatem ſuam etiam non petenti propter fauorem dotis: Raphael. & Caſtr. *in l. ſi eum dotem, §. eo autem tempore, ff ſolut. matrimon.* Rip. *in l.* 4. *§. hoc autem iudicium, num.* 25 *ff. de damn. infect.*

Et ita ex prædictis poſt multas propoſitiones fuit concluſum in huiuſmodi cauſa Romana dotis ad fauorem filiæ, Verum cum pars non acquieſceret, vbi teſtatoris tutria, vt defenderet filium hære-

34 dem venit ad iudicium † ſub prætextu, quod ſibi liceat mortuo viro retinere omnia ipſius bona, donec dos reſtituatur: Bart. *in l. ſi filio. la* 1. *ff. ſolut. matrimon.* Bald. *in l. penultim. C de pignorat. act.* Sed iſta ſunt facilis ſolutionis, cum procedant quando poſſeſſio fuiſſet vacans, & in d. poſſeſſione ipſa

35 repeteretur abſque aliquo vitio, nam ſi † eſſet ab alio occupata, & detenta, non datur talis retentio, prout neque daretur ingreſſus in d. bonis propria auctoritate, cum eſſet agendum iuxta diſpoſitionem *l. deiunctione, 9. C. ſolut. matrim.* Ita communiter concludunt Doctores, de quibus per Roland. *conſ.* 77. *num.* 34 *vſque ad* 38. *lib.* 1. iuxta doctrinam Bald. *in l. penult. num.* 1. *C. de non numer. pecun. & in l.* 1. *in fin C. de ſeru. pignor. dat. manumiſſ. & conſ.* 25 *quartum. lib.* 3. Decian. *conſ.* 231. *dura admodum, col.* 1. *ad num.* 2. *verſ. & cum prædictis concordat,* etiam, *& col.* 2. *verſ. & per illum textum, num.* 2. *& conſ.* 671. *applaudent rationes, ad fin. verſ. nam mortuo marito num.* 7. *& in l dotis,* 3. *nu* 2. *&* 3. *C. de collationib.* Socin. *conſ.* 131. *in præſenti conſultatione, col.* 3. *ante med. verſ. amplius dico quod dictum, lib.* 1. Burſatt. *conſ.* 9. *num.* 4. *cum ſeq.* Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 109. *num.* 3. *p.* 2.

Quibus ſtantibus apparet non poſſe per Aduerſariam prætendi retentionem ſuper omnibus bonis mariti

36 ratione ſuæ hypothecæ, cum † ipſa non poſſideat, immo per eam fuit capta poſſeſſio pro hæredibus, vt conſtat ex aditione per eam facta tutorio nomine ipſius filij, & ex inuentario inde ſecuto continente omnia, & quæcumque bona teſtatoris, ex quo probatur poſſeſſio Bart. *in l. fin. §. licentia. C. de iur. deliber.* Parif. *conſ.* 45. *num.* 20. *lib.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 44. *num.* 2. Rot. coram R.P.D. Manzanedo Bononien. de Lambertinis. 20. Februar. 1612. quæ eſt poſt tract. de Saluian. *de-*

37 *ciſ.* 195. *num.* 5. † Cum etiam adſint locationes factę tutorio nomine pro filio hærede, cum perceptione fructuum, & penſionum, ex quibus probatur poſſeſſio: Gloſſ *in l. qui vniuerſas, § quod per colonum. & verb. colonum, verſ. idem ſcire, ff. de acquir. poſſeſſ.* Natt. *conſ.* 672. *nu.* 20. Alex. *conſ.* 10. *nu.* 3. *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 325. *num.* 1. *cum ſeq.* Ruin. *conſ.* 161. *n.* 40.

*lib.*1. cum aliis per Maſcard.*concl.*1181.*num.*3. Rot.
coram Card Pamphilio Bononien. de Carnalibus
11.Ianuarij 1603.

Præſertim quia vltra prædicta adeſt etiam ſtatutum
38 Vrbis 147.*lib.*1. vbi diſponitur, quod † poſſeſſio
quorumcumque bonorum teſtatorum, vel ab in-
teſtato defunctorum cenſentur continuata in ſuos
hæredes, qui debeant in ea manuteneri, & reduci
iuris & facti remediis opportunis, vt latius in eo-
dem ſtatuto continetur, quod cum faciat heredem
immediatè poſſeſſorem, operatur, vt alius non
39 poſſit cum eo concurrere, † tamquam factum legis
ſit potentius facto hominis: Innoc. *in c. præterea,*
40.*nu.*3. *verſ. penetrabilior enim. de appell.* & quia
40 duo non poſſunt † ſimul poſſidere, *l. ſi vt certo,*§. *ſi*
duobus vehicul. in, ff. commod & ita in ſpecie conclu-
dit Iaſ.*conſ.*85.*in fin.lib.*3.poſt Bald.*conſ* 454.*quidam*
*Ioannes deceſſit condito teſtamento, in fin.lib.*1.

Quod quidem ſtatutum habet locum etiam in infante,
41 exiſtente in ventre, † furioſo, mente captu, & igno-
rante, in quos etiam transfertur talis poſſeſſio vi-
gore d. ſtatuti, cum enim ad illam acquirendam
nullus actus requiratur, ſed ſolum ex legis diſpoſi-
tione fiat illius tranſlatio, nihil refert, an hæres
habeat intellectum, nec ne: Ludouic. Molin.
*de primogenit.hiſpanor. lib.*3. *c.*12. *num.* 24. *fol.* 423.
42 vbi quod iſta opinio eſt recepta tam in praxi, quàm
ex iuris diſpoſitione, vt late comprobat Gomeſ.
*ad l.taur.*45. *num.* 112 Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit.*
part. 2. *declarat.* 17. *num.* 4. *ad med* Gabr. *conſ.* 36.
*num.*12.*&* 13.*lib.* 1. vbi loquens de infante conclu-
43 dit, † quod pro iſta poſſeſſione, quæ transfertur
vigore ſtatuti, dantur alia remedia poſſeſſoria,
quidquid nonnulli contrarium putent, re non be-
ne conſiderata, quia quando hæres eſt ſuus, non
eſt dare medium inter mortem patris, & acquiſi-
tionem filij, adeo vt nulla res poſſit impedire ta-
lem continuationem, *l.in ſuis.ff.de liber. & poſthum.*
Molin.*de primogen.hiſpanor.lib.*3.*c.*12. *nu.* 20 *&* 21.
44 † vbi quod neque per momentum poteſt dici talis
poſſeſſio vacans, cum non dicatur hæreditas ia-
cens, vbi adeſt continuatio poſſeſſionis: Gloſſ. *in*
l.cum hæreditas, Cod.depoſit.

Quod tamen dictum eſt ex abundanti, cum non ad-
ſit in caſu noſtro ſola continuatio poſſeſſionis vi-
45 gore ſtatuti, ſed etiam probetur, quod † tutrix fecit
actus poſſeſſorios pro pupillo, cum aditione hæ-
reditatis, confectione inuentarij, locationibus, &
fructuum perceptionibus, ex quibus fuit per tu-
tricem acquiſita poſſeſſio ipſi pupillo etiam igno-
ranti, *l.*1.§.*per procuratorem,ff. de acquir.poſſeſſ.l.*1.*in*
princip. & §. *adipiſcimur*, *&* §. *item acquirimus*, *ff.*
eod.tit. & in propoſito noſtro vltra d. continuatio-
46 nem notat Gabr. *conſ.*36.*nu.*13.*ad med. lib.*1. † vbi
etiam *nu* 9. quod iſta poſſeſſio, quæ per ſtatutum
† transfertur eſt vera, quamuis non acquiratur per
actum corporeum, immo dicitur pleniſſima tam-
quam per legem tranſlata: Molin. *de primogenit.*
*hiſpanor.lib.*3 *c.*12.*nu.* 19.Gomeſ. *ad l.taur.*45. *n.*111.
*in fin.*Bald.*in c. contingit, num.* 1. *de dol. & contumac.*
Tellus *ad l.*17.*taur.n.*48. Tiraq. *in tract. le mort ſai-*
*ſit,p.*5.*declarat.*2.*nu.*4.Gabr. *de acqu. poſſeſſ. concl.*9.
nu 6.

Nec facit, quod per creditores ſit offerenda dos mu-
lieri, ſi volunt proſequi res hypothecatas occa-
47 ſione eorum crediti † iuxta *l. cum tibi. C. qui potior.*
*in pignor.habeant.*Olaſc.*deciſ.*135 *num.*4. Quia cum
mulier nihil poſſideat, vt dictum eſt, nec aliquid
retineat, non opus eſt oblatione, cum prius de-
48 beat conſtare de ſubſtantia negotij, † antequam
tractetur de modo offerendi: Bald. *conſ.* 465.*num.*1.
*lib.*4.Dec.*conſ* 508 *num.*5.Surd.*conſ* 150.*nu.*81.*lib.*1.
49 Cum qualitas non poſſit eſſe ſine ſubiecto: † Aym.
*conſ.*21 *nu.*5.Bero.*conſ.*126.*n.*9. *lib.*3. Bald.*in l.celſus,*
in 5.*notab. nu.*24 *ff.de vſucap.* Roland. *conſ.*58.*nu.*8.
50 *lib.*4. † Prout regulariter omnis diſpoſitio præſup-
ponit ſuam qualitatem: Menoch *conſ.*75. *num.*100.
Becc.*conſ.*37.*num.*16.

Ex prædictis tollitur etiam prætenſio retentionis
fructuum, iuxta *l. Lucius, ff qui potior. in pignor. ha-*
51 *beant.* † Quia cum oſtenſum fuerit non competere
retentionem pro dote principali, neque etiam
competeret pro fructibus, qui tanquam acceſſiones
ſunt ſublati ſtatim, quod principale remouetur,
l. qui liberis, ff. de vulg. & pupill. l. cum principalis, ff.
de regul.iur. Surd.*conſ.*93.*num.*1.*lib.*1.

Quamuis etiam dato, & non conceſſo, quod mulier
52 haberet retentionem pro dote, † non tamen aliquid
acquireret pro fructibus rerum ſibi hypothecata-
rum, niſi quoad ad concurrentiam ſui intereſſe:
Neguſ. *de pignorib part.*5.*membr.*5.*nu.* 17. *poſt med.*
verſ. iſto enim caſu Bald.Nouell. *de dot. p.* 8. *priuileg.*
22.*ad med.* Alexand.*in l diuortio. in princip. col.* 6. *ff.*
ſolut. matrim. Cum alias mulier non faciat iſtos
fructos ſuos: Socin.*conſ.*131. *nu.*7. *ad med. verſ qui*
*animus etiam,lib.*1 per text.*in l. in venditione,* §. 1. *&*
*in l prætor ait, ff. de bon. auctor. iudic. poſſidend l.*2. *&*
3.*C.de pignerat.act.l.*1.*C.de diſtract.pigner. l. tutia ff.*
de ſolution. Bald.*in l. penult. in princip. C. de non nu-*
53 *mer. pecun.* † Nec diſſentit Ang. Aret. in contra-
rium allegatus, *conſ.*67. *n.*3. *vſque ad* 8. Nam loqui-
tur ſolum, quando mulier non habet aliunde ali-
menta, tunc enim poteſt ex fructibus bonorum
hypothecatorum ſe alere cum ſua familia, non ta-
54 men vltra alimenta, † fructus efficit ſoi, quia, vt di-
ctum eſt, illos non facit ſuos, cum etiam in præto-
rio pignore dotali fructus percepti extenuent ſor-
tem: Bart.*in l.tutia*, 48. *in princ. ff de ſolution.* poſt
Gloſſ.*ibid in verb.habendum, per l.ſulcinius, in princ.*
*ff. ex quib.cauſ.in poſſeſſ. eatur l.*1.§ *ſin. ff de ventr. in*
55 *poſſeſſ mittend.* † & paſſim fructus dotis excedentes
impenſam alimentorum ſpectant ad hæredes de-
functi, qui ſuſtinent vicem illius, cum mulier vi-
deatur eſſe in matrimonio: Surd. in ſpecie *de ali-*
*ment tit.*1.*q.*44.*nu.* 30. *& tit* 9.*q.*43 *nu.*49. Salic.*in l.*
vnic.§ *ſin autem,n.*6.*C.de rei vxor act.* Bart. *in l. di-*
56 *uertio.n.*5 *ff.ſolut.matrim.* † Prout è contra, ſi fructus
dotis non ſufficiunt, hæredes ſupplent quidquid
deeſt ad alimenta: Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 44.
*num.*32.

Et eſt nota concluſio, & ab omnibus approbata, quod
ſoluto matrimonio mulieri moram paſſæ in reſtitu-
57 tione ſuæ dotis † nihil debetur, quidquid aliud
ſit in viro, cui debentur fructus in recompenſatio-
nem onerum matrimonij, cum de vno non liceat
ad alium arguere: Bart *in l. at qui natura*, § *non*
tantum, ad med verſ. quod intelligitur, ff. de negot. geſt.
Alexan *conſ.*141.*nu* 4.*lib.* 5. Abb. *conſ.* 19.*n.*6 *lib.*2.
Aym.*conſ.*189 *col* 5 *poſt med. verſ. ſextus verius caſus,*
58 *num* 7.Menoch.*conſ.*7.*nu.*12 *lib.*1. † Et vt tale inter-
eſſe debeatur ſunt probanda requiſita per Caſtr.
*in l.*3.*ff.de eo quod cert.loc.* Aym.*conſ.*320. *nu.* 6. quæ
requiſita habent etiam locum in caſu dotis quam-
uis priuilegiato. Ruin. *conſ.*104.*num.* 7.*lib* 4. Imol.
in l.diuer-

in l.diuortio.num. 15 *ff ſolut.matrim.* Barboſ. *in l.a.in
princ part.*1.*nu.*48.*ff.eod.tit.*Bologn.*conſ.* 14. *num.*2.
Surd.*de alim.tit.*1.*q.*45 *num* 48.*vſque ad* 54.
Ex quibus fuit denuo confirmatum decretum alias
factum ad fauorem filiæ creditricis dotis, cui ta-
men vxor teſtatoris nun acquieuit, ſed iterum
nouum dubium excitauit, videlicet, quod mulier
poteſt mutare cauſam poſſeſſionis ratione ſuæ do-
59 tis, † quando prius poſſidebat vna cum viro ratio-
ne familiaritatis, etiam abſque aliqua declaratione,
cum illam cenſeatur retinere ob creditum ſuarum
dotium Burſatt. qui plures deciſiones Rotæ alle-
gat, *conſil.* 8. *num.* 15. *verſ. inſuper vxor. lib.*1. *&
conſ.*9 *num.* 8. *eod. lib.* quidquid malè contrarium
60 ſentiant, † qui volunt requiri declarationem iux-
ta deciſionem relatam *in tract. de ſaluian. interdict.
inſpect.*3. *c.*4. *numer.* 21. *&* 22. quia paſſim ſeruatur
nullam declarationem requiri: Put *deciſ* 451.*lib.*1.
*Ceſ.de Graſſ.deciſ.*19. *num.* 6. *de probat.* Rot. *diuerſ.
deciſ.* 143. *num.*4.*p.*2. & coram R.P.O. Sacrato Bo-
nonien.manutentionis. 16 Decembris 1611. quæ
eſt *dec.*366 *num.*1.*in fin.p.*1.*in recentiorib.*
Sed iſta non faciunt ad caſum noſtrum, cum vt ſæ-
pius dictum eſt, mulier non ſit in poſſeſſione, ſed
hæres cuius nomine vxor, & reſpectiuè mater, &
tutrix ipſius hæredis cepit poſſeſſionem omnium
61 bonorum hæreditatis, † Vnde tunc non datur
mutatio eius, quod non habet, & per conſequens
vxor non poterit retinere, cum retentio præſup-
ponat, quod adſit poſſeſſio, quam licet habuiſſet,
ſatis eſt, quod modo illam non habet, tanquam
eam receperit nomine filij, & ſic cecidit à ſua
poſſeſſione facto ſuo, quod potuit facere etiam
ſine ſolemnitatibus, ita vt non poſſit prætendere
aliquam manutentionem, ſeu retentionem iuxta
communem ſententiam, de qua per Menoch *de
recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 95. dixi late ſupra
*c.*503 *num* 28. *&* 29.
Ideo etiam ex iſtis ceſſat obiectum de clauſula pre-
62 carij, ſeu conſtituti, † ſecundum quam poteſt mu-
lier propria auctoritate ingredi poſſeſſionem bo-
norum vni etiam ſi fuiſſent apprehenſa: Bald.
*Nouell.de dot.p.*8.*priuileg.*6. *num.* 20. poſt Bart.*in l.*
3.*C.de pignorib* Bald. *in l.filiofamilias, la* 2. *ff ſolut.
matrim.* Quia vt dictum eſt, appatet de poſſeſſio-
ne pro filio, & eius nomine capta, ita vt ſibi præ-
63 iudicauerit quo ad prætentum ingreſſum. † Ma-
ximè quia tale conſtitutum eſt collatum poſt mor-
tem conſtituentis, vnde non poteſt operari tranſ-
lationem poſſeſſionis, cum dicto tempore poſſeſ-
ſio defuncti eſſet extincta: Iaſ. *conſ.* 85. *col. vlt. ad
med.lib.*3.
Et ſtante poſſeſſione expreſsè capta de omnibus bo-
nis nomine filij, non eſt quærendum an poſſeſſio
acquiratur infanti, quoad primum extremum ex
eo, quod mater permanſit in poſſeſſione, quia li-
cèt admittatur talem poſſeſſionem illi non acqui-
ri, tamen hoc non procedit, quando clarè con-
ſtat, quod pro alio eſt capta poſſeſſio per matrem
tutricem, cum diuerſum ſit, quando ſimpliciter
64 acceptaſſet tutelam, † tunc enim licèt poſſeſſio
potius præſumatur tutorio nomine, nihilominus,
cum potuerit remanere in poſſeſſione ob cauſam
ſuæ dotis, eſt dubia, & præſumptiua probatio, quæ
non ſufficit ad probandum primum extremum:
Rot.*diuerſ.deciſ* 357.*p.*2.
Nec debet attendi, quod hæredes non opponant,
quod mulier vitioſè ingreſſa ſit poſſeſſionem, vn-
de neque iſta oppoſitio competet creditoribus,
65 qui non poſſunt dare de iure tertij, † Quia ſuffi-
cit, quod creditores oſtendant nullam extare poſ-
ſeſſionem in eorum præiudicium, neque enim
iſta oppoſitio eſt de iure tertij, ſed de non iure a-
gentis, cum ſatis ſit ex actis conſtare de aliorum
poſſeſſione, & non de poſſeſſione mulieris: Tbe-
ſaur.*deciſ.*4.*col.*3.*in fin. verſ. in contrarium pro exci-*
66 *piente, & col.*4. *&* 5. † vbi etiam conſiderat, quod
ſtante intereſſe partis admittitur talis exceptio
iuris tertij: Caſtr. *in l. ille à quo.* §. *ſi de teſtamento.
ff ad trebellian.* Et quando excluditur in totum ius
67 agentis ipſo iure, † operatur talis exceptio, quam-
uis ſit iuris tertij: Idem Caſtr. *conſ.* 77. *viſa facti
narratione ſatis longa. in* 7. *dub. in fin. num.* 6. *in fin.
lib* 2. *& conſ.*454.*viſo & examinato proceſſu.col.*5.*in
princ. verſ. ſecundo principaliter debet ſuccumbere,
numer.*2.*libr.*1.Aym *conſ.*144.*num.*21. *& conſ.* 72.*n.*
6 *in fin.*
Sublatis igitur omnibus iſtis nouiter obiectis, fuit
tertio confirmatum decretum aliàs factum ad fauo-
rem filiæ, mandando interim ſolui ſcuta quingenta;
non obſtante oppoſitione de legato prius acce-
ptando in totum, non autem in parte, Quia non
negamus acceptatio legati, cum fuerit illud appro-
batum, & iterum approbetur, & ex eo agitur,
ſed ſolum dicimus non poſſe per hæredem fieri
oblationem ſolutionis eiuſdem legati in vineis
68 oblatis, † vnde donec iſtud liquidetur, non eſt re-
tardanda executio pro ſolutione pecuniarum li-
quidarum, & de quibus nulla adeſt controuerſia:
Socin.*conſ.*128.*quod eſt vlt.num.*3.*col.* 2. *ad fin verſ.
comprobatur & vltimo.lib.*3.per doctrinam Bart.*in
l.iulianus verum debitorem, in fin.ff. de cond.* ??. *in-
deb.*Dec.*conſ.* 618. *in caſu propoſito agam num.* 3. *ad
med.* Caualcan *de tutor. & curator. num.* 263. *& eſt
text.in l.qui ſolidum,* 80.*in princ.ff de leg* 2. quem in
propoſito adducit Bald.*conſ.*152. *ad euidentiam pra-
mittendum, in fin.lib.*3.

EPITOME.

Beneficium ceſſionis actionum an competat
tam fideiuſſoribus, & correis, quam tertiis poſſeſ-
ſoribus, & ſoluentibus pro alio. Et quando illi
cenſeatur renunciatum per generalem inſertam
renunciationem omni legum auxilio. ¶ Debitor
principalis an dicatur, qui commodum percipit
ex contractu, quamuis adſint fideiuſſores, qui et-
iam ſe principaliter obligarunt. ¶ Exceptio ce-
dendarum an poſſit opponi in executione ſen-
tentiæ. ¶ Et an obſtet crediturí, ſiue expreſsè ſiue
tacitè conſenſerit alienationi rei. ¶ Geſta per Iu-
dicem recuſatum an ſint ipſo iure nulla tam de
iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quæ cauſæ ſuſpi-
cionum debeant eſſe, vt per eum non poſſit pro-
cedi. ¶ Et an obſtet conſenſus in iuriſdictionem,
vt impediatur recuſatio. ¶ Mandatum ad recuſan-
dum Iudicem an debeat eſſe ſpeciale.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia accepta cum cautione de reſtituendo priori-
bus, & anterioribus habentur pro extantibus, & non
conſumptis.*
2 *Executio ſententia impeditur per exceptionem ceden-
darum, num.*3.
3 *Beneficium ceſſionis actionum competit fideiuſſoribus,
& correis, & tertiis poſſeſſoribus, negotiorum geſtori-
bus, & ſimilibus ſoluentibus pro aliis, num.*6.

5 *Debitor principalis dicitur, qui commodum percipit ex contractu cum alij dicantur fideiuſſores, quamuis ſe obligauerint tanquam principales, qui ſolum pro talibus habentur reſpectu eorum, ad quorum fauorem facta eſt obligatio.*

7 *Creditor alienans rem ſiue tacitè, ſiue expreſsè repellitur exceptione cedendarum, num.8.*

9 *Renuncians omni legum auxilio etiam cum iuramento non cenſetur renunciaſſe exceptioni cedendarum, num.10.*

11 *Sermo ambiguus, & generalis capit homines.*

12 *Notarius poteſt ſtipulari pro omnibus quorum intereſt.*

13 *Res obligata pro cenſu tranſit cum dicto onere ad quemcumque perueniat.*

14 *Exceptio quæ obſtat cedenti, ſeu auctori, præiudicat etiam ſucceſſori, & ceſſionario, num.15.*

16 *Iuriſdictio ceſſat ſtante recuſatione Iudicis, & omnia geſta ſunt ipſo iure nulla tam de iure canonico, quam ciuili, quamuis recuſatus eſſet religioſæ, & timoratæ vitæ, num.17.*

18 *Iudex poteſt recuſari per eum, qui conſenſit in ſuam iuriſdictionem, ſi noua cauſa ſuperueniat. Intellige vt num.22. & 23.*

19 *Mandatum ſpeciale requiritur, vt valeat recuſatio Iudicis, nec iuuabit, ſi poſtea illud exhibeatur, quando fuit prius oppoſitum, num.20.*

21 *Iudex recuſatus poteſt procedere, quando cauſæ ſuſpicionis ſunt friuolæ, & fiunt ad protelandum iudicium, nu.25.*

24 *Sententia iuſta Iudicis recuſati eſt confirmanda.*

CAPVT DCCI.

PEcuniæ, de quibus agebatur in cauſa Romana pecuniaria, non poſſunt auocari, Quamuis e-
1 nim fuerint acceptæ † cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, quo caſu habentur pro extantibus, & non conſumptis: Franc. *deciſ. 75. num. 9.* Tamen obſtat creditori agenti exceptio cedendarum, ſtante alienatione per eum facta de domo, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, cum promiſſione manutenendi emptorem in pacifica illius poſſeſſione, tunc enim impeditur executio ſenten-
2 tiæ, & obligationis cameralis, cum ipſemet † creditor moroſus in non cedendo ſe repellat ab executione petita, non obſtante, quod per ſtatutum tolleretur omnis, & quæcumque defenſio, ſeu exceptio: Dec. *in c. ex parte, 15. n. 19* & ibi Felin. *nu. 12. de offic. delegat.* latè Coler. *de proceſſib. executiu. p. 4. c. 1. num. 106. vſque ad 109.* Franc *deciſ. 476. nu. 2. & deciſ. 662. num. 2* Mancin. *de iuram. par. 4. effect. 216. nu. 11.* Galleſ. *de oblig. camer. 2. par. 4. formul. q. 1. n. 10.* Rot. coram Cardin. Lancellotto. Romana mutui. 16. Nouembris 1601. & coram R. P. D. Robuſterio Romana ſocietatis. 19. Martij 1575. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent lib. 16. tit. 9. num. 12. & 14.*
3 † Ita vt exceptio cedendarum admittatur etiam in executione ſententiæ latæ: Franc. *deciſ. 476. num. 2. & deciſ. 662. num. 2 per text. in l. 1. § non tamen.* vbi Bald. *ff. de tutel. & ration. diſtrah.* Purpurat. *in l. 1. nu. 655. C. de tranſaction.* Barboſ. *in l. quia tale, 14 numer. 64. poſt princip. verſ. neque repugnat regula. ff. ſolut. matrimon.*

Nec ſubſiſtit, quod exceptio cedendarum non habeat locum, niſi ad fauorem fideiuſſoris, vel correi, quales prætenditur èxaduerſo non eſſe DD.
4 Fratres de Donatis, Quia non eſt admittenda iſta concluſio, cum nullus ex doctoribus, qui ad hoc allegantur ita concludat, immo paſſim omnes admittunt, quod huiuſmodi beneficium ceſſionis actionum competit nedum prædictis, ſed etiam tertiis poſſeſſoribus, negotiorum geſtoribus, procuratoribus, & ſoluentibus pro aliis, vt notat Bertazol. exaduerſo adductus *clauſul. 40. gloſ. 5. num 7. poſt princ. verſ. & quod beneficium competit.* Caſtr. *in l. ſi ſtipulatus, 16 § ſi ex duobus, num. 3. ff. de fideiuſſorib.* Dec. *conſ. 104. & diligenter, num. 2. in fin. & n. 3. & conſ. 446. viſo eleganti, in princ.* Doctor. *in l. mulier. ff. qui potior. in pignor. habeant.*

Præterea, verius etiam eſt, quod ſimus in fideiuſſoribus, Nam Donati repræſentant perſonam Fabij, qui in obligatione per eum facta de ſoluendo fructus cenſus non eſt principalis debitor eiuſdem
5 cenſus, ſed fideiuſſor, † cum ille dicatur principalis debitor, qui ex contractu habuit commodum, & pretium cenſus, prout habuit Gulielmus, alij enim, qui ſe obligarunt, dicuntur fideiuſſores, quamuis ſe principaliter obligauerint, tamquam habeatur pro principali reſpectu eorum, ad quorum fauorem facta eſt obligatio, *l. ſed interim, in princ. & §. item ſi duos, ff. ad macedon.* Gloſſ. *in auth. de fideiuſſorib. in princ.* Felin. *in c. cum dilectus, nu. 13. de reſcript.* Dec. *conſ. 267. conclusio ſuperius, numer. 3.* Aym. *conſ. 91. n. 2. & conſ. 77. n. 3 poſt med verſ. hoc ita præſuppoſito.* Fulgoſ. & Caſtr. *in l. vir vxori § in ff. ad velleian.* Corn. *conſ. 316. lib. 4.* iuxta doctrinam Bart. *in l. reos, ff. de duob. reis.* Bolognin. *conſ. 44 nu. 6.* Alex. *conſ. 66. n. 1. & 5. lib. 4.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conu. lib. 16. tit. 1. n. 3.*

Vnde multo magis tanquam fideiuſſorib. eſt facienda ceſſio propter naturam contractus fideiuſſio-
6 nis, quaſi non præſumatur, † quod aliter voluerint ſe obligare ad ſolutionem pro principali, niſi aſſecurentur de recipiendo quod pro debitore erogauerint, ad hoc vt indemnes ſeruentur, quod aliter fieri nõ poteſt, niſi per creditorem cedantur actiones ſoluenti: Bald. *in l. ſi nomen, 4. n. 2. C. de hæredib. vel act. vendit.* Alex. *in l. ſciendum, 30. nu. 10. de verb. oblig.* Coler. *de proceſſib. executiu. p. 3. c. 1. num. 107.*

Et magis iſta exceptio cedendarum obſtat, cum propter culpam ipſius creditoris non poſſit fieri ceſ-
7 ſio † ſtante venditione domus obligatæ pro cenſu, de quo agimus, & promiſſione euictionis emptori. *l. ſtichum, § penult. ff. de ſolution.* Bart. *in l. ſtipulatus, § 1 ff. de fideiuſſorib.* Afflict. *deciſ. 182.* Alciat. *conſ. 87. lib. 6. tom. 2.* cum aliis per Carol. de Graſſ. *de except. c. 10. nu. 18. vſq. ad 24.* Caſtracan. *de ſociet.*
8 *offic. c. 66, nu. 7.* † Quod procedit ſiue expreſsè, ſiue tacitè fuerit præſtitus conſenſus alienationi per creditorem, quia ſemper repellitur dicta exceptione cedendarum, *l. 2. ff. de fideiuſſor. l. ſi pupillus, ff. de adminiſt. tutor. l. ſtichum, §. creditor. ff de ſolut.* Graſſ. *de except c. 10. num. 22.*

Non obſtat, quod fuerit renunciatum omni legum auxilio, quod operatur renunciationem exceptio-
9 nis cedendarum: Afflict. *deciſ 182, n. 13.* † Quia contraria opinio eſt verior, cum requiratur expreſſa renunciatio ad hoc, vt non competat huiuſmodi beneficium, ideò non ſufficiunt iſtæ clauſulæ generales, tamquam non extendantur ad excluſionem iurium de futuro, quamuis etiam adſit iuramentum, quod ſolùm refertur ad illos caſus, ad quos trahitur renunciatio: Roman. *conſ. 471. nu. 5.* Dec. *conſ. 99. in cauſa Ioannis, nu. 3. & in l. fin. nu. 21. ff. ſi cert. petat.* Alex. *conſ. 196. nu. 9.* vbi Add. *in verb. cedendarum, lib. 2.* Pariſ. *conſ. 110. nu. 98. lib. 1.* Rip. *in l. ſi vin-*

l.ſi vnquam.q.9.†.nu.118.C. de reuocand.donation. vbi Tiraq. in præfat.num.121. ante med. atteſtatur de æquiori opinione. Carol. de Graff. except.10.num.40.
10 † & tanquam magis communem,& veriorem ſententiam tenendam eſſe dicit Bertazol. clauſul. 40. num.2.in fin.Montan. de tutel.c.39.n.132.Marſil.in rubr.de fideiuſſorib.num.29.& æquiorem etiam dicit
11 Bald.conſ.4 n 2. & 3.lib.1. † vbi etiam quod iſta renunciatio eſt multum præjudicialis,ideò conſuetudine introductum eſt, vt in ſpecie renuncietur, ne ambiguitas, & generalitas ſermonis capiat homines,l.cum aquiliana.de tranſaction.l.illud.§.ſi talis de minoribus.

Nec facit,quod iſta ceſſio non ſit facienda contra non
12 nominatos in inſtrumento, † Quia cum appareat de intereſſe,ſatis eſt quod notarius ſtipulatus fuerit pro omnibus, quorum intereſt, tunc enim cenſetur facta ſtipulatio ad fauorem ipſius, non ſecus ac ſi fuiſſet nominatus: Rom. conſ. 76. in princ.p. Dec. conſ.407.viſis ad diligenter,col.6.verſ.tertio reſpondetur.Socin.conſ.125.in fin. Bertaz.clauſ.18 gl.5.nu.8.

Minus obſtat, quod alienatio domus fuerit facta tan-
13 quam de re propria deuoluta ad alienantem,† Quia cum cenſus fuerit impoſitus de conſenſu Quirini patris Aduerſarij, domus remanſit perpetuò obligata pro d. cenſu, vnde etiam fuit deuoluta cum d. onere,& eodem modo vinculata, cap.cum non ſit. de decim.c.recolentes,de ſtat.monac leg. via conſtitui. §. ſi fundus,ff de ſeruitut.ruſtic prædior.Surd.conſ.240.nu. 6.lib.2.

Nec releuat, quod ceſſio non ſit facienda, cum pecuniæ non ſpectent ad DD. de Donatis, ſed ad Fabium, Quia ſatis eſt quod ipſi repræſentent perſonam ejuſdem Fabij eorum debitoris in dicto cenſu, & quod Aduerſarius repræſentet fratres Sanctiſſimæ Trinitatis creditores ejuſdem cenſus, qui illum ceſſerunt aduerſario, Vnde quemadmodum ſi fratres agerent contra hæredes Fabij tenerentur cedere jura contra Gulielmum principalem debitorem cen-
14 ſus, † ita etiam tenebitur cedere aduerſarius,qui repræſentat d.fratres, cum exceptio, quæ obſtat cedenti, obſit etiam ceſſionario, leg.exceptiones.ff. de exception. Bart.in leg. ſi quis rem ff de procurat.Bero. conſ.32.num.46.lib.2.Crot conſ.83.nu.11.Surd.conſ. 333.num.16.lib.3. tanquam pro vna perſona reputentur,cap.denique 7.quæſt.1.leg.ſi donatore, §. 1. de donat.int.vir.& vxor. Surd. conſ.205.num.4.lib.2.&
15 conſ.280.num.14 eod.lib.† Prout regulare eſt,vt exceptio,quæ obeſt auctori,noceat etiam ſucceſſori,l. apud celſum,§.de auctoru,ff.de dol.mal.& met.except. Socin.conſ.13.num.5.lib.3.Tiraq.de retract.conſang.§. 1.gloſ.9.num 128.

Dum hæc allegarentur pro defenſione jurium DD. de Donatis, fuit per Iudicem coram teſtibus propalatum votum ad fauorem Aduerſarij, quare ſtatim procurator cum ſpeciali mandato recuſauit eundem Iudicem ſuſpectum ob prædictam cauſam, & propter ſuperuenientem notitiam magnæ, & intimæ familiaritatis cum eodem Aduerſario, quibus tamen non obſtantibus Iudex relaxauit mandatum, Ideo habito recurſu ad Signaturam ſeruatis ſeruandis fuit alius deputatus, & ſimpliciter commiſſa cauſa nullitatis, & appellationis, quamvis eſſet negotium executiuum, &
16 quidem rectè, † cum ſtante recuſatione, & illa pendente recuſatus non habeat aliquod exercitium juriſdictionis, ita vt omnia per eum geſta ſint ipſo jure nulla non ſolùm de jure ciuili, ſed etiam de jure canonico: Gloſ.in c.iudex in verb. opponat. in fin de offic.delegat.in 6.& in c.quoties 2.q.6.Alex.conſ. 89.diligenter.nu.2.in fin.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus.lib.1.Dec.conſ.175.in cauſa,num.3. cum aliis per Lancellot. qui de magis vera, & communi opinione teſtatur de attentat. poſt recuſat. iudic. c.6.num.4. vſque ad 10.tom.5.fol.340.

Quæ procedunt etiam ſi Iudex recuſatus eſſet perſona
17 valde religioſa, & timoratæ vitæ, cum † illa non conſiderata,ſemper poſt recuſationem,proceſſus ſit ipſo jure nullus:Natt.conſ.174.num.9. vbi exemplificat in Monacho Ciſtercienſi,Burſat.conſ.21.nu.22. lib. 1. Socin. de iudic delegat.§.ſupereſt.verſic.quid ſi non eſt conſanguineus. Non obſtante prætenſo conſenſu in juriſdictionem Iudicis recuſati, Quia ſuperuenit noua cauſa ſuſpicionis, vt dictum eſt,
18 † quo caſu non attenditur talis conſenſus, ſed ſemper proceſſus poſt recuſationem eſt nullus, etiam ſi cauſa in recuſatione expreſſa non fuiſſet probata, ſed eſſet talis,quæ ſi probaretur eſſet legitima.Lancellott. qui multas Rotæ deciſiones adducit de attentat.poſt recuſat. iudic.num. 16. vſque ad 19.tom.5. fol.340.

Et ita ex prædictis fuit per Iudicem appellationis declaratum reuocando,& annullando decretum conſignationis, & auocationis pecuniarum, cum verè non potuerint auocari ex rationibus ſupra adductis, & cum pars nollet acquieſcere, habito recurſu ad Signaturam petiit circumſcribi talem ſententiam, quod tamen dicebam non poſſe concedi, Nam licet prætenderetur illam fuiſſe latam poſt re-
19 cuſationem Iudicis, † Tamen recuſatio non obſtabat tanquam fuiſſet allegata per procuratorem qui non habebat mandatum ſpeciale, prout requiritur ad hoc vt Iudex poſſit recuſari, leg. non ſolum.§. fin. ff de procurator. Bart.in leg. ſi procurator ff.de condict. indebit. Rebuff.de recuſat.art.1.gloſ.11 nu.2. vbi quod ita fuit judicatum,& ſequitur etiam Lancellott.de
20 attentat.cap.6.nu.5.tom.5.cum ſeq.fol.340.† vbi etiam quod non valebit productio mandati poſtea exhibiti, quando tunc fuit oppoſitum de illius defectu, prout in caſu, de quo agimus Alex. conſ. 146. in fin. lib.5.Mohed.deciſ.240.

Immo recuſatio fuit merè calumnioſa, nam Iudex ſtatim poſt recuſationem abſtinuit amplius procedere,& cum per Auditorem Cameræ fuiſſet datus terminus per tres vices ad probandas allegatas cauſas ſuſpicionis, nihil fuit deductum, ne dum aliquid probatum, Ideo per eundem Auditorem Cameræ fuit remiſſa cauſa eidem Iudici,tanquam omnia fie-
21 rent ad protelandum judicium, † Adeo vt ſtante iſta remiſſione propter allegatas cauſas ſuſpicionis notoriè fruſtratorias, & falſas, non obſit recuſatio, ſed Iudex poſſit liberè,& licitè procedere: Franc.in cap.cum ſpeciali qu.3.col.9. ad fin.verſic. primo quando.num. 21. de appellat. Lapus allegat.1.num.6. & ibi Mandoſ.in verb.notorietas.Felin.in cap.accedens il 1. nu.6. vt lit. non conteſtat Burſat.conſ.21.nu.25.lib.1. Lancell de attentat.c.6 n.24.tom 5.fol.340.

Et magis apparet de recuſatione calumnioſa, quia Iudex fuit de conſenſu partium electus, & num-
22 quam † recuſatio propoſita, niſi poſt cauſam inſtructam, & in calculo ferendæ ſententiæ, tunc enim illa non eſt legitima, neque debet admitti: Franc.in c.cum ſpeciali. concluſ 2. de appellat. Ferret.
23 conſ.66.num.4.cum ſeq.lib.1.† Maximè quia non erat

mus in his, quæ eſſent commiſſa arbitrio Iudicis, cum immo per eum eſſet procedendum, provt de jure, vnde non admittitur recuſatio, quaſi tunc recuſans habeat in promptu remedium appellationis: Ferrer. *conſi.* 66. per doctrinam Gemin. *in c. ſi iudex. in fin. de offic. delegat. in* 6. Lancellott. *dict. c.* 6. *num.* 51.

Inſuper hujuſmodi ſententia Iudicis nulliter recuſati
24 eſt adeo juſta ob rationes ſuperius adductas, † vt non mereatur circumſcribi, ſed potius confirmari, quod conceditur, quamvis etiam fuiſſent probatæ cauſæ ſuſpicionis, Vnde multò magis in caſo noſtro, in quo de eis non conſtat, vt dictum eſt: Alex. *conſi.* 67. *viſo themate. ad med. lib.* 9 Prob. ad Monach. *in c. iudex. num.* 3. *de offic. delegat. in* 6. Chiſſanen. *deciſ.* 77 Lancellott. *d. c.* 6. *nu.* 53.

Nec obſtat, quod Signatura mandauerit deputari alium Iudicem in locum primi allegati ſuſpecti per DD. de Donatis, Vnde etiam modò idem eſſet faciendum ad fauorem aduerſarij per regulam quod
25 quiſque jur. † Quia illa non procedit, quando adeſt diuerſa ratio, provt eſt in caſu noſtro, Nam ſtatim idem primus Iudex poſt recuſationem relaxauit mandatum, abſque vlla cognitione cauſarum ſuſpicionis, ſed Iudex noſter abſtinuit, donec de illis cognoſceretur coram Auditore Cameræ, per quem fuit remiſſa cognitio eidem ob injuſtam ſuſpicionem allegatam, per quam non impeditur recuſatus ſententiam proferre: Lap *alleg.* 1. *num* 6 Franc. Marc. *deciſ.* 705. *nu* 2 *par.* 1. Rebuff. *de recuſat. iudic. art.* 6. *gloſ.* 1. *nu.* 7. cum aliis ſupra adductis *num.* 21. Et ita ex prædictis non ſolum fuit denegatum circumſcribi ſententiam, ſed poſtea ſuperuenit confirmatio illius tanquam ritè, & rectè latæ.

EPITOME.

Legitima an ſit relinquenda filio, parentibus, & patrono titulo honorabili inſtitutionis tam in teſtamento ſolemni, quam condito jure ſpeciali. ¶ Et quid de jure canonico, & quando adeſt clauſula *omni meliori modo.* ¶ Titulus inſtitutionis an poſſit exprimi per verba æquipollentia. ¶ Teſtamentum matris propter præteritionem an ſit nullum; ſicut eſt illud patris. ¶ Legatarij & tertij poſſeſſores, quando ſint conueniendi pro legitima, ſiue ejus ſupplemento, & fructibus ¶ Mulier per tranſitum ad ſecunda vota an ſtatim amittat omnia ſuperlucrata per mortem viri. ¶ Et quid in patre ſecundo nubente. ¶ Et in dote lucrata vigore ſtatuti. ¶ Siue contrahantur ſecundæ nuptiæ ante, vel poſt ſucceſſionem. ¶ In calculanda legitima an attendatur illud, quod vxor reliquit ſecundo viro, & ejus filiis, vel potius detractio ſit prius facienda. ¶ Et quid in legato vſusfructus, & alimentorum. ¶ Lucrum debitum filiæ propter tranſitum matris ad ſecunda vota an imputetur in legitimam ¶ Et quid in eo quod relinquitur ipſi filiæ per eandem matrem. ¶ Legatum vſusfructus, & alimentorum, quomodo ſit æſtimandum. ¶ Teſtamentum propter præteritionem filij an ſit nullum ipſo jure vel requiratur, vt ipſe dicat de nullitate. ¶ Vitium inuiſibile an impediat immiſſionem ex remedio *l fin. Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.* ¶ Et quid ſi probetur incontinenti. ¶ Filiæ præteritæ excluſæ per ſtatutum Vrbis an poſſint allegare nullitatem teſtamenti, tam ſi excluſio eſt ad fauorem agnationis, quam ſi illa eſſet ob inſtitutionem factam de extraneis. ¶ Et quid ſi filij maſculi ſint in aliquo inſtituti. ¶ Statutum Vrbis *cap.* 141. *&* 145 *lib.* 1. an emanauerit ſolum propter fauorem agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt relinquenda filio titulo honorabili inſtitutionis, etiam de iure canonico propter ius accreſcendi, quod ipſe habet in hæreditate. nu.* 2. *Amplia in teſtamento tam ſolemni, quam condito iure ſpeciali numero* 3.

4 *Legitima parentum ſicut patroni non eſt relinquenda titulo inſtitutionis, ſed ſufficit quilibet titulus. Contrarium in parentibus eſt verius. num.* 5. *&* 6.

7 *Aſcendentium & deſcendentium legitima eſt æquiparata.*

8 *Teſtamentum, in quo adeſt clauſula,* omni meliori modo *ſuſtinetur, quamvis in eo non ſit rel*[illegible] *in legitima titulo inſtitutionis. num* 9 *&* 11.

10 *Accedens videtur velle, qui vult conſequens.*

12 *Titulus inſtitutionis in legitima cenſetur ex*[illegible] *per verba æquipollentia.*

13 *Teſtamentum matris propter præteritionem fil*[illegible] *non eſt nullum, ſicut eſt illud patris.*

14 *Præteritio matris, & linea materna habetur pro exhæredatione.*

15 *Conditio ex lege in rem ſcripta datur pro ſupplemento legitimæ.*

16 *Pro ſupplemento legitimæ prius agendum eſt contra hæredes, poſtea contra legatarios, & tertios poſſeſſores, ſi illius ſolutio non poteſt fieri in bonis hæreditariis.*

17 *Fructus legitimæ, & eius ſupplementi debentur filio à tempore mortis etiam nulla facta interpellatione.*

18 *Legitima reÿcit omne onus, & grauamen, immo etiam omnem conditionem honeſtam, & fauorabilem filio n.* 19. *&* 20.

21 *Mulier per tranſitum ad ſecunda vota ſtatim amittit omnia ſuperlucrata per mortem viri. Idem in patre ſecundo nubente, cui ſunt communes pœnæ vxoris tranſeuntis ad ſecundas nuptias. num.* 22. *ſiue contrahantur ante ſucceſſionem, ſiue poſt. num.* 23.

24 *Dos lucrata vigore ſtatuti amittitur per ſecundas nuptias.*

25 *Dos conſtituta à marito reſeruatur filiis.*

26 *Delinquens contra matrimonium debet priuari omni lucro ab eo proueniente.*

27 *In calculanda legitima, & eius ſupplemento non attenditur, quod vxor reliquit ſecundo viro, eiuſq. eius filiis, ideo illius detractio eſt prius facienda. Amplia etiam in legato vſusfructus, & alimentorum. num.* 18 30 *&* 31.

29 *Legatum vſusfructus æſtimatur ſecundum diſpoſitionem.* l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.

32 *Lucrum debitum filiæ propter tranſitum matris ad ſecunda vota non imputatur in legitimam, imputabitur tamen illud, quod fuit relictum per dictam matrem eidem filiæ. num.* 33.

34 *Teſtamentum propter præteritionem filij non eſt nullum ipſo iure, ſed requiritur, vt filius præteritus dicat de nullitate. Contrarium eſt verius. nu.* 36. 40. *&* 41.

35 *Vetus teſtamentum matris prætereuntis filiam ab ea comprobatum propter honorem, & reuerentiam eidem matri debitam.*

37 *Hæreditas patris debetur filio iure diuino, naturali, & humano.*

38 *Dominium bonorum patris continuatur in filium iure ſtatutis. num* 39.

42 *Vitium inuiſibile non impedit immiſſionem ex remedio* l. fin.

l.fin.C.de edict. diu.Adrian.tollend. *ſecus quando incontinenti probatur.n.43 44.45.49.50.& 52.*
46 *Dolus arguitur in petente illud, quod debet reſtituere.*
47 *Lex non admittit inanes circuitus.*
48 *Inter coniunctos proceditur de bono,& æquo.*
52 *Falsa præterita excluſa per ſtatutum Vrbis non poſſunt allegare nullitatem teſtamenti,quando tamen excluſio eſt ad fauorem agnationis, ſecus illa ceſſante ob inſtitutionem factam de extraneis.nu.45. Amplia quamuis filij maſculi ſint in aliquo inſtituti. numer. 56. & 58.*
53 *Statutum vrbis* c.141.& 145.lib.1. *emanauit ſolum ob fauorem agnationis.*
55 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
57 *Indiſtinctus modus loquendi ſtatuti denotat indiſtinctam mentem ſtatuentium.*
59 *Expreſſio caſus magis frequentis non excludit alium minus frequentem,ſi adeſt eadem ratio.*

CAPVT DCCII.

AD probandum, quod teſtamentum exhibitum in cauſa Vibeuetana ſucceſſionis ſubjaceret vitio nullitatis, allegabatur, quod per matrem fuit relicta Chriſtophoræ filiæ medietas dotis poſt obitum viri hæredis inſtituti in vſufructu omnium bonorum, abſque honorabili titulo inſtitu-
1 tionis, prout † erat neceſſarium, ad hoc, vt teſtamentum valeret,cum non ſufficiat relinquere aliquid filio titulo legati, donationis, ſeu alio, quam inſtitutionis,§. *aliud quoque capitulum*.vbi Gloſſ.*in verb.præterire.auth.vt cum de appellat.cognoſcit. & in cap.ſi pater.in verb.inſtituit.de teſtam.in 6.*Alex.*in leg. inter cætera.nu.2.in fin ff.de liberis & poſthum.*Gomeſ. *lib.1.var.reſolut.c.11.num.1.&* 2. Ludou.Molin.*de*
2 *primogenit.Hiſpanor.lib.2.c.15.num.15.*† Quod etiam procedit de jure canonico, cum hæc ſolemnitas ſit introducta ad commodum, & fauorem filiorum, quia eſt titulus honorabilior, & vtilior propter jus accreſcendi,quod habet filius in hæreditate:Bart.*in auth.nouiſſima num 1.C.de inoffic.teſtam.& in leg. quoties.C.de hæred.inſtituen.*ideo neque in teſtamẽto inter liberos talis ſolemnitas cenſetur remiſſa, vnde indiſtinctè debet apponi, ſiue ſimus in teſtamento
3 ſolemniter condito de jure communi, † ſiue in teſtamento imperfecto de jure ſpeciali, vt latiſſimè multis rationibus, & auctoritatibus comprobat, & de veriſſima opinione teſtatur Magdalen *de numer. teſt.in teſtament. requiſit.c.16.num.57.vſque ad 80.fol.* 179 cum aliis per Surd. *de alim.tit.9.quæſt.21.num.2. 3.& 4.*

Contraria autem procedunt in legitima debita parentibus, in qua non eſt opus, vt illa eis relinquatur
4 jure inſtitutionis, † cum ſufficiat, vt quocumque relicti titulo detur,exemplo patroni, qui æquiparatur parenti, vt in ſpecie concludit Bart. *in authen. nouiſſima. num. 4. Cod. de inoffic.teſtam.* juxta Gloſſ. *in l.2.§.2.ff.ſi quid in fraud.patron.* Idem Bart. *in leg. ſiue libertus.§. excluditur.ff. de iurepatronat.* Quam-
5 vis † contraria opinio etiam ſit verior, vt parentibus quoque ſit relinquenda legitima honorabili titulo inſtitutionis, nam aliàs teſtamentum erit
6 nullum, † cum illis magis debeatur, quam patrono, *leg.ſi quis legatum ff.ad leg.falcid.* prout ita in terminis aduerſus Bart.concludit Bald.*in l. 1. ff de bonor. poſ. contra tabul. & in l. 1. ante fin. Cod. de bonorum poſſeſſ contr.tabul.libert.quæ patron. liberiſque eor. dat.* Addit.ad Bart.*in dict. auth. nouiſſima. in verb. legitimam.* & latè Fabian. de Giocch. *in repet. dict. auth. nouiſſima.nu.202.C. de inoffic.teſtam.vol 7.fol.154.* per text. *in §.aliud quoque capitulum§.ſic autem hæc non fuerint obſeruata & § cæterum.*& ibi Iacob.de Beluiſ. *auth.vt cum de appellat.cognoſcit.& §.1.auth.de trient. & ſemiſſ.*Imol.*in l.1 §.ſi ex fundo & in leg. his verbis.*
7 *ff de hæredib. inſtituen.* Aret. *in §. igitur quartam. inſtit.de inoffic.teſtam.*† Cum filij, & parentes ſint correlatiui,& major honor debeatur parentibus, quam filiis, & æqualitas ſeruanda eſt in ſucceſſionibus, & facta eſt æquiparatio legitimæ deſcendentium, & aſcendentium, & ex aliis rationibus, de quibus Fabian.*in dict.auth.nouiſſima.num.*203 & 204 *C.de inoffic.teſtam.*

Crederem tamen poſſe rectius omitti iſtud caput nullitatis teſtamenti propter defectum tituli inſtitutionis, cum ſimus in teſtamento, in quo adeſt clauſula, *& omni alio meliori modo*, cujus natura, &
8 virtus eſt, vt diſpoſitio † quæ non poteſt valere ſecundum verba expreſſa,ſuſtineatur juxta verba,quę congruentius exprimi potuiſſent,& per conſequens ſubintelligeretur titulus inſtitutionis: Bald. *in leg. quoties.numer.3.Cod de hæredib.inſtituen.*& latè multos adducens teſtatur de magis communi Card. Mant.*de coniectur. vlt.volunt.lib 3.tit.14.num.11.fol.* 49. & ſequitur Rot. coram R. P. D. Vbaldo Viterbien.ſeu Romana pecuniaria.28 Februar.1614 quæ eſt *deciſ.368 num.1 par.1. in recentioribus.* cum aliis per Magdalen. *de numer. teſtium in teſtament. requi-*
9 *ſit.c.16.nu.81.& 96.vſque ad 124.* Satis † enim videtur conſtare de mente teſtatoris, quod voluit valere teſtamentum omni meliori modo, quo poteſt apponendo iſtam clauſulam, quia per conſequens vult,quod relictum filio ſit jure inſtitutionis,quamvis non ſit expreſſum, cum aliàs teſtamentum vale-
10 re non poſſet, † qui enim vult conſequens cenſetur velle omne antecedens neceſſarium, *l. 2. de iuriſd. omn.iudic.* Bart. *in leg. quamuis. Cod. de fideicommiſſ.*
11 † & ita in propoſito arguit Aym. *conſ 75. numer. 2.* Caſtr.*in auth. vnde ſi parens.num 4 Cod. de inoffic.teſtam.* Alex. *conſ.50 num. 12.lib.7.* Maximè quia non omnes teſtatores, & notarij ſciunt proferre titulum
12 inſtitutionis, † vnde ſufficit, quod ſint talia verba, quæ poſſint ad hunc ſenſum inſtitutionis trahi, & adaptari,ſtante præſertim qualitate perſonarum,de qua in caſu noſtro, vt per Magdalen.*dict.cap.16.nu. 113.& 114.* poſt Bald.*conſ.30.lib.5. & in leg quoties. numer.3. Cod. de hæred.inſtituen.*Caſtr.*in auth.vnde ſi*
13 *parens.num.4.Cod. de inoffic.teſtam.* † Cum etiam teſtamentum matris non ſit nullum propter præteritionem filij,prout illud patris,tamquam dominium bonorum matris non continuetur in filium, ſicut continuatur dominium bonorum paternorum, prout in ſpecie ob iſtam rationem concludit Gomeſ. *var. reſolut.tom.1.cap.11. de ſucceſſion. controu. teſtam.* 95. *col. 2. verſ. & ex hoc corellario infertur. fol. 95.*
14 Iaſ.*in l.in ſuis.n.43.ff. de liber.& poſthum.*† vbi quod præteritio matris, vel lineæ maternæ habetur pro exhæredatione, ideo non redditur teſtamentum nullum,ſed datur querela inofficioſi teſtamenti, §. *mater.inſtit.de exhæredat.liberor.*

Omiſſis igitur prædictis videndum eſt, quid Chriſtophoræ debeatur, & quidem dandum eſt ei ſupplementum legitimæ, cum enim mater ſolum illi reliquerit medietatem dotis ſuæ, & appareat,
15 quod vltra dotem habet alia bona,debet † ſuppleri legitima ex dict.bonis, cum pro illius ſupplemento

comperat condictio ex lege in rem ſcripta, tam-
quam debeatur de ſubſtantia bonorum ipſius teſta-
toris, ideò dicitur onus reale: Bart. *in leg. in quartam*
col penult. poſt med. ff ad leg. falcid. Corn *conſi.* 148. &
conſ. 289. *col.* 5. *in* 2 *dub. lib.* 4 Aym. *conſ.* 109. Surd. *de*
aliment. tit. 3. *qu.* 2. *num.* 31. & *conſ.* 148. *num.* 9. *lib.* 1.
16 † vbi quod prius agendum eſt contra hæredes ad
tale ſupplementum tamquam ad illud obligatos, &
ſi contra hæredes integrum ſupplementum non po-
teſt haberi, vel quia hæreditas eſt exhauſta legatis,
vel quia hæredes inuentarium confecerunt, tunc re-
curritur ad legatarios, & tertios poſſeſſores: Dec.
conſ. 633. *n.* 1. Ang. *in leg. papianus,* §. *ſi conditioni. verſ.*
ad ipſum autem ſupplementum, de inoffic. teſtam. Salic.
in leg. ſi quis filium, in fin. Cod. eod. tit. Natt. *conſi.* 200.
num. 7. & 8 Roland. *conſi.* 12 *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de*
arbitr. caſ. 163. *num.* 20. Iaſ. *in leg. filium quem haben-*
tem, num. 17. *Cod. famil. erciſcund.* Cuccus *de legitim.*
verſ. ex ſubſtantia, num. 5. poſt Bald. *in rubr. ff. de rer.*
diuiſ. col. 1. *verſ ſed pone.* Vaſq *de ſucceſſ creat.* §. 10. *nn.*
27 390. & 414. † Et vltra ſupplementum legitimæ, ha-
bebit etiam filia fructus, qui debentur tam ex legi-
tima, quàm ex ſupplemento à tempore mortis ma-
tris etiam nulla facta interpellatione: Natt. *conſi.* 156.
num. 7. *vſque ad* 13. Cucc. *de legitim.* § *cuius portionis*
vſusfructu, num. 10. *fol.* 322 cum aliis quos late adduxi
ſupr. c. 168.

Et quamvis mater reliquerit filiæ medietatem ſuæ do-
tis poſt obitum viri, quem fecit vſufructuarium
omnium bonorum, Tamen nihil operatur iſta di-
18 ſpoſitio teſtatoris, † cum ei non liceat minuere le-
gitimam, neque aliquod onus apponere, aut ſolutio-
nem differre, ideo talis prohibitio rejicitur, §. *hæc*
autem, verſ. cæterum auth. vt cum de appell. cognoſcit.
Bald. *in l. omnimodo, in prin. col* 2. & ibi Ang *num.* 3.
Salic. *num.* 8. Caſtr. *col fin. C. de inofficioſ. teſtam.* Surd.
19 *conſ.* 191. *numer.* 17. *lib.* 2. vbi † ampliat procedere,
quamvis filius acceptaret legatum factum à patre
cum ſimili prohibitione, tamquam illa ſit nulla, &
habeatur pro non appoſita: Bald. *in leg. ſi quando.* §.
generaliter, num. 1. *Cod. de inoffic. teſtam.* Ruin. *conſi.* 60.
num. 4. *lib.* 1. Natt. *conſi* 255 *nu.* 3. Roland. *conſ.* 78 *n.* 5.
& 13 *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 95. *num.* 7. Menoch. *conſi* 71.
20 *per tot.* Bero. *conſi.* 93 *n.* 54. *lib* 2. Et paſſim † admitti-
tur, vt in legitima nullum grauamen poſſit apponi,
rejectis omnibus conditionibus, omnique mora, &
modo poſtpoſito, cum ſemper illam integram, im-
minutam, & omni ex parte immunem, præſentem,
& repræſentatam filius recipiat, adeò vt omnis
conditio etiam honeſta, & fauorabilis de legitima
rejiciatur, etiam ſi cum cauſa pia cerneretur, late Cuc-
cus *de legitima in verb. nec vſufructu defraudari, num.*
1. & 2 *fol.* 330.

Item reſtituendum erit Chriſtophoræ omne illud,
quod Mater acquiſiuit ex primo matrimonio vna
21 cum fructibus † perceptis per eam, dum vixit, &
per Bernardinum ſecundum virum hæredem inſti-
tutum poſt ejuſdem matris obitum, nam ſtatim,
quod tranſiuit ad ſecundas nuptias, amiſit quod
fuit ſuperlucrata per mortem primi viri juxta di-
ſpoſitionem *leg. fœmina,* §. *illud. Cod. de ſecund. nupt.* &
leg. generaliter, Cod. eod. tit. Gloſſ. *in* §. *hinc nos in verb.*
v'um. vbi Ang. *auth. de nupt.* Fulgoſ. *conſil* 49. *col.* 2. *in*
fin. & *conſi.* 63. *col.* 4. Oldrad. *conſi.* 33. *quæſt.* 2. Grat.
conſi. 35. *col.* 2. *lib.* 1. Gabr. *de ſecund. nupt. concluſ.* 1.
numer. 1. & 2. & *concluſ.* 3. *in princ.* & ſequitur Rot.
coram R. P. D. Litta Beneuentana hæreditatis. 20.
Iunij. 1594. & coram R. P. D. Buratto Romana hæ-
reditatis & paragij dotis. 1. Decembris 1614. quæ
22 eſt *deciſ.* 638. *particula* 1. *in recentioribus.* † vbi am-
pliat etiam ad patrem ſecundo nubentem, cum pœ-
næ ſecundo nubentium ſint communes tam maſcu-
lis, quàm fœminis, & ſic comprehendunt vtroſque
parentes: Roland. *conſi.* 95 *numer.* 9. *lib.* 1. Gabr. *de*
23 *ſecund. nupt. concluſ.* 7. † ſiue juſtæ ſecundæ nuptiæ
contrahantur ante ſucceſſionem, ſiue poſt. Ruin.
qui de communi *conſi* 20. *num.* 4. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.*
75 *num.* 4. Thob. *conſi.* 74. *num.* 2. Caſtil. *de vſufruct.*
cap. 2. *num.* 15. Rot. *d. deciſ.* 638. *part.* 1. *nu.* 3. & 4. *in*
recentiorib. vbi extenditur etiam ad dotem lucratam
24 vigore ſtatuti; † quæ etiam amittitur ob iſtas ſecun-
das nuptias: Bald. *in l. generaliter.* § *illud C. de ſecund.*
nupt. & *in auth. ex teſtamento in fin. C. eod. tit.* Boer. *dec.*
185. *nu* 8. & 9 Surd *conſ.* 196 *nu.* 35. *lib.* 2 & *conſi.* 164.
25 *n.* 20. & 21. *eod lib.* † vbi ampliat in dote conſtituta
à marito, quæ reſeruatur filiis: Caſtr. *conſi.* 149. &
150 *lib.* 2. Rip. *in l. fœmina. num.* 50. *C. de ſecund. nupt.*
Cum enim quis delinquit contra matrimonium,
26 † debet priuari omni lucro ab eo prouenienti:
Bald. *in dict. auth. ex teſtamento n.* 6. *C de ſecund. nupt.*
Roland. *de lucr. dot. q* 86. *per tot.* Phanuc. *eod. tit.* §. 8.
n. 13. Albert. *conſi.* 68. *num.* 4.

In calculanda autem dicta legitima, & ejus ſupple-
mento, non debet attendi, quod relictum eſt ſecun-
27 do viro, & filiis ſecundi matrimonij, † cum mater
non poſſit in ea præjudicare liberis primi viri, & ſic
erit prius detrahenda dicta legitima. Aym. *conſi.* 193.
nu. 11. & *conſ.* 142. *nu.* 4 poſt Caſtr. *in auth. vnde ſi pa-*
rens. C. de inoffic. teſtam. nu. Dec. *conſi.* 245. *requiſitus ab*
illuſtri. num. 2. *ad med.*

Et licèt ſecundo marito fuerit ſolum per matrem re-
28 lictus vſusfructus, † Tamen neque ex dicta
cauſa vſusfructus permittitur vxori relinquere plus
quàm vni ex filiis primi matrimonij, cui minus
dedit, cum diſpoſitio *leg. hac edictali. Cod. de ſecund.*
nupt. indiſtinctè loquatur, ideò comprehendet
29 etiam legatum vſusfructus, † qui æſtimari debet
juxta diſpoſitionem *leg. hæreditatum, ff. ad legem*
falcid. & ſi facta computatione ætatis, plus reper-
iatur relictum ſecundo viro, quam filiis primi ma-
trimonij fiet defalcatio ſecundum terminos *dict.*
leg. hac edictali. vt in ſpecie ita notat ibid Bertrand.
verſic. ita tamen numer. 4. Aym. *conſil.* 194. *numer.* 4.
verſic. quarto iſta quæſtio. Surd. *de aliment. tit.* 9 *quæſt.*
9. *num.* 4.

Quæ etiam procedunt non ſolum ſi relinquatur vſus-
fructus ſecundo viro, ſed etiam in alimentis eidem
30 relictis, † quæ licèt ſint fauorabilia, tamen major
eſt fauor filiorum, qui præponderat etiam piæ cau-
ſæ, *cap. quicumque* 17. *quæſt.* 4. Rip *in leg ex facto.* § *ſi*
31 *quis rogatus.* ſt't. *numero* 41. *ff. ad Trebellian.* † Vnde
magis eſt conſulendum filiis, quibus debentur ali-
menta ex neceſſitate, quæ tamen non ſunt ita debi-
ta nouercæ, vel vitrico, ita in ſpecie concludit Aym.
conſi 194. *numer.* 3. & 4. quem ſequitur Gabr. *de ſe-*
cund. nupt. concluſ. 4. *numer.* 50. Surd. *de aliment. tit.* 9.
qu. 9. *num.* 2. & 12.

Addendum eſt etiam, quod illud, quod debetur Chri-
ſtophoræ filiæ propter tranſitum matris ad ſecun-
da vota, vt dictum eſt ſupra *verſ. item reſtituendum,*
32 *numer.* 21. † non imputatur in legitimam, quia tale
lucrum eſt illi debitum vltra legitimam, cum iſta
ſint duo jura, quæ non confunduntur ad inuicem,
ſed ex diuerſo jure procedunt, prout latè de ve-
riori

riori opinione, & magis communi teſtatur Dec.
conſi.245.requiſitus ab illuſtri.numer.3. poſt Ang. *in §.
optime.in fin.auth.de nupt.* Bald. *in l.hac edictali verſ.
modo ſuper iſto.C.de ſecund.nupt.& conſi.22. quedam
domina Nicolina.ante fin.lib.5.* Bart. & Caſtr. *in l.1.
C.de inoffic.dotib.* Fulgoſ. *conſi.96. Antonius tranſiens.
col 2.& conſi.89.domina Catherina.col.2.* Socin. *conſi.
35. num. 19. lib. 4.* Quidquid contrarium ſequatur
33 Alexand. *conſi.158.num.8.lib.5.* Gabr. *conſi.13.nu.24.
lib.2.* † Licèt autem tale lucrum non imputetur, ni-
hilominus imputabitur illud, quod fuit relictum
per matrem eidem filio: Surd. *conſi.422.num.20. in
princ.& num.23.lib.3.*

Obſeruandum eſt tamen circa ea, quæ dicta ſunt de
nullitate teſtamenti propter præteritionem filio-
34 rum, quod ſunt hinc inde opiniones, † nam ſecun-
dum aliquos hujuſmodi teſtamentum non erit nul-
lum, niſi filius præteritus dederit de nullitate juxta
Gloſſ. *in leg. filio præterito. in verb. tuebitur.* & ibi
Imol. *num.3. verſ. item nota argumentum. ff. de iniuſt.
rupt.teſtam.* Iaſ. qui de communi *in l.poſthumo.nu.23.
C.de bonor. poſſ. contr. tabul.* & ita etiam tenuit Rot.
coram R.P.D. Sacrato Sutrina ſucceſſionis. 15. Maij
1604. cum aliis relatis per Benedict. *in c.Raynutius.
in verb.in eodem teſtamento relinquens.de teſtam.* latiſ-
ſime Tiraq. *in l.ſi vnquam.in verb.reuertatur. C. de
35 reuocand.donationibus.* vbi † etiam narrat vetus exé-
plum teſtamenti Ebutiæ, quæ alteram ex filiabus
hæredem tantum inſtituit, alteram præteriit, cum
tamen filia præterita noluerit cum ſorore conten-
dere, ſed potius ſanctius eſſe duxerit teſtamentum
matris patientia honorare, quod à Valerio relatum
eſt *lib.6.cap.* 8. cui titulus eſt *de teſtamentis quæ rata
manſerunt.*

Verùm aliis placuit contraria ſententia affirmatiua,
quod teſtamentum, in quo filius in poteſtate fuit
36 præteritus, † ſit ipſo jure nullum, quamvis ipſe fi-
lius taceat, & illud non impugnet, provt illam te-
nent magis communiter Doctores *in d. l. poſthumo.*
vbi Alex. *num.16.* Dec. *num.9.* Zuccard. *num.91.* Ri-
minald. *nu.5.* Curt. Iun. *n.45. cum ſeq. C. de bonorum
poſſ.contra tabul.* Ang. Arer. *conſi.103.num.33.* Gomeſ.
*var.reſolut.tom.1.cap. 11. de ſucceſſ. contra teſtament.
37 n.1.* vbi quod eſt ipſo jure nullum, cum † hæreditas
patris ab inteſtato ſit debita filio omni jure natu-
rali, diuino, & humano. vnde pro forma filius eſt
inſtituendus juxta *l.inter cætera.ff.de liber. & poſth.l.
gallus.eod.tit.l.maximum vitium. Cod. de liber.præter.*
38 † Cum etiam ratione ſuitatis dominium bonorum
patris ſaltem impropriè ſit apud filium viuente pa-
tre, & poſt mortem ex legis diſpoſitione im-
mediatè continuetur in filium, *leg.in ſuis.ff.de liber.
39 & poſthum.* † Vnde pater non poteſt alium inſtitue-
re, & in eum talia bona transferre, niſi prius priuet
filium illo dominio mediante exhæredatione, quia
alias eſſet teſtari de rebus alienis, quod non per-
mittitur *leg.fin.Cod.de hæredib.inſtituend.auth.ingreſ-
40 ſi,Cod.de ſacroſanct.eccleſ.* Gomeſ. *d.c.11.num.1.* † &
hanc opinionem magis receptam eſſe latè teſtatur
Benedict. *in dict.cap.Raynutius.in verb.in eodem teſta-
mento relinquens.il 1.num.93.cum ſeq.de teſtam.* Clar.
*in §.teſtamentum. quæſt. 43. numer. 4. verſ. ſucceſſiuè
quæro.* Craſſ. *eod.§.quæſt.48.nu.2.ad med.* Boer. *deciſ.
96.nu.1.* Vaſq. *de ſucceſſ.creat.§.30.nu.109.& de ſuc-
ceſſ.reſolut.§.7.num.1.& 3.* Turzan. *in collectan. com-
mun.opin.nu.95.* Imol. *in l.filio præterito.num 52.ff. de
iniuſt.rupt.teſtament.* Ang. *in §.emancipatos.inſtit. de
exhæredat.liberor.* & latius *in rep. et.l. illud ff. de bono-
41 rum poſſ. contra tabul.* † provt etiam hanc opinio-
nem eſſe magis communem, reprobata contraria,
teſtatur Rot. corã R.P.D. Sacrato Romana de Ma-
reſcottis ſuper hæreditate Iuliæ 14. Decẽbris 1615.
Qua nullitate ſtante eſt deneganda immiſſio hæredi
inſtituto in hujuſmodi teſtamento nulliter condito,
42 † quàvis enim vitiũ inuiſibile non ſoleat impedire
immiſſionem in remedio *leg. fin. Cod. de edict. diui
Adrian. tollend.* Tamen hoc habet locum quotieſ-
43 cumque vitium eget altiori indagine, † ſecus quan-
do incontinenti probatur, tunc enim hoc vitium
etiam inuiſibile admittitur tanquam fiat viſibile per
euidentiam rei, cum in quolibet judicio admittatur
exceptio incontinenti probata, Etenim quod eſt
euidenter nullum non poteſt parere aliquem effe-
ctum, *cap.non præſtat. de regul.iur.in 6. cap. vides 10.
diſtinct.* & in ſpecie concludit Bero. *conſi. 118. num.
25.& 26.lib.2.* poſt Bart. *in leg. quamdiu.la 2.ff. de
44 acquir.hæredit.* † vbi quod donec teſtamentum po-
teſt dici nullum de jure ciuili, hæres ſcriptus, qui
jure directo vult ex teſtamento ſuccedere ipſi teſta-
tori, hæreditatem ex eo adire non poteſt, *leg. cum
45 quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred.* † & ita
etiam in terminis ſequendo Bero. concludit Rot.
coram R. P. D. Sacrato Romana de Mareſcottis ſu-
per hæreditate Iuliæ, 14. Decembris 1615. ob illam
rationem, quia in quolibet judicio etiam executi-
46 uo, & priuilegiato obſtat exceptio, † quæ inconti-
nenti docet de non jure agentis, & non videtur ca-
rere dolo, qui petit, quod ſtatim reſtituturus eſt,
*leg.dolo malo ff. de dol mal. & met.except.l.1.in princ.
ff.quor.legat.* Bart. *in leg ſi ſocer.§. Lucius num.2.ff. ſo-
47 lut. matrim.* † Et lex non admittit inanes circuitus
clem. auditor. de reſcript. Bald. *conſi. 100. in fin.lib.4.*
Tiraq. *de retract. conuent. ad fin.tit.numer.61.* Afflict.
deciſ.8.numero 4.in fin. Dec *conſi.408 num.8.* Præſer-
48 tim † quando ageretur inter ſanguine conjunctos,
inter quos debet procedi de bono & æquo magis
quam inter alios: Anchar. *conſi.159. rationes,num.1.
verſ.primo hoc colligitur.* Blanc. *de compromiſſ.quæſt.1.
49 nu. 3.* † Quamvis ſecundum alios verior ſit opinio,
quod licèt teſtamentum ob præteritionem filij ſit
ipſo jure nullum, tamen quo ad hoc ſaltem valeat,
vt hæres ſcriptus oſtendens tale teſtamentum inte-
grum, & perfectum in ſui forma ſit per Iudicem
immittendus in poſſeſſionem bonorum hæredita-
tis, non obſtante oppoſitione filij præteriti, cum
executio illius non debeat retardari, *l. 2.* Si com-
muniter Doctores *Cod.de edict.diui.Adria. tollend.*
Vaſq. *de ſucceſſ.reſolut. 7.num.3.* vbi quod omnes ita
tenent, provt etiam teſtatur Craſſ. *in §. teſtamentum.
50 quæſt. 48. in fin.* † Contraria autem opinio habebit
locum, quando incontinenti eſſet probata filia-
tio, cum omnibus aliis non requirentibus altio-
rem indaginem, provt in iſtis terminis etiam lo-
quitur Rot. coram R.P.D. Sacrato Romana de Ma-
reſcottis ſuper hæreditate Iuliæ 14. Decembris
51 1615. *verſ. nec mouit dominos.colum.2. in princ.* † vbi
præſupponitur filiatio notoria, & quod illam non
eſſet negaturus hæres ſcriptus in teſtamento nul-
lo.

Amplius prædicta procederent etiam in filiabus
præteritis, quæ licèt ſint excluſæ per ſtatutum
52 Vrbis *cap. 141. & 145. lib. 1.* † ob quam excluſio-
nem non poſſunt allegare nullitatem teſtamen-
ti: Alexand. *conſi.47.numer.9.lib.2.* Afflict. *deciſ.158.*

num. 6. cum aliis per Cardin. Seraphin. *deciſ.* 885.
numer. 1. Boer *deciſ.* 141. *numero* 9. Nihilominus
idem ſtatutum non excludit ſimpliciter fœminas,
ſed cauſatiuè hoc eſt ad fauorem agnationis, vt pa-
ret in dicto ſtatuto *cap.* 141. verſ. nec poſſint aliquid
petere ab hæredibus patris, vel aui de agnatione
etiam tranſuerſali, & in dicto *cap.* 145. verſ. ſi quis
deceſſerit inteſtatus relictis filiis maſculis, ſeu filio,
vel nepote ex filio maſculo ſibi præmortuo, &
verſ. dummodo frater germanus, ſiue patruus,
53 &c. † Et quod tale ſtatutum emanauerit ſolum
ad fauorem agnationis dixit Rot. *diuerſ. deciſ.* 142.
num. 3 *part.* 2. cum aliis late adductis coram R.P.D.
Sacrato Romana ſupplementi legitimæ. 28. Iunij
1613.

Quæ tamen ſunt intelligenda in caſu, in quo non fuiſ-
54 ſent inſtituti illi, † ad quorum fauorem ſtatutum
emanauit, nam ſi inſtituerentur extranei, ceſſaret ra-
tio agnationis per idem ſtatutum conſiderata, vn-
55 de etiam debet ceſſare ejus diſpoſitio, † *cap. cum
ceſſante. de appellationibus.* Tiraq *in tract. ceſſant. cauſ.
in princ. nu.* 11. & 12. & ita in ſpecie tenuit Rot. per
Cardin. Seraphin. *deciſ.* 885. *num.* 1. poſt Socin. *conſi.*
150. *num* 26. *lib.* 1. *& in l. gallus, §. & quid ſi tantum,
num.* 11. vbi Alex. *nu.* 11. *ff. de liber. & poſthum.* Bero. *in
cap. raynutius, numer.* 237. *de teſtam.* vbi de communi
Crot. *conſi.* 100. *num.* 9. Dec. *conſi.* 295. *in caſu propoſito
plura. numer.* 2. & 3. Pariſ. *conſi.* 62. *num.* 10. *lib.* 3. latè
Craſſ. *in §. teſtamentum qu.* 36. *num.* 8. *verſ. tertius ca-
ſus. fol.* 438. Rot. coram R. P. D. Sacrato Romana de
Marcſcottis ſuper hæreditate Iuliæ. 14. Decembris
56 1615. *ad fin.* † vbi ampliat procedere, quamvis filij
in aliquo inſtitui, quia hujuſmodi ſtatuta non ema-
narunt pro conſeruanda agnatione in vna tantum
parte bonorum, puta legitima, ſed pro conſeruan-
dis omnibus bonis, quod probatur ex modo indi-
57 ſtincto loquendi, † quo vtitur ſtatutum, quaſi ex
hoc denoteretur indiſtincta mens ſtatuentium, *leg.
de pretio.* 10. *ff. de public. in rem action. l.* 2. *§. contra-
ctuſ ff. de iudic.* Cum etiam non poſſit conſiderari ra-
tio, quare ſtatuentes voluerint excludere fœminas
propter extraneos non agnatos, etiam à parte bo-
58 norum paternorum, † prout in ſpecie de teſtamen-
to, in quo filij maſculi fuerunt inſtituti in legitima,
quod filia præterita poſſit rumpere teſtamentum
concluſum fuit per Rot. coram Cardin. Seraphin.
deciſ. 885. *numer.* 2. tanquam adſit eadem ratio pro-
59 pter generalitatem, † cum etiam propter expreſſio-
nem caſus magis frequentis non excludatur alius
minus frequens, vbi adeſt eadem ratio: Gloſſ. *in
auth. caſſa. in verb. per ſtatutum. C. de ſacroſanct. eccleſ.*
[illegible] *in clem.* [illegible] *verb. reſidentes, de reſcript.* Bellon. *conſ.*
[illegible] *num.* 6. Roland. *conſi.* 19. *num.* 5. *lib.* 3. Iaſ. *in l.* 1. *col.*
[illegible] Curt. Iun. *conſi.* 167. *in fin.*

EPITOME.

Conducens introitus lacus non habeat non ſo-
lum piſces, & alia quæcumque jura ipſius, ſed etiam
vſus nauium ad piſcandum, ſi locator illas habebat,
quamvis in conductione de eis nulla eſſet facta
mentio. ¶ Conceſſio fructuum prædij an idem im-
portet ac ſi concederetur jus vſusfructus. ¶ Et quid
in tali conceſſione veniat. ¶ Conductor omnium
fructuum an poſſit illos percipere propria auctori-
tate, vel de manu locatoris ¶ Ex qualitate pretij æ-
quiualentis, quando colligatur quod ſit vendita, ſeu
locata tota res, vel pars illius. ¶ Et quid in conceſ-
ſione emphyteuſis, in qua modica penſio ſoluitur
potius pro recognitione directi dominij, quam pro
compenſatione fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio fructuum prædij idem importat ac ſi concede-
retur ius vſusfructus, quod cedet commodo conducto-
ris, ad quem tranſit cultura, & cura eiuſdem prædij.
num* 5. 18 & 19.
2 *Conducens introitus lacus non ſolum habebit piſces, &
alia quæcumque iura ipſius, ſed etiam vſum nauium
ad piſcandum ſi locator illas habebat, quamvis in
conductione de eis nulla eſſet facta mentio.*
3 *Idem eſt relinquere hæreditatem, & vſumfructum, vel
ipſum ius, quod ex hæreditate ſeu ex vſufructu perci-
pitur. num.* 4.
6 *Conductor omnium fructuum poteſt illos propria aucto-
ritate percipere, non de manu locatoris.*
7 *Fructus dicuntur omnes res, quas fert fundus, & perti-
nent ad vſufructuarium. num.* 19.
8 *Conuentio probatur ex obſeruantia, quæ debet atten-di,
quamvis recederetur à proprietate verborum, nume-
ro* 9.
10 *Ex qualitate pretij æquiualentis colligitur an ſit lo-a-
ta. ſeu vendita tota res, vel pars. numer.* 11. 13. & 14.
Fallit in conceſſione emphyteuſis. nu. 15. & 17.
12 *Res præſumitur vendita iuſto pretio.*
16 *In emphyteuſi ſoluitur modica penſio pro recognitione
potius directi dominij, quàm pro compenſatione fru-
ctuum.*
20 *Reſeruatio & exceptio magis firmat conuentionem in
caſibus non exceptis.*

CAPVT DCCIII.

Locauit communitas omnes, & quoſcumque
ſuos introitus Antonio conductori pro quin-
que annis, ita vt habeat omnes fructus pro dicto
tempore, dando idem conductori poſſeſſionem
omnium prædictorum introituum, præter taxam
medici, & ſalis, quam ſibi reſeruauit, prout latius
in inſtrumento exhibito, Ex quibus verbis colligi-
tur, quod fuit facta cóceſſio fructuum, & reddituum
1 ſyluæ pro quinquennio, † quæ conceſſio idem im-
portat, ac ſi fuiſſet venditum, ſeu locatum jus vſuſ-
fructus eiuſdem ſyluæ, ita vt finito quinquennio
ipſum corpus ſyluæ ſit reſtituendum locatori; &
omne illud, quod fuit in fructu, redundauerit in
commodum, & vtilitatem conductoris tanquam
proprium ipſius, cum enim fructus ſint percipien-
di ab emptore, ſeu conductore ad eum tranſit
etiam cura, & cultura, vnde meritò intelligitur
conceſſum jus vſusfructus, *leg. cum ita legatum* 41. *ff.
de vſufr. legat.* Bart. *in l. cotem. §. qui maximos numer.* 9.
verſ. aliquando quis emit fructus alicuius fundi. & nu.
10. *verſ ſi verò omnes fructus. ff de public. & vectigalib.
& in diſput.* 4. *incip. publicanus. col. penult. in princ.
verſ. ſecundo videndum, numero* 3. Pariſ. *conſi.* 55. *nu.* 45.
vſque ad 48. *lib.* 3. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 6. *in vlt. notab C. de
verb ſignificat.* Bald. *in l.* 2. *in fin C. eod. tit.* Anan. *conſi.*
74. *viſis & ponderatis. in fin. num.* 3. Cardin. Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. tit. 18 *lib.* 4. *numer.* 19. & 20.
& concludunt omnes *in l. fundi Trebatiani* 38. vbi
Bart. *num.* 2. *ff. de vſufr. legat.*

Quare etiam ſi quis conduxerit, aut emerit ab ali-
qua vniuerſitate fructus, aut redditus, & introitus
2 lacus pro certo tempore, † non ſolum habebit
jus vſusfructus ejuſdem lacus, & faciet proprios
ſibi dictos redditus, & piſces, & alia quæcumque
jura ad illum pertinentia, ſed etiam ei debebitur
vſus

vſus nauium, ſi vniuerſitas habeat proprias naues
ad piſcandum, quæ etiam venient in conductio-
ne, quamuis de eis nulla eſſet facta mentio: Bald. in
l.2. in fin. C. de verborum ſignificationib Iaſ. in l.1. nu.6.
in vlt. notab. Cod. eod. tit. Rebuf. in l. publicum, 112. in fi.
verſ. 4. ſi comes vel alius. ff. eod. tit. de verb. ſign. per text.
in l. ſed addes, 21. §. illud. D. locat. l. item ſi fundi, 10. §.
ſeminarios, ff. de vſufru. Card. Mant. de tacit. & ambig.
conuent. lib. 4. tit. 8. nu. 31. Cæpoll. de ſeruit. ruſt. præd.
rubr. de lacu.

Et facit, quia idem eſt relinquere hæreditatem &
3 ipſum ius, † quod ex hæreditate percipitur, l. cogi,
16. § 1 ff. ad Trebell. & ſic idem erit concedere vſum-
fructum, & id quod ex vſufructu percipitur, prout
4 hanc æquiparationem facit † Bart. in l. fundi treba-
tiani, 38. nu. 2. ad fin. D. ad Trebell. vnde cum fuerint
conceſſi, & locati fructus, ac redditus, cenſebitur
ex prædictis conceſſum ius vſusfructus & per
conſequens omne illud, quod ex dicta ſylua colli-
5 gitur erit conductoris, † tanquam ſit in fructu &
proprium ipſius, l. item ſi fundi, 10. D. de vſufru. Boer.
deciſ. 51. num. 7. cum ſeq. & quoniam in caſu noſtro
omnes fructus ſunt locati, tunc etiam perceptio
6 fieri à conductore propria auctoritate, † abſque
eo quod percipiantur de manu locatoris: Bart. in l.
cotem ferro, §. qui maximos, nu. 10. in fin. de publican.
& vectigalib. Prout etiam hoc eſt expreſſum in ca-
pitulis, in quibus datur conductori poſſeſſio om-
nium reddituum, fructuum, & introituum, & pro-
uentuum communitatis, quæ omnia ſunt ſynony-
ma, & comprehendunt quæcumque ſpectant ad
7 fundum, † cum res omnes, quas fert fundus dican-
tur fructus, l. item ſi fundi, & l. arbores, ff. de vſufru. l. di-
uortio. § ſi vir. ff ſolut. matrim. cum aliis per Roderic.
de reddit. lib. 1. q. 1. nu. 2. cum ſeq. Menoch. conſ. 66.
nu. 1. vſque ad 12. lib. 1.

Quod comprobatur ex obſeruantia ſubſecuta, ſe-
cundum quam ſemper ſingulis annis fuerunt à
conductore fructus percepti libere, & abſque vl-
la contradictione Communitatis, nulla facta de-
ſcriptione, quæ quidem adhibita fuiſſet, ſi condu-
8 ctor teneretur ad illorum reſtitutionem. † Vnde
ex iſtis dicitur ſatis probata conuentio, l. ſed Iulia-
nus, §. proinde, D. ad macedonian. l. quædam ſunt, de reb.
dub. Aym. conſ. 94. nu. 8. Cephal. conſ. 347. num. 31.
Card. Mant. de tacit. & ambig. conuentionib. tit. 1. lib. 2.
9 nu. 5. & tit. 8. eod. lib. num. 10. † vbi etiam quod pro-
pter talem obſeruantiam ſubſecutam receditur à
propria verborum ſignificatione: Aym. conſ. 828. n.
11. Gabr. conſ. 66. nu. 4. & conſ. 76. nu. 12. lib. 2.

Accedat, quod penſio, quæ ſoluitur per conducto-
rem pro omnibus iſtis redditibus, eſt talis, vt poſ-
ſit ex ea colligi fuiſſe locatos iſtos redditus, vt fru-
10 ctus, † non autem vt capitale, nam alias multum
læderetur conductor, qui multo minus perciperet
de affictu, quam ſolueret pro penſione, vt præſup-
ponitur in facto, quo ſtante præſumentur locati
fructus propter iſtam qualitatem pretij æquiua-
lentis fructibus: Gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficieb. Ro-
man. conſ. 396. nu. 2. in fin. Bald. conſ. 410. col. 2. verſ. ad
hoc, li. 1. alias eſt conſ. 413. lib. 5. Card. Mant. de tacit. &
ambig. conuentionib. lib. 3. tit. 11. nu. 12. Alex. conſ. 222.
num. 4. & 5. lib. 6. Ang. in l. quidquid adſtringendæ, in
princ. ff. de verborum obligationib. Iaſ. in l. ſeruum filij, §.
eum qui chirographum, nu. 4. ff. de legat. 1.

Et paſſim ex quantitate pretij colligitur an ſit vendi-
ta tota res, vel pars, cum in dubio illa quantitas rei
11 præſumatur vendita, † quæ pretio correſpondet:
Alex. conſ. 48. nu. 5 & conſ. 68. nu. 9. lib. 5. & in l. diuor-
tio, §. 1. num. 7. ff. ſolut. matrim. Purpur. conſ. 344. nu. 6.
& conſ. 473. nu. 23. Roland. conſ. 82. num. 52. cum ſeq.
lib. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit.
9. nu. 11. vbi quod valor ipſius rei eſt optimus inter-
pres, & ita fieri debet interpretatio, vt res datæ æ-
quiualeant acceptis: Gabr. conſ. 168. n. 30. lib. 1. Ce-
12 phal. conſ. 505. num. 2. † Cum etiam res præſumatur
vendita iuſto pretio: Bart. in l. 1. ff. de ſuperficieb. & in
l. patronus, §. ſempronio, col. 2. verſ. fallit ſi ex coniecturis,
D. de leg. 2. Vnde ex tali pretio datur intelligi quid,
& quantum in venditione comprehenſum intelli-
gatur Bald conſil. 109. num. 1. libro 4. vbi ponit iſtam
coniecturam inter meliores: Aym. conſi. 301. nu. 6.
13 † vbi quod hæc eſt optima interpretatio: Couarr.
pract. quæſt. c. 3 nu. 3. verſ. hæc vero. Calcan. conſ. 27. nu.
10. Socim. conſ. 98. ad fin. lib. 1. cum aliis per Cardin.
Mant. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 9. num. 8.
cum ſeq. Rot. deciſ. 223. nu. 16. in fin. p. 2. in recentiorib.
poſt Surd. conſ. 151. nu. 7. lib. 2. vbi etiam quod veniet
14 feudum, † cum molendinis, & hominibus caſtri
venditi propter iſtam æquiualentiam pretij: Imol.
in l. 3. in fi. princ. D. de acquirend. poſſeſſ. Bald. conſ. 145.
num. 1. in fin lib. 3. Barbat. in cap. ex parte, col. 5. de feud.
Curt. Iun. eod. tit. part. 4. regul. 3. in princ. verſ. reſtat tamen,
in fin. Natt. conſ. 460. n. 13. Aym. conſ. 617. col. 1.

Quamuis in contractu emphyteuſis ex quantitate
penſionis non poſſet intelligi, quid & quantum
15 fuerit, † cum de natura rei emphyteoticæ ſit, quod
à principio concedatur pro certa pecuniæ quanti-
tate, atque etiam ſine ſolutione alicuius quanti-
tatis, & pro modica annua penſione, quæ magis
16 ſoluitur pro recognitione dominij directi, † quam
pro compenſatione fructuum. Bart. in l. ſi mihi &
tibi, nu 4. verſ. quandoque conceditur, ff de verb. oblig.
Bald & Salic. in l. 1. num. 3 Cod. de iur. emphyte. iuxta
Gloſſ. in auth. qui rem; Cod. de ſacroſanct. eccleſ. Vnde
cum res etiam magnæ æſtimationis ſit ſolita con-
17 cedi in emphyteuſim pro modica penſione, † non
poterit capi aliqua coniectura ex qualitate & quan-
titate ipſius, quid partes ſenſerint, & quid volue-
rint concedere: Ruin. conſ. 50. num. 18. lib. 1. Card.
Mantic. de tacit & ambig. conuent. lib. 3. tit. 11. n. 12.

Neque obſtat, quod iſtæ reſponſiones frumenti fue-
rint datæ tanquam capitale ad effectum illud mu-
tuandi colonis, & interim vtendi donec reſti-
18 tuatur in fine locationis. † Quia ex inſtrumento
contrarium colligitur, cum fuerint locati omnes
fructus, & redditus ſyluæ, quod ſignificat con-
ceſſionem iuris vſusfructus: Pariſ. conſil. 55. numero
19 45. lib. 3. cum aliis ſupra adductis num. 1. † Vnde
cum ſimus in vſufructuario, non poteſt conſide-
rari aliquod capitale, tanquam ad eum pertineant
omnes fructus, qui ex fundo colliguntur, l. item ſi
fundi. l. arbores, & l. vſufructu legato, 7. ff. de vſufruct.
Menoch. conſ. 66. num. 1. cum ſeq lib. 1. latè Caſtill. de
vſufruct. cap. 36. num. 11. Barboſ. in l. fructus, 7. num. 6.
cum ſeq. D. ſolut. matrim. Garz. de expenſ. & meliorat.
20 cap. 23. num. 1. & 2. Maximè; † quia in capitulis
omnia fuerunt conceſſa per communitatem con-
ductori, præter taxam medici, & ſalis, quæ reſer-
uatio, & exceptio magis firmat conuentionem in
caſibus non exceptis, l. tribunus, §. vlt. ff. de militar. te-
ſtam. l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. legat. Dec. conſi.

in 283.*col.2.in fin.& in l.1.n.22.ff.de reg.iur.*Tiraq.*de retract.conſurguit.ad fin.tit.n.*94. Menoch.*conſ.*4.*n.*23.*lib.*1.

EPITOME.

Per petitionem pretij quando dicatur approbata venditio etiam nulliter facta,ita vt non ſit locus remedio reintegrandæ poſſeſſionis. ¶ Et quid ſi petitio fiat in iudicio. ¶ Vel ſi non habuit effectum conſecutionis pretij. ¶ Vel quando fuit inualida. ¶ Seu impugnata, & poſtea ab impugnatione receſſum. ¶ Actus approbationis an requirat præſentiam partis. ¶ Poſſeſſio quãdo ſit nulliter capta ob non adimplementum conditionis. ¶ Et an illa præſumatur adimpleta, vel remiſſa ſtante ſcientia & patientia multorum annorum,ita vt non poſſit agi ſpolio. ¶ Et cui incumbat onus probandi non implementum dictæ conditionis. ¶ Et quando requiratur petitio implementi. ¶ Inſpectio proceſſus an ſufficiat ad probandum aliquid non interueniſſe. ¶ Poſſeſſio an amittatur ex actu nullo. ¶ Et quando præſumatur iure familiaritatis. ¶ Remedium ſpolij an detur contra poſſeſſorem cum titulo, & bona fide, & habentem cauſam etiam à poſſeſſore bonæ fidei. ¶ Mulier & minor an poſſint amittere poſſeſſionem abſque ſolemnitatibus ſtatuti. ¶ Et quid ſi per illud diſponeretur, vt traditio poſſeſſionis non valeret, tollendo etiam adminiſtrationem bonorum. ¶ Appellans quando habeatur pro non appellante, ſi renunciauit appellationi. ¶ Et quid ſi adſit contradictio partis appellatæ. ¶ Poſſeſſio an ſit amiſſa, ſi non acquiratur ei, in quem transfertur, vel iuxta eum modum, ad quem fuit reſtrictus animus transferentis. ¶ Exceptio proprij conſenſus an obſtet agẽti ſpolio in prophanis. ¶ Ratificans venditionem rei communis an poſſit recedere à ratificatione, ſi non habeat partem pretij ſibi ab emptore debiti. ¶ Filius an remoueatur à querela, ſi agnouit legatum ſibi in teſtamento relictum, quando illud non poteſt conſequi. ¶ Reſignans beneficium tanquam vacans, ſi verè non vacabat, an renunciauerit beneficio, quod prius canonicè obtinebat.

SVMMARIVM.

1 *Venditio etiam nulla dicitur approbata per petitionem pretij, n.26.47. & 48. maximè ſi fiat in iudicio, n.4. & 6. Fallit ſi petitio non habuit effectum conſecutionis pretij, n.30. Intellige vt nu 39. & 52.*

2 *Actio ſpolij excluditur, ſi prætendens poſſeſſionem antiquiorẽ approbet recentiorem cum titulo, & bona fide.*

3 *Scientia, & tolerantia diuturna poſſeſſionis excludit clandeſtinitatem illius.*

5 *Actus approbationis dependet à ſola voluntate approbãtis, & nullius præſentiam requirit.*

7 *Poſſeſſio eſt nulliter capta ob conditionem ſatiſdationis non impletam, ſi conſtat de illius petitione.*

8 *Patientia, & ſcientia multorum annorum facit præſumere implementũ conditionis, vel illius remiſſionem, ita vt ob iſtum defectum non poſſit agi ſpolio contra eum, qui ingreſſus eſt poſſeſſionem, quidquid alias talis actio daretur, n.9. & 10.*

11 *Traditio poſſeſſionis poteſt fieri ſub conditione.*

12 *Onus probandi incumbit neganti conditionem non impletam ſtante præſumptione implementi legis.*

13 *Factum probatur ex iuris præſumptione.*

14 *Inſpectio proceſſus quando ſufficiat ad probandum aliquid non interueniſſe. n. 15.*

16 *Ignorantia præſumitur in muliere.*

17 *Poſſeſſio amittitur etiam ex actu nullo, dummodo non ex defectu conſenſus, n.21.*

18 *Mulier, & minor poſſunt ſibi præiudicare in poſſeſſorio etiam abſque ſolemnitatibus ſtatuti, quamuis etiam per illud diſponeretur, quod traditio poſſeſſionis non valeret, nu.19. dummodo tamen non tolleretur adminiſtratio bonorum, nu. 20.*

22 *Idem iudicatur de actione competente ad rem, quod de ipſa re.*

23 *Solemnitas ſtatuti non requiritur in actibus iudicialibus mulierum.*

24 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam ſi illud deberet eſſe ſpeciale, nu. 25.*

27 *Poſſeſſio præſumitur iure familiaritatis ſtante communione, & patrimonio indiuiſo.*

28 *Remedium reintegrandæ poſſeſſionis non datur contra poſſeſſorem cum bona fide, & titulo, & habentem cauſam ab auctore bonæ fidei, nu.29.*

31 *Approbatio & renunciatio ſine effectu non præiudicat maximè ob culpam aduerſarij. nu.32.*

33 *Appellans redeundo ad Iudicem videtur renunciare appellationi, ſi ex aduerſo non contradicatur.*

34 *Acceptans beneficium tanquam vacans, ſi verè non vacabat, non dicitur renunciaſſe beneficio, quod prius canonicè obtinebat.*

35 *Filius remouetur à querela, ſi agnouit legatum ſibi teſtamento relictum ſi illud cum effectu habuerit.*

36 *Ratificans venditionem rei communis, ſi non habet partem pretij ab emptore debiti, non dicitur ratificaſſe.*

37 *Sequeſtrarius non debet ſtatim ſoluere, ſed ſe opponere, vt ſolutio non dicatur ſpontanea, & vt limitationem inducat, immo etiam tenetur appellare, n 38.*

40 *Impugnans actum non poteſt ſe ex illo iuuare, ſecus ſi in eo ſuccubuit, n.41.*

42 *Appellans habetur prò non appellante, ſi non proſequitur appellationem, n.43. Declara vt n.54.*

44 *Poſſeſſio non amittitur, niſi acquiratur ei, in quẽ transfertur, vel niſi iuxta eum modum, ad quem fuit reſtrictus animus transferentis. Diſtingue vt n.53.*

45 *Exceptio proprij conſenſus obeſt agenti ſpolio in prophanis, & n. 55.*

45 *Cadens à poſſeſſione facto proprio non poteſt agere ſpolio.*

49 *Actio competit creditori contra debitorem debitoris.*

50 *Poſſeſſio facilius perditur, quam dominium, & n.51.*

55 *Impugnatio ad vnum effectum non trahitur ad alium.*

CAPVT DCCIV.

RESTITVTIONI in integrum petitæ, & ſpolio intentato dicebam non eſſe locum in cauſa Romana reintegrationis. Conſtat enim per Corne-
1 liam fuiſſe ſequeſtratum, † & petitum pretium domus, de qua agimus, quod facit, vt cenſeatur approbata venditio, ita vt illi non poſſit contraueniri, *l. de lege*, 6. *ad fi.* vbi Gl. *in verb. accepiſſes, ff. de leg. cõmiſſor. l. poſt diem*, 7. *ff. eod. ti. l. commiſſoriè*, 4. *C. de pact.*
2 *inter emp. & vend.* Surd. *conſ.* 136. *nu.* 44. *lib.* 1. † Vnde ſtante huiuſmodi approbatione non ſuffragatur poſſeſſio antiquior eius, qui prætendit ſpoliũ, cum non poſſit dici, quod reus conuentus, qui recenter poſſidet cum titulo & bona fide, poſſideat à ſe clã, vel precariò, ſed palam, & apertè ex contractu per partem approbato, & per conſequens excluditur omnis actio ſpolij: Natt. *conſ.* 386. *num.* 2. *in fin. verſ. confirman-*

confirmentur præmiſſa Socin. in l. rem quæ nobis, qu. 7.
num. 16. poſt med. verſ. notabis tamen. ff. de acquir. poſſeſ.
Alex. conſ. 118. n. 2 ad med. verſ. item reſpondeo, lib. 2. &
conſ. 89. nu. 9. lib. 5. Ruin. conſ. 49. nu. 13. lib. 4. Pariſ.
conſ. 12. num. 9. lib. 4. Dec. conſ. 57. pro tenui facultate,
ante fin. verſ. & iſta opinio videtur omnino procedere
Neuizan. conſ. 68. nu. 10. & conſ. 79. nu. 12. Iaſ. conſ. 21.
colum. 1. poſt med. verſ. præterea cum dominus baro, lib. 3.
quidquid dubitet Menoch. de recuper. rem. 15. n. 403.
Cum etiam vltra dictam approbationem adſit ſcien-
3 tia, & tolerantia poſſeſſionis † Ioann. Angeli,
quem aduerſaria paſſa eſt poſſidere per ſpatium
viginti trium annorum, quod magis excludit ſpo-
lium, & clandeſtinitatem poſſeſſionis, cum tamen
ſola approbatio venditionis ſufficeret: Neuiz. conſ.
68. nu. 11. poſt Dec. in cap. licet cauſam, col. 8. de proba-
tion. & conſ. 400. viſo eleganti, nu. 7. & 8. Alexand. ad
Bart in l. ſi duo poſſideant, 3. in princ. in verb. ſunt æqua-
les, ante med. verſ. & hæc limita, D. vti poſſidet.
Et magis iſta approbatio venditionis debet exclu-
4 dere viam ſpolij, † quia eſt facta ipſimet emptori
ad Iudicem, coram quo fuit petitum pretium do-
mus, & illud ſequeſtratum, cum tamen ſufficeret,
5 quod approbaretur etiam abſente parte, † tan-
quam actus approbationis dependeat à ſola vo-
luntate approbantis, quo caſu nullius præſentia re-
quiritur Bart. in l. Pomponius, 16. colum. 3. in princ. verſ.
item ex eo quod pendet, ff. de negot. geſt. & in l. quo enim
6 12. num. 2. ff. rem ratam haber. † & in ſpecie ita con-
cludit Angl. in § ſi vero expreſſim, col. 3. ad med. num.
45. authent. de heredib. & falcid. ſequitur Aym. de an-
tiquit. tempor. part. 1. § viſo. de verbis enunciatiuis, nu.
43. vſque ad num. 50. tom. 17. fol. 130. Iaſ. in l. non ſo-
lum, §. morte, col. 3. in fin. verſ. pro iſta concluſione etiam
facit, num. 12. ante fin. D. de nou. oper. nunciat.
Non obſtat prætenſa nullitas poſſeſſionis ob condi-
tionem ſatiſdationis non adimpletam iuxta do-
ctrinam Rebuff. de ſentent. executor. artic. 1. gloſſ. 15.
7 num. 3. fol. 324. † Quia idem Rebuff. num. 4. ad-
ducit opinionem Socin. regul. 299. dum voluit,
quod talis nullitas non obſtabit, niſi conſtet de
petitione cautionis, & iſta ſententia, quod requi-
ratur petitio debet præualere prout eſt text. in ter-
minis in leg. 1. §. quod ait, D. quor. legator. & poſt Ca-
ſtrenſ. Alexand. Aret Natt. Felin. Dec. & alios late
comprobat Rimin. Iun. conſ. 279. num. 99. vſque ad
106. lib. 3.
Immo ſtante patientia, & ſcientia partis aduerſæ per
8 annos viginti tres, † de qua in actis, præſumitur
adimpleta conditio, ita vt non poſſit ob iuſtum de-
fectum agi ſpolio contra eum, qui ingreſſus eſt
9 poſſeſſionem. † Quamuis enim ante implemen-
tum conditionis non ſit danda poſſeſſio, Rot. de-
ciſ. 19. nu. 2. de reſtitut. ſpoliator. in antiq. & coram R.
P. D. Bubalo Papien. [illegible] ſitiuæ, 5. Martij 1584.
Put. dec. 42. lib. [illegible] amen aliud eſt ſtante curſu tam
10 longi temporis, & patientia actoris, † tunc enim
lex præſumit vel conditionem remiſſam, vel im-
pletam iuxta deciſ. Card. Seraph. Romana palatij,
1. Iulij. 1575. inter impreſſas. 264. num. 12. quam ſequi-
tur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14.
11 tit. 42. nu. 6. † vbi etiam quod traditio poſſeſſio-
nis poteſt fieri ſub conditione, l. qui abſenti, §. 1. de
acq. poſſ. c. olim, de reſtit. ſpoliat.
Quo implemento conditionis per legem præſum-
12 pto, onus probandi incumbit neganti, quod † con-
ditio non ſit adimpleta, l. ex facto, §. ſi quis autem, D.
ad Trebell. Cum etiam factum ex præſumptione iu-
13 ris probetur, † l. ſciendum, de verb. oblig. & ita in pro
poſito notat. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuen
tit. 42. lib. 4. nu. 7. & 8.
Neque obſtat, quod fuerit probatum non imple-
mentum conditionis ex inſpectione proceſſus, in
14 quo illud non inuenitur: † Alexand. conſ. 1. num. 21,
lib. 4. Ruin. conſ. 22. nu. 28. lib. 4. Quia iſta conditio
potuit adimpleri, & illa præſtari in alio particula-
ri inſtrumento, quàm in proceſſu exhibito, quo ca-
ſu ſola inſpectio proceſſus non ſufficit ad proban-
15 dum, † quod non interuenit, quaſi tunc iſta pro-
batio non concludat: Roland. conſ. 99. nu. 34. & 35.
lib. 2. latè Dec. conſ. 341. viſo puncto & diligenter, nu.
13. col. 7. in fin. poſt Anchar. conſ. 135. Cephal. conſ. 171.
nu. 40. lib. 2. Surd. deciſ. 314. num. 19 in fin. p 2.
Minus obſtat, quod ſequeſtrum, & petitio pretij rei
venditæ non excludat petentem à ſpolio, tan-
quam ſimus in muliere, in qua adeſt ignorantia,
16 † l. error facti. ff. de iur. & fact. ignorant. Bald. conſi. 151.
in fi. lib. 1. Quia ſatis eſt, quod per iſtam petitionem
mulier dicatur non habuiſſe animum poſſidendi,
17 qui actus quamuis prætendatur nullus, † tamen
ex eo etiam perditur poſſeſſio: Caſtrenſ. in l. is cui
bonis, vbi Rip. nu. 11. D. de verb. obligat. Ruin. conſ. 137.
nu. 11. lib. 1. Lamberteng. de contract. mulier gloſ. 1. n.
18 104. † vbi quoque de muliere, & minore, qui poſ-
ſunt etiam ſine ſolemnitatibus ſibi præiudicare in
poſſeſſorio: Caſtr. Imol. Roman. Aret. & alij in l. is
cui bonis, D. de verbor. obligation. Ruin. cõſ. 137. colum.
vltim. lib. 1. Tiraquell. de legib. connubial. gloſſ. 5. num.
19 160. vſque ad 165. fol. 313. vbi ampliat † quamuis ſta-
tutum procederet vlterius, diſponendo, quod tra-
ditio non valeret, cum non propterea impediretur
tranſlatio poſſeſſionis, quidquid aliud ſit, quando
ſtatutum etiam tolleret adminiſtrationem bono-
20 rum, vt per Tiraquell. ibid. num. 164. † Et quod in
poſſeſſorio detur etiam iſtud præiudicium voluit
Anna allegat. 131. num. 7. & 8. part. 2. poſt Bald. in l.
momentaneæ, 3. num. 1. & ibi Salic. num 3. Cod. qui legi-
tim. perſon. habe. ſtand. in iudic. cum aliis per Rot. di-
uerſ deciſ. 93. num. 4. & 5. part. 2. Quemadmodum
enim non impeditur tranſlatio poſſeſſionis ex a-
21 ctu nullo, dummodo non ex defectu conſenſus:
Put. deciſ. 276. nu. 5. lib. 3. ſecundum non impreſſ. Card.
Seraphin. deciſ. 135. nu. 2. & deciſ. 1200. num. 3. Ita ne-
que debet impediri renunciatio actionis pro illa
22 recuperanda, † cum idem iudicetur de actione
competente ad rem, quod de ipſa re, l. ſi id quod, 22.
D. de verbor. oblig. l. qui actionẽ 15. ff. de reg iur. Bart. in
l. ſi vt certo. §. ſi duobus, nu. 2. ff. commodat. & in l. gracè,
§. illud, ff. de fideiuſſorib. Zaſ. in l. 2. §. & harum, col. 3. in
1. notab. D. de verb. obligat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
23 gl. 7. nu. 3. † Cum etiam ceſſante fraude, ſtatutum
requirens ſolemnitates in diſpoſitionibus mulie-
rum non habeat locum in actibus iudicialibus:
Rot. coram R. P. D. Panphilio Peruſina terrarum.
16. Iunij, 1608.
Neque aduerſatur, quod ſequeſtrum non fuerit ob-
24 tentum per procuratorem, † Quia poſtea mulier
comparuit in iudicio, & petendo pretium rei
venditæ iurauit non animo calumniæ illud pe-
tere, cum aliis adductis in facto, ex quibus col-
ligitur ratificatio omnium prædictorum, quæ
æquiparatur mandato, l. fin. Cod. ad macedon. etiam

25 in his quæ requirunt ſpeciale mandatum: † Bald.
in l.quod ſi de ſpeciali,27.de minor.Dec.in l.3.n.2.in 2.
notab ff.quod quiſque iur.Rimin.Iun. conſ. 203. num.
51.& 52.lib.2. Surd. conſ.60.n.14.lib.1.& deciſ.231.
n.11.& in ſpecie Calcan.conſi.22.nu.8.poſt med.verſ.
& iſte conſenſus. Adeò vt ex prædicta petitione pre-
26 tij cenſeatur † venditio approbata: Idem Calcan.
conſi.22.col.2.ad fin,Aym. conſ.159.nu.5.Surd.d.conſ.
60 num.13.

Nec faciunt quæ dicuntur de iure familiaritatis, quia
procedunt quando ſimul habitarent Mater, filius,
27 frater, ſoror, & ſimiles, tunc † enim ex iſta com-
muni habitatione, & patrimonio indiuiſo non
præſumeretur talis poſſeſſio, niſi ob d. cauſam fa-
miliaritatis, aliud ſi prædicta non concurrerent, vt
per Bart.in d.l.qui iure, & in l.communis ſeruus,de ac-
quir.poſſ.Menoch.de arbit..caſ.160.n.12.vſque ad 17.

Præterea conſtat ex facto nullum ius poſſe prætendi
per Aduerſariam in huiuſmodi domo, quæ fuit
empta ab Aurelio, in cuius perſona eſt purificatum
fideicommiſſum, vt in ſententiis, de quibus in a-
28 ctis. † Vnde non ſolum ſumus in poſſeſſore cum
titulo, & bona fide,ſed etiam in habente cauſam à
bonæ fidei auctore, tunc enim contra talem non
datur iſtud remedium reintegrandæ poſſeſſionis
iuxta opinionem Bart.in l.rem quæ nobis,ff de acquir.
poſſeſſ. quam teſtatur eſſe magis veram, & commu-
nem Pariſ. conſ.1.nu.116.l.b.1. Natt. conſ.188. in fin.
Ruin.conſ.49.nu.11.lib.4.Bert.conſ.323.in fin.part.1.
lib.2.Calcan.conſ.116.col.2.verſ.ſed & tertio. Ancha.
conſ.319. col.vlt.verſ. iſta enim iura. Corn.conſi.282.
29 nu.7. lib.3. † & latiſſimè comprobat, & de veriori
ac magis recepta ſententia teſtatur Menoch. de re-
cuper.remed.15.nu 89 ad med.verſ.contrarium itaque
vſque ad nu.94.

Prædictis tamen videbatur multum obſtare, quod
petitio pretij ſequeſtrati non habuit effectum pro-
pter impedimentum Ioannis Angeli, qui ſe op-
30 poſuit ſolutioni dicti ſequeſtri, † ita vt conſenſus
Corneliæ cenſeatur conditionalis, quatenus ſcili-
cet ipſa conſequuta fuiſſet pecunias ſequeſtratas,
ideò non potuit amittere poſſeſſionem, niſi alteri
acquireretur,l.ſi me in vacuam,ff de acquir.poſſ.l cum
31 fundum ad med.ff.de vi & vi armat. † Prout paſſim
approbatio,& renunciatio ſine effectu non præiu-
dicat.Gloſ.in l.ſi filius,in verb iudicio.ff de minoribus.
Cyn.& Alberic.in l.2.in fi C.de iur.domin.impetran.
Idem Alberic.in l. ſi vero,8.in princip.de bonis libert.
Bald.in l.3.n.6.in princ.verſ.tu dic.C.de rei vendic.&
in l.1.numero quadrageſimo ſecundo, verſ. item renun-
ciatio non nocet, Cod.qui admit.

Maxime ſi talis approbatio non habuit effectum cul-
32 pa,& impedimento aduerſarij:†Glo.in cap cum ve-
niſſent,1.in verb.obtulit. & ibi Abb. num.8. de eo qui
mit.in poſſ.cauſ.rei ſeruand.Idem Abb. in cap.cum pri-
dem,nu.11.verſ.tertia ſolutio.poſt glo ibid.in verb re-
ſtitui,de pact.Specul.de emphyt.§.nunc aliqua verſ.84.
num.106 Bald.in rubr. C.de contrah.empt qu 20.nu.
21. Fulgoſ. & alij communiter in l.nihil intereſt, 12.
de inoffi. teſtam.

Quare ſi quis appellauit ab interlocutoria, & poſtea
coram eodem Iudice aliquem actum fecerit, licèt
33 videatur renunciare appellationi, † nihilominus
hoc intelligitur dummodo non contradicatur, per
aduerſarium: ex quo enim patitur repulſam, non
eſt æquum, vt dicatur eidem appellationi renun-
ciaſſe: Fulgoſ. in l.nihil intereſt,12 nu.3.verſ quod eſt
argumentum. & ibi Ang in §.ſi cum filius,& Bald.n.1.
& in addit.ff.de inoff.teſtam.iuxta cap.cum veniſſet,&
ibi Ber.de eo qui mittit.in poſſeſſion.cauſ.rei ſeruand.

Idem in acceptante aliquod beneficium tanquam
34 vacans, quod vere non vacabat,† qui non videtur
renunciaſſe beneficio, quod antea obtinebat per
canonicam inſtitutionem, quia per acceptationem
ſecundi, tunc intelligitur renunciatum primo,
quando acceptatio habuit effectum: Ang. in dict.§.
ſi cum filius, & ibi Fulgoſ. nu.5.& Bald. in fin.

Vnde filius remouetur à querela, ſi agnouit, ſeu pe-
35 tiit legatum ſibi factum in † teſtamento, dummo-
do petitio effectum ſortiatur, ceſſante enim ac-
quiſitione, ceſſat cauſa agnitionis, & per conſe-
quens ipſa agnitio,& eius effectus: Angel.in d.l.ni-
hil intereſt,in princ.& in §.ſi cum filius, n.1. poſt Bart.
ibid.in princ.Bald.nu.11.Caſtr.num.5.ff.de inoff. teſta.
Azo.in ſumm.C.eod tit.n.7.in fin.

Quemadmodum etiam ſi frater meus vendidit rem
communem, hoc pacto, vt mihi ſolueretur medie-
tas pretij,promittendo de rato ſub pœna, ſi ego pe-
tij pretium partis meæ, per quam petitionem taci-
36 tè ratificaui. † Tamen, ſi illam mihi ſoluere em-
ptor recuſauit, non prohibeor eandem rem ven-
dicare, quia nunquam habui fidem de pretio, ne-
que frater meus tenetur ad pœnam promiſſam
tanquam hoc contingat culpa emptoris, qui non
ſoluit, prout debuit, & mea ratificatio mihi non
præiudicat, quia facto aduerſarij mei non habuit
locum. Ita in ſpecie Bald.in rubr.Cod.de contrahen d.
empt. quæſt.20.num.21 iuxta dict.§ ſi cum filius, l diſ-
penſatorem.ff.de ſolut.l.æmilius, & ibi gloſſ ff.de mi-
norib.

Verum iſta non obſtant, quia huiuſmodi oppoſitio,
37 & contradictio erat neceſſaria, † vt poſſet iuridice
ſoluere, cum lex mandet, vt ſequeſtratarius non
ſtatim ſoluat,ſed ſe opponat,ad hoc vt ſolutio eum
liberet, cum alias eſſet ſpontanea ſolutio, quæ non
iuuaret ſoluentem:Bart.in l.creditor,D de ſolutionib.
Caſtr.in l.2. in fin.princ.n.7.de iudic.Bald.in l.falſus,
nu.30.& 31. C. de fur t.Menoch.conſ.68.nu.12. vſque
ad 15.& de arbitrar.caſ.137. nu 13. Rot. Ianuen.de-
ciſ.33.col.6.in fin.verſ.adducebatur,nu.6. Ruin. conſi.
38 147. nu.16. lib.1. † Ita vt ſecundum aliquos etiam
requiratur appellatio, prout bene Io. Angelus ap-
pellauit, cum non ſufficiat contradictio abſque
appellatione, vt ſoluens liberetur præcedente
mandato Iudicis: Angel in l.2.in fin.nu.11. verſ.quia
in hac materia,ff.de appell.recipiend. Aym. conſi.1.pro
gener. nu.273. ante med.

Ob quam neceſſitatem oppoſitionis, non poteſt op-
ponens aliquod præiudicium inferri, tanquam fe-
cerit id ad quod de iure tenebatur. Præſertim,quia
etiamſi eſſemus in caſu voluntariæ contradictio-
39 nis, † tamen cum pars deſierit proſequi iudicium,
& non perſeuerauerit poſt peremptam inſtantiam
ſe admitti ad ſolutionem non dicitur repulſus fa-
cto aduerſarij, ſed proprio facto ipſius, quo caſu
durat approbatio, & non poteſt dici, quod peti-
tio, ſeu agnitio non habuerit effectum. Ita in pun-
cto Bart.in l. nihil intereſt, 12.§ ſed cum filius,verſ.ſed
iuxta hoc quæro.ff.de inoffic. teſtament.

Ex quibus etiam patet reſponſio ad obiectum, quod
40 ſtante impugnatione ſequeſtri, † non poteſt
Ioan.Angelus ſe illo iuuare,cap. ex eo, de regul,in 6.

Quia

Quia cum iſta impugnatio ſit neceſſaria, & legalis,
non eſt aliquid ei imputandum, vt dictum eſt, Ma-
xime quia etiam permittitur impugnanti ſe fundare
41 in actu impugnato † in quo ſuccubuit propter ſen-
tentiam latam, non obſtante impugnatione: Felin.
in c.capitulum, 30.num. 10 *col.* 13.*ad med.verſ.limita*
ſexto de reſcript. Innoc.*in cap.cum olim poſt ſententiam,*
& ibi Butr. *num.* 16. *verſ.quandoque reprobans inſtru-*
mentum, de cenſib. Gabr. *de reg. iur. concluſ.*1. *nu.*52.
in 8. *limit.*

Præſertim quia licet idẽ Io. Angelus à dicto decre-
42 to appellauerit, † tamen non proſecutus fuit ap-
pellationem ne dum infra ſex menſes, prout requi-
ritur in ſtatuto Vrbis *lib.*1.*c.*81.ſed neque infra de-
cem annos, vnde perinde eſt, ac ſi non appellaſſet,
l.fin.§.illud, ad fin. cum concordantibus, de quibus
ibi per Gloſſ. *in verb. prouocatum, C. de temp. appel.*
43 Gloſ.*in l.*2.*in verb.executioni,C.eod.* † Paria namque
ſunt non appellare, vel appellationem non proſe-
qui, vel illi renunciare: Rot.*dec.*1. *in princ.de appell.*
in nou. Gomeſ.*reg.de trienn.qu.*54.*num.*2. *& num.* 6.
Affl *deciſ.*78. *n* 2. Capitaq. *deciſ.*177.*in fin. part.*3.
Lancell.*de attent.appell.pend.*2 *par.c.*12.*ampl.*1.*n.*11.
Additur, quod licet Cornelia non fuerit conſecuta
pecunias ſequeſtratas, & ideo prætendat non ami-
ſiſſe poſſeſſionem, niſi alteri acquiratur, tamen
44 hoc procedit, † quando poſſeſſio tam ciuilis, quàm
naturalis eſt penes celebrantem actum ad fauo-
rem alterius, in caſu autem noſtro poſſeſſio natu-
ralis erat penes Io. Angelum, & ſic conſenſus à
Cornelia præſtitus ſupradicto ſequeſtro, non fuit,
vt ex ea Io. Angelus acquireret aliquam poſſeſſio-
nem, quam habebat, ſed vt ſequeſtraretur reſiduum
pretij domus, quod apud eum exiſtebat, Vnde
quia ipſa Cornelia conſenſit tali ſequeſtro, huiuſ-
modi venditionem ratificauit, & ſic ſtatim amiſit
45 ciuilem, † cum paſſim exceptio proprij conſenſus
obſtet agentis ſpolio in prophanis: Abb.*in c.ſollici-*
*tè nu.*9. *verſ.ego puto, de reſtit.ſpoliat.* Socin. *in l. quæ*
*nobis,qu.*9. *n.*10. *in fi.ff de acquir.poſſ.* Pontan.*de ſpol.*
46 *lib.*3.*nu* 74. † Quaſi tunc actor cadat culpa, & fa-
cto proprio: Menoch.*de recuper.poſſ.remed.*15.*n.*95.
Rot. coram Card. Lancellotto Romana ſpolij, 4.
Maij 1611.& coram R.P.D. Veroſpio Beneuentana
ſpolij, 10. Martij 1614. Pontan.*de ſpol lib.*3.*n.*19.
Et regulariter per petitionem pretij dicitur approba-
47 ta venditio, & omnis actus: † Calcan. *conſ.*22. *co-*
lum. 2. *ad fin. num* 4 Rimin. Iun. *conſ.*450. *num.*17.
lib. 4. Surd. *conſ.*60.*num.*13. *& conſ.*104. *num.*1.ita
vt illa ſuſtineatur in ipſius conſentientis præiudi-
48 cium, † nec poſſit per eum impugnari, quamuis
aliàs talis venditio eſſet nulla, *l. ſi fundum per fidei-*
*commiſſum ff. de legat.*1 Fabrian. de Mont.*de empt.&*
*vendit.quæſt.*3.*nu.*49.*in fin.* Tiraq.*de retract. lignag §.*
1.*gl.*9.*nu.*137.*& in l.ſi vnquam in verb.donatione lar-*
gitus,num. 348. *C.de reuocand.donat.* Surd. *dec.*264.
*num.*13. *&* 14.
Amplius ſufficit ratificatio etiam tacita ex pretij peti-
tione ad excludendam eandem Corneliam à re-
49 cuperatione domus, † de qua agimus, & ad amiſ-
ſionem dominij, quamuis talis domus fuiſſet ſua
propria cum valeat ſimilis petitio per eam facta,
tanquam contra debitorem debitoris: Gl. *in l. ma-*
ter in verb.non prohiberis.verſ sic quid ſi. & ibi Butrig.
*col.*2. *in fin.verſ.& tunc aut valuit expreſſum.* Salicet.
50 *n.*15. *verſ.& ad obiecta,C.de rei vendit.* † Vnde multò
magis ad amiſſionem poſſeſſionis, & actionis ad
eam recuperandam; cum facilius amittatur poſ-
ſeſſio, quam dominium, quod non poteſt amitti
nuda voluntate, ſicut poſſeſſio, *l. ſi quis vi,§.diffe-*
rentia.ff.de acquir.poſſ. Bart.*in l.cum falſa,nu.* 2. *C. de*
51 *iur.& fact.ignor.* † Et per conſequens ex tali petitio-
ne inducetur quoque ratificatio tranſlationis poſ-
ſeſſionis in Ioan. Angelum emptorem, ſine qua
non poterat cogi ad ſolutionem pretij, *l. non eſt no-*
uum. vbi Caſtr.*n.*2.*ff de act.emp.* Dec.*conſ.*119. *col* 1.
Put.*deciſ.*49.*n.*3.*lib.*3. *ſecundum nouiſſ impreſſ.* Surd.
*conſ.*101. *nu.*6. *&* 7.*lib.*1.
Et ita poſt plures propoſitiones pro excluſione ſpolij
ad fauorem Ioan. Angeli fuit deciſum in huiuſmo-
di cauſa Romana ſpolij domus, 29. Ianuar. 1618.&
15. Ianuar. 1620. vbi etiam fuit reſponſum non ob-
ſtare: Bald.*in l.mater n.*6.*verſ.tu dic quod,Cod. de rei*
52 *vendit.* † quia loquitur in petione pretij nulli, cum
dominus agere non poſſet, tanquam ſuo nomine
non eſſet facta venditio, ideo quod nullum eſt
non poteſt parere aliquem effectum, ſecus autem
eſt in caſu noſtro, cum fuerit valida petitio pretij
per Corneliam vti creditricem venditoris, quæ po-
terat agere contra debitorem debitoris, & per con-
ſequens reſultat approbatio venditionis: Glo. *in d.*
l. mater, in verb. prohiberis. & ibi Butrig.*col.*1. Salic.
*num.*15. *verſ.*3. *facis, C.de rei vendicat.*
Neque applicatur diſpoſitio *l.ſi me in vacuam,* 34.*ff.de*
acquir.poſſ.& l.cum fundum,ad med ff de vi & vi arm.
53 † Quia iſta iura, & ſimilia procedunt ad effectum,
vt non cenſeatur amiſſa poſſeſſio, niſi acquiratur
illi, in quem transfertur, vel niſi iuxta eum modum,
ad quem fuit reſtrictus animus transferentis, cum
illa tamen diſtinctione, quod quando quis tradit
poſſeſſionem rei præſentis, tunc amittitur poſſeſ-
ſio, quamuis non quæratur illi, cui ego volui ac-
quiri, cum ſecus ſit quando trado poſſeſſionem rei
abſentis, vt quis ſcilicet poſſit eam occupare pro-
pria auctoritate; vel accipere à meo procuratore,
& tunc non amitto poſſeſſionem, niſi quæratur illi,
cui volui acquirere, quia in tranſlatione poſſeſſio-
nis rei præſentis abſolutè, & generaliter, illam di-
mitto, & in alium transfero, vnde quamuis non
valeat tranſlatio, tamen animus poſſeſſionis facit,
quod illa cenſeatur amiſſa, diuerſum eſt quando
non abſolutè, & generaliter habeo animum di-
mittendi poſſeſſionem, ſed reſtringo me ad eum
modum, vt ſcilicet miſſus in poſſeſſionem, illam
accipiat propria auctoritate, vel à procuratore,
nam hoc caſu ſi talis modus amittendi non veri-
ficetur, non erit amiſſa poſſeſſio, cum aliud ſit in eo,
qui tradidit, aliud in eo, cui fuit iuſſum tradi poſ-
ſeſſionem, nam tunc ſubintelligitur conditio, ſi ei
poſſeſſio tradita fuerit, ita diſtinguunt. Doct. *in l ſi*
me in vacuam. vbi Roma.*in fin ff de acquir.poſſeſſ.* poſt
Bart.*in l.quod meo.§.*1.*ff eod.tit.* Bart *in l.ſi alienã,* 12.
*nu.*108.*&* 109. *ff.ſolut.matrim.* Quæ omnia ſunt ex-
tra terminos caſus noſtri, in quo licet etiam conce-
deretur, quod ex petitione pretij rei venditæ, & ſe-
queſtro ſubſecuto non eſſet amiſſa poſſeſſio, Ta-
men ſatis eſt, quod ex tali petitione fuit approbata
venditio domus, & tranſlatio poſſeſſionis facta
per Aurelium venditorem ad fauorem Ioann. An-
geli emptoris, qua approbatione ſtante, excluditur
omnis actio ſpolij: Natt.*conſ.*386 *num.*2. *in fin.* cum
aliis ſupra allegatis *num.*4. *cum ſeq.*

Et qood opponitur ex Bellam. *deciſ.* 207. *num.* 3. non obſtat, nam quamuis deſertio appellatioois opere-
54 tur effectum, † ac ſi non fuiſſet appellatum in præiudicium appellantis, non autem appellati, Tamen hoc procedit, vt iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam, qui non eſt caſus noſter, cum non agamus ad effectum, vt propter talem deſertionem cenſeatur appellás à ſua appellatione & impugnatione receſſiſſe, prout potuit recedere, *l. pupillus, §. meminiſſe, D. de inoff. teſtam.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 521. *nu.* 3. *p.* 1. Et ſic ceſſatur omoe impedimentum ex parte impugnantis præſtitum, adeo vt Cornelia appellata, non proſequendo poſtea petitionem pretij ſequeſtrati, videatur ſua ſponte, & ex
55 proptia negligentia deſtitiſſe, † ita vt poſt conſenſum Ioan. Angeli reſultantem ex deſertione dictæ appellationis, non potuerit amplius confugere ad remedium ſpolij, tanquam non ſit amplius res integra: Bart. *in l. nihil intereſt, §. cum filius, ff. de inoff. teſta.* Maxime quia idem Io. Angelus non negauit ſe
56 pretium debere, † ſed ſolum proteſtatus fuit ſibi caueri de euictione domus, ita vt iſta impugnatio ad vnum effectum non debeat quo ad alium operari: Innoc. *in c. cum olim, in princ. de cenſib.* Gabr. *cõcl.* 1. *n.* 62. *de reg. iur.* Card. Serap. *deciſ.* 1282. *nu.* 4. *&* 5.

EPITOME.

Locatio rei communis quando præſumatur facta pro æqualibus portionibus. ¶ Et an percipiens penſiones ex tali re locata dicatur recepiſſe pro rata vnumquemque tangente. ¶ Verba *reſpectiuè* in quietantia appoſita, quando intelligantur proportionabiliter, ita vt vnicuique ſit attributa ſua pars ſiue ſint collectiua, ſiue appellatiua. ¶ Confeſſio duorum de recepto an operetur, vt participatio fuerit pro dimidia. ¶ Et quid in perſonis ſuſpectis, vt in vxore, & marito ſimul confitentibus an totum præſumatur ad maritum perueniſſe. ¶ Qualitas perceptionis fructuum an ſit probanda per teſtes præſentes receptioni, vel per aliam ſimilem probationem. ¶ Et an ſtandum ſit conſuetis circa quantitatem fructuum collectorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio incerta, & generalis non admittitur.*
2 *Locatio rei communis præſumitur facta pro æqualibus portionibus.*
3 *Recipiens penſiones ex re locata tam ſuo nomine, quam alterius præſumitur recepiſſe pro rata vnumquemque tangente, num.* 4.
5 *Confeſſio de recepto per duos facta operatur, vt participatio ſit pro dimidia. Fallit in perſonis ſuſpectis, vt in vxore, & marito ſimul confitentibus, nam tunc totum præſumitur ad maritum perueniſſe, nu* 6.
7 *Verba reſpectiuè in quietantia appoſita intelliguntur proportionabiliter, ita vt vnicuique dicatur attributa ſua portio, ſiue collectiua, ſiue appellatiua, num.* 8.
9 *Clauſula reſpectiuè diſtinguit perſonas, & refert ſingula ſingulis.*
10 *Confeſſio non nocet ei, qui non habet cauſam à confitente, & qui non eſt hæres illius, num.* 16.
11 *Onus reale ſequitur ipſam rem, & eius poſſeſſorem, quamuis clericum, & eccleſiam.*
12 *Qualitas perceptionis fructuum eſt probanda per teſtes, qui fuiſſent præſentes, dum illi fuerunt percepti, vel per aliam ſimilem probationem.*
13 *Sententia eſt ſtrictè intelligenda.*
14 *Liquidatio ſemper debet præcedere executionẽ ſententiæ.*
15 *Probatio quantitatis fructuum fit a conſuetis.*

CAPVT DCCV.

DVbitatum fuit in cauſa Romana reſtitutionis fructuum an conſtaret de aliqua liquidatione fructuum caſalis, de quo agebatur, Et quidem concludendum eſt, quod talis liquidatio non ſit probata, quia in ſententia R. P. D. Iuſti fuerunt condemnati Petrus Dominicus, & fratres de Magdalenis ad reſtitutionem fructuum iuxta liquidationem faciendam, quia nondum conſtabat de ſumma percepta, & à quo fuit percepta, cum integrum caſale fuerit poſſeſſum pro indiuiſo per omnes quinque fratres, Vnde cum agatur de liquidandis fructibus ſolius quotæ partis caſalis ſpectantis ad Horatium,
1 & Carolum eius filium, † debet doceri, quod in ſpecie Iulius illos perceperit, vt ad hoc probatio ſit certa prout eſſe debet, nam hoc non probato, diſpoſitio vitiaretur ratione incertitudinis, & generalitatis, quæ obſcuritatem parit, *l. cum duo, de in diem addict. l. in tradendo, D. commun. prædior. l. ita fides ff. de iur. fiſc.* Aym. *conſ.* 94. *nu.* 3. *ad med.*

Immo ex locationibus ex aduerſo productis apparet fructus dictæ quintæ partis caſalis fuiſſe perceptos per Carolum, quia idem caſale fuit locatum à Petro Dominico tanquam maiore communi nomine ſuo, & fratrum, & tanquam à tutore, & curatore ipſius Caroli, Vnde cum dictum caſale communiter poſſideretur, præſumitur etiam, quod quilibet por-
2 tionem ſuam habuerit, † ſicuti etiam lex præſumit, quod locatio eiuſdem rei communis fuerit facta pro æqualibus portionibus, prout etiam ita facta fuit; vt dictum eſt *l. ſi diuiſa,* 13. *Cod. locat. l. item quæritur.* 14. *§. ſed ſi denunciare, in fin. verſ. ſi duo,* vbi Caſtr. *n.* 1. *ff eod. tit.* Idem Caſtr. *in l. cum apparebit,* 50. *nu.* 1. *eiſdem eod. tit.* Roncagall. *in l. eandem,* 9. *in princ. nu.* 122. *&* 123. *ff. de duob. reis per text. in l. reos, §. cum in tabula, ff. eod. tit.* Bald. *conſ.* 126. *columbinus, nu.* 4. *verſ. conſidera autem, lib.* 1.

Et cum locatio ſit facta pro æquis portionibus, vt dictum eſt, ita etiam penſiones dicentur exactæ pro parte quemlibet fratrum tangente, & ad commodum vniuſcuiuſque ipſorum, cum enim Petrus Dominicus ſuſtineat perſonam plurium locando tanquam tutor Caroli, & nomine proprio, & fratrum,
3 † ſtatim quod recepit pecunias, præſumitur illas accepiſſe pro perſonis, quas repræſentat, & pro rata ad eas ſpectante, & ad vtilitatem, & emolumentum cuiuſcumque: Caſtr. *conſ.* 409. *conſideranda ſunt verba, num.* 1. *ante fi. verſ. ſi vero non poteſt hoc apparere, lib.* 1. *& in l. ſed Iulianus, in princ. col.* 2. *verſ. item ſi ſunt, D. ad macedonian. per tex. in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, l. ſi tamen plures, in princ. de exercitor. act. l. ſi non ſinguli, C. ſi cert. pet. l. vir vxori, §. fi. ff.*
4 *ad velleian* † quod etiam voluit Bald. *conſ.* 286. *caſus talis eſt nobilis vir, n.* 1. *lib.* 5. cum aliis per Roncagall. *in l. eandem,* 9. *in princ. n.* 279. *ad med D. de duob. reis, & in l. reos, §. cum in tabulis, nu.* 45. *ff. eod. tit.*

Et paſſim iſta concluſio admittitur in quacumque diſpoſitione, in qua ſi duo confitentur pretium
5 alicuius rei recepiſſe, † debet intelligi participatio pro dimidia: Rom. *conſ* 462. *quo ad propoſitum, num.* 2. Ruin. *conſi.* 186 *nu.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 53. *num.* 17. *ad med. verſ. præterea & ſecundo reſpondetur, li.* 1. Bertran.

conſ.

*conſ.4.nu.16.in 4.dub.lib.2.part.1.*Curt.Sen.*conſ.53.*
6 *num.2.* † Quidquid aliud ſit in marito, & vxore ſi-
mul confitentibus recepiſſe dotem, quia propter
reuerentiam mariti, præſumitur vxorem ita falſam
fuiſſe, qui non eſt caſus noſter, cum in aliis perſo-
nis non ſuſpectis interpretatio ſemper fiat pro di-
midia, prout ita diſtinguendo concludunt omnes
in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur, D.ſolut.matrim.
*& in l. ſi conſtante, in princ. D.eod.tit.*Roland.*conſ.64.*
*num.5.& 54.lib.1.*cum aliis per Roncagall. *in l. tan-*
dem, in princ. num.55 vſque ad 63.de duob.reis, & in l.
reos.§.cum in tabulis, num.28.& 29.D.eod.tit. Aym.
conſ.91.nu.1. cum ſeq.

Et in caſo noſtro tollitur omnis difficultas, quia po-
ſitio, & confeſſio Petri Dominici, ſuper qua ſe
fundat pars aduerſa, eſt concepta ſub nomine col-
7 lectiuo, † & cum clauſula reſpectiuè, cum in ea di-
catur, quod Petrus Dominicus, & fratres de Mag-
dalenis exegerunt fructus caſalis reſpectiuè ab af-
fictuariis, conductoribus, & laboratoribus, quę
verba intelliguntur proportionabiliter, ita vt vni-
cuique dicatur attributa ſua pars, *l.fin. C. de impub.*
& aliis ſubſtitut l.interdum, D.de heredib.inſtit.l.ſi quis
*tutio.*vbi Bald.*D de vſufr.accreſc.*latè Dec.*conſi.319.*
*dum legerem, num.6.& 7.*Peregr.*de fide:comm.art.17.*
*nu.10.& 21.*Surd.*conſ.440.nu.39 vſque ad 42 lib.3.*
8 † vbi quod idem eſt ſiue iſta verba ſint collectiua,
vel ſecundum alios appellatiua, *l.ſi quis tutio, de vſufr.*
ſtante præſertim d. clauſula reſpectiuè, quæ diſtin-
9 guit perſonas, referendo ſingula ſingulis, † diſtin-
guendo res & partes, ac illas ſeparãdo, & jus ſuum
vnicuique tribuendo: Menoch.*conſi.985.num.16.*
lib.10.& conſi.125.num.26.in fin. lib.2.

Amplius quamuis etiam Petrus Dominicus in poſi-
tionibus aliter reſpondiſſet fatendo fructuum ex-
actionem non fuiſſe factam, prout dixit, ſed illam
10 ceſſiſſe ad commodum aliorum, Tamen † eius
confeſſio non noceret Iulio, & eius hæredibus,
qui non habent cauſam à Petro Dominico, neque
ſunt illius heredes, *l.duobus.§.1.de iureiur.* Affl.*deciſ.*
*245.n.11.*Natt.*conſ.438.n.9.* Roland.*conſ.58.nu.14.*
*lib.2.*Cephal.*conſ.101.nu.8.& 28.lib.1.* Tiraq. *de re-*
tract.connent.§ 4.gloſ.6.nu.9. Surd.*deciſ.359.nu.3.*

Nec obſtat, quod filij, & hæredes Iulij ſuſtinuerint li-
tē, Quia non ex hoc ſibi præiudicarunt, cum debeat
ſibi Aduerſarius imputare agendo contra eos qui
ipſo iure non tenentur, tãquã ex proceſſu appareat
neque Iulium, neq; eius filios eſſe hæredes Caroli,
neque fuiſſe actum contra eos tanquã contra tales,
ſed ſemper fuiſſe continuatum iudicium ſub colle-
ctiuo nomine fratrum de Magdalenis, & procura-
torum Dominorum litis, quia, vt dictum eſt, inte-
grum caſale poſſidebatur ab omnibus, & condem-
natio fuit reſtricta ad eum, qui percepit fructus
11 quintæ partis, † quorum perceptor fuit Carolus,
eius tutor, & curator prout contra talem percepto-
rem petitio aduerſarij eſt directa, & ab eo etiam
de iure iſti fructus ſunt ſoluendi tanquam ſit onus
reale, quod rem ipſam ſequitur, & eius poſſeſſorem,
quamuis clericum, & eccleſiam: Aym.*conſ.217.n.5.*
Gabr.*conſi 47.n.7.lib.1.* Surd.*conſ.162.n.11.* Afflict.
dec.95. Gutier.*qu.132.n.9.lib.2.* Ceuall *qu 36.n 19.*

Et ita ex prædictis deciſum fuit in huiuſmodi cauſa
Romana de Magdalenis ſeu reſtitutionis fructuũ
coram R.P.D. Coccino, 10. Decembris, 1618.
Quia in ſentẽtia lata per R.P.D. Ottemberg. con-
demnãtur Magdaleni in ſcutis 5328. quæ ſententia
fuit reformata per R.P.D Iuſtum in ſcutis 3744.
& inſuper in ea declaratur, quod Magdaleni te-
neantur ad illorum ſolutionem pro concurrenti
quantitate fructuum ex quinta parte tenutæ Vale-
lerani ſpectante ad Horatium de Magdalenis, per-
ceptorum per eoſdem Magdalenos, & quomodo-
libet habitorum, & non vltra, quam liquidationem
idem R.P.D. Iuſtus ſibi, vel eoi, de iure reſeruauit,
Quo ſtante, cum modò eſſet commiſſa executio
dictæ ſententiæ, non poterat illa concedi, niſi eſſet
liquidata quantitas, de qua non poterat conſtare,
niſi probaretur Magdalenos percepiſſe aliquos
fructus, cum de hac perceptione principaliter quæ-
12 ratur, Vnde iſta qualitas perceptionis erat proban-
da per teſtes, qui fuiſſent præſentes, dum fructus
fuerunt percepti, vel per aliam ſimilem probatio-
nem: Bald.*in l 1. ante fin.num.16.verſ.quæro qualiter*
13 *probentur.C.de fruct.lib.& lit.expenſ.*Cum † ſententia
ſtrictè ſit intelligenda.*l.Paulus reſpondit, D.de iudic.*
*l.1.C.ſi plur.vna ſentent.*Caſtr.*conſ.87.col.2.lib.1.*So-
cin.*conſi.18.col.2 ad fin.lib.3.*cum aliis per Aym.*conſ.*
188. *nu.* 6. Non obſtante etiam quod poſſet dici il-
la verba ſententiæ ſtare demonſtratiuè, præſuppo-
14 nendo, quod fructus fuiſſent percepti, † quia ni-
hilominus nulla adhuc adeſt ſufficiens liquidatio
reſpectu DD. de Magdalenis, qui nunc ſunt in cau-
ſa, quæ ſemper debet præcedere executionem ſen-
tentiæ, *l.hac autem, §.1. D.ex quib cauſ.in poſſeſſ.eat.*
Bald.*conſ.165.ſtatutum diſponit, lib.4.* Caſtr.*conſ.163.*
viſo puncto & dubio, ad fin.lib.2. Aym.*conſ.164.nu.2.*
Loffred.*conſi 18.tota vu, nu.2.*latè Becc.*conſi.5.nu.6.*
*& 7.*Surd.*deciſ.27.nu 4.vſque ad 9.* Alm. *de execut.*
part. 1. cap.29. nu.8. 18.

Nec faciunt inſtrumenta locationum totius caſalis,
ex quibus per Alphonſum deducitur portionem
quintæ partis iuxta formam, & tenorem ſententiæ
aſcẽdere ad ſcuta 2175. & ad libras caſei 504. adeo
vt ex iſta probatione oſtendatur perceptio, vnde
15 ſolum erit quærendum de quantitate, † nam ſicut
probatio fit à conſuetis: Achill.*deciſ.12.de reſtit.ſpo-*
liat. ita etiam talis probatio ſufficiet ad oſtenden-
dam quantitatem perceptam, Quia locationes, vt
dictum eſt, fuerunt factæ à Petro Dominico, à quo
non probatur, quod Magdaleni cauſam habeant,
& quamuis locationes fuerint factæ per eundem
Petrum Dominicum tam nomine proprio, quàm
fratrum, Tamen non ex hoc probatur perceptio
fructuum à Iulio, nec conſtat Magdalenos eſſe hæ-
16 redes aliorum, quam Iulij patris, & reſponſiones
Petri Dominici ad poſitiones non præiudicant
Magdalenis non habentibus cauſam ab eo: laſ. *in l.*
duobus, §.1. de iureiurand. & conſ.172. col.2. ad med.
*verſ.& poſito quod talis confeſſio, lib 2,*Bero.*conſi.201.*
*nu.10.lib.3.*Alciat.*conſ.178.nu.1.* Surd. *conſ.173. num.*
*80.lib.2.*Afflict.*deciſ.245.n.11.*Roland.*conſ.58.num.*
14.lib.2. Natt.*conſ.547.n.3.* Cephal. *conſ 110. num.9.*
Tiraq. *de retract. conuention.§.4.gl.6.nu.9.poſt med.*

EPITOME.

Æſtimatio an debeat præcedere ſubhaſtatio-
nem quando conſtat de magno exceſſu, & in pi-
gnore iudiciali dato in ſolutum creditori, & in
debito tam publico, quàm priuato. ¶ Miſſus nul-
liter in poſſeſſionem an poſſit retinere rem, do-
nec totum ſuum creditum ſibi ſoluatur. ¶ Et quan-

do lucretur fructus perceptos. ¶ Statutum Vrbis c.149. *lib.* 1. requirens ſubſcriptionem donantis,& duorum teſtium an habeat locum in ceſſione facta titulo oneroſo ex cauſa tranſactionis ad dirimendas lites. ¶ Aditio hæreditatis quando præſumatur ex poſſeſſione rerum hæreditariarũ, & ex locatione,& perceptione penſionum. ¶ Reſpondens poſitioni per verbum *non credit*, an dicatur repudiare hæreditatem. ¶ Et quando ſtetur declarationi immiſcentis ſe in ea,an habuerit animum adeundi. ¶ Solemnitas ſtatuti Vrbis an ſit adhibenda in contractu celebrato Romæ nomine mulieris, quæ poſtea alibi illum ratificauit. ¶ Pœna talionis an hodie de conſuetudine ſit debita. ¶ Et in quibus curiis ſeruetur. ¶ Et quid in loco illius ſubrogetur ¶ Actio primæua,& hypotheca an extinguatur per ſolutionem reuocabilem. ¶ Pœnæ conuentionales propter intereſſe an poſſint exigi etiam per eccleſiaſticos tam de iure canonico,quam in foro conſcientiæ. ¶ Iuſtum pretium valoris fructuum an ſit illud, quod in loco recollectionis currit non in alieno foro. ¶ Et an poſt æſtimationem poſſit amplius creſcere, aut decreſcere. ¶ Tutores, & adminiſtratores an teneantur mittere frumentum, vinum, & fructus extra locum recollectionis, vbi carius venduntur, ita vt de tali æſtimatione poſſint conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Fratrum ſolita ira,& eorum gratia rara, & propter tunicam inter filios Iacob exarſit inuidia.n.2.*

3 *Pugnans contra veritatem & rationem agit contra remorſum conſcientiæ.*

4 *Æſtimatio debet præcedere ſubhaſtationem. Intellige quando conſtaret de magno exceſſu.n.5.& in pignore iudiciali dato in ſolutum creditori. n.6.& in debito publico,non priuato.nu.7.*

8 *Caſus publicæ exactionis priuilegiatus.*

9 *Vtens actis per alium ſuo nomine factis cenſetur illa ratificaſſe,& talis ratificatio retrotrahitur,& æquiparatur mandato. num. 10.*

11 *Miſſus nulliter in poſſeſſionem poteſt retinere rem donec totum ſuum creditum ſibi ſoluatur, n.12.*

13 *Agens ad nullitatem tenetur debitum offerre.*

14 *Res quæ ad creditorem peruenit cum vitio non poteſt retineri,niſi deueniat ad eum ex cauſa illius debiti,pro quo vult retinere.*

15 *Poſſidens rẽ vigore adiudicationis nullæ, quãdo lucretur fructus perceptos,n.16 Et an ſit habẽda ratio melioramentorũ & intereſſe,& damnorũ creditoris,n.17.*

18 *Arbitrator debet decidere cauſam de bono,& æquo,& multa ei permittuntur pro eximendo partes à litibus, quæ aliis non permitterentur,nu.19.*

20 *Probationes perſuaſiuæ admittuntur per arbitratorem, cui etiam licet iuſtitiam lædere pro bono pacis,n.21.*

22 *Statutum Vrbis* c.149. lib.1. *requirens ſubſcriptionem donantis,& duorum teſtium non habet locum in ceſſione facta titulo oneroſo ex cauſa trãſactionis ad dirimendas lites,n.23.*

24 *Solemnitas ſtatuti Vrbis non eſt adhibenda in contractu celebrato Romæ nomine mulieris,cum ſolum attendatur locus rati habitionis, n.25.& 26.*

27 *Aditio hæreditatis eſt probanda per allegantem, tam in damnoſa,nu.28 quam opulenta.n.29.*

30 *Verba* repudiauit hæreditatem & nolle eſſe hæredem, *prolata animo deliberato inducunt expreſſam repudiationem.*

31 *Reſpondens poſitioni per verbum* non credit *dicitur hæreditatem repudiare,maxime ſi inſtauerit iuramentum, num.33.*

32 *Nemo accedit ad iurandum ſine magna deliberatione.*

34 *Actus æquiuoci non inducunt aditionem hæreditatis.*

35 *Poſſeſſio bonorum hæreditariorum probat aditionẽ, dummodo non detur continuatio illius ratione ſui crediti, vel alterius iuris, n.36.*

37 *Locatio eſt actus æquiuocus non inducens aditionem,cum potuerit fieri à creditore ratione cuſtodiæ,& curæ bonorum debitoris,qua cauſa ceſſante,per eam probaretur aditio.nu.38. & 39.*

40 *Aditio non dicitur facta per filium immiſcentem ſe hæreditati paternæ cum proteſtatione recuperandi ſua credita,& ſtatur declarationi ipſius qualem animum habuerit circa tales actus,nu.41.*

42 *Pœna talionis de conſuetudine non debetur. Fallit ſtante conuentione querelantis, qui ſe ad illam obligauit.n. 43. & 46.*

44 *Pius V. innouauit pœnam talionis,quæ etiam ſeruatur in multis Curiis, nu.45.*

47 *Pœna extraordinaria arbitrio Iudicis ſucceſſit loco pœnæ talionis.*

48 *Querelantes condemnantur in expenſis, ſi non probant querelas, nu.49.*

50 *Pœnæ conuentionales propter intereſſe poſſunt exigi per creditorem de iure canonico, & in foro conſcientiæ, quamuis ſimus in perſonis eccleſiaſticis, n.51.*

52 *Damna paſſa liquidantur arbitrio Iudicis.*

53 *Filius omnia acquirit patri. Fallit in clerico, qui habet proprium peculium, in quo reputatur paterfamilias, nu.54. & 57.*

55 *Priuilegia militum conceduntur clericis & doctoribus.*

56 *Confeſſio in iudicio criminali præiudicat in ciuili inter eaſdem partes.*

58 *Cõfeſſio erronea poteſt reuocari,quamuis ſit iurata.n.59.*

60 *Actio primæua, & hypotheca non extinguitur propter ſolutionem reuocabilem, maxime fauore dotis, n.61.*

62 *Iuſtum pretium valoris fructuũ dicitur illud quod currit quolibet anno in loco recollectionis,& non in alieno foro, n.65.*

63 *Æſtimatio fructuum non poteſt amplius creſcere, aut decreſcere illis conſumptis,ſi fuit facta ſecundum æſtimationem loci, in quo fuerunt recollecti.*

64 *Tutores & adminiſtratores quamuis poſſint carius vendere frumentum,vinum,& fructus,mittendo illos ad forum loci vicini,tamen non tenentur niſi de æſtimatione etiam viliori recollectionis.*

66 *Immiſſus in poſſeſſionem ex Saluiano interdicto debet ex fructibus ſibi ſatisfacere de ſuo credito.*

67 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

CAPVT DCCVI.

DIfficultates plures in cauſa Spoletana bonorum occurrunt, quæ particulariter diſcutiendæ, vt veritas magis eluceſcat, cum etiam agatur
1 inter fratres, † quorum ſolitæ ſunt iræ, & eorum gratia rara eſt, ita vt plerumque moleſtius ferant, ſi quæ ad ſe pertinent, aut pertinere contendunt, ad fratres ſuos peruenerint, quàm ad extraneos, adeo inter eos diſcordia, inuidia, & lites oriuntur, vt ne fiſcos quidem indiuiſos relinquant ex vetere Græcorum prouerbio, de quo per Tiraquel. qui omnia prædicta comprobat, & alia in propoſito adducit *de iur. primogenitor. queſt.4.nu.6.*

vſque

2 vſque ad 11. † vbi etiam quod non eſt mirandum, ſi
propter fundum, & domum adſunt inter fratres
iurgia, quando propter tunicam inter filios ſancti
Iacobi exarſit inuidia: D. Ambroſ. de Ioſeph. pa-
triarch. c. 2. geneſ. 37. & per conſequens magis eſt la-
borandum, vt dubia per eoſdem fratres propoſita
decidautur per veras, & firmas rationes, & aucto-
ritates inſignium doctorum, Ita enim tolletur oc-
caſio reclamandi, & ceſſabunt odia, cum quilibet
3 acquieſcere debeat veritati, & rationi, † cui ſe ſub-
iiciens omnia ſibi ſubiicit, & qui contra eam pu-
gnat, agit contra remorſum conſcientiæ, & peccat:
Bald. in c. licet, de tranſlat. epiſcop. & conſ. 38 dominus
Thomas, ad fin. lib. 31. Felin. in cap. tua nos, col. 3. de iure
iurand. Ang. conſi. 10. ſanctiſſima, col. 3. cum aliis per
Neuizan. in ſylu. nupt. lib. 5. num. 12. & 13. fol. 431. poſt
Adrian. Pap. quodlib. 2.

Deueniendo igitur ad primum dubium circa validi-
tatem ſubhaſtationis, concludendum eſt illam ſub-
ſiſtere tanquam rectè, & legitimè factam, non ob-
4 ſtante, quod non præceſſerit æſtimatio perito-
rum, iuxta l. ſi quis, 16. vbi Caſtr. num. 2. C. de reſcind.
vendit. Roland conſ. 32. nu. 33. lib. 1. Afflict. deciſ. 358.
nu. 6. cum aliis, quæ pro annullanda ſubh ſtatione
allegantur, vt per Rot. coram R. P. D. Orano Ro-
mana vineæ de Brunis, 10. Decembris 1591. & co-
ram R. P. D. Gypſio Romana de Trinciis, 6. Iulij
5 1598. † Quia prædicta procedunt, quando con-
ſtaret de magno exceſſu inter pretium iuſtum, &
illud pro quo eſt facta ſubhaſtatio, de quo hic non
apparet, cum potius conſtet de contrario, vt in ſpe-
cie declarat Caſtr conſ. 1, 6. nu. 1. verſ. non obſtat ſi di-
catur, lib. 2. Surd. conſ. 39. num. 26. lib. 1. & conſ. 256.
6 nu 3. lib 2. † Cum etiam contraria procedant in pi-
gnore iudiciali, vel prætorio dato in ſolutum cre-
ditori, quando nullus licitator comparuit, ſecus ſi
venditio fiat ſub haſta ipſi creditori, tanquam plus
offerenti: Surd. conſ. 256 num. 5. vſque ad 8. lib. 2. dixi
ſupra c 7. nu. 23. & 24 tom. 1.

Maximè, quia diſpoſitio d. l ſi quos 16. C. de reſcind. ven-
7 dit. quod fiat æſtimatio ante adiudicationem † pro-
cedit ſolum in ſubhaſtatione, quæ fit pro exactione
publicarum functionum, non autem in debito pri-
uatarum perſonarum, prout, quidquid alij contra-
rium ſentiant, ita ſeruat Rot. coram R. P. D. Sacra-
to Romana annuæ præſtationis 1. Februar. 1613. &
coram R. P. D. Buratto Romana de Roncionibus,
8 9. Februar. 1615. tanquam † caſus publicæ exactio-
nis ſit magis priuilegiatus iuxta d. l. ſi quis vbi gloſ.
in verb. diſtrahere. & ibi Caſtr. in princ. & late dixi ſu-
pra cap. 545. nu. 24. vſque ad 31.

Non obſtat, quod ſubhaſtatio, & venditio facta fuerit
ab Archangelo tanquam procuratore Io. Felicis, de
cuius tamen mandato non conſtat, vnde erit nul-
la, cum præſupponatur extare decretum Iudicis,
quod Io. Felix iure creditoris faceret inſtrumentum
venditionis bonorum Baptiſtæ oblatori, quod ta-
men non fuit factum ab eo, ſed ab alio non haben-
te mandatum & per conſequens non fuit ſeruata
forma dicti decreti, quæ erat omnino ſeruanda tā-
9 quam ab ea non liceat recedere, † Quia cum con-
ſtet Io. Felicem vſum fuiſſe omnibus per eundem
Archangelum factis cenſetur omnia ratificaſſe; &
confirmaſſe cuncta, quæ prius defectu conſenſus
erant inualida, cum magis ſit facto facere, quàm
ore pronunciare, & magis colligitur animus ex o-
pere, quàm ex verbis, l. ſi tamen, § ei qui, D. de ædilit.
edict. l. de quibus, in fi. vbi Bald. D. de legib c. dilecti filij.
& ibi gloſ. in verb. facto, de appell. & in propoſito no-
tant omnes in c. ex parte, de reſcript. & in c. præſentia.
de probatio. Alex. conſ. 38. viſo proceſſu, col. 2. li. 5. Dec.
conſ. 232. iura, col. 2. & conſ. 58. col. 1. nu. 2. & conſ. 297.
non patitur col. 1. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. null.
10 repar. nu. 103. & 104. † Ita vt iſta ratihabitio retro-
trahatur, & mandato comparetur, l. licet, D. de iudic.
l. fi. C. de Macedon. l. donationes, la prima, in fi. C. de don.
inter vir. & vxor. Felin in cap. ſicuti, col. vlt. de ſimon.

Aliæ nullitates, quæ prætenduntur interueniſſe in di-
cta ſubhaſtatione, non probantur, & quatenus pro-
barentur, tamen dabitur retentio Io. Felici credi-
tori pro ſumma ei debita, de qua non controuerti-
tur, cum creditum ſit clarum, & liquidum, & de quo
11 nulla adeſt dubitatio, † cum ſit verior, & magis cō-
munis opinio, quod miſſus nulliter in poſſeſſionem
poſſit retinere rem, donec totum ſuum creditum
ſibi ſoluatur, l. vlt. in fin. C. ſi aduerſ. fiſc. l. ſi minore, C.
de iur fiſc. lib. 10. l. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt fiſcal. lib.
11. Gloſſ. in l. ſi non ſortem, § ſi centum, in verb. retinebi-
tur vbi Bart. in fin. Caſtr. nu. 6. Alex. nu. 6. Iaſ nu. 10.
D. de condict. indebit. Bald. in cap. quoniā frequenter. §.
ſin autem, num. 2. vt lit non conteſt. Neguſ. de pignor.
membr. 2. p. 3. nu. 20. Curt. Iun. de feud. p. 2. qu. 6. princ.
in fi. verſ. vel aliter poteſt. Neuiſan. conſ. 77. nu. 12. Sa-
lic. in l. 1. col. 2. verſ. attende, C. ne liceat. tert. prouocar.
Parpal. in l ſi quis aduerſus, ante fin. C. de precib. imper.
offer. Galleſ. de oblig. cameral. q. 3. ad fi. in quæſt poſt pro-
ceſſ. incident. nu. 31. vbi quod ita fuit deciſum per do-
ctrinam Bald. in l. fundus qui Iulij Titij, in lect. antiq.
12 de reſcind. vendit. † & quidquid alij contradicant, iſta
eſt verior, & magis communis opinio, vt teſtatur
late Surd deciſ. 46. n. 7. vſque ad 12. & conſ. 39. nu. 24.
13 lib. 1. Burſatt. conſ. 73. n. 29. & 30. lib. 1. † Quorum ra-
tio eſt, quia cum res datur alicui in ſolutum ſiue
per ſententiam ſiue ex inſtrumento executiuo,
quod habet vim illius, videtur quodammodo talis
res obligata, vnde licèt ſit nulla, tamen aliquod
ius competit in re, & ideò agens ad nullitatem te-
netur debitum offerre, l. 1. Cod. de fid. inſtrum. & iur.
haſt. fiſcal. lib. 10. Neuiz. conſ. 77. nu. 12. dixi ſupra cap.
16. nu. 37. vſque ad 40.

Nec facit quod non poſſit retineri res, quæ ad credi-
14 torem peruenit cum vitio, † Quia hoc non proce-
dit, quando ad eundem creditorem dicta res de-
uenit ex cauſa illius debiti, pro quo nunc vult reti-
nere, nam quamuis adſit vitium, datur tamen re-
tentio: Bart. in l. ſi non ſortem, § ſi centum. num. 8. D. de
condict. indeb per text. in l. eleganter, § qui re obos, D.
de pignor. action. Caſtr. in l ſi petenti, num. 3. De eod. tit.
Surd. deciſ 64. nu. 12.

Et quāuis aliqui teneant, quod in reſtitutione crediti
ſit habenda ratio fructuum perceptorum per credi-
15 torem, qui ſolent extenuare ſortem: † Surd. conſ. 39.
n. 4. poſt Bald. in c. quoniam frequenter, § ſin autem. vt
lit. non conteſt. Tiraq. de retract. lign. §. 23. gl. 1. n. 27. in
16 fi. † Tamen quando fructus ſunt conſumpti, & ſu-
mus in iudicio ſingulari, poſſidens rem vigore ad-
iudicationis nullæ lucratur fructus perceptos ex il-
la re: Burſatt. conſ. 73. nu. 30. li. 1. Neuiz. conſ. 77. n. 22.
17 & 21. poſt Imol. in l. ſi fur §. 1. de vſucapionib. † Cum
etiā ſit habenda ratio m lioramentorum, & dāno-
rū, & intereſſe ad fauorē creditoris: Burſatt. d. conſi.
73. n. 29. & 30. lib. 1. Neuiz. d. conſ. 77. nu. 23. vſque ad

ſi. vbi etiam quod in hoc ſtabitur arbitrio boni viri
18 circa iſta damna [illegible] intereſſe, † maxime in caſu
noſtro, in quo decidendum eſt ex bono, & æquo
per D. Arbitratorem: Petr. de Vbald. de ſociet. qu. 19.
ad fi. Cum etiam talibus arbitratoribus permittan-
19 tur multa, quæ aliis non permitterentur † pro exi-
mendo partes à litibus in eos compromiſſis: Surd.
conſ. 524. nu. 7. lib. 4. Bald. in l. ſolam, in fin. C. de teſtam.
Bouius, de ſtatut. vrb. præſcript. gl. 21. nu. 55. tom. 17. fol.
195. Aym. de antiq. tempor. limit. 8. n. 9. eod. tom. fol. 141.
20 † vbi etiam quod illi admittunt probationes per-
ſuaſiuas: Corſet. 1. de priuileg. pac. n. 4. tom. 32. fol. 124.
vbi etiam quod pro bono pacis poſſunt iuſtitiam
21 lædere: † Abb. in c. his quæ de maiorit. & obed. ver text.
in c. niſi 10. de præbend. & notant omnes in l. ſi de meis.
alias incipit idem Pomponius, 14. §. recepiſſe, D. de ar-
bitr. & in l. ſocietatem, 77. §. arbitrariorũ, D. pro ſocio.
Secundum dubium decidendum eſt affirmatiuè,
quod donatio, & ceſſio, de qua agimus, ſit valida,
22 † quamuis donans in ipſa prima ſcriptura, ſiue
matrice, ſeu imbreuiatura non ſe ſubſcripſerit ma-
nu propria illico, & incontinenti in actus celebra-
tione, & quamuis duo in donatione inter viuos in
ipſa prima ſcriptura eodem tempore, quo ipſe do-
nans, non ſe ſubſcripſerint iuxta ſtatutum vrbis
c. 149. lib. 1. Quia non ſumus in donatione, ſed in
ceſſione facta ex cauſa tranſactionis ad ditimendas
lites, & controuerſias, prout latius in inſtrumento
continetur, in quo apparet, quod fuerunt empta
omnia iura competentia vigore mandatorum exe-
cutiuorum pro magna quantitate pecuniarum, quæ
iura fuerunt per emptorem ſuo riſico, periculo, &
fortuna abſque aliqua promiſſione euictionis, niſi
de dato, & facto proprio venditorum, qui ſolum
23 vendiderunt iura talia qualia, † quo caſu non intrat
ſtatutum, cum ſimus in donatione gratuita, ſed
in emptione facta ex titulo oneroſo, ideo non mi-
rum, ſi tunc requiruntur ſolemnitates, quæ requi-
rerentur in liberatione debitoris, & pacto de non
petendo, ſeu renunciatione, aut remiſſione, quæ fit
alicui bonorum ſeu iurium ſuper eis exiſtentium
vel ceſſione, & ſimilibus diſpoſitionibus gratuitè
factis: Iaſ. in l. creditor, in princ. Cod. de pact. Ruin. cõſ.
133. nu. 5. lib. 4. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. num. 8.
Clar. in §. donatio, qu. 16. verſ. idemque ſi ſit facta, nu 4.
cum aliis de quibus ſupra c. 409. nu. 19.
Præterea quamuis etiam eſſemus in donatione, prout
verè non ſumus: Tamen neque vlla ſolemnitas ſta-
tuti Vrbis erat adhibenda, quia licet contractus
24 fuerit factus Romæ nomine mulieris, † nihilomi-
nus talis locus non attenditur, cum ſolum atten-
datur locus ratihabitionis. Vnde quamuis in di-
uerſis ciuitatibus extent ſtatuta requirentia ſolem-
nitatem in contractibus mulierum, & nomine il-
larum fuerit in eis celebratus contractus, tamen
poterit ratificari per illas ſine ſolemnitatibus, ſi
vbi degunt, non extent ſimilia ſtatuta: Rot. coram
R.P.D. Litta Romana hæreditatis, 14. Maij, 1603.
Aret. conſi. 73. col. 3. ad fin. & late dixi ſupra c. 124. nu.
29. vſque ad 32.
Idem eſt dicendum reſpectu viri contrahentis, qui
licet teneretur ſeruare ſolemnitates ſtatuti Vrbis
25 † dum ibi contrahit, ſeu donat: Bart. in l. cunctos po-
pulos. quæſt. 6 princ. nu. 30. verſ. ſexto videndum eſt. C.
de ſacroſanct. eccleſ. Caputaq. deciſ. 206. part. 3. & deci
283. p. 1. Tamen ex quo habemus aliam diſpoſitio-
nem factam in terra Meuaniæ, vbi iterum fuerunt
vendita iſta iura dotalia tam per virum, quam per
mulierem cum celebratione noui contractus, non
eſt quærendũ amplius de ſolemnitatibus ſtatuti Vr-
26 bis, † ſed de illis, quæ requiruntur in loco, vbi cele-
bratur iſta noua diſpoſitio, vel vbi illa ratificatur:
Abb. conſi. 52. in quæſtione Rayneriy col. 1. poſt med. verſ.
ſed his non obſtantibus, num. 3. lib. 2. Gozad. conſi. 49.
col. 3. num. 14. Surd. deciſ. 118. nu. 3. Rot. coram R.P.D.
Litta Romana hæreditatis, 14. Martij 1603. cum
aliis ſupra allegatis.
Circa tertium dubium concludendum eſt non con-
ſtare quod Io. Felix ſit hæres patris, & per conſe-
quens ceſſat objectum, quod omnes ejus actiones
ſint confuſæ, & quod vti creditor hæreditaris pa-
27 ternæ nihil poſſit prætendere. † Quia hoc proce-
deret quando eſſet probata aditio, de qua non con-
ſtat, & tanquam fundamentum patris erat ante om-
nia probanda talis aditio, leg. pro hærede, ff. de acquir.
hæred. Dec. conſi. 442. in cauſa in qua, col. 3. in princ.
verſ. aditio enim. n. 15. Franc. deciſ. 60. n. 3. & 10. Natt.
conſi. 398. nu. 44. Bald. conſi. 224. lib. 2. Rom. conſi. 154.
28 nu. 2. Maxime † quia ſumus in hæreditate damno-
ſa, & inuoluta debitis, quo caſu minus præſumitur
aditio, & magis concludenter erit probanda: Aym.
conſi. 35. nu. 12. in fin. poſt Corn. conſi. 310. col. 2. ad fin.
29 lib. 3. † Quamvis neque ſufficeret præſumptio hæ-
reditatis opulentæ ad probandam aditionem, vt te-
net Rot. coram R.P.D. Buratto Romana hæredita-
tis & paragij dotis, 16. Nouembris 1616. col. 2. in
princ. poſt Franc. deciſ. 60. num. 22. Menoch. præſump.
99. n. 3. verſ. & hæc quidem, lib. 4.
Præſertim cum habeamus claram declarationem Ioa.
Felicis, qui aſſerit ſe eſſe creditorem hæreditatis pa-
ternæ, & in ea velle ſatisfieri de ſuis creditis, ideò
illam repudiauit, dicens non eſſe, & nolle eſſe hære-
30 dem, † quę verba ſunt adeo præciſa, & prolata ani-
mo deliberato, vt importent expreſſam repudia-
tionem, §. vlt. verſ. ſicut autem, inſtit. de hæred. qualitat.
& differ. Bart. in l. gerit, n. 8. ff. de acquir. hæredit. Alex.
in l. qui ſe patris, n. 3. verſ. vnde Ioannes, C. vnde liber.
31 Ita vt etiam ſufficeret, quod quis reſponderet poſi-
tioni per verbum non credit, quod importabit repu-
diationem cum interrogatus in judiciis debeat de-
liberate reſpondere, & certum reddere aduerſariũ,
vt in ſpecie notat Bald. in l. 1. in fi. de falſ. cauſ. adiect.
leg. Aret. in l. gerit, col. 4. verſ. & aduerte, de acquir. hæ-
redit. Dec. in l. qui ſe patris, num. 18. verſ. ſed certè, Cod.
vnd liber. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. li. 12. ti. 14.
n. 18. & ſequitur Rot. corã R.P.D. Pãphilio Romana
hæreditatis de Gabrielibus, 9. Decẽbris 1613. in fin.
32 † vbi quod magis procedit, prout in caſu noſtro
quãdo iſta verba sũt prolata medio juramento, quaſi
tũc quis præſumatur juraſſe animo deliberato, cum
nemo accedat ad jurãdũ ſine magna deliberatione:
Butr. & Abb. in c. ex reſcripto, de iureiurand. Rom. in l.
33 ſi vero, §. de viro, n. 60 ff. ſolut. matrim. & † notat etiam
in propoſito: Iaſ. in l. repudianda, verſ. ſecundo limita,
de acquir. hæredit. Curt. Sen. in auth. ſacramenta pube-
rũ, d. 32. C. ſi aduerſ. vendit. Curt. Iun. in l. qui ſe patris,
n. 38. verſ. poteſt etiã aliter limitari, C. vnde liber. Car.
Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 14. nu. 24.
Non obſtat, quod Io. Felix fuerit inſtitutus hæres
cum aliis fratribus, & quod ſoluerit, & exegerit
debita paterna, & quod habuerit curam, & poſ-
ſeſſionem honorum paternorum & hæredita-
riorum

riorum, cum aliis actibus, ex quibus prætenditur
34 conſtare de aditione. † Quia iſti actus non ſuffi-
ciunt, quando, prout in caſu noſtro, quis poteſt il-
los facere non tanquã hæres, ſed tanquam creditor,
& adminiſtrator, vel alio titulo, tunc enim dicũtur
actus æquiuoci, & non inducunt aditionem hære-
ditatis, & debet aliunde magis concludenter pro-
bari aditio, & per actus neceſſarios, & qui non con-
ueniant, niſi hæredi, *l. 2. & 3 D. de interrogat. actionib.*
Aym. *conſ. 33. nu. 2. & conſ. 37. nu. 4.* Dec. *conſ* 442. *nu.*
15. *cum ſeq.* Roman. *conſ. 224. nu. 2. in fi.* cum aliis per
Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 3.*
Menoch. *præſumpt. 99. nu. 2. & 3. lib. 4.* Rot. coram
R. P. D. Buratto Romana hæreditatis & paragij
35 dotis 6. Nouembr. 1616. vbi † de poſſeſſione bono-
rum hæreditariorum, quæ licèt aliquando inducat
coniecturam aditionis: Bart. *in l. gerit nu. 3. D. de ac-*
36 *quir hæredit.* Alex. *conſ* 32. *nu.* 1. *lib.* 3. Card. Mant. *de*
coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 5. Tamen † non
eſt actus neceſſarius, ſeu æquiuocus, quando, prout
in caſu noſtro, poteſt dari continuatio poſſeſſio-
nis, vel ratione ſui crediti, vel alterius iuris, & ideo
tunc ex eo non eſt inducta aditio: Marant. *in l. is po-*
teſt, n. 98. verſ. prædicta tamen, D. de acquir. hæred. Ro-
man. *conſ. 154. nu. 1. & 2.* Corn. *conſ. 1. n. 8. lib. 2.* Rot.
coram Cardin. Ludouiſio nunc Sanctiſſ. D. N. Ro-
mana dotis, 8. Maij 1610. & coram R. P. D. Caua-
lerio Bonon. de Guidolottis, 13. Iunij 1617. & in ea-
37 dem cauſa, 26. Ianuarij, 1618. vbi † etiam de actu
locationis, qui eſt actus æquiuocus, cum poſſit fieri
etiam à creditore vigore ſui crediti, & adminiſtra-
tionis, & curæ, & cuſtodiæ, quam habet in bonis,
in quibus aliquod ius prætendit, vel ex alio ſimili
titulo, vt per Rot. in d. cauſa Romana hæreditaris
& paragij dotis, 16. Nouembr. 1616. *col. 2. ad med.* &
coram R. P. D. Caualerio Bonon. de Guidolottis
38 23. Iunij 1617. *col. 2. & 26.* Iunij 1618. *col. 1.* † Quid-
quid aliàs locatio induceret aditionem: Alex. *conſil.*
32. *nu.* 1. *verſ & ſimiliter locando, lib. 3.* Card. Mant. *de*
coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 12. nu. 10. Rot. coram R.
P. D. Veroſpio Bononien. de Guidolottis, 23. Iunij
1613. & 9. Decembr. etiam 1613. & coram Card. Lu-
douiſio nunc Sanctiſſ. D. N. Romana hæreditatis
10. Martij 1603. & Romana cenſus de Carducciis,
39 27. Octo. 1600. † Iſta enim procedunt, quando non
poteſt conſiderari, quod actus fiat àliter, quàm no-
mine hæredis, vel quando fuiſſet geſtus ab aliquo
tanquam hærede cum iſta expreſſione hæredis, vt
per Rot. coram R. P. D. Caualerio Bonon. de Gui-
dolottis, 23. Iunij 1617. *col. vlt.* iuxta diſpoſitionem
text. *in l pro hærede, §. in fin. D. de acquir. hæredit.*

Et cum habeamus claram mentem Io. Felicis, qui
nunquam ſe nominauit cohæredem cum fratri-
40 bus, † cum expreſſa proteſtatione, quod volebat
ſua credita recuperare ab hæreditate paterna, non
poteſt iudicari aliqua aditio, ſed potius repudia-
tio, vt in ſpecie conſiderat Rot. in cauſa Bonon.
de Guidolottis coram R. P. D. Caualerio, 23. Iunij
1617. *col. vltim. in princ.* poſt Menoch. *præſumpt. 702.*
41 *nu. 17. cum ſeq. lib. 4.* † Et ſtandum eſt declarationi
factæ ab ipſo Io. Felice, qualem animum habuerit
circa iſtos actus geſtos in hæreditate patris: Alex.
conſ. 126. nu. 1. & 2. lib 7. quem ſequitur Rot. coram
R. P. D. Caualerio in eadem cauſa Bonon. de Gui-
dolottis, 26. Iunij 1618. *col. 2. in princ.*

Super quarto dubio circa damna, expenſas, & inter-
eſſe occaſione querelæ non iuſtificatæ, conclu-
42 dendum † eſt deberi, cum adſit obligatio quere-
lantium, cum fideiuſſione præſtita ad pœnam ta-
lionis, quæ licet de conſuetudine non ſeruetur:
Felin. *in cap. ſuper his, 16. num. 5 verſ. vltimo nota, de*
accuſationib poſt Ang. & Salic. *in l. qui crimen, C. qui*
accuſar. non poſſ. Menoch. *de arbitr. caſ 79. numero 5.*
43 *fol. 53.* Tamen † cum habeamus expreſſam con-
uentionem partis querelantis, illa eſt ſeruanda,
potuit enim hanc legem ſibi dicere non obſtante
præfata conſuetudine, maxime, quia habemus
44 claram Bullam Sanctiſſimi Pij V. vbi † in ſpecie
talem pœnam talionis innouauit, vt in Bullario
part. 2. cõſtit. 5. ante fin. verſ. monemus præterea, fol. 926.
quam hodie eſſe ſeruandam dicit Farinac. *qu. 16. n.*
5. ad fin. prout etiam in pleriſque curiis ita quoque
45 ſeruatur, † vt de curia Neapolitana iuxta Ritum
6. dicit Baiard. ad Clar *in prax. qu. 81. num. 5. & 6.* &
de ſtatuto Ferrariæ ita diſponente notat Menoch.
46 *de arbitrar. caſ. 322. n. 6. fol. 270.* † Adeo vt ſtantibus
prædictis magis valeat huiuſmodi pactum, tan-
quam roboratum ab eadem Bulla renouante pœ-
nam talionis: Farinac. *dict. qu. 16. num. 5. in fin.* Præ-
ſertim, quia licet etiam pœna talionis ſit abrogata:
47 † Tamen eius loco ſucceſſit alia pœna extraordi-
naria arbitrio Iudicis: Menoch. *de arbitr. caſ. 79. n. 5.*
fol 53. & caſ 302 nu. 3. cum ſeq. fol. 270. Poſt Bald. *in l.*
athletas. §. calumniator, num 6. D. de his qui not. infam.
Abb. *in cap. 1. in fin.* & ibi Felin. *num. 1. de calumniator.*
Marſil *in l. quæſtionis modum, nu 52. D. de quæſtionib.*
Couarr. *lib. 2. var. reſol. c. 9. nu. 1.* Boſſ. *de calumniator.*
nu 8. & de accuſat. nu. 17. Clar. *in §. fin. qu. 81.* Farin.
48 *qu. 16 nu. 13.* † vbi quod paſſim condemnantur in
expenſis, qui non probant querelas, quamuis non
condemnentur de conſuetudine in pœnam tur-
pilliani, & licet alij contrarium dicant ſeruari e-
tiam quo ad expenſas, nihilominus talis vſus non
debet attendi, quia allegare inconueniens non eſt
49 ſoluere, † neque enim ſolitum eſt conſiderau-
dum, ſed quod de iure eſt faciendum, & notat e-
tiam Grammat. *deciſ. 39. in fin.*

Cum etiam pœnæ conuentionales, & legales propter
intereſſe etiam de iure canonico poſſint exigi per
50 creditorem. † Immo quoque in foro conſcientiæ
Purpur. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, nu. 86. & 91. D. ſi cert. pet.*
Corn. *conſ. 69. in fi. lib. 2.* Ang. *conſ. 44.* Dec. *conſ. 298.*
col. 2. Rebuff. *in l. vnic. n. 588. & 589. C. de ſent. quæ pro*
eo quod inter. Socin. Iun. *conſ. 23. n. 17. lib. 2.* Menoch.
51 *de arbit. caſ. 260. n. 38. vſque ad 42. fol. 255.* † vbi etiam
quod hęc procedunt in perſonis eccleſiaſticis, prout
ſumus in caſu noſtro, cum illis etiam permittatur
exactio pœnarum, quatenus non excedant iuſtum
intereſſe: Ang. *conſ. 43. in fin.* Rebuff. *in d. l. vnic. num.*
568. *verſ. limita in eccleſia, C. de ſentent. quæ pro eo quod*
52 *inter.* † Et cum conſtet de damnis paſſis, illorum
liquidatio facile probabitur, & per Iudicem taxa-
bitur, cuius recto arbitrio committitur: Iaſ. *in l. ſi*
quis de. n. 21. C. vnde vi. Abb. & alij *in cap. vlt. de his*
quæ vi vel met. cauſ. fiunt Afflict. *in c. 1. n. 21. verſ. item*
habet arbitrium taxandi, ex quib. cauſ. fend. amittat.
Menoch. *de arbitr. caſ 121. nu. 1. cum ſeq. fol. 145.*

Circa quintum dubium de ceſſionibus cenſuum quæ-
ſitis per filium patre adhuc viuente, & aliis bonis,
de quibus eſt quæſtio, concludendum eſt eoſdem
cenſus non eſſe quæſitos patri, neque communi-
53 candos cum fratribus, † Quamuis enim filius ac-

quitat patri, & omnia præſumantur prouenisse de bonis paternis, l. 2. Cod. de patr. poteſt. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Menoch conſ. 364. n. 5. & 14. lib. 4. Tamen iſta non habent locum in caſu noſtro,
54 † quia ſumus in clerico, & ſacerdote, qui habet proprium peculium, & patrimoniũ, & in eo reputatur tanquam paterfamilias: Lupus, in rubr. de donation. inter virum & vxor. §. 42. n. 9. vſque ad 12. Coraſ. in l. frater à fratre, 38. n. 103. in fin. D. de condict. indeb.
55 Surd. de aliment. tit. 4. qu. 11. nu. 21. in fi. † & generale eſt vt omnia, quæ conceduntur militibus armatæ militiæ, de quibus per Bart. in l. neque, §. deportati, D. de militar. teſtam. & per Bald. in l. milites, C eod tit. extendantur ad clericos tanquam ad milites cœleſtis militiæ, & nedum ad illos, ſed etiam ad milites iuſtitiæ quales ſunt doctores, prout etiam Ioan. Felix eſt talis: Gloſſ. in l. miles, in princ. in verb. facere, ad fin. vbi Bart. & Ang. de re iudicat. per text. in l. ſacroſanctæ, C. de epiſcop. & cleric. authent. presbyteros, C. eod. tit. cum aliis per Euerard. loco argum. 56. in princ.

Et quod dicitur de confeſſione Io. Felicis facta in iudicio criminali de nullo peculio per eum poſſeſſo,
56 non verificatur, † ideò non eſt quærendum, an talis confeſſio faciat probationem in iudicio ciuili inter eiuſdem partes: Felin. in cap. veniens, il ſecondo, nu. 20. de teſtib. Oſac. deciſ. 107. nu. 1. Cum etiam dicta confeſſio, quatenus adeſſet, ſit erronea, contrarium enim conſtat ex literis clericatus, & ex prioratu, quem Io. Felix obtinet, cum ſit etiam ordinatus ad titulum patrimonij, & beneficij, in quo re-
57 putatur tanquam paterfamilias, † & dicitur habere peculium, de quo poteſt diſponere, ſicut paterfamilias, l. fin. C. de inoffic. teſtament. l. 1. vbi gloſſ. in verb. geſtum, in fin. de annon. ciuilib. lib. 10. Bald. &
58 Salic. in auth. presbyteros, C. de epiſc. & cleric. † Adeò vt talis confeſſio ſtante errore poſſit reuocari, & nullum effectum operetur: Butr. in cap. fin. col. 10. de confeſſ. Bero. conſ. 201. num. 15. lib. 3. Quamuis etiam
59 eſſet iurata † & facta ad interrogationem Iudicis parte quoque præſente, & acceptante, & ex interuallo: Idem Bero. conſ. 194. num. 1. lib. 3. & conſ. 106. nu. 34. & 35 eod. lib. Dec. conſ. 408. per tot. Parii. conſi. 131. nu. 35. cum ſeq. lib. 1.

Quo ad ſextum dubium de creditis, quæ prætendit Bernardinus ſuper hæreditate paterna, dicendum eſt illa deberi, nam quo ad ſcut. 300. quæ peruenerunt ad Cæſarem patrem de pecuniis dotalibus vxoris Bernardini cum interuſuriis dotalibus pro rata temporis, quo vixit ſeorſum à patre, clarum eſt illa eſſe reſtituenda tam de iure, quam ex diſpoſitione eiuſdem Cæſaris, qui in teſtamento mandauit eundem Bernardinum conſeruandum eſſe indemnem pro dote ſuæ vxoris per eum recepta, non obſtante, quod dicto Bernardino fuerit datum in ſolutum prædium nuncupatum il cantone, nam conſtat quod illud fuit euictum ad inſtantiam Prioris vti ceſſionarij anteriorum credi-
60 torum ipſius patris. Vnde † cum ſolutio non ſit facta irreuocabiliter, datur regreſſus ad primæuam actionem, & hypothecam, quæ non extinguitur, quamuis fuerit acquiſitum dominium rei obligatæ cum contingat illud eſſe amiſſum per euictionem, poſt quam reuiuiſcit obligatio, & hypotheca, l. qui res, 98. in princ. D. de ſolut. Afflict. deciſ. 8. n. 1. & deciſ 16. num 4. Tiraquell de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 70. cum aliis quos adduxi ſupra cap. 3.
61 & 6. † Maxime fauore dotis, quæ habet priuilegium, vt ſemper poſſit rediri ad primam actionem, ſi euincatur res data in ſolutum: Bad. & alij in l. libera, C. de ſent. Surd. conſ. 145. nu. 34. in fin. lib. 1.

Super ſeptimo dubio concludendum eſt, quod valor fructuum, de quibus agimus, debeat attendi ſecundum æſtimationem loci, in quo fuerunt colle-
62 cti, † cum iuſtum pretium dicatur illud, quod in loco recollectionis currit, & non in alieno foro: Cyn. in l. vlt. §. fin. nu. 1. vbi Bart. num. 8. Bald. nu. 1. & ibi Barbat. in addit. in verb. his quæ. Ang. in prin. Salic.
63 num. 9. C. de adminiſt. tutor. † Ita vt ſtatim ob talem æſtimationem, conſumptis fructibus non poſſit amplius creſcere, aut decreſcere æſtimatio: Bald. in c. cum vos, nu. 5. verſ. quæro quod ſi iſte œconomus comedit frumentum, de offic. ordinar. poſt Bart. in l. diuortio, §. ob ordinationes, in fin. D. ſolut. matrim. iuxta l. is cui, §. quaſi D. vt in poſſeſſ. legator.

Ob quam rationem inferunt Bart. Bald. & alij ſupra
64 allegati in d. §. fi. † quod tutores, adminiſtratores, & ſimiles quamuis poſſent frumentum, vinum, & fructus carius vendere mittendo illos ad forum vicini loci, ſi non miſerunt, ſed eos vendiderunt, vbi ſunt recollecti, viliori pretio, non tenentur niſi de æſtimatione loci recollectionis, cum illud ſit iuſtum pretium: Affl. deciſ. 316. in fin. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 224 col. 3. in fin. verſ. ea mobilia quæ commode ſeruari ſol. 902. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 16. part. 6. gloſſ. vlt. Guttier. de tutel. part. 2. c. 1. n. 61. & 120. Munnoz. de ratiocin. admin c. 17. nu. 25.

Et quidem talis æſtimatio non ſolum debet eſſe iuxta valorem loci, in quo ſunt recollecti huiuſmodi
65 fructus, † ſed etiam iuxta pretium, & æſtimationem cuiuſlibet anni de tempore recollectionis, & perceptionis, & non ad plus neque minus, vt in ſpecie concludit Anan. conſ. 38. incip. viſis his quæ in facto, nu. 2. & 3. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 600. Addit. ad Bart. in l. ex diuerſo, alias & ex diuerſo, n. 6. in verb. ſi vero ſunt conſumpti, D. de rei vendic Neuiz. conſ. 90. n. 23. Et eſt text. in ſimili in l. 1. C. quand. dies legat. ced. & in l. nec ſemel, 12 D eod. tit. Menoch. conſ. 40. n. 17. lib. 1 Surd. de alim. tit. 9. q. 6. n. 12. Bart. conſ. 216. n. 5. lib. 1. Cephal. conſ. 485. nu. 75. lib. 4.

Maxime quia immiſſus in poſſeſſionem ex Saluiano
66 interdicto debet † ex fructibus ſibi ſatisfacere de ſuo credito, l. 1. C. de diſtract. pignor. l. ſi dominium, C. de pignor. Honded. conſ. 25. nu. 3. lib. 2. Rot. diuerſ. deci. 43. num. 2. p. 1. Vnde ſtatim ac fructus recolliguntur cedunt ex forma ſententiæ in extinctionem ſui crediti, ideo quo ad valorem debet attendi tempus recollectionis, & perceptionis, cum non teneatur fructus conſeruare in aliud tempus, quo carius venditur, vt dictum eſt ex Cyn. Bald. & aliis ſupra allegatis, num. 61. & cum æſtimatio ſuccedat loco dictorum fructuum conſumptorum, & pro eis ſit ſubrogata, eis attendenda vera æſtimatio prout appretiabatur tempore eorum perceptio-
67 nis, non conſiderato alio tempore, † tanquam ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, D. ſi quis caution. etiam in materia correctoria: Aretin. in rubric. D. de acquir. poſſeſſ. ad fin. Natt conſ. 346. num. 3. Surd. conſ. 41. num. 11. & in ſpecie ita concludit Maluag. conſ. 121. nu. 23. lib. 1.

Super aliis prætenſionibus hinc inde deductis non eſt inſiſtendum, cum omnia conſiſtant in facto, &

adſunt

adſint inſtrumenta poblica, ita vt ſint facienda computa; & vnicuique ius ſuum tribuendum, prout D. Arbitrator faciet, qui omnia de bono, & æquo componet vt decet probum, & ſapientem virum, & integræ, & ſpectatæ vitæ, & religionis, & charitatis.

EPITOME.

Ius accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi, maximè conceſſa titulo oneroſo, & per habentem iuriſdictionem etiam inferiorem à Principe. ¶ Et quid ſi adſint verba *poſt mortem ipſorum, & cuiuſlibet eorum.* ¶ Vel ſi conceſſio fieret in euentum in quem fratres inueſtiti filios maſculos non haberent pro vna filia tantum. ¶ Vel cum dictionibus diſtributiuis, & non diſtributiuis. ¶ Vel quando concederetur fratribus ſimul viuentibus in communione. ¶ In indiuiduis ſiue propter ſe, ſiue propter pactum adiectum, puta iuriſdictione, piſcatione, venatione, & ſimilibus quomodo portio vnius accreſcat aliis. Et an ſit danda æſtimatio portionis, quæ accreſcit, domino. ¶ Emphyteuſis conceſſa duobus, & eorum filiis cum pacto vt illis non extantibus reuertatur ad concedentem an ſit deuoluta, ſi non ſequatur obitus omnium. ¶ Diuiſio facta inter fratres an operetur vt ſit renunciatum iuri ſuperuenienti poſt mortem vnius ex eis circa ius accreſcendi in emphyteuſi comprehenſum. ¶ Dominus an teneatur renouare emphyteuſim proximioribus. ¶ Inueſtitura an ſit petenda per eum, qui patitur controuerſiam ſiue à domino, ſiue à tertio ſuper feudo, & emphyteuſi. ¶ Conceſſio cum pacto ad renouandum an dicatur perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis conceſſa duobus, eorúmque filiis, cum pacto, vt illis non extantibus reuertatur ad concedentem, non dicitur deuoluta, niſi contingat obitus omnium. n. 1. & 7.*

3 *In conceſſione emphyteuſis facta per iuriſdictionem habentem etiam inferiorem à Principe habet locum ius accreſcendi.*

4 *Contractus emphyteuſis eſt vltro citroque obligatorius, in quo dominus tenetur ad præſtandam patientiam vſus rei emphyteuticæ, & emphyteuta obligatur ad illam meliorandam, & ſoluendum canonem.*

5 *Ius accreſcendi admittitur in emphyteuſi maxime conceſſa titulo oneroſo. n. 6.*

8 *Verba* poſt mortem ipſorum, & cuiuſlibet ipſorum, *in emphyteuſi inducunt ius accreſcendi. n. 9. Idem ſi conceſſio fieret in euentum in quem fratres inueſtiti filios maſculos non haberent, pro vna eorum filia tantum. num. 10.*

11 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium operatur, vt illi, poſt quorum mortem quis vocatus eſt, cenſeantur inuicem vocati.*

12 *Concedens emphyteuſim ſcienter fratribus ſimul viuentibus in communione cenſetur vnicuique inſolidum conceſſiſſe, ita vt ad eum non reuertatur, niſi omnibus deficientibus. Declara vt nu. 13.*

14 *Conceſſio emphyteuſis per verba non diſtributiua non inducit ius accreſcendi. Idem ſi dictio diſtributiua non poſſet ſalua ratione recti ſermonis referri ad omnes vocatos, vel ſi non concurrerent coniectura. nu. 15. & 16.*

17 *Diuiſio facta inter fratres non facit, vt ſit renunciatum iuri ſuperuenienti poſt mortem vnius ex eis circa ius accreſcendi in emphyteuſi comprehenſum.*

18 *Conceſſio cum pacto ad renouandum dicitur perpetua.*

19 *Dominus tenetur renouare emphyteuſim comprehenſis in inueſtitura.*

20 *Inueſtitura non eſt petenda per eum, qui patitur controuerſiam ſuper feudo, ſeu emphyteuſi, ſiue detur à domino, ſiue à tertio. & nu. 21.*

22 *In indiuiduo ſiue propter ſe, ſiue propter pactum adiectum puta iuriſdictione, piſcatione, ac ſimilibus quomodo portio vnius accreſcat alij; & an ſit danda domino æſtimatio portionis, quæ accreſcit. nu. 23.*

CAPVT DCCVII.

EMphyteuſis, de qua agimus, fuit conceſſa Scipioni, & Pandolpho eorum filiis ac nepotib. maſculis tantum ex eis directa linea, & legitimo matrimonio deſcendentibus, cum pactis, & conuentionibus, de quibus in inſtrumento, inter quas adeſt illa conuentio, quod deficientibus in ſolutione canonis, vel pacta non ſeruantibus, vel filiis & nepotibus maſculis, vt ſupra, non extantibus, tunc & eo caſu emphyteotæ cadant ab omni iure
1 feudali, & emphyteotico, ac titulo comitatos, † ex quibus verbis colligitur, quod ad effectum, vt res emphyteotica reuertatur ad eccleſiam, non ſatis eſt, vt Pandulphus deceſſerit ſine deſcendentibus; cum etiam requiratur, vt Scipio abſque eis decedat, vnde, donec ille eſt ſuperſtes, tota emphyteuſis ad eum ſpectat, & portio alterius deficientis ei accreſcit, hoc enim ſignificant verba illa non extantibus eorum filiis, & nepotibus maſculis ex eis deſcendentibus, quæ debent verificari in obitu omnium filiorum, non autem in vno tantum ex eis, cum iſtud relatiuum eorum, vel ex eis inducat ius accreſcendi non ſecus ac ſi additum fuiſſet verbum omnium, quaſi hoc ſit ex vi taciti pacti, vt donec aliquis eorum ſuperſit, non reuertatur ad eccleſiam: Specul. *de locat. tit. de emphyteuſ. §. nunc aliqua. q. 89* Iaſ. *in l. ſi mihi & Titio col. 4. in fin. num. 11. ad med. verſ. ſimiliter in præcedenti eſt dictio. ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſ. 43. num. 11 lib. 1.* vbi quod ita tenuerunt Azo. & Mart. de Fan quod etiam voluit Curt. Iun *de feud. part. 2. ad fi. num. 75. verſ. limitat. regulam dictam.* Honded. *conſ. 54. nu. 26. lib. 2* Gabr. *conſil. 88 n. 6. lib. 1. & conſ 66. n. 12. lib. 2.* dixi latè *ſupr. c. 271. nu. 14. vſque ad 19.* Schrader. *de feud. p. 7. c. 1. nu. 21 an 6. concluſ. verſ. idem eſt ſecundum ſupradicta.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 154. & deciſ.*
2 161. † vbi in terminis loquitur de emphyteuſi concepta ſub iſtis verbis quibus decedentibus, ſeu non extantibus, quę debent intelligi de omnibus, quamuis non ſit facta expreſſio omnium, cum ſimiles contractus ex legum diſpoſitione ament indiuiduitatem: Rot. coram Cardin. Mantic. Bononien. bonorum 17. Martij 1596.

Maximè quia ſumus in conceſſione facta à Domino Caſtri, & Comite Bobij, & Epiſcopo iuriſdictio-
3 nem etiam temporalem habente, quo † caſu habet locum ius accreſcendi, quamuis ſimus in inferiore à Principe, cuius contractus debet cenſeri bonæ fidei, non ſecus ac ſi cum Principe eſſet celebratus, vt in ſpecie concludit Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. li. 22. tit. 34. n. 12 ad med.* poſt Dec. *conſ. 4. col. 2. verſ. & præſertim.* Putp. *conſ. 18. n. 48.*

Cum etiam ſimus in contractibus vltro citroque obligatoriis, nam emphyteota obligatur ad ſol-
4 uendum canonem, † & ad meliorandam, & non alienandam rem emphyteoticam, Dominus autem ad præſtandam patientiam, vt emphyteota

poſſit vti, & frui re emphyteotica, *l. ſi merces, §. vlt maior ff. locat.* Alex. *in l. ſi mihi & titio, num. 11. ff. de*
5 *verb. oblig.* Vnde † ſtante iſta promiſcua obligatione, habebit locum ius accreſcendi, vt in propoſito notat Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 34. num. 14. & 15.* vbi etiam *num. 7. cum ſeq.*
6 † quod hoc maxime procedit, quando, prout in caſu noſtro, conceſſio fuit facta ex cauſa oneroſa, non autem lucratiua, tunc enim ex tacita mente contrahentium dicendum eſt voluiſſe, quod portio vnius accreſcat alteri: Bart. *in l. ſi mihi & titio, ff. de verb. obligat.*

Quare cum ex prædictis conſtet eſſe locum iuri accreſcendi, non eſt opus alia renouatione, neque augmento canonis, & bona, ac vtilis conditio offertur Eccleſiæ de ſoluendo canonem duplicatum, cum tendat in euidentem illius vtilitatem, quamuis,
7 vt dictum eſt, hoc non ſit neceſſarium, † cum ſtatim per mortem Pandulphi ipſo iure in perſonam Scipionis cenſeatur portio emphyteuſis acquiſita, *l. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſufruct. amittat. l. repeti. ff. eod. tit.* Bart. *in l. ſi mihi & titio, nu. 6. de verb. obligat.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 35. num. 26.*

Quæ omnia ampliantur, quando in emphyteuſi diceretur poſt mortem ipſorum, & cuiuſlibet ipſo-
8 rum, † tunc enim per iſta verba erit locus iuri accreſcendi, ſeu non decreſcendi inter ipſos inueſtitos, vt late dixi *ſupr. c. 272. n. 29. vſque ad 35.* & per eaſdem auctoritates & doctrinas ibi allegatas,
9 † ita etiam reſoluit Rot. coram R.P.D. Remboldo Foroliuien. bonorum. 14. Decembris. 1618. iuxta conſil. Aldobrand. 68. *num. 7. cum ſeq.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 33. num. 28.* Schrad. *de feud. p. 7. c. 1. num. 16.* Roſental *eod. tit. c. 6. concl. 75. num. 2. in littera e.*

Et magis colligeretur mens contrahentium, ſi con-
10 uentum fuiſſet, † vt decedente vno ex fratrib. prius inueſtitis ſine filiis maſculis, pars illius abſque alia inueſtitura accreſcat ſuperuenientibus, vel eorum filiis, Prout etiam ſi talis conceſſio fieret in euentum, in quem dicti fratres filios maſculos non haberent, pro vna eorum, & cuiuſlibet eorum filia fœmina tantum, nam cum dicti contrahentes voluerint bona peruenire ad vnam fœminam tantum, & non niſi deficientibus maſculis, conſequens eſſe videtur, quod etiam voluerint, quod inter maſculos per dictum ius accreſcendi bona remanerent, quamdiu vnus illorum ſupereſſet iuxta adducta per Doctores *in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad trebell.*
11 vbi † volunt, quod ſubſtitutio facta per mortem plurium operetur, vt illi, poſt quorum mortem quis vocatus eſt, cenſeantur inuicem vocati, vt in ſpecie notat Aldobrand. *conſ. 68. numer. 10. cum ſeq. lib. 1.* Roſental. *de feud. c. 6. concluſ. 75. nu. 4. verſ. ſecus. fieret.* & ſequitur Rot. coram R.P.D. Remboldo Forolidien bonorum 14 Decembris 1618.

Magis eſſet, ſi prædicti fratres renouationem præfatam accepiſſent tempore, quo in communi viuebant, dummodo tamen dominus directus dictam
12 communionem non ignoraſſet, nam † & hoc multum confert ad præſumendum, quod conceſſio vnicuique inſolidum facta fuerit, ita quod bona eiſdem fratribus conceſſa, non niſi omnibus deficientibus deuoluerentur ad eccleſiam: Rot. in d. cauſa Foroliuien. bonorum. *verſ. quibus accedit.*
13 *col. penult.* † quæ ampliantur ſiue fuerit facta emptio emphyteuſis, & illius renouatio nomine vtriuſque, ſiue proprio nomine, niſi emens, & renouans, in emendo, & renouando non declarauerit, quod nolit hanc emphyteuſim eſſe communem fratri, vel dominus ſimiliter de hoc proteſtatus non fuiſſet, nam ſtante tali proteſtatione, & declaratione, non daretur huiuſmodi ſucceſſio: Roſental. *de feud. c. 7. concluſ. 59. num. 6. & 7.* vbi latiſſimè omnia prædicta comprobat *in litter. e. f. & g. fol. 418.* poſt Gloſſ. *in c. 1. §. quia vidimus. in verb. nominatim.* vbi Laudenſ. *num. 42.* Præpoſit. *num 68.* Affl. *nu. 5.* Aluar. *nu. 9. ad med. de his qui feud. dar. poſſ.* Schrad. *de feud. c. 1. n. 2. p. 7.* Capic. *in inueſtitur. feudal. in verb. feuda bonorum appellatione. §. ſocietas omnium. fol. 91.* Socin. *conſ. 19. num. 10. lib. 1.* Burſat. *conſ. 181. num. 3.* Ruin. *conſ. 12. n. 8. lib. 1.* Gerard. Mazol. *conſil. 14. n. 13. cum ſeq.* Mozz. *de diuiſ. feudor. num. 56. verſ ſecundo fallit.* Zaſ. *de feud. p. 8. n. 25.*

Ex quibus non obſtat Alex. *conſ. 117. nu. 9. lib. 5.* Quia
14 loquitur in diuerſis terminis, † quando videlicet conceſſio eſſet facta per verba non diſtributiua, prout etiam in eiſdem terminis voluit Gabr. *conſ. 87. lib. 3. tom. 1.* Quemadmodum etiam alij contra-
15 rium tenentes loquuntur, quando † ſalua ratione recti ſermonis dictio diſtributiua non poteſt referri ad illos, inter quos dictum ius accreſcendi eſſe prætenditur, ſed refertur, vel ad primos receptores tantum, quo caſu ius accreſcendi locum non habet inter receptorum filios, vel refertur ad eorumdemmet receptorum filios, tunc enim non operatur quo ad ipſos receptores: Anchar. *conſil. 245. duo prima dubia col. 1.* Cephal. *conſ. 845. num. 19.* Alex. *conſ. 13 col. penult. poſt med. & col. fin. num. 14. &*
16 *conſ. 17. lib. 5.* † Prout etiam quando non concurrerent aliæ coniecturæ, & geminationes dictionum illorum, & eorum quæ ad iſtum effectum multum operantur: Imol. *in l. ſi ita ſcriptum. ff. de iniuſt. rupt. teſtament.* Aldobrand. *conſil. 68. num. 8 cum ſeq.* Roſental. *de feud. par. 6. concluſ. 75. num. 2. & in litt. e. & g.* Rot. coram R.P.D. Remboldo Foroliuien. bonorum 14. Decembris 1618. *verſ. nec propterea. & verſ. vel quando. col. penult.* Socin. *conſ. 66. num. 14. col. 6. verſic. quarta ratio. lib. 3.*

Amplius neque obſtaret diuiſio facta inter eoſdem
17 fratres primos receptores, † quia nec per talem diuiſionem, nec per promiſſiones in ea ſubſequutas cenſeretur per illos renunciatum iuri ſuperuenienti poſt mortem vnius ex prædictis fratribus, ſeu eorum filiis, prout in ſpecie notat Bart. *conſ. 81. in 3. dub. nu. 4.* Dec. *conſ. 262. in contractu emphyteotico: nu. 3. col. vlt. in prin. c. verſic. ſimiliter tale ius petandi. & conſ. 411. viſis his quæ accuratè. num. 3.* Aret. *conſ. 3.* cum aliis per Aldobrand. *conſ. 68. num. 12. verſ. non obſtat modo diuiſio. lib. 1.* poſt Feder. *conſi. 228. in 2. dub.* Alex. *conſ. 189. col. 2. ad med. n. 2. in fin. lib. 2.* Rot. coram Card. Mant. Bouonien. bonorum emphyteoticorum 17. Maij 1596. quæ in impreſſis eſt *dec. 373. nu. 5.* & coram R.P.D. Remboldo Foroliuien. bonorum 14. Decembris 1618. *column. penult. in fin.*
18 † vbi etiam quod non obſtabit, quod inueſtitura eſſet finita per lapſum annorum 29. pro quib. fuit conceſſa, quando conceſſio fuit cum pacto ad renouandum, tunc enim cenſetur perpetua, nec poteſt dici finita per lapſum dicti temporis, cum
19 etiam teneatur Dominus directus † illam renouare comprehenſis in inueſtitura: Bald. *in l. ne cui. C. locat.* Roman. *conſ.* [illegible] *num. 5.* & ibi latè Mandoſ.

in verb.

in verb.communis opinio. Ang *conſ.* 184. *ad fin.* Dec.
*conſ.*53.*placet mihi.col.*1.*in fin.*Grat.*conſil.*110. *nu.*30.
*lib.*1.iuxta opinionem Bart.*in l.*1 *C.de priuileg. cre-*
ditor. & in l. 1. §. *permittitur. ff. de acq. quotid.aſtin.*
Felin.*conſ.*32.*num.*10.Calcan.*conſ* 8.*num.* 34.Socin.
*conſ.*99.*nu.*7.*lib.*1.Rimin.Iun.*conſ.* 94.*nu.*14.& 29.
lib. 1. Rot, coram Cardin. Mantic. Nouantulana
ſeu nullius bonorum 22. Martij 1567. quæ in im-
preſſis deeſt:Ruin.*conſ.*151.*nu.*16.*& conſ.*155.*ad fin.*
20 *lib.*1. dixi *ſupr.c.*88.*nu.*24. † Ita vt ſit deducendum
tempus poſt motam litem, nam vbi quis patitur
controuerſiam ſuper feudo, ſeu emphyteuſi, non
tenetur petere inueſtituram: Bald. Caſtr. & Salic.
*in l.ſolemnibus C.de rei vendic.*Iſern. *in c.* 1. *in princ.*
*de capit.corrad.*Tiraq.*de retract.lignag.* §. 1.*gloſ.* 10.
num. 38.Clar *in* §.*feudum.q.*49. *num.*8. Surd.*deciſ.* 6.
21 *nu.* 4. † vbi amplíat ſiue moleſtia detur à domino,
ſiue à tertio: Bal.Aluar.& Card.Alex. *in c* 1.*qua fuit*
prim.cauſ.benef amitt.

Quando autem eſſemus in indiuiduis, vt in iuriſdi-
ctione, venatione, iure piſcandi, & exigendi ve-
ctigalia, ac ſimilibus, quomodo portio vnius ac-
22 creſcat alij, eſt particulariter videndum, † nam
quod debeat dari æſtimatio portionis, quæ accre-
uit domino feudi concludunt communiter Docto-
res *in c.*1. vbi Iſern. Bald. Præpoſit. & Afflict. *de*
*fratrib de non benef inueſtit.*Schrader. *de feud. p.* 7.
23 *c.*1.*num.*21. & 22. † vbi quod procedit ſiue feudum
de per ſe fuerit indiuiduum, ſiue propter pactum
in eo adiectum, videlicet ſi dominus conuenerit,
ne vllo modo feudum diuidatur, vel ſi illud tan-
quam vnum corpus ſit pluribus conceſſum: nam
vno ex eis abſque hærede maſculo decedente, por-
tio iſtius accreſcit alteri: Pariſ.*conſ.*6 *n.* 6.*lib.* 1. De
quibus tamen Deo dante infra latius dicetur in ca-
pite particulari.

EPITOME.

Promittens aliquem repræſentare an teneatur, ſi repræſentandus fuerit bannitus. ¶ Et quid ſi Iudex offerret dare ſaluum conductum. ¶ Vel ſi exilium ſuperuenit poſt moram. Et quo caſu talis mora poſſit purgari tam de iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quid ſi fuerit geminata. ¶ Vel poſt factam executionem à lege, ſeu ab homine. ¶ Vel poſt ſubhaſtationem antequam ſit ſequuta deliberatio. ¶ Vel ſtante iuramento, & renunciatione omni legum auxilio. ¶ Vel poſt factum ius deterius partis. ¶ Vel poſt ſecutam condemnationem. ¶ Vel poſt ſuſceptum terminum ad ſoluendum. ¶ Citatio perſonalis an requiratur ad incurrendam moram. ¶ Et an illa ſit quaſi delictum, ſeu culpa, vel dolus. ¶ Per ſuſceptionem voluntariam termini an ſit determinatus dies, quamuis Iudex, aut pars non inſtet pro repræſentatione, ſiue obligatio ſit pura de repræſentando ſub pœna debiti, ſiue adſit clauſula, *ad omne mandatum domini* ¶ Sententia quæ non iuſtificatur ex actis an ſit notoriè nulla.

SVMMARIVM.

1 *Promittens aliquam repræſentare cum iuramento, & clauſulis ampliſſimis non tenetur, ſi repræſentandus fuerit bannitus.nu.*2.3 *&* 31. *Amplia quamuis Iudex offerret dare ſaluum conductum.numer.*5.*Limita ſi exilium ſuperuenit poſt moram.nu* 7.*&* 32.

4 *Debitor facti eximitur ab obligatione, ſi illud factum deſinat poſſe fieri tam reſpectu naturalis, quam ciuilis interitus.*

6 *Ius excipiendi fideiuſſoribus quæſitum non poteſt per Iudicem tolli.*

8 *Citatio perſonalis requiritur ad conſtituendũ in mora:*

9 *In præiudicialibus non eſt inſpiciendum à citatione domi facta.*

10 *Mora dicitur quaſi delictum, & culpa, ſeu pluſquam culpa, & minus quam dolus, ſiue dolo proxima. nu.* 11 *&* 12.

13 *Scientia vera requiritur cum omnibus qualitatibus in eo, qui debet conſtitui in mora, & vbi agitur de alicuius præiudicio. n.* 15.

14 *Citatus domi non eſt verus contumax, prout eſt citatus perſonaliter, qui non poteſt appellare, nec allegare ignorantiam.*

15 *Scientia præſumpta inducitur, & non vera contumacia ex citatione facta domi.*

17 *Præſumptio leuis dicitur, per quam quis non conſtituitur in vera contumacia.*

18 *Mora non purgatur neque de iure canonico ſi ius actoris fuerit factum deterius num.*19.20.25.*&* 26.

21 *Interpellatio geminata impedit purgationem moræ. & nu.*53.

22 *Æquitas canonica non attenditur quo ad purgandam moram vbi ſeruatur ius ciuile.*

23 *Fœmino non veniunt appellatione filiorum ſi ſtatutum mandat, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

24 *Poſt decoctionem mutatur ſtatus, & detecta eſt paupertas, per quam impeditur purgatio moræ.*

27 *Promiſſio de repræſentando ad omne mandatũ domini eſt conditionalis, quatenus ab eo requiratur, nu.*28.

29 *Mora non incurritur per aduentum diei in obligatione expreſſa abſque interpellatione in facto concernente præparatoria iudicij, quidquid aliud ſit in extraiudicialibus.*

30 *Obligatio conditionalis inſolidũm aliud non poteſt operari, quam promiſſionem adimplendi adueniente die, & conditione*

33 *Mora non contrahitur, niſi præcedente requiſitione, aut ſaltem die, quo pro homine interpellet.n.*34.

35 *Per ſuſceptionem voluntariam termini videtur determinatus dies, quamuis Iudex, aut pars non inſtet pro repræſentatione. Intellige in obligatione pura de repræſentando ſub pœna debiti, ſecus ſi adſit clauſula,* ad omne mandatum domini *n.*36. *&* 37.

38 *Obligatio ſub pœna debiti expirat per mortem principalis.num* 39.

40 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, eſt notoriè nulla.*

41 *Obligatus ad repræſentandum ſi ſuſceperit terminum, qui eſt vnus menſis, poterit purgare moram, repræſentando ſi ſit modicum tempus, quod erit dierum quindecim poſt terminum elapſum, etiam quod ſecuta ſit condemnatio.n.*42 *&* 43.

44 *Purgatio moræ non admittitur poſt executionem factam ſiue à lege, ſiue ab homine. n.* 45. *Intellige vt nu.* 48. 49. *&* 50.

46 *Mora purgatur poſt ſubhaſtationem antequam ſit ſecuta deliberatio.n.*47 *Declara vt n.*51.*&* 52.

54 *Tempus breue quale ſit ad effectum purgandi moram, remittitur arbitrio Iudicis.*

55 *Clauſula* renuncians omni legum auxilio, *appoſita obligationi camerali non operatur renunciationem purgationis moræ.n.* 56. *&* 57.

58 *Iuramentum non obſtat facultati purgandi moram.*

CAPVT DCCVIII.

Non tenetur fideiuſſor ſoluere prætenſum debitum, cum ſolum ſe obligauerit, quod

Antonius ſtabit iuri in cauſa, quam habet cum Franciſco, & ſe repræſentabit in carceribus ad
1 omne mandatum Domini ſub pœna debiti, † Vnde cum idem Franciſcus de ordine Sanctiſſimi fuerit ab Vrbe expulſus cum iniunctione exilij occaſione rixæ, de qua in actis, fideiuſſio expirauit, quomodo enim fideiuſſor illum ſiſtere, aut repræſentare poteſt, quem Iudex banniendo exemit, quominus in iudicium, vel ciuitatem veniret, hoc enim caſu perinde eſt ac ſi pars aduerſa reum ſubtraxiſſet, tanquam factum Iudicis dicatur factum partis, cum etiam ſemper promiſſio intelligatur rebus ſic ſtantibus, & nullo alio de nouo ſuperueniente, Ita per prædictas, & ſimiles rationes late concludit Hering. de fideiuſſorib. c. 20. quib. mod. fideiuſſ. tollat. §. 9. nu 94. vſque ad 103. iuxta l. ſed exigendi. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi exim. l. 2. §. vltim. ff. ſi quis cautionib. l. ſed & hi. §. quod tamen. verſ. ſed puto quia facultatem non habet exhibendi. ff.
2 de publican. † Et eſt concluſio paſſim ab omnibus approbata, quam tenet Specular. de accuſation. §. ſequitur, num. 17. Bartol. in l. ſi vero. in princip. num. 2. ff. qui ſatiſdar. cogant. per text. in l. ſi deceſſerit, ff. eod. tit. Ang. in l. ſi quis ſeruus, §. qui exhibendi, num. 4. ff. de cuſtod. reor. Caſtr. in l. ſed & ſi quis, in princ. n. 3. in fin. ff. ſi quis cautionib. Marſil. in rubr. de fideiuſſorib. n. 150. cum ſeq. latè Honded. conſ. 111. nu. 38. & 39 lib. 1. Eugen. conſ. 67. & 68. Menoch. conſ. 246. nu. 8. cum ſeq. lib. 3.

Quæ etiam procedunt, quamuis obligatio ſit iurata
3 cum obligatione camerali, † & aliis clauſulis ampliſſimis, cum ſemper intelligatur rebus in eodem ſtatu manentibus, c. quemadmodum, & c. clericus de iureiur. c. cum inter. de renunciat. l. fin. ff qui ſatiſdar. cogant. l. quæro. §. inter locatorem, ff. locat. & notat in propoſito noſtro Cephal. conſ. 187. nu. 2. lib. 2. Gabr. conſ. 181. nu. 17. vſq. ad 20. lib. 1.

Et paſſim quando reus principalis mutat conditionem, fideiuſſor qui promiſit eum ſiſtere, libera-
4 tur, † cum debitor facti eximatur ab obligatione, ſi illud factum deſinat poſſe fieri non ſolum reſpectu interitus naturalis, verum etiam ciuilis, l. ſi deceſſerit. in fin. ff. qui ſatiſdar. cogant. cum aliis per Cephal. conſ. 187. num. 8. & 9 lib. 1. Menoch. conſil. 246. n. 8. cum ſeq. lib. 3. Æquiparatur enim, quod quis non poſſit venire ad ciuitatem, vel quod morte naturali deceſſerit, vnde in vtroque fideiubens talem in iudicio ſiſtere, liberabitur: Hering. de fideiuſſorib. c. 20 §. 9. nu. 99 Dec. conſ 66. n. 19. lib. 2.

Immo quamuis Iudex offerret dare ſaluum conductum reo principali, nihilominus fideiuſſor am-
5 plius non teneretur, † tanquam ſufficiat ei propter ſubſecutum exilium fuiſſe ſtatim liberatum, prout multis comprobat Hering. de fideiuſſoribus, c. 20. §. 9.
6 nu. 100. † Ius enim excipiendi fideiuſſoribus iam quæſitum non poteſt per Iudicem tolli Gabr. in ſpecie conſ. 181. nu. 23. & 24. lib. 1. cum diſtinctionibus de quibus ibi per eum & per Doctor. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdar. cogant.

Non obſtat, quod adſit mora fideiuſſoris in repræſentando debitorem, cum fuerit citatus, & interpellatus etiam iudicialiter, 7. Maij 1619. & exilium ſuperuenit de menſe Octobris eiuſdem anni, vn-
7 de cum talis caſus euenerit poſt moram, † non liberabitur idem fideiuſſor, ſed tenebitur ad pœnam debiti: Bald. in l. ſancimus, num. 7. poſt med. & ibid. Salic. nu. 3. C. de fideiuſſorib. & mandatorib. cum aliis per Medic. de caſib. fortuit. qu. 16. nu. 4. tom. 7. fol. 210.

Quia in caſu noſtro interpellatio, & citatio prætenſa ad effectum conſtituendi in mora non fuit perſo-
8 nalis † prout ita debebat fieri, ad hoc vt per interpellationem, & citationem quis dicatur in mora conſtitutus, & vt contra ipſum poſſit procedi, vt in ſpecie concludit Bald. in leg. item illa. poſt princ. in gloſ. 3. verſ. quandoque in obligatione non eſt appoſita dies. ff. de conſtit. pecun. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 3. & vlt. num 6 in fin. iuxta leg. ſi dictum 56. §. vltim. vbi Gloſ. in verb. procuratori. ff. de euictionib. l. 1. §. 1. de liber. agnoſcend. l. 4. §. dominum ff. de damn. infect. & ita ſeruat Rot. coram R. P. D. Pamphilio Romana fructuum & intereſſe. 10. Decembris 1614. impreſſa poſt tract. de ſociet. officior. deciſ. 7. nu. 5. & 6. ob illam
9 rationem, quia † in præiudicialibus non eſt incipiendum à citatione domi dimiſſa copia, cum debeat prius eſſe perſonalis, cap. cauſam. vbi Abb. nu. 5. de dol. & contumac. Anchar. in clem. 1. nu. 5. ad fin. de iudic. Mattheſil. ſing. 132. num. 6. cum ſeq.

Quod comprobatur, quia mora dicitur quaſi deli-
10 ctum, & culpa, † leg. inter ſtipulantem 43. §. Stichum qui deceſſerit. in fi. ff. de verb. obligat. Conſtant. Roger. de proteſtat. verſ. congruit videre. nu. 4. tom. 17 fol. 129.
11 † vbi quod eſt pluſquam culpa, & minus quam dolus, & ſic tenens medium inter culpam, & dolum, l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhod. de iact. Steph. Forcatul. de mor. p. 1. in princ. num. 1. in fin tom. 6. p. 2. fol. 421. Salic. in eod. tract. de mor. in præambul.
12 num. 1. in fin. Seraph. priuil. iuram. 31. numer. 21. † vbi quod eſt dolo proxima: Gloſ. Bald. & Ang. in leg. ſi mora. ff. ſolut. matrim.

Et quidem cum ratione ad incurrendam iſtam culpam requiritur perſonalis citatio tanquam inducens ve-
13 ram ſcientiam, † quæ requiritur in eo, qui conſtituendus eſt in mora cum omnibus qualitatibus: Iaſ. in leg. ſi ex legati cauſa. num. 12. ff. de verborum obligat. Rip. in leg. quod te. nu. 58. ff. ſi certum petat. Cum aliud
14 ſit in citato domi, † qui non eſt verus contumax: Grammat. conſi. 45. num. 26. Marant. in ſpecul. par. 6. rubr. & quandoque appellatur. numero 188. Quod non eſt in citato perſonaliter, qui habetur pro vero contumace, & non poteſt appellare, neque allegare ignorantiam, l. 1. Cod. quorum appellat. non recip. Rot. diuerſ. deciſ. 210. num. 4 par. 1. Capic. deciſ. 139. num. 1.

Neque ſcientia præſumpta ſufficit vbi agitur de præ-
15 iudicio alicujus, cum debeat eſſe certa, † euidens, & & neceſſaria: Oſaſc. deciſ. 186. num. 6. Rot. deciſ. 21. de dol. & contum. in antiq. Creſcent. deciſ. 193. alias 5. de præſumpt. Rot deciſ. 507. in fin. part. 1. in recentioribus. Card. Seraph. deciſ. 1239. num. 1.

Vnde non mirum, ſi in iſtis præjudicialibus non liget citatio facta domi, vel ſimilis notificatio, &
16 denunciatio, † quia ex ea inducitur tantum præſumpta ſcientia, & non vera, ſicuti neque vera contumacia: Gloſ. in cap. cauſam, in gloſ. penult. de elect. Oldrad. & Alber. in l. 1. §. item cum edicto. ff. quæ ſentent. ſin. appellat. reſcind. cum aliis per Tiraquel. de retract. ligna. §. 9 gloſ. 2. numero 62. poſt Anchar. conſi. 372. ante fin. Bald. in leg. ea quæ col. 3. Cod. quomod. & quan. iud. & in l. conſentaneum. col. 4. Cod. eodem
17 tit. † Ita vt ſit leuis præſumptio, per quam quis non conſtituitur in vera contumacia: Idem Bald. in cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non conteſtat. Tiraq. dict. § 9 gloſ. 2. nu. 40. ad med. Et ita ex prædictis fuit iudicatum.

In alia

In alia tamen cauſa cum dubitaretur de iuſtitia mandati relaxati contra eum, qui promiſit repræſentare, dicebam, illud tanquam iſtum eſſe exequendum non obſtante prætenſa exceptione purgatio-
18 nis moræ, † cum propter ſententiam declaratoriam vergentiæ Ioannis ad inopiam ſecutam medio tempore, ſit factum deterius ius actoris, quo caſu mora non purgatur, neque de iure canonico, *l. & ſi poſt tres.* vbi Bart. Bald. Alber. Ang. Iaſ. & alij communiter *ff. ſi quis cautionib.* Pariſ. *conſi.* 19 *n.*240.*lib.*2.Grat.*conſ.*49.*nu.*22.*lib.*1.Mancin. *de iuram.p.*4.*effect.*13.*n.*46.*&* 50.Seraph.*eod. tit. priuileg.*47.*n.* 22. & ibi latè Martin. Berendor. *in addit.*
19 *nu.*8.† & hanc opinionem in propoſito noſtro ſecuta eſt Rot. coram Card. Plato Viterbien. ſeu Romana fideiuſſionis 21. Februar. 1587. vbi fuit denegata purgatio moræ fideiuſſoribus, qui volebant repræſentare Balduinum, cum illius fides non eſ-
20 ſet amplius integra † propter dilationem annalem petitam, & propter vergentiam ad inopiam, cum amplius non inueniret fideiuſſores, prout prius inueniebat, ita vt ex hoc diceretur ius actoris factum deterius: Rip. *in l. ſi inſulam nu.* 27. *ff. de verb. obligat.* & d. deciſio eſt impreſſa per Mancin. *de iurament.effect.* 13.*n.*49.*p.*4.

Additur non ſolum geminata, ſed quadruplicata in-
21 terpellatio, per quam impeditur † purgatio moræ: Alex. *in l. ſi inſulam n.* 29. *verſ. ex quo infertur.* & ibi Rip. *nu.*76.77.*&* 110 *ff. de verborum obligat.* Gozad. *conſ.*57.*n.*21.Bero.*conſ.*120.*nu.*21.*lib.*1.Decian.*conſ.* 10 *n.*11.*lib.*1.Seraphin.*priuil.iuram.*48.*n.*3.*&* 25.& ibi latè Addit.*n.*3.Marſil.*in l.*1.§.*quæſtionum.n.*10.*ff. de quæſtionib.*Mancin.*de iuram.effect.*13 *n.*53.*p.*4.

Maximè, quia ſumus in Vrbe, in qua iuxta illius ſta-
22 tuta, ſeruatur ius ciuile: † quo caſu non purgatur mora, neque attenditur aliqua æquitas canonica, Seraphin.*priuileg.iuram.*48.*nu.* 23. Exemplo ſtatuti
23 mandantis, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc † enim appellatione filiorum non veniunt fœminæ in vltimis voluntatibus, quidquid alias ceſſante ſtatuto venirent: Gozad.*conſ.*45.*nu.*11. ſecundum *l. iuſta, & l. filij.ff. de verb.ſignificat.*

Neque obſtabat, quod Ioannes etiam ante huiuſmodi obligationem eſſet einſdem conditionis, Quia cum modò fuerit declaratus decoctus, non poteſt
24 conſiderari iſta æqualis conditio, † nam per talem declarationem eſt detecta eius paupertas, quæ antea non erat cognita, & ſic non poteſt dici res eſſe in eodem ſtatu primæuo, cum de nouo hoc ſuperuenerit, & ab ipſo initio non fuit cogitatum neque præuideri potuit, nec cognitio aliqua inerat: Ruin.*conſ.*105.*in fin.lib.*5.Oſalc.*deciſ.*91.*n.*16.iuxta *l. planè ff. vt in poſſeſſ.legat.*

Nec facit deciſio coram R.P.D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræſentando 13. Martij 1616.
25 † Quia non applicatur caſui noſtro, immo retorquetur contra aduerſarios, ibi enim non aderat dies certa, nec pœna conditio deterior, & mora erat breuis nempe quindecim dierum, ſed in caſu noſtro ſumus in longo tempore vnius anni, & vltra, & in mora pluries geminata, & in conditione
26 effecta deteriori, † ita vt iſtis concurrentibus, non ſit æquum moram purgare: Seraph. *priuileg. iuram.* 48.*nu.*3.*&* 5. cum aliis ſupra allegatis.

Item obſeruandum eſt in materia repræſentationis, quod alias occurrit in cauſa Romana ſeu Viter-
27 bien. fideiuſſionis, † vbi fuit declarata iuſta carceratio Franciſchini, quia conſtabat, quod Iacobus detentus in carceribus ad inſtantiam Baldaſſaris promiſit ſe repræſentare in carceribus ſub pœna debiti, & ad omne mandatum domini, & vlterius facere, vt huic obligationi mater, & auia accederent, alias teneri voluit ad id præcisè, & ad omnia damna, quibus omnibus ſponte tanquam princi-
28 palis, & inſolidum Franciſchinus acceſſit, † Ex quibus verbis apparet, quod iſta promiſſio de repræſentando ad omne mandatum domini fuit conditionalis quatenus ab eo requireretur, cum
29 non habeat diem certum, † immo etiam ſi certa die fuiſſet facta promiſſio, neque mora conſideraretur per aduentum diei ſine interpellatione, quæ ſemper requiritur ad conſtituendum in mora promittentem tanquam ſimus in facto concurrente præparatoria iudicij, quidquid aliud ſit in extraiudicialibus, in quibus ex lapſu diei inducitur mora abſque alia interpellatione: Caſtr. *conſ.* 168. *alias eſt conſil.* 100.*videtur quod dictus num.* 1. *&* 2. *lib.*2.iuxta *l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Marſil.*in rubr.de fideiuſſorib.q.* 18.*num.* 144. Gabr. *conſ.* 173.*num.*6.*lib.*2.Roland.*conſ.*58.*nu.*14.*lib.* 1. Felin. *in c. ſi autem.nu.*4 *verſ.quas limita. de reſcript.* Gabr. *concluſ.*9.*num* 22.*de ſolution.* Iaſ. *in l. ſi ex legati cauſa.num.*14 *verſ. vltimo limita. ff. de verborum obligation.*Boer *deciſ.*22.*num.*2.*&* 3.Dec.*conſ.* 2. *& pro tenui facultate, col.* 2. *poſt med. verſ. & in fortiori caſu*
30 *conſuluit.num.*2.Rot.*diuerſ.deciſ.* 11.*num.* 4.*cum ſeq. part.*2. † Vnde ſi non conſtat de tali requiſitione per Iudicem facta contra principalem debitorem, nunquam dici poteſt, quod venerit dies obligationis conditionalis, cum aliud non poſſit operari obligatio inſolidum, quam promiſſionem adimplendi adueniente die, ac conditione, nam aliàs non tenebitur, *l. cedere diem. ff. de verborum obligat.* Dec.*conſ.*145.*quæritur in effectu.in fin.* Rip. *in l.*4. §. *quoties.num.* 10.*cum ſeq.ff.de damn.infect.* Gabr. *conſ.* 173.*n.*6.*&* 7.*lib.*2.

Ex quibus ſequitur, quod cum deceſſerit Iacobus principalis debitor, eſt liberatus Franciſchinus fi-
31 deiuſſor à tali repræſentatione † ob impotentiam conditionis, & non poteſt contra eum agi ad aliquam pœnam, *l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdar. cogant. l. ſi mandatum* 56.§. *penult. ff. mandat.* & dictum eſt ſupr.*verſ.& paſſim.num.*2.Roland.*conſ.*58. *numer.* 6. *lib.*1.latè Farinac.*p.*34.*num.*34. Non obſtante quod ante obitum Iacobi eſſet Franciſchinus fideiuſſor conſtitutus in mora, quia licet tunc ille non excu-
32 ſatur à repræſentatione, † tamquam mors ſuperuenerit poſt moram, *l. ſancimus. in fin. C. de fideiuſſorib.* cum aliis per Farinac.*q.*34.*n.*36.*&* 78. Tamen hoc intelligitur dummodo adſit mora, quæ non contrahitur, niſi præcedente requiſitione, aut ſal-
33 tem die, † quæ pro homine interpellet, *l. magnam, C. de contrah. & committ. ſtipulat. l. ſi mora. ff. ſolut. matrim* Roland.*conſ.*98.*nu.* 9. *lib.* 2. iuxta *l. ſi pœna. ff quand dies legat.ced. l. ſi quis filium.* §. *ſtipulatio. ff. de collat.bonor. l. ſi ex legati cauſa ff de verbor.obligat.* cum aliis per Surd.*conſ.*194.*num.*3.*lib.*2.*& conſ.*157.
34 *n.*1.*eod.lib.*Dec.*conſ.*2.*per tot.* † Cum interpellationem non dicatur ſtare per promittentem, quamuis faciat quod promiſit *l.*1.§.*ſi non exigit prætor.ff. vt in poſſ.legator.*Oldrad.*conſ.*242.*nu.*4.

Amplius neque obſtaret, quod quis ſuſcepiſſet terminum, Quamuis enim per ſuſceptionem volun-
35 tariam dicti termini, † videatur tacitè determi-

naſſe diem etiam non inſtante pro repræſentatione
Iudice, aut parte, tanquam per talem terminum
conſentiat in mandatum relaxandum abſque ali-
qua citatione, vt reſoluit Rot. coram R.P.D. Sa-
crato Romana vineæ. 28. Nouembris 1611. & 17.
36 Febuar. 1612. † Nihilominus hoc procedit quan-
do obligatio eſſet pura de repræſentando ſub pœ-
na debiti, ſecus autem ſi non ſit pura, ſeu cum clau-
ſula ad omne mandatum domini, tunc enim ſu-
ſceptio termini debet regulari à natura ipſius ob-
ligationis, vt ſcilicet ſuſcipiens terminum conſi
teatur ſe obligatum ad repræſentandum, & velle
repræſentare ſtatim elapſo menſe, quatenus tamen
Iudex id iuſſerit, nam tunc dicitur conſentire re-
laxationi mandati, quo iuſſu non ſecuto, ſuſceptio
termini non aſtringit ſuſcipientem alio vinculo.
Ita in ſpecie diſtinguit Rot. coram R.P.D. Duno-
zet. Romana ſeu Viterbien. fideiuſſionis. 15.
37 Martij 1619. *col. 2. ad med.* † vbi etiam addit, quod
ſi aliter intelligeretur iſte conſenſus mandati exe-
cutiui, eſſet in facultate fideiuſſoris facere carce-
rare principalem contra formam eius obligatio-
nis, cui acceſſit fideiuſſor, cum mandatum coacti-
uum de redeundo ad carceres prouenire debeat à
Iudice, non ab ipſo fideiuſſore, Caſtr. *conſ.* 100. *col.*
38 1. *lib.* 2. Gabr. *conſ.* 173. *nu.* 6 *lib.* 2. † Vnde ſemper re-
manet firma concluſio, quod ceſſante mora ante
obitum ipſius repræſentandi, non eſt amplius lo-
cus pœnæ, ita vt obligatio facta ſub pœna debiti
expirauerit per mortem principalis, *l. 2. ff. ſi quis*
caution. Gabr. *conſ.* 173. *n.* 16. *lib.* 2.

Cum etiam in tali caſu non eſſet conſideranda mo-
ra in non faciendo, quod mater, & auia Iacobi
carcerati accederent obligationi ipſius Iacobi iux-
39 ta formam ſuæ promiſſionis, † Quia etiam hoc ad-
miſſo, tamen ſuccedit obligatio ad damna, & in-
tereſſe, prout conuentum fuit in inſtrumento,
dum dicitur, alias teneri voluit ad damna, & in-
tereſſe, quod quidem non videtur paſſum fuiſſe
per creditorem ex tali non acceſſione, nam quam-
uis dictæ mulieres acceſſiſſent, tamen nunquam
fuerunt conſtitutæ in mora viuente principali de-
bitore, vnde modò expiraſſet earum obligatio per
mortem Iacobi debitoris, ideo non poſſet credi-
tor contra illas ſe reualere, prout ita fuit deciſum
per Rot. coram R.P.D. Dunozet. Romana ſeu Vi-
40 terbien fideiuſſionis. 15 Martij 1619. *in fin.* † vbi et-
iam quod hæc omnia fuerunt admiſſa, non obſtan-
te re iudicata, quæ licet trahat ſecum executionem
tanquam lata ſuper non excarceratione, Tamen
Rota ſequitur opinionem illam, quod ſententia,
quæ non iuſtificatur ex actis, ſit notoriè nulla, &
ideo non transeat in iudicatum: Cæſar. de Graſſ.
deciſ 2. & 16. n. 5. de ſolut. Rot. *deciſ.* 659 *nu.* 16 *p.* 2. *in*
recentior.

Item obſeruandum eſt, quod ſi quis ſe obligauerit
de repræſentando debitorem quandocumque fue-
rit requiſitus, aut de ſoluendo debitum, ſi fue-
41 rit facta requiſitio die 15 Iunij, † & obligatus ad
repræſentandum ſuſceperit terminum, qui iuxta
ſtylum eſt vnius menſis, poterit purgare moram,
& valebit repræſentatio, quamuis illa ſit facta die
vltima Iulij, & ſic non computato menſe à die re-
quiſitionis poſt quindecim dies, prout in iſtis ter-
minis fideiuſſionis de repræſentando, quod admit-
tatur purgatio moræ eſt text. *in l. ſancimus* 26. *C. de*
fideiuſſorib. & mandator. Bald. *in l. qui crimen.*
n. 20. *C. de his qui accuſar. non poſſ.* Caſtr. *in l. 2 §. in*
fideiuſſore. ff. qui ſatiſdar. cogant. Cumi. *ſuper rit.*
42 *magn. cur. cap.* 65. *num.* 15. † vbi ampliat, vt talis mo-
ra poſſit purgari etiam poſt condemnationem:
Farinac. *qu.* 34. *num.* 136. & ita in ſupradicta facti
43 ſpecie ſequendo omnes præfatos Doctores † fuit
deciſum per Rot. coram R.P.D. Coccino Romana
fideiuſſionis de repræſentando. 3 Iulij 1617. Rip. *in*
l. ſi inſulam. nu. 62. *ff. de verbor. oblig.* Boſſ. *de carcer.*
fideiuſſ. committen. num. 66.

Huiuſmodi autem purgatio moræ non admittetur
44 poſt factam executionem: † Bart. *in dict. l. inſulam.*
num. 19. & ibi Alex. *num.* 32. Crot. *n.* 61. Rip. *num.* 38.
Seiſſel. *col.* 10. *ff. de verborum oblig.* Caputaq. *deciſ.*
234. *lib.* 2. Card. Seraph. *deciſ.* 1150. *nu.* 3. Rot. coram
Card. Pamphilio Romana deuolutionis. 26. Maij
1599. & coram Cardin. Plato Viterbien. ſeu Roma-
na fideiuſſionis de repræſentando. 22. Iunij 1587.
45 Quod procedit ſiue executio fiat à lege, ſiue ab
homine: Seraph. *priuileg. iuram.* 47. *n.* 21. & ibi latè
Martin. Benechendorf. *nu.* 16. Aym. *conſ.* 166. Dec.
conſ. 452. *viſa inſtructione. num.* 16. *& in l. quæ ſine do-*
lo malo. in fin. ff. de regul. iur. Tiraq. *in l ſi vnquam. in*
verb. reuertatur. n. 310. *C. de reuocand. donat. on.* Natt.
conſ. 364. *in fin.* Mancin. *de iuram p.* 4. *effect.* 4. *nu.* 24.
Roman *conſ.* 103. *nu.* 4. Aret. *conſ.* 95. *col. penult. verſ.*
tertio quia Corn. *conſ.* 16 *colum.* 3. *lib.* 2 Grat. *conſ.* 93.
num. 62. *lib.* 1. Corbul. *de cauſ. priuation. ob non ſolut.*
canon. limit. 41. *n.* 17. latè Bertaz. *in repet. l. ſi quis ma-*
ior. num. 66. *&* 691. *cum ſequ. C. de tranſact.*

Tunc autem dicitur facta executio, quando fuit per-
fecta, ideo ſi fuerit proceſſum ad ſubhaſtationem,
46 † dabitur purgatio moræ, antequam ſit ſecuta de-
liberatio, prout ita in ſpecie concludit Rot. coram
R.P.D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræ-
47 ſentando 3. Iulij 1617. † vbi quod in iſtis terminis
loquitur Bart. *in l. ſi inſulam* 84. & ibi Iaſ. *numer.* 5.
Io. Anib. *num.* 155. Bolognett. *n.* 213. *vſque ad* 217 *ff. de*
verb oblig. iuxta *l. ſi is cui* 19. vbi Bart. *num.* 2. *&* 3. *ff.*
de legat. 1. *& l. qui ob rem* 35. vbi idem Bart. & Iaſ.
48 *n.* 3 *ff de condict. indeb.* quæ iura loquuntur, † quan-
do fit executio à lege ipſo iure per dominij tranſ-
lationem. vel ab homine per rei traditionem, aut
ſolutionem, nam poſt illam non habet locum
purgatio moræ, etiam quod ſolutio eſſet erronea,
vnde multò magis non admittetur, ſi ſoluendo
fuerit agnitum debitum: poſtquam enim eſt facta
ſolutio, non cadit amplius defenſio, *l. iam tamen.*
in princ. & l ſi ex duobus. ff. iudicat. ſolui. & notat
49 Bald. *in d. l. qui ob rem* 35. *ff. de condict. indebit.* vbi
† quod ille text. eſt magiſtralis in materia purga-
tionis moræ non admittendæ poſt executionem, &
tranſlationem dominij ipſo iure, ſecus autem ſi eſ-
ſet tranſlata obligatio abſque dominio. Dyn. *in*
50 *l. ſi ſeruum*, §. *ſequitur. ff. de verborum obligat.* † Et
multa quando executio cenſeatur facta etiam ante
declarationem Bertazol. *in repet. l ſi quis maior. num.*
691. *cum ſeq. C. de tranſact.*

Et quamuis in cauſa Romana deuolutionis coram
Card. Pamphilio. 26. Martij 1599. fuerit deciſum
executionem ſolum ſufficere ad effectum, vt non
purgetur mora, abſque eo, quod ſit deuentum ad
51 deliberationem, † Tamen ideo hoc ibi fuit ad-
miſſum, quia executio non habuit effectum ob
culpam debitoris, qui plura impedimenta præ-
ſtitit, vt non poſſet procedi ad vlteriora, vnde
non mirum ſi in illo caſu tanquam ſingulari fuit
denegata

52 denegata facultas purgandi moram, † ne debitor ex culpa ſua conſequeretur beneficium, quod erat ei negandum tamquam eo ſe indignum reddidit ob dicta impedimenta, prout ita in ſpecie reſpondet Rot. coram R. P. D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræſentando 3. Iulij 1617. vbi etiam additur quod in illo caſu aderat mora geminata, quæ
53 † tollit purgationem moræ.*leg. traiectitia.§.de illo.ff. de action. & obligat.* Rom.*conſi.*352.*num.*8.*col.*3. *in princ.verſ.quarto conſidero.*vbi Mandoſ. *in verb.purgationi.* Gozad. *conſi.*57.*col.penult.verſ.quarto quoties adeſt.* Seraph *priuileg iuram.*58. *numer.* 3. & ibi late Martin. *in addit.num.*3. *ad med.* vbi de magis communi Gabr. *de tranſact.concl.*1.*num.*22. Capic.*deciſ.* 19.*num.*4.Decian.*conſi.*11.*num.*10.*lib.*1. Mancin. *de iuram.par.*4.*effect.*13.*nu.*53.Marſil.*in l.*1.§.*quæſtioni. num.*10.*ff.de quæſtion.*

Et magis iſta procederent, ſi ageretur de purgatione
54 moræ breuis temporis, † quod quando ſit tale ad hunc effectum, remittitur in arbitrio Iudicis, *leg. ſi ita quis,§.ſcia.in fin.ff.de verb.obligat.* Gl.*in c. potuit.* vbi Beto.*n.*142 *in fi.de locat.*Bart.*in l.ſi inſulam,n.*3. vbi Ang.*in repet nu.*50. Rip.*nu.*35. Alciat.*nu.*15.*ff.de verb oblig.*Iaſ.*in* §.*in bonæ fidei.n.*82.*inſtit.de actionib. & in l.*2.*nu.*84.*in fin.C.de iur emphyteot.* Dec.*in auth. qui rem,numer* 9. *Cod. de ſacroſanct.eccleſ.* Pariſ.*conſ.* 108,*num* 44.*lib.*1.Tiraq.*in l ſi vnquam,in verb.omnia vel partem,nu.*31.*C.de reuocand.donationib.* Men.*de arbitr.caſ* 7 *num.*13. Clar *in* §.*emphyteuſis,qu* 8.*in fi.*

Neque obſtabit purgationi moræ obligatio in forma cameræ, tamquam in ea contineatur renunciatio
55 omni legum auxilio, † Cum per talem clauſulam non cenſeatur renunciatum facultati purgandi moram: Cephal.*conſi.*25.*num.*37.*vſque ad* 53.*lib.*1.quem ſequitur Rot.coram R.P.D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræſentando. 3. Iulij 1617. *in fin.*
56 † Quæ opinio eſt tenenda tanquam à Rota approbata, licet contrarium voluerit Dec. *conſi.* 452. *viſa inſtructione,nu.*19.*ad med.* Afflict.*deciſ.*174.*numer.*4. Gozad.*conſi.*57.*nu.*19. Curt.Iun. *in l.ſi inſulam.num.* 57.&ibi Crot.*in fin.ff. de verb.obligat.* Roland. *de lucr.dot.q.*42.*num.*22.*& conſi.*13.*num.*7.*lib.*1.Seraph. *priuileg.iuram.*47.*numer.*30. & ibi Martin. *in addit. num.*32.*in fin.*Magon.*deciſ. Lucenſ.*35.*nu.*4. Mancin. *de iuram.p.*4.*effect.*13.*num.*36. Burſat.*conſi.*84.*num.*6.
57 *lib.*1. † Sed quidem iſtorum opinionem non debemus ſequi, cum ſit contra æquitatem, vt aduertit etiam Vrſill.ad Afflict.*d.deciſ.*174.*num.*1. Vbi etiam
58 quod ideo non obſtabit juramẽtum facultati † purgandi moram. Addit. ad Alex.*conſi.*158. *in verb.iuramentum,lib.*2.Dec.*conſi.*158.*diligenter,col.*3. *in fin.n.* 7.Seraph. *priuileg.iuram.*47.*num.*8. *&* 31. & ibi late Martin. Benechendor.*numer.*6. Gabr.*de tranſaction. concluſ.*1.*nu.*12. Gutier. *de iuram.confirmat.p.*3.*c.*17. *num.*5.Clar.*in* §.*emphyteuſis,qu.*8.*in fin.* Mancin.*de iuram.par.*4.*effect.*13.*num.*4. Caualcan.*de bracch.reg. p.*2.*num.*217. Ludouic *deciſ. Peruſ.*90.*num.*4.*part.*2. Marſil.*ſing.*463.Iaſ.*in l.ſi quis maior.col.penult.*& ibi Bertaz.*num* 664.Padill.*num.*25.*C.de tranſaction.*

EPITOME.

Statutum excludens matrem, ſororem, & amitam exiſtente nepote ex fratre an habeat locum, ſi adſit filia ſororis. ¶ Forenſis quando ligetur ſtatutis, ſi eſt ciuis ex priuilegio. ¶ Et an requiratur habitatio,& onerum ſuſtentatio. ¶ Statutum Vrbis excluſiuum fœminarum an liget ſucceſſiones forenſium, ſi bona exiſtunt in ditione ſtatuentium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam. ¶ Nepotes an æqualiter admittantur ad hæreditatem communis patrui,ſublata omni differentia ſexus. ¶ Et an in ſtirpes, vel in capita. ¶ Remedium quorum bonorum an competat non ſolum hæredi ab inteſtato, ſed etiam hæredi hæredis. ¶ Intentio ſtatuentium quando ſit commenſuranda ab eorum poteſtate, vt voluerint diſponere quo ad perſonas ſibi ſubditas. ¶ Statuta loci,vbi quis decedit,an attendantur ſiue condiderit teſtamentum,ſiue ab inteſtato obierit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis excludit matrem,ſororem,& amitam, exiſtente nepote ex fratre. Idem in filia ſororis,num.* 4.5.*&* 7.
2 *Extenſio licet non admittatur in ſtatutis, tamen admittitur comprehenſio.*
3 *Non debet plus iuris concedi remotiori, quam proximiori.*
6 *Fictio non operatur magis,quam veritas.*
8 *Statutum excludens interpretationem non excludit bonam,& rationabilem.*
9 *Forenſis ligatur ſtatuto, ſi eſt ciuis ex priuilegio,nu.*25. *Intellige vt num.*12.26.*&* 27.
10 *Statuta loci,vbi quis decedit, attenduntur ſiue condiderit teſtamentum,ſiue ab inteſtato obierit, num.* 11.
13 *Statutum Vrbis excluſiuum fœminarum non ligat ſucceſſiones forenſium, quamuis bona exiſtant in ditione ſtatuentium. Amplia ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam,num.*14.
15 *Statutum originis defectu poteſtatis non excludit à bonis extra territorium ſtatuentium.*
16 *Ciuis ex priuilegio non poteſt vti beneficio ſtatuti abſque habitatione,& onerum ſuſtentatione,num.*17. *&* 28.
18 *Statutum non ligat eum,qui non habitat in illius præiudicium.*
19 *Non ſuſtinens onera non debet habere commoda.*
20 *Intentio ſtatuentium eſt commenſuranda ab eorum poteſtate,vt voluerit diſponere quo ad perſonas ſibi ſubditas,num.*21.23.*&* 24.
22 *Forum ſortiri,& ſtatutis ligari æquiparantur.*
29 *Nepotes æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem communis patrui,ſublata omni differentia ſexus,non in ſtirpes,ſed in capita,tamquam non concurrant cum alio patruo,ſed inter ſe,iuxta opinionem Azo. magis communem,& in praxi receptam, nu.*30.31.32.33. *Amplia vt num.*34.
35 *Remedium quorum bonorum competit non ſolum hæredi ab inteſtato, ſed etiam hæredi hæredis.num.*36.

CAPVT DCCIX.

Petebatur immiſſio in poſſeſſionem tertiæ partis bonorum, de quibus in cauſa Romana ſeu Ceſenaten.hæreditatis, quam tamen dicebatur non eſſe concedendam,ſub prætextu,quod illa tota ſpectaret ad comitem Georgium nepotem ex fratre,
1 † quo exiſtente, non eſt locus ſucceſſioni ad fauorem matris, aut ſororis, vel amitæ etiam vtrinque conjunctæ juxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, *c.*146. *lib.*1.

Neque obſtat, quod non ſimus in ſorore, ſed in filia ſororis, de qua ſtatutum non loquitur, ideo ad
2 eam † non debet extendi, tanquam ſit ſtrictè interpretandum, Quia iſta non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, quæ admittitur in ſtatutis: Aym. *conſil.*113.*num.*3.Caſtr.*conſi.*332.*alias* 148.*col.*2.*lib.*1.

3 Natt.*conſ.* 109.*num.*3. Surd.*deciſ.* 61.*num.*15. † Cum non debeat ius juris concedi remotiori, quàm proximiori, *l. ſi viua matre, ad med. Cod. de bon. matern.* Natt.*conſi.* 201.*nu.* 21.*in princ.* & in filia ſororis
4 concurrit eadem qualitas ſexus fœminei, † propter quam ſoror, & fœmina excluduntur per maſculos fauore conſeruandæ agnationis, vnde excluſio venit in conſequentiam: Bart. *in l.* 2. *§. videndum, in fin. ad tertull.* Natt.*conſi.* 201.*numer.* 2.*ante med. verſ. quia ſtatutum eſt factum.*

Accedat, quia ſtatutum habet duo capita, vnum incluſiuum maſculorum, aliud excluſiuum fœminarum,
5 † vnde quamvis ex capite excluſiuo fœminarum filia ſororis non ſit nominata, tamen ex primo capite, quo maſculi includuntur, & in quorum fauorem ſcripta eſt lex, omnes ſunt incluſi, prout in propoſito atguit Bald. *in l. quod vero. qu.* 1. *de legib. & in l. ſi vero. §. de viro. ſolut. matrimon. & in l. maximum vitium, in* 2. *notab. Cod. de liber. preter.* Caſtr. *in leg. qui exceptionem, ff de condict. indeb.* Iaſ. Rimin. Lancellot. Dec. & alij de quibus per Natt. *conſi.* 201.*n.* 2. *ad med. verſ. adducit.*

Præterea iſta filia ſororis repræſentat matrem per fictionem, non enim poteſt ſuccedere ex ſuo gra-
6 du, cum ſit remotior, † ſed ſi verè teneret primum gradum excluderetur, quia fœmina, ergo pariter excludi debet, cum teneat fictè, ne plus operetur fictio, quàm veritas, vt in ſpecie concludit Natt. *dict.*
7 *conſi.* 201.*num.* 2.*in fin.* Rub. Alex. *conſi* 149 *nu.* 10 † & in propriis terminis hujuſmodi ſtatuti Vrbis hanc opinionem tanquam veriorem, & magis approbatam tenuit Rot. per Card. Seraphin. *deciſ.* 496. *per tot. part.* 1. poſt Socin. Iun. *conſi.* 10. *num.* 11. *vſque ad* 31. *lib.* 4. Cuman. *inter conſi. Curt. Senior.* 34. *numer.* 10.
8 Ruin. *conſi* 205. *numer.* 5. *lib.* 2. Quæ † ſententia etiam procedit, quamvis ſtatutum excluderet interpretationem, cum non cenſeatur excluſa bona, & rationabilis interpretatio: Bart. *in leg. omnes populi. num.* 65. *de iuſt. & iur.* Dec. *conſi* 64 *in fin.* Bald. *in l. quamvis.* vbi Iaſ *num.* 2 *in fin. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Rip. *reſp.* 2. *num.* 19. *de legib. & conſuetud.*

Non obſtat, quod ſumus in forenſibus, qui non ligantur d. ſtatuto, Quia cum Comes Georgius ſit Ciuis,
9 † & Patritius Romanus ex priuilegio alias conceſſo ſuis anteceſſoribus, dicitur verè ciuis, non ſecus ac ſi per originem eſſet talis, *l.* 1 *ff ad municipal. l. ciues, C. de incol. lib.* 10 latè Cephal. *conſi* 451. *nu.* 16. *vſque ad* 36. Dec. *conſi* 44 *lib.* 4.

Maxime quia hic agitur de ſucceſſione ejus, qui in Vrbe deceſſit, & de cujus hæreditate tractatur,
10 † quo caſu ſtatuta illius loci attenduntur: Alexan. *conſi.* 16 *viſo titulo quaſtionis, col.* 1. *ante med verſ. inclina in propoſito noſtro. lib.* 1. poſt Iacob. de Rau. *in l. cunctos populos, Cod de ſumm. trin. & fid. cathol.* argumento *l.* 2 *(quemadmodum teſtam. aperiant. l. conficiuntur. & leg. ſi quis cum teſtamentum nullum, Cod. de iur. co-*
11 *dicillor.* † Quod procedit ſiue loquamur in eo qui decedit condito teſtamento, ſiue ab inteſtato: Nam ſicut facto teſtamento deberent attendi ſtatuta loci, in quo illud fuit conditum, ſic etiam in caſu inteſtati, quia ita decedens tacitè videatur conferre ſuam hæreditatem in illos, qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato, ſicut expreſsè confert ille, qui facit teſtamentum Alex. *conſi.* 44. *numer.* 1. & 2. *lib.* 5. *per l.* 1. *§. aliud de leg.* 3. *l.* 1. *§ penult. cod. tit.*

Hæc licèt multum obſtent, tamen pro contraria ſententia affirmatiua, quod potius ſit concedenda im-
12 miſſio, faciebat, † quod ſtatutum Vrbis, *cap.* 146. *lib.* 1. excluſiuum fœminarum non videbatur habere locum in caſu noſtro, cum illud defectu poteſtatis non liget ſucceſſiones forenſium, quamvis bona
13 exiſtant in ditione ſtatuentium † Cras *in leg. omnes populi, numero* 244 *in fin. de iuſt. & iur.* Brun. *in tract. ſtatut. b. maſcul. art.* 6. *qu.* 1. *num.* 3. Patiſ. *conſi* 12. *numer.* 25. *lib.* 3. Peregr. *conſi.* 90. *numer.* 13. *&* 20 *lib.* 1. Socin. Iun *conſi.* 80. *num.* 90. *& conſi* 94 *nu* 3. *&* 4. *lib.* 4. Bald. *conſ.* 460. *lib.* 1. Alex. *conſi.* 41. *lib* 7. Iaſ. *conſi.* 8. *num.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſi* 95. *n* 9. *&* 10. *& conſ.* 200 *n.* 12. *lib.* 2. Marzar. *conſ.* 15. Anchar. *conſi.* 162. *col* 2. quam opinionem pluries firmauit Rot. coram Card. Luduuiſio nunc Sanctiſ. D. N Ciuitatis Caſtelli hæreditatis. 11. Maij 1606. & late coram R. P. D. Buratto Collen, hæreditatis. 10. Iunij 1616. Hunded. *conſi.* 5. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 1. *& conſi.* 11 *numer.* 25 *eod. lib.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 295. *num.* 4. *p.* 1. *& deciſ.* 76. *nu.* 2. *p eod.* Purpur. *conſi.* 321. *num.* 21. Theſaur. *q.* 4 *n.* 21. *lib.* 1. Put. *deciſ.* 31. *num* 2. *in nouiſ.* Socin. S. n. *conſi.* 28 *numer.* 3. *cum ſeq. lib* 4. Barbat. *conſi.* 51. *num.* 3. *lib.* 2. Abbas *conſ.*
14 20. *in* 1. *dub.* Burſat. *conſ.* 8. *num.* 26. *lib.* 1. † ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam quicquid Bart. diſtinguat, cum ejus diſtinctio non approbetur, vt late per Surd. *conſi* 343. *num.* 6 *vſq. ad* 11. *lib* 3. Rot. *diuerſ deciſ.* 295 *num.* 9. *part.* 1. Theſaur *q* 4. *n.* 1. *vſq. ad* 5. *lib.* 2. Rot. coram R. P. D. Buratto Collen.
15 hæreditatis. 10. Iunij 1616. † vbi etiam de ſtatuto originis, quod defectu poteſtatis non excludit a bonis extraterritorium ſtatuentium: Carol. Put. poſt conſ. Odd. *num.* 24. Theſaur. *qu.* 5. *nu.* 4 *cum ſeq. lib.* 2. Oſaſc. *conſi.* 76. *numer.* 19. Vegg *conſi.* 10. *num.* 4. Ploc. *conſi.* 10. *num.* 6. Honded. *conſi.* 5. *nu.* 14. *lib.* 1. Put. *deciſ.* 341. *lib.* 1 *in nouis* Rot. *diuerſ. deciſ.* 304 *num.* 3. *p.* 1.

Quæ procedunt non obſtante, quod Comes Georgius eſſet Ciuis Romanus, Quia abſque habita-
16 tione, † & onerum ſuſtentatione, non poteſt ciuis ex priuilegio vti beneficio ſtatutorum Vrbis, nam aſſumptus in ciuem in nihilo differt ab ipſo forenſi, ſi non habitat, & onera non ſuſtinet, nam deſinit eſſe municeps per non habitationem, quamvis non deſinat eſſe ciuis *l.* 1. *ad municip.* Ruin. *conſi.* 200. *numero* 11. *lib.* 4. Roland. *conſi.* 79. *numero* 30. *lib.* 2. Afflict *deciſ.* 384. *col. penult.* poſt Bart. *in tract. de repreſal qu.* 7. *in princip. quaſt.* 2. Imol. *in rubr. ff ſolut. matrimon.* Alex. qui de communi *conſi.* 200. *numer.* 12.
17 *lib.* 2 *& conſi.* 111. *n* 10. *l.* 5. † Vnde cum deficiat qualitas ſubjectionis, nihil poſſunt ſtatuentes defectu poteſtatis, & juriſdictionis in eum, qui non habitat, neque bona poſſidet, *l.* 1. *in fi. ff. de tutor. & curator. dat. ab his.* Roland. *conſi* 24. *num.* 17. *lib.* 3. Surd. *conſi.*
18 257. *num.* 23. *lib.* 2. † Quare ſicut ſtatutum non ligat eum, qui non habitat in ipſius præjudicium, *leg cunctos populos, C. de ſumm. trin.* Rol. *conſi.* 79. *nu.* 35. *lib.* 3. Ita è contra non poteſt eidem aliquod priuilegium,
19 & beneficium afferre, cum † regulariter, qui non ſuſtinet onera, neque debeat habere commodum: Caſtr. *in l. omnes populi, in fi. de iuſt. & iur. & conſi.* 89. *nu* 3. *lib.* 2. Roman. *conſ.* 123. *n.* 6. poſt Ang. *conſi.* 73. Alex. *conſ.* 44. *nu.* 7. *cum ſeq. lib.* 5. Cephal. *conſi.* 246. *n.* 22. Roland. *conſ.* 79. *nu.* 35. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 18. *n.* 12. *lib.* 5. *& conſ.* 200. *nu.* 11. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 175. *nu.* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 204 *num.* 15. *lib.* 2. Honded. loquens in terminis ſtatuti Vrbis *conſil.* 5. *num.* 16. *&* 40 *lib.* 1.

Cum etiam ſit conſideranda mens, & intentio ſtatuentium commenſurata ab illorum poteſtate,
20 † vt ſcilicet voluerint diſponere quo ad perſonas ſibi

ſibi ſubditas, in quas poterant exercere juriſdictio-
nem, eaſque ſolum comprebendere, non autem il-
los, qui non erant ſubditi, prout ſunt ciues ex pri-
uilegio non habitantes, in quos non poterant jus
dicere defectu poteſtatis: Surd *conſ.* 257. *numer.* 21.
21 *lib.* 2. *& conſ.* 59. *num.* 18. *lib.* 1. † vbi quod verba ſta-
tuentium non referuntur ad perſonas illis non ſup-
poſitas, § *ſecundum, inſtit. de hered. qualit. & different.*
l. 1. *Cod. de ſumm. trinit. & fid. cathol.* Bald, *in l.* 2. *nu-*
22 *mero* 10. *in fin. Cod. de conſtit. pecun.* † & ſicut contra
tales non poteſt exerceri juriſdictio, ita neque po-
terunt ſtatuto ligari tamquam iſta partificentur, *cap.*
2. *de conſtitut. in* 6. *leg. omnes populi, ff de iuſt. & iur.*
Præſertim quia ſenſus verborum priuilegij ciuili-
tatis non videtur diſcordare, ſed potius conuenire
prædictis, dum non ſimpliciter conceditur priui-
legium petenti ciuilitatem ob cauſam honoris il-
23 lius, † ſed etiam ad augendam, & ſeruandam rem-
publicam, quæ non poſſunt contingere ſine habita-
tione, & conſeruatione diuitiarum inter familias
habitantes, & in quas poſſit cadere juriſdictio ex
parte reipublicæ, quæ omnia non poſſunt verifica-
ri in ciue non habitante, vnde dicendum eſt ſta-
24 tuentes non cogitaſſe de tali caſu, quod † argu-
mentum eſt validum ad cognoſcendam releuan-
tiam actus, & quid in eo comprehendatur, prout in
ſimili aliàs arguit Rot. coram R. P. D. Vbaldo Me-
diolanenſ. penſionis 12. Maij 1614. cum aliis per
Surd. in iſtis terminis *dict. conſ.* 59. *num.* 18. *& conſ.*
257. *num.* 12.

Et quamvis ciuis ex priuilegio ſit propriè, & verè
ciuis, & habeat priuilegia originariis conceſſa,
25 † ita vt poſſit gaudere ſtatutis deferentibus ſucceſ-
ſionem, prout gaudet originarius: Bart. *in leg. ſi quis*
pro emptore, nu. 34 *ff. de vſucapion.* Bald. *conſ.* 460. *num.*
110. *cum ſeq. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1129. *num* 51 *lib.* 12.
¶ Nihilominus in præſenti caſu non controuerti-
26 tur ſubſtantia ciuilitatis, † ſed ſolum tractatur an
aſſumptus in ciuem gaudeat priuilegio ciuium,
quando non habitat, & onera non ſuſtinet, iſta
enim ſunt diuerſa, cum poſſit eſſe, vt quis ſit ciuis,
non tamen municeps, *l.* 1. *ff. ad municipal.* Surd. *conſ.*
323. *num.* 55 *lib.* 3. Vnde cum poſſit eſſe ciuis ex pri-
uilegio verè, & propriè, nec amittat ſubſtantiam ci-
27 uilitatis, † non infertur ex hoc vt producat aliquem
effectum reſpectu qualitatis ſeparatæ, & compati-
bilis cum ipſa ſubſtantia, nempe cum habitatione,
& onerum ſuſtentatione, ex quibus contrahitur
ſubjectio neceſſaria ad conſequendum beneficium
ſtatuti, cum, vt dictum eſt, ſine iſtis nihil poſſint ſta-
tuentes defectu poteſtatis, & juriſdictionis in eum,
28 † qui non habitat, nec bona poſſidet: Bald. *in leg.*
cunctos populos, num. 57. *cum ſeq.* & ibi Iaſ. *numer.* 83.
Cod. de ſumm. trinit. & fid. cathol. Roland. *conſ.* 14. *nu.*
17. *lib.* 1.

Et ita ex prædictis præualuit iſta ſecunda opinio, quam
approbauit Rot. coram R. P. D Pirouano Romana
ſeu Ceſenaten. hæreditatis. 6. Nouembris. 1619.
29 † vbi fuit data immiſſio Naldis, cum ageretur de
ſucceſſione Michaelis communis patrui ipſorum
de Naldis, & Comitis Georgij Cacciaguerræ, ad
quam de jure communi admittuntur Nepotes æ-
qualiter ſublata omni differentia ſexus, *auth. poſt*
fratres. Cod. de legitim hæredib. § 1. *auth. de hæredib. ab*
30 *inteſtat. venientibus.* † Quæ quidem ſucceſſio erit
debita non in ſtirpes, ſed in capita, tanquam non
concurrente cum alio patruo, ſed inter ſe: Azo. *in*
ſumm. Cod de legitim. hæredibus. § *item iure nouiſſimo.*
verſ. illud dubitari. & in auth. ceſſante. Cod. eod. tit.
Gloſ. *in* § *hoc etiam addendum. in verb. ſuperſtites, in-*
ſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ. Rofred. *in tit. de bonor.*
poſſeſſ. unde cognat. Cyn. *in l.* 3. §. *vltim.* vbi Bald &
Caſtr. *numera* 3. *ff. ſi pars hereditat. petat.* Aret. *in* § *cum*
filiusfamilias, in fin. inſtit. de hereditatibus. quæ ab inte-
ſtat. deferunt. Miſinger. *obſeruat.* 95. *centur.* 3. Crall. *in*
§. *ſucceſſio ab inteſtato. quaſt.* 30. *num.* 4. Capr. *conſ.* 21.
col. vltim. & conſil. 104. Cephal. *conſ.* 431. *lib.* 3. Co-
uarr. *in epitom. de ſucceſſionibus. ab inteſtat. numera* 8.
Rebuff. *in proœm. conſtit. reg. gloſ.* 5. *numer.* 81. Ferron.
ad conſuetud. Burdegal. § 6. *col.* 3. Zaſ. *in ſingul. intellect.*
cap. 7. *& conſ.* 4. *in princ. lib.* 1. *& de feudis par.* 8. *con-*
cluſ. 6. Cujac. *eod. tit. de feud. lib.* 2. *tit.* 12. latè Theſaur.
31 *deciſ.* 161. *per tot.* † vbi quod iſta opinio, quidquid
alij per eum relati malè ſentiant, fuit ſemper obſer-
uata tamquam verior, & magis recepta, vt per
Papon. *lib* 21. *tit.* 1. *arreſt.* 12. Gulielm. Benedict. *in*
cap. raynutius, in verb. & vxorem nomine adelaſiam.
numera 663. *verſ. tamen in aliquibus, de teſtament.*
32 Et † iſtam ſententiam ſemper etiam ſecuta eſt Ro-
ta coram Cardin. Lancelloto Bononien. hæredi-
tatis, 10. Aprilis 1592. & coram Card. Milli-
no Romana hæreditatis de Catellis, 1. Iulij 1602.
& coram R. P. D Buratto Collen. hæreditatis, 7. No-
33 uembris 1618. † Ita vt ſtante hujuſmodi obſeruan-
tia, non ſit recedendum à dicta opinione Axon.
ſecundum quam fuit in ſenatu Pedemontano per
Principem edita conſtitutio in perpetuum valitu-
ra pro ſedandis litibus, & ne amplius de ea dubi-
taretur vt teſtatur. *deciſ.* 162. *in fin.* & meminit etiam
Anton. Sola *in commentar. ad nou. conſtitut. gloſ.* 1. *nu-*
34 *mera* 3. † vbi etiam an in feudis locum habeat, Et
prædicta opinio, vt in capita hæreditas diuidatur,
habebit etiam locum in diſpoſitione teſtamentaria,
quando ſcilicet plures ex teſtamento concurrunt ad
hæreditatem, Nam inſtitutis hæredibus filiis maſcu-
lis ex filiabus ſuis naſcituris, ſi teſtator haberet tres
filias, quarum duæ vnicum habuerunt maſculum,
alia verò tres, talis hæreditas teſtatoris erit diuiden-
da non in ſtirpes, ſed in capita, ita vt tot ſint por-
tiones hæreditatis, quot ſunt filij: Theſaur. *d. deciſ.*
162 *in fin.*

Ceſſante igitur ſtatuto Vrbis ex ſupra allegatis, cum
35 Michael deceſſerit in Vrbe ab inteſtato † pro im-
miſſione competit remedium Quorum bonorum,
l. 1. *Cod. quor. bonor.* Gloſ. & Bartol. *in l.* 1. *ff. ead. tit.*
Menoch. *de adipiſcen. remed.* 1. *nu.* 33. Rot. *deciſ.* 115.
nu. 1. *p.* 1. *in recentioribus.* & coram R. P. D. Pirouano
Romana hæreditatis de Fulchis. 21. Iunij 1619 Aret.
in § *quadrupli, num.* 34. *inſtitut. de actionibus.* Quod
36 † competit non ſolum hæredi ab inteſtato, ſed
etiam hæredi hæredis: Bald. *conſ.* 187. *numer.* 7. *lib.* 1.
Tiraq. *le mort ſaiſit. p.* 2. *declarat.* 5. *num.* 17. *&* 18. Me-
noch. *de adipiſcen. remed.* 4. *numer.* 236. *cum ſeq.* Rot.
deciſ. 115. *num.* 1. *ad med. p.* 1. *in recentiorib.*

EPITOME.

In renouatione, ſeu reuocatione ſocietatis an
requiratur ſpeciale mandatum. ¶ Diſdicta ſocieta-
tis officij an valeat, ſi non fuerit reproducta. ¶ Ra-
tificatio an ſit facienda in tempore, quo actus debet
geri, & antequam ſit jus alteri quæſitum. ¶ Teſtes
recognoſcentes manum an probent, quamvis non
viderint ſcribere, ſed ſolum deponant habere no-
tam manum ſcribentis, tam in ciuilibus, quàm in

criminalibus. ¶ Et quid in deponente de credulitate,& quod ſibi videtur. ¶ Quæ incontinenti fiunt quando cenſeantur ineſſe, ſi adſit quæſtio de tempore. ¶ Repetenti pecunias quo caſu ſit magis fauendum,quam ei, qui tractat de illas acquirendo. ¶ Reuocans ſocietatem die vltima Aprilis, & decedens die 15. Maij ante mediam noctem ejuſdem diei, an dicatur deceſſiſſe infra quindecim dies. ¶ Oblatio,retractus,& ſimilis diſpoſitio rei tempore perituræ an ſit facienda de nocte ejus diei, quo tempus finitur. ¶ Statutum Vrbis requirens tres teſtes in recognitione manus an ſit ordinatorium,ſeu deciſoriũ. ¶Et an habeat locum in cauſis piis, & in vltimis voluntatibus. ¶ Sermo generalis ſtatuentiũ an comprehendat perſonas,& loca priuilegiata.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſpeciale requiritur in renouanda, ſeu reuocanda ſocietate.*

2 *Ratificatio non attenditur, ſi fiat re non integra poſt ius alteri quæſitum.*

3 *Ratificatio non valet, niſi facta ſit in tempore, in quo actus geri debet.*

4 *Diſdicta ſocietatis officij non admittitur, ſi non fuerit reproducta,& num. 15.*

5 *Societas officij durat poſt ſex menſes per quindecim dies diſdictæ, ita vt ſi dans pecunias intra dictos dies obierit,illas amittat.*

6 *Reuocatio ſocietatis officij non datur, niſi poſt tempus fructuum ſolutorum.*

7 *Scriptura mortui facit maiorem fidem,quam ſi viueret.*

8 *Mors habet vim iuramenti.*

9 *Teſtes recognoſcentes apocham priuatam debent deponere,quod viderunt ſcribere. Fallit de ſtylo,iuxta quem ſufficit, vt dicant, quod habent notam manum ſcribentis,num.10. Amplia vt num. 11. 30.& 31. Declara vt nu.12.*

13 *Standum eſt arbitrio Iudicis, an & quando teſtes probent recognitionem manus ſcribentis.*

14 *Actus, qui debet fieri in tempore præfixo,non valet, ſi fiat extra illud, num. 19.*

16 *Quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe. Fallit,ſi ſit quæſtio de tempore,num.18.*

17 *Fauendum eſt magis repetenti pecunias, quam ei, qui tractat de illas acquirendo.Intellige vt num.20.*

21 *Reuocans ſocietatem die vltima Aprilis, & decedens die 15.Maij ante mediam noctem eiuſdem diei, dicitur deceſſiſſe infra quindecim dies, non autem ſi poſt dictam mediam noctem,num.22.*

23 *Ratificatio, oblatio, retractus, & ſimilis diſpoſitio rei tempore perituræ eſt facienda etiam de nocte eiuſdem diei,quo tempus finitur.*

24 *In recognitione manus tres teſtes requiruntur ſecundum ſtatutum deciſorium,& non habet locum in cauſis,& in vltimis voluntatibus,num.25.26.& 28.*

27 *Sermo generalis ſtatuentium non comprehendit perſonas,& loca priuilegiata,& num.29.*

CAPVT DCCX.

PEr obitum Petri ſocietas eſt ſuperlucrata, non
obſtante prætenſa diſdicta, quæ nullum potuit
ſortiri effectum, tamquam reproducta per
1 non habentem mandatum, † quod tamen requirebatur
ſpeciale tam in renouanda ſocietate, quam
in illius renunciatione, ſeu in ſimilibus actibus,
in quibus agitur de declaratione voluntatis domini,
quæ tamquam latens in animo non poteſt
explicari per procuratorem, niſi ad id ſpecialiter
conſtitutum:Bart.& Bald. *in l.actione.§.renunciare, ff.pro ſocio.* Ang. *in l.ſi quis intentione ambigua,ff de iudic.*Alex.*conſ.78.nu.14.& 15.lib.5.*Honded.*conſ.38. num.15.& 16.lib.1.*
Neque obſtat prætenſa ratificatio Petri de tali diſdi-
2 cta, Quia nihil operatur, † cum ſit facta poſt quindecim
dies,& ſic re non integra poſt jus alteri quæſitum:*leg.ſi ego.10.§.res,ff.de iur dot.leg.ſi pupilli.6.§. ſed ſi ego.ff. de negot. geſt.* cum aliis per Roland *conſi. 19.numer..12.& 13.lib.1 & conſ 4.nu.26.lib 2.* Alex. *conſ.167.nu.2.& 3.lib.6.& in l. quod meo.col.2.ff.de aeq poſſeſſ.*Ruin.*conſ.172.nu.14.lib.1.* Menoch *conſil. 121.nu.34.& 35.lib.2.*Hect.Felicius *de ſocietat.c.14. num.60.& 61.& c.15.num.79.*Dec.*conſ.246.in cauſa*
3 *magnifici baronu,col.4 in princ.nu 5. & 6.* † Et paſſim
non admittuntur ratificationes,niſi fiant in tempore,
in quo actus geri debet, aliàs ſi vnus extremorum
deficiat,vel ſit inhabile,non valebit:Bart.*in leg. bonorum ff.rem rat.haber. & in l. ſi is qui pro emptore. nu.4 ff de vſucapion.*Pariſ.*conſ.77.nu.18.lib.1.*late Tiraq.*de retract.lignag.§.1.gloſ.30 num.85*. Surd.*conſ.9. num.53.lib.1.& conſi.157.num.17.& 18.lib.2.& dec. 111.num.1.& 2.*
Immo ſi ratificatio poſt quindecim dies operaretur,
maximum abſurdum inſurgeret, quod creditor
poſſet diſdicere ſocietatem per extraneum non habentem
mandatum, & volens ratificare hujuſmodi
diſdictam poſt quindecim dies ad ſui libitum, non
ſubjaceret periculo amiſſionis pecuniarum per ſpatium
dictorum quindecim dierum conuentorum
in inſtrumento, quod tamen eſſet inconueniens,
cum in dicto tempore periculum debeat currere
4 facta reproductione,† ex qua declaratur,quod intimatio
diſdictæ eſt de voluntate principalis, cum
aliàs non conſtaret de tali conſenſu, ideò reproductio
requiritur:vt in conſtitutione Pij V.de qua per
Boccac.*de ſocietat.officior.nu.14.15.& 163.* & ſemper
durat ſocietas poſt ſex menſes per dictos quindecim
dies, ita vt ſi dans pecunias moriatur in termi-
5 no dictorum dierum, † officialis illas lucretur,qui
ex forma conuentionis quindecim dies diſdictę debent
præcedere reuocationem ſocietatis: Put.*deciſ. 68.lib. 3.* Caſtracan. *de ſocietat. officior.cap.61.numero 1.& 2.*
Quibus additur,quod quatenus etiam diſdicta eſſet facta
à legitimo procuratore,& ratificata in tempore,
quod negatur, Tamen ſocietas non poterat diſdici,
6 † cum appareat ex proceſſu fuiſſe ſolutos fructus,
quibus receptis non datur reuocatio ſocietatis, niſi
poſt tempus fructuum ſolutorum : Rot. coram
R. P. D. Iuſto Romana ſocietatis 16. Februarij
1596 Caſtracan.*de ſocietat. officior.c.57.num.15.cum ſeq* juxta notata per Doctor.*in leg.pro herede.§.papſmanus,ff de acq poſſeſſ.*
Et de receptione fructuum conſtat, cum quietantiæ
fuerint ſcriptæ manu tertij de mandato principalis
neſcientis ſcribere, qui tertius ſemper fuit adhibitus
ad iſtos actus receptionis pro toto tempore,
7 quo durauit ſocietas, & cum ſimus in ſcriptura
mortui, major fides eſt ei danda, quàm ſi viueret:
Ioan.Andr.*in cap.cum quid vna col.3.in 2.argumento. de reg.iur.in 6.* Decian. *conſ.42. pro facultate mea. n.6.col.3. in fin. verſ. ſexto & vltimo ad prædictorum.* Bart.*in l.admonendi,col.8.nu.27.de iureiurand.* Aym. *conſ.6.n.52.& n.61.& conſ.56.n.7.in fi.*Socin.*conſ.161. num.3.*

num 3.lib. 1. † Ita vt ſi requireretur juramentum ad
ſupplendam fidem, illud non eſſet neceſſarium
mortuo ſcribente; cum mors habeat vim juriſiurandi: Caſtr.conſi.202.col.2.in 3.dub.lib.1.Dec.in l.1.
in 2.notab.C. de edend. & in c.2.col.5. ad med.verſ.co
modo.de fid.inſtrum. Aym.conſ.275.nu.6. & de antiq.
tempor.p.1.§ vidimus & abundè,nu.36.Anchar.q.55.
num.7.p.1.Surd.deciſ.103 num.4.cum ſeq.

Et quæ dicuntur de recognitione non rectè facta,non
9 obſtant,quia licèt de jure requiratur, † quod teſtes
recognoſcentes apocham priuatam viderint ſcribere: Grammar.deciſ.84.per tot. Rot.diuerſ.deciſ.550.p.
4. Farinac. conſi.164.num.5.p.2. Tamen de ſtylo ſeruatur contrarium,cum ſufficiat, quod teſtes depo-
10 nant † ſe recognoſcere manum ſcribentis, quia eſt
eis valde nota, vt teſtatur de hujuſmodi obſeruantia: Veſtr.in prax.lib.6.c.1.numero 8. ad med.verſ. nihilominus vſu receptum eſt.Rot.diuerſ.deciſ.124.num.
2.p.2. Cardin. Seraphin. deciſi. 522. numero 1.& 4.
11 † vbi quod ſufficit, quamvis etiam teſtis dicat ſibi
videri eſſe ſcriptam de manu talis,& quamvis etiam
eſſet teſtis de credulitate: Farinac. conſi.70.num. 12.
& 76. ad med.part.1. vbi quod in ciuilibus d. ſtylus
12 procederet, † ſecus in criminalibus: Rot.coram
R.P.D. Orgadino Aueniouen. Aprilis 1600. de qua
per R.P.D.Robuſter. Barchinonen.matrimonij 31.
Ianuarij 1565. relata per Farinac.dict.conſi. 70. num.
13 76. p. 1. † Cum etiam ſit ſtandum arbitrio Iudicis
etiam ad plenam probationem faciendam circa hujuſmodi recognitiones; Menoch.de arbitr. caſu 114.
numero 20.ad fin. Ludouic.deciſ. Peruſ.7.num.16. &
17.Curt.Sen.in l.admonendi.nu.110.ff.de iureiurand.

Et circa diem diſdictæ, quod ille non ſit numerandus,
non applicatur ad factum, nam etiam dempto die
termini, & diſdictæ, nihilominus ratificatio eſt facta poſt quindecim dies, ſocietas enim fuit diſdicta
die 22.Decembris,vnde incipiendo numerare diem
23. & ponendo diem 31. quæ adeſt in menſe Decembris, clare apparebit, quod ratificatio prætenſa
debebat fieri die 6. Ianuarij, cum die 7. in quia fuit
14 facta, jam lapſi eſſent quindecim dies, † & ſic tanquam extra tempus nullum effectum operatur,leg.ſi
pupilli,6.§.ſed ſi ego.ff. de neg.geſt. Roland. conſil.19.
numer.12.& 13.lib.1. Menoch.conſi.121. numero 34.
& 35.lib.2.

Non obſtat, quod dicitur non requiri reproductionem, cum ſufficeret diſdictam facere coram teſtibus,illamque poſtea probare coram Iudice: Caſtrac.
de ſocietat.c.60.numer.3. Boccac.eod.tit.numero 190.
15 † Quia hodie talis reproductio eſt facienda in actis propter ſuſpicionem fraudis,vt illa euitetur juxta d. conſtitutionem Pij V. & deciſiones Rotæ, vt
teſtatur Idem Caſtrac.dict.cap.60.num.4.ad med. &
Boccac.d.num.190.in fin. & num.14. poſt Caputaq.
deciſ.105.p.2.

Nec facit,quod illa,quæ fiunt incontinenti cenſeantur
16 ineſſe leg.lecta.ff.ſi cert.petat. † Et quod potius ſit fauendum repetenti pecunias, quam illi, qui tractat
de eas acquirendo ad euitandum odioſum lucrum:
17 † Rot. coram Sanctiſſimo Romana Societatis 27.
Iunij 1564. & coram R.P.D. Iuſto Romana Societatis 16. Februarij 1596. Nam quando eſt quæſtio
18 de tempore, † ea quæ fiunt incontinenti, non cenſentur poſtea ineſſe, quia etiam tunc momentum
conſideratur,leg.thais,§.intra.ff de fideicommiſſ.libertat.Iaſ.in leg.lecta.num.15. poſt princ. verſ. inuenio.ff. ſi
cert.petat.Bald.in cap.cum dilectus,col.1.numero 4.de
fid. inſtrument. Quando enim eſt præcisè tempus
19 appoſitum alicui diſpoſitioni, † qui permittit illud
labi,cenſetur ei renunciare, cum tempus limitatum
contineat contrariam diſpoſitionem poſt tempus
leg.fratres,ff.de pœnis. Bald. & Salic. in auth.quæ ſupplicatio. Cod. de precib. imper. offerend. Tiraq. de retract.conſanguinit.§.3.gloſ.4.numero 2.Surd.deciſ.203.
20 numero 1. vſque ad 5. † Et quod dicitur de fauendo
potius repetenti pecunias, procedit in dubio, ſecus
in claris: Dec.in leg.fauorabiliores,117. numero 4.ff. de
regul.iur.Dyn.in cap.cum ſint partium iura.11.num.1.
eod.tit.in 6. per text.in §. commodum, inſtit. de interdict.leg.qui accuſare, C.de edend.l fin. de rei vendicat.
l.inter pares,de re iudicat.leg.arrianus, de actionib. &
obligationib.

Et dum opponitur de computatione diei à media nocte, neque obſtaret, quia etiam ita connumerando
terminum quindecim dierum, erit facta ratificatio
21 extra tempus, † vnde ſi quis reuocaret ſocietatem
die vltima Aprilis, & poſtea decederet die 15. Maij
ante mediam noctem ejuſdem diei, diceretur infra
quindecim dies deceſſiſſe, non autem ſi poſt d.mediam noctem,vt exemplificat Caſtracan.de ſocietat.
cap. 62. numero 4. ad med. juxta notata per Archid.
in cap. quod à partibus, in verb. ſabbati. diſtinct. 75.
22 † vbi requiritur, quod fiat actus intra mediam noctem,non poſt,vt dicatur factus in tempore: Tiraq.
de retract.lignag.§.1.gloſ.11.numer.7.in fin.poſt Gloſſ.
in cap. 1.de conſecrat.diſtinct.3.in princip. Bald.in cap.
ego 4.col.1.de iureiurand. Dominic. in cap.conſuluit.
col.penultim. & ibi Dec.de offic.delegat. Felin.in cap.
eccleſia S.Mariæ,col.19.verſ.quinta declaratio.de conſtitutionibus.

Et quod non poſſit imputari parti, cum ante lucem id
facere non liceret, non eſt excuſatio legitima, cum
enim ſcire deberet, quod tempus durabat ſolum
vſque ad mediam noctem,non debebat permittere
labi tempus mediæ noctis, quia poſtea intrabat
alius dies, & ſic non erat amplius in tempore,vnde
23 erat præueniendum in ratificatione, † faciendo illam etiam de nocte ejus diei, quo tempus finitur
propter periculum rei tempore perituræ, provt ita
faciendum eſſe in oblatione retractus,ſolutione pecuniarum, prolatione ſententiæ, & ſimilibus diſpoſitionibus docet Tiraq. de retract. lignag. §.1 gloſ.11.
numero 12.poſt Alber.in leg more maiorum,col.1.verſ.
alia quæſtio.ff.de feriis.Baldus & Ang.in leg ſi obſignatione,ff.de ſolution.& in leg.acceptam,Cod.de vſur.vbi
etiam Salic. col. 3. verſ. circa quod dic. Felin.in cap.
conſuluit.col. 3. in fin. verſ.ſecunda concluſio creditor
non cogitur.num.6.de offic.deleg.

Neque erit attendendum, quod iterum opponitur
de recognitione non rite facta per duos teſtes,
24 † tamquam ſtatutum Vrbis lib.1.cap.84.mandet in
recognoſcendis apochis priuatis eſſe adhibendos
tres teſtes, Quia dictum ſtatutum non eſt deciſo-
25 rium, ſed ordinatorium, vt † reſoluit Rot. coram
R.P.D. Caualerio Recanaten. hæreditatis 18. Decembris 1620. juxta late adducta coram R.P.D.
Vbaldo Romana grani 1610. vbi etiam concluditur vt hoc obiter notetur, quod idem ſtatutum
26 † non habet locum in vltimis voluntatibus, maxime ad pias cauſas, quarum fauore inductum eſt,
vt ſermo generalis ſtatuentium non ſufficiat ad tol-
27 lenda priuilegia eis competentia: † Alex. conſ.209.
num. 3.& 4.lib.2.& conſ.105.numero 11.vſque ad 14.
lib.4.Felin.in c.eccleſia S.Mariæ,num.70.de conſtitut.

Iaſ.*in l.1.in 1.lectur.num.39.Cod. de ſacroſ.eccleſ.*cum aliis per Magdalenen. *de num.teſt. in teſtam.requiſit.*
28 *p.2.cap.6.numer.*18.† Et quidem non debet admitti, vt in recognitione actus priuilegiati major numerus teſtium requiratur, quam in teſtamento principali condito ad pias cauſas,ideò ſufficient duo recognoſcentes manum teſtatoris, cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum juxta illud Deut. *cap.19.& c.nouit.de iudic.c.in omni negotio.de teſtib.c. cum eſſet,de teſtam.*

Et quamvis ſtatuta Vrbis ſint confirmata per Summum Pontificem,Tamen talis confirmatio non ex-
29 tenditur ad caſus priuilegiatos, qui † indigent ſpeciali expreſſione, Ideo etiam paſſim Statuta Vrbis generaliter diſponentia ſuper obligationibus ſub certa forma faciendis non comprehendunt cauſas priuilegiatas dotium, & ſimilium concernentium loca pia:Calcan.*conſi.*13.*num*.4. Caputaq.*deciſ*.194. *part.*3.Tiraq.*de legib.connubial.gloſ*.8.*num.*162.Rot. coram R. P. D. Comitulo Toletana pecuniaria 26. Ianuarij 1590.& coram Cardin.Blanchetto Romana euictionis 23 Martij 1588.Surd.*conſi.*164 *num.*2. Bald.*Nouell de dot.part.6.priuil.*47.*in fin.*poſt Salic. *in l.fin.in princ in 4.notab.C.de iur.dot.*

Valebunt igitur ſimiles recognitiones factæ per duos
30 teſtes,† etiam ſi deponerent per verbum,tengo che queſta poliza ſia di mano del tale per la conuerſatione che ho hauuto ſeco,vt dictum eſt ſupr.*nu.*15. Quamvis enim generaliter deponens de credulitate non probet,tamen hoc fallit,quando depoſitio dependet ab intellectu: Ruin. *conſi.*40.*numer.*12.*lib.*4. Card. Mantic.*deciſ.*79.*num.*2. Card Seraphin.*deciſi.*
31 522.*nu.*1.Farinac.*conſi.*11.*nu.*38.*lib.*1.† quos omnes in propoſito noſtro refert, & ſequitur Rot. coram R. P. D. Caualerio Romana hæreditatis 18. Decembris 1610. Et latius dicam infra Deo dante in capite particulari, cum explicatione aliorum dubiorum,quæ in eadem cauſa fuerunt diſcuſſa.

EPITOME.

Inuentarium tutoris, & curatoris quas ſolemnitates requirat. ¶ Et in quo differat ab inuentario hæredis pupilli. ¶ Et infra quod tempus tam vnum, quàm aliud ſit conficiendum. ¶ Remiſſio inuentarij ex quibus verbis fiat. ¶ Et an illa debeant eſſe expreſſa, vel ſufficiant æquipollentia, & conjecturæ. ¶ Inuentarium quando poſſit remitti in præjudicium creditorum,legatariorum, fideicommiſſariorum, & ipſius hæredis pupilli,& majoris. ¶ Reſtitutio quando detur hæredi aduerſus inuentarium non confectum à tutore. ¶ Et an jus petendi talem reſtitutionem tranſmittatur ad hæredes. ¶ Iudex quo caſu poſſit præcipere confectionem inuentarij tutori,cui teſtator illud remiſit. ¶ Et an illius confectio ſit inuenta propter ſuſpicionem ſurripiendi bona hæreditaria, vel ne hæredes ſint in ſuſpenſo circa aditionem hæreditatis. ¶ Teſtator remittens inuentarium tutori an intelligatur remiſiſſe tam illud, quod debet facere tamquam tutor,quàm illud, ad quod tenetur quando adit hæreditatem pro pupillo. ¶ Et an talis remiſſio liberet à deſcriptione bonorum. ¶ Et quando ſit locus juramento in litem,& aliis pœnis legalibus, & reſtitutioni reliquorum contra tutorem non conficientem inuentarium ex mandato teſtatoris. ¶ Intereſſe pupilli an conſiſtat in prohibitione conficiendi inuentarium ne vires hæreditatis pandantur. ¶ Satiſdatio de vtendo arbitrio boni viri, & confectio inuentarij an poſſit remitti vſufructuario. ¶ Executio,& continuatio prioris aditionis, ſeu noua aditio, non dependens ab antiqua ex quibus colligatur. ¶ Aditio tutoris quando præjudicet pupillo, & ſit per eum ratificata. ¶ Et an per talem ratificationem ſit renunciatum actioni, quæ ſibi contra eum competebat pro damnis paſſis propter talem aditionem. ¶ Minor quando poſſit ratificare contractum male, & doloſe geſtum. ¶ Dolus præſumptus futurus an poſſit remitti. ¶ Verba enunciatiua notarij, quod quis ſit hæres, an probent aditionem tam ſi pars fuerit præſens,quàm abſens.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris, & curatoris non requirit aliam ſolemnitatem, quam vt illud fiat coram notario, & teſtibus.*
2 *Tutor debet conficere inuentarium ſtatim, quod fuit creatus,hæres autem habet triginta dies ad inchoandum,& 60.ad perficiendum,num.*3.
4 *De proximo moriens habetur pro mortuo,& perditum dicitur,quod ſtatim eſt perdendum.*
5 *Citatio creditorum eſt facienda in inuentario hæredis, non tutoris.*
6 *Inuentarium non eſt conficiendum per tutorem, ſi teſtator diſponat, quod ſolū illius libro fides adhibeatur, & quod aliud computum non debeat reddere,n.*7.
8 *Dolus præſumptus dicitur in non conficiente inuentarium,& num.*64.
9 *Dolus non conſideratur in eo,qui habet probabilem credulitatem.*
10 *Lenior eſt dolus in omittendo,quam in faciendo.*
11 *Probatio doli requiritur ad conueniendum non conficientem inuentarium.*
12 *Remiſſio inuentarij poteſt fieri per teſtatorem. Intellige reſpectu legatariorum,fideicommiſſariorum,& hæredum,ſecus creditorum,num.*17.38.39.*&* 40.
13 *Intereſſe pupilli conſiſtit in remiſſione inuentarij facta per patrem,ne forte vires hæreditatis pandantur,nu.* 31.34 *&* 35.
14 *Reſtitutio datur hæredi aduerſus inuentarium non confectum per tutorem,& illa conceditur per Principem etiam abſque citatione,num.*15.
16 *Ius petendi reſtitutionem in integrum tranſmittitur ad hæredes.*
18 *Tutor liberatus à redditione rationum non poteſt cogi ad conficiendum inuentarium, tenetur tamen ad reſtitutionem reliquorum,num.*19.
20 *Non eſt locus iuramento in litem, & aliis pœnis legalibus contra tutorem, qui non fecit inuentarium ex mandato teſtatoris,num.*30.
21 *Contra hæredem tutoris non poteſt iurari de damnis ob dolum præſumptū lite nondum conteſtata mortuo reo.*
22 *Remiſſio inuentarij debet eſſe clara,& expreſſa, & per verba ſpecialia,non æquipollentia, nec per coniecturas,num.*23.*Contrarium eſt verius,num.*24.*&* 25.
26 *Teſtator remittens confectionem inuentarij tutori non cenſetur remiſiſſe,niſi illud,quod ipſe tutor debet facere,non autem inuentarium, ad quod tenetur reſpectu pupilli hæredis,quod non poteſt remitti, num.* 28. *Contrarium,nu.*31.32.41.42.43.46.*&* 50.
27 *Satiſdatio de vtendo arbitrio boni viri,& confectio inuentarij non remittitur per teſtatorem vſufructuario, num.*44.*& de ratione.n.*45.48.*&* 49.
29 *Remiſſio inuentarij eſt contra fauorem publicum.*
30 *Iudex poteſt præcipere confectionem inuentarij tutori cui teſtator illud remiſit; ſi adſit vtilitas pupilli,*

vel

vel ſuperueniēte cauſa non prius cognita teſtatori.

37 *Remiſſio inuentarij non præiudicat legitimæ filij.*

47 *Inuentarium non fuit inuentum propter ſuſpicionem ſurripiendi bona hereditaria, ſed ne heredes ſtent in ſuſpenſo circa hæreditatis aditionem.*

51 *Remiſſio inuentarij tutoris non liberat à deſcriptione bonorum ad faciliorem probationem, & ne bona permutentur.*

52 *Remiſſio inuentarij facta vſufructuario operatur, vt non debeat facere inuentarium ſolemne iuxta* l. fin.C.de iur.deliber. *cùm ſufficiat facere aliquam deſcriptionem, quæ inuentarium appellatur, n.53.*

54 *Executio & continuatio prioris aditionis, ſeu noua aditio, & non dependens ab antiqua ex quibus colligatur.*

55 *Aditio facta per tutorem cenſetur facta ab ipſo minore ratificante, cùm ratificatio æquiparetur mandato, numero 55.*

57 *Ratificatio aditionis an debeat intelligi de actu illius ſic geſto, vel etiam tanquam de bene geſto.*

58 *Ratificans aditionem tutoris non cenſetur renunciare actioni, quæ ſibi competebat contra eum pro damnis paſſis occaſione einſdem aditionis. Intelligo in eo, qui ratificat in minori ætate, ſecus in maiore, numero 56. 60. & 62.*

61 *Lex reſiſtit contractui minoris tanquam non habentis firmum conſilium.*

63 *Minor factus maior poteſt conualidare contractum malè, & doloſè geſtum in minori ætate, ſi tempore ratificationis habuit notitiam inualiditatis actus, ſecus in minore dum eſt minor, & numero 66.*

65 *Dolus præſumptus facilius remittitur, quàm verus; quamvis ſit futurus, cum ſecus ſit in dolo vero.*

67 *Verbu enunciatiua prolata a notario, quod quis ſit heres non probant aditionem. Declara, ſi purè fuiſſet abſens, ſecus ſi præſens, numero 68. & 69.*

CAPVT DCCXI.

PEr tutorem fuit factum inuentarium, dè quo
erat quæſtio in cauſa Romana tutelæ, coram
tabellione publico, quod ſufficit, quamvis decre-
1 tum Iudicis non interuenerit, cùm † in huiuſmodi
inuentariis tutorum, & curatorum non requira-
tur alia ſolemnitas, quàm vt illud conficiatur co-
ram notario, & teſtibus, ex eo enim validè obli-
gantur ſecundum communem opinionem, & in
praxi approbatam, de qua per Cyn. *in l. tutores, 24*
n.4 & ibi Alber. *n.6.C.de adminiſtr.tutor.* Mayner.
in l. quo tutela, 73.ff.de reg.iur. Munnoz. *de ratiocinijs, c.9.n.10.* Caſſ. *ſuper conſuetud. Burgund. rubr.*
6.§.4. text. ibi ſi par le pere, n.8. ad med. ſol. 854. &
§.6. in text. ibi inuentaire, num.2. ead. rubr. 6. fol. 878
Afflict. *ſuper conſtit. Regn. Sicil. lib.3. rubr. 27. incip.*
minoribus, num.7. ad med. quæſt.5 fol. 148.

Neque obſtat, quod inuentarium ſit nullum tan-
quam factum ante obitum teſtatoris, Quia cùm
tutor interuenerit in teſtamento, & ſciuerit ſuam
deputationem, debet illud conficere mox, & ſtà-
tim, quod creatus fuerit, & quamprimum pote-
2 rit, † cum in hoc non æquiparentur inuentaria
hæredum, & tutorum, nam hæredi dantur trigin-
ta dies ad inchoandum, & ſexaginta ad perficien-
dum, tutori autem quam citò poteſt, *l. tutores, C.*
de adminiſtr. tutor. vbi Alber. Ang. & alij ita com-
3 muniter intelligunt illam dictionem mox, & † te-
ſtatur etiam latè Gutier. *de tutel. part.2. cap.1. num.*
10. Oſaſc. qui etiam de communi *deciſ. 57. num.*
19. ante fin. verſ. inuentarium, & numero 24. & 25
Alor. *de partit. part.1. cap.2. num.* 14. per doctrinam
Specul. *de tutor. §. generaliter, numero 3. verſ. Item*
fiet inuentarium. col.2. Et enim teſtator poſt paucos
dies obierit, cenſetur factum poſt mortem ipſius,
quaſi ea, quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe,
4 † & de proximò moriens habeatur pro mortuo,
& dicatur perditum, quod ſtatim perdendum eſt,
cum ſimilibus adductis per Gloſ. *in l. penult. in*
verb. confeſtim. ff. de milit. teſtam. per *l. ſi quis cùm*
ſciret. 8. ff. pro empt. l. item legato 47. §. item intereſt
de leg. 3. l. fin. de cond. inſtitut. §. vltim. auth. vt exa-
ctione inſtante dotis prima & ſecunda viro ad ſecun-
dum votum migrunt. &c.

Nec facit quod non fuerint citati creditores, & de-
bitores, ac alij intereſſe habentes, † Quià prædi-
cta procedunt in inuentario hæredis, non autem
in eo, quod conficitur per tutorem: Gloſ. *in l.*
tutores, 24. in verb. inſtrumentorum, & ibi Cyn. *in*
fin. C. de adminiſtr. tut. Gutier. *de tutel. part.2. cap.1*
num.85. & ita in hærede loquitur text. *in l. fin.* &
5 ibi Gloſ. *in verb. cæterarum, Cod. de iur. deliber.*
Oſaſc. *deciſ. 68. num. 8. cum ſeq.*

Accedat, quod teſtator mandauit, quod libro per
tutorem conficiendo vbique fides adhibeatur
tam in iudicio, quàm extra, abſque eo, quod aliud
computum ab illo ſit reddendum, ex qua diſpo-
6 ſitione teſtatoris omnis nullitas, † quæ ex aduer-
ſo poſſet prætendi, dicitur ſublata, cùm ex ea in-
ducatur bona fides, quam teſtator habuit de tu-
tore, & adminiſtratore, ita vt non debeat aliud
inuentarium conficere, *l. fin. Cod. arbitr. tutel.*
Decian. *conſ. 177. in cauſa quæ proponitur, col. 2. ad*
fin. Fulgoſ. *conſ. 25. ſpectabilis, col. 2.* Menoch. *de*
arbitr. caſ. 208. num. 24. Munnoz. *de ratiocin. cap. 9*
7 *num. 45.* qui omnes ex hoc inferunt, † quod ex iſta
bona fide excluditur omnis doli præſumptio, ita
vt ob inuentarij omiſſionem, vel dolum præſum-
ptum non poſſit iurari in litem contra talem tu-
torem, & curatorem: Plot. *in l. ſi quando, num. 252*
Cod. vnde vi. Molin. *de primogenit. hiſpan. lib.1. cap.*
8 *28. num. 16.* Pariſ. *conſ. 21. num. 54. lib. 2.* † Prout in
non conficiente inuentarium dicitur dolus præ-
ſumptus: Surd. *deciſ. 216. numero* 20.

Et regulare eſt, vt non dicatur quis eſſe in dolo, qui
9 probabilem credulitatem habet, † *l. ſi res pupilla-*
ris, de admin. tut. Dec. *conſ. 177. in cauſa quæ propo-*
nitur, col.3. ad med. & in fin. vbi ex hoc concludit,
quod ex ſimili diſpoſitione per teſtatorem facta
ad fauorem tutoris, videtur idem tutor liberatus
à dolo præſumpto non conficiendi inuentarium,
10 † cum iſte dolus in omittendo leuior ſit, quàm
in faciendo, vnde ob talem credulitatem merito
debet tutor excuſari: Idem Dec. *conſ. 191. in caſu*
propoſito non laborando, col. vlt. in princ. numero 5.

Ideo ſemper ad conueniendum eum, qui non con-
11 fecit inuentarium, vel in illo aliqua omiſit, † re-
quiritur probatio doli, quo non exiſtente, non in-
curritur pœna: Ang. *in l. §. hac ſtipulatio col. penult.*
ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. cum aliis per
Surd. *deciſ. 222. numero* 13. Rot. coram Cardin.
Ludouiſio nunc Sanctiſſimo D.N. Romana in-
uentarij de Maſſainis 14 Maij 1614 & coram R.P.
D Manzanedo Romana pecuniaria 22 Iunij 1615
Bellon. *conſ. 30. numero* 6.

Accedat, quod ex verbis per teſtatorem prolatis in
teſtamento colligitur eum voluiſſe remittere tu-
tori confectionem inuentarij, quæ remiſſio poteſt

12 per eum fieri, † ita vt tutor tunc non teneatur il-
lud conficere, cùm agatur de dolo præſumpto, qui
talis dicitur ex omiſſione inuentarij, & conſe-
quenter datur illius remiſſio, quidquid aliud ſit
in dolo vero: Dec. *conſ. 177. in cauſa quæ proponitur. col. 3. in princ.* Couarr. *lib. 2. var. reſol. c. 14. n. 4. verſ. quintum, & verſ. vltim. in fin.* Rot. coram R. P. D.
Sacrato Bononien. adminiſtrationis. 28. Februar.
1611. & 10. Iunij 1611. Et paſſim teſtatores remit-
tunt iſtam confectionem inuentarij tutoribus ob
13 illam rationem, † quia fortè intereſt pupillis, ne
vires patrimonij pandantur: Craſſ. *in §. teſtamentum, q. 77. num. 1. in fin.* *fol.* 470. iuxta *l. vlt. §. illud. C. arbitr. tutel.* Iaſ. *in l. nemo poteſt. in 1. lectur. n. 51. & in 2. lectur. num. 65.* & ibi Rip. *n. 80.* Io. Annibal. *numero 565. ff. de legat. 1.* Roland. *de inuentar. cap. 2. num.* 8. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 65.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 10. numero 67.*

Et imputent ſibi hæredes, quod non petierint reſti-
tui aduerſus iſtam omiſſam confectionem inuen-
14 tarij, † provt petere poterant, ſi volebant dam-
num euitare tam durante minori ętate, quàm poſt
infra tempus petendi reſtitutionem: Bero. *conſ. 68 num. 83. lib. 1.* Guid. Pap. *quæſt. 571. n. 2.* per text. *in l. auxilium, 38.* vbi Gloſ. *in verb. ceſſabit, ff. de minorib.*
15 *& §. pupillus, aut. de hæredib. & Falcid.* † Quam re-
ſtitutionem Princeps concedit etiam ſine citatio-
ne: Phanuc. *inuent. p. 2. n. 36.* vbi etiam quod iſtud
ius petendi hanc reſtitutionem in integrum tranſ-
16 mittitur † ad hæredes: Aym. *conſ. 17. in fin.*

Non obſtat, quod tutor teneatur ad inuentarium,
quamvis etiam ei ſit per teſtatorem remiſſum, cùm
17 non poſſit contra ius diſponere, † Quia procedit
reſpectu creditorum, in quorum præiudicium
non poteſt remitti inuentarij confectio: Bald.
in l. fin. cum igitur, C. de iur. deliber. ſecus quo ad
alios, vt legatarios, fideicommiſſarios, & hære-
des, ac ſimiles, cum hoc ſit in poteſtate teſtatoris,
cui permittitur diſpoſitionem ſuam limitare, &
qualificare, provt ſibi placuerit in præiudicium
eorum, qui habent cauſam ab eo, *l. videamus, §. iurare, ff. de in lit. iur.* & latè comprobat Aym.
conſ. 174. num. 11. Alex. *conſ. 82. num. 15. lib. 2.* alias eſt
conſ. 40. lib. 3. Iaſ. *in l. nemo poteſt. col. 10. de legat. 1.*

Et dum ex aduerſo allegatur conſ. Gozad. 94. *num. 6*
non obſtat, quia non concludit, quod tutor te-
18 neatur conficere inuentarium, † ſed ſolum, quod
tenetur ad reſtitutionem reliquorum, quamvis
teſtator de eius probitate confiſus illum libera-
uerit à redditione rationum, provt latè declarat
Menoch. *præſumpt. 164. n. 14. lib. 4. & conſ. 22. num. 2 lib. 1.* per text. *in l. Aurelio. §. Caius,* vbi Bart. & Al-
ber. *de liber. legat.* Pariſ. *conſ. 21. n. 54 in fi. lib. 2.* Et ita
etiam reſpondetur ad Alciat. *præſumpt. reg. 1. præ-*
19 *ſumpt. 6. n. 3.* † quia ſolum concludit, quod non
cenſeatur liberatus à reliquatis, nihil autem dicit
de inuentario, provt non poteſt dicere, cum ve-
rior ſit opinio, quod ſtante conceſſione admini-
ſtrationis abſque vlla redditione rationum, cen-
ſetur quis liberatus à conficiendo inuentario:
Menoch. *de arbitr. caſ. 208. num. 24.* poſt Fulgoſ.
conſ. 25. col. 2. num. 3. Plot. *de in lit. iur. num. 252.*

Ideò ſtante huiuſmodi remiſſione, ceſſant quæ præ-
20 tenduntur de damnis, & intereſſe, † ac iuramen-
to in litem, & aliis pœnis legalibus, cum illis non
ſit locus, vt per Plot. *d. n. 252.* & Menoch. *d. conſ. 208. n. 24. & 25.* Pariſ. *conſ. 21. n. 54. & 55. lib. 2.* Molin.
de primogenis. hiſpan. lib. 1. cap. 28. in fin. num. 17. Et
magis hoc procedit in caſu noſtro, cùm ſimus in
21 hærede tutoris, † contra quem non poteſt iurari
de damnis prætenſis ob dolum præſumptum lite
nondum conteſtata mortuo reo, provt eſt dolus
præſumptus, non verus in tutore omittente in-
uentarium, ita in ſpecie notat Gutier. *de tut. part. 2. cap. 1. numero 18.* poſt Couarr. qui teſtatur de re-
ceptiſſima opinione *lib. 2 var. reſolut. cap. 24 num. 4 verſ. vltimo omittendum non eſt in fin.*

Poſt hæc ſcripta, fuit multum reclamatum ſub præ-
textu, quod iſta remiſſio inuentarij facta tutori
22 per teſtatorem † non obſtet pupillis, tanquam non
ſit clara, & expreſſa, provt debet eſſe iuxta doctri-
nam Salicet. *in l. fin. §. illo. num. 6. C. de arbitr. tut.*
vbi textus loquitur per verba ſpecialiter, vnde
non ſufficiet, quod per coniecturas, ſeu tacitè ali-
quid factum ſit. Gloſ. *in cap. inquiſitores, de hæred.*
23 *in 6.* † Quibus additur Aret. *in §. præterea il. 2. n. 39 verſ. ſecundo poteſt opponi. inſtit. de exceptionibus,*
vbi ſequendo Salic. dicit remiſſionem debere eſſe
expreſſam, & quod eſt menti tenendum, quia vidit
multos peritiſſimos errare, & idem etiam ſequun-
tur alij relati per Rip. *in l. nemo poteſt. num. 85. ff. de legat. 1.* Guald. *de art. teſtand. tit. 7. caut. 3. numero 1. tom. 8. fol. 136.*

Verum prædicta non obſtant, quia opinio Salic. eſt
reprobata, cum etiam tacitè poſſit remitti confe-
24 ctio inuentarij per teſtatorem ita, vt † non ſit ne-
ceſſaria iſta expreſſio verborum, quaſi nihil inter-
ſit quibus verbis vtatur teſtator, ſi de eius volun-
tate apparet *l. 2. C. commun. de legat. l. 2. C. de formul. ſublat.* & ita in puncto contra Salic. eſſe veriorem
opinionem, & magis communem teſtatur latè
Gutier. *de tutel. part. 2. c. 1. n.* 37. & latius in repet. *l. nemo poteſt. n. 407. vſque ad 410. de legat. 1.* Clar. *in §*
25 *teſtamentum, qu. 66. n. 5. in fin.* † vbi quod in practi-
ca non eſt recedendum ab iſta communi ſenten-
tia, quod etiam voluit Cyn. *in d. l. fin. §. de illo. in fin. verſ. iſta ſolutio quæ facit differentiam, C. arbitr. tut.*
& concludunt omnes in *d. l. nemo poteſt.* vbi Iaſ. *in 1 lect. n. 54. & in 2. lect. n. 73. & 74.* Alciat. *n. 44.* Rip.
qui de magis communi *num. 85. ad med. verſ. teneas igitur contrariam.* Io. Anib. *num. 387. vſque ad 396.*
Crot. *n. 49. vſque ad 52.* vbi etiam de magis com-
muni, quamvis ipſe diſputando contrarium te-
neat, cum aliis per Gaſpard. Baec. *de decim. tutor. cap. 2. n.* 48. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. *reg. 740*
Craſſ. *in §. teſtamentum, quæſt. 71 num. 2.*

Qua obiectione ſublata, aliud dubium ſurrexit, quod
quatenus prodeſſet remiſſio inuentarij, tamen
26 † illa debet intelligi de remiſſione vnius inuenta-
rij, quod debet facere tutor, non autem reſpectu
alterius, quod tenetur conficere, quando adit hæ-
reditatem, ne pupillus obligetur creditorib. cum
ad iſta duo inuentaria arctetur tutor: Bald. *in l. vlt. §. cum igitur, n. 19. C. de iur. deliber.* Cæpoll. *caut. 226*
Brogn. *de tutor. n. 108. & 109.* Quod videtur eſſe de
mente Gloſſ. *in l. ſcire 12. in verb. poſſeſſ. C. vt in poſſeſſ. legat. & in §. ſed vtilitatis cauſa, in verbo ſatiſ-*
27 *det inſtit. de vſufruct.* † vbi de ſatiſdatione vtendi
arbitrio boni viri, quam teſtator non poteſt re-
mittere, quia eſt ad fauorem hæredis, & ne quis
inuitetur ad delinquendum, *l. quod de bonis, §. ſi ad leg. Falcid. §. ſi verò non fecerint, auth. de hæredib. &*
28 *Falcid.* † & ita in ſpecie, quod in præiudicium
hæredis non poſſit remitti inuentarium tenent
29 multi relati per Surd. *deciſ. 30. numero 1. & 2.* † vbi
etiam, quod hoc eſſet contra fauorem publicum,

ob quem

ob quem etiam debet confici inuentarium: Paſet.
conſ. 136. n. 8.

Quia reſpondetur, quod ſtatim, quod tutor ex per-
miſſione teſtatoris liberatur à confectione inuen-
tarij, iſta liberatio debet concernere vtrumque
inuentarium, † nam ob talem liberationem non
poteſt conueniri ad damna, & intereſſe, nec obli-
gatur ad aliquam pœnam legalem, provt neque
contra eum iuratur in litem, & in ſumma ad nihil
tenetur, & nullum incommodum patitur: Pariſ.
conſ. 21. n. 54. & 55. lib. 2. Ploc. in l. ſi quando. n. 252.
C. vnd. vi. Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 24. & 25
Guald. de art. teſtand. caut. 3. tit. 7. n. 2. tom. 8. fol. 136.
poſt Gloſ. in l. 3. §. tutores. in verb. non fecerunt. in
fin. ff. de ſuſpect. tutoribus per l. tutor qui repertorium
8. ff. de admin. & peric. tutor. cum aliis per Ludou.
Molin. de primogen. hiſpan. lib. 1. c. 28. in fin. num.
17. benè Fulg. conſ. 25. col. 2. in fin. n. 3. quem ſequi-
tur Dec. conſ. 418. num. 21. & 177. n. 4. ad med.

Cum ergo tutores liberentur ab iſtis incommodis
ob remiſſionem inuentarij, ſequitur neceſſariò,
31 † quod intelligatur remiſſio de inuentario etiam
reſpectu pupilli, provt in ſpecie quo ad eum poſſe
remitti dicit Ludou. Molin. de primogenit hiſpan.
lib. 1. cap. 28. num. 16. poſt Fulg. d. conſ. 25. num. 3.
verſ. nec dolus factus. col. 2. in fin. vbi dat rationem,
quia poteſt magis expedire pupillis, ne fiat inuen-
32 tarium, † quaſi aliquando melius ſit ſecreta patri-
monij non pandere, l. 2 verſ. quid enim tam durum.
& ibi Gloſ. in verb. diuitias C. quand. & quib. quart.
pars debeat lib. 10. ſequitur Clar. in §. teſtamentum.
q. 66. n. 4. verſ. quo ad tertium. fol. 61. Alex. conſ. 62.
33 num. 7. in fin. lib. 4. † vbi quod in duobus conſiſtit
vtilitas minoris in remiſſione inuentarij facta tu-
tori, ſcilicet, ne diuitiæ pupilli ſubmittantur in-
uidiæ, ſecundò, ne illius paupertas detegatur,
34 † quæ etiam reſpiceret verecundiam ipſius teſta-
toris: Ioan. Andr. ad Specul.. de tutor. §. generali-
ter. Fulg. d. conſ. 25. n. 3. Auffr. ad Capel. Tholoſ.
dec. 289. n. 3. Socin. Iun. conſ. 115. n. 20. lib. 1. ita vt
35 pater illud remittendo tutoribus impuberis † cen-
ſeatur ſumere bonum conſilium pro filiis, vltrà
fidem, quam habet de tutore, adeò vt ſtante hac
cauſa magis valeat remiſſio: Cyn. in l. fin. §. de illo.
poſt princ. verſ. ſolutio confectio inuentarij. C. arbitr.
tutel.

Vnde concludunt Doctores, quod quando appare-
ret remiſſionem inuentarij eſſe contra vtilitatem
36 pupilli, † poſſet Iudex non ſequi voluntatem te-
ſtatoris, quando videlicet ſuperueniſſet noua cau-
ſa non cognita teſtatori, ſecus ſi nulla cauſa ſuper-
ueniret, quia tunc non deberet recedi à præcepto
patris remittentis inuentarium: Dec. conſ. 349.
conſuluit. col. 2 in fin. verſ. ſi tamen apparet. n. 5. Aret.
conſ. 22. col. 1. in princ. verſ. iſta concluſio probatur n.
5. per l. vtilitatem. de confirm. tut. Bart. in l. nemo po-
teſt. n. 12. ff. de legat. 1. Aym. conſ. 193. n. 10. Gramm.
dec. 7. n. 6. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 14. num. 4. vbi
37 etiam † quod iſta remiſſio non præiudicabit legi-
timæ filij: Clar. d. q. 66. in fin. §. teſtamentum. Spin.
in ſpecul. teſtam. gl. 35. de confect. inuent. n. 11. fol. 1136.
Tep. t. 480. col. 2. in fin. verſ. tut. liberatur. ad med.

Et vt rectius iſta intelligantur quo ad remiſſionem
38 inuentarij, ſunt diſtinguendi tres caſus, † nam aut
teſtator remiſit confectionem inuentarij in præ-
iudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum,
aut reſpectu creditorum, aut quo ad ipſum hære-
dem: Primo caſu poteſt remitti inuentarium, ita
vt per non confectionem illius non incurratur
aliqua pœna, ſicut enim teſtator potuit nihil re-
linquere fideicommiſſariis, & legatariis, vel eis
relicta adimere, ita etiam non prohibebitur in-
uentarium remittere, & iubere, vt illud non fiat:
Alex. in l. nemo poteſt. col. 5. verſ. tetigit etiam. & ibi
Caſtr. & Iaſ. col. 19. ff. de leg. 1. Idem Alex. conſ. 40.
col. penult. in fin. lib. 3. aliàs eſt conſ. 82. n. 15. lib. 2. ſeu
conſ. 51. lib. 6. Aym. conſ. 174. num. 11. Dec. conſ. 418.
viſa & iterum lecta, n. 14. col. 3. ad med. Couarr. in
c. 1. n. 17. col. 4. in fin. verſ. verum iſthæc ratio quo ad
creditores. Quidquid aliud ſentiat, Bald. in l. fin. C.
39 arbit. tutel. † Quia contra eum eſt verior opinio,
cum etiam ipſemet Bald. contrarium concludat
in l. cum tale. §. 1. ff. de condition. & demonſtrat. &
de communi teſtatur Craſſ. in §. teſtamentum. q. 71.
num. 4. Mont. de inuent. in primo. num. 35. Vaſq. de
ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. de teſtat. potent. n. 68. vſque
ad 71. fol. 71. vbi latè hanc opinionem defendit
per text. in l. quidam decedens. ff. de adminiſt. tut. &
per alia iura, & rationes ibidem per eum relatas:
Gutier. in l. nemo poteſt. n. 410. ad med. ff. de legat. 1.
Fach. lib. 6. controuerſ. c. 25. ad med. verſ. ego ſanè in
priorem ſententiam.

In ſecundo autem caſu reſpectu creditorum com-
munis eſt concluſio, quod inuentarium non po-
40 teſt remitti per teſtatorem, † cum illis non poſſit
per eum præiudicium aliquod inferri, tanquam
eis præcisè teneatur ſatisfacere, vnde hæres erit
obligatus eorum creditum ſoluere non obſtante
tali remiſſione, quia adeundo ſine inuentario,
quaſi contrahit cum creditoribus, & tenebitur,
ſicut defunctus vltrà vires hæreditarias: Bald. in
l. cum tale. §. titius. ff. de condit. & demonſtr. & in l.
fin. in princ. n. 19. C. de iur. delib. Alex. conſ. 82. n. 15.
lib. 2. Dec. conſ. 418. n. 14. Couar. qui de communi
in c. 1. n. 17. de teſtam. Gutier. de tut. part. 2. c. 1. n. 42.
& in l. nemo poteſt n. 410. ff. de leg. 1. Diaz. reg. 740
Craſſ. in §. teſtam. quæſt. 71. n. 4. ad med. Surd. dec. 30
num. 1. in fin. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. de
teſtator. poteſt. 69. fol. 71. Rebuff. de ſentent. præiudi-
cialibus, ſeu prouiſionalibus, art. 3. gloſ. 3. n. 3. tom. 1.
fol. 281. Afflict. deciſ. 44. num. 33. in fin.

Tertius eſt caſus reſpectu hæredis, in quo licèt ali-
qui exiſtimauerint non valere in eorum præiudi-
cium remiſſionem inuentarij factam à teſtatore,
41 † Tamen verior eſt opinio contraria, quod hæres
non poſſit contra voluntatem teſtatoris vti bene-
ficio inuentarij, cum poſſit hoc per eum ſuo hæ-
redi prohiberi, tanquam valeat de illius bonis diſ-
ponere, ſicut de ſuis propriis, non obſtante, quod
ceſſet fauor publicus, tanquam difficilius hæredi-
tates capiantur, quia principalis vtilitas eſt priua-
ta, non publica, cum etiam traditioni rerum ſua-
rum poſſit quis imponere legem, & conditionem
magis ſibi viſam, & ſicut valet conſuetudo, & ſta-
tutum de non conficiendo inuentarium, & quod
illius beneficio hæres non gaudeat, ita etiam, &
multo magis valebit diſpoſitio teſtatoris, qui diſ-
ponit de rebus propriis, ſtatutum autem de alie-
nis, & per multas alias, & ſimiles rationes, quas
latè adducit Aym. conſ. 174. per tot. & conſil. 975.
vbi teſtatur hanc eſſe veriſſimam opinionem,
42 quam etiam pluribus auctoritatibus, & rationi-
bus defendit Srud. deciſ. 30. num. 19. vſque ad 34.
& concludunt omnes in l. nemo poteſt. vbi Bart. n.
10. Io. Anib. num. 432. aliàs num. 96. Crot. num. 30
Rip. num. 80. Iaſ. in 1. lectur. num. 51. & in 2. lect.

num.65. Gutier.410. D. de legat. 1.Franciſc.Marc.
dec.845. num.8.part.1.Roland.de inuentar.ad fin.§.
teſtator an prohibere.Pariſ.conſ.69.num.37.cum ſeq.
lib. 2. & conſ.79. n.17. eod. lib. Sim. de Pret.de in-
terpret.vlt.volunt.lib.2.ſolut.2.dubit.2.n.22. vſque
ad 25.fol.135. Craſſ.in §.teſtamentum.q.71.n.4.in fin.
Marcobr.conſ.59.num.20.cum ſeq.Vaſq.de ſucceſſ.
creat.lib.1.§ 10.de poteſtate teſtator.n.68.fol.71.Bald.
in l. cum tale.§.titius,in fin.ff.de condit.& demonſtr.
Dec.conſ.418. viſa & iterum, numero 13 in fin. Co-
uar.in capite 1 numero 17 poſt princ.de teſtam.Gabr.
concluſ. 1 numero 32 de vſufruct.
Ideo cauendum eſt ab Oſaſc. dec. 57 numero 19 dum
voluit eſſe conficiendum inuentarium per tuto-
rem, non obſtante remiſſione per teſtatorem fa-
43 cta, † Quia loquitur contra communem, & ve-
ram opinionem, cum valeat talis remiſſio ex ſu-
pra allegatis vltra quod Doctores pro Oſaſc. ad-
ducti non probant talem concluſionem, Cum
etiam multi loquantur de remiſſione inuentarij
44 facienda per vſufructuarium, † cuius remiſſio
non valet: Roland.conſ. 92.n. 17. lib.1. Pinell.in l.
1.part. 2. n.75.ad med.C.de bon. matern.Ruin.conſ.
202.n.2.lib.2. Aret.inſtit.de vſufruct. in princ.col.3.
verſ. quaero quis poteſt dictam cautionem. Gabr. eod.
tit. concluſ.1.n.28. cum ſeq.Rot.dec.663.n.8. part.2
in recentioribus: Iaſ.in l. nemo poteſt n.34.poſt Bart.
45 ibid. n.3.ff.de legat. 1. † Quod ideo eſt, quia non
poſſet ſciri, an vſufructuarius vſus fuiſſet arbitrio
boni viri, & an faciat plenam reſtitutionem re-
rum, quæ ad manus ſuas peruenerunt, niſi de illis
eſſet factum inuentarium, vnde non valebit re-
miſſio ob iſtam cauſam, vt notat Roland.conſ.92.
n.17.lib.1.poſt Caſt.conſ.221.lib.2.Gutier.in l.nemo
poteſt. n. 415. in fin. ff.de leg. 1. Quod non eſt in re-
46 miſſione inuentarij facta tutori, † & hæredi, de
cuius integritate confiſus eſt teſtator, ita vt in eo
non poſſit dari occaſio delinquendi, tanquam illa
ſit nimis remota, non attendenda, & non habet
locum in tali tutore cognito, & ob ſui bonitatem
electo, cum etiam olim apud veteres, quibus non
erat cognitum inuentarium Iuſtiniani, nulla vn-
quam fuerit habita ratio huiuſmodi ſuſpicionis:
47 Fachin. lib.6.controuerſ. c.25.ad fin. † vbi etiam
quod non fuit inuentum inuentarium propter
ſuſpicionem ſurripiendi bona hæreditaria, ſed ne
hæredes ſtent in ſuſpenſo adeundi hæreditatem,
nec ne, cum ſtatim confecto inuentario liberen-
tur ab omni periculo, prout dicitur in l.fin.C. de
48 iur.deliber. † Præſertim quia diuerſum eſt in vſu-
fructuario, cuius cura non tam ſollicitat teſtato-
rem, quàm cura ſui filij impuberis l. 2. ff. de vulg.
& pupillar. & C. de impuber. per tot. quaſi perſo-
na, quam teſtator filio ſuo impuberi in tutorem,
vel ſubſtitutum pupillarem deſignauit, inſigni
probitate prædita præſumatur, vt ſic delinquendi
occaſio non conſideretur, cum non idem ſit in eo,
cui fuit vſusfructus relictus, vt in ſpecie notat
Vaſq.de ſucceſſ. creat.lib. 1.§.10.in repet. l.quoniam
in prioribus, C. de inoffic. teſtam.n.668. in fin.fol.128
Quemadmodum etiam in iſtis terminis vſufructua-
rij loquitur Gloſ. ſupra in contrarium adducta in
49 l. ſcire 12.in verb. poſſeſſ.C.vt in poſſeſſ.leg.† & in §.
ſed vtilitatis, in verb. ſatiſdet.inſt.de vſufruct.ideò
non applicatur ad caſum noſtrum, Et quidquid ſit
in vſufructuario, ſatis eſt, quod reſpectu tutoris,
50 & hæredis verior eſt opinio † quod valeat remiſ-
ſio inuentarij, non obſtante opinione Guid. Pap.
conſ.63.n.4. & conſ. 122.& in tract. de inuent.in fin.
Bertrand.conſ. 92. n.4.& 5.lib.2.part.2. Crot. in l.
nemo poteſt num.52. ff. de legat.1. Phanuc.de inuent.
part. 2. n. 69. Cum eorum opinio non ſit admit-
tenda, vt teſtatur Aym. conſ.174.per tot.Surd. dec.
30. num.19.cum aliis ſupra allegatis num.41. & 42
51 Maximè † quia remiſſio inuentarij tutoris non li-
berat à deſcriptione bonorum ad faciliorem pro-
bationem, & ne bona permutentur: Curt. de ſe-
queſt. in princ.n.16. tom. 5.fol.27. Rebuff.de ſentent.
prouiſionalib.art.3.gl. 3.n.3.Gutier.in l. nemo poteſt.
52 n.411. ff.de leg.1. vbi etiam n. 416. † quod remiſſio
inuentarij facta vſufructuario operabitur, vt non
debeat facere inuentarium ſolemne iuxta l. fin. §.
ſin autem. C.de iur.delib. cum ſufficiat facere ali-
53 quam deſcriptionem, † quæ inuentarium appella-
tur: Roland.conſ.92. n.20.lib.1.Pariſ.conſ.95.n.62
l.2.& conſ.61.col.fin.lib.3.vbi teſtatur de communi
Alex.conſ.58.col.2.lib.3.poſt Caſt.conſ.221.col.1.li.2
Quo ad aliud dubium propoſitum, non eſt in eo
facienda vis, quia actus hæreditarij, de quibus
agimus, non dicuntur geſti in continuationem
aditionis hæreditatis factæ per tutorem, ſed po-
54 tius in ratificationem † illius, Tunc enim dicitur
continuatio, ſeu executio prioris aditionis, quan-
do ſoluerentur legata, ſeu debita hæreditaria, vel
quid ſimile ſecus autem quando, prout in caſu
noſtro, fit actus nouus, non dependens ab anti-
quo, faciendo ſe in eo hæredem, tunc enim ſu-
mus in approbatione facta ſponte, & in mera ra-
tificatione, quæ ſibi præiudicat, Ita diſtinguit.
Odd. de reſtit.in integr.part.1.q.15.art. 6. n.61. ante
fin.verſ.ego breuiter.& n.61.iuxta doctrinam Bald.
conſ.184.ad intelligentiam.& num.3.& 4.lib.2.cum
aliis per Pariſ.conſ. 49.num. 14.vſque ad 24. lib. 1.
Menoch.de recup.poſſeſſ.rem.15.n.118. Bellon.conſ.
18.numero 16. cum ſeq.
Qua ratificatione ſtante, aditio facta per tutorem eſt
reputanda hodie tamquam facta ab ipſomet rati-
55 ficante, † cum ratihabitio æquiparetur mandato
l. fin. Cod. ad Macedon. etiam in his, quæ requi-
runt ſpeciale mandatum: Bald. in l.quod ſi de ſpe-
cialib.de minorib.Pariſ.conſ.47.n.35.lib.1.Tiraq.de
retract. conſanguin.§.1. gloſ.10.n.61.Surd.conſ.43.n.
56 13.& conſ. 60. num. 14. † Adeò vt quo ad præiudi-
cium ratificantis valeat talis ratificatio, quamvis
ſuo nomine geſtum non fuerit, vnde multo ma-
gis, ſi geſtum ſit: Oſaſc. dec.138.num.8.Grammat.
dec.103.numero 12.poſt Bart. & alios. in l. ſi fundus
§.1. de pignor.Ruin.conſ. 94.n. 4.lib.1. Surd. conſil.
43. numero 13. lib. 1.
Neque obſtat quod quatenus cenſeatur facta ratifi-
catio aditionis, tamen intelligitur de actu aditio-
nis ſic geſto, non autem tanquam de bene geſto,
57 † Quia ſemper verius eſt, vt fiat interpretatio
contra ratificantem, quod videlicet ratificatio
cenſeatur facta cum omnibus qualitatibus, &
oneribus, tanquam non poſſit vna pars actus
agnoſci, & alia reprobari, prout de magis vera
opinione teſtatur Surd. conſ.60.n.27.Aym. conſil.
174.n.9. & conſ. 245.n.4.Bellon.conſ.9.n.9.Alber.
Bald. & Ang.in l.contra. §. ſi filius. ff. de pact.
Nec facit, quod per iſtam ratificationem non ſit di-
cendum, quod ratificans voluerit renunciari
58 actioni, † quæ ſibi competebat contra tutorem
pro damnis paſſis occaſione talis aditionis, vt per
Addent. vt Matheſ.notab.155.num.25. Quia præ-
dicta procedunt in minore, qui dum eſſet minor

actum

actum approbauit cum conſilio tutoris, & curatoris iuxta *l. Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de act.*
59 *empt.* † hoc enim caſu, cum malum fuerit conſilium tutoris, non prohibetur minor agere ad damna, & intereſſe contra tutorem, qui malum conſilium dedit, cum neque minor potuiſſet actum approbare cum ſolo conſenſu tutoris, niſi adhibitæ fuiſſent aliæ ſolemnitates, cum quibus contractus ab initio erat explicandus, & niſi etiam Iudex approbaſſet iſtam ratificationem minoris, vt in ſpecie latè declarat Odd. *de reſtitut. in integr. q. 25. art. 2. num. 20. & 21. & per tot.* & voluit etiam Addit. & Mattheſil. *d. notab. 155. n. 20. ad fin. & n. 21.* Mil. *in verb. minor ſi in contractu eſt circumuentus, fol. 262.* Auffr. *ad dec. Capell. Tholoſ. 53. n. 5.*
60 *verſ. ſed prædicta intellige. & num. 6.* † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo ſumus in maiore ratificante aditionem tutoris, quam ratificationem poteſt maior facere ex ſe ipſo, tanquam non egeat alterius conſilio ob maiorem ætatem, in qua exiſtit,
61 quod non eſt in minore, cuius † contractui lex reſiſtit, cum non habeat firmum conſilium *l. ſi minor. ff. de ſeru. export.* quæ ratio habet locum tam in minore ratificante, quam contrahente, *l. doli. §. diuerſum, ff. de donat.* Vnde non mirum, ſi dum ra-
62 tificat in minori ętate, non ſibi pręiudicat, † quod non eſt in maiore ratificante, vt per Milium *in d. verb. minor. ad med.* & per Auffr. *ad d. dec. Capell. Tholoſ. 53. n. 5. & 6.*

Ideo videmus, quod minor poſtquam factus eſt maior, poteſt conualidare contractum malè geſtum
63 in minori ętate, † ſi tempore ratificationis habuit notitiam inualiditatis actus, prout de iſta ſcientia conſtat in caſu noſtro, quamvis etiam contractus fuiſſet doloſus, cum dolus de præterito poſſit remitti ſtante illius ſcientia, quod tamen ſecus eſt in minore volente ratificare, dum eſt in minori ætate, vt latè concludit Pariſ. *conſ. 49. n. 42. vſque ad 50. lib. 1.* Dec. *in l. contractus, 23. n. 44. in fin. verſ. item quod dicitur, de reg. iur.* poſt Bart. *in l. quidam decedens, in princ. de adminiſt. tutor.* Afflict. *deciſ. 220. n. 8.* Gabr. *conſ. 13. n. 15. in princ. verſ. nam iſta &*
64 *dicta lib. 1.* † Maxime quia dolus, qui conſideratur ex omiſſione inuentarij, eſt dolus præſumptus: Bart. *in l. tutor qui repertorium, verſ. ſed quæro, ff. de admin. tut.* Dec. *conſ. 177. in cauſa quæ proponitur, col. 3. in princ. & conſ. 418. viſa & iterum, n. 20. in fin.*
65 Surd. *dec. 216. n. 19. & 26.* † Qui dolus præſumptus facilius remittitur, quàm verus, adeò vt talis dolus præſumptus poſſit remitti, quamvis ſit futurus, cum ſecus ſit in dolo vero: Butr. *in c. fraternitatis, 17. verſ. fallit quarto, de teſtibus.* Dec. *d. conſ. 418. n. 21. & conſ. 177. num. 3. in fin. verſ. vnde ſuccedit. & in l. contractus, 23. num. 44. poſt princ. verſ. concordari poſſunt, ff. de reg. iur.*

Quare etiam minor dicitur ratificare diuiſionem, &
66 alios actus geſtos in minori ætate, ſi † poſtea adultus aliquid ex dictis actibus percipiat, vel dilationem petat, vt ſatisfaciat, aut pretium poſcat, vel ſolutionem recipiat, aut ſimiles actus poſitiuos faciat, quæ tamen ei non præiudicarent, ſi illa faceret in minori ætate: cum factus maior omnia cenſeretur ratificaſſe, & comprobaſſe: Menoch. latè *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 118. vſque ad 124.* Caualcan. *de tutor. numero 147.*

Non obſtat, quod non probetur aditio tanquam ſi-
67 mus in nominatione hæredis † per verba enunciatiua prolata à notario, qui non poteſt alium hæredem facere, etiam ſi eſſet legitimus adminiſtrator: Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 11. num. 11.* Maſcard. *concl. 42. n. 19. ad med.* Ruin. *conſ. 113. n. 5. & 6. lib. 1.* Rot. coram R. P. D. Buratto Romana hæreditatis & paragij doti 16. Nouembris 1616. & coram Cardin. Ludouiſio nunc Sanctiſſimo D. N. Gregor. XV. Romana dotis 8. Martij 1610. Quia cum appareat de enunciatione hæredis facta per notarium parte præſente, talia
68 † verba cenſentur verba partis, & de ipſius conſenſu prolata, ita vt inducant aditionem, Nam cauſa faciendi cohæret ipſi facienti, ſicut ipſum factum, non autem ſcribenti, non faciendo vim an loquamur in prima perſona, vel in tertia, quia ſignificatio tertiæ perſonæ tranſit in primam, & è conuerſo, cum etiam præſumendum ſit, quod notarius enunciauerit talia verba de voluntate partis, ne aliàs ſit falſarius, Ita in ſpecie aditionis per verba enunciata per notarium concludit. Bald. *conſ. 263. verba inſtrumenti, n. 1. & 2. & in fin. verſ. ſi poſſet defendi. lib. 1.* Marant. *in rep. l. is poteſt. n. 52. verſ. ſeptimo inducitur, de acquir. hæred. vol. 3. fol. 457.* Alin. *in l. 4. §. ne quis putet. n. 65. de relig. & ſumptib. funer.* Ruin. *conſ. 13. n. 7. poſt med. lib. 5.* Menoch. *præſumpt. 90. num. 24. lib. 4.* Maxime quia vltra dicta verba enunciatiua, prius in illo iudicio fuerunt factæ plures citationes, & proteſta-
69 tiones hęreditario nomine, † & deciſiones & auctoritates Doctorum ſuperius adductæ loquuntur, quando verba erant prolata à notario in abſentia partis, & inſtante procuratore, qui non habebat mandatum ad faciendum, vt principalis intelligeretur adiuiſſe, cum aliàs ſemper verba notarij dicantur verba ipſius partis, quando erat præſens: Menoch. *conſ. 37. num. 23. lib. 1.*

EPITOME.

Diſpoſitio facta tempore præmiſſo, ſi dirigatur in tempus prohibitum an valeat. ¶ Et quid è contra, ſi fiat tempore illicito, & conferatur illius executio in tempus habile. ¶ Et quid in caſu, in quo lex reſiſtit actui ab initio propter imbecillitatem conſilij contrahentium, vt in minore, & ſimilibus. ¶ Maritus an poſſit conſtante matrimonio dare aliquid vxori, vt ei acquiratur poſt illud ſolutum. ¶ Facultas declarandi conceſſa per teſtatorem executoribus an tranſeat ad hæredes, ſeu ad Epiſcopum, ſi per eos in vita non fuerit facta declaratio. ¶ Satiſdatio, quæ poteſt dari ſoluto matrimonio de dote reſtituenda an licitè detur conſtante matrimonio ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Actus ſi geratur tempore permiſſo, dirigendo effectum in tempus prohibitum, non valet, ſicut è contra valebit, ſi fiat tempore prohibito, & illius executio differatur in tempus licitum.*
2 *Lex quando reſiſtit initio actus propter imbecillitatem conſilij contrahentium, vt in minore, & ſimilibus, non valebit diſpoſitio per eos facta in tempore prohibito, quamvis conferatur in tempus permiſſum.*
3 *Maritus poteſt dare aliquid vxori conſtante matrimonio, vt ei acquiratur poſt illud ſolutum.*
4 *Satiſdatio quæ poteſt dare ſoluto matrimonio de dote reſtituenda, licitè datur conſtante matrimonio, ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij.*

Declaratio facta in tempore non permiſſo debet eſſe conditionalis ad hoc, vt valeat conferendo illum in tempus licitum. n. 6. & 10.

7 *Facultas aliquid declarandi conceſſa executoribus per teſtatorem non tranſit ad ipſorum hæredes, ſed ad Epiſcopum, ſi deceſſerint non facta in vita tali declaratione. & n. 8.*

9 *Induſtria perſona, ſi eſt electa in actu faciendo, non poteſt fieri per alium.*

11 *Fructus ſunt acceſſorij, & ſpectant ad illos quorum eſt dominium.*

12 *Pecunia otioſa nullos fructus reddunt.*

CAPVT DCCXII.

POſſunt executores diſponere de pecuniis, de quibus agimus, durãte prorogatione ad biennium conceſſa Societati nationis Lotharingiæ ad ædificandam Eccleſiam S. Nicolai, ita tamen vt non adimpletis adimplendis per eamdem Societatem in tempore prorogato poſt dictum tempus prorogationis, diſpoſitio habeat effectum ad fauorem eius, pro quo fuerit diſpoſitum, & pro quo
1 fiet nominatio, † Nam ſicut non valet actus geſtus tempore permiſſo, ſi eius effectus dirigatur in tempus prohibitum, ita è contra valebit diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi illius executio differatur in tempus licitum, & permiſſum, quaſi non inſpiciendum ſit initium, ſed tempus collatæ executionis, tanquam magis conſideretur terminus ad quem, quam terminus à quo, provt iſtam æquiparationem faciunt communiter Doctores *in l. quod ſponſæ. 4.* vbi Gloſ. *in verb. ſine effectu, in princ. & in fin. verſ. ſed contra illa.* & ibid. Bald. *n. 2. & 3.* Salic. *n. 1.* Bellapert. *ad med. verſ. ſed eo modo, & in fin. verſ. maritus dat vxori.* Alber. *in princ.* Fulg. *n. 1.* Azo. *in fin.* Ang. *in princ. ff. de donat. ante nupt.* Gloſ. *in l. 1. in verb. nihil actum. C. eod. tit.* iuxta *l. in tempus. ff. de hered. inſtituend. l. ſi res æſtimata. 13 in princ. ff. de iur. dot. l. ſi eum vxori. 10. §. vlt. & l. quia in hoc. 11. ff. de don. int. vir. & vxor. l. ſi inter virum. 31. C. de pact. dotalib.* Felin. *in c. cum dilectus. 20. in princ. verſ. ſed quadam nota in hoc & primum eſt. de accuſat.* Bart. *in l. ſi conſtante. §. quoties. num. 3. ff. ſolut. matrim. & in l. 1. §. nunciat. n. 30. col. 5. in princ. verſ. commiſſio iudicis. ff. de nou. oper. nunciat.*

Contraria autem procedunt, quando lex reſiſteret initio actus propter imbecillitatem conſilij con-
2 trahentium, † vt in minore, & ſimilibus conferentibus effectum, & executionem in tempus licitum, & permiſſum, tunc enim non valeret talis diſpoſitio, quia principium eſt de ſubſtantia actus, qui geritur, quod ſecus eſt in aliis, in quibus non adeſt iſta imbecillitas, & inhabilitas intellectus, vt declarat Ang. *in d. l. quod ſponſæ. 4. poſt med.* & ibi. Bald. *in fin. C. de donat. ante nupt. per text. in l. ſi minor. ff. de ſeru. exportand. l. verum. 12. §. quod ſi minor.* vbi Gloſ. *in verb. voluntas. ff. de minoribus. l. ſi minor. C. qui manumitt. non poſſ. l. ſi minor. ff. de verb. obl. c. ſi eo tempore, de reſcr. in 6.* Gloſ. *in clem. ne in agro. §. ad hac in verb. ſæpius deſtat. Monach.* Bart. *in l. 1. §. nunciat. n. 30. poſt med. verſ. aut citatio fit die feriata ad honorem. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. ſi conſtante. §. quoties. n. 7. ſolut. matrim.* Iaſ. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. notab. 8. ff. de verb. oblig. & in l. de quæſtione tali quæ eſt in fin. n. 8.* & ibi Purpur. *in addit. in verb. quarto nota.* Dec. *col. 3. in 5. notab. C. de pact.* Idem Dec. *in l. quod tali. in princ. C. eod. tit.* Oſaſc. *deciſ. 130. num. 8.* Aym. *conſ. 177. num. 8.* Socin. *in l. gallus. in princ. in 2. notab. ff. de liber. & poſth.* Felin. qui multa ſimilia adducit *in cap. dilectus. 20. col. 1. poſt med. verſ. & nunc ſc. ... quod vbi habilitas, de accuſat.*

Ex qua concluſione firmant paſſim Doctores, quod ſi maritus dat vxori aliquid conſtante matrimo-
3 nio eo modo, † vt res data ſit ipſius vxoris ſoluto matrimonio, & tunc temporis ei acquiratur dominium, valebit donatio, cum efficacia illius conferatur in tempus, in quo poteſt valere: Gloſ. *in l. quod ſponſæ in verb. ſine effectu in fin.* & ibid. Azo. *num. 1.* & Bellapertic. *in fin C. de donat. ante nupt.* Gloſ. *in l. quia in hoc 11. in princ. ff. de donat. int. vir. & vxor. & in l. ſi res æſtimata. 13. in princ. in verb. ſed ſi ante, in fin. ff. de iur. dot. & in l. bebius Marcellus 30. in fin. alias incip. ſi inter virum, 31. in verb. valet. ff. de pact. dotalib.* Bart. *in l. ſi conſtante. §. quoties, n. 3.*
4 *D. ſolut. matrim.* † vbi ex hoc infert ad ſatiſdationem, quæ poteſt dari ſoluto matrimonio de dote reſtituenda, vnde eodem modo matrimonio conſtante, ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij, *l. in tempus. ff. de hæredibus inſtituend.*

Maxime quia in caſu noſtro iſta diſpoſitio collata per executores poſt prorogationem finitam eſt conditionalis in euentum in quem Societas non
5 adimpleat in tempore prorogato, † quæ tenetur adimplere, tunc enim admittitur, quod poſſit fieri declaratio in termino non permiſſo, & conferatur in tempus permiſſum, quia ſuſpenditur actus, & eius effectus, provt propriè fit in conditionalibus, aut ſimilibus diſpoſitionibus in diem, vt notat Bart. *in l. 1. §. nunciatio. num. 30. col. 5. in princ. verſ. non obſtat quod dicitur, quod confertur. ff. de*
6 *nou. oper. nunciat.* † Quidquid aliud ſit quando non eſſet ſuſpenſus actus, nec eius effectus, tunc enim inſpiceretur tempus preſens, quod non poſſet fieri *l. cedere diem ff. de verb. ſignificat.*

Immo talis declaratio pendente dilatione biennij erat omnino facienda per executores, qui cum in d. tempore poſſent decedere, debebant in vita exequi voluntatem defuncti mandantis, vt per eos de pecuniis relictis diſponeretur iuxta ipſorum voluntatem, in euentum in quem fabrica
7 Societatis non fieret, † nam poſt executorum obitum, non poſſent hæredes huiuſmodi voluntatem declarare: Gloſ. *in c. vlt. in verb. mortuo. de teſtam. in 6.* Cyn. *in l. id quod pauperibus in fin.* & ibi Bald. *col. 3. C. de Epiſc. & Cleric.* Ang. *in l. cum quis ſibi. ff. de verbor. oblig.* Craſſ. *in §. executores vlt.*
8 *volunt. qu. 14. num. 2.* † Cum iſta facultas, & poteſtas declarandi tranſeat ad Epiſcopum, mortuo executore in vita non declarante: Bart. & alij *in l. ſi mihi & tibi. ff. de verbor. obligat. iuxta cap. tua 17 & c. ſi hæredes. 6. de teſtam.* Gloſ. *in cap. vlt. §. ſane verb. expreſſeris ad med. verſ. quid ergo tunc fiet. eod. tit. in 6.* Craſſ. *in §. executores vltimarum voluntatum, q. 14. n. 1. ad med.* poſt Pariſ. *conſ. 35. n. 19. lib. 4* Boër. *dec. 38. n. 23.* Bald. *in l. vnic. col. vlt. n. 57. C. de his quæ pœn. nomin.* latè Roman. *conſ. 69. n. 4.* De quibus Epiſcopis, & hæredibus teſtator non con-
9 fidit, † tamquam ſit electa induſtria, & amicitia executoris, *c. vlt. de offic. delegat. l. actione. §. morte. D. pro ſocio. l. mandatum in fin. ff. de mandat. l. antepenult. in fin. ff. de tut.* Gloſ. *in c. vlt. §. ſane plurib. in verb. mort. in princ. de teſt. in 6.* Ita vt ex hoc non debeãt impediri executores declarare, antequam decedant, voluntatem ſuam, in qua teſtator

confidit

conſtitit, quid faciendum ſit de pecuniis per eum relictis in euentu in quem prius vocati non adim-
10 pleant adimplenda, cum per † talem declarationem cōditionalem nullum fiat eis præiudiciū, tamen effectus, & executio huiuſmodi declarationis, & nominationis conferatur poſt tempus prorogatum, *l. quod ſponſæ*, vbi Gl. in *verb. ſine effectu in l. C. de donat. ante nupt. cum alijs ſupra allegatis.*

Quando autem Societas in tempore protogata adimpleat, non ſolum erit ei debita ſors principalis pecuniarum ei relictarum; ſed etiam habebit fructus illarum pro tempore, quo pecuniæ non fuerunt otioſæ, ſed fructiferæ collocatæ in locis montium, cum teſtator mandauerit diſponi de lo-
11 cis montium, † ita vt iſti fructus, tanquam acceſſorij ſequantur principale, & ſpectent ad illos, quorum eſt dominium, *l. fructus, l. in fundo, & l. herennius, ff. de vſur. l. ſi dominium, C. de pign. l. 1. & 2 C. de pign. act.* Cephal. *conſ. 67. n. 3. & conſ. 131. num. 24. lib. 1. & conſ. 215. n. 49. lib. 2. iuxta l. 1. C. de cond.*
12 *indeb.* † Nam ſi alias fuiſſent iſtæ pecuniæ otioſæ, nulli fructus deberentur: Caſtr. *conſ.* 125. *viſo teſtamento Ambroſij, col. 2. ad fin. lib. 1.*

EPITOME.

Locator an præferatur anterioribus creditoribus in rebus inuectis, & illatis pro penſione domus locatæ ad habitandum, ſeu ad conſeruationem rerum, vt in apotheca, horreo, & ſimilibus. ¶ Et quando vxor poſſit conueniri pro dicta penſione ſtante paupertate mariti. ¶ Statutum Vrbis prohibens filiumfamilias etiam clericum obligari, an habeat locum in filio habente peculium caſtrenſe, ſeu quaſi. ¶ Pater in quibus bonis aduentitiis filiorum habeat vſumfructum. ¶ Prohibitio an valeat, vt nihil patri acquiratur in relictis factis filio. ¶ Et quomodo illa probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Mater an poſſit relinquere legitimam filio, ita vt eam pater non habeat, nec quo ad vſumfructum, nec quo ad proprietatem. ¶ Remiſſio vſusfructus an licite fiat per patrem filio. ¶ Et an talis vſusfructus repudiatus dicatur aduentitius. ¶ Et quando valeat donatio. ¶ Caſus multi in quibus pater non habet vſumfructum in aduentitiis, videlicet ſi illa alienet, & diſſipet. ¶ Si vocetur ad ſucceſſionem tam hominis, quàm legis vnà cum filio. ¶ In lucro facto per filiū ex negociatione illicita. ¶ In ſeruo donato filio, vt ſtatim manumittatur. ¶ In vſufructu relicto filio. ¶ In feudalibus. ¶ Si grauetur reſtituere bona filio. ¶ Si nolit conſentire filio adeunti hæreditatem, ſeu acquirenti aliquid per viam contractus, ſiue ex poſt facto non velit ratificare. ¶ Si contrahat inceſtas nuptias. ¶ Si ingrediatur monaſterium. ¶ Si emancipet filium. ¶ Si fiat bannitus, aut rebellis. ¶ Et quid ſi reſtituatur. ¶ Filiusfamilias an poſſit teſtari de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſeu de aduentitiis, in quibus pater non habet vſumfructum. ¶ Teſtator mandans ſolui ſua debita licita, & honeſta an intellexerit de illis ſolum, quæ fuerunt contracta iuxta legis diſpoſitionem, vel etiam de eis, quibus Ius reſiſtit. ¶ Et quod dicatur licitum & illicitum. ¶ Obligatio ciuilis, & naturalis an dicatur ex diſpoſitione facta contra legem, aut ſtatutum. ¶ Argumentum an valeat negatiuè, videlicet pater non habet adminiſtrationem ergo etiam nec vſumfructum, vel affirmatiuè ſcilicet pater habet adminiſtrationem, ergo etiam habet vſumfructum. ¶ Datio curatorum an ſit compatibilis cum iure adminiſtrandi delato patri per legem in bonis filij, ita vt cenſeatur potius cumulatiuus, quàm priuatiua. ¶ Teſtator limitans redditus pro alendo hærede vſque ad certam ætatem, & mandans reſiduum ſuorum bonorum conſeruari pro fideicommiſſo, an cenſeatur prohibuiſſe patri vſumfructum in eodem reſiduo etiam finito tempore limitationis dictorum redditum. ¶ Prouiſio de aliquo legato etiam tenui facta patri, an inducat coniecturam, vt dicatur ei ademptus vſusfructus in bonis filio relictis. ¶ Tranſactio quando valeat ſtante lite inter patrem, & filium. ¶ Et quo caſu in ea habeat locum remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

SVMMARIVM.

1 *Inuecta & illata ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus.*
2 *Dominus non præfertur anterioribus creditoribus pro penſione domus locata ad habitandum, ſecus ad conſeruationem rerum vt in apotheca, horreo, & ſimilibus, num. 3. 4. & 5.*
6 *Vxor tenetur pro penſione domus conducta in ſubſidium, ſtante paupertate mariti, num. 8. 9. 10. & 11.*
7 *Pecuniæ mutuata viro, qui ex ea aluit vxorem, & filios ſunt per eos reſtituendæ.*
12 *Statutum Vrbis prohibens filiumfamilias etiam clericum obligari, non habet locum in filio habente peculium caſtrenſe, ſeu quaſi.*
13 *Redditus beneficiorum ſunt peculia quaſi caſtrenſia filijfamilias.*
14 *Pater habet vſumfructum in bonis aduentitiis filiorum, quamuis ad eos peruenerint ex delicto patris.*
15 *Profectitia ſunt propria ipſius patris, & in totum illi acquiruntur. Amplia vt numero 16.*
17 *Bona relicta filiis, cum prohibitione, vt nihil patri acquiratur, ſunt propria ipſorum filiorum quo ad proprietatem, & vſumfructum, & talis prohibitio poteſt probari etiam ex coniecturis, numero 18.*
19 *Commoditas, nedū vſusfructus poteſt patri prohiberi.*
20 *Mater poteſt relinquere legitimam filio, ita vt nihil patri acquiratur. Contrarium, num. 21. 22. & 23.*
24 *Vſusfructus patris in bonis aduentitiis licite per eum remittitur filio, & talis remiſſio eſt potius refutatio, quàm donatio, & includit non ſolum fructus primi anni, ſed ſequentium annorum, numero 26.*
25 *Vſusfructus repudiatus per patrem ad fauorem filij dicitur aduentitius.*
27 *Pater alienans bona aduentitia filij perdit illorum vſumfructum, numero 29.*
28 *Pater cogitur reſtituere ante tempus filio bona ſubjecta fideicommiſſo propter illorum diſſipationem.*
30 *Filius ſi vocetur per legem, ſeu per hominem ad ſucceſſionem vnà cum patre, acquirit ſuam portionem liberam in proprietate, & vſufructu, n. 31. & 32.*
33 *Lucrum factum per filium ex negotiatione illicita non acquiritur patri quo ad vſumfructum.*
34 *Pater grauatus reſtituere bona filio non habet in eis vſumfructum.*
35 *Non conſideratur aliquis vſusfructus patris in ſeruo donato filio, vt ſtatim manumittatur.*
36 *Solutio momentanea non inducit liberationem.*
37 *Inſtituto filio ſub conditione, qua eo moriente impleri non poteſt, nepotes, qui tali caſu ex ſubſtitutione admittuntur, patri morienti acquirunt quamuis*

acquiſitio ſit momentanea, & numero 38.

39 *Pater ſi nolit conſentire filio adeunti hereditatem aduentitiam, & profectitiam, perdit illius vſumfructum, n.40. Amplia ſiue ab initio recuſet, ſiue ex poſt facto nolit ratificare, n. 41. Idem in acquiſitione per viam contractus, num. 42.*

43 *Pater contrahens inceſtas nuptias non acquirit vſumfructum bonorum aduentitiorum filij.*

44 *Vſusfructus relictus filio non acquiritur patri, tanquam non ſit ſeruitus ſeruitutis.*

45 *Pater ingrediens monaſterium amittit dimidium vſusfructus ſibi debiti in bonis filij, licet ſecundum alios perdat totum, quidquid aliud ſit in emancipatione, ob quam ſolum perdit dimidiam, n. 46.*

47 *Vſusfructus non poteſt acquiri per patrem, in bonis filij tempore, quo fuit bannitus aut rebellis, quamuis poſtea reſtituatur.*

48 *Donationes inter patrem, & filium, quando valeant remiſſiuè.*

49 *Caſus multi in quibus pater non habet vſumfructum in bonis filij remiſſiuè. Et quid in feudalibus, n.50.*

51 *Filiusfamilias licitè teſtatur de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſecus de aduentitiis, quamuis in eis pater nullum vſumfructum habeat, numero 52.*

53 *Statutum Vrbis annullat obligationem filijfamilias, quamuis appareat per illum fuiſſe receptas pecunias, num. 55. Et talis nullitas poteſt allegari per heredes, numero 54.*

56 *Obſeruantia non ſuffragatur, quando caſus eſt clarus, & apertus.*

57 *Diſpoſitio teſtatoris mandantis ſolvi ſua debita habet vim legati.*

58 *Qualitas actus eſt probanda per eum, qui ſe in illo fundat.*

59 *Mandans ſolvi ſua debita licita dicitur intellexiſſe de illis quæ per leges permittuntur.*

60 *Illicitum eſt, quod fit contra leges, & edicta Principis, numero 62. & 65.*

61 *Ædificium illicitum dicitur, quod per conſtitutiones mandatur deſtrui.*

63 *Auctoritas Principis requiritur ad faciendum licitum, quod de iure erat illicitum.*

64 *Societas inita occaſione furti, aut maleficij eſt illicita.*

66 *Obligatio ciuilis, & naturalis non oritur ex diſpoſitione, cui lex reſiſtit.*

67 *Diſponens, vt ſoluantur ſua debita, cenſetur mandaſſe ſolutionem debitorum quæ ſunt inefficacia, ſi alia non habebat.*

68 *Teſtator iubens ſua ſolui debita dicitur ſolum iubere ſolutionem debitorum, quæ ſunt licita, & honeſta.*

69 *Verba diſponentis debent aliquid addere iuri communi.*

70 *Vſusfructus cenſetur ademptus illi, cui adimitur adminiſtratio, num. 74. Amplia vt numero 73.*

71 *Valet argumentum negatiuè, pater non habet adminiſtrationem, ergo non habet vſumfructum, ſecus affirmatiuè, videlicet pater habet adminiſtrationem, ergo habet vſumfructum.*

72 *Datio curatorum an ſit compatibilis cum iure adminiſtrandi, quod per legem defertur patri, ita vt ſit cumulatiua, non priuatiua.*

75 *Teſtator limitans redditus hereditatis pro alendo herede vſque ad certam ætatem, & mandans reſiduum conſeruari pro fideicomiſſo, cenſetur prohibuiſſe patri vſumfructum in eodem reſiduo etiam finito tempore limitationis dictorum redditum, numero 76. & 77.*

78 *Adminiſtratio bonorum conceſſa alicui vſque ad certum tempus facit, vt pater non poſſit in eiſdem bonis habere vſumfructum, neque admini[illegible]tionem elapſo dicto tempore, ſed erit dandus [illegible]niſtrator, numero 79.*

80 *Prouiſio de aliquo etiam legato te[illegible] filio pa[illegible] heredis inducit coniecturam, vt vſu[illegible] ei prohibitus in bonis eidem heredi rel[illegible].*

81 *Tranſactio quando valeat ſtante lite inter p[illegible]m, & filium, & quando in ea competat remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *n.* 82. 83. 84. 85. *&* 86.

CAPVT DCCXIII.

(Adde *ſup. ad cap.68.num.4. tom. 1.*)

CAſus propoſitus ſæpiſſimè occurrit, & ſem-
per fuit deciſus ad fauorem vxoris creditricis
1 dotis contra locatorem † iuxta ea, quæ adnotaui
ſup.cap. 68.n. 4. tom. 1. vbi fuit firmata concluſio,
quod in locationibus domorum ad habitandum,
licèt inuecta, & illata in eis ſint tacitè hypotheca-
ta pro penſione domus locatæ, *l. certi iuris, C.loc.*
Iaſ. *in §.item ſeruiana, n.28. inſtit.de actionib.* Bald
in l.de pignor. c.9. vbi de origine iſtius hypothecæ
2 Neguſ. *eod.tit. p.2. memb.4.n.*128. † Tamen domi-
nus domus non prefertur aliis anterioribus credi-
toribus. Quidquid diuerſum ſit in domo non lo-
cata ſimpliciter ad inhabitandum, ſed ad conſer-
uationem rerum, vt in apotheca horreo, & ſimili-
bus, nam tunc non ſolùm bona ibi inuecta, & illa-
ta ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus,
ſed etiam dominus pro ea eſt præferendus omni-
bus anterioribus creditoribus, quando enim in
apotheca, ſeu horreo reponuntur bona, geritur
vtiliter etiam negotium creditorum, cum ibidem
talia bona debitoris conſeruentur, vnde pro iſta
conſeruatione debet dari prælatio conſeruanti,
quæ ratio ceſſat, quando locatur ſimpliciter do-
3 mus ad inhabitandum, † Ita in ſpecie concludi-
Bart. *in l.interdum, n. 2.verſ. nota etiam quod dici-
tur, ff.qui potior.in pig.habeant.* Iaſ. *in l.item quia n.
2. in 3.limitat.in fin.verſ.nec dicas vtilitatem eſſe, ff.
de pact. & in §.item ſeruiana, col.10. poſt med. verſ.
vos addite, quod res inuectæ, n.*60 vbi Addit. *in verb.
anteriorib.* teſtatur ita ſeruari *inſtit. de actionib.* Io-
4 ſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 85.n.4.p. 2.* † vbi mira-
tur, quod Neguſ. hęc non adnotauerit, cum tamen
poſuerit totam materiam rerum inuectarum, &
illatarum, Quamvis de hoc non ſit mirandum,
quia huiuſmodi caſum poſuit Idem Neguſant. *de
pignorib.part.2.memb.4.n.141. poſt 6.ampliat. verſ.
5 vnde cum ſimus in locatione, fol.41.* † vbi etiam in
ſpecie allegat Bart. *in l.huius, ff. qui potior.in pign.
habeant.* licèt debuiſſet eum allegare *in l.interdum,
n.2. ff.eod.tit.* Idem ſequitur Carp. *ſuper ſtat. Med.
cap. 232. n. 34. part.1.fol.255. & cap.390.n.6. p.2. fol.*
160. Mar. Mut. *ſuper conſuet. Panormit.cap.34. n. 6.
fol.*290. Garoc. *de locat. part.5.de inuect. & illat. q.
21.num.4.fol.234.* Vital. *de clauſul.in verb. & ſpecia-
liter, obligauit, num.4.in fin.tom.18. fol.*378. Stracc.
*de nauibus part. 3. in fin. numero 29. fol.*161.

Neque obſtat, quod vxor teneatur in ſubſidium,
ſtante paupertate mariti, qui cum non ſit ſol-
uendo, non poteſt moleſtari à domino domus,
6 † vnde tenebitur vxor, tanquam in eius vtilita-
tem habitatio domus, & illius conductio fuerit
verſa, quam ipſa debebat conducere tam pro
ſua habitatione, quàm mariti, & filiorum: Bart.
in l.his ſolis, 49.in fi. poſt Gloſſ. *ibid.in verb, proficit,*
7 *ff.de condict. indebit.* † vbi de mutuante pecuniam

paupe

pauperi, qui ex ea aluit filios, & vxorem, nam cum
mutuum redundauerit in vtilitatem filiorum, &
vxoris, æquum eſt illos teneri mutuanti: Io. de
8 Plat. in l. vxorem, in fin. C. de decurion. lib. 10. † & in
ſpecie locationis Ceuall. qu. 727. n. 41. vſque ad 49
tom. 2. fol. 103. iuxta l. es qui, 7. C. quod cum eo qui in
alien. poteſt. dixi ſup. c. 107. n. 3. & 4 & c. 108. num. 29
Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 66. n. 6. fol.
9 164. Surd. conſ. 367. n. 28. lib. 3. Azeued. † qui etiam
loquitur in domo conducta ſuper conſt. hiſpan. lib.
5. tit. 3. l. 9. n. 30. vſque ad 34. fol. 82. vbi teſtatur de
veriori opinione poſt Laram. in l. ſi quis a liberis,
§. ſi quis ex iis, n. 83. vſque ad 115. ff. de liber. agnoſc.
Bacc. de debitor. inop. c. 1. n. 53. & 54. Caſtill. in d. l. 9
taur. n. 22. vſque ad 27. & ibi Matien. gl. 4. num. 2.

(Adde ſup. ad cap. 107. n. 3. & ad c. 108. n. 29.)

Quia prædicta procedunt, quando conſtaret, quod
maritus non fuiſſet ſoluendo tempore, quo ha-
buit mutuo pecuniam pro alenda familia, ſeu
10 quando domum conduxit ad habitandum, † nam
aliàs non cenſerentur filij cum vxore facti locu-
pletiores, neque vllum commodum ſenſiſſe pro
illo mutuo contracto, ſeu pro domo conducta,
cum pater, & maritus tunc temporis debuiſſent
alere vxorem, & filios, ad quæ alimenta non tene-
rentur, ſi non eſſent ſoluendo, quo caſu commo-
dum ipſorum eſſet conſiderabile, quaſi in defe-
ctum patris, vel mariti tantumdem expendiſſent
pro alimentis, vel pro habitatione domus, Ita in
ſpecie diſtinguit Ang. in l. his ſolis, 49. n. 1. in fin.
verſ. credo tamen ff. de cond. indeb. iuxta l. in ſumma
9. inſtrumenta, ff. eod. tit. Lup. in rubr. de donat. int.
vir. & vxor. §. 66. n. 6 ad fin. verſ. cred. tamen, fol. 164
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 48. n. 6. ad med. verſ. ſed
ſanè prima opinio, fol. 558. dixi ſup. c. 107. n. 7. cum
11 ſeq. † & in iſtis terminis, quando maritus erat
inops tempore conductionis, loquitur Azeued. in
d. l. 9. numero 30 & 33 ad med. verſ. ex quo ſi maritus,
fol. 82 provt etiam voluit Lara. in d. l. ſi quis à li-
beris, § ex iis, num. 101 ff. de liber. agnoſcend. poſt
Caſtill. Mantien. & alios ſupra allegatos.

(Adde ſup. ad cap. 576. n. 1. cum ſeq.)

Secundum dubium eſt etiam deciſum ex latè addu-
ctis ſupr. cap. 576. num. 1. cum ſeq. vbi oſtenſum fuit,
12 † quod ſtatutum Vrbis cap. 152. lib. 1. prohibens fi-
liumfamilias etiam clericum obligari, non habet
locum in filiofamilias habente peculium caſtren-
ſe, ſeu quaſi caſtrenſe, neque in filiofamilias cleri-
co, qui validè obligabitur, quo ad bona, ſiue red-
ditus præbendæ, dignitatis, & beneficiorum,
13 † cum iſta ſint peculia quaſi caſtrenſia, in quibus
habetur pro patrefamilias: Surd. de aliment. tit. 4
quæſt. 11 numero 21 in fin. Lup. in rubr. de donat. inter
virum & vxorem, §. 42. numero 9. vſque ad 12.

Neque obſtabit, quod expreſſio clerici in d. ſtatuto
eſſet ſuperflua, ſi ſolùm de aliis bonis, quam ca-
ſtrenſibus, ſeu quaſi caſtrenſibus intelligeretur,
14 cum filius vltra iſta, non habeat † niſi profectitia,
& aduentitia, quorum reſpectu non teneret obliga-
tio, tanquam in aduentitiis pater habeat vſumfru-
ctum, l. fin. C. de bon. quæ liber. Surd. de alim. tit. 4. q.
11. n. 17. & 18. vbi ampliat, quamvis bona peruene-
rint ad filium ex delicto patris: Ang. in l. adopti-
uum, §. patronum, ff. de in ius vocand. Cæpoll. caut.
52. Boer. dec. 7. n. 17. & dec. 25. n. 7. & in profecti-
15 tiis nihil ſit filio acquiſitum, † cum illa ſint pro-
pria ipſius patris, & in totum illi acquirantur:
Bald. in l. cum oporteet, n. . C. de bon. quæ liber. Me-
16 noch. conſ. 309. n. 11. & 12. lib. 4. vbi † etiam, quod
quamvis pater paſſus eſſet iſta profectitia dari fi-
lio, tamen ad ſui libitum poteſt ea reuocare, l. filiu,
C. famil. erciſc. l. cum dom. nus, §. filiu, ff. de pecul.

Quia vltra reſponſiones datas ſupr. c. 576. num. 15. cum
ſeq. vt magis quieſcat animus iudicis, additur,
quod ſtatutum poteſt verificari in aliis bonis,
17 quam caſtrenſibus, ſeu quaſi caſtrenſibus, † Nam
permittitur filiofamilias habere bona aduentitia,
in quibus nullus vſusfructus eſt debitus patri, tan-
quam paſſim relinquantur bona filiisfamilias
cum iſta prohibitione, vt nihil patri acquiratur,
& talis prohibitio valet: auth. excipitur, C. de bon.
quæ liber. & in corpore vnde ſumitur auth. vt li-
ceat matr. & auia, in princ. & ibi communiter no-
tant omnes, cum aliis per Caldas de reſt. in integr.
in verb. læſis, n. 144. vſque ad 148. & Molin. de
18 primog. hiſpan. lib. 1. cap. 19. n. 30. cum ſeq. † ¶ Vbi ex-
tendunt iſtam prohibitionem valere, quamvis
non ſit expreſſa dummodo ex coniecturis poſſit
colligi quomodo fuiſſe talem voluntatem relin-
quentis, vt latè comprobat Surd. conſ. 136. n. 22. 23
& 38. lib. 1. & conſ. 143. n. 10. eod. lib. & de alim. tit. 2
q. 15. n. 24. Gabr. conſ. 118. n. 12. lib. 1. Becc. conſ. 97
numero 6. lib. 1. Gutier. in cap. quamvis, in verb.
nullum ad bona paterna regreſſum, n. 18. cum ſeq. de
pact. in 6. Et quamvis aliqui contrarium ſentiant,
quod videlicet talis prohibitio debeat eſſe ex-
preſſa, non autem tacita, Tamen eorum opinio
non eſt admittenda vt latè comprobat Bero. conſ.
139. n. 13. cum ſeq. lib. 2. Boër. dec. 193. n. 2. Dec. conſ.
318. n. 5. in fi. & ita etiam ſeruat Rot. coram R. P. D.
Pironano Romana tranſactionis. 26 Ianuarij, 1617
cum aliis per Maſtrill. deciſ. 59. numero 7. ¶ ita vt
19 † etiam commoditas, ne dum vſusfructus poſſit
patri prohiberi: Iaſ. in l. cum filio num. 117. ff. de
leg. 1. Molin. de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 19. num. 33
20 vſque ad 35. ¶ vbi † quoque num. 32. ampliat, vt
etiam in legitima filij ſit ſeruanda huiuſmodi
prohibitio, cum mater poſſit relinquere filio le-
gitimam, ita vt in ea nihil patri acquiratur, de cu-
21 ius † opinionis veritate latiſſimè Caldas. de reſtit.
in integr. in verb. læſis, numero 145. verſ. quæ concluſio-
22 ſio amplianda eſt fol. 326. ¶ vbi † poſt multa con-
cludit, quod circa legitimam filio debitam non
valebit iſta prohibitio matris; quamvis ex tali
prohibitione filius commodum conſequeretur,
23 † Et quidem iſta opinio eſt verior, vt teſtatur Ri-
min. Iun. in §. 1. num. 102. inſtit. per quas perſon. nob.
acquir. poſt Ang. & Caſtr. in auth. excipitur, C. de
bon. quæ liber. Bertrand. conſ. 3. in fin. lib. 1. part. 1.
Ruin. in l. gallus, §. & quid ſi tantum, num. 17. & ibi
Coſt. part. 5. n. 90. ff. de liber. & poſthum. Fabian. in
auth. nouiſſima, num. 141 C. de inoffic. teſtam. Soarez.
in l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 11. verſ. ſed
reperio, ff. eod. tit. Gomez. in l. 48. taur. n. 11. Quo-
modo autem intelligatur pater habere commodi-
tatem, quamvis non haberet vſumfructum, latè
Bero, conſ. 139. numero 9. 10. & 21. lib. 2.

Poterit etiam verificari ſtatutum in bonis aduenti-
tiis filij, in quibus pater remiſit eidem filio vſum-
24 fructum, † quia talis remiſſio valet inter patrem,
& filium, & ſuſtinetur potius tanquam refutatio,
quàm donatio, quaſi videatur pater nolle acqui-
rere vſumfructum, ex quo eſt ſucceſſiuus, non au-
tem velle donare: Azo. in ſumm. C. de bon. quæ liber.

col.1.verſ. aduentitium.Bart. Bald. Salic. Caſtr.&
alij in l.cum oportet, §. non autem.C.eod. tit. Com.
conſ. 285.col.3. verſ. poteſt etiam,lib.1. & conſ.79.in
fin. lib.2. Crot. in l. frater à fratre,n.81. C. de cond.
indeb. Tiraq.in l. ſi vnquam, in verb.donatione lar-
gitus, n.211. C. de reuoc. donat. cum aliis per Surd.
52 de alim.tit.9.q.20.n.22.& conſ.259.n.16.lib.2. † vbi
etiam ſubdit , quod talis vſusfructus repudiatus
erit aduentitius, non autem profectitius. Aym.in
l.cum filio,p.2.n.46.de legat.1. Ita vt conceſſio fru-
26 ctuum bonorum aduentitiorum † facta per pa-
trem filio includat,non ſolùm fructus primi anni,
ſed etiam ſequentium annorum : Surd.de alim.t.4
q.26.n.16.poſt Bald.in auth.excip.C.de bon. quæ lib.
Provt quoque ibidem ſtatutum verificabitur in mul-
tis caſibus , In quibus pater perdit vſumfructum
27 bonorum filij , † puta per alienationes illorum ,
cum ſimilibus , de quibus per Salic. & alios in l.
vſusfructus, ff. de iur. dot. Io. Fab.in §. item finitur.
inſt. de vſufruct.Ferdin. Loaz. in l. filiusfamilias,§.
diui.n.3.ff. de legat.1.Bard.in l.res quas,26. ante fin.
verſ. 2. caſu.C.de iur. dot.Surd.de alim.tit.8.priui-
leg.37. n. 2. iuxta diſpoſitionem l. imperator. ff. ad
28 trebellian. † vbi pater, qui cogitur reſtituere ante
tempus filio bona ſubiecta fideicommiſſo propter
illorum diſſipationem , priuatur eiſdem bonis
etiam quo ad vſumfructum , qui regulariter ei
competit in aduentitiis : Caſtr.in d. l. Imperator,
n.4.& Alex.n. 5. & eſt communis opinio, vt teſta-
tur Surd. de alim. tit.7.q.15.n.30.& tit. 9.q.25.n.58.
Lup.in c. per veſtras, §.17.n. 12.de donationib. inter
vir. & vxor. & latè comprobat Caſtill.de vſufr.c.
29 3.num.99.& 100. fol. 94. † Quemadmodum dici-
mus de patre , qui non habet vſumfructum in bo-
nis , quæ contra præceptum teſtatoris alienando
amiſit , & ad eius filium ex eiuſdem teſtatoris diſ-
poſitione peruenerunt : Becc. conſ. 97.numero 16.
Item diſpoſitio eiuſdem ſtatuti procederet , quando
pater vocatur per legem ad ſucceſſionem vnà cum
30 filio , † tunc enim nullus vſusfructus acquiretur
eidem patri in portione filij , §. ſi verò cum aſcen-
dentibus,auth. de hæred.ab inteſt. venient,auth.item
hæreditas, C. de bon.quæ lib.Gloſ.vlt.in §.igitur,inſt.
per quas perſon. nob. acquirit. Aym. conſ. 37. in fin.
Alex. conſ. 198.col.4. lib. 6.Socin. conſ.34.qu.3. lib.
1.Aret. conſ.72. in 3.dub.Roland.conſ. 95. num. 49.
lib. 1. & conſ. 90. num. 24. lib. 2. Surd. de aliment.
tit. 2. quæſt.15.num. 22. Rimin. Iun. in §. 1 num. 111.
& 112. inſtit. per quas perſon.nob. acquirit.
Idem eſt in ſucceſſione hominis , ſi enim pater,& fi-
lius in eodem teſtamento vocentur ad aliquam
31 hæreditatem, † tunc pater non habebit vſumfru-
ctum in portione filio relicta , cum voluntas te-
ſtatoris ſit intelligenda iuxta diſpoſitionem iuris
communis ſecundum quod non acquiritur vſuſ-
fructus patri in ſucceſſione legali, ad quam voca-
tur pater,& filius,vt dictum eſt, provt in ſpecie in
ſucceſſione hominis notat Gloſſ. in auth. item hæ-
reditas,vbi Caſtr.num. 3. & Salic.num.3. C.de bon.
quæ liber. Idem Caſtr.in auth. excipitur, num. 5. C.
eod.tit:Bart.conſ. 118.Lucius,num.5.lib.1.Bald.conſ.
324.lib.5.Caccialup.in l. frater à fratre,num.103.ff.
de condict. indeb. Affl.dec. 393.num.7. Crot.conſ. 9
num.5.Albenſ.conſ. 110. n.2.& ibi Anibal.in addit.
in verb. vſusfructus. Gabr. conſ. 118. num. 12. lib. 1.
32 Surd. † qui omnibus contrariis reſpondet conſ.
116.num. 40. vſque ad 45.lib. 1. & de aliment.tit. 2.
qu. 15. num. 22. ad med.Boer. dec.185.num.13. & 15.

Quemadmodum etiam in lucro facto per filium ex
33 negociatione illicita, † illud enim non acquiritur
patri quo ad vſumfructum l.quod [illegible] nus,ff. de acq.
poſſ. l. quod autem ex furto, ff. pro ſocio. Bart. in l.
cum oportet, num. 1. & ibi Cyn. & Salic.num. 4.C.
de bon. quæ liber. Socin.in l. gallus, §.quod ſi ſi, 3.
ff. de liber.& poſth.Rim. Iun.in §.1.n.77.90. & 130.
inſtit.per quas perſon.nob.acquirit.Surd.de aliment.
tit.9.q.20. n.26.vſque ad 28. vbi ampliat in acqui-
ſitis ex delicto , & ludo illicito : Alex. conſ. [illegible] . in
fin. lib.5.Clement.de patr. poteſt.effect.2.numero16.
Ita etiam quando pater grauatur filio reſtituere,tunc
34 enim non habet vſumfructum † in illis bonis :
Cuman. in l. cum filio, vbi Aret.col. 7. verſ. aliam
tamen opinionem.Caſtr. n. 18. Socin.numero 31. Iaſ.
numero 151. Rip. numero 68.ff. de legat.1. Surd.conſ.
116.num. 23. lib. 1. & de aliment.tit.7.quæſt.15.num.
31 Boer.deciſ. 193.per tot. Becc. conſ. 97. numero 13.
Additur etiam caſus , in quo non quæritur vſusfru-
ctus patri in aduentitiis , quando ſeruus donatur
35 filio hac conditione , † vt ſtatim manumittatur :
Gloſſ. in l. vlt.in fin. C.de bon. quæ liber.cum enim
talis ſeruus momentaneus exiſtat,non poteſt con-
ſiderari aliquis vſusfructus,qui patri quæratur,ar-
gumento l. qui ſic, ff.de ſolutionib. vbi ſolutio mo-
36 mentanea liberationem non inducit , † & illa
opinio eſt verior,vt teſtatur Rimin. Iun.in §.n.114
& 115.inſtitut. per quas perſon. nob.acquirit. ¶ Non
obſtante Gloſſ.in l.fi.in verb.nepotes,ff.de cond.inſt.
37 † dum voluit,quod inſtituto filio ſub conditione,
quæ eo moriente impleri non poteſt,nepotes,qui
tali caſu ex ſubſtitutione admittuntur, patri mo-
rienti acquirant , & tamen illa acquiſitio eſt mo-
mentanea in patre , cum moriatur eodem tempo-
re, quo agitur de acquirendo ſibi , vnde etiam in
caſu prædicto deberet acquiri patri vſusfructus
38 ſerui , quamvis ſtatim eſſet manumittendus , †
¶ Quia iſta procedunt in acquiſitione proprieta-
tis, quæ quantumvis ſit momentanea , tamen po-
teſt eſſe vtilis reſpectu tranſmiſſionis , cum mo-
riens etiam incontinenti eam tranſmittat ad hæ-
redes , Aliud eſt in caſu noſtro , qui procedit in
vſufructu, cum enim ſit momentaneus , nullam
vtilitatem continet , tanquam non tranſmittatur
ad hæredes , l. 3. ff. quand.dies legat. ced. Et ita di-
ſtinguunt Bart. Caſtr. Imol.& alij in l. fin. ff. de
condit.inſtitut. Rimin.Iun. in §.1.num.115. inſtit.per
quas perſon. nob. acquirit.
Alius eſt caſus , quando pater noluit conſentire filio
39 adeunti hæreditatem, tunc enim ipſi filio † etiam
vſusfructus quæritur, l. fin. §.1.C.de bon. quæ liber.
Rimin.Iun. in §. 1. num. 116. institut. per quas per-
ſon. nob. acquirit. vbi ampliat non modo in hære-
40 ditate aduentitia, ſed etiam † in profectitia, in
qua filius fuit inſtitutus contemplatione patris ,
nam eo recuſante filium adire , remanebit eidem
filio iſta hæreditas pleno iure : Caſtr.in l. fin. §.1.
41 C. de bon. quæ liber. † Ita vt prædicta procedant
non ſolum in patre recuſante ab initio filium
adire, ſed etiam ex poſt facto, ſi enim filius adiuit
patre abſente,& ignorante, & poſtea pater talem
aditionem non vult ratificare , valebit tamen in-
terim aditio filij , eique erit etiam quæſitus vſuſ-
fructus : Rimin.Iun.in d.§.1.num. 118. & 119. inſtit.
per quas perſon. nob.acquirit. † vbi etiam extendit
ad acquiſitionem per viam contractus , ne dum
vltimæ voluntatis,l. fin. §.1. verſ. vel quidquam ex
quocunque tit. C. de bon. quæ liber,

Alter

Alter eſt caſus quando pater contraxit inceſtas nuptias, tunc enim illi non acquiritur vſusfructus
43 aduentitiorum, † ob illam rationem: quia cum filij patris ſupplicio ſuæ poteſtatis fiant, ſequitur vt etiam non habeat vſumfructum in bonis, quæ applicantur filiis, quem vſumfructum aliàs habebat propter patriam poteſtatem, §.1.*auth.de inceſt. nupt.* Rimin.Iun.*in* §. 1. *num.* 124. *&* 125. *inſtit. per quas perſon. nob. acquirit.*

Simile eſt quando filio relinquitur vſusfructus, quia
44 tunc nihil patri eſt acquiſitum, † cum ſeruitus ſeruitutis eſſe non poſſit, *l.1.ff.de vſufruct.legat.* & in ſpecie ita notat.Gloſſ.*in auth.idem eſt.C.de bon. quæ liber.* Aldobr.*in* §. 1. vbi Rimin. Iun.*num.* 126 *inſtit. per quas perſon. nob. acquirit.*

Accedit, quod idem eſt quando pater ingreditur
45 monaſterium, nam tunc amittit † ſaltem dimidiam vſusfructus ſibi debiti in bonis filij ratione patriæ poteſtatis, à qua cum liberetur filius propter ingreſſum monaſterij ex facto ipſius patris, per illud perdit vſumfructum quo ad dimidiam, retinendo reſiduum iuxta opinionem Bar.& Ang.
46 *in auth. idem eſt. C. de bon. quæ liber.* † Quamvis ibid.Cyn. Alber.Salic. & alij magis communiter teneant totum vſumfructum fuiſſe per patrem amiſſum: nam in hoc caſu filius habet exiſtentiam ſui iuris à Deo, non à patre, quidquid aliud ſit in emancipatione, ob quam pater ſolùm perdit dimidiam, quæ datur loco præmij patribus, qui ſuo facto, & liberalitate ſua ſpontanea emancipando liberos faciunt illos ſui iuris, *l.fin.§.cum autem. C. per quas perſon.nob.acquirit.* quod non eſt quando monachatur vt notat Rimin.Iun. *in d.§.1.num.*128 *inſtit. eod. tit.* & latiſſimè explicat Caſtill. *de vſufruct.cap.*54.*num.*5.*vſque ad* 10.*fol.*673.

Non poterit etiam pater vſumfructum acquirere
47 tempore, quo fuit bannitus † aut rebellis patriæ, ita vt quamvis etiam poſtea reſtituatur in integrum, non recuperet vſumfructum illius temporis elapſi, quia non dicitur eum perdidiſſe, cum tempore banni non haberet, vnde meritò non recuperat, quod non amiſit, quidquid ſecus ſit pro tempore poſt reſtitutionem, quia tunc illum habebit: Bald. & Caſtr.*in auth. excipitur, C. de bon. quæ liber.* Cyn.& Salic.*in l.fin.C.de ſent.paſſ.*

Omittuntur alij caſus, in quibus ſtatutum habebit locum, quos non opus eſt recenſere, tanquam ſint
48 notiſſimi, † cùm præſertim paſſim fiant donationes inter patrem, & filium quæ licet regulariter inter eos non valeant, tamen ſuſtinentur in multis caſibus relatis per Clar. *in* §. *donatio. qu.*8. Roland.*conſ.*77.*n.*1.*lib.*1.Seraph.*priui.iuram.*72.Becc. *conſ.*20.*n.*4. Gabr.*de donat. concl.* 4. *per tot.* Dueu. *reg.*223.Lup.*in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.*51 *n.*3.*&* §. 71.*num.*5.Surd.*conſ.*351.*n.*27. *cum ſeq.libr.*
49 *& de alimen.tit.*9.*qu.*2.*num.* 20. † & multos alios caſus, in quibus pater non habet vſumfructum in bonis filij ponit Idem Surd.*conſ.*116.*per tot.lib.*1
50 vbi etiam quod idem eſt in bonis feudalibus † filij: Bald.*in l. ſi vxorem,*5.*in fin. C. de condit.inſert.* Iſern. *in cap.poſt princ. de his qui in feud. dar. poſſ.* Iacob.de Beluiſ.*in cap.*1.§.1.vbi Præpoſit.& Afflict. *num.*16 *de fratribus de nou.benefic. inueſtit.* Schrad. *de feud.lib.*7.*cap.* 6. *num.*6. Roſental.*eod.tit.cap.*7 *conclu.*14.*num.* 13. *cum ſeq.*

In prædictis tamen erit obſeruanda differentia inter bona caſtrenſia, vel quaſi, & inter bona aduenti-
51 tia, † Nam de caſtrenſibus, vel quaſi, filiusfamilias poteſt teſtari, §.*fin.inſtit. de militar.teſtam.l.pen.& vlt. C.qui teſtam.facer.poſſ.& inſtit.quib.non eſt permiſſ.facer.teſtam.in princ.* Aret.*in* §.1.*gl.vlt.inſtit.per*
52 *quas perſon.ius nob.acquirit.* quod † ſecus eſt in aduentitiis *l.fin.§. filijs.C. de bon. quæ liber.* ſiue pater in eis habeat vſumfructum, ſiue non habeat iuxta communem opinionem, de qua teſtantur Alex. Corn.Iaſ.Rim. Sen. & alij *in l.pen.& vlt.C.qui teſtam.facer.poſſ.* Roman.*conſ.* 512.*num.*3.*ad med.* vbi Mand. *in verb.teſtari.in princ.* Idem Rom.*in auth. ſimiliter, in* 19.*ſpeciali pia cauſa, n.*71 *C.ad leg.falc.* Rub.*conſ.*93.*n.*2.*&* 3.Ruin.*conſ.* 24.*n.*11.*lib.*5.vbi de magis communi Doctor.*in l.qui in poteſtate, ff. de teſtam.& in l.*1.§.*in filijs, ff. ad trebel.*Soc. Iun.*conſ.* 77.*n.*9. *&* 10. *lib.*2.Rimin.Iun.*in* §. 1.*n.* 149. *inſtit. per quas perſon.ius nob. acquirit.*

(Adde *ſup.ad c.*576.*n.*25. *cum ſeq.*)

Tertium dubium eſt etiam deciſum ex allegatis ſupr. *cap.*576.*num.*25.vbi clarè fuit oſtenſum, quod ſtatutum Vrbis annullat obligationem filijfamilias,
53 † quamvis appareat per eum fuiſſe receptas pecunias, quo ſtante creditum prætenſum vigore ſocietatis officij, de qua agimus, non debetur propter reſiſtentiam ſtatuti, & talis nullitas poteſt allegari per eius hæredem, ſicut potuiſſet per eun-
54 dem filium: † Rot. *diuerſ.deciſ.*110.*in princ.part.*2. Socin.*conſ.*79.*num.*47.*lib.*4. Aym.*conſ.*200.*num.*7 Afflict.*deciſ.*240.*n.*8. Et cùm habeamus caſum legis, ſeu ſtatuti, non eſt aliud quærendum, præſertim quia oppoſitio de receptione pecuniarum non applicatur, cùm habeat locum in ſtatuto loquente de minore, in quo admittitur ſi & in quan-
55 tum illa obſeruantia, quod † contractus cum eo geſtus valeat etiã non ſeruata forma ſtatuti quando recepit, tanquam ſtatutum non loquatur de receptione, quod non eſt in caſu obligationis filijfamilias, quæ expreſsè annullatur per ſtatutum, quamvis receperit. Vnde neque obſeruantia ſuf-
56 fragaretur, quando caſus eſt clarus, † & apertus: Natt. *conſ.*318. *num.* 1.Surd.*conſ.*426.*num.*42.*lib.* 3. Card.Seraph.*deciſ.*1108. *num.* 7.

Non obſtat, quod modò agatur actione ex teſtamento, in quo teſtator mandauit ſolui ſua debi-
57 ta, † tanquam, iſta diſpoſitio habeat vim legati: Card. Seraph.*deciſ.*486.*num.*1.Quia non ſimpliciter fuit mandatum ſolui debita, ſed cum illa qua-
58 litate quatenus illa ſint licita, & honeſta, † Vnde fundanti ſe ſuper tali diſpoſitione incumbit probatio iſtius qualitatis, quod ſimus in debitis licitis, & honeſtis: Alex. *conſ.* 88. *lib.* 2. *num.*4. Dec. *conſ.* 125. *num.* 6.

Immo non ſolùm non probatur iſta qualitas per actorem, ſed potius conſtat de contrario, cùm ſtatim, quod habemus prohibitionem ſtatuti annullantis ſimilia debita, oriatur probatio, quod illa
59 ſint illicita, † cum licitum dicatur, quando de iure poteſt fieri, & quod per leges permittitur: Alber.*in verb. licitum, in princ per text.in l.ſemper,*42 *ff. de rit.nupt.*vbi Gloſ.*in verb.quid liceat,l.*1.*in fin. verſ.ſi alia iuſta cauſa.*vbi Glo.*in verb.quod eius, ff. ex quib.cauſ.maior.l.nec non,*28.*poſt princ.verſ.quod eius inquit prætor per leges, ff. eod.tit.l.*1.*ff. de iuſtit. & iur.l. nec permittendum,*58.*ff.pro ſocio.*Rebuff. *in l.licèt inter geſta,*58.*in princ.verſ.licet per leges, ff.de verb.ſign.*Prateius, *in lexic.in verb. licet.*

Prout è contra dicimus illicitum eſſe, quod fit con-
60 tra leges, conſtitutiones, decreta, † & edicta Prin-

cipum, *l. 1. in fin. ff. de his quæ vt indign. auferuntur*
l. fideicommiſſa, 11. §. ſi quis illicitè, ff. de legat. 2. vbi
61 quod illicitum, dicitur ædificium, † quando con-
ſtitutiones iubent illud deſtrui: Alber. *in dictio. in*
62 *verb. illicitum,* vbi quod illicitum dicitur, † quod
fit contra legem §. *ſancimus auth. de inceſt. nupt.*
Adeò vt requiratur auctoritas Principis, ſeu illius
63 ſubrogati ad faciendum licitum, † quod de iure
erat illicitum: Bero. *conſ. 40. n. 36. lib. 5. per l. 1. ad*
fin. verſ. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu. l.
prohibere, §. ſed & ſi à Principe, ff. quod vi aut clam.
Nec facit, quod ſocietas, de qua agimus, non poſſit
dici illicita, cùm non ſit facta occaſione furti, aut
64 maleficij, † tunc enim diceretur talis iuxta text. lo-
quentem de ſocietate in *l. nec permittendum, 58*
ff. pro ſocio. Quia exemplum illius legis non reſtrin-
git regulam, quamvis enim ibi appelletur illicita
ſocietas, quæ prouenit occaſione furti, non ta-
men per hoc excluditur, vt non poſſit etiam eſſe
illicita illa, quæ fit contra prohibitionem legis,
65 cum † vt dictum eſt, etiam dicatur illicitum id,
cui lex, & ius reſiſtit, *l. fideicommiſſa, 11. §. ſi quis*
illicitè, ff. de legat. 3. cum aliis ſupra allegatis.
Ideo videmus, quod quando lex reſiſtit actui, & diſ-
66 poſitioni contra eius prohibitionem factæ, † non
oritur neque ciuilis, nec naturalis obligatio, *l. cum*
lex. vbi Bart. *in fin. ff. de fideiuſſor. l. ſi non ſortem, in*
princ. col. 1. ad med. ff. de cond. indeb. Iaſ. *in l. cum quis,*
n. 7. ad med. verſ. omiſſis leuib. C. de iur. & fact. ignor.
Bald. *in l. 1. n. 18. v. viſo de eſſentia. C. de ſum. trinit. &*
fid. cath. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuentionib.*
lib. 21. tit. 1. n. 4. Caſſador. *deciſ. 5. n. 2. de iure patron.*
Minus obſtat, quod teſtator nulla debita habebat,
67 quàm inefficacia, & nulliter contracta, † vnde diſ-
ponendo, quod ſoluantur eius debita, cenſetur
mandaſſe ſolutionem etiam debitorum inefficaci-
cium, Socin. *in l. quibus diebus, §. dominus, n. 9. de*
cond. & demonſtr. Quia talis obiectio non applica-
tur ad caſum noſtrum, cum in facto appareat te-
ſtatorem habuiſſe alia debita contracta ab eo,
quando erat ſolum minor, præter iſta quæ contra-
xit non ſolum in minori ætate, ſed etiam, quando
erat in poteſtate patris, vnde cùm oſtenſum fuerit
talia debita eſſe reprobata per ſtatutum, quamvis
etiam prætendatur receptio, non eſt cenſendum
teſtatorem de iſtis ſenſiſſe, cùm præcisè mandaue-
rit ſolui debita licita, & honeſta, quæ non dicun-
tur talia ob reſiſtentiam legis, ſeu ſtatuti, *l. fidei-*
commiſſa 11. §. ſi quis illicitè, ff. de legat. 3. cum aliis
68 ſupra adductis, † Cum etiam in caſu in quo teſta-
tor non appoſuiſſet iſta verba licita, & honeſta,
ſed ſimpliciter mandaſſet ſolui ſua debita, nun-
quam tale mandatum intelligeretur de ſolutione
debitorum illicitorum, & à iure reprobatorum,
ſed de debitis validis, & efficacibus, vt conclu-
dunt omnes in *d. l. de quibus, §. dominus ſeruo, ff.*
de cond. & demonſtr. Natt. *conſ. 402. num. 56.* Surd.
dec. 38. num. 12. in fin. & dec. 269. num. 13. poſt Bart.
in l. legatum, num. 3. de liber. legat. Vnde multo ma-
gis ſtantibus prædictis verbis, quæ oſtendunt ani-
69 mum, & mentem teſtatoris fuiſſe, † vt illa non
debeant ſolui ad hoc, vt talia verba addant ali-
quid iuri communi, prout addere debent, *l. ſi*
quando, ff. de leg. 3.
Et quoniam ſupra *n. 17. & 18.* firmatum fuit, quod va-
let prohibitio facta patri, vt non acquirat vſum-
fructum in bonis filio relictis, & quod de ſimili
prohibitione dicetur conſtare non ſolum ſi fiat
verbis expreſſis, ſed etiam ſi ex coniecturis colli-
gi poteſt, quod talis vſusfructus fu[...]it eidem patri
prohibitus, Obſeruandum eſt, quod in cauſa Ro-
mana tranſactionis coram R. P. D. Pirouano 26.
Iunij 1617. inter alias præſumptiones, & coniectu-
70 ras † illa fuit admiſſa, ſi teſtator reliquit hæredi
ſcripto actores, & curatores, per quos patri adi-
mebatur adminiſtratio bonorum, quaſi tunc poſ-
ſit licitè inferri, quod cui adimitur adminiſtratio,
cenſeatur etiam ademptus vſusfructus, qui tranſit
cum adminiſtratione, prout in ſpecie concludit
Caſtr. *in l. Imperator, n. 4.* vbi Alex. *n. 6. ff. ad trebell.*
Boer. *dec. 61. num. 17.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 3. num.*
100. poſt Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 228.*
verſ. item ſi pater dilapidet bona aduentitia filij.
Mandez. de Caſtr. *in repet. l. cum oportet, n. 131. verſ.*
cui addatis caſum alium. C. de bon. quæ liber. Maſtr.
dec. Sicil. 56. per tot. poſt Bero. *conſ. 139. num. 5. & 20*
71 *lib. 2.* † vbi etiam, quod negatiuè valet argumen-
tum, videlicet pater non habet adminiſtrationem,
ergo nec vſumfructum, quod tamen non proce-
deret affirmatiuè, videlicet pater habet admini-
ſtrationem, ergo habet vſumfructum, *l. fin. §. ſin*
autem, C. de bon. quæ liber. Maſtrill. *deciſ. 59. num. 5.*
Neque prædictis obſtabit, quod poſſit adeſſe com-
patibilitas curatorum cum iure adminiſtrandi,
72 † quod per legem defertur patri in bonis filij, *l. 1.*
§. parentes, C. de bon. matern. quaſi [...]es curatores
ſint dati cumulatiuè, & non priuatiue, *l. propter li-*
tem, §. fin. ff. de excuſation. tutor. l. propter litem d. §. fu-
ſum. C. in quibus cauſis tut. hab. Quia non conſtat,
quod fuerit dati reſpectu diuerſorum effectuum,
ſed in omnibus, & per omnia ad vnum effectum
tantum, non admittitur diuiſio, aut concurſus in
adminiſtratione, vt in propoſito voluit Rot. in
dicta Romana tranſactionis coram R. P. D. Piro-
73 uano 26. Iunij 1617. † vbi etiam additur, quod
quamvis Caſtr. & Alex. *in d. l. Imperator.* & Boer.
& Bero. ac alij ſupra allegati loquantur in patre
diſſipante bona aduentitia filij, cui propter talem
diſſipationem fuerat interdicta adminiſtratio.
Tamen ſemper valet conſequentia, quod cenſea-
tur ademptus vſusfructus, cui adimitur admini-
ſtratio, ſiue iſta ademptio veniat ex cauſa dilapi-
dationis, ſiue ex alia cauſa, quia videlicet teſtator
74 ita mandauerit, † tanquam prohibitio admini-
ſtrationis trahat etiam prohibitionem vſusfru-
ctus: Bero. *conſ. 139. num. 19. in fin. lib. 2.* Maſtrill.
deciſ. 59. numero 4. & 5.
Quæ prohibitio vſusfructus ex prohibitione admi-
75 niſtrationis, & datione curatorum † fuit compro-
bata *in dicta cauſa Romana tranſactionis* ex alia
coniectura, quia videlicet teſtator voluit hære-
dem habere ſcuta tercentum vſque ad ætatem an-
norum vigintiquinque, reſiduum verò pro fidei-
commiſſo per eum inſtituto, ita vt ex hac limita-
tione redditium cenſeatur interdicta fructuum
perceptio in reſiduo tanquam deſtinato ad augen-
dam hæreditatem, in parte autem ſcutorum
tercentum, tanquam ſufficienti pro alendo ſolùm
hærede.
Amplius prædicta etiam procedent, quamvis filius
76 maior factus, eſſet ſub patria poteſtate, † propter
quam competebat pleniſſimus vſusfructus patri:
Aym. *conſ. 84. num. 7.* Surd. *conſ. 159. num. 1. lib. 2.*
Quaſi tunc non duraret vlterius limitatio reddi-
tuum, quo caſu poterant exerceri iura patriæ po-
teſtatis, tanquam impedimentum eſſet ſublatum
ob finem

77 ob finem prohibitionis.† Quia in coniecturanda voluntate teſtatoris debet conſiderari initium excluſiuum vſusfructus in patre, nam ſicut idem teſtator voluit, quod pars hæreditatis remaneret pro congrua ſuſtentatione ſolius hæredis vſque ad ætatem annorum vigintiquinque, ita etiam præſumendum eſt, quod voluerit de tota hæreditate poſt dictum tempus ceſſante prohibitione, prout in ſpecie ita reſoluit Rot. in d. Romana tranſactionis coram R. P. D. Pirouano, 26. Iunij 1617.
78 † Et in ſimili Bero. *conſ.* 139.3.*n*.5.*&* 19.*lib*.2. vbi de teſtatore, qui voluit adminiſtrationem ſuorum bonorum ſpectare ad filiam vſque ad natiuitatem poſthumi, & non vltra, nam pater non erit adminiſtrator poſt tempus natiuitatis, nec bonorum vſufructuarius, quia ſicut teſtator reliquit ad tempus bonorum ſuorum adminiſtrationem alteri, quàm patri ita etiam videtur, quod illam eidem patri voluerit inhibuiſſe poſt dictum tempus finitum, non autem ei reſeruaſſe, adeo vt ſit prouidendum de alio adminiſtratore, ſi opus fuerit il-
79 lum habere ratione ætatis, vel ſimilis cauſæ, † tanquam pater à principio habitus fuerit pro ſuſpecto, §.1. *auth. vt lic. matr. & auiæ.* Butrig. Cyn. & Salic. *in auth. excipitur, C. de bon. quæ liber.* Bero. *conſ.* 159. *n*.19. *ad medium, lib*.2.

Quibus fuit etiam addita alia coniectura deſumpta ex legato patri facto, cui cùm per teſtatorem fue-
80 rit prouiſum, † videtur poſſe colligi, quod idem teſtator non voluerit, vt ei vſusfructus acquireretur: Bart. *in l. ſi vſusfructus*, 14. §. *ſi ita quis, ff. quand. dies legat. ced.* & ita in ſpecie talem coniecturam approbauit Rot. in d. Romana tranſactionis coram R. P. D. Pirouano, 26. Iunij 1617. vbi etiam, quod hoc procedit, quamvis dictum legatum non eſſet annuum, ſed tenue, nec reſponderet quantitati vſusfructus, quia non ex hoc tollitur ſeparata prouiſio, in qua reſidet coniectura voluntatis teſtatoris, vt filius haberet plenam, & totam hæreditatem.

Et ita ex prædictis fuit deciſum, quod conſtabat de mente teſtatoris, ne vſusfructus patri acquireretur, vel quod ſaltem cauſa eſſet in eo ſtatu reducta, vt redderetur incertus illius euentus, ita vt ex hoc valuerit tranſactio in quantitate conuenta
81 ſcutorum ducentum, maximè inter patrem & filium: vt per Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana domorum, 26. Iunij 1615. & in dicta Romana tranſactionis, 26. Iunij 1617. vbi etiam quod non conſtabat de læſione enormiſſima, quamvis fuerit renunciatum per patrem vſufructui valoris ſcu-
82 torum 1200. pro annuis ſcutis 200. Quia † iſta læſio erat probanda habito reſpectu ad dubium litis euentum, vt poſſit reſcindi tranſactio iuxta terminos *l*.2. *C. de reſcind. vendit.* vt notat Bart. *ibid. n*.7. *&* 8. Cagnol. *n*.78. Idem Bart. *in l. ſi quis cum aliter, n*.5. *ff. de verb. oblig.* Aym. *conſ.* 151. *n*.27. *& conſ.* 430. *n*.4. *lib*.3. Roland. *conſ.* 28. *n*.27. *lib*. 4. Menoch. *conſ.* 401. *n*.26. *lib*.5. Corn. *conſ.* 161. *n*.10. *lib*.3. Natt. *conſ.* 144. *n*.10. *cum ſeq.* Thob. *conſ.* 67. *n*.16. Honded.
83 *conſ.* 34. *n*.55. *&* 56. *lib*.2. † Quidquid aliàs etiam in tranſactione habeat locum remedium *l*.2. *C. de reſcind. vendit.* vt tenet Gloſſ. *in l. Lucius*, §. *fin.* vbi Angel. Imol. Caſtr. & alij, *ff. ad Trebellian.* Bart. *in l. ſocietatem*, §. *arbitriorum, ff. pro ſocio*, Abb. *in cap. cum cauſa colum*.2. vbi Butr. & Cardin. *de empt. & vend.* Gabr. *eod. tit. concluſ.* 1. *n*. 68. *ad med.* Honded.
84 *conſ.* 34. *n*.8. *&* 9. *lib*.2. † vbi quod etiam procedit, quamvis fuerit renunciatum *dict. l*.2. vt per Roland. *conſ.* 7. *n*.52. *lib*.3. Burſatt. *conſ.* 75. *num*. 5. *lib*. 3. Caldas *in repet. l. ſi curatorem, in verb. læſis. n*. 153
85 *Cod. de in integ. reſtitut. minor.* † Et quidquid contrarium ſequatur Alexand. *conſ.* 42. *num*. 11. *lib*. 1 cum aliis per eum adductis, iſta eſt verior opinio, & magis recepta, quam paſſim tenuit Rot. coram R. P. D. Sacrato Romana domus, 3. Decembris 1601. & coram Card. Pamphilio Romana deuolutionis domorum, 26. Maij 1590. & latè coram R. P. D. Vbaldo Romana domorum, 10. Iunij 1615. & coram R. P. D. Pirouano Romana tran-
86 ſactionis 26. Iunij 1617. † cum declarationibus, de quibus per Rot. coram R. P. D. Pamphilio Bononien. tranſactionis de Capacellis, 2. Decembris 1613. quæ eſt *deciſ.* 539. *numero* 2. *part*. 1. *in recentioribus.*

Cætera, quæ ſpectant ad materiam dictæ deciſionis coram R. P. D. Pirouano, diſcutientur Deo dante infra in capite particulari, vbi etiam multa, quando dicatur conſtare ex coniecturis de prohibitione vſusfructus facta patri in bonis filij, videlicet quando teſtator filiofamilias legando nulla facta mentione patris, nec patriæ poteſtatis etiam demonſtratiuè mandauit res legatas ſolui, vel reſtitui filio, vel pleno iure, vel illicò, integraliter, abſque aliqua detractione, vel cum ſimilibus verbis, tunc enim cenſetur denegatus patri vſusfructus, vt latè concludit Bero. *conſ.* 139. *n*. 17. *vſque ad* 20 *lib*.2. cum multis latè adductis per Menoch. *præſumpt*. 28. *n*.3. *lib*.5. & dictum eſt *ſupra cap*. 663.

EPITOME.

Inſcriptio libri ſub nomine vnius ſocij, quando excludat ſocietatem, quę non habuit initium cum pecuniis, ſeu bonis ipſius, vel ſi non fuit continuatum negotium paternum, quamvis ſe in ea geſſerit. ¶ Frater, qui mercatur cum pecunia, quæ habuit principium ex rebus communibus an debeat communicare alteri fratri lucrum inde proueniens. ¶ Et quando præſumatur tale initium ex re communi. ¶ Societas an poſſit ratificari per minorem ſolum, quando eſt illi vtilis, ſecus ſi fuerit damnoſa. ¶ Et quomodo in hoc caſu conſulatur, ſocio. ¶ Et an defectus ætatis allegetur tantummodò per minorem, non autem per tertium.

SVMMARIVM.

1 *Inſcriptio libri ſub nomine vnius ſocij probat non eſſe contractam ſocietatem, dummodo poſtea lucra non communicentur.*
2 *Minor non cenſetur ratificaſſe ſocietatem quamvis ſe in ea ingeſſerit, niſi fuerit cœptum negotium cum pecunijs, ſeu bonis ipſius, vel continuatum negotium paternū, & quando dicatur continuatū, n*.16.
3 *Alia eſt opera, & induſtria patris, alia filij.*
4 *Frater qui mercatur cum pecunia, quæ habuit principium ex rebus communibus debet communicare alteri fratri lucrum inde proueniens.*
5 *Lucrum acquiſitum ex re alicuius debet illi reſtitui.*
6 *Pretium ſuccedit loco rei.*
7 *Lucrum præſumitur habuiſſe originem à communi pecunia, vel in hoc ſtandum eſt coniecturis, num*. 8. *&* 9.
10 *Minor dicitur ratificare ſocietatem, ſi poſt minorem ætatem ſe in ea exercet, num*. 11. 13. *&* 15.

12 *In contrahenda ſocietate expreſſa, vel tacita defectus ætatis ſolũ poteſt allegari per minorẽ, nõ per alium.*

14 *Socius poteſt agere contra minorem licèt nondum maiorem, vt declaret an velit ſtare ſocietati, vel inde recedere.*

17 *Socius non debet occultè actum gerere, vt ſibi quarat ex re communi.*

18 *Societas arguitur ſtante communione facta cum eo, cui nunquam fuit datum ſalarium.*

CAPVT DCCXIV.

(Adde *ſupra ad cap.516.n.1.vſque ad n.17.*)

AD excludendam ſocietatem, de qua agebamus fuerunt multa adducta, ex quibus videbatur fundata intentio pro prætenſa excluſione, ſed quia omnibus fuit plenè reſponſum *ſupra cap. 546. n.1. vſque ad* 17. Ideò non opus eſſe iudicaui iterum iam dicta repetere, & præſertim circa illud, quod denuò fuit oppoſitum de inſcriptione
1 libri ſub nomine vnius tantum ſocij. † Quia iſta inſcriptio non operatur quando, prout in caſu noſtro communicantur lucra eiuſdem ſocietatis, & negotiationis, tunc enim dicitur receſſum à tali inſcriptione, & intitulatione: Socin. *conſ.* 60 *num.*4. *& 9. lib.*1. cum aliis adductis *ſupra d. c.546 num.*10. *cum ſeq.* quibus additur Cardin. Mantic. qui latè comprobat *de tacit. & ambig. conuent. lib.6 tit.*11. *num.*4. *vſque ad 9.*

Omiſſis igitur prædictis ſola difficultas remanſit in nouo obiecto deſumpto ex deciſione Rot. coram R.P.D. Coccino Imol. ſeu Foroliuien. ſocietatis
2 ſeu diuiſionis, 24. Maij 1610. † vbi etiam firmatur concluſio, quod quando negotium fuit cœptum abſque communi patrimonio, & ſine pecuniis communibus, ſed cum pecuniis propriis ſocij maioris non datur ratificatio huiuſmodi ſocietatis per minorem factum maiorem, quamvis ſe ingeſſerit in negotiis eiuſdem ſocietatis ponendo operam, & induſtriam ſuam, cùm ad effectum vt valeat iſta ratificatio, debeat eſſe negotium cœptum cum bonis infantis, vel continuatum negotium paternum, vel quod ab eodem patre fuiſſet ſolitum geri, vnde requiritur continuatio cum bonis, & pecuniis paternis, ſi enim pater ſolùm
3 operam præſtabat, † non ſufficit, alia enim eſt opera, & induſtria patris, alia filij, *l. ſi non ſortem, 26. § libertus, ff. de condict. indebit.* Petr. de Vbal. *de duob. fratrib. part.* 3. *num.* 6. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.6. tit.*13. *num.*15.

Et ita præſupponunt omnes doctores loquentes de
4 huiuſmodi ſocietatibus, † vt latè declarat Socin. *conſ.*162. *n.*11. *&* 12. *lib.*2. vbi de fratre qui mercabatur cum pecunia domus, & cum lucris, quæ pertinebant ad patrem, & quæ habebant principium ex rebus hæreditariis, & communibus, tunc enim æquitas ſuadet, vt lucrum omne inde proueniens
5 communicetur alteri fratri, † nam cùm illud ex re ipſius prouenerit, debet eidem reſtitui, *l. ſi me & titium, ff. ſi certum petat.* cum etiam fuerit pecunia
6 hæreditaria, † in qua pretium ſuccedit loco rei, *l. vend. ex heredit. ff. de heredit. vel act. vend.* quod etiam prius voluit Anchar. *conſ.* 289. *aliàs eſt conſ.* 302. *materia de qua quæritur, col. ad med. verſ. præterea cum mercationes n.*7. Vbi etiam *col. ad med. n.*
7 9. quod in dubio præſumendum eſt, quod iſta traxerint principium ex communi pecunia, ſiue ex rebus hæreditariis communibus, niſi contrarium probetur ſecundùm opinionem Specul. *de iudic. § ſequitur videre, verſ. porro.* Bald. *in l. cum non ſolum, Cod. de bon. quæ liber.* † vel ſecundùm aliam opinionem, recurrendum erit ad coniecturas: Idem Bald. *in l. ſi patrum, C. comm. vtriuſque iudic.*
9 Quod etiam loquitur Pariſ. *conſ.* 86. *n.*15. *lib.*1. † vbi conſiderat paupertatem pupilli, & quod nihil habebat in bonis tempore, quo fuit cœpta adminiſtratio: Purpurat. *conſ.* 403. *num.* 9. *cum ſeq. lib.* 2 Alexand. *conſ.*49. *n.* 2. *vſque ad* 5. *lib.*1. Aym. *conſ.* 286. *n.*1. *&* 2. Iaſ. *in l.*1. *n.*6. *ad fi. C. qui teſtam. facer. poſſ.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 6 *tit.*13. *n.* 14. *&* 15. Rot. coram R. P. D. Pamphilio Romana de Theſauris, 9. Decembris, 1609. Alciat. *præſumpt.*25 *num.*1. *reg.*1.

Verum quidquid ſit de prædictis, nulla vis eſt in eis facienda, tanquam non applicentur ad facti ſpeciem, de qua agimus, cùm in caſu noſtro teſtes omnes probent, quod fuerunt vendita bona materna communia, & etiam paterna, de quib. etiam apparet in cataſto exhibito, ex quorum retractu,
10 & pretio ſocietas habuit initium, † vnde colligitur, quod bene illa fuit ratificata per minorem, poſtquam eſt factus maior, prout poteſt ratificari: Alex. *conſ.*49. *n.*2. *ante fin. verſ. hoc probatur primo, lib.*1. Aym. *conſ.* 286. *num.*2. Surd. *conſ.* 9. *n.*17. *lib.* 1
11 Et dicitur ratificata ſtatim, quod conſtat, † quod poſt minorem ætatem ſe exercet in eadem negotiatione, & illam proſequitur: Iaſ. *in l.*1. *n.*6. *in fin. verſ. vlt. limit. C. qui teſtam. facer. poſſ.* Dec. *conſ.*254 *caſus, ante fin. verſ. & honeſtum.* Pariſ. *conſ.*84. *n.* 5 *lib.*1. Socin. *conſ.*160. *n.*13. *ad fin. lib.* 2. Surd. *conſ.* 9 *n.*18. *lib.*1. Rip. *conſ.*151. *num.*6. Bertrand. *conſ.*27. *ex caſu in fin. lib.*2. *part.*1. *& conſ.*62. *quamvis, n.* 4. *in fin. lib.* 1. *part.*2. Alex. *conſ.*49. *lib.* 1. Cæpoll. *conſil. ciuil.*40. Corn. *conſ.*213. *lib.*3. Bolognin. *conſ.*7. *col.*2 Caſtr. *conſ.*349. *ex die col.*2. *lib.*1.

Cùm præſertim defectus ætatis in contrahenda ſocietate expreſſa, vel tacita, ſolùm poſſit allegari
12 per ipſum minorem, † non per alium, tanquam ſit in facultate eiuſdem minoris dicere volo contractum valere, licèt non legitimè geſtum ad mei fauorem, quamvis tali caſu claudicet, *l. Iulianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de action. empt. l. ſi iudex circumuento, ff. de minorib.* & ita in ſpecie declarat Aym. *conſ.*286. *n.*2. *verſ. ſecundo reſpondeo, quod talis defectus.* Socin. *conſ.*87. *col.*7. *in princ. verſ. præterea hic ſi quis diceret, n.*10. *in fin. lib.*1. Surd. *conſ.*9. *n.*10. *vſq.*
13 *ad* 21. *lib.* 1. † vbi etiam, quod non eſt inconueniens, vt poſſit minor ratificare, nam quamvis poſſit contingere, vt ipſe ſolùm ratificet, quando ſocietas eſſet lucroſa, non autem damnoſa: tamen ſibi imputet, qui cùm minore contrahit, *l. qui cum*
14 *alio, ff. de reg. iur.* † Maximè quia ſocius poteſt agere contra minorem, licèt nondum maiorem, vt declaret an velit ſtare huiuſmodi ſocietati, vel inde recedere, hic enim modus fuit inuentus, quando contractus claudicat ad fauorem minoris, vt agatur an quis velit ſtare contractui, vel diſcedere, *l. Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de actionib. empt.* vbi Caſtr. & Fulgoſ. notant non eſſe alibi ſimilem modum agendi: Bald. *in l. dolum, n.*2. vbi Salic. *n.*1
15 *C. de peric. & commod. rei vendit.* † Quidquid contrarium ſenſerit Alciat. *præſumpt.*25. *n.*3. *reg.*1. vbi quod non valet talis ratificatio minoris propter huiuſmodi claudicationem, ſi ſocietas eſſet damnoſa. Quia contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur Surd. *conſ.*9. *n.*18.

Stante

Stante igitur diuerſitate facti, non debet attendi d.
16 deciſ. coram R. P. D. Coccino, † cùm etiam ibi præſupponatur apparere ex calculo dato in hęreditate paterna adeſſe debita excedentia credita, quod facit, vt exercitium paternum non potuerit dici continuatum ob defectum bonorum, de quo exceſſu non conſtat, vt dictum eſt ſupra, cùm potius appareat bona paterna, & materna venaita dediſſe initium ſocietati; ita vt ſtante iſto principio æquitas ſuadeat, vt lucrum omne inde prouenìens communicetur: Anchar. *conſ. 289. colum.* 1 Socin. *conſ. 262. n. 11. in fin. lib.* 2. cum aliis ſupra allegatis. Quamvis enim in lucro operetur non ſolum pecunia, ſed etiam perſona, & opera, ac indu-
17 ſtria. † Tamen poſtquam omnes exercuerunt, non eſt æquum, vt alter occultè actum gerat, & ſibi quærat ex re communi, alias ſequeretur abſurdum, quod vnus omnem induſtriam communicaſſet, & pro communi vtilitate poſuiſſet, alter verò cum pecunia communi ad ſuam vtilitatem induſtriam exercuiſſet, quod iura abhorrent, *l. cum pater, 79. §. cauciis ff. de legat.* 1. & in propoſito noſtro comprobat Socin. *conſ. 162. n. 12. lib.* 2. quod etiam voluit latè Caſtr. *conſ. 349. ex dic quo iſte, n.* 1 *& per tot. lib.* 1. vbi idem concludit, quamvis vnus frater poſuiſſet ſuam induſtriam in aliqua ſocietate particulari etiam ſine vlla communicatione pecuniæ tanquam illa opera ſuccedat loco commodi, & vſus pecuniæ compenſetur cum opera: Alex. *conſ. 117. n. 4. lib.* 1. vbi ponit, quando plus, vel minus aſſignetur pecuniæ, quam induſtriæ: Corn. *conſ. 152. n. 11. lib. 3. & conſ. 68. col. 2. lib. 4.* poſt Caſtr. & Salic. *in l. 1. C. pro ſocio*, Bald. *conſ. 260. lib.* 1.

Ex quibus reſultat, quod lucra prouenientia ex aromataria debent communicari, quia data origine illius ex pecuniis communibus, & principio eiuſdem negotiationis inchoatæ a patre, non eſt æquum, vt vnus habeat commodum, alter autem
18 ſeruiat tanquam famulus, † maximè quia numquam per tot annos de ſalario fuit facta mentio, quod magis arguit ſocietatem: Cephal. *conſ. 440 n. 16. lib.* 3. Caſtr. *d. conſ. 349. lib.* 1. Socin. *conſ. 160 col. 3. ante med. verſ. ſed in caſu noſtro concurrunt. lib.* 2. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 11. n. 19. ad med.*

EPITOME.

Reproductio citationis quando, & infra quem terminum ſit facienda. ❡ Locatio vnica an dicatur de duabus domibus ſub vna penſione locatis, ſi fiat in eodem inſtrumento. ❡ Et an debeatur vnica gabella, ſtante ſtatuto, quod de qualibet re illa ſit ſoluenda. ❡ Et quid ſi ſummæ diuerſæ in vnam ſint coactæ, ſeu cumulatæ, ❡ Iudex exprimens in ſententias diuerſas ſummas pro diuerſis cauſis, quæ ſimul faciunt ſummam centum, in quam reum condemnat, an dicatur condemnaſſe in quantitate ſpecialiter diuiſa. ❡ Locatio rerum Eccleſiæ an ſit nulla in totum, ſi fiat cum pacto renouandi de anno in annum, & ſic ſucceſſiuè in poſterum, vel potius valeat pro tempore permiſſo. ❡ Prælatus an poſſit præiudicare Eccleſiæ in quærendis abſque cauſa, & ſine conſenſu capituli. ❡ Renunciatio inquilinatus an expiret, ſublato contractu principali locationis. ❡ Conductor antiquus bonorum Eccleſiæ an poſſit expelli, ſi offerat eandem conditionem, quam nouus. ❡ Vnuſquiſque an poſſit dare de iure Eccleſiæ, tanquam ſit publici iuris.

SVMMARIVM.

1 *Citatio & intimatio non reproducta nihil operatur.*
2 *Reproductio citationis eſt facienda infra terminum, in quo actus fieri debet.*
3 *Lapſus termini inducit tacitam renunciationem, & vim pacti de non petendo.*
4 *Relatio eſt de forma eſſentiali citationis, & intimationis.*
5 *Teſti non creditur abſque iuramento, & alijs requiſitis, quamvis cauſa eſſet expedienda ſola facti veritate inſpecta.*
6 *Diſdictio locationis domus non afficit quando fuerunt locatæ duæ domus ſub diuerſis penſionibus.*
7 *Incertitudo remouet conſenſum à toto, & à parte, & vitiat omnem actum, n. 8.*
9 *Intimatio obſcura non valet, & in ea ſunt exprimenda omnia, ad hoc vt intimatus poſſit plenè inſtrui, ſuper quibus conuenitur.*
10 *Locatio vnica dicitur de duabus domibus ſub vnica penſione locatis, ſecus ſi diuerſis penſionibus locentur etiam in eodem inſtrumento.*
11 *Gabella ſoluenda ex omni contractu, non debet ſolui, niſi vnica de venditione plurium rerum venditarum ſub vnico pretio, ſecus ſi pretijs diuerſis.*
12 *Locationes plures cenſetur, ſi locetur duæ dom⁹ diuerſis pretijs etiã poſtea in vnũ coactis, ſeu cumulatis.*
13 *Iudex exprimens in ſententia diuerſas ſummas pro diuerſis cauſis, quæ ſimul faciunt ſummam centum, in quam reum condemnat, dicitur condemnaſſe in quantitate ſpecialiter diuiſa.*
14 *Intimatio eſt facienda perſonaliter, quando adſunt verba ipſi, non ſimilibus.*
15 *Citatio debet eſſe perſonalis, quando tractatur de præiudicio alicuius.*
16 *Locatio rerum Eccleſiæ eſt nulla in totum ſi fiat cum pacto renouandi de anno in annum, & ſic ſucceſſiuè in poſterum, nec valet pro tempore permiſſo.*
17 *Acceſſoria reſoluuntur, ſi reſoluatur contractus principalis,*
18 *Obligatio cameralis, renunciatio inquilinatus, & iuramentum expirant, annullata diſpoſitione, ſuper qua ponuntur.*
19 *Inualidum, & inefficax non poteſt dare robur actiuè principali.*
20 *Conductor antiquus Eccleſiæ non debet expelli, ſi offerat eandem conditionem, quam nouus.*
21 *Prælatus non poteſt obeſſe Eccleſiæ in quærendis abſque cauſa, & ſine conſenſu capituli, n. 22. & 23.*
24 *Locatio non poteſt fieri per procuratorem Collegij Romani abſque conſenſu Præpoſiti.*
25 *Oppoſitio de iure tertij valet, ſi eſt excluſiuum iuris agentis, & quando opponenti prodeſt, n. 26.*
28 *Vnuſquiſque poteſt dare de iure Eccleſiæ tanquam ſit publici iuris.*

CAPVT DCCXV.

PRocurator Collegij 24. Decembris 1612. locauit duas domos Bartholomæo, alteram pro ſcutis 55. alteram pro ſcutis 60. ad annum inchoandum 1. Ianuar. 1613. cum pacto, quòd ſi Collegium noluerit continuare, teneatur intimare facere eidem Bartholomæo per menſem ante, alioquin non præcedente huiuſmodi intimatione, cenſeantur præfatæ domus reconductæ, & relocatæ ad alium annum, cum eiſdem pactis, & ſic ſucceſſiuè in poſterum, prout latius in inſtrumento

exhibito. Elapſo anno, & non facta aliqua intima-
tione, continuauit conductor vſque ad annum
1618. Cùm autem die 8. Nouembris 1618. procura-
tor Collegij intimaſſet nolle amplius continuare,
prætenditur mandatum de euacuando, quod ta-
men non eſt concedendum, quia licèt Collegium
intimauerit non continuationem, tamen intima-
1 tio eſt facta die 8 Nouembris 1618. † & non fuit re-
producta infra menſem, provt in termino talis
menſis erat reproducenda, cùm aliàs ceſſante re-
productione, intimatio, & citatio euaneſcat, ne-
que vllum effectum ſortiatur, nam eſſet in pote-
ſtate actoris intimantis aduerſarium intimatum
eludere, retinendo penès ſe intimationem execu-
tam, vel poſteà reproducendo, quando ſibi vide-
retur, quod tamen de iure non admittitur: Mand.
*ad reg. 34. de annali. q. 34. n. 10 verſ. amplius ſi dice-
remus.* Gonzal. *ad reg. 8. cancellar. §. 7. n. 145. iuxta
l. hac autem. §. non defendi, verſ. conſtare debet, &
ibid.* Bart. *n. 2. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat* Lan-
cellot. *de attentat. lit. pendent. part. 2. c. 4. in præfat.
n. 112. verſ. 4. quando nuncius, ad med. tom. 5. fol. 303.*
Veſtr. *in prax. lib. 4. cap. 3. num. 9.*

Non obſtat, quod dicta intimatio fuerit reproducta
8. Februarij, 1619. Quia debebat reproduci infra
2 menſem, † & ſic infra terminum, in quo actus de-
bet geri: Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. n. 89.
ad fin.* poſt Bald. *conſ. 57. punctus quæſtionis, col. 2.
num. 3. lib. 5. & in l. 2. in 2. lectur. col. 2. verſ. & nota
quod proteſtatio, ff. de minoribus.* Vnde cùm repro-
ductio fuerit facta per tres menſes, nihil operatur,
3 nam paria † ſiunt actum facere extra terminum,
ſeu nunquam facere, tanquam lapſus termini in-
ducat tacitam renunciationem, & vim pacti de
non petendo: Surd. *conſ. 97. numero 20 vſque ad
26. lib. 1.*

Nec facit, quod iſta intimatio valeat tamquam actus
extraiudicialis, qui probabitur ex dicta executio-
ne facta per curſorem. Quia non creditur curſori
4 ſimpliciter niſi facta relatione in actis, † cum re-
latio ſit de forma eſſentiali citationis, & intima-
tionis, cùm aliàs ei non ſit habenda fides, niſi Iu-
dici vel actuario referatur: Aſin. *in prax. §. 9. cap.
1. & cap. 12.* Lancellot. *de attentat. lit. pendent. in
præfat. n. 12. ad med.* Grammat. *conſ. 152. n. 18.* Vnde
non poterit nuncius probare, quod conductor
extraiudicialiter fuit monitus circa iſtam non
continuationem locationis, niſi formiter, & præ-
uio iuramento, citata parte examinetur, cùm aliàs
eſſet maioris auctoritatis curſor, quam quilibet
alius magni nominis, & omni exceptione maior,
5 ſi illius dicto crederetur ſimpliciter, † cùm tamen
ad hoc vt faciat fidem debeant concurrere omnia,
quæ in diſpoſitionibus teſtium requiruntur,
quamvis cauſa eſſet expedienda ſecundùm ius
gentium, omiſſa ſolemnitate iuris ciuilis, & ſola
facti veritate inſpecta: Surd. *conſ. 129. num. 33. lib. 1*
poſt Oſaſc. *deciſ. 79. numero 19.* Bertrand. *conſ. 179
numero 2. lib. 3.*

Præterea intimatio prætenſa non afficit, nam in ea
non legitur de qua domo Collegium ſenſerit nol-
6 le continuare in locatione. † Etenim fuerunt lo-
catæ duæ domus diuerſæ, ſub diſtinctis penſioni-
bus, altera pro ſcutis 55. altera pro ſcutis 60. &
ſpecialiter conuentum, vt debeat præcedere in-
timatio, quæ ad hoc vt operetur ſuum effectum,
debet eſſe clara de dictis duabus domibus, non
autem de domo tantùm, provt ſolùm exprimitur
in dicta intimatione, vnde tanquam incerta vi-
tiatur, & ſic nulla ex dictis duabus domibus com-
7 prehenderetur, † quia incertitudo remouet conſen-
ſum à toto, & à parte, *l. decem. ff. locat.* Cardin. &
Abb. *in c. Sacerdoſ, in fin. de offic. ordinar.* Surd. *conſ.*
8 *235. n. 9. lib. 2.* † & ideò incertitudo vitiat omnem
actum, & præſertim citationem, locationem, &
aliam quamcumque diſpoſitionem: Marſil. latè
in rubr. C. de probat. n. 354. vſque ad 423. Surd. *conſ.
264. n. 1. cum ſeq. lib. 2.* poſt Gloſſ. Bart. & alios, *in l.
cum duo, ff. de in diē add. & in l. quidā, ff. de reb. dub.*

Et paſſim ad hoc vt valeat citatio, & intimatio, re-
quiritur exacta ſpecificatio, nam alias ſi ſit obſcu-
ra, & indeterminata, & incerta, eſt nulla, & habe-
9 tur pro non facta, † ideò in ea pro illius validita-
te ſunt exprimenda omnia, ex quibus intimatus
poſſit plenè inſtrui, ſuper quibus conuenitur:
Roman. *conſ. 369. circa primum, col. 3. in princ. verſ.
illam autem citationem, num. 8.* & ibid. Mandoſ. *in
verb. ſpecificationem.* Speculat. *de citation. § contra.
verſ. item quod facta eſt indeterminata.* Bald. &
Angel. *in l. vltim. C. de duob. reis,* Tiraq. *de retract.
lignag. §. 8. gloſſ. 2. num. 5. in fin.*

Neque obſtat, quod ſimus in eodem contractu &
inſtrumento, in quo licèt plures res ſint locatæ,
10 tamen vnica locatio dicitur. † Quia iſtud proce-
dit, quando plures domus locarentur ſub vnica
penſione, & ſub vnico pretio, nam ſi penſiones
ſint diſtinctæ, provt in caſu noſtro, in quo vna res
locatur pro ſcutis 60. & alia pro ſcutis 55. tunc
ſemper dicuntur plures locationes, quamvis ſint
factæ in eodemmet actu, & inſtrumento propter
pretium in ſingulas res diuiſum, *l. ſi plura manci-
pia, 36. ff. de ædil. edict. l. quod ſæpe, 35. § in his, ff. de
contrah. empt. l. in bello, §. vlt. ff. de capt. & poſtlim.
reuerſ.* Bald. *conſ. 66. factum tale eſt apparet, col. 1. in
princ. verſ. quo ad primum punctum, & colum. 1. in
fin. verſ. alij dicunt, lib. 3. & in l. vlt. §. præterea, col.
fin. C. de iur. dot.* Socin. & Aret. *in l. ex toto, §. vlt. in
2. notab. ff. de legat. 1.* Idem Aret *conſ. 11. procedendum
eſt, colum. 1.* Fabian de Mont. *de emption. & vendit.
quæſt. 5. princip. col. 6. verſic. item diſtinctè.* Dec. *conſ.
421. plene & ſubtiliter, col. 1.* Tiraquell. *de retract.*
11 *lignag. §. 23. gloſſ. 1. numero 20.* † Vbi etiam *in fin.*
ſubdit, quod ſi ex ſtatuto debeat ſolui gabella ex
omni contractu, ſi in eodem inſtrumento ven-
dantur plures res vnico, & eodem pretio, ſoluetur
tantùm vna gabella, ſecus ſi pretiis diuerſis, &
diſtinctis in ſingulas res, quia tunc tot debentur
gabellæ, quot ſunt res, cùm ſint plures contractus:
Bald. & Angel. *in l. cùm eiuſdem, ff. de ædil. edict.*
Firman. *de gabell. part. 5. princ. qu. 15.* Dec. *conſ. 344.
applaudent. col. 2. verſ. ſecundus caſus.*

Quæ adeò vera ſunt, vt procedant, quamvis diuiſum
ſit pretium in ſingulas res, & poſtea vnum ex om-
12 nibus coactum, † puta locum domum vnam au-
reis 60. & aliam domum aureis 40. quæ quidem
ſummæ in vnum contractæ faciunt centum au-
reos, nam ſemper cenſentur eſſe plures locatio-
nes: Aret. *in l. ſcire debemus, col. 3. verſ. & aduerte,
ff. de verb. obligat.* per text. *in l. 1 ſi plura. ff. de ædilit.*
13 *edict.* † Ex quo infertur, quod quando Iudex in
ſententia exprimit diuerſas ſummas pro diuerſis
cauſis, deinde dicit, quod omnes ſummæ faciunt
ſummam centum, in quam reum condemnat, non
dicitur reus condemnatus in centum, ſed in
quantitates ſpecialiter, & diuiſim expreſſas: Bart.
in l. vbi fideiuſſor. ff. de ſolutionibus.

Quibus

Quibus additur, quod neque intimatio prætenſa af-
14 ficit, cùm deberet eſſe perſonalis, † nam in in-
ſtrumento exprimitur, quod illa ſit facienda ei-
dem Bartholomæo, quæ verba ſignificant perſo-
nalitatem, ſicut verba ipſi, & ſimilia, quę ſunt per-
ſonaliſſima: Rebuff. in l. ſciendum, 70 §. idem dici-
tur, col. 3 poſt med. verſ. vndecimus quando, ff. de
verb. ſignif. poſt Iaſ. in l. ſi quis filiumfamilias, §. fin.
de acqu. hæred. Socin. conſ. 250. col. 4 verſ. tertio non
15 dicit, lib. 2 conſ. 57 lib. 3 † Ideò in huiuſmodi diſdi-
ctis ſolet apponi illa clauſula etiam domi dimiſſà
copia, vt euitetur iſta intimatio perſonalis, & me-
ritò, quia tractatur de non modico præiudicio
conductoris, quo caſu ſemper citationes debent
eſſe perſonales: Tiraquell. de retract. lignag. §. 9
gloſſ. 2 num. 6 poſt Anchar. in clem. 1 in vlt. notab.
de iudic. Marthesil. ſingul. 133 Innoc. in cap. vlt. de
eo qui mittit. in poſſeſſ.

Omiſſo per aduerſarium huiuſmodi iudicio propter
difficultates ſupra adductas, iterum fuit facta in-
timatio conductori per procuratorem Collegij
de euacuando, comprehendendo vtramq; domum
locatam, & facta reproductione in tempore cum
aliis requiſitis neceſſariis petitum fuit mādatum,
& quia agebatur de magno præiudicio inquilini,
ſi contigiſſet eum debere diſcedere à d. domibus
cōductis propter exercitium, quod alibi cum dif-
ficultate, & cum notabili diſpendio non poterat
exerceri, ideò ad tuendum conductorem multa
fuerunt adducta, quibus tamen non obſtantibus,
Iudex mandatum de euacuando conceſſit, & cùm
negaretur repoſitio ab huiuſmodi decreto, fuit
habitus recurſus ad Signaturam, quę conſideratis
bonis iuribus conductoris iterum remiſit cauſam
eidem Iudici ad effectum, vt denuo audiret par-
tes, & iuſtitiam faceret. Vnde cùm multa adduce-
rentur pro Collegio, opus fuit de eorum veritate
16 diſſerere. † Et quidem vt rectè omnia decidantur,
dicebam obſeruandum eſſe, quod locatio, de qua
agimus, eſt nulla, quia fuit facta cum expreſſa cō-
uentione illam renouandi de anno in annum, &
ſic ſucceſſiuè in poſterum, quæ conuentio non
ſubſiſtit, cùm ſimus in rebus Eccleſiæ, in quibus
non conceduntur huiuſmodi renouationes loca-
tionum, bona enim eccleſiaſtica non poſſunt lo-
cari, niſi pro triennio tantùm iuxta extrauag. am-
bitioſæ, de reb. eccl. non alienand. adeò vt tanquam
factæ in fraudem legis ſint omninò prohibitæ,
etiam pro tempore permiſſo, & in totum annul-
lentur, non habita conſideratione, quod vtile per
inutile non vitietur, etenim forma eſt à lege præ-
ſcripta, ne aliter locationes fiant, vnde dicuntur
eſſe indiuiſibiles, & indiuiduæ, ideò non mirum, ſi
non ſuſtineantur pro tempore, quo valuiſſent. Iſta
eſt communis opinio, & pluries per Rotam ap-
probata, vt latiſſimè teſtatur R.P.D. Penia Brix.
locationis, 10 Decemb. 1594. quæ eſt dec 30 part. 1
in recentiorib. quàm etiam latè ſequitur Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 5 tit. 5 n. 21
iuxta diſpoſitionem text. in §. quod autem dictum
eſt, verſ. nec illud, auth. de non alienand. reb. eccleſ.
Aret. in l. ſi quis ante, n. 1 ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in
auth. ſi quas ruinas, n. 2 C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ.
165 n. 1 lib. 2 & conſ. 17 num. 10 lib. 4 Cæteros con-
ſultò omitto, quia eſt veriſſima opinio, quidquid
alij malè contrarium ſenſerint, vt etiam teſtatur
Gutier. in l. nemo poteſt, num. 53 ff. de leg. 1 Molin.
de primogen. hiſpan. lib. 1 cap. 21 num. 28 Purpur.
conſ. 340 num. 7 Tiraq. de retract. conuent. in præ-
fat. num. 11 Couarr. lib. 2 var. reſol. cap. 16 num. 4.

Qua nullitate locationis ſtante etiam pro tempore
permiſſo, ſequitur, quod renunciatio inquilina-
17 tus, † cum omnibus pactis, & obligationibus ibi-
dem appoſitis expirauerit, tanquam omnia iſta
ſint acceſſoria, quę debent reſolui, reſoluto & an-
nullato contractu principali: Bald. & Imol. in l. 1
ff. de his quæ in teſtam. delent. Socin. conſ. 2 numero
8 & 9 lib. 3 Crot. conſ. 12 num. 18 cum ſeq. Tiraq. de
conſtituto part. 3 limit. 29 num. 1 Surd. conſ. 217 n. 17
lib. 2 Menoch. præſumpt. 132 n. 78 lib. 3 & præſumpt.
18 68 num. 22 & 23 lib. 2 & conſ. 58 numero 15 † Et in
ſpecie ſimilium renunciationum, & obligatio-
num cameralium, & guarantigiæ, & iuramenti
Socin. conſ. 78 n. 3 in fin. lib. 3 per Gloſſ. quam dicit
notabilem in l. ſi patronus, 33 §. patronum, in verb.
faniana in fin. ff. quid in fraud. patron. Phanuc. de
19 inuentur. part. 5 numero 104 & 105. † Cùm impoſſi-
bile ſit, vt iſta veſtiant principale, & dent illi ro-
bur, & vires, ſi de ſe eſt inualidum, & inefficax:
Bald. in l. etiam, Cod. de execut. rei iudic. Marſill. in
rubr. de fideiuſſorib. num. 352 vſque ad 356 Iaſ. in l.
legitima, col. 2 ff. de pact. Aym. conſ. 299 numero 3.

Annullata igitur renunciatione inquilinatus, cum
cæteris pactis in inſtrumento inualido contentis,
non eſt locus prætenſæ euacuationi, cùm in do-
mo locata ſit præferendus antiquus conductor
pro eodem pretio, quod ab aliis offertur iuxta de-
cretum camerale concedens inquilino huiuſmo-
20 di priuilegium prælationis, † quo etiam non exi-
ſtente idem eſſet dicendum inſpecto quoquo iu-
re communi, nam cùm ſimus in rebus ab Eccleſia
locatis, ſemper eius adminiſtratores iſtam æqui-
tatem debent habere præ oculis, vt non expellant
veterem conductorem pro eodem pretio, vt in
ſpecie concludit Ceuall. qu. 756 n. 6 cum ſeq. poſt
Rebuff. in compend. de alienat. rer. eccleſ. numero 61
in fin. Franc. dec. 406 numero 2 per text. in cap. ad
aures, de reb. eccleſ. non alienand.

Et magis eſt concedenda prælatio veteri conducto-
21 ri, cùm per eum fuerit oblata maior penſio, † quo
augmento ſtante, propter vtilitatem Eccleſię, non
eſt illi præiudicandum, cùm requiratur cauſa, ad
hoc vt Prælatus poſſit obeſſe eccleſiæ in quæren-
dis, nam aliàs talis repudiatio non valeret: Re-
buff. in compend. de rebus Eccleſ. non alienand. verſ.
ſextus caſus. Franc. in c. 1 col. vlt. in princ. n. 28 eod.
tit. de rebus Eccleſ. non alienand. poſt Abb. in c. cùm
nuper, 8. n. 9. de his quæ fiunt a prælat. ſin. conſenſ. cap.
22 † Et contraria procedunt, quando cùm cauſa re-
pudiaretur per Prælatum ius quærendum, vel
quando hoc faceret cum conſenſu capituli: Lap.
allegat. 25 incip. diſputat. hic primo, n. 4. in fin. verſ.
hinc eſt, Surd. conſ. 501 n. 2 verſ. vbi tamen intelligit.
& n. 3 & 11 lib. 4 & ſequitur Rot. per Caputaq. dec.
23 359 in verb. prælatus, part. 2 & † latiſſimè de magis
communi, & veriori opinione teſtatur Genuenſ.
Epiſcop. Iſern. practicab. eccleſiaſt. qu. 150 per tot.

Maximè, quia noua locatio facta per procurato-
24 rem Collegij eſt penitus nulla, † cùm non habeat
facultatem locandi abſque expreſſo conſenſu Ge-
neralis, ſeu Præpoſiti Societatis Ieſu, de quo ta-
men non apparet, vt latius in conſtitut. Grego-
rij XIII. die 18. Decembris, 1577. de qua in
bullar. numero 76. §. 5. fol. 458. iuxta nouam impreſ-
ſionem.

Non obſtat, quod nō valeat oppoſitio de iure tertij

*l.loci corpus,§. competit,ff.ſi ſeruit. vend.*Natt.*conſ.*
25 419.*n.*11. † Quia cum per huiuſmodi exceptionem excludatur in totum ius agentis,tunc licitè opponitur de iure tertij : Cyn. *in l.cum ſeruus, in fin.C. de ſeru.fugitiu.*iuxta *l.vlt.C.de rei vend.* Bart. *in l. 2.ff. de except.rei iud.& in l.ſi rem alienam, ff.ſolut. matrim.*Theſaur.*dec.4.n.1.verſ. primus eſt quando.*
Cùm etiam poſſit allegari ius tertij, quando oppo-
26 nenti poteſt : † Caſtr.*in l. ſi cui, C.de non num.pecun.*Abb.*in cap.non liceat, n.15.verſ.ſed contra hoc, de præſcript.* Anchar. *conſ.*310. *eres domini, col.* 4. Aym.*in conſ.1. pro gener.num.*400. Albenſ.*conſ.*64 *num.*2.Surd. *deciſ.* 301 *num.*15.Menoch. *conſ.*1.*n.* 321
27 † Maxime, quia vnuſquiſque poteſt dare de iure Eccleſiæ, tanquam ſit publici iuris. Afflict. *deciſ.* 19.*num.*4.Et ita ex prædictis fuit reuocatum mandatum de euacuando, & abſolutus conductor à petitis, prout pars aduerſa acquieuit, cum huiuſmodi cauſa cœpta 20. Februarij 1619. durauerit vſque ad 30. Iulij 1620.

EPITOME.

Iudex ex officio quando taxet vſuras debitas iuxta diſpoſitionem *l.curabit.C.de action. empt.* ¶ Et an illæ poſſint peti habito reſpectu ſolùm ad fructus perceptos,& non vltrà. ¶ Solutiones tres annuæ, ſeu bimeſtrales, aut ſemeſtrales, quando faciant præſumi fuiſſe retrò ſolutum. ¶ Executio cameralis an impediatur ex ſolutione deſumpta ex præſumptione iuris. ¶Confeſſio tutoris quando præiudicet pupillo, tam ſi fiat ad illum obligandum, quàm ad probationem, ſeu ad liberandum. ¶ Et quid ſtantibus adminiculis. ¶ Dominus cenſus, qui illum ceſſit ſuo creditori,an poſſit exigere fructus eiuſdem cenſus ſibi debitos ante ceſſionem, non obſtante quod debitor cenſus oſtendat tres ſolutiones ſemeſtrales continuas per eum factas ceſſionario, quæ regulariter faciunt præſumi ſolutiones præteritas. ¶Ex præſtatione decennali an præſumendus ſit titulus tam in præiudicium illius, qui ſoluit,quàm tertij,itavt in futurũ ſit obligatus

SVMMARIVM.

1 *Vſura in materia* l.curabit, Cod.de action. empt. *poſſunt ſolùm peti habito reſpectu ad fructus perceptos, non vltrà.*
2 *Liquidatio requiritur, vt quis poſſit condemnari ad vſuras, & fructus.*
3 *Negotium liquidationis non habet priuilegium executiuum.*
4 *Fructus vinearum ſæpe ſolent mutari.*
5 *Diſpoſitio conuentionalis non extenditur de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, numero 6.*
7 *Fructus,qui petuntur ratione damnorum,& intereſſe, requirunt ſpecialem probationem illius, & eiſdem damnis commenſuratam, numero 8.*
9 *Iudex ex officio taxat fructus debitos iuxta* l. curabit. C.de action.empt. *ſecus ſi fuerint taxati per partes, numero 10.*
11 *Appellatio datur à liquidatione.*
12 *Solutiones tres annuæ,ſeu bimeſtrales aut ſemeſtrales faciunt præſumi fuiſſe retrò ſolutum,n.13. Idem in omnibus diſpoſitionibus etiam iuratis, num.14. & ſubrogatis loco illarum, numero 17. 18. & 19.*
15 *Solutio ex præſumptione iuris deſumpta impedit executionem cameralem, & grauat aduerſarium maiori probatione, numero 16.*
20 *Obſeruantia in ſolutionibus attenditur,quamvis non ſit præſcripta, numero 21.*
22 *Quietatio pro reſiduo, & pro toto tempore præterito facit,vt nihil amplius poſſit peti quamvis plus deberetur, numero 23.*
24 *Confeſſio tutoris non præiudicat pupillo,ſi fiat ad eum obligandum, ſecus ad liberandum, ſeu ad probationem.*
25 *Confeſſio adminiſtratoris nocet pupillo, ſi eſt adminiculata.*
26 *Ratificatio minoris facti maioris illi præiudicat.*
27 *Dominus cenſus, qui illum ceſſit ſuo creditori, poteſt exigere fructus eiuſdẽ cenſus ſibi debitos ante ceſſionẽ,non obſtante,quod debitor cenſus oſtẽdat tres ſolutiones cõtinuas ſemeſtrales per eum factas ceſſionario, quæ non faciunt præſumi retrò ſolutum. Idem in ſimilibus exactionibus, & tributis n. 28.*
29 *Titulus præſumitur ex præſtatione decennali in præiudicium illius,qui ſoluit,vt in futurum obligatus, ſecus in præiudicium tertij, numero 30.*

CAPVT DCCXVI.

Liquidatio requiritur ad hoc, vt debeantur fructus recompenſatiui ratione damnorum, & intereſſe,quia in materia *l.curab.C.de act. empt.* vſuræ poſſunt ſolùm peti habito reſpectu ad fru-
1 ctus perceptos,& non vltrà, † iuxta communem opinionem, de qua teſtatur Socin.*in l.de diuiſione,n.13.cum ſeq.ff.ſolut.matr.*Imol.*in l.ſi inſulam,§ vſuras,col.vlt.in fin.ff. eod.tit.*Bertr.*conſ.*190.*in fin. lib.2.part.2.*cum aliis per Gabr.*de empt. & vend. concl.4. n.*18. poſt Alex. *conſ.* 69.*n.*3.*in fin. & n.* 4. *lib.*1.Purpur.*in l.*1. *col.*8. *in fin. C. de ſumm.trinit.*
Quo ſtante non poteſt ſequi aliqua condemnatio
2 quo ad dictas vſuras,niſi prius facta † tali liquidatione Bald.*in l.2.n.7.& 8.C.de execut.rei iudic.* Socin.*conſ.*51.*n.*5.*& 6.lib.*1.Aym.*conſ.*231.*n.*9.Rot. *dec.*689.*n.*3.*part.*1. *in recentiorib.*Canar.*de execut. inſtrum. q.*14.Galleſ.*ad formul.oblig.camer.tit.de*
3 *liquidat.* † vbi etiam, quod eſt facienda parte citata,& etiam quod ſumus in obligatione camerali,cùm negotium liquidationis ſit diuerſum, & non habeat priuilegium executiuum : Cardin.
4 Mant.*dec.*194.*n.*4. *&* 5. † Maximè cùm agatur de fructibus vinearum, quæ magis indigent liquidatione, tanquam illarum qualitas ſæpe mutari ſoleat : Rot.*dec.*343. *n.*5.*in fin. part.* 1. *in recentiorib.* Surd.*conſ.*293.*num.*31.*lib.*2. *& dec.*282.*n.*16. Natt. *conſ.*510.*n.* 4. Achill.*dec.* 22. *de reſt.ſpoliator.* dixi ſupra *cap.* 700.*num.*20.
Neque obſtat, quod liquidatio fructuum reſpectu ſcutorum 250. non ſolutorum ſit facienda, prout eſt facta liquidatio quo ad alia ſcuta 250. videlicet ad rationẽ quinque,vel ſex pro centum. Quia in iſta liquidatione fuit facta expreſſa conuentio inter partes ad rationem dictorum quinque pro centum,quæ non adeſt in aliis ſcutis 250. in quibus à principio fuit factum pactum negatiuum, quod non debeantur fructus recompenſatiui per totum menſem Maij, vnde non competit illa via executiua,quę datur vigore obligationis cameralis pro cõuentione,& caſu expreſſo ad caſum non
5 expreſſum, † cùm non ſit noſtrum extendere diſpoſitiones conuentionales *l. fideiuſſores magiſtratuum.*69. *§.pro Aurelio, ff. de fideiuſſor.* Neque de tempore ad tempus *l.epiſt.§.vlt.ff. de pact.l.ſi eum*

§ hermeſ, C. locat. Neque de re ad rem, neque † de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, *l. miles ita hæredem 42. §. & quia diximus, ff. de milit. teſtam.* & latè declarat Bald. *in cap. 1. n. 2. verſ. pone emphyt. col. 2. in princ. qualit. domin. propriet. feud. priuet.* Maximè quia iſti fructus petuntur ratione
7 damnorum, † & intereſſe ob retardatam ſolutionem pretij, ita vt ſpecialis probatio requiratur quale, & quantum ſit damnum, Bero. *conſ.* 178 *n.* 27 *lib.* 1. Dec. *conſ.* 119. *pro tenui. n.* 11. & 12. poſt Gloſ. & Doct. *in §. curare inſtit. de actionib. & §. fin. inſtit. de*
8 *verb. obli.* † Cùm etiam tales fructus debeant dari ad rationem intereſſe, & damni & non plus, cùm aliàs committeretur vſura, vt de communi teſtatur Gabr. *de empt. & vend. concluſ.* 4. *num.* 18. *in fin.*

Nec facit, quod quemadmodum in caſu taxato per partes ad ſcuta quinque pro centum fuit facta liquidatio fructuum, ita etiam ſit facienda in caſu non taxato ad eandem rationem. Quia, vt diximus, non eſt trahendus caſus conuentionis ad caſum non conuentum, cum in illo ita partes con-
9 cordauerint, quod non eſt in iſto, † in quo licèt Iudex debeat ex officio taxare tales fructus non conuentos ex diſpoſitione *l. curabit. C. de action. empt.* pro prætenſis damnis, & intereſſe: Bertr. *conſ.* 273. *num.* 10. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 293. *n.* 31. *in fin. lib.* 2. Natt. *conſ.* 510. *num.* 7. & *conſ.* 536. *num.* 6. & 7

Non tamen ſequitur, quod iſta taxatio per Iudi-
10 cem facienda habeat illam viam executiuam, † quàm habet taxatio conuentionalis, cùm non reguletur ab obligatione camerali, quæ in tali taxatione iudicis non interuenit, neque comprehenditur in promiſſione damnorum, & intereſſe, cùm illorum liquidatio requiratur, vt dictum eſt: Be-
11 roal. *conſ.* 178. *num.* 27. *lib.* 1. † ab ea detur appellatio, quamvis liquidatio ſit in materia executiua: Rot. *dec.* 100. *num.* 29. *cum ſeq. part.* 1. Ruginell. *de appellat. §.* 2. *cap.* 3. *numero* 549.

Accedat, quod ſi aduerſarij venditores volunt iuuari ex iſta taxatione, & obſeruantia ſolutionum, illis obſtant ſexdecim quietantiæ, & ſolutiones de bimeſtri in bimeſtre continuæ, & diuerſis tem-
12 poribus factæ, † quæ faciunt præſumi ſolutiones pro tempore præterito, *l. quicumque, C. de apoch. publ. lib.* 10. cuius diſpoſitio procedit, ſiue agatur de ſolutione ſemeſtrium, ſiue trimeſtrium, ſiue bimeſtrium, cùm eadem ratio militet in iſtis ſolutionibus, quæ in annalibus: Bald. *in d. l. quicumque, num.* 6. Iaſ. *in l. diuortio. §. quod in anno. n.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Gabr. *concluſ.* 11. *num.* 14. *de præſumptionib.* Menoch. *eod. tit. quæſt.* 139. *n.* 13. *part.* 3. vbi de communi, poſt Padill. latè *in l. 1. num. 13. C. de fideicommiſſ.* Quidquid contrarium ſenſerit Alex. *conſ.* 105 *num.* 3. *lib.* 3. cùm aliud concludat *conſ.* 107. *num.* 9 & 10. *verſ. nec obſtat, ſi dicatur, & verſ. & ad hoc*
13 *non obſtat. eod. lib.* 3. † & iſta eſt verior opinio propter identitatem rationis Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, lib.* 2. *n.* 186 *de teſtam.* Pariſ. de Put. *de feud. reintegr. c.* 197. *incip. & circa materiam, n.* 19. *fol.* 111. Bald. *in l. adem, verſ. quæro quomodo accipiatur triennium. C. locat.*

Et quidem iſta præſumptio habet locum in omnib.
14 præſumptionib. etiam iuratis † Gab. *de præſumpt. concluſ.* 11. *n.* 1. *vſque ad* 8. poſt Grat. *conſ.* 121. *col.* 2. *lib.* 2. Ita vt per iſtam præſumptionem iuris, quod ſolutum cenſeatur pro tempore præterito, retar-
15 detur † etiam obligatio cameralis: Rot. *diuerſ. dec.* 92. *num.* 1. & 2. *part.* 1. Cùm etiam ſolutio probetur ex præſumptione iuris: Socin. *conſ.* 27. *n.* 30. *lib.* 4 Galleſ. *ad form. oblig. cameral. p.* 1. *q.* 3. *n.* 4. & *p.* 4. *q.* 1. *num.* 5. Adeo vt talis præſumptio afficiat onere grauiori probandi contrarium, licèt enim poſſint probari aliquæ coniecturæ pro parte aduerſarij,
16 † tamen non ſufficerent ad tollendam iſtam præſumptionem iuris Rot. *diuerſ. dec.* 92. *in fin. part.* 1

Non obſtat, quod aduerſarius non ſit creditor fru-
17 ctuum locorum montium, † ſed ſcutorum triginta quolibet anno pro fructibus recompenſatiuis, vnde non intrat diſpoſitio *d. l. quicumque*, cũ non fuerit facta quietatio per tutorem de d. fructibus ſemeſtratim ſoluendis. Quia cùm fuerit ſubrogata iſta ſolutio de bimeſtri in bimeſtre pro d. fructibus, idem operatur, tanquam ſubrogatum ſa-
18 piat naturam eius, † in cuius locum fit ſubrogatio *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.* Bart. *in l. 1. §. ſi hæc actio. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer.* Surd. *conſ.* 42. *n.* 11. *lib.* 1. vbi quod etiam procedit
19 in materia ſtricta, † & correctoria, *§. ne reliquum, verſ. vnde conſeq. auth. de hæred. & falc.* Natt. *conſ.* 346. *n.* 3. Maximè, quia ſufficit obſeruantia, per quam paſſim mutatur modus ſolutionis, ita vt poſſit fieri alio modo tam in tempore, quàm in
20 re, † quæ obſeruantia valet, & debet attendi quo ad ſimiles ſolutiones, non ſecus ac ſi à principio ita actum fuiſſet.: Bald. *in l. ſi certis annis* 28 *n.* 29 *C. de pact.* Corn. *conſ.* 81 *n.* 83 *poſt med. lib.* 2 Brun. *de augment. mone. in 2. præſuppoſ. n.* 17. *in fin.* Aym. *conſ.*
21 211. *n.* 12. *in princ.* Surd. *conſ.* 335. *num.* 27. *lib.* 3. † vbi etiam quod in tali obſeruantia non requiritur præſcriptio, & ſufficit, quamvis etiam ſolutio ſit facta per modicum tempus, & pro parte debiti. Idem Surd. *conſ.* 220. *numero* 3. *lib.* 2.

Quibus additur, quod in vna ſolutione 22. Nouembris 1616. adeſt quietatio de omnibus quę debentur pro toto tempore præterito, quæ ſola ſufficeret abſque alia præſumptione deſumpta ex *d. l.*
22 *quicumque C. de apoch. publ.* † vnde multò magis iſta ſimul iuncta probabunt omnia fuiſſe ſoluta: Pariſ. *conſ.* 108 *n.* 31 *in fin. lib.* 1. Ita vt talis quie-
23 tatio adeo præiudicet, † vt nihil amplius poſſit peti, etiam ſi plus ei deberetur, *l. ſi ex pluribus* 89 *in princ.* vbi Gloſſ. *in verb. reliquum, ff. de ſolutionibus,* Iaſ. *conſ.* 100. *num.* 3. *lib.* 4. dixi ſupra *cap.* 3 *num.* 2. *cum ſeq.* Io. Bapt. Coſt. *de clauſul. part.* 2 *clauſul.* 333 *numero* 1 *fol.* 330.

Nec aduerſatur, quod iſta cõfeſſio tutoris non præiudicet pupillis, *l. ſi certum, §. ſed an & ipſis, ff. de*
24 *confeſſ.* † Quia hoc procedit quando talis confeſſio induceret obligationem, non autem quando eſſet facta ad liberandum, ſeu ad probationem: Alex. *conſ.* 76 *num.* 9 *lib.* 6 latè Natt. *conſ.* 543 *num.* 6. *vſque ad* 11. Caſtr. *conſ.* 34 *ego Paulus, num.* 2 & 3 *lib.* 1. Gutier. *de tutel. p.* 3 *cap.* 1 *n.* 78 cum aliis per Maſcard. *concluſ.* 367 *n.* 7 & 8 Cephal. *conſ.* 101
25 *num.* 8 & 18 *vſque ad* 30 *lib.* 1 † Quod magis eſt in caſu noſtro, in quo adſunt adminicula, cum confeſſio tutoris non ſit ſola, ſed adiuncta cùm confeſſione Bernardi aduerſarij, vltra præſumptionem legis inductam per tot ſolutiones bimeſtratim factas, tunc enim illa pręiudicat pupillo, tanquam adminiculata Gloſ. *in c. dudum, il.* 2 *in verb. de veritat. ad med. de elect.* Pariſ. *in cap. fi. n.* 54 *verſ. tertia concluſio. de præſcript.* Card. Seraph. *dec.* 442 *n.* 2 Rot. *diu. dec.* 177 *n.* 4. & 5 *p.* 2 & coram Card. Ludou. nunc Sanctiſſ. D. N. Maſſilien. pecuniaria, 6. Iunij 1611 quæ eſt *dec.* 334. *num.* 1 *vſque ad*

4.p.t.*in recent.* & coram R.P.D. Andrea Mediolanen.decimarum & primitiarum de carlatio, 31 Iunij 1614 quæ eſt *deciſ.573 num.2 part.2 in recen-*
26 *tioribus.* Cùm etiam vltrà prædicta adſit ratificatio minoris, poſt quam fuit factus maior, vt in inſtrumento quietantiæ exhibito, quæ ratificatio illi præiudicat, *l.1* vbi Gloſſ. *in verb. ratam, C. ſi maior. fact. rat. habuer. & in l.1 C. ſi maior. fact. alienat. ſin. decret. rat. habuer.* Alex. *conſ.117 numero 2 lib.5* Gabr. *de minorib. concluſ.4 numero 1. cum ſeq.*

Et quoniam ſupra locuti ſumus de ſolutione trium annorum, per quam præſumitur retrò ſolutum,
27 † addendum eſt, quod nuper in facto occurrit de domino cenſus, qui illum ceſſit ſuo creditori, per quem fuerunt exacti fructus trium ſemeſtrium d. cenſus vigore ceſſionis prædictæ à debitore eiuſdem cenſus ceſſo, & cùm cedens prætenderet ab eo fructus decurſos ante ceſſionẽ, debitor ceſſus volebat ſe tueri ex præſumptione ſolutionis triũ ſemeſtrium factorum ceſſionario, quod tamen dixi non ſuffragari, quia iſta ſolutio facta ceſſionario non afficit cedentem, neque facit aliquam præſumptionem contra ipſum, ita vt non poſſit petere fructus præteritos ſibi debitos, nam idem cedens non recepit aliquas ſolutiones, quibus dicatur conſentire, & quodammodo renunciare præterito credito, ideò non prohibebitur ius ſuum proſequi, & fructus ſibi debitos petere, prout in ſpecie loquens de domino directo, qui ceſſit ius ſuum Caio contra emphyteutam concludit Catell. Cott. *in memorab. in verb. ſolut. in fin. fol. 767* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum Menoch.
28 *præſumpt.139 num.32 lib.3* † vbi infert idem eſſe in exactoribus tributorum, collectarum, oblationum, & ſimilium, qui conſueuerunt mutari, nam in iſtis adeſt probabilis ignorantia facti anteceſſoris, ita vt ſi vnus reciperet tributa per tres annos, cùm ignoraret quid in præteritum actum eſſet, præſumptio iſta ceſſaret, tanquam exactoris negligentia, & conſenſus hic non poſſit conſiderari, maximè quia huiuſmodi legis præſumptio
29 non debet nocere tertio, † prout dicimus, quod præſumptio, de qua in *l. cùm de in rem verſo, ff. de vſur.* non præiudicabit tertio, nam ex præſtatione decennali præſumitur titulus in præiudicium illius, qui vniformiter aliquid præſtitit, vt in futurum præſumatur obligatus: Menoch. *præſump.*
30 *131 n.59 lib.3* † Cùm ſecus ſit quando ageretur de præiudicio tertij. Idem Menoch. *ibid. numero 91* poſt Iaſ. *in l. ſi certis annis, numero 15 verſ. 5 limita, C. de pact.* Alex. *conſ.1 numero 20 & conſ.27 numero 8 lib.4 & in l. ſciendum, numero 12 ff. de verb. oblig.*

EPITOME.

Emptor cenſus quando poſſit agere ad reſtitutionem ſortis principalis. ¶ Pactum an ſit validum, vt cenſus extinguatur ex penſionibus domus. ¶ Et an contractus in totum annulletur, vel firmus remaneat ſublato tali pacto. ¶ Et quando illud dicatur contra ſubſtantiam contractus. ¶ Cenſus an ſuſtineatur ſi illum emens habet certitudinem redemptionis etiam aliunde, quam ex inſtrumento cum eo celebrato. ¶ Fructus in cenſu quando computentur in ſortem. ¶ Vtilitas, & æſtimatio ſi non eſt tanta in parte reſpectu partis quanta in tanto reſpectu totius an faciat contractum indiuiduum, ita vt in eo admittantur particulares ſolutiones. ¶ Contractus cenſus an poſſit fieri diuiduus ex voluntate contrahentium. ¶ Et quando dicatur facta huiuſmodi diuiſio. ¶ Dominus cenſus an poſſit compelli inuitus ad redimendam partem illius. ¶ Debitum antiquius an conſideretur reſpectu temporis celebrati contractus, ſeu ſolutionis faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis habet naturam, vt ſit perpetuus, & ſors à venditore inuito repeti non poſſit, cùm aliàs eſſet mutuum.*
2 *In cenſu admittitur repetitio ſortis quando ageretur ad implementum, & in defectum illius, ad damna & intereſſe.*
3 *Emptor cenſus per facultatem ſibi datam extinguendi illũ ex penſionib. domus eſt certus de lucro vltra ſortẽ, quod eſt prohibitũ, & pactũ non valet, & n.7*
4 *Facultas extinguendi cenſum permittitur ſolum venditori cenſus, non emptori.*
5 *Emens cenſum, ſi habet certitudinem redemptionis illius etiam aliunde, quam ex inſtrumento cum eo celebrato, facit vt cenſus dicatur inualidus. Et de ratione, num.6.*
8 *Contractus cenſus valet ſublato pacto vſurario, & num.9. Intellige vt numero 10.*
11 *Cenſus eſt ipſo iure nullus ſtãte pacto contra ſubſtantiam contractus, & reſoluitur in mutuum, & fructus computantur in ſortem, nec obſeruantia, aut confirmatio Papæ illum conualidat. num. 12. & 13.*
14 *In correſpectiuis poſito, ſeu ſublato vno ponitur, & tollitur alterum, num.15.*
16 *Inſtrumentũ nõ poteſt acceptari in parte, & partibus.*
17 *Actus eſt acceptandus cum ſua qualitate, & cauſa.*
18 *Debitum antiquum non conſideratur reſpectu temporis contractus, ſed ſolutionis faciendæ.*
19 *Contractus cenſus poteſt fieri diuiduus ex conuentione contrahentium, & quando dicatur facta diuiſio.*
20 *Dominus cenſus non poteſt compelli inuitus ad redimendam partem illius, num. 21.*
22 *Retrouenditio cenſus dicitur indiuidua propter incommoditatem, quam affert particularis ſolutio.*
23 *Vtilitas, & æſtimatio, ſi non eſt tanta in parte reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius facit contractum indiuiduum in quo non admittuntur particulares ſolutiones.*
24 *Inſtrumentum facit notorium, & probationem probatam, & illi ſtandum eſt, num.29.*
25 *Creditor tenetur ſolutionem debitoris ponere ad debitum grauius. Idem in hærede, numero 26.*
27 *Sermo teſtatoris dicitur ſermo hæredis.*
28 *Actiones paſſiuæ, & actiuæ tranſeunt in hæredem.*

CAPVT DCCXVII.

IN contractu, de quo agimus, adeſt pactum, quod Fabius concedit facultatem locandi omnia bona cenſuata, ita vt pecuniæ ex huiuſmodi affictu percipiendæ cedant in ſolutionem fructuum cenſus, & reſiduum in extinctionem ſortis principalis pro rata quolibet anno, & ſi emptor vti noluerit d. facultate locandi, non poſſit venditor locare bona cenſuata, niſi requiſito emptore, & de ipſius conſenſu, & non aliàs, nec alio modo. Ita vt ſpectet onus Fabio, ac eius hæredibus probandi, quod Iacobus, & eius hæredes vſi fuerint d. facultate locandi, ex quo d. pactum fuit appoſitum ad cautelam Iacobi gratia conſequendi fructus & ad vtilitatem Fabij, vt facilius poſ-

ſit

ſit dict. cenſus extinguere, & ſe ab illis liberare;
provt latius continetur in inſtrumento 7. Aprilis
1599.

Ex prædictis verbis videtur concludendum, quod
1 contractus cenſus fuerit nullus, † cùm pretium il-
lius nunquam poſſit dici fuiſſe liberum apud ven-
ditorem, tanquam ei datum ſub conditione, quod
repetatur quolibet momento, & anno, provt pen-
ſiones domorum, & caſalium peruenient ad ma-
nus emptoris, quod eſt contra ſubſtantiam con-
tractus cenſualis, qui habet naturam, vt ſit perpe-
tuus, & ſors à venditore inuito repeti non poſſit,
cùm aliàs potius eſſet mutuum: Couarr. *lib. 3. va-
riarum. reſolut. cap. 7. num. 2. verſ. ſecunda ratio, &
cap. 9. num. 4.* Cardin. Mantic. *dec. 14. num. 9.* Gail.
2 *obſeruat. 7. n. 14. lib. 2.* † Quidquid aliud ſit, quan-
do ageretur ad implementum, & in defectum il-
lius ad damna, & intereſſe, cuius loco venit repe-
titio ſortis principalis cenſus, non tanquam pre-
tium, ſed vt intereſſe: Rot. coram Sanctiſſ. Grego-
rio XV. Romana euictionis, 17. Februarij 1607. &
coram Cardin. Seraphino Romana dotis 17. Fe-
bruarij 1589. iuxta doctrinam Bald. *in l. ſi traditio,
quæſt. 4. num. 7. Cod. de contrah. empt.* Ruin. *conſ. 141.
num. 9. ad fin. verſ. & tamen etiam ſub tali intereſſe.
lib. 1.* Rimin. Sen. *conſ. 297. num. 10.* dixi ſupra *c. 301
num 6. & quæſt. 258. numero 24.*

Maximè quia emptor per facultatem ſibi datam il-
lum extinguendi ex penſionibus percipiendis eſt
3 omnino certus de lucro vltra ſortem, id eſt de †
conſequendo fructus eo tempore, quo non extin-
guitur cenſus, quod eſt prohibitum, & redditur
pactum inualidum Henric. Boich. *in c. in ciuitate,
ad fin. de vſur.* Bald. *conſ. 487. apparet. lib. 1.* Couar.
lib. 3. var. reſolut. cap. 8. num. 7. verſ. supereſt. tamen.
4 Imol. *conſ. 25.* † Iſta enim facultas ſolùm permitti-
tur venditori, non ementi ſecundùm conſtitutio-
nes Martini Calixti, & Pij V. vt in ſpecie conclu-
dit Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 5. art. 3. concluſ. 1*
Cortad. *de contract. quæſt. 84. concl. 3.* Summ. Ant.
part. 2. cap. 8. §. 14. circa fin. tit. 1. Rot. coram Card.
Lancell. Peruſina cenſus, 3. Februarij 1571. & co-
ram Card. Seraphin. Vrbeuetana cenſus, 18. De-
cembris 1592. Solis *de cenſib. lib. 1. c. 7. n. 15.* Nauarr.
de vſur. notab. 22. n. 72. Rot. coram Card. Pamphi-
lio Romana cenſus, 29. Nouembris 1593. impreſſa
poſt tract. Ludou. Cenc. *de cenſib. dec 283. numero 4*
Couarr *lib. 3. var. reſol. c. 2. num. 4.*

Immo quamvis emptor cenſus non eſſet certus,
quod ille redimeretur ex ſtipulatione, ſeu ex for-
5 ma contractus, † ſed aliunde haberet iſtam certi-
tudinem redemptionis, Tamen re ipſa actus eſſet
illicitus, & haberet naturam vſuræ, cùm arguatur
eius enixa voluntas deſiderans cenſus extinctio-
nem, quæ reddit illum reprobatum, & inualidum,
Summ. Anton. *part. 2. c. 8. tit. 1. §. 14. in fin.* Rot. in di-
cta Peruſina cenſus, 3. Februarij 1571. coram Card.
Lancell. & in dicta Romana cenſus coram Card.
Pamphilio, 29. Nouembris 1593. *numero 5.*

Et facit ratio, quia ſtante pactione iſta, reditus an-
nuus maior æſtimandus eſt reſpectu creditoris, &
6 ipſi vtilior, † provt è contra magis oneroſus de-
bitori, quàm ſi abſque huiuſmodi conuentione
fuiſſet conſtitutus. Nam quo ſtrictius imponitur
poteſtas redimendi, eo magis æſtimatio colligi-
tur, cùm multa poſſint accidere, ex quibus debi-
tor impediatur ſoluere, quo caſu non manet pre-
tium omnino alienatum, ſi creditor poteſt repe-
tere, ita vt ex hoc non ſolùm debitor non ſuble-
uetur, ſed in maiorem neceſſitatem redigatur,
cùm ad pretium perſoluendum poſſit cogi, quod
eſt contra ſubſtantiam contractus, tam reſpectu
reſtitutionis ſortis, quàm iniuſtitiæ pretij, vt in
ſpecie huiuſmodi rationem conſiderat Roder. *de
annuis reddit. lib. 2. qu. num. 4. & 5.*

Et magis hoc dicendum eſt, quia in tali forma con-
tractus occultatur, & delitescit quoddam mu-
tuum, quamvis enim non poſſit ſors repeti, donec
veniant ſolutiones penſionum: tamen ſuſtinetur
7 quaſi mutuum in illa ſpe occurrentis caſus, † in
quo receptis penſionibus poterit peti ſors, nam
in vim dictæ receptionis retinet naturam ſuam
reiiciendo retrò oculos quoquomodo ad tantun-
dem in genere, in quo tota ſubſtantia mutui con-
ſiſtit, provt per ſupradictas, & ſimiles rationes;
quod talis contractus ſit illicitus concludit Feli-
cian. *de cenſib. 1. cap. 10. n. 18.* latè Gutier. *pract. qu.
cap. 175. per tot. lib. 2.* Mitauel. *deciſ. 2. num. 104
lib. 2.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.
8. cap. 23. num. 24. & 25.* Nauarr. *de vſur. quæſt. 18.
num. 115. tom. 2. fol. 310.* Roder. *de ann reddit. lib. 2
qu. 1. num. 5. & 6.* Ludouic. Molin. *de contract. tract.
2. diſput. 391 clauſul. 1. ‘d. 174.*

Verum eſſet, quod conſtitutio principalis cenſus va-
lebit ſublato, pacto vſurario. Nam quamuis leges
dicant contractum vſurarium eſſe nullum, Tamen
8 intelligitur quoad vſum, & ſtipulationem vſu-
rarum, quarum ſit ademptio, & in reliquis datur
executio, & ſi non conſtat, quod aliquid fuerit ſo-
lutum in cauſam vſurarum, non fit compenſatio,
vt ſors minuatur, provt è contra illa diminuere-
tur, ſi appareret de ſolutione dictarum vſura-
rum Angel. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.*
Gail. *obſeru. 4. lib. 2. & obſeru. 5. n. 7. eod. lib.* Surd.
conſ. 327. num. 17. & 18. lib. 3. Honded. *conſ. 17. num. 5*
Barz. *de guarentig. part. 3. q. 7.* Rot. coram R. P. D.
9 Orano Forolinien. cenſus 13. Nouembris 1589. † &
in ſpecie ſimilis pacti in cenſu appoſiti: Couarru.
lib. 3. part. reſol. c. 8. n. 7. ad fin. verſ. nec tamen cenſeo,
& in terminis Bullæ Nicolai V. teſtatur ita ſeruari
Petr. Gregor. *ſuper eadem Bulla priuil. 10. verſ. 7
quæro:* & ibi Philipp. Hieronym. Firmian. cum
10 aliis, quos refert Graſſ. *de except. c. 28. n. 62.* † Dum-
modo creditor in totum non vſus fuiſſet, vel vti
vellet inſtrumento, & contractu, quia tunc etiam
in totum eſſet inualidus. Idem Graſſ. *d. cap. 28. n. 63*
Caualcan. *dec. 13. n. 37. lib. 2.*

Quibus addendum eſt, quod iſtud pactum eſt contra
11 ſubſtantiam contractus, & quod emptor poſſit
extinguere cenſum ex redditibus bonorum cen-
ſuatorum vnde videtur, quod cenſus ſit ipſo iure
nullus, vt per Rot. coram Card. Seraphino Vrbe-
uetana cenſus 18. Decembris 1592. vbi ex hoc con-
12 cluditur reſolui in mutuum, † & fructus compu-
tandos in ſortem: Pariſ. *conſ. 54. num. 79. lib. 1.* Ro-
land. *conſ. 40. n. 37. lib. 2.* quod etiam voluit Gabr.
conſ. 152. n. 4. lib. 1. Rot. coram Cardin. Blanchetto
13 Romana cenſus 15. Iunij 1595. † vbi etiam, quod
neque conſenſus partium obſeruantia, aut con-
firmatio Papæ poteſt conualidare, & quod iſta
pacta reprobentur tanquam contra ſubſtantiam
contractus: Cardin. Seraphin. Romana cenſus,
3. Nouembris, & in dicta Vrbeuetana cenſus, 13.
Nouembris 1592.

Et quamvis adſit in inſtrumento pactum, quod
venditor poſſit quandocumque redimere, Ta-

men illud fuit ſublatum ex alio inſtrumento ſub die 5. Ianuarij 1562. in quo fuit data poſſeſſio emptori cenſus omnium bonorum, donec fuerit integrè ſatisfactus de fructibus, & ſorte principali, & ſic erat in poteſtate emptoris ſibi ſatisfacere, provt tale inſtrumentum fuit per eum accepta-
14 tum, & licèt fuerit factum ex interuallo, † Tamen eſt correſpectiuum cum primo contractu cenſuali, ita vt poſito vno ponatur & alterum, tanquam illius contemplatione geſtum, ideò non debet diuerſo iure cenſeri: Bald. *in l. petens, num. 49. C. de*
15 *pact.* Aym. *conſ. 16. n. 9.* † & in ſpecie cenſus, quod non conſideretur iſtud interuallum, Summ. Anton. *p. 2. c. 8. tit. 1. §. 14. in fin.* Rot. coram Cardin. Lancell. Peruſina cenſus, 3 Februarij 1571. & coram Card. Seraphin. *dec. 1006. num. 1.*

Neque obſtat, quod ſecundum inſtrumentum fuerit acceptatum in partibus fauorabilibus. Quia immo conſtat de acceptatione quo ad omnes effectus in eo expreſſos, & inter alios, quod tranſlatio
16 poſſeſſionis ſit ad effectum extinguendi cenſum.† Cum etiam inſtrumentum non poſſit acceptari in parte & partibus, tanquam indiuiduum, ita vt agens ex eo debeat fateri omnia in illo contenta: Bald. *conſ. 15. omnis aſſeſſor, lib. 2.* & de facto acce-
17 ptando cum ſua qualitate, & cauſa † multa: Surd. *conſ. 59. n. 39. vſque ad 44. lib. 1* vbi etiam, quod non datur hoc caſu acceptatio in parte, & partibus Cephal. *conſ. 312. num. 149. lib. 3.*

Quod ad ſecundum, dicendum eſt, quod poſterior cēſus ſit prius extinguendus, cùm in eo adſit conſenſus Horatij, cuius reſpectu dicitur durior cauſa, cùm etiam adſit pactum in inſtrumēto, vt illud
18 prius extinguatur, quia † debitum antiquum non conſideratur reſpectu temporis celebrati contractus, ſed ſolutionis faciendæ, *l. ſi ex pluribus, §. vlt. de ſolut.* Ruin. *conſ. 126. n. 15. lib. 4.* Rot. *diuerſ. dec. 176. part. 2.* Menoch. *de arbitr. caſ. 493. n. 19.*

Circa tertium verior eſt opinio, vt pro parte poſſit dictus cēſus extingui. Quamvis enim contractus ſit
19 indiuiduus, † Tamen ex conuentione contrahentium poteſt fieri diuiſio, quemadmodum è contra fit indiuiduum quod erat diuiduum, *l. pedius, de arbitr.* Natt. *conſ. 479. num. 30.* Grat. *conſ. 81. num. 22 lib. 1* Put. *dec. 323 in fin. lib. 1.* Seraphin. *priuil. iuram. 107. num. 23.* provt talis diuiſio in caſu noſtro facta fuit, dum pro rata fructuum exigendorum in inſtrumento permittitur extinctio, neque enim tunc cōſideratur, quod totum pretium ſit ſimul à principio traditum, cùm tale debeat eſſe ad hoc vt ratione ipſius debeantur fructus, qui non poſſent deberi pro ea parte, quæ non fuit ſoluta. Quod non eſt in redemptione cenſus, qui remanet in parte non redempta. Vnde tunc non requiritur totius pretij conſignatio, vt in ſpecie per prædictas, & ſimiles rationes concludit Gutier. *pract. q. lib. 2. q. 114. n. 3.* Et paſſim contractus cenſus dicitur diuiduus, cùm poſſit in totum, vel in parte redimi ex voluntate contrahentium. Nam aliàs non da-
20 retur iſta diuiſio, neque † enim dominus cenſus poſſet compelli inuitus ad redimendam partem eiuſdem cenſus, provt dixi ſupra *c. 325. n. 4.* (Adde *ſup. ad c. 325. n. 4.*) ¶ Quidquid contrarium ſentiat Foller. *de cenſib. in verb. inſtrumentum gratia, n. 37 in fin.* Nauarr. *de vſur. num. 95. gl. ſ. 12.* Boccacc. *de cenſib. p. 1. n. 11. & p. 2. n. 106.* Fel. *c. eod. tit. de cenſib. tom. 1. lib. 1. c. 8. n. 16.* Lopez. *de contractib. lib. 1. c. 59* Auendan. *de cenſib. cap. 107. num. 8.* Ludou. Cenc. *eodem tract. part. 3. c. 1. quaeſt. 3. art. 8. num. 16. fol. 149*

21 † ¶ Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Roder. *de ann. redditib. lib. 1. q. 18. n. 37. in fin. & lib. 2 q. 16. num. 34.* Lup. *in l. 2. comment. 2. §. 2. n. 1. C. de pact. inter emptor. & venditor.* Milaneſ. *de Sicil. 2 n. 75. lib. 2.* & ſequitur Rot. coram Card. Pamphilio Romana cenſus, 29. Nouembris 1593. quæ eſt impreſſa poſt tract. Ludouic. Cenc. *de cenſib. dec. 283 num. 9.* & coram R. P. D. Litta Romana Saluiani interdicti, 23. Iunij 1600. impreſſa *ibid. deciſ. 272 num. 9.* iuxta *l. tutor. §. Lucius, ff. de vſufr.* Iaſ. & alij
22 *in l. quaedam, n. 4. ff. ſi cert. pet.* † Nam propter incommoditatem, quam affert particularis ſolutio, talis retrouenditio cenſus dicitur indiuidua: Tiraq. *de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 1. n. 16.* cum aliis adductis *ſupr. c. 323. n. 4.* Non conſiderato, quod non adſit iſta incommoditas reſpectu multiplicationis perſonarum, à quibus exigendum ſit reſiduum debiti, tanquam illud remaneat penès ipſum debitorem, à quo facilis erit exactio: Nauarr. *de*
23 *vſur. n. 103.* † Quia ſatis eſt, quod non poteſt eſſe tanta vtilitas, & æſtimatio in parte reſpectu ipſius partis, quanta in toto reſpectu totius, *l. ſi quis aliam. ff. de ſolutio.* Gloſſ. *in l. fundus ille, de contrah. empt. & in l. 1 in verb. partis,* & ibid. Bald. *in 4. notab.* & Salic. *5. notab. C. commun. diuid.* Bald. *in l. vxorem, §. agri plagam. in fin. de leg. 3.* Ruin. *conſ. 149. ante fin. lib. 4.* Tiraq. *d. gloſſ. 1. §. 23. n. 17.* Et per conſequens, cùm non ſit tanta vtilitas in parte, ſicut in toto, contractus erit iudicandus indiuiduus, *l. 1. §. ſi pecuniam,* & ibi Bart. *ff. depoſit.* Idem Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 3. ff. de verb. obli. & in l. 4. §. Cato. ff. eod. tit.* Bald. *in l. ſi plures. C. de condit. inſert.* Tiraq. *d. gl. 1 §. 23 n. 18. in fi.* iuxta *l. in executione, ver. ſecunda ad opus, ff. de verb. obl.* Vnde non erit pretium diuidendum per particulares ſolutiones, *l. planè, ff. fam. erciſc.* & notatur. *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. petat. & in l. tut. §. Lucius, ff. de vſufr.*

Non oberit, quod extinctio pro parte ſit collata in arbitrium emptoris, quatenus voluerit locare bona cenſuata, de qua locatione conſtare debet per probationes faciendas à Fabio iuxta formam inſtrumenti. Quia Iacobus acceptauit tranſlationem poſſeſſionis omnium bonorum factam per Fabium ad ſui fauorem de anno 1562. in cuius executionem fuit recognitus in poſſeſſorem, & dominum per conductores, qui promiſerunt ei ſoluere penſiones pro tempore decurrendas, provt illas percepit ex caſali Valerani, ac aliis bonis. Vnde ſatis doctum fuit illum fuiſſe vſum dicta faculta-
24 te locandi † cum inſtrumenta prædicta faciant notorium, & probationem probatam *cap. cum dilecti, de donat.* Bald. *in l. imperator. colum. 1. de ſtat. homin.* Dec. *conſ. 423. num. 10.*

Ex quibus etiam colligitur deciſio quarti dubij. Nam ſtante præſuppoſito, quod Antonina fuerit hæres Fabij ſui viri, & Iacobi ſui patris, & ſtante legato apothecarum, de quibus in facto, pretium illarum cedere debet in extinctionem portionis huius cenſus, cùm credatur non eſſe ſufficiens, pro integra ſumma ſortis principalis. Nam datur iſta extinctio pro parte ex adductis ſupra in ſecundo dubio. Neque præſumendum eſt huiuſmodi alienationem ceſſiſſe in ſolutionem prioris cenſus non autem poſterioris, cum debeat prius fieri extinctio de cenſu poſteriori, non
25 de primo, † & quemadmodum creditor tenebatur ſolutionem factam per debitorem ponere ad debitum

debitum grauius ; provt eſt hoc, de quo agitur *l. 1. & l. cum ex pluribus, de ſolut.* Menoch. *de arbitr.*
16 *caſ. 493. num. 1.* † Ita etiam tenebitur eius hæres, qui cenſetur eſſe vna & eadem perſona cum defuncto *auth. de iureiur. à morien. præſtit. poſt. princ.*
17 † ſermo enim teſtatoris dicitur ſermo hæredis, *l. poſthumæ ff. ad Trebellian.* & in hæredem omnes
18 actiones actiuæ, † & paſſiuæ tranſeunt, *l. pro hereditariis. C. de heredit. action.* & ita in terminis ſolutionis concludit Soc. *conſ. 293. præſens conſulta-*
19 *tio, col. 1. verſ. quib. præmiſſis. lib. 2.* † ſtante præſertim expreſſa conuentione, quod prius fiat extinctio ſecundi cenſus, vt in inſtrumento, de quo ſupra, cui ſtandum eſt *l. cum pretib. C. de probation.*

EPITOME.

Promittens, quod aliquis bene adminiſtrabit, aut habebit cuſtodiam caſtri quando teneatur pro tempore prorogato adminiſtrationis, & cuſtodiæ. ¶ Fidejuſſor tutoris an obligetur de adminiſtratis ab eo poſt pubertatem. ¶ Epiſtola an probet ad fauorem tertij quando ſumus inter Mercatores. ¶ Obligatio relatiua an valeat, ſi non conſtat de relato. ¶ Et quando verba provt, iuxta, & ſimilia ſtent interpretatiuè, & cauſatiuè, ſeu conditionaliter, & limitatiuè. ¶ Vltimus actus, ſi non compatitur cum primo, an inducat nouationem.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio generalis non reſtricta ad certum tempus pro eo, quod quis adminiſtrabit, durat pro tempore prorogato, numero 3. & 5.*

2 *Fideiuſſor promittens pro alio cuſtodiam caſtri tenetur etiam finito officio, & confirmato.*

4 *Fideiuſſor tutoris non obligatur de adminiſtratis ab eo poſt pubertatem.*

6 *Tutor finita tutela debet admonere minorem vt petat curatorem, nam alias non facta iſta diligentia, ſi adminiſtratio in alterum transferatur, tenebitur de mala adminiſtratione. Idem in ſimilibus adminiſtratoribus, numero 7.*

8 *Fideiuſſio non debet ſibi deſeruire, vt ad ſui fauorem quis fideiubeat.*

9 *Obligatio non debet eſſe ſuperflua.*

10 *Epiſtola an probet ad fauorem tertij, quando ſumus inter mercatores.*

11 *Diſpoſitio relatiua non obligat, ſi de relato non conſtat. numero 12.*

13 *Verba provt, iuxta, & ſimilia quando ſtant interpretatiuè, & cauſatiuè, ſeu conditionaliter, & limitatiuè, numero 14.*

15 *Confeſſio erronea non præiudicat.*

16 *Promiſſio cenſetur renouata per pacta ſubſequentia incompatibilia, ſecus ſi vltimus actus compatitur cum primo, numero 17. 18.*

19 *Vna perſona poteſt ſuſtinere vicem plurium, ita vt vnumquodque ius conſideretur de per ſe, n. 20.*

CAPVT DCCXVIII.

PRomiſſio, de qua in cauſa Romana fideiuſſionis, comprehendit etiam adminiſtrationem præſentis Theſaurariæ, fuit enim generalis, &
1 indefinita : neque reſtricta ad aliquem caſum, vel ſpeciem adminiſtrationis, neque limitata ad aliquod tempus, ſed ſemper, & quandocumque, & ad omnem requiſitionem, & pro omni eo quod adminiſtrabitur, tunc enim durat etiam pro tempore prorogato, vel pro officio confirmato, quidquid aliud ſit, quando eſſet pro certo tempore : Felin. *in c. de cauſis 4. col. 2 ad fin. n. 3. limit. 3. verſ.*
2 *contrarium tamen vide conſultum, de offic. delegat.* † vbi de fideiuſſore promittente pro alio cuſtodiam caſtri, qui tenebitur etiam finito officio, & confirmato : Abb. *in cap. conſtitutum, num. 11. in fin. de*
3 *fideiuſſorib.* & † eſt concluſio paſſim recepta, & magis vera, vt latè teſtatur Theſaur. *dec. 125. n. 4* Ioſoc. *in patrocin. pupillor. c. 6. n. 66. tom. 8. part. 2. fol. 360.* Andr. Gail. *obſeru. 30. n. 11. & lib. 2.* Gutier. *de contract. iuxta c. 49. n. 15. & 16.*

Quo ſtante non obſtat quod fideiuſſor tutoris non
4 teneatur de adminiſtratis ab eo † poſt pubertatem, *l. Lucius 47. §. Paulus, ff. de adminiſtr. tut.* Quia illud procedit propter fideiuſſionem factam ob cauſam tutelæ, quæ cùm ſit determinata, & limitata ad tempus non mirum ſi debet etiam producere effectum limitatum, & vt ſolum operetur pro tempore, pro quo eſt tutor, tanquam poſt illud tempus non dicatur amplius talis : *Inſtit. quibus modis tutel. finit. in princ.* Gutier. *de tutel. part. 1*
5 *cap. 71. num. 141. in fin.* † quod eſt in caſu noſtro, in quo non fuit contemplata aliqua cauſa, aut ſpecies adminiſtrationis, vnde non mirum, ſi etiam pro nouo appaltu tenebitur fideiuſſor : latè Alex. *conſ. 72. per tot. lib. 6.*

Quamvis etiam finita tutela, tutor debeat admonere
6 minorem vt petat curatorem, † cùm aliàs non facta iſta diligentia, & tranſlata adminiſtratione in alium, non ſint liberati, ſed tenentur de mala adminiſtratione, cùm enim poſſent redditis rationibus ſe liberare, ſi adminiſtrationem ſua ſponte continuent tam propter tacitum conſenſum tutorum, quàm adultorum, tenebuntur pro omnibus adminiſtratis, *l. tutores, § curator, de adminiſtr. tutor. l. ita autem, § ſi tutor.* vbi Bart. *in princ. ff. eod. tit. l. admonendi, la 3.* vbi Gloſſ. *in verb. vetaberis C. qui pet. tutor.* Andr. Gail. *obſeru. 96. num. 2. in fin. vſque ad 5. lib. 2.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 17. num.*
7 *142. vſque ad 150.* vbi † ampliat ad ſimiles ſyndicos, rectores, & procuratores : Idem Gutier. *de tutel. cap. 19. part. 2. num. 14. vſque ad 21.*

Amplius dicta promiſſio non poteſt comprehendere niſi nouum appaltum eiuſdem Theſaurariæ, non autem primum, cùm pro illo ſolùm Mazingus teneretur, nam eius riſco, & periculo tam Capſerius, quàm omnes alij miniſtri ſtabant. Vn-
8 de erat abſurdum, quod promiſſio, † ſeu fideiuſſio per eum facta ſibi deſeruiret, & ad ſui fauorem fideiuberet, *l. debitum, de pignorat. act. l. cum res, de contrah. empt.* Surd. *conſ. 196. n. 24. lib. 2.* Præſertim, quia aderat inſtrumentum cum obligatione camerali, & aliis requiſitis, in quo iam fuerat promiſſum pro mala adminiſtratione primi appaltus, ita vt non eſſet opus iſta ſecunda obligatione per epiſtolam, ex qua potius colligitur quod illius obligatio tendit ad nouum appal-
9 tum, non ad veterem obligationem, † ne aliàs dicatur ſuperflua: Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. num. 9.* Caſtr. *conſ. 175. n. 4. lib. 1.* Surd. *conſ. 127. num. 9. lib. 1.* Maximè, quia iam nouus appaltus erat factus, antequam epiſtola ſcriberetur, quod magis arguit obligationem in ea contentam reſpicere nouam, non veterem conductionem Theſaura-

xiæ, pro qua iam aderat obligatio cameralis, vt
dictum eſt.

Neq; obſtat epiſtola ſcripta ad Darinm, ex qua præ-
tenditur colligi confeſſionem Pandulphini, quod
ad eum ſpectet cura ſibi cauendi de bona admini-
10 ſtratione Stanchi Capſerij, † quæ epiſtola vide-
tur probare etiam ad fauorem tertij tanquam ſi-
mus inter Mercatores: Put. *deciſ. 11. lib. 2.* Quia
omiſſio, quod contraria opinio eſt verior, vt per
Felin. *in cap. 2. col. 1. de fid. inſtrum.* Rot. *deciſ.* 430
aliàs 18. de probat. in antiq. Reſpondetur, quod in
caſu noſtro verba epiſtolæ non ſunt prolata ſim-
pliciter, quod videlicet ipſe ſit obligatus, ſed cum
11 illa relatiua, provt in capitulis ſocialibus, † in qui-
bus, cùm non conſtet de tali obligatione, ſatis ap-
paret de errore, adeò vt tunc nulla poſſit colligi
confeſſio ex tali epiſtola: Aym. *de antiq. tempor.
part. 1. §. vidimus & abunde, n. 41. in fin.* Et generale
eſt, vt diſpoſitio referentis limitetur ſecundùm il-
12 lam diſpoſitionem, ad quam ſit relatio, ita vt
non debeat attendi, quod referens aliter diſpo-
nat, quaſi videatur errore ductus cogitans, quod
diſpoſitio, ad quam ſe refert, ita loqueretur: Alex.
*conſ. 9. ponderatis, col. vlt. in princ. verſ. & hoc ſaltem
in caſu noſtro, num. 12. lib. 5.* cum aliis ibi adductis
per Natt. *in addit. in fin. n. 6.* latè Dec. *conſ. 63. pro
tenui facultate, col. 4 in fi. verſ. nec obſtat quod verba.*
Quæ etiam procedunt, quamvis ſimus in eo, qui ha-
13 bet facultatem diſponendi, † in quo licèt iſta ver-
ba, provt, iuxta, & ſimilia ſtent interpretatiuè, &
cauſatiuè, non conditionaliter, & limitatiuè: Iaſ.
*in l. admonendi, in 1. lect. n. 29. & in 2. lect. n. 4. ff. de
14 iureiurand.* Surd. *conſ. 540. num. 7. lib. 4.* † Nihilo-
minus, hoc non procedit, quando diſpoſitio, ad
quam fuit facta relatio, reperitur, & apparet,
quod aliter loquitur, quam dictum eſt à referente
tunc enim ſtat conditionaliter, non cauſatiuè:
Menoch. *conſ. 391. num. 33. in princ. verſ. præterea. lib.
4.* poſt Grammat. *deciſ. 59. numero 9. & 24. cum ſeq.*
Maximè, quia in epiſtola dicitur, quod eſt obliga-
tus ſaltem pro ſcutis mille, provt in apocha ſpe-
ciali, in qua tamen nulla ſumma exprimitur, adeò
15 vt magis conſtet de errore referentis, † quo caſu
ſibi non præiudicat, *l. ſed ſi me putem, de condict.
indeb. l. ſi poſt diuiſionem, Cod. de iur. & fact. ignor. l.
cum de indebito, in princ. ff. de probat.*
Neque obſtat, quod quamvis talis promiſſio poſſet
comprehendere nouum appaltum, Tamen cenſe-
tur nouata per capitula ſocialia facta poſt tres
menſes, in quibus fuit conuentum, quod Capſe-
rij, & alij miniſtri ſtarent periculo Pandulphini,
16 † & quod ad eum ſpectaret deputatio miniſtro-
rum, quæ prius ad ipſum non ſpectabat, *l. pacta no-
uiſſima, C. de pact.* Gabr. *de nouat. concl. 1. n. 60. cum
ſeq.* Quia iſta nouatio intelligitur reſpectu primi
inſtrumenti inter ipſos ſocios contracti, non au-
tem epiſtolæ. Nam in primo inſtrumento omnis
cura negotij ſpectabat ad Mazxingum, & in capi-
tulis ſocialibus fuit conuentum, vt ſpectaret ad
17 Pandulphinum, † tunc enim ſtante iſta incompa-
tibilitate videtur receſſum à priori actu per ſe-
cundum, etiam ſine aliqua expreſſione: Gabr. *conſ.
81. n. 3. lib. 1.* Rot. *diuerſ. dec. 262. n. 5. part. 2.* Decian.
conſ. 21. n. 69. lib. 1. & eſt text. *in l. ſi quis ante, verſic.
idem Pomponius, de acq. poſſ.* Bald. *in l. vlt. col. 1. ad
med. verſ. vt quando forte. Cod. de nouat.* Menoch.
conſ. 381. n. 32. & 35. lib. 4. Cardin. Mantic. *de tacit. &
ambig. conuent. lib. 27. tit. 3. n. 13.* Aym. *conſ. 167. num.
9.* Card. Seraph. *dec. 1063. n. 2.* Aliud eſt in epiſtola,
in qua proponitur Capſerius, & pro[mitti]tur pro
eo, quod erit legalis, & fidelis, & ſtante iſta pro-
miſſione, datur ei adminiſtratio per Pandulphi-
num, ad quem cura totius negotij pertinebat,
18 † quo ſtante nulla adeſt incompatibilitas, cum
iſta poſſint ſimul ſtare, vt quis ſit principalis con-
ductor Theſaurariæ, & quod ſibi prouiderit de
Capſerio legali, & approbato, & quod periculum
malæ adminiſtrationis ſpectet ad approbantem,
& per conſequens, non dicitur facta nouatio,
quando vltimus actus compatitur cum primo, *l.
ſancimus, C. de ſent.* Cephal. *conſ. 454. num. 18. lib. 4*
Alex. *conſ. 193. n. 7. lib. 6.* Dec. *conſ. 400. viſo eleganti.
col. penult. ad fin. verſ. & his ſtantibus non eſſet opus,
num. 9. & conſ. 564. in cauſa n. 15. & conſ. 464. placet
concluſio. num. 4. & 5.* Cagnol. *in l. ſingularia. n. 102.
ff. ſi cert. petat.* Menoch. *conſ. 562. num. 2. & 3. lib. 6.* &
præſumpt. 134. num. 39. & 40. lib. 3. iuxta doctrinam
Bald. *in l. vlt. num. 1. C. de nouat. & conſ. 318. practica
ciuitatis, col. 2. verſ. reſpondeo, lib. 1.* Ronchegall. *in l.
3. in princ. n. 18. verſ. videtur tamen. ff. de duob. reu.*
Nec facit, quod ſi hoc admittatur, periculum appal-
tus non ſpectabit ad Pandulphinum, ſed ad Ma-
19 zingum, † Quia ex iſta promiſſione facta in epi-
ſtola, periculum locationis non ſpectat ad Mazin-
gum, tanquam ſocium, ſed tanquam ad tertium,
qui ſe obligauit pro Capſerio, & ſic in hoc caſu
conſideratur tanquam diuerſa perſona retinendo
naturam plurium, illorum vicem ſuſtinendo, *l. 1
vbi* Bald. *de offic. conſul.* Socin. *in l. cum filio, num. 28
poſt med. de legat. 1.* Surd. *conſ. 183. num. 42. & 43. lib. 2
20 & conſ. 91. num. 19. lib. 1.* † Ita vt vnumquodque ius
conſideretur de per ſe, quaſi duæ ſint perſonæ
propter diuerſitatem iurium, quæ in vno concur-
runt: Idem Surd. *conſ. 365. num. 22. lib. 3.* Aym. *in d. l.
cum filio, part. 2. num. 393. ff. de leg. 1.*

EPITOME.

Per ſecundam inueſtituram quando ſit immu-
tata prima. ¶ Et quid ſi adſint verba ponens in lo-
cum ſuum, cum ſimilibus. ¶ In venditione em-
phyteuſis facta cum conſenſu domini directi an
ſit conſideranda linea vendentis, vel generatio
emptoris. ¶ Et quando tunc emphyteuta libere-
tur à ſolutione canonis. ¶ Verba comprehenſo-
rum, quid ſignificent. ¶ Veriſimilitudo an de-
beat attendi in iudicando. ¶ Vendens vſumfru-
ctum cum conſenſu proprietarij an cenſeatur il-
lum prorogaſſe ad vitam ementis, ita vt ſit receſ-
ſum à vita venditoris. ¶ Ius nominandi an admit-
tatur non ſecuto effectu nominationis. ¶ Renun-
ciatio ſimplex in quo differat à renunciatione
animo ſubrogandi. ¶ Et quando per eas inducatur
nouus ſtatus, vel conſeruetur antiquus. ¶ Con-
ceſſio emphyteuſis, & feudi, quo caſu dicatur no-
ua, vel debeat regulari iuxta pacta prioris inue-
ſtituræ. ¶ Reſtitutio dotis an ſit facienda patri, ſi
fuit ſtipulatus illam reſtitui filiæ, eius hæredibus,
& ſucceſſoribus quibuſcumque, vel cui de iure.
¶ Ius commune an ſit ſeruandum ſtantibus pactis
etiam inſolitis appoſitis in contractu feudali, &
emphyteotico.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura prior attenditur, quæ non cenſetur immu-
tata per ſecundam ab ea dependentem, niſi aliud
expreſsè ſit diſpoſitum.*

2 In

2 *In venditione emphyteuſis facta cum conſenſu domini directi non conſideratur amplius linea vendentis, ſed attenditur generatio emptoris. Fallit ſtante pacto reſeruante veterem inueſtituram, n. 4. & 5.*

3 *Primus emphyteuta liberatur à ſolutione canonis ſi emphyteuſis vēdatur cū conſenſu domini, quamvis reſeruetur ius contra primum non conſentientem.*

6 *Ius acceptoris non eſt reſolutum, niſi prius reſoluatur ius datoris, & venditoris.*

7 *Renouatio emphyteuſis ſubrogata in locum antiqua aſſumit naturam, & qualitatem illius.*

8 *Noua inueſtitura excluditur per verba, ponendo emptorem in locum, ius, ac priuilegium ipſius venditoris, numero 14.*

9 *Subrogatum aſſumit naturam, & qualitates eius, in cuius locum ſubrogatur, etiam in materia ſtricta, & correctoris, n. 10.*

11 *Verbum comprehendo idem eſt, quod continuo.*

12 *Verba comprehenſorum ſignificant expreſſorum.*

13 *Extenſio non eſt facienda de perſona ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de re ad perſonam.*

15 *Veriſimilitudo in contractibus attenditur, & ſecundum eam eſt iudicandum.*

16 *Vendēs vſumfructū cū conſenſu proprietarij cenſetur illū prorogare ad vitā emētis, abſque eo, quod amplius attendatur vita venditoris, Intellige vt n. 17.*

18 *Obſeruātia interpretatiua nō habet locū in caſu claro.*

19 *Declaratio non datur, quando eſt certa ſignificatio vocabuli.*

20 *Facultas nominandi proximiorem intelligitur, vt gradatim ius deferatur, ita vt vno excluſo, ſequens ſit admittendus.*

21 *Geſtum ad cautelam non nocet.*

22 *Ius nominandi non amittitur, ſi nominatio non habuit effectum.*

23 *Conuentio dat legem contractui, & inducit formam, à qua non licet recedere.*

24 *Renunciatio ſimplex differt à renunciatione animo ſubrogandi: nam illa mutat ſtatum in omnibus inducendo nouum actum, iſta autem retinet priſtinam qualitatem, & n. 25.*

26 *Feudum non dicitur nouum, ſi concedatur ſub commemoratione antiquarum qualitatum, & pactorum in prima inueſtitura contentorum.*

27 *Emphyteuſis noua aſſumit naturam antiqua ſi poteſt colligi, quod ſint reſeruata iura illius.*

28 *Reſtitutio dotis eſt facienda patri, ſi fuit ſtipulatus illam reſtitui filiæ, eius heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, vel cui de iure, ſecundum quod dos debet ad patrem reuerti.*

29 *Ius commune non attenditur ſtante pacto etiam inſolito appoſito in emphyteuſi, & feudo.*

CAPVT DCCXIX.

COllegio dicebam non competere prętenſam deuolutionem, quia non fuit in aliquo immutata generatio primæ conceſſionis domus factæ Paulo, qui licèt vendiderit eandem domum Nicolao Seniori, cum conſenſu Collegij domini directi, Nihilominus idem Nicolaus expreſsè cōuenit cum Collegio, quod in defectum generationis comprehenſorum in contractibus, & quod Nicolaus non faceret aliam nominationem circa infraſcripta in futurum, tunc, & eo caſu poſt finitas d. generationes in d. contractu expreſſas, & non aliàs aliter, nec alio modo nominauit proximiorem ſuum in gradu maſculum, qui ſupereſſet tempore mortis Nicolai, & ſic ſucceſſiuè, ex quibus verbis clarè apparet, quod partes habuerunt reſpectum ad generationem Pauli, non autem ad generationem ipſius Nicolai, qui volens de nominatione ſibi proſpicere, declarauit huiuſmodi nominationem facere in defectum generationis comprehenſorū in prima inueſtitura celebrata, in qua erat ſolū facta mentio Pauli, & ſuorum filiorū, & cōſequenter ad illos, & eorū deſcendentes fuit habita relatio, & ſic non poteſt dici, quod fuerint immutatæ generationes primi ac-
1 quirentis, † vnde erit attendenda prior inueſtitura, quæ non cenſebitur immutata tanquam antiquior, ſed ſecunda ab ea dependens erit facta iuxta conditiones primę, niſi aliud expreſsè ſtatutum eſſet: latè Aldobr. *conſ. 42 n. 6. & 7. lib. 1.* Card. *conſ. 92. in prin.* Dec. *conſ. 184. in cauſa iſtorum, col. 3. ad fi. verſ. nō obſtat quod in alia, n. 3.* Caſtr. *conſ. 61. videtur dicēdū, col. fi.* aliàs eſt *cos. 170. l. 1.* Bald. *in l. 1. col. pen. C. quād. nō pet. p. & in c. 1. §. vlt. col. fin. de feud. guar.*

Non obſtat, quod venditio emphyteuſis, de qua agi-
2 mus, ſit facta cum cōſenſu Domini directi, † quo caſu linea primi vendentis non conſideratur, ſed attēditur linea, & generatio acquiſitionis, & emptoris, in cuius perſonam fuit facta mutatio ſucceſſionis, vt poſt Bald. Caſtr. Anchar. & alios relatos concludit Pereg. *conſ. 31. n. 3. & 10. ad med. lib. 1* ita vt etiam liberetur primus emphyteuta à ſolu-
3 tione canonis, † quando emphyteuſis venditur cum conſenſu domini, quamvis reſeruetur ius contra primum, cùm ſit reſeruatio cōtraria facto, dummodo primus non conſentiat: latè Maſtrill. *dec. 55. per tot.* Quia prædicta procedunt quando non adeſſet pactum in contrarium, nam illo non exiſtēte dicitur facta renouatio emphyteuſis, quæ ſumit initium ex perſona ſucceſſoris, tanquam ſit noua cōceſſio, adeò vt per venditionē de cōſenſu domini celebratam videatur remiſſum omne ius in manu eiuſdem domini, & ab eo poſtea nouiter
4 datum emptori, † & ita loquitur Bald. *in auth. ſi quas ruinas, n. 4. col. 2. in fi. verſ. 3. fiet renouatio. C. de ſacr. eccl.* vbi conſiderat non ſolum mutationem ſucceſſionis, ſed renouationem, quod etiam ſequitur Iaſ. *in l. vlt. n. 33. in princ. C. de iur. emphyt.* & declarat etiam Caſſan. ſuper conſuetud. Burg. *rub. 11 §. 6. in tex. ibi tontra lo tenentier, n. 22. verſ. 3. fiet renouatio, fol. 1426.* Caldaſ. *de renou. emphyt. q. 2. n. 11. in fin.* poſt Afflict. *in c. 1. § aut ſi n. 40. quib. mod. feud. amitt.* Iacob. de S. Georg. *in auth. qui rem, n. 135. C. de ſacroſ. eccl.* & in iſtis terminis etiam conſuluit Peregr. *in d. conſ. 33. num. 3. & 10. lib. 1.*

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo fuit dicta pręciſà reſeruatio, & conuentio iuxta generationem com-
5 prehenſorum in veteri inueſtitura, † & poſt finitas generationes in eadem prima inueſtitura expreſſas, per quam reſeruationem apparet, quod non eſt facta noua emphyteuſis in perſona emptoris, ſed remanet prima, iuxta quā emptor ſuccedit cum periculo vitæ illorū, qui ſunt in priori conceſſione comprehenſi, quaſi tale periculum ſit emptum, & nihil immutatum propter talem clauſulam reſeruatiuam, vt declarat Milaneſ. *decif. 8.*
6 *n. 80. vſque ad* 83. † & ideò in hoc caſu non dicitur reſolutum ius acceptoris, niſi prius reſoluatur ius datoris, & vēditoris *l. lex vectigali, ff. de pignoribus, l. peto, §. prædiū, de leg. 2. l. neceſſario, §. fin. ff. de perit. & commod. rei vend.* & in propoſito Calcaſ. *de nominat. emphyt. q. 2. n. 12. ad fin. & q. 3. n. 12 cum ſeq.*
7 † vbi etiam quod hæc reuocatio tanquam ſub-

gata in locum antiquæ aſſumet naturam, & qua-
litatem illius : Bald. *in c.1.in princ.* vbi Afflict. *n. 2*
de vaſall.decrep.atat. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1
gloſ.10.n.27.in fin. Melchior. Palacz. *de maiorat.q.5*
n.14.tom.10. part.1. fol.426.

Maximè, quia vltra illa verba, comprehenſorum, &
poſt generationes finitas in primo contractu ex-
8 preſſas, † adeſt etiam clauſula, ponendo empto-
rem in locum, & ius, ac priuilegium ipſius vendi-
toris, ex quibus verbis magis excluditur inueſti-
tura noua: Affl. *in c.1.n.11. de vaſall.decrep.atat.* &
in c.1.n.22.de gradib.ſucced.in feud. quem refert &
9 ſequitur Schrader. *de feud.p.2.c.3.n.55.* † Quaſi ſub-
rogatum aſſumat naturam, & omnes qualitates, &
alia quæcumque eius, in cuius locum ſubrogatur,
l.ſi eum,§ qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. Bart. *in l.*
1.§.ſi hac actio, ff. ſi quis teſtam.lib. eſſe iuſſ.fuer. Surd.
10 *cõſ.42.n.11.l.1.* † vbi quod etiã hoc procedit in ma-
teria ſtricta, & correctoria, §. *reliquum, verſ. vnde*
conſequens auth.de hered. & falc. Natt. *conſ.346. n.3*

Neque obſtat, quod dicta verba, comprehenſorum
intelligantur de generatione ſimilitudinaria, vi-
delicet vt fiat relatio ad ſimilitudinem generatio-
nis Pauli, non autem perſonarum. Quia iſte in-
tellectus eſt contrarius verbis illis comprehen-
ſorum, quæ denotant perſonas comprehenſas in
inueſtitura, non ſecus ac ſi dictum fuiſſet, eorum
qui continentur in generatione antiqua, † cùm
hoc verbum comprehendo idem ſit, quod conti-
neo, *l. ſtipulationes commodiſſimum, verſ. ſecundo*
ſpecialiter, ff. de verb.oblig. l. fi. §. hac omnia munera,
ff. de muneribus & honoribus, Rebuff. *in l. q.115. col.*
4.poſt princ. ff. de verborum ſignificationib. & ſic in-
12 telligentur expreſſę perſonę, † cùm etiam hoc ver-
bum, comprehenſorum, ſignificet expreſſorum, *l.3*
verſ. & quorundam nomina, ff. de appellat. l.2. §. Se-
natus, verſ. vt ſententia comprehendatur, ff. de iur.
fiſc. & ſi forte, §. etiam, ff. ſi ſeru. vendic. l. non poſſunt,
ff. de legibus. Rebuff. *in d. l. qu.115. col.4. in princ. ff. de*
13 *verborum ſignificat.* † Præſertim cùm tractetur de
deuolutione, in qua non eſt noſtrum extendere
actum de perſona ad rem, neque de tempore ad
tempus, neque de re ad perſonam *l. miles ita here-*
dem, §. & quia diximus, de militar. teſtam. Bald. *in*
cap.2.n.2.verſ. pone emphyteuta, columna 2. in princ.
qualit.domin.feud.propriet.prinet. Stantibus etiam
verbis poſt finitas generationes in primo contra-
14 ctu expreſſas, † quæ vltra illa verba, comprehen-
ſorum, magis denotant fuiſſe factam relationem
ad antiquam inueſtituram, ſecundùm quam erat
regulanda ſucceſſio tanquam in eius locum ſub-
rogata Natt. *conſ.346.n.3.*

Cùm etiam Nicolaus tempore contractus eſſet ſexa-
genarius, & clericus, & prothonotarius Apoſtoli-
cus abſque vlla ſpe prolis, ita vt ex hoc magis cre-
dendum ſit voluiſſe emere vitam perſonarum ex-
preſſarum in generatione Pauli, qui tunc tempo-
15 ris habebat multos filios: † & iſta veriſimilitudo
in contractibus etiam ſtricti iuris multum opera-
tur, & ſecundùm eam eſt iudicandum *l. vlt. qua*
res pignor. oblig. poſſ. Card. Mantic. *de tacit. & am-*
big. conuent. lib.14. tit. 29. n. 16. & 33. & latius lib. 3
tit.1.n.3.cum ſeq. Fulgoſ. *in l.3. §. ſi quis inſulam, ff. de*
eo quod cert. loc. Iaſ. *in l.1. in 1. notab. eod. tit.* Pariſ.
conſ.110. num.57. lib. 1.

Nec facit, quod dicitur de vſufructuario, qui ven-
dens vſumfructum cum conſenſu proprietarij, †
16 cenſetur illum prorogare ad vitam ementis abſ-
que eo quod amplius attendatur vita venditoris, *l.*
nuper de donat. int. vir. & vxor. Bald. *in l.1. C. ſi pi-*
17 *gnus pignor. dat. ſit.* † Quia procedit quando vſuſ-
fructus nouus conſtituitur in perſona ementis de
conſenſu proprietarij: Pinel. *in l.1.p.3.n.40 ad med.*
verſ. infertur nono, C. de bon. matern. Aliud eſt in
caſu noſtro, in quo fuit facta emptio emphyteuſis
iuxta formam antiquæ inueſtituræ abſque muta-
tione perſonæ, ponendo emptorem in locum pri-
mi, quod facit vt non dicatur noua conceſſio :
Schrad. *de feud.p.2.c.3.n.55. cum alijs ſupra adductis.*

Neque obſtat prætenſa obſeruantia, Quia cùm ſi-
mus in verbis contractus claris, & apertis, non
18 habet † locum obſeruantia interpretatiua : Dec.
conſ. 49. præſtantiſſimè doctor. col.1. in fin. verſ. & ſi
dicatur. Aret. *conſ.115.n.2.* Bero. *conſ.34. num.9. lib.3.*
Natt. *conſ.318.n.1.* Surd. *conſ.426. n.42. lib.3.* Card.
19 Seraph. *dec.1108.n.7.* † Cùm non dicatur declara-
tio, quando eſt certa ſignificatio vocabuli : Caſtr.
conſ.340. præmiſſis, n.1. lib.1. Dec. *conſ.31. pro tenui, n.3*
cum aliis per Becc. *conſ.3.n.44.*

Et quatenus pars aduerſa velit ſe fundare in huiuſ-
modi obſeruantia, hoc magis faciet pro exclu-
denda prætenſa deuolutione, & iuuat nomina-
tum, in cuius perſona adhuc emphyteuſis dicitur
durare ob nominationem factam à Nicolao de
proximiore, contra quam non poterit dari defe-
ctus, aut impugnatio, cùm pars ſe in ea fundet,
Quamvis verè nominatio ſit valida, non obſtan-
te, quod dicatur non potuiſſe fieri ſecundam no-
minationem, cùm hoc ſit contra expreſſam con-
uentionem, in qua præſente, & conſentiente Col-
legio fuit data facultas nominandi proximiorem
ſuum in gradu maſculum, qui ſupereſſet tempore
20 ſui obitus, & ſic ſucceſſiuè, † quæ verba non poſ-
ſunt adaptari, niſi ad alium proximiorem poſt
eum, vt ſic gradatim ius deferatur, & vno excluſo
ſequens admittatur, *l. vlt. C. de verb. ſignif. l. cum*
ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.2. Card. Mant. *de*
coniect. vlt. volunt. lib.8. tit.18. n. 68. ad med.

Et quamuis adeſſent filij primi emphyteutæ, Non
21 tamen poteſt impugnari nominatio, † cùm fuerit
facta ad cautelam, vt legitur in inſtrumento, quæ
non nocet : Bald. *in l. teſtamentum, n.3. C. de teſtam.*
Maximè quia filij poterant prędecedere, quo caſu
locus erat nominationi, cùm non fuerit amiſſum
22 ius nominandi: † Card. Seraph. *dec.589.n.10.* poſt
Bero. *conſ.106.n.28. in fin. lib.1.*

Et ita ex prædictis fuit deciſum in huiuſmodi cauſa
Romana prætenſæ deuolutionis domus, & cùm
denuò pars aduerſa peteret audiri, fuit propoſi-
tum dubium, an eſſet recedendum à deciſis, quod
tamen dicebam reſoluendum eſſe negatiuè, cùm
nihil de nouo opponatur, cui non ſit plenè ſatiſ-
factum ex ſuperius allegatis, & ex abundanti ite-
rum dicitur non obſtare, quod ſimus in tribus
contractibus, in quorum primo fuit contemplata
generatio Pauli, cùm in ſecundo, & tertio fuerit
contemplata generatio Nicolai, Nam contrarium
apparet ex lectura inſtrumentorum, quæ ſe ex-
preſsè referunt ad primam generationem Pauli,
& ad comprehenſos in priori inueſtitura, quæ
erit attendenda tanquam eam partes contempla-
23 uerint, & per illam detur lex contractui, † & in-
ducatur forma, à qua non licèt recedere, etiam
ſi repugnet naturæ ipſius emphyteuſis, Afflict.
deciſ.265. num.12. in fin. Aymon. *conſil. 624. num. 24*
cum aliis per Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig.*
conuent.

conuentionibus, lib.23.tit.19. numero 9. vſque ad 12. Neque eſt inconueniens, quod emphyteuta vendat emphyteuſim cum conſenſu domini, & emptor ſequatur vitam, & generationem venditoris, nam quamvis talis conſenſus operetur mutationem lineæ in perſonam acquiſitoris, tamen hoc procedit, quando nouus acquiſitor nõ expreſſit aliquam generationem ſecus facta expreſſione, & reſeruatione generationis comprehenſorum in prima inueſtitura, tunc enim non dicitur facta aliqua mutatio lineę, ſed tanquam ſubrogata aſſumit omnes qualitates illius, vt dictum eſt ſupra num. 4. & 9 ex adductis per Caldaſ. de nominat. emphyt. q.2.n.12 ad fin. & q.3.n.12. cum ſeq. poſt Bald. in c.1. in princ.
24 de vaſſall. decrepit. ætat. † vbi adducit ſimile de renunciatione ſimplici, quæ differt à renunciatione animo ſubrogandi, nam illa mutat ſtatum in omnibus ita vt faciat nouum actum, iſta autem retinet priſtinam, & antiquam qualitatem propter virtutem ſubrogationis, l. ſi donare, §. ſi ſponſus, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. idem. ſeruandum,
25 de legat. filiæ, §. Titia, ff. de cond. & demonſtr. Et † ita concordanter iura, quæ volunt, vt propter nouitatem perſonarum, & nouitatem inueſtituræ dicatur facta alteratio quando aliquid renunciatur iuxta l. cum in plures, §. lege dicta, ff. locat. l. Valerianus, ff. de prætor. ſtipulatio. l. cum apud Sempronium, 20. ff. iudicat. ſolu. Quia procedunt, quando ſimpliciter fit nouatio, non autem quando adeſt aliqua qualitas, quæ operetur ſubrogationem, vt in d. l. cum apud Semproniũ, in fin. vbi Glo. in verb. ſubſtitutus, & in d. l. Valerianus, in verb. voluerit, ad med. & notat Afflict. in d. c.1. n.11. de vaſall. decrepit. ætat. Quibus conferunt, quæ dicuntur de feudo, ſeu em-
26 phyteuſi renouata, † quæ non dicitur noua, quando eſt facta ſub cõmemoratione aliquarũ qualitatum, & pactorum in prima inueſtitura conceſſorum: Alex. conſ.30. col.3. verſ. & ita etiam colligitur, lib.1. quod eſt repetitũ conſ.2. lib.5. Aſtenſ. conſ. 79. col.2. Aret. in l. ſi mihi & Titio, ff. de verb. oblig.
27 Aym. de antiquit. temp. part.5. n.26. † Quod etiam paſſim ſeruatur, quando ex aliquibus verbis poteſt colligi, quod fuerint reſeruata iura emphyteuſis antiquæ, tunc enim ſemper emphyteuſis noua aſſumet naturam antiquæ: Rom. conſ.1. in fi. & conſ. 311. in prin. vbi latè Mand. in verb. non deſinit. Curt. Sen. conſ.49. n.88. Dec. conſ.78. licèt in caſu, n.6. Ferret. conſ.103. n.5. Tiraq. de retract. lign. §.32. gl. vnic. n.38. Iaſ. conſ.136. col.4. cum ſeq. lib.4. Aym. de antiq. temp. p.5. n.26. poſt pr. verſ. contrarium quod immo: Minus obſtat ſimile, de quo in deciſione R.P.D. Ve-
28 roſpi Romana dotis 29. Februar. 1616. vbi † quod patri eſt facienda reſtitutio dotis, cum ipſe fuerit ſtipulatus Vincentiæ filiæ, illius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vel cui de iure, ſecundùm quod dos debet reuerti ad patrem, Quia in caſu noſtro non eſt ſeruandus ordo iuris mandantis, vt facta venditione emphyteuſis cum conſenſu domini directi, cenſeatur mutata perſona ven-
29 dentis in perſonam emptoris, † cùm habeamus pactum expreſſum, in quo fuit reſeruata generatio comprehenſorum in contractibus præcedentibus, vnde per talem conuentionem fuerit receſſum à diſpoſitione iuris, qua omiſſa pactum erit ſeruandum etiam in emphyteuſi, & feudo, quamvis etiam eſſet inſolitum, & exorbitans à communi natura ſimilium contractuum, cap.1. de feud. non habent. propr. natur. feud. Natt. conſ.679. n. 2. Menoch. conſ.1. n.347. Rolan. conſ.16. n.8. lib.3. Aldobr. conſ.1. n.251. Rim. Iu. conſ.1. n.56. Curt. Iun. d. feud. p. 1. q.6. n.28. & 29. cum aliis per Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.23. tit.22. n.8. vſque ad 19. Et ita etiam iterum in huiuſmodi cauſa fuit deciſum, quod non competat aliqua deuolutio, imponendo in perpetuum ſilentium Collegio, per quod denuò fuit reclamatum, & commiſſa cauſa, in qua tamen nihil adhuc fuit concluſum.

EPITOME.

Minor non habens tutorem quomodo ſit citandus. ¶ Creditores, & legatarij an debeant citari in forma iudicij per hæredem ad videndum confici inuentarium, vel ſufficiat extraiudicialis conuocatio. ¶ Et quid in inuentario tutoris. ¶ Hæres quando præſumatur omnia bona deſcripſiſſe in inuentario. ¶ Et cui incumbat onus probandi non adfuiſſe alia de tempore obitus teſtatoris. ¶ Proteſtatio addendi in inuentario, ſi aliquid reperiatur, quod non ſit in eo deſcriptum, quid operetur. ¶ Beneficium inuentarij an amittatur non exiſtente dolo. ¶ Minor reſtitutus aduerſus aditionem hæreditatis, & inuentarium an debeat refundere omnia accepta, & conſumpta etiam in ſe alendo, & ſi quid dolo factum eſt, quod ad eum non peruenerit. ¶ Et an requiratur, quòd ex illis ſit factus locupletior. ¶ Et ad quem ſpectet probatio locupletationis, ſiue petatur reſtitutio aduerſus contractum validum, ſiue nulliter geſtum. ¶ Sententia reſtitutionis in integrum an ſit intelligenda cum refuſione omnium acceptorum, quamvis de ea nulla fiat mentio. ¶ Reputatio an ponatur pro computatione, vel compenſatione & reſtauratione. ¶ Et quomodo declaretur titulus C. de reput. quæ fiunt in iudic. reſtitutionis in integr.

SVMMARIVM.

1 *Cognati, & affines ſunt citandi, ſi minor non habet tutorem.*

2 *Creditores, & legatarij non debent citari per hæredem ad videndum confici inuentarium in formam iudicij, ſed ſufficit quomodocunque extraiudicialiter vocentur, & n.4. Fallit in inuẽtario tutoris, n.5*

3 *Diſputatio validitatis inuentarij differtur in tempus in quo hæres vult vti illius beneficio.*

6 *Hæres præſumitur omnia bona deſcripſiſſe in inuentario, & probandum eſt per eum, qui illud impugnat, quod adeſſent alia bona tempore mortis, vel paulò ante mortem, n.7. & 8.*

9 *Proteſtatio de apponendo bona forſan omiſſa in inuentario inducit bonam fidem, & excludit dolum.*

10 *Hæres ſine dolo nũquã perdit beneficiũ inuẽtarij, n.11*

12 *Minor reſtitutus aduerſus omiſſum inuentarium, & aditionem hæreditatis debet præſtare omnia quæ ex ea percepit, & ſi quid dolo factum eſt, quod ad eum non perueniret, n. 13.*

14 *Reputatio ponitur pro computatione, ſeu compenſatione, vel reſtauratione, & ita declaratur titul.* C. de reputat. quæ fiunt in iudic. reſtitut. in integr.

15 *Reſtitutio eſt cõcedenda, ita vt vnicuiq; ius ſuum conſeruetur, reponendo omnia in priſtinum ſtatũ, n.16*

17 *Sententia reſtitutionis in integrum debet intelligi cum refuſione omnium acceptorum, quamvis de ea nulla fiat mentio.*

18 *Refuſio acceptorũ facienda per minorẽ reſtitutũ in integrũ intelligitur, quatenꝰ ſit factus locupletior, n.19.*

20 *Onus probandi locupletationem minoris cui incumbat. num. 21. 22. & 23.*

24 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus contractum validum tenetur probare, quod pretium non fuit conuerſum in eius vtilitatem, ſecus ſi fuerit nulliter geſtus, num. 25.*

26 *Iudices reſtituendo minores mandant eis, vt accepta refundant, quamvis non probetur illorum verſio ad commodum ipſorum.*

27 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus aditionem hæreditatis an debeat refundere omnia quæ conſumpſit etiam in ſe alendo.*

28 *Solutio facta tutori præſumitur verſa in vtilitatem pupilli.*

CAPVT DCCXX.

INuentarium, de quo agebatur in cauſa Romana legati, eſt legitimè factum non obſtantibus prætenſis nullitatibus, Nam quod non fuerit citatus Laurentius legatarius non verificatur, cùm potiùs de contrario conſtet propter citationem
1 factam matri, † quæ ſufficit, quando filius eſt minor, & pupillus, ſi enim tales perſonæ non habent tutores, requirendi ſunt cognati, vel affines, & ſi qui fortè alij ſint, quos veriſimile eſt defenſionem pupilli, pupillæve non omiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione, Iſta ſunt verba text. *in l. hac autem, §. poſt princ. verſ. ſi autem non habeant, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Aym. *conſ.* 225. *num.* 6. Franc. Porcell. *de inuentar. c.* 2. *n.* 3. *in fin. tom.* 8. *n.* 2. *fol.* 158. Roland. *eod. tit. verſ. ſed quid dicendum quando non eſt infans, num.* 1. *cum ſeq. p.* 3. *fol.* 53.

Non obſtat ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 49. Quia procedit in iudicialibus, in quibus eſt prouidendum
2 pupillo de tutore, & curatore, Nos † autem ſumus in extraiudicialibus, nam ad validitatem inuentarij, quod fit per hæredem, non requiritur, quod creditores, & legatarij citentur in forma iudicij ad videndum illud confici, cùm ſufficiat conuocatio, denunciatio, ſeu proteſtatio etiam facta extra iudicium, vt creditores, & legatarij veniant, ſi voluerint illi actui interuenire, talis enim eſt actus inuentarij, tanquam Iudex ſuper eo non habeat aliquid interloqui, ſeu pronunciare negando, vel concedendo, provt nec aliquis poteſt contradicendo impedire; quominus inuentarium
3 fiat, † quamvis etiam non rectè illud hæres faceret, quaſi diſputatio validitatis illius differatur in tempus, quo idem hæres vult vti beneficio inuentarij, Cagnol. *in l. ſi quis maior, n.* 51. *C. de tranſact.*
4 Aym. *conſ.* 89. *n.* 6. Phanuc. *de inuentar. p.* 3. *n.* 8. & ita in ſpecie, quod iſta conuocatio ſufficiat, & non ſit in forma iudicij, ſed actus extraiudicialis, non actus fori concludit: Bart. *conſ.* 154. *Martianus, n.* 5. *cum ſeq. lib.* 1. Bald. *in l. fin. §. cum igitur, n.* 13. *C. de iur. deliber.* cum aliis per Phanuc. *de inuentar. p.* 2. *n.* 7. *vſque ad n.* 10. Porcell. *eod. tit. c.* 2. *n.* 9. *tom.* 8. *p.* 2. *fol.* 158. Vital. Camban. *de clauſul. in verb. nil nouari*
5 *inuentar. confect. pendent. n.* 16. *ad med. fol.* 111. † vbi quod contraria procedunt in inuentario tutoris, cùm aliud ſit in inuentario hęredis, cui non oportet adminiſtrationem committere; ſicut tutori; provt diſtinguit Bald. *in auth. ſed cum teſtator, n.* 11 *&* 12. *C. ad leg. falcid.*

Non obſtat, quod non fuerint deſcripta omnia bona in inuentario, Quia hoc eſt probandum per Ad-
6 uerſarium, † cùm præſumatur, quod nulla alia bona adſint, quam ea, quæ ibi ſunt poſita Gl. *in l. cum de lege, ff. de probat.* Natt. *conſ.* 238. *n.* 2. cum aliis latè per Rot. *dec.* 607. *n.* 1. *p.* 1. *in re. centiorib.* Et bona, quę prętenduntur reſeruata in diuiſione facta per ſeptem menſes ante obitum teſtatoris licèt non
7 fuerint deſcripta, † Tamen non probatur, quod tempore mortis adeſſent, provt erat probandum, vt in *d. dec.* 607. ¶ Et Honded. *conſ.* 35. *num.* 52. *&* 53. *lib.* 1. loquitur paulò ante mortem. ¶ Et Menoch. *præſumpt.* 24. *n.* 12. *lib.* 1. ponit ſimpliciter regulam, quod ſi quis habuit aliquam rem tempore præterito, præſumitur hodie habere: Alciat. *præſump.* 25. *reg.* 2. *num.* 1. Quia iſta præſumptio non ſufficit in inuentario, & eſt probandum concludenter, quod alia bona tunc temporis extarent in hæreditate, ne ſequatur abſurdum, quod ex iſta ſola præſumptione hæres dicatur ſubtraxiſſe bona, quæ non
8 deſcripſit, † ideò ad excludendum delictum, præſumitur pro hærede, vt nulla alia inuenerit, præter deſcripta, & aduerſarius tenetur præciſe probare, quod adeſſent tunc temporis alia bona, cùm maior præſumptio ſit pro hærede, ita vt tollatur præſumptio præteriti in futurum, *l. ſcimus, §. licentia,* vbi Bart. *C. de iur. deliberand.* Alciat. *præſump.* 20. *n.* 1. *cum ſeq. reg.* 3. Pariſ. 45. *n.* 2. *lib.* 2. Card. Seraph. *dec.* 504. *n.* 6. Rot. *d. dec.* 607. *n.* 1. *in fin.* dixi latè *ſupr. c.* 570. *n.* 19. *part.* 3.

Et quidquid ſit, adeſt clauſula cum proteſtatione de
9 apponendo forſan omiſſa, † per quam bona fides reſultat, & excluditur dolus: Bald. *in auth. ſed cum teſtator. n.* 18. *C. ad leg. falcid.* Surd. *deciſ.* 222. *n.* 21. *&* 22. Rot. coram R. P. D. Manzanedo Romana pecuniaria, 22. Iunij 1615. Et paſſim talis dolus, &
10 fraus eſt probanda, † cum ſine ea nunquam hæres perdat beneficium inuentarij: Beilon. *conſ.* 39. *n.* 6. Mant. *de inuentar. c.* 3. *n.* 4. cum aliis per Surd.
11 *deciſ.* 222. *n.* 13. *&* 14. † & ita ſemper Rota tenuit coram Card. Ludouiſio nunc Sanctiſſimo D. N. Romana inuentarij de Maſſainis, 14. Maij 1604. & coram R. P. D. Penia Romana cenſus de Carauaſchinis, 22. Iunij 1609. & in d. Romana pecuniaria coram R. P. D. Manzanedo, 22. Iunij 1615. & in pluribus aliis cauſis, in quibus nunquam Rota inualidauit inuentaria propter iſtas ſubtilitates, niſi probato dolo, præterquam in cauſa Romana fructuum coram R. P. D. Dunoz. in qua nihil aderat, per quod poſſet ſuſtineri inuentarium, Immo illa non obſtante neque Rota voluit aliquid decidere in caſu ſimili coram R. P. D. Manzanedo Romana caſalis palazzetti de Paluzzellis. Et ita ex prædictis fuit iudicatum pro validitate inuētarij.

Quo ad alium dubium, omiſſa diſputatione an reſtitutio petita ſit concedenda aduerſus aditionem hæreditatis, & inuentarium non legitimè confectum, videndum eſt ad quid minor teneatur, quatenus ei competeret beneficium reſtitutionis in
12 integrum, † & quidem in hoc habemus textum clarum *in l. ait prætor.* 7. *in fin. D. de minoribus,* vbi diſponitur, quod minor, qui poſt aditam hæreditatem reſtituitur, debet præſtare ſi quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec periit per imbecillitatem ætatis. ¶ Idem dicitur *in l.* 1. *C. de reputationibus quæ fiunt in iudic. reſtitutio. in integr.* vbi generaliter ſtatuitur, quod qui reſtituitur in integrum, ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro, & ideo quidquid ad eum peruenit, vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio
13 contractu, hoc debet reſtituere. † ¶ Subditur.

tur poſtea *in dict. l. in fin.* Sed & cùm minor adiit
hæreditatem, & reſtituitur mox quidquid ad eum
ex hæreditate peruenit debet præſtare, immò
etiam præſtabit ſi quid dolo factum eſt, quod ad
eum non perueniret, cùm hæc in iure æquiparen-
tur, *l. 1. §. in pupillum, ff. depoſiti.* Gloſſ. *in l. 3. in princ.
§. pupillus, in verb. locupletior, ff. de negot. geſt. & in l.
3. in princ. in verb. locupletior, ff. commodat.* Azo. *in
d. l. 1. in ſin.* & ibi Cyn. *n. 2.* Salic. *in princ.* Bald. *num.
tertio in fin. Cod. de reputat.* Cuiac. *ad var. titul.
digeſtorum rubr. de minoribus in l. ait prætor. colum.
tertia. fol. 159.*

Quare per Doctores ita declaratur titulus *C. de repu-*
14 *tationib. quæ fiunt in iudicio reſtitution. in integr.* †
qui propriè ſpectat ad ſupputationes, ſeu reſtau-
rationes faciendas per minores, qui in integrum
reſtituuntur. Nam reputatio in hoc caſu exponi-
tur pro computatione, vel pro compenſatione,
vel pro reſtauratione, cùm enim debeat reſtituere
quidquid ad eum peruenit, vel ſit reputatio, &
demum compenſatio eius, quod recepit, vel reſti-
tutio, prout declarat Rebuff. *in l. rei appellatio. 5. in
princ, col. pen. verſ. ſed in rubrica, ff. de verb. ſignific.
fol. 63.* iuxta *l. 2. ff. vbi pupill. educar. debeat, l. ſi eum,
de fideiuſſoribus, c. nuper de bigam. l. Neſennius, 35 in
princ. ff. de neg. geſt. l. item ex diuerſ. 19. ff. fam. erciſc.
l. 1. in princ. digeſt. de impenſ. in rebus dotalibus fact.
l. ſi in hærede, 33. §. Lucius Titius, in fine, ff. de admi-
niſt. tut. l. minor vigintiquinque annis, 41. in fine. ff. de
minoribus*, quod etiam notat Azo. *in ſumm. in rubr.
C. de reputation. num. 1.* & ibi Cuiac. *in princ.* Idem
Cuiac. *ad var. tit. digeſt. rubr. de minorib. ad l. quod
ſi minor. §. reſtitutio poſt prin. fol. 183.* Alber. *in dictio.
in verbo reputatio.* Prateius. *in lexico iur. in verb.
reputare.*

Quorum ratio eſt, quia reſtitutio eſt facienda, ita &
15 taliter, vt vnicuique ius ſuum conſeruetur, † cùm
enim fundetur in æquitate, debet eſſe reciprocè,
reſtituendo omnia iura tam actiuè, quàm paſſiuè,
nam aliàs eſſet iniquiſſima, ſi ex vno tantum late-
re reſpectum haberet, *l. quod ſi minor. 25. §. reſtitu-
tio. ff. de minorib.* Gloſſ. *in c. 1. in fin. in verb. defrau-
dare, de in integr. reſtitut.* Azo. *in l. 1. in princ. C. de
reputationibus*, & ibi Cuiac. *in rubr. in fin.* Salic. *in
l. ſi vno, 17. §. interdum, n. 1. ff. locat.* Odd. *de reſtit. in
integr. q. 47, n. 6. fol. 353. & conſ. 60. num. 15.* Mantua.
16 *ſin. 525. ad med.* † Ideò non mirum ſi omnia de-
bent reponi in priſtinum ſtatum cum reſtitutione
omnium perceptorum, ſiue ſimus in contractu,
ſiue in quaſi contractu, vt eſt aditio hæreditatis:
Bart. *in l. 1. oppoſ. 3.* Bald. *num. 2. C. de repnt.* Azo. *in
ſum. C. eod. tit. n. 1. & 2.* Odd. *conſ. 60. n. 15.*

Quæ adeò vera ſunt, vt procedant, quamvis in ſen-
tentia reſtitutionis in integrum conceſſa minori
nihil fuiſſet dictum de repoſitione in primæuum
17 ſtatum, † & de refuſione omnium acceptorum,
cùm hoc ſubintelligatur, & habeatur pro expreſ-
ſo, tanquam veniat ex natura ipſius iudicij reſti-
tutionis in integrum quaſi ius ipſum ita reſtituat:
Bart. Faber. Fulgoſ. & Bald. *in l. 2. in fin. C. ſi aduerſ.
tranſact.* Anchar. *in cap. 1. n. 4. de in integr. reſtitut.*
Odd. *eod. tit. part. 1. art. 1. q. 47. n. 5. & art. 9. 40. fol. 353
& 357.* Maurit. *etiam eodem tract. de reſtit. in integr.
c. 216.* Caldaſ. *in l. ſi curatorem, in verb. per quod pri-
ſtinum ius, n. 2. C. eod. tit.*

Verum in prædictis obſeruandum eſt, quod talis re-
18 ſtitutio acceptorum facienda per minorem, † &
repoſitio in priſtinum ſtatum intelligitur, quate-
nus minor eſt factus locupletior, iuxta *l. quod ſi
minor, 25. §. reſtitutio, ff. de minoribus, l. patri, 28. §. 1. l.
tutor. 49. §. item quæro, l. intra vtile, 40. §. vendenti-
bus, l. minor, 25. annis 41.* [illegible]*dia, ff. eod. tit. l. ſi præ-
dium, 16. & l. non ſolum, 4. Cod. de prædijs minor.*
Gloſſ. *in l. 1. in verb. reſtituere*, & ibi Bart. *in princip.*
Salic. *oppoſ. 2. & 3. Cod. de reputationibus.* Cuiac. *in
commentar. ad var. titul. digeſtorum rubric. de mino-
ribus, l. quod ſi minor. paragrapho reſtitutio. in fin. fol.*
19 *184.* † Et in ſpecie de minore reſtituto aduerſus
hæreditatem, quod ſolum præſtet id, in quo fuit
factus locupletior notat. Gloſſ. *in dict. l. 1. in fin. in
verb. peruenit, C. de reputationibus*, iuxta *l. ait præ-
tor. 7. in fin. digeſt. de minoribus.*

Vnde videndum eſſet, ad quem ſpectet onus proban-
di an minori, quod ipſe non eſt factus locuple-
20 tior, † an verò ei, ad cuius fauorem eſt facienda
reſtitutio, & repoſitio in priſtinum, quod immò
ſit factus locupletior, & quidem multi opinan-
tur, quod iſtud ex eo probatur, ſtatim quod con-
ſtat pecuniã ad aliquẽ perueniſſe, niſi ex aduerſo
probetur ſe eam malè conſumpſiſſe: Gl. *in l. vtrum*
& ibi Ang. *ff. de petit. hæredit.* Fulgoſ. *in l. ſed & ſi
lege, §. quod autem, ff. eod. tit.* Bero. *conſ. 44. num. 6
& 16. lib. 1.* cum aliis, quos refert Gabr. *de probat.
concl. 7. num. 16.*

Quidquid tamen prædicti dicant, verior eſt ſenten-
tia, & magis recepta, quod probandum ſit pecu-
niam fuiſſe conuerſam in vtilitatem minoris re-
21 cipientis, † cùm aliàs hoc non probato lex non
præſumat illum eſſe factum locupletiorem, ideò
iſta qualitas locupletationis eſt probanda Ang.
conſ. 160. in fin. Felin. *in c. de quarta. n. 31. de præſcri-
prionib.* Menoch. *conſ. 1173. n. 12. lib. 12. & præſump. 27
num. 6. lib. 3.* Gabr. *conſ. 35. num. 21. vſque ad 33. lib. 2*
Surd. *conſ. 115. n. 20.* Laderch. *conſ. 165. n. 8.* dixi latè
ſupr. cap. 101. & c. 422. n. 4. Et quamvis contrarium
teneat Franc. *dec. 31. in fin.* Tamen eius opinio non
22 eſt admittenda, † vt teſtatur Amendol. *in addit. ad
d. dec. Franc. 31. in fin.* poſt Caballi *milleloq. 352. par. 1
fol. 166.* Fachin. *lib. 2. controuerſ. iur. c. 46. colum. vlt.
in princ. verſ. ego ſanè, & in fin. verſ. quare id quod*
23 *ſimpliciter fol. 218.* Et † hanc opinionem in practi-
ca ſeruari, notant multi, de quibus latè Maſcard.
concluſ. 1164. n. 7. vſque ad 10. fol. 67. p. 3. Caldas *de
reſtit. in integr. in verb. per quod priſtinum ius recu-
perans, n. 3. verſ. prima ſit concluſio.* Maurit. Bolan.
eodem tract. cap. 122.

Sed quidquid ſit de prædictis, in caſu noſtro non eſt
24 probanda iſta locupletatio, † non enim ſumus
in contractu nullo, in quo tunc ſpectat probatio
locupletationis aduerſario minoris, cùm aliud ſit,
quando contractus eſt aliquis, & petitur illum re-
ſcindi beneficio reſtitutionis in integrum, tunc
enim minor probabit pretium non fuiſſe conuer-
ſum in ſuam vtilitatem, cùm vnuſquiſque proba-
re debeat fundamentum ſuæ intentionis, vnde
primò caſu, quia minor eſt reus, & excipit de nul-
litate contractus, actor verò dicit, & replicat illũ
25 eſſe locupletatum, debet hoc probare. At † in ſe-
cundo caſu, quia minor agens petit reſtitui aduer-
ſus contractum vigore læſionis probare debet ſe
non eſſe factũ locupletiorẽ, nec aliquid verſum in
ſuam vtilitatẽ, prout in ſpecie ita diſtinguit Rim.
Iun. *in §. fin. n. 61. & 62. inſtit. quibus alienar. licèt vel
non poſt* Glo. Bart. Bald. Angel. & Salicet. *in l. præ-
diorum C. de prædiis minor.* Cyn. *in l. vlt. ad fin. C.
de reſtit. in integr.* Alber. Rom. Fulg. & Laſ. *in l. nam*

& poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiurand. Socin. *conſ.* 155 *vol. fin. lib.* 1. Lamberteng. *de contractib. mulier. q.* 24 *num.* 19. vbi quod minor debet probare ſe læſum, & conſequenter pretium non fuiſſe conuerſum in ſui vtilitatem Sanc. *in l. vlt. in fin. C. de vſucap. pro empt. & in l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Corn. *conſ.* 72. *pro deciſione. eotum. ante penult. verſ. & ex hac ratione, lib.* 3.

Ideò paſſim Iudices reſtituendo minores illis man-
26 dant, vt accepta reſtituant † etiam ſi non fuerit allegatum, nec probatum, quod in illius vtilitatem fuerit verſum, quod receperunt: Caldas. *in l. ſi curatorem habens, in verb. per quod priſtinum ius recuperant. n.* 4. *C. de in integr. reſtit. minor. fol.* 364.

Amplius minor, qui hæreditatem adiit, & illam aliquandiu tenuit expendendo de hæreditate, ſi poſtea petat ſe reſtitui aduerſus aditionem eiuſdem
27 hæreditatis, debet reſtituere omnia, † quæ conſumpſit etiam in comedendo, & ſe alendo, vt per Cyn. *in auth. ſi omnes, n.* 4. *q.* 4. *C. ſi vt ab hæreditat. ſe min. abſtin.* Licèt poſtea ſecundùm Iacob. de Aren. diſtinguat inter ſuum, & extraneum argumento *l. filius, ff. de iur. deliber. l. extraneo, ff. de ventr. in poſſ. mittend. l. hæres, de petit. hæred. l. ſed ſi is, §. mater veſcendi cauſa, ad Carbon.*

Ex iſtis colligitur, quod quamvis reſtitutio conceda-
28 tur, tamen non eſt ſimpliciter concedenda, † ſed cum reſtitutione omnium acceptorum contentorum in inuentario, maximè, quia ſolutiones fuerunt legitimè factæ ipſi tutori conſtituto ſeruatis ſeruandis, non autem pupillis, quo caſu magis præſumitur conuerſio in vtilitatem minorum, vt per Rimin. Iun. *in §. fin. num.* 63. *inſtit. quib. alienar. licèt vel non.*

EPITOME.

Tranſactio facta per maiorem partem vniuerſitatis, quando præiudicet abſentibus, & ſucceſſoribus. ¶ Et quid in re communi pluribus, vt ſingulis. ¶ Vel ſi agatur de dirimendis litibus. ¶ Vel de libertate, & exemptione ab eo, cui prius ſubjiciebatur. ¶ Aſſertio notarij circa repræſentationé maioris partis vniuerſitatis an probet, quamvis non dicat, quod homines congregati ita dixerunt. ¶ Sententia contra vniuerſitatem lata quando noceat ſucceſſoribus. ¶ Collegia negotiationum, & profeſſionum quo caſu ſint voluntaria, ſeu neceſſaria quo ad ingreſſum, & egreſſum. ¶ Pœna adiecta facto negatiuo, ſeu affirmatiuo an licitè exigatur. ¶ Et quid ſi adjiciatur dationi quantitas. ¶ Vel quando ſumus in compromiſſo, & tranſactione. ¶ Statuta Collegij an ſint valida abſque confirmatione, ſi concernunt adminiſtrationem rerum ipſius. ¶ Diſpoſitio *authen. hoc amplius, Cod. de fideicommiſſ.* an habeat locum in contractibus, ſicut in vltimis voluntatibus, in quibus hæredes, & legatarij ſunt monendi, vt exequantur voluntates defunctorum. ¶ Et an talis monitio ſit facienda, ſi fuerit præfixus per teſtatorem terminus exequendi ſuam voluntatem ſub pœna priuationis. ¶ Et an debeat eſſe vnica, & perſonalis. ¶ Vel quando adſunt conſtitutiones ſynodales, per quas moneantur hæredes exequi vltimas voluntates. ¶ Et an illæ habeant vim triplicis monitionis ¶ Tempus deciſiuum quæſtionis an ſit præciſè probandum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio notarij circa repræſentationem maioris partis vniuerſitatis probat, quamvis non dicat, quod homines congregati ita dixerunt, & parti opponenti ita incumbit onus probandi contrarium, n.* 2. *&* 3.

4 *Concordia non nocet ſucceſſoribus, neque abſentibus, niſi per maiorem partem vniuerſitatis ſit facta n.* 5 8. *&* 12.

6 *Sententia contra vniuerſitatem præiudicat omnibus etiam ſucceſſoribus.*

7 *Ciuitas eſt eadem, & idem populus, quamvis mutetur forma guberni, & alij homines ſuccedant.*

9 *Reſpublica, Collegium, & Ciuitas nunquam moritur nec habet hæredem, ſed continuò viuit in ſemetipſa, & in iſtis ſemper præteritum, præſens & futurum eſt idem, n.* 10. *&* 11.

13 *Maior pars poteſt præiudicare minori etiā in re communi plurib. vt ſingulis, quādo agitur de dirimēdis litib. & tractatur de libertate, & eximēdo Collegio ab alio, cui prius erat ſuppoſitum, n.* 14. 15. 17. *&* 18.

16 *Prauus eſt ſocius, qui impedit commune opus.*

19 *Actus dicitur per omnes geſtus ſi fiat per maiorem partem.*

20 *Collegia negotiationum, & profeſſionū, quādo ſint voluntaria, ſeu neceſſaria in ingreſſu, & egreſſu, n.* 21.

22 *Statuta Collegij reſpicientia adminiſtrationem rerum ipſius ſunt valida, etiā abſque confirmatione, n.* 23

24 *Pœna adiecta facto affirmatiuo, & negatiuo licitè exigitur, quidquid aliud ſit in ea, quæ apponitur dationi quantitatis, dummodo non ſimus in compromiſſis, & tranſactionibus, num.* 25.

26 *Pœna conuentionalis in tranſactione adiecta cum præfixione termini non requirit monitionem.*

27 *Diſpoſitio* auth. hoc amplius, C. de fideicomm. *non habet locū in contractibus, ſed ſolùm in vltimis voluntatibus in quibus hæres, & legatarius ſunt monendi per annū, vt exequātur voluntatē defuncti.*

28 *Monitio non eſt facienda hæredi, ſi illi ſit præfixus terminus per teſtatorem adimplendi voluntatem ſuam ſub pœna priuationis.*

29 *Monitio non requiritur ſtante conſtitutione ſynodali, per quam monentur hæredes, vt exequantur vltimas diſpoſitiones.*

30 *Synodalis, ſeu epiſcopalis monitio idem operatur, quod monitio Iudicis.*

31 *Cōſtitutiones ſynodales habēt vim triplicis monitionis*

32 *Iudicis monitio debet eſſe vnica, dūmodo ſit perſonalis*

33 *Tempus quod eſt de ſubſtantia actus, & deciſiuum quæſtionis eſt probandum.*

34 *Depoſitio teſtis relatiua nō valet, ſi nō cōſtat de relato.*

35 *Tranſactio facta ad dirimendas lites eſt adeò fauorabilis, vt non reuocetur, neque per Principem, n.* 36.

CAPVT DCCXXI.

Contra concordiam, de qua agebatur in cauſa Romana nullitatis tranſactionis plura opponebantur, quæ tamen dixi non obſtare, vt apparebit ex infraſcriptis concluſionibus, quarum prima eſt, quod nunquam poteſt prætendi inualiditas alicuius actus geſti per Collegium, ſeu vniuerſitatem ſub prætextu, quod fuerit factus per minorem partem, quando in congregatione generali ad illum effectum intimata cum eorum ſyndicis, & procuratoribus ſeruatis ſeruandis
1 † notarius aſſerit per eos repræſentari maiorem partem vniuerſitatis, tunc enim ſtatur tali aſſertioni, & parti opponenti incumbit onus

probandi

probandi contrarium Feder. de Sen. *conſ.* 148. *n.* 2
& conſ. 227. *ante med.* Abb. *in c. vnic. in fin. verſ. &*
vide ad hanc materiam, de ſyndic. & actor. Caccia-
lup. *in repet. l. omnes populi, in 2. quæſt. princ. ff. de*
iuſt. & iur. Natt. & Alex. *conſ.* 1. *n.* 4. *in verb. de præ-*
dyis, ad med. lib. 4. Cagnol. *in l. aliud eſt vendere,* 121
§. refertur, n. 4. *in fin. ff. de reg. iur.* Roland. *conſil.* 90
n. 5. *lib.* 1. cum aliis per Ruin. *conſ.* 189. *num.* 16. *lib.* 1
Corn. *conſ.* 148. *col.* 2. *in prin. verſ. congreg. tali vni-*
uerſitate, n. 2. *lib.* 1. † Et quamvis Socin. *conſ.* 96. *n.*
5. *lib.* 3. diſtinguat, quod ſi notarius aſſerat de rela-
tione hominum collegij, qui ita dixerunt eſſe ma-
iorem partem, non credatur; ſecus ſi ex ſe ipſo hoc
3 dicat, † tamen verior eſt opinio, quod vtroque
caſu ſtetur tali aſſertioni, vt notat Ruin. *conſ.* 189
num. 16. *lib.* 1.

Secunda Concluſio, Quamvis concordia regulari-
4 ter non poſſit nocere ſucceſſoribus, † qui in ea
non interuenerunt, nec ſunt hæredes prædeceſſo-
rum, nec ſucceſſerunt in eorum bonis, nec ali-
quam cauſam ab eis habent, tanquam ſit res inter
alios acta, *l.* 2. *& vlt. C. quib. res iud. non noc.* Tamen
quando per maiorem partem vniuerſitatis aliquid
5 ſtatuitur, † tranſit in priuatos, & poſteros, & ab-
ſentes, *l. loci corpus, §. ſi fundus, ff. de ſeruit. vendic. l.*
ſupra, §. caſſius, ff. de aqua pluu. arcend. Cùm in hoc
caſu non conſideretur, quod res ſit inter alios
acta, nam ſufficit, quod negotium ſit geſtum per
vniuerſitatem, quæ repræſentatur per omnes ſuc-
ceſſores, cùm ſemper dicatur idē populus, quam-
vis varietur ex mutatione perſonarum, & quam-
vis etiam exceſſiſſent centum & mille anni, &
nullus ex eis viueret, *l. proponebatur, ff. de iudic.* Pa-
pon. *arreſt.* 1. *tit. de vniuerſ. dict. habitans,* quem re-
fert, & ſequitur Ranchinus *in addit. ad Guid. Pap.*
6 279. vbi quod pluries ita fuit iudicatum, † Exem-
plo ſententiæ, quæ nocet omnibus de vniuerſita-
te etiam ſucceſſoribus vt per Guid. Pap. *d. quæſt.*
270. *ad med. & conſ.* 171. *circa materiam proceſſus, n.*
4. *ad fin. verſ. & licèt alij* quem ſequitur Barb. *in l.*
cum proponebatur. 76. *n.* 28. *&* 29. *ff. de iudic.* vbi am-
7 pliat, † quamvis mutata ſit gubernij forma, cùm
ſemper ſit eadem ciuitas, & idem populus, & vni-
uerſitas eadem, & Eccleſia, & legio, & canonia ea-
dem, & idem collegium, quamvis mutentur ci-
nes, habitantes, clerici, milites, canonici; & col-
legiati: Nicomt. *in rubr. de nou. oper. nunciat. num.*
14. Mandoſ. *conſ.* 91. *num.* 5. *&* 8. Aluarot. *in cap.* 1. *§.* 1
n. 1. *ad fin. de alienat. feud.* Bald. *in cap. publicato n.* 12
de electionib. iuxta ea quæ in propoſito dicit Plu-
tarch. *de ſera numinis vindicta, fol.* 197. Vacon. *de-*
8 *clarat. iur.* 21. *n.* 14. † & ita in ſpecie in compromiſ-
ſo, & tranſactione, quod ex ea omnes ſucceſſores
ligentur: Natt. *conſ.* 589. *num.* 16. *vſque ad* 20. poſt
Ang. & Caſtr. *in d. l. proponebatur.* 76. *ff. de iudic.* &
in ſimilibus contractibus Bald. *conſ.* 159. *ſuper eo*
quod quæritur, col. 3. *lib.* 5. *& in l. ſicut municipij,* 7. *§.*
in decurionib. in prin. nu. 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſ. no-*
9 *min.* † vbi quod ſemper tales contractus firmi per-
manent, cùm ſint geſti nomine Reipublicę, ac col-
legij ac ciuitatis, quę nūquam moritur, nec habet
10 hæredem, ſed continuò viuit in ſemetipſa, † vt
notatur in *l.* 1. *§. fi. ſi quis ius dicenti, nō obtemperauer.*
& eſt eadem vniuerſitas, licèt corpora mutentur
l. ſi grege. ff. de legat. l. peculium, §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 3. *in*
prin. de rei vendic. l. ſi cum teſtamentum, §. ſi petiero,
11 *ff. de except. rei iudic.* † ita vt in iſtis ſemper præte-
ritum, præſens, & futurum ſit idem; Cald. *conſ.* 25

in eccleſia de prebend. quod tanquam egregium di-
ctum refert Natt. *conſ.* 589. *num.* 19. *poſt princ. verſ.*
& egregiè ſcribit.

Tertia concluſio, Tranſactio ſeu concordia facta à
maiori parte vniuerſitatis, ſeu collegij præiudicat
12 minori, † & per eum eſt obſeruanda, *l. quod maior*
pars, ff. ad municip. c. 1. *&* 3. *de his quæ fiunt à maior.*
part. capit. Franc. Marc. *dec.* 226. *n.* 1. *part.* 1. *& deciſ.*
885. *n.* 3. *&* 4. *part.* 2. Maximè fauore dirimendarum
13 litium, † tunc enim maior pars poteſt præiudicare
minori etiam in re communi plurib. vt ſingulis,
l. duo ex tribus de re iudic. cap. fin. eod. tit. cap. pru-
dentiam, de offic. delegat. Bart. *in l. quod maior. D. ad*
municipal. Felin. *in c. cùm omnes, n.* 15. *ante fin. verſ.*
quarto fauore litium, de conſtit. Franc. Marc. *dec.* 490
14 *n.* 17. *part.* 1. † Quando præſertim ageretur de liber-
tate, & de eximendo collegio ab alio, cuius ſtatu-
tis prius erat ſuppoſitum, nam ob talem fauorem
etiam in actu communi, vt ſingulis maior pars
habet facultatem præiudicandi minori, *l. ſuum, §.*
fi. & l. maiori, & l. reſcriptum de pact. Henric. Boic.
in cap. cum omnes, col. 2. *in fin.* & ibi Felin. *n.* 18. *verſ.*
quinto fallit vbi tractatur de reuocatione colum. 3. *ad*
med. Ferret. *n.* 42. *in fin. de conſtit.* Franc. Marc. *dec.*
15 490. *n.* 15. *&* 16. *part.* 1. vbi † ampliat etiam ſi con-
cernat actum particularis, *l.* 1. *C. de commun. ſeru.*
manumiſ. §. olim. erat. inſtit. de donat. iuxta illud
16 Ariſtot. *Prauus eſt ſocius,* † *qui impedit commune*
opus; & ſemper in negotiis vniuerſitatum præiu-
dicatur abſentibus per maiorem partem, cùm per
eam omnes repræſententur: Felin. *in c. cum omnes*
num. 21. *verſ. quarto nota, col.* 25. *ad med. de conſtit.*

Immò quamvis eſſemus in actibus voluntariis, ta-
men talis actus eſt validus, & præiudicat minori
17 parti, † niſi per eam oſtendatur de irrationabilita-
te: Felin. *in d. cum omnes, col.* 10. *in princ. verſ. ſed*
concluderem. de conſt. vbi idem dicit de actu vtili,
in quo non eſt dare irrationabilitatem, quæ nun-
18 quam poteſt conſiderari, † quando agitur de re-
ceſſu a lite & exemptione, ac reductione in liber-
tatem, ob quas cauſas actus erit licitus, & poterit
fieri per maiorem partem, quamvis etiam deberet
fieri per omnes, cùm iſta dictio omnium intelli-
19 gatur † iuxta ſubiectam materiam; id eſt maioris
partis, ne detur occaſio difficilius; & rarò expe-
diendi negotia, prout fieret, cùm ſemper homines
diſſentiant. *l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Cagnol. *in*
l. aliud, §. refertur, n. 2. *de reg. iur.* Ang. & Bart. *in l.*
exactor. poſt Gl. *ibi in verb. cens. C. de ſuſcept. prepo-*
ſit. & arcar. lib. 10. Corſet. *ſing.* 304. *in fin.* Alex. ad
Bart. *in l. quicumque, in fin. C. de omn. agr. deſert. lib.*
11. Bald. Fulgoſ. *& alij in l. reſcriptum, ff. de pact.*

Quarta concluſio, Collegia perſonalia negotiatio-
num, & profeſſionum, de quibus *in l. fin. ff. de iur.*
20 *immunit.* † ſunt voluntaria, & non neceſſaria
neque in ingreſſu, nec in egreſſu, cùm quis non
cogatur intrare; & poſſit liberè exire, quidquid
ſecus ſit in collegiis realibus, videlicet ciuitatis
Burgi, & Eccleſiæ, in quibus adeſt neceſſitas, tan-
quam non liceat illa indifferenter dimittere iuxta
doctrinam Innoc. *in c. dilect.* 13. *n.* 4. & ibi Anchar.
num. 5. *de exceſſib. prælator.*

Verum iſta procedunt quando non adeſſet ſtatutum;
21 nam ſi illud extaret, non poſſet exire, ſed exer-
cens talem artem teneretur intrare faciendo ſe
incorporari illi collegio, ita declarat Socin. *in d.*
cap. dilecta. num. 42. *ad med.* & ibi Butr. *col.* 2. *in fin.*
num. 8. *de exceſſib. prælator.*

Et huiuſmodi ſtatuta facta per iſta Collegia ligant, & debent obſeruari, cùm habeant auctoritatem illa condendi, tanquam ſint reſpectu eorum quæ concernunt, & reſpiciunt adminiſtrationem re-
22 rum ſuarum, † vt de modo congregandi, pœna ſoluenda, collecta imponenda, & arte exercenda, cum ſimilibus qualitatibus, de quibus Socin. *in c. dilecta, num. 78. de exceſſib. prælator.* argumento, *l. ambitioſa, de decret. ab ordin. faciend.* & eſt tex. *in l. vlt. in princ.* vbi Bart. *n. 20. ff. de colleg. & corporib. illicit.* Nicol. Loſæus *de iur. vniuerſ. part. 1. cap. 2 num. 66. & 67.* Decian. *in prax. lib. 7. c. 20. numero 11.*
23 & noceant ipſis, & eorum hæredibus, † quamvis non ſint confirmata, cùm non egeant confirmatione, ita vt ſi confirmentur per populum, tamen non deſinunt eſſe ſtatuta illarum profeſſionum, cùm non ſit neceſſaria confirmatio, quod facit vt non poſſint dici ſtatuta populi. Iaſ. qui alios allegat *in repet. l. omnes populi num. 37. & 38. colum. 7 poſt med. D. de inſtit. & iur.*

Quinta concluſio, Pœna adiecta facto tam affirmatiuo, quàm negatiuo poteſt licitè exigi, quidquid
24 † aliud ſit in pœna appoſita dationi quantitatis, quæ præſumitur in fraudem vſurarum, *l. 2. §. item ſi in facto, & l. 4. §. cato. & l. ſtipulatio iſta, §. alteri. de verb. obligat.* Menoc. *de arbitrar. caſ. 260. num. 22 & 42.* Doctor. *in l. rogaſti. §. ſi tibi.* vbi Purpur. *num. 79. ff. ſi cert. pet.* Rebuff. *in l. vnic. num. 270. & 408 C. ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Hect. Felic. *de ſocietat. cap. 29. num. 26.*

Maximè quando ſumus in compromiſſis, ſeu laudis emologatis, & tranſactionibus, in quibus abſolu-
25 tè exigitur pœna, † non ſolùm quando eſt adiecta facto, ſed etiam quantitati, quaſi tunc factum principaliter conſideretur, hoc eſt contemptus, inobedientia, & contrauentio. Menoch. *de arbitr.*
26 *caſ. 260. n. 43. ad med. verſ. ego opinor. fol. 235.* † Ita vt ſi in concordia, & tranſactione adſit pœna conuentionalis cum præfixione termini non ſit neceſſaria aliqua monitio, *l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtipulat.* Rot. *deciſ. 158. num. 1. & 2. part. 1. in*
27 *recentiorib.* † vbi etiam, vt hoc obiter adnotetur, quod diſpoſitio auth. *hoc amplius, C. de fideicomm.* non habet locum in contractibus, ſed tantum in vltimis voluntatibus, in quibus requiritur vt moneatur per Iudicem hæres, qui ſi monitus infra annum non exequitur voluntatem teſtatoris priuatur omni commodo hæreditatis: Molin. *de primogen. hiſpan. lib. 2. c. 14. n. 15. & 24. fol. 312.* Gozad. *conſ. 34. num. 7.* Corn. *conſ. 28. lib. 1.* Craſſ. *in art. officium hæredis, q. 6. num. 1. p. 2.* vbi etiam extendit ad
28 legatarium, † ſubdens non eſſe neceſſariam monitionem Iudicis, ſi præfixum fuerit à teſtatore tempus implendi voluntatem ſuam ſub pœna priuationis: Barbat. *conſ. 32. lib. 4.* Prout neque requiretur monitio ſtante conſtitutione epiſcopali, per
29 quam Epiſcopi monent hæredes, † vt exequantur vltimas voluntates, nam tunc elapſo anno priuantur hæreditate abſque alia monitione: Gozad. *conſ. 34. n. 6.* vbi de communi Aret. *conſ. 67. col. vlt.* Corn. *conſ. 302. n. 9. lib. 4.* Abb. *conſ. 59. ad fin. lib. 1* Feder. de Sen. *conſ. 124.* Roman. *conſ. 228. n. 10.* vbi Mandoſ. *in verb. ſequitur.* Felin. *in c. p. g. verſ. quinta monitio. de offic. deleg. & in c. quoniam frequenter, col.*
30 *penul. in prin. vt lit. non conteſt.* † Cùm idem operetur monitio ſynodalis ſeu epiſcopalis, quod operatur monitio Iudicis: Bald. *in l. qui eorum, in prin. ff. de poſtul.* Lap. *alleg. 87. n. 3.* Mand. ad Rom. *d. conſ.*
31 *228. in verb. ſequitur, ad med.* vbi quod iſtæ conſtitutiones ſynodales habent vim triplicis monitionis, Io. Andr. *in c. 2. in gl. 2. ne cleric. vel monach.* Felin. *in c. quoniam frequenter col. penul. in princ. vt lit.*
32 *non conteſt.* † Ita vt quando monitio ſit facienda per Iudicem, ſufficiat vnica, dummodo ſit perſonalis: Craſſ. *art. officium iudicis, q. 6. n. 2. & 3. p. 2.* poſt Iaſ. *in auth. hoc amplius n. 1. C. de fideicomm.*

Ex iſtis colligitur laudem, concordiam, & tranſactionem valuiſſe, cùm notarius aſſeruerit repræſentari maiorem partem vniuerſitatis, & nihil ex aduerſo contra talem aſſertionem probatum fuerit, vt requirebatur iuxta adducta in prima concluſione, Ita vt eadem tranſactio noceat etiam ſucceſſoribus, tanquam geſta nomine vniuerſitatis, vt in ſecunda concluſione: Non obſtante, quod tota vniuerſitas non conſenſerit, cùm ſufficiat maior pars, quæ præiudicat minori, maximè, quia fuit receſſum à lite, & quia contigit liberatio, & exemptio à ſtatutis, quibus prius tenebatur, vt in tertia concluſione, Adeò vt etiam potuerit agi ad pœnam in tranſactione poſitam abſque vlla monitione, quæ ſolùm eſt neceſſaria in vltimis voluntatibus, non in diſpoſitionibus inter viuos, & in quinta concluſione, Cùm etiam ſimus in collegio ſeu vniuerſitate, à qua non datur liber egreſſus propter ſtatuta imponentia neceſſitatem intrandi in collegium, quæ valerit tanquam ſint facta ſuper concernentibus negotia eiuſdem vniuerſitatis, vt in quarta concluſione dictum fuit, nulla habita conſideratione, quod prætendatur fuiſſe per teſtes probatum, quod in Collegio non interuenerint niſi centum octuaginta, cùm tamen in vniuerſitate adeſſent ferè quadringenti, quia depoſitio dictorum teſtium non percutit tempus concordiæ, quod fuit de menſe Nouembris 1601. immò per eos deponitur non habere aliquam notitiam, quod dicto menſe eſſent in tali numero,
33 † vnde cùm ſimus in tempore, quod eſt de ſubſtantia actus, & eſt deciſiuum quæſtionis erat præcisè probandũ ad annullandam concordiã: Salic. *in l. matrem, C. de probationib.* Socin. *conſ. 87. num. 2 lib. 4.* Bald. *in l. teſtium, 14. in fin. num. 23. C. de teſtib.* Gabr. *concluſ. 6. num. 11. & 12. eod. tit.* Alex. *conſ. 136 perſpectis, numero 24. lib. 6. & conſ. 156. viſo proceſſu. column. 4. in princip. numero 12. lib. 5.* Surd. *deciſ. 75 numero 10.*

Cùm etiam dicti teſtes ſe referant quò ad prætenſum numerum ad libros Collegij, in quibus ſolùm
34 apparet eſſe deſcriptos ducentum, ideo † nihil talis depoſitio valet, tanquam non conſtet de relato, *l. qui teſtamento. la prima, ff. de cond. & demonſtrat. l. titia textores, de leg. 1.* Soc. *conſ. 120. in 1. dub. lib. 1.* Aym. *conſ. 273. num. 6.* Becc. *conſ. 56. numero 6* Surd. *conſ. 419. num. 1. lib. 3.* Vltra quòd non omnes, qui reperiebantur in Vrbe, erant de Collegio, cùm in tranſactione fuerit conuentum, quod eſſet in libertate eorum, qui nollent eſſe de Collegio, ſeu congregatione, Vnde ſufficiet, quod ex illis, qui ſunt de collegio maior pars interuenerit, *l. quod maior. ff. de municipal.* & ita pro validitate, & obſeruantia concordiæ fuit per tres ſententias declaratum, & cùm poſtea ad ſignaturam Sanctiſſimi pars aduerſa habuiſſet recurſum, fuit iterum mandatum tranſactionem eſſe exequendam, imponendo perpetuum ſilentium omnibus contradicentibus, & quidem meritò, cùm ex ſupradictis appareat de iniuſtis vexationibus: &

cum

cùm ſimus in cōcordia facta ad dirimendas lites,
35 † quæ eſt adeò fauorabilis, vt non poſſit amplius reuocari, *l. quod ſi deferente, 22. ff. de dol. mal. l. fratris, 10. C. de tranſact.* Alcial. *in l. ſi quis maior.* vbi Berrazzol. *n. 262. C. eod. tit.* cum aliis per Bero. *conſ.*
36 *169. num. 25. lib. 2.* † Ita vt neque prætextu reſcripti Principis detur reuocatio, *l. cauſas, 16. Cod. de tranſact.* Bero. *conſ. 180 n. 32. & 33. lib. 2.* Tanquam ſimus in cauſa, & lite finita, *l. cauſas, C. de tranſact.* Gloſ. *in c. 1. in verb. finita de lit. conteſtat. in 6.* Pariſ. *conſ. 30. n. 36, lib. 4.* Caſſador. *dec. 6. ſuper regul. n. 5.*

EPITOME.

Promiſſio ſub fide an intelligatur de fide humana, & de fide nobilium. ¶ Et quando ſit obligatoria non ſecus ac ſi eſſet iuramento confirmata. ¶ Et an pariat omnes effectus iuriſiurandi iam quo ad incurrendam pœnam, nedum quo ad validitatem actus. ¶ Et quid ſi dicatur ſub fide Chriſti, ſeu Chriſtiani, vel ſub bona, & vera fide, aut ſub periculo animæ, & ad tactus palmarum. ¶ Obligatus ad aliquid dandum, ſeu faciendum an poſſit cogi vt faciat inſtrumentum de tali obligatione, cum clauſulis guarantigiæ, & in forma Cameræ, & cum iuramento, ac omnibus de conſuetudine apponi ſolitis, ſiue ſimus in reo, ſiue in actore. ¶ Reſeruatio iurium an ſit admittenda in contractibus. ¶ Iuramentum, & præſtatio fidei ſuper actu inualido an aliquid operetur, vel debeat regulari iuxta principalem diſpoſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſiones ſub fide an intelligantur de fide humana, & de fide nobilium, & quando obligent, & quid ſi dicatur ſub fide Chriſtiani, ſeu Chriſti, vel ſub bona, & vera fide, vel ſub periculo animæ, num. 2. 3. & 4.*
5 *Promiſſio ſub fide, & verbo nobilium æquiparatur promiſſioni iuratæ, & parit actionem, non ſecus ac ſi adeſſet iuramentum, n. 10. 12. & 13. Fallit quo ad incurrendam pœnam, n. 16. & 17.*
6 *Teſtis fidelis non mentitur.*
7 *Iurare eſt aliquid Deo teſte affirmare.*
8 *Iuramentum non requiritur, quando fides teſtis ab vtraque parte approbatur.*
9 *Iuſiurandū delatum, ſi à parte remittatur, & non iuretur, operatur eoſdē effectus, ac ſi iuratum fuiſſet.*
11 *Iurans ad ſancta Dei Euangelia æquiparatur promittenti ſub fide.*
14 *Pactū nudū non dicitur, ſi promittatur ſub fide, & non datur reuocatio, quamvis promiſſum fuerit abſēti.*
15 *Omnis præſtatio fidei eſt iuramentum, ſed non è contrario, & habet ſe vt genus, & ſpecies.*
18 *Promittens ſoluere ſub fide ad tactum palmarum, & ſi non ſoluat, non poteſt accuſare de periurio.*
19 *Iuramentum debet præcedere, vt quis dicatur periurus in foro iudiciali.*
20 *Pœnæ ſunt ſtrictè intelligendæ.*
21 *Nobiles magis tenentur præſtare fidem promiſſam, non ſecus ac ſi iuraſſent.*
22 *Obligatus, ad aliquid dandum, ſeu faciendum cogitur de tali obligatione facere inſtrumentum, ſiue ſit actor, ſiue reus, n. 23 & cum omnibus clauſulis, quæ de conſuetudine ſolent apponi n. 25. 26. 27. & 28.*
24 *Non poteſt quis cogi ad faciendum inſtrumentum, quando eius conditio fieret deterior.*
29 *Allegans, quod per inſtrumentum faciendum in forma cameræ facilius probabitur ſuum debitum, non eſt audiendus, tanquam detegat ſuam turpitudinem n. 30. & 31.*
32 *Prouidendum eſt, ne iura & probationes partis pereant.*
33 *Conſuetudo ceſſat, vbi adeſt particularis conuentio.*
34 *Reſeruatio iurium admittitur in contractibus.*
35 *Reſeruatio conſeruat ius, quod quis habet, non autem nonum affert, quamvis pars aduerſa conſentiret reſeruationi, n. 36.*
37 *Præſtatio fidei nihil operatur, quando fuit interpoſita ſuper actu inualido, prout neque iuramentum quod debet regulari iuxta naturam principalis diſpoſitionis, n. 38. & 39.*

CAPVT DCCXXII.

Circa præſtationem fidei an in conuentionibus idem operetur, ac ſi fuiſſet adhibitum iuramentum, & in locum illius ſuccedat, ita vt talis promiſſor teneatur præciſè ad obſeruantiam
1 eorum, quæ ſub iſta fide promiſit, † Doctores ſunt hinc inde contrarij, Nam opinionem negatiuam tenet Couarr. *in cap. quamvis part. 1. §. 2. n. 2. de pact. in 6. fol. 281.* vbi concludit, quod in dubio iſtæ promiſſiones ſub fide intelliguntur de fide humana, per quam nobiles ſuam fidem aſtringere ſolent ſub verbo nobilitatis, ſeu ſub verbo nobilium, vnde illæ non poſſunt habere vim periurij, nec alios effectus iuriſiurandi, quod ex ſui propria natura verè exigit, vt per Deum, vel ſacram rem præſte-
2 tur, Cùm † aliud ſit, quando quis aſſeuerauit, aut ſeruare promiſit per fidem Chriſtiani, vel per fidem Chriſti, nam tunc propriè dicetur promiſiſſe per iuramentum, ideò veros illius effectus inducet, tanquam in eo cenſu fides ſumatur pro virtute theologica. ¶ Idem ſequendo Couar. latè comprobat Rimin. Iun. *conſ. 521. n. 81. vſque ad 87. lib. 5.* Pinell. *in l. p. 3. n. 13. C. de reſcind. vendit. fol. 162.* vbi
3 † etiam addit idem eſſe, quando quis ſub bona fide ſeu vera fide promitteret, quia tunc iſta verba magis ad catholicam fidem referuntur, quam ad humanam: Burſat. *conſ. 78. col. pen. poſt med. verſ. licet enim in dubio, n. 19. in fin. lib. 1.* Mancin. *de iuram.*
4 *p. 1. q. 7. n. 22. fol. 26.* † ¶ Quod etiam eſt quando promiſſio eſſet facta ſub periculo animæ promittentis, tunc enim obligaret, ſicut iuramentum, cùm non intelligeretur de fide humana: Alex. *in l. 3. §. dato, in fi. ff. de iureiur.* Addit. ad Iaſ. *in §. item ſi quis poſtulante, n. 54. in verb. iuram. inſtit. de action. fol. 68.*
Verum altera opinio affirmatiua eſt magis recepta, quod videlicet promiſſio ſub fide, & verbo nobilium, vel cum ſimilibus verbis idem operetur ac ſi
5 fuiſſet iuramento firmata, † & in locum illius ſuccedat, & habeat vim obligandi, & actionem pariat, ita vt competāt omnia remedia agendi, & excipiendi, ſicut ſi eſſet iuratum, Deus enim non facit differentiam inter ſimplicem loquelam, & inter iuramentum, quia ſicut in iuramento nulla debet eſſe perfidia, ita quoque in iſtis verbis ſub fide nullum cōuenit eſſe mendacium, ne diuini iudicij pœna damnetur, dicente ſcriptura, os quod mentitur occidit animam, quiſquis ergo verum loqui-
6 tur iurat, † nam ſcriptum eſt, Teſtis fidelis non mentietur, *cap. iuramenti 22. q. 5.* Gloſ. *in c. penult. de fideiuſſor. & in c. penult. de iureiurand.* Franc. Marc. *qu. 456. n. 5. part. 1.* Gail. *obſeru. 59. in fin. lib. 2.* Cùm etiam iurare ſit aliquid Deo teſte affirmare, & promittens per fidem, ita promittat Deo teſte, ſicut

7 per Euangelia promitteret, † nec oportet, quod
iuramentum ſit ſuper tecta, nec eſt opus verbo iu-
ro, *cap. & ſi Chriſtus de iureiurand.* Felin. *in c. que-
relam,* 10. *n.* 7. *ad fin. eod. tit.* Præſertim quia quando
fides alicuius puta teſtis eſt approbata ab vtraque
8 parte, † non requiritur iuramentum, ſed abſque
eo debet illi credi: Barr. *in l. Lucius, ad fin. ff. de
fideiuſſ.* Iaſ. *in §. item ſi quis poſtulante n.* 54. *in fi. inſt.
de actionib.* Prout etiam, quando iuramentum eſt
delatum, ſi illud à parte remittatur, & ſic non iu-
9 retur, † perinde eſt quantum ad actionem, & cæ-
tera iuris remedia, ac ſi fuiſſet iuratum: Idem Iaſ.
in §. ſi quis poſtulante, num. 55. *inſtit. de actionib.*
Et ita per prædictas, & ſimiles rationes iſta opinio
10 paſſim à Doctoribus approbatur, † quod nulla dif-
ferentia ſit facienda inter promiſſionem iuratam,
vel factam, ſub fide, & verbo nobilium, & per
conſequens promiſſor teneatur preciſè ad obſer-
uantiam eorum, quæ ſub iſta fide promiſit: Gloſ.
in c. 2. *in verb. interpoſitione, de ſponſalib. & in c. per-
uenit. in verb. iuramenti. de fideiuſſorib. & in cap. pe-
nultim. in verb. quod promiſit de iureiurand.* Specul.
*de arbitr. & arbitrat. §. fin. incip. ſequitur de quibuſ-
dam, col.* 14. *ad med. num.* 48. *verſ. ſed quid ſi com-
promiſſum ſub fide.* Neuizan. *conſ.* 68. *n.* 49. Aym.
conſ. 241. *num.* 11. *conſ.* 963. *num.* 31. Menoch. *conſ.* 201
num. 120. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 234. *num.* 7. *cum ſeq. &*
11 *de aliment. tit.* 9. *qu.* 24. *num.* 2. *&* 3. † vbi quod pa-
rum differt ſi dicatur iuro ad ſancta Dei Euange-
lia, vel promitto ſub fide: Gemin. *in c.* 1. *in princ.
col.* 1. *in fin.* poſt Io. Andr. *ibid. de ſepultur. in* 6. Iaſ.
conſ. 91. *num.* 6. *lib.* 3. *& in l. prætor. §. iurari, num.* 3. *de
iureiur. & latius in §. item ſi quis poſtulante, n.* 53
vſque ad 57. *inſtit. de actionib.* Bero. *conſ.* 59. *num.* 17
lib. 1. Siluan. *de recognit. feud. c.* 109. *col.* 2. Moron.
de fid. treug. & pac. cap. 9. *n.* 5. *tom.* 11. *part.* 1. *fol.* 419
12 benè Bertrand. *conſ.* 262. *num.* 5. *lib.* 7. † vbi teſtatur
de communi, loquens de iſtis armigeris poſt Ang.
in l. non erit 5. *§. ſed ſi quis, n.* 1. *ff. de iureiurand.* But.
Io. Andr. & Bald. *in c. cum tempore, de arbitr.* & ſe-
quuntur omnes *in l. ſi quis maior.* vbi Faber. Alex.
Iacobin. *num.* 23. Parpall. *num.* 40. & latiſſimè Ber-
tazzol. *in repet. quæſt.* 36. *numero* 481. *vſque ad num.*
508. *C. de tranſact.* Guid. Pap. *conſil.* 31. *num.* 9. *verſ.
quinta ratio, & in fin.* vbi etiam loquitur de iſtis
nobilibus, & armigeris, poſt Aret. *in l. ait prætor.*
13 *l.* 1. *§. iurari autem, in fin. ff. de iureiur.* † & ita iudi-
catum poſt plures diſputationes teſtatur Miſin-
ger. *obſer.* 17. *centur.* 1. quem ſequitur multos alios
referens Burſat. *conſ.* 78. *num.* 19. *ad med. lib.* 1. *&
conſ.* 306. *num.* 12. *& conſ.* 364. *n.* 51. *cum ſeq. lib.* 3. vbi
etiam in ſimplici promiſſione per fidem tantum,
abſque aliquo adiuncto allegat Claud. Cantiun-
cul. *conſ.* 11. *num.* 12. *& conſ.* 14. *num.* 27. Affl. *dec.* 389
14 *num.* 2. vbi † quod non poteſt dici pactum nudum,
quando promittitur ſub fide, cùm fides habeat
vim iuramenti, ideò non poterit reuocari, quam-
vis promiſſio eſſet facta abſenti, cum Deus ob vim
iuramenti ſuppleat vices abſentis, vt in ſpecie
concludit Burſatt. *conſ.* 304. *n.* 52. *lib.* 3. & latiſſimè
comprobat. Scur. *conſ.* 37. *numero* 11. *&* 21. *centur.* 2
15 † vbi quod omnis præſtatio fidei eſt iuramentum,
ſed non è contrario, ita vt iuramentum, & præſta-
tio fidei ſe habeant vt genus & ſpecies. Gail. qui
etiam latè hanc opinionem defendit *obſeruat.* 59
num. 1. *& per tot. lib.* 2. Curt. Iun. *conſil.* 286. *num.* 15
cum ſeq. Franciſc. Marc. *deciſ.* 456. *numero* 55. *part.* 2
Bajar. ad Clar. *in §. periurium, numero* 4. *in princ. &
in fin. verſ. & dicta fides, fol.* 71. Capr. *regul.* 71. *n.* 6
Martin. Benechendorf. ad Seraphin. *priuileg. iura-
men.* 174. *num.* 11. poſt Hiero. Setz. *de iurament. lib.* 1
cap. 16. *num.* 5.
Contraria autem procedunt quo ad pœnas periurij,
16 nam de æquitate illas non incurrit, † qui ſub fide
nobilium ſimpliciter promiſiſſet, cùm ſufficiat
talem promiſſionem æquipollere iuramento quo
ad effectum validitatis, & vt ex ea poſſit agi tan-
quam ſi ageretur ex contractu iurato: Alciat. *in l. ſi
quis maior.* & ibi latè Bertaz. *in repet. qu* [illegible] 36. *num.*
492. *C. de iureiurand.* benè Miſinger. *obſeru.* 17. *n.* 4
17 *centur.* 1. † & ita bis in Rota fuiſſe iudicatum ſe-
cundùm huiuſmodi diſtinctionem teſtatur Pariſ.
de Put. *de re milit. & duell. lib.* 7. *qu.* 11. *num.* 4. *in fin.*
iuxta opinionem Archid. *in c. iuramentum,* 22. *qu.
vlt.* Et ita etiam tenendum dicit Gail. *obſeru* 59. *n.*
in fin. lib. 2. Gabr. *de tranſact. concluſ.* 1. *num.* 29. [illegible]
declara. Rot. *dec.* 1. *nota quod poſito. num.* 1. *de*
iurand. in antiq. & deciſione duodecima, de [illegible]
in antiq. & deciſ. 3. *de pact. in antiq.* Biſignet. [illegible]
vtrum violator fidei. n. 1 *ad med. eod. tit. de* [illegible]
antiquior. Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. dec.* 17. [illegible]
fin. poſt Anton. & Clau. *in ſumm. in verb. periuri* [illegible],
verſ. decimo. Affl. *ſuper conſtit. Regn. lib.* 3. *de periur.*
rubr. 55. *incip. eos qui ſcienter, n.* 11. *q.* 5. *fol.* 182. vbi de
18 eo, † qui promiſit ſoluere ſub fide ad tactus p[illegible] ima-
rum, ſi poſtea non ſoluat, quod non poterit accu-
ſari de periurio, licèt ſit puniendus arbitrio iudi-
cis: Decian. *in prax. lib.* 6. *de excuſat. periur. ca.*
n. 34. *poſt med. verſ. ſimiliter, part.* 2. *fol.* 29. Baiar. &
Clar. *in §. periurium. n.* 4. *in fin. fol.* 72. Vrſil. ad Affl.
dec. 389. *n.* 1. *fol.* 581. poſt Felin. *in c. præterea.* 2. *n.* 16
de ſponſalibus. Martin. Benechendorf. Seraphin.
19 *priuileg. iuram.* 174. *num.* 12. † Nam ad hoc vt quis
dicatur periurus vt foro iudiciali, debet præcede-
re iuramentum: Cin. *in auth. ſacramenta puberum.
Cod. ſi aduerſ. vendition.* Archidiac. *in c. circa de
elect. in* 6. Felin. *in cap. querelam,* 10. *num.* 7. *de iure-
iurand.* Affl. *ſuper conſtit. regn. lib.* 3. *de periur. rubr.*
55. *incip. eos qui ſcienter, q.* 5. *n.* 11. *poſt med. & in c.* 1. *§.
ſacramenta de pac. iuram. firmand. per auct.* Innoc.
in c. & ſi Chriſtus, in verb. iuramenti. de iureiurand.
Card. *in clem.* 1. *§. porro de hæret.* Biſignet. *dec.* 1. *n.* 1
ad med. de pact. in antiquior. Auffr. *de cappell. Thol.*
20 *dec.* 16. *n.* 2. † Tanquam pœna ſit ſtrictè intelligen-
da de periurio, & non de violatione fidei, argu-
mento *l. ſanctio legum. ff. de pœn. l. cum quidam de li-
ber. & poſth. c. odia. de reg. iur. in* 6. *c. iuram.* 22. *q.* 5.
Quibus firmatis concludendum eſt fuiſſe validam,
& efficacem promiſſionem reinueſtiendi dotem,
de qua agimus, & producere omnes iuris effe-
ctus quo ad actionem, & alia remedia conſe-
quenda pro obſeruatione promiſſorum, non ſe-
cus ac fuiſſet iuramento firmata, ita vt talis pro-
miſſor teneatur preciſè ad reinueſtiendum, quam-
vis ſimpliciter promiſerit ſub verbo nobilium,
21 † maximè quia ſumus in perſonis illuſtribus, &
dignitate decoratis, in quibus magis dicendum
eſt, quod nulla debeat eſſe differentia inter pro-
miſſiones iuratas, vel ſub fide ſua: Gail. *obſeruat.*
59. *in fin. n.* 6. *verſ. ſed in principalibus, lib.* 2. & per
conſequens benè fuit imploratum officium iudi-
cis, ad conficiendum ſuper eo inſtrumentum,
ne pereant probationes, & ne quis priuetur effe-
22 ctu huiuſmodi conuentionis, cùm † paſſim obli-
gatus alicui ad aliquid dandum, ſeu faciendum,
cogatur de tali obligatione ſcripturam facere,
vt ſit,

ut ſit cautus & facilius poſſit probare ſuam inten-
tionem : Imol. *in l. ſi finita §. eleganter, n. 144. verſ.*
vlt. nota poſt Bart. *ibid. n. 5. in fin. ff. de damn. infect.*
iuxta *l. plures apochis, 18. C. de fid. instrument.* Natt.
conſ. 381. n. 2. Bald. *in l. instrumenta. 24. n. 3. C. de*
fideicommiſſ. Felin. *in c. ſignificauit, 41. n. 8. de teſtib.*
Alber. *in l. ſicut datam,* & ibi latè Salicer. *n. 1. C. de*
liberal. cauſ. & eſt Gloſ. *in l. 2. in princ. in verb. ſuſpe-*
ctum habet in fin. verſ. ſed ad quid cauetur, ff. ſolut.
matrim. & in l. ne caſu. in verb. non petantur. C. de
diſcuſſor. lib. 10. Surd. *conſ. 144. n. 4. vſque ad 6. lib. 1*
23 † vbi quod hoc procedit ad fauorem tàm rei,
quàm actoris: Tiraq. qui infinitos adducit *de re-*
tract. conſanguinit. §. 29. gloſ. 5. n. 1. 16. de Amic. *conſ.*
71. n. 17. & 18. Franc. Marc. *dec. 370. n. 5. in fin. part. 1*
Grammc. *theorem. 9. num. 2.* poſt Galleſ. *de obligat.*
camer. tit. de praeambul. proceſſ. quaeſt. 3. num. 1.
Neque obſtat, quod non poteſt quis cogi ad facien-
dum inſtrumentum, quando ſit eius conditio de-
24 terior, † prout eſſet in caſu noſtro propter gua-
rentigiam, & obligationem cameralem, & ſtatuta
dantia executionem publicis inſtrumentis, vt in
ſpecie concludit Ang. *in l. omnibus, 41. in fin.* & ibi
etiam Caſtr. *in fin. ff. de iudic.* Alex. *in l. ſi finita, §. ele-*
ganter, n. 18. ff. de damn. infect. vbi dicit eſſe mirabi-
lem limitationem Iaſ. *in l. 2. in princ. num. 34. ad*
med. ff. ſolut. matrim. cum aliis per Tiraq. *d. gloſ. 5*
n. 2. Felin. *in c. ſignificauit, 41. n. 8. in fin. de teſtib.*
Quia vltra, quod non quaeritur niſi ſimplex ſcriptu-
ra, verior eſt opinio, quod inſtrumentum ſit fa-
25 ciendum cùm omnibus clauſulis † ſolitis apponi
iuxta conſuetudinem loci, & morem regionis, cui
tenebitur debitor conſentire vt in propoſito no-
ſtro concludit Tiraq. *de retract. conſang. §. 29. gloſ. 5*
n. 3. & 4. per doctrinam Bart. *in l. ex ea parte, ff. de*
verb. oblig. & in l. 1. §. ſi prius, ff. de aqu. pluu. arcend.
Bald. *in l. ſi pradium. col. 3. verſ. deinde videmus, C.*
de edilit. actionib. Alex. *conſ. 103. ad fin. lib. 2.* Caſtr.
conſ. 207. viſis omnib. poſt pr. verſ. debet ſe tamen ſo-
lemniter, lib. 1. quem ſequitur Dec. *conſ. 483. pro reſo-*
lutione. col. 3. ad med. verſ. & venditores, n. 13. & in l.
ciuitas, col. vlt. ff. ſi cert. pet. Granut. *theorem. 9. n. 13.*
Et ſtante iſta conſuetudine, & ſtylo regionis, non
obſtat deciſ. Rot. coram R. P. D. Penia Romana
26 cenſus 24. Aprilis 1600. † quae eſt impreſſa poſt
tract. obl. camer. dec. 47. fol. 360. cùm loquatur ſim-
pliciter de iure Immo *ibid. n. 6.* admittit conſue-
tudinem, allegando Tiraq. *de retract. lignag. §.*
29. gloſ. 5. num. 3. Et quidem talis conſuetudo in hoc
27 debet operari, † vt omnes clauſulae admittantur,
quae ſolent in huiuſmodi inſtrumentis apponi
prout vltra ſupra adductos concludit Rebuff. *de*
famulor. ſalar. gloſſ. 5. num. 1. tom. 2. fol. 240. & de con-
ſuetud. art. 2. gloſ. 13. n. 29. tom. 3. fol. 34. Barz. *de gua-*
rantig. p. 1. q. 5. Galleſ. *de oblig. cameral. tit. de praeam-*
bul. proceſſ. qu. 3. n. 1. & ſecundùm nouam Impreſſ.
quaeſt. 27. num. 4. vſque ad 11. Gran. *theorem. 9. num. 13*
Gabr. *de conſuet. concl. 3. n. 10. 15. & 19.* & quidquid
28 alij ſentiant contrarium, † iſta eſt verior opinio,
& magis recepta, vt per Alex. *in l. ſi finita in princ.*
n. 2. ff. de damn. infect. latè Felin. qui multa ſimilia
adducit *in c. cum m. ferrarien. col. 2. & 3. n. 6. cum ſeq.*
de conſtitut. Natt. *in clem. ſaepe §. & quia col. 3. de*
verb. ſignificat. Bald. *in l. gallus, §. idem credendum*
col. 2. Imol. *col. 2.* Alex. *col. 3.* Iaſ. *in §. ilector. col. vlt. n.*
22. in fin. ff. de liber. & poſthum. vbi loquuntur de
clauſula guarantigiae, quos in iſtis terminis etiam
ſequitur Gabr. *de conſuetud. concluſ. 4. num. 15.*

Quod etiam concernit aequitatem, nam communi-
ter concludunt Doctores, quod ideò quis teneatur
29 facere inſtrumentum, † quia ſi debitor illud de-
negaret, non poſſet in alio fundare talem denega-
tionem niſi dicendo, quod per inſtrumentum fa-
cilius probabitur contra eum debitum, in quo
nó eſt audiendus tanquam allegans turpitudinem
ſuam, *l. tranſactione finita. C. de tranſactionib.* Bald.
30 *in l. inſtrumenta C. de fideicom.* † Quae ratio militat
etiam in hoc caſu, nam negando inſtrumentum
cum guarantigia, ne habeat cótra ſe executionem
paratam, allegaret etiam turpitudinem ſuam qua-
ſi velit diſtrahere creditorem per moras, & cauil-
lationes trium inſtantiarum, quod non eſt admit-
tendum, vt in ſpecie notat Galleſ. *de oblig. camer.*
31 *tit. de praeambul. proceſſ. q. 3. in fin.* † Maximè ſtante
conſuetudine apponendi tales clauſulas, quo caſu
minus conceditur debitori haec negatio: Rebuff.
de conſuet. art. 2. gl. 13 n. 29 cùm aliis ſupra allegatis.
Non obſtat, quod huiuſmodi pactum de reinueſtien-
do non fuerit expreſſum in capitulis matrimonia-
libus, Quia hodie non tractatur de dictis capitu-
32 lis, ſed de conuentione facta vltra contenta †
in eis, in quibus illa non fuit appoſita pro hono-
re ſponſi, & cùm particularis promiſſio adſit, &
de ea conſtet, pro habenda tali ſecuritate, poteſt
peti fieri ſcripturam, ne iura & probationes pe-
reant: Surd. *conſ. 144. num. 4. cum ſeq. lib. 1.*
Minus obſtat conſuetudo nobilium Bononien. de
non reinueſtiendo dotes, Quia omiſſo, quod de
ea non apparet, & non eſt vniformis, cùm multa
33 exempla contraria exiſtant, † Reſpondetur, quod
ceſſat conſuetudo, vbi adeſt particularis conuen-
tio: Natt. *conſ. 384. n. 11.* iuxta *l. ſi quandò. ff. de leg. 1*
Becc. *conſ. 94. n. 28. ad med.* Surd. *conſ. 34. n. 28. lib. 1.*
Nec debet retardari celebratio inſtrumenti propter
reſeruationem iurium contra perſonas, de quibus
in actis, Quia cùm iſta iura ſint efficacia, non eſt
34 aequum, † vt tollantur in praeiudicium eius, qui
illa habet, nam paſſim iſtae reſeruationes admit-
tuntur in ſimilibus contractibus: Iaſ. *in l. cum aqui-*
liana. §. in 3. notab. n. 4. poſt med. verſ. immo poteſt fa-
cere confeſſionem, ff. de tranſact. vbi quod eſt notan-
dum; dicens alibi non legiſſe, quam per Oldrad.
& Bald. & ſequitur Rebuff. *de famulor. ſalar. gloſ. 5*
35 *n. 2. in fin. tom. 2. fol. 240.* † Et quatenus talia iura
eſſent inefficacia, nihil parti deperit, cùm reſerua-
tio ſit eius naturae, vt conſeruet ius quod eſt non
quod nouum afferat; *l. at ſi quis, §. plerique. ff. de re-*
ligioſ. & ſumpt. funer. l. 3. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel
hypothec. ſolnit. Surd. *conſ. 132. n. 29. lib. 2.* Menoch.
36 *conſ. 2. n. 57. lib. 1.* † Etiam ſi pars aduerſa conſenti-
ret tali reſeruationi: Aym. *conſ. 33. n. 30. ad med.*
verſ. pro hoc optimè facit. Rot. *dec. 242. in fin. part. 1*
in recentioribus. Ideò talis reſeruatio iurium non
debet denegari, tanquam illa non ſit noua proui-
37 ſio rei, † ſeu aliqua diſpoſitio, ſed potius iuris ſui
ſimplex retentio, *capit. ſi eo tempore de elect. in 6*
capit. ſi beneficia de praebend. eod. lib. Bero. *conſ. 140*
num. 42. ad med. lib. 2.
Nec faciunt alia, quae opponuntur, Quia procedunt,
quando contractus principalis, ſuper quo inter-
38 ponitur praeſtatio fidei, eſſet inualidus, † tùc enim
non mirum, ſi non eſt ſeruanda fides, tanquam
ſublato principali, tollatur etiam acceſſorium:
Gail. *obſeru. 59. num. 5. lib. 2.* Exemplo iuramen-
39 ti, † quod etiam regulatur iuxta naturam actus,
cui apponitur, *l. fin. C. de non num. pecun. c. quia-*

rauallis de iureiur. Guid. Pap. *dec.* 99. Vnde ſi contractus ſit illicitus, nec promiſſio iurata erit obli-
40 gatoria, † & iuſiurandum nihil operabitur, *cap. quanto, de iureiurand.* Dyn. *in capit. non eſt obligatorium de regul. iur. in 6.* Gail. *obſeruat.* 59. *numero* 5. *lib.* 2.

EPITOME.

Obligatio cameralis quando habeat executionem paratam, & proſit intereſſe habentibus etiam non nominatis in inſtrumento. ¶ Statutum Vrbis prohibens mulierem obligari an habeat locum in omnibus contractibus læſiuis. ¶ Promiſſio vxoris pro viro cum decreto, & ſolemnitatibus an valeat, ſi remanet penitus indotata, vel ſi non habet ſaluam dimidiam partem dotis. ¶ Diſcuſſio an requiratur, ſi notoriè conſtat aliquem non eſſe ſoluendo. ¶ Pretium conuentum quando dicatur iuſtum. ¶ Renunciatio hypothecæ mulieris an ſit valida, ſi alia bona mariti non exiſtunt, non ſolùm tempore renunciationis, ſed etiam reſtitutionis dotis quamvis eſſet iuramento confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Actio non competit ei, qui in inſtrumento non eſt nominatus, & requiritur ceſſio. num. 2. & 3.*
4 *Obligatio cameralis habet executionem paratam, & prodeſt omnibus intereſſe habentibus. Fallit quando eſt restricta ad perſonam determinatam, n. 5.*
6 *Promiſſio de releuando indemnem à moleſtijs intelligitur de validis, & efficacibus.*
7 *Nemo præſumitur facere actum fruſtratorium.*
8 *Statutum Vrbis prohibens mulierem obligari habet locum in omnib. contractibus, in quibus poteſt lædi.*
9 *Fideiuſſio eſt actus de ſui natura læſiuus.*
10 *Contractus mulieris annullatur ſtante enormi læſione, quamvis interueneris in eo decretum Iudicis.*
11 *Obligatio vxoris etiam pro viri excarceratione eſt inefficax, ſi remanet indotata, n. 12. & 15. vel ſi non habet ſaluam dimidiam partem dotis, n. 18.*
13 *Sors principalis cenſus non poteſt repeti reſtactu domini cenſus, non alterius.*
14 *Auctoritas Iudicis non tollit læſionem mulieris.*
16 *Pretium conuentum præſumitur iuſtum.*
17 *Valor rei venditæ diminuitur ex oneribus, & reſponſionibus, quibus eſt grauata.*
19 *Diſcuſſio non requiritur, ſi eſt notorium aliquem non eſſe ſoluendo.*
20 *Renunciatio hypothecæ per vxorem facta non valet, ſi alia bona mariti non exiſtunt ſolùm tempore renunciationis, ſed etiam reſtitutionis dotis, etiam quod fuerit iuramento confirmata, n. 21. & 22.*

CAPVT DCCXXIII.

RECognouit Hieronymus Nuccius bonam fidem cenſus conſtituti per Alexandrum Gabrielem ſuper eius palatio, declarando illum fuiſſe impoſitum ſui contemplatione, & confitendo recepiſſe ſcuta 1200. pro pretio dicti cenſus, vt latius in inſtrumento celebrato de anno 1590. in quo etiam acceſſit Hortenſia vxor Hieronymi cum decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus per ſtatutum requiſitis, quæ promiſit releuare indemnes tam Alexandrum, quàm alios in eodem cenſu obligatos, & pro ſecuritate eiuſdem Hortenſiæ, quatenus moleſtaretur à creditoribus Hieronymi ſui viri, obligauit ſe Franciſcus pro rata ſcutorum 600. cui poſtea in dicta obligatione ſucceſſit Paulus Alberinus ex cauſis, de quibus in actis, & cùm modò Carolus hæres Alexandri moleſtaretur pro ſolutione fructuum eiuſdem cenſus, pro ſui liberatione egit contra Paulum, & Hortenſiam vigore ſupradictarum obligationum, vnde contigit dubitari an illarum executioni eſſet locus, & quidem dicebam ſoluendum eſſe negatiuè, Nam quo ad Paulum apparet illius promiſſionem fuiſſe de ſoluendo debita Hieronymi vſque ad ſummam ſcutorum 600. quatenus Hortenſia moleſtaretur à creditoribus etiam poſterioribus, & de releuando illam indemnem pro
1 dicta rata, † Vnde nulla actio competit aduerſario, ſed ſolum eidem Hortenſię ad cuius fauorem, & releuationē facta eſt obligatio, quamvis etiam eſſemus in inſtrumento guarantigiæ, & adſit intereſſe illius tertij non nominati in eodem inſtrumento: Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam, n.* 10. *verſ. octauo, adde. ff. ſi certum petat.* per doctrinam Bald. *in l. ſi pater marito, 5. C. de dot. promiſſ.* Galleſ. *de oblig. camer. titulo de præambul. ipſius proceſſ. rubr. de perſon. petent, execut. in princ. n.* 1. *fol.* 16. Bened. de Barz. *de guarantig. part.* 1. *quæſt.* 9. *verſ. & ſi velit ſe fundare,* Boer. *deciſ.* 221. *num.* 4. *ante fin.* Coler. *de proceſſib. execus. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 81. *&* 96. *fol.* 415. benè Rebuff. *de liter. obligat. artic.* 1. *gloſ.* 9. *n.* 28. *vſque*
2 *ad* 33. *tom.* 1. *fol.* 72. † vbi ex hoc requirit ceſſionem Bened. de Barz. *de guarantig. part.* 1. *quæſt.* 9. *poſt med. verſ. nam aliquando quis prætendit, folio* 217 prout etiam è contra dicimus de executione inſtrumenti, quæ non poteſt fieri contra tertium
3 non † nominatum: Dec. *in c. cùm teneamur, in fin. verſ. & in ſimili dicitur ſi ſtatutum, de appell.* Alex. *in l.* 1. *§. hæres num.* 1. *ff. ad Trebell.* 1. *& conſ.* 83. *viſo themate, num.* 11. *lib.* 3

Neque obſtat, quod etiam obligatio cameralis extendatur contra non nominatos in inſtrumento,
4 † cum illa habeat executionem paratam, & proſit omnibus intereſſe habentibus, vt per Rot. coram Card. Seraph. Romana releuationis indemnitatis. 27. Octobris 1603. quæ in impreſſis eſt *deciſ.* 1477. *num.* 1. & coram R. P. D. Pirouano Romana ſeu Colonien. pecuniaria 16. Nouembris 1611. Quia iſta non habent locum in caſu noſtro, cùm ſimus in obligatione reſtricta ad perſonam
5 Hortenſiæ, † videlicet quatenus ipſa moleſtaretur à creditoribus Hieronymi ſui viri, vnde tunc talis obligatio cameralis non poteſt obligare in plus, quam ipſi contrahentes voluerint: Bart. *in l. ei qui acceſſionis, ff. de fideiuſſorib.* Roman. *conſ.* 121 *colum.* 1. *ante fin. verſ. minus autem in act.* 2. Gabr. *conſ.* 173. *n.* 1. *lib.* 2. Burſatt. *conſ.* 361. *n.* 33. *lib.* 4. Galleſ. *ad form. obligat. cameral. p.* 1. *qu.* 3. *n.* 2. *aliàs in noua impreſſ. q.* 28. *n.* 2. Sarmient. *ſelectar. interpretat. lib.* 1 *c.* 11. *num.* 2. Rot. coram R. P. D. Iuſto Romana 30 millium 3. Decembris 1599. quæ eſt impreſſa poſt Galleſ. *de obligat. cameral. deciſ.* 83. *n.* 10.

Præterea, quamvis daretur actio, quod negatur, Tamen iſta promiſſio intelligatur de credito cuius
6 vigore Hortenſia iuſtè moleſtari poſſet, † ſecus de nullo, & inefficaci, *l. non dubium in fin. C. de legib.* Gloſ. *in l. grauis,* 15. *de cenſib.* Caſtr. *in l. cum lex.* 47. *num.* 1. *&* 2. *ff. de fideiuſſorib.* Bart. *in l. qui contra ff. eod. tit.* Surd. *deciſ.* 218. *n.* 10. Vnde cùm pro huiuſmodi

iuſmodi cenſu Hortenſia non ſit validè obligata, vt ex infra dicendis apparebit, per Paulum fuit ſatiſfactum ſuæ obligationi, ſuſcipiendo in ſe litem, & defendendo Hortenſiam, & ideo in inſtrumento fuit appoſitum pactum, vt Paulus ſubrogatus in locum Franciſci teneatur Hortenſiam liberare ſuis ſumptibus etiam pro tota cauſa faciendis, ſi enim præciſè fuiſſet promiſſa ſolutio creditoribus, fruſtratoria fuiſſet conuentio de ſubminiſtrando expenſas litis pro tota cauſa, &
7 pro liberatione eiuſdem Hortenſiæ, † cùm tamen nemo præſumatur facere actum fruſtratorium, *l. 1 in fin. ad municip. l. vnic. C. de theſaur. lib.* 10. Surd. *conſ.* 309. *n.* 15. *lib.* 3.

Idem dicendum eſt quo ad Hortenſiam, vt contra eam neque ſit locus executioni obligationis cameralis cõſtat enim, quod illius obligatio eſt nulla ex defectu cauſæ, quæ non ceſſit in illius vtilitatem, immò in euidens præiudicium ipſius, tamquam fideiuſſerit pro viro decocto cum promiſſione de releuando omnes fideiuſſores in cenſu
8 obligatos, † quod prohibetur per ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. quod habet locum in omnibus contractibus in quibus mulier lædi poteſt: Put. *deciſ.* 162. *n.* 2. *lib.* 1. Creſcent. *dec.* 3. *de conſtitut.* Fideiuſſio
9 autem eſt contractus de ſui natura læſiuus, † *l.* 1. *C. de filiofamil. minor. l. aut prætor, ſ. de minorib.* Socin. Iun. *conſ.* 47. *n.* 2. *lib.* 4.

Quod confirmatur, quia ex obligatione facta per Hortenſiam in ſocietatibus ac cenſu pro ſuo viro remanet penitus indotata, cùm enim fideiuſſio ſit pro ſcutis 1200. & vltra, abſorbent maiorem par-
10 tem ſuæ dotis, quæ conſiſtit in ſcutis 1500. † & conſequenter apparet de enormiſſima læſione, ob quam actus redditur nullus, non obſtante decreto Iudicis, pro quo non præſumitur, quando conſtat de euidenti læſione: Ruin. *conſ.* 167. *n.* 14. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 7. *n.* 89. *lib.* 3. Rim. Sen. *conſ.* 351. *n.* 8. *lib.* 2. per doctrinam Innocent. *in cap. propoſuiſti, de probationib.* Bart. *conſ.* 55. *col. fin. lib.* 1.

Et quamvis prætendatur adeſſe releuationem Pauli pro ſcutis 600. Tamen cùm petantur fructus cenſus decurſi ab anno 1598. quantitas dictorum fructuum aſcendit ad ſcuta 1560. quæ iuncta cum ſorte principali 1200. conſtituunt ſummam ſcutorum 2760. ita vt medietas ſit ſcutorum 1380. quæ ferè
11 totam dotem abſorbet, † & ſic magis apparet mulierem fuiſſe enormiter læſam, & eius obligationem etiam iuratam eſſe nullam, & inefficacem, tamquam contra publicam vtilitatem, cùm remaneat indotata: Abb. *conſ.* 8. *n.* 6. *part.* 2. Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 13. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 48. *num.* 13. *lib.* 1. Theſaur.
12 *dec.* 225. *n.* 13. † Quamvis etiam obligatio eſſet facta pro excarceratione viri, vt per Rot. coram Cardin. Arigonio Romana fideiuſſionis, 5. Iulij 1593 Lup. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem,* §. 17 *num.* 15. & 16.

Neque obſtat, quod non poſſit repeti ſors principalis cenſus. Quia hoc procedit reſpectu Domini
13 cenſus, † non autem reſpectu aduerſarij, qui etiam prætendit liberationem domus cenſuatæ, quam Hieronymus promiſit: Nauarr. *de vſur. notab.* 22 *num.* 72. Couar. *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 4. Solis *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 15. dixi ſupra *cap.* 717. *num.* 1 & 4. & ſi eſſet valida obligatio Hortenſiæ, quilibet ex fideiuſſoribus poſſet ab ea petere extinctionem, ſeu redemptionem cenſus, cùm etiam paria ſint ſoluere ſortem principalem cenſus; ſeu illam in ſe aſſumere; quod potius tenderet in maius præiudicium mulieris, tanquam cogeretur ſoluere fructus ad rationem ſeptem cum dimidio, cùm tamen ex dote minus percipiat, & ſic ſemper con-
14 ſtat † de illius læſione, ob quam obligatio non ſubſiſtit; quamvis eſſet facta cum auctoritate Iudicis, tanquam illius auctoritas non tollat præiudicium, & damnum mulieris: Anchar. *conſ.* 169. *n.* 3. *in fin.* Ægid. *dec.* 509.

Neque obſtat deciſio coram R. P. D. Pamphilio Ro-
15 mana Saluiani interdicti, 15. Decemb. 1614. † Quia ibi conſtabat mulierem habuiſſe ampliſſimam dotem, & releuatores, ex quibus non poterat conſiderari aliqua læſio: Afflict. *dec.* 311. *num.* 2. Romah. *conſ.* 187. *num.* 2. Aliud eſt in caſu noſtro, in quo ex ceſſione vineæ facta Hortenſiæ apparet illam ſolum habuiſſe ex bonis viri pro ſua dote ſcuta 1400
16 † quod pretium vineæ conuentum præſumitur iuſtum, *l. in minoribus, C. de reſtit. in integr. l. nam & poſtea, §. ſi minor ff. de iureiur.* Bart. & Bald. *in l. alterius, ff. de tutel. & rationib. diſtrah.* Corn. *conſ.* 50. *n.* 3 *lib.* 3. Cephal. *conſ.* 348. *n.* 19. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 425. *n.* 2 *lib.* 3. Rot. coram Cardin. Lancellotto Romana reſidui dotis 31. Ianuarij 1611. ſtante præſertim onere diuerſorum canonum & reſponſionum, quibus
17 † dicta vinea erat grauata; quæ diminuunt illius valorem, *l. fundi partem* 79. vbi Gloſſ. *in verb. vendidiſti, ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi ff. de act. empt.* Couarr. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 3. *num.* 4 *verſ.* 5. *infertur,* Aym. *conſ.* 145. *n.* 9. Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. n.* 20. Cephal. *conſ.* 261. *n.* 9. Ofaſc. *dec.* 41. *n.* 14. Surd. *conſ.* 181. *num.* 10. *lib.* 2. & *conſ.* 472 *n.* 76. *lib.* 3. & *conſ.* 427. *n.* 47. *eod. lib.* Vnde ſi cogeretur ſoluere ſcuta 1380. remaneret penitus indotata & enormiter læſa, ac decepta, & in mendicitatem redacta, ita vt ſtantibus prædictis, promiſſio
18 ſit penitus inualida: Theſaur. *dec.* 1223. *n.* 13. † cùm obligatio mulieris pro marito, quamvis ſit facta cum decreto Iudicis, & ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. Tamen non ſuſtineatur, quando remanet penitus indotata, vel non habet ſaluam dimidiam partem ſuæ dotis, vt per Rot. coram Cardin. Arigonio Romana fideiuſſionis, 5. Iulij 1593. de qua per Cardin. Seraphin. *dec.* 1187. *n.* 2. & coram R. P. D. Penia Interamnem. mercium 4 Iulij 1597. & coram R. P. D. Litta Romana ſocietatis officij, 3. Febr. 1606. & coram R. P. D. Pamphilio Saluiani, 15. Decembris 1614. Theſaur. *dec.* 225. *n.* 9. & 13.

Nec facit non conſtare de diſcuſſione bonorum; cùm ſit notorium maritum obiiſſe non ſoluendo,
19 † quo caſu diſcuſſio non eſt neceſſaria: Gloſſ. & Bart *in l. fin. ff. ſi cert. petat.* Corn. qui de communi, *conſ.* 46. *col. pen. ad med. lib.* 2. Neguſ. *de pign. part.* 3 *membr.* 1. *limit.* 1. *num.* 19.

Ex quibus etiam tollitur quæſtio an debeat attendi tempus poſt releuationem Franciſci ad fauorem vxoris, vel tempus, quo per eam fuit renunciatum hypothecæ vineæ eidem Franciſco venditæ; Quia fructus cenſus ſunt adeò aucti ſpatio 13. annorum; vt iuncta dimidia ſortis principalis eiuſdem cenſus, pro qua dimidia Hortenſia non habet releuatorem, ſine dubio excedant medieta-
20 tem ſuæ dotis. † Quamvis ſemper verius ſit, quod ad effectum, vt huiuſmodi renunciatio hypothecæ per vxorem facta valeat, non ſufficit, quod alia bona ſupereſſent tempore renunciationis iuxta opinionem Caſt. *in l. Mulia.* §. *fin. num.* 3.

ff. ſolut. matrim. Roman. *conſ.* 187. *num.* 2. ſed etiam requiritur, quod alia bona exiſtant tempore reſtitutionis dotis, nam illis tunc non exiſtentibus, poteſt ſemper mulier habere regreſſum ad ius hypothecæ ſemel renunciatum: Imol. *in c. peruenit, col.* 4. *de empt. & vend.* cuius opinionem tanquam æquior ſeruatur in praxi fauore dotis, vt teſtatur Afflict. *deciſ.* 313. *recentis terminis, ad med.* Mandoſ. ad Roman. *conſ.* 187. *in verb. ſufficeunt, in fin.* Pariſ.
21 *conſ.* 75. *n.* 16. & 17. *lib.* 3. † vbi ampliat, quamvis renunciatio mulieris eſſet iurata, quia hoc caſu iuramentum non obſtabit: Abb. *conſ.* 8. *n.* 5. *lib.* 2. Marſil. *conſ.* 125. *n.* 36. Vrſil. ad Afflict. *dec.* 313. *n.* 4. vbi quod
22 ita fuit iudicatum Franc. *dec.* 477. *n.* 14. & 15. † vbi quod iſta opinio eſt verior, & approbata tam de iure canonico, quam ciuili Burgoſ. *in d. c. peruenit, in fin. de empt. & vendit.* Et ita ex prædictis fuit deciſum in huiuſmodi cauſa Romana fideiuſſionis coram R. P. D. Vbaldo, 9. Decembris 1615.

EPITOME.

Feudum nouum quando dicatur, ita vt non recipiat interpretationem ab antiqua inueſtitura. ¶ Et quid in rebus dubiis, & non deciſis in ſecunda conceſſione. ¶ Vel quando adſunt nouæ qualitates. ¶ Vel ſi prima inueſtitura fuerit extincta per mortem, ſeu priuationem vaſalli. ¶ Conceſſio feudi pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque quando comprehendat extraneos, & æquiparetur conceſſioni cum clauſula *quibus dederis.* ¶ Et an tunc poſſit vaſallus de eo diſponere abſque conſenſu domini. ¶ Inueſtitura vniuerſalis quando reſtringatur ad habiles ad ſuccedendum in feudo. ¶ Verba vniuerſalia legis, & ſtatuti, & hominis an recipiant reſtrictionem de habilitate. ¶ De Principis poteſtate an ſit deputandum. ¶ Et quando idem in iure nondum delato voluerit præiudicare. ¶ Legitimatio ſine præiudicio venientium ab inteſtato an comprehendat omnes ab inteſtato venientes excluſis ſolum fiſco, & vxore, vel tantum procedat reſpectu collateralium vſque ad quartum gradum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum dicitur propter qualitates nouas appoſitas in ſecunda inueſtitura, & num.* 7. *ſecus ſi nihil addatur, n.* 10.

2 *Inueſtitura antiqua dat formam, & regulam poſteriori in caſibus dubijs, non autem in illis, quæ ſunt expreſsè deciſa in nouiter conceſſa.*

3 *Concedens feudum poteſt apponere conditiones, quæ ſibi magis placent.*

4 *Prima inueſtitura ſublata per mortem, ſeu priuationem vaſalli non attenditur ad declarandam ſecundam eidem conceſſam.*

5 *Noua inueſtitura dicitur vera, & propria, & differt à renouatiua tamquam impropria, & abuſiua, per quam nihil de nouo acquiritur.*

6 *Voluntas Principis magis colligitur ex clauſulis ex certa ſcientia, non obſtantibus, de plenitudine poteſtatis, & ſimilibus in conceſſione feudi appoſitis.*

8 *De poteſtate Principis eſt diſputandum, & n.* 9.

11 *Prima inueſtitura pro filijs, nepotibus, & deſcendentibus in perpetuum d... tur alterata per ſecundam pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & in ea comprehendentur etiam extranei, n.* 12.

13 *Verba* hæredes, & ſucceſſores *comprehendunt non ſolum tria genera hæredum, ſed etiam legatarium, qui in re legata dicitur hæres, n.* 14.

15 *Clauſula,* quibus dederis *operatur, vt feudum tranſeat ad extraneos, & quod de eo vaſallus poſſit teſtari, & diſponere abſque conſenſu domini.*

16 *Dictio,* quoſcumque, *eſt vniuerſalis apta comprehendere in feudis etiam extraneos.*

17 *Inueſtitura debet reſtringi ad hæredes habiles ad ſuccedendum in feudis, ſecus ſi concipiatur per dictiones vniuerſales, num.* 19. & 20.

18 *Verba vniuerſalia legis, & ſtatuti recipiunt reſtrictionem de habilitate, ſecus ſi proferantur in diſpoſitione hominis.*

21 *Princeps magis poteſt præiudicare iuri nondum delato.*

22 *Clauſula in legitimatione,* ſine præiudicio venientium ab inteſtato, *an operetur in tranſuerſalibus, vt illis non fiat præiudicium, non ſuccedente legitimato, quominus non poſſint ſuccedere, ſecus ſi vult admitti ad ſucceſſionem.*

23 *Legitimatio ſine præiudicio venientium ab inteſtato an comprehendat omnes ab inteſtato excluſ. ſolum fiſco, & vxore, vel tantum procedat reſpectu collateralium vſque ad quartum gradum.*

CAPVT DCCXXIV.

In inueſtitura tranſmiſſa datur expreſſa facultas Duci, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus in perpetuum, & aliis, quibus poſſet competere ſucceſſio in iſtis bonis feudalibus ante ſententiam confiſcationis vigore antiquorum priuilegiorum in totum, ſeu in parte alienandi, vendendi, permutandi, donandi, & dandi in dotem caſtra, ciuitates, & alia bona feudalia in eadem inueſtitura comprehenſa & de eis diſponendi inter viuos, & in vltima voluntate tanquam de re feudali cum inter-
1 uentu, & aſſenſu regio. Ita vt † ex iſtis nouis qualitatibus poſitis per Imperatorem in conceſſione, & inueſtitura noua, concludendum ſit eſſe nouum feudum, nulla habita conſideratione prioris inueſtituræ: Bald. *in c.* 1. *§. inſuper, n.* 8. *de probib. feud. alienat. per federic. & in l.* 1. *n.* 11. *de rerum diuiſ. & conſ.* 215. *n.* 4. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 20. *n.* 7. *lib.* 1. Ant. de Prat. *inter conſ. feudal. diuerſor. conſ.* 49. *n.* 28. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 25. *tit.* 21. *n.* 13. Cephal. *conſ.* 12. *n.* 14. *lib.* 1. Crot. *in l.* 3. *§. ſi quis ſimpliciter, n.* 4. *ff. de verb. oblig.* Grat. *conſ.* 4. *n.* 10. *lib.* 1 Afflict. *dec.* 112. *n.* 5. & *dec.* 248. *n.* 8.

Et multò minus debet attendi prima inueſtitura, quia vltra nouas qualitates in ſecunda poſitas, fuit facta eadem ſecunda conceſſio ex titulo oneroſo pro pretio ſcutorum quadraginta millium auri de ſole, cum pacto expreſſo, quod concedens non ſit obligatus de euictione, & cum aliis oneribus in dicta ſecunda inueſtitura contentis, ex quibus apertè colligitur, quod in caſibus expreſſis non debet conſiderari prior inueſtitura, per quam tunc datur regula, & forma poſteriori,
2 † quando occurret aliquis caſus dubius, & ambiguus, non autem in illis, quæ clarè contradicunt priori, & quæ ſunt euidenter deciſa in ſecunda, quando eſt facta conceſſio, prout in caſu noſtro, ab habente poteſtatem, *c.* 1. *quemadmod. feud. ad fil. pertin.* Fulgoſ. *conſ.* 4. Alber. Brun. *conſil.* 1. & 2 Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 21. *n.* 12. Bero. *conſ.* 71. *num.* 44. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 58 *num.* 60

num.60 lib.2. Curt. *de feud.q.3.princ.quæ.* & *q.28* Cephal.*conſ.12.n.26.lib.1.*Menoch. *conſ.1.n.125.* & *conſ.40. n.3.* & *conſ.202.n.33.lib.3.* & *præſumpt. 92 n.5.lib.5.*Natt.*conſ.505 n. 17.* & *18.*

Immò neque in conceſſione,de qua agimus,debet attendi prima inueſtitura etiam in rebus dubiis, ſed ſemper eſt facienda interpretatio talis, quæ redundet ad fauorem Ducis, & aliorum vocatorum
3 † cùm ita expreſsè Imperator declarauerit in ſecunda inueſtitura, cui debet ſtari, tanquam ſit in arbitrio concedentis ponere rebus ſuis eam legem, quæ magis ſibi placuerit; prout etiam ſemper in rebus dubiis iuxta diſpoſitiones iuris communis eſt facienda interpretatio contra concedentem: Io. Iacob.de Leonard. *inter conſil. Brun. 117. num. 132.*Menoch.*præſumpt. 92.in fin.numero 6 lib.3.*

Addditur, quod nunquam attenditur prima inueſtitura, quando illa eſt ſublata, & per mortem, ſeu priuationem vaſalli expirauit,prout eſt caſus no-
4 ſter, † tunc enim ſi de nouo conceditur feudum, conſideratur ſolùm noua forma ſecundæ inueſtituræ, tanquam ſit feudum nouum, quod nullam dependentiam habet à primo: Menoch. *conſ. 439 num.18. lib.5.* Et ita declarantur omnes Doctores, dum concludunt,quod debent attendi priores inueſtituræ, ex quibus ſecundæ recipiunt interpretationem, nam hoc ſolùm procedit in renouatione antiquarum inueſtiturarum, non autem in no-
5 uis conceſſionibus ad Principem deuolutis,† multum enim differt noua inueſtitura à renouatiua, nam iſta renouatiua dicitur abuſiua,&improptia, tanquam ex ea nihil noui acquiratur, quod non eſt in noua inueſtitura, per quam propriè intelligitur fieri alienationem: Menoch.*conſ.66.num.39* & *40.lib.1.* & *conſ.191.num.44.in fin.lib.2.* Cephal. *conſ.27.n.25. lib.1.* Pæpol.*in cap.1. §. ſciendum, col. penul.* & *vlt.de feud.cogn.* Bald. Alu. & Iſern. *in c.1 in princ.per quos fiat inueſtit.* Afflict.*in c.1. ſi de feud. fuer.controu.int.domin.* & *vaſall.*

Cùm præſertim in iſta noua conceſſione adſint clau-
6 ſulæ ex certa ſcientia,† quorum tenores,de plenitudine poteſtatis,non obſtantibus,cum aliis clauſulis ampliſſimis,ex quibus redditur magis clara, & aperta voluntas Principis: Menoch. *conſ. 439 num.2.* & *19.in fin. lib.5.* Ciriec.*de primogenit. lib. 3 q.7.num.18.* Ruin.*conſ. 9.num.20.lib.1.*

Et quamvis in tali ſecunda noua conceſſione, & inueſtitura fiat mentio primæ. Tamen hoc ſolùm eſt reſpectu tituli ducalis,præcedentiæ, antiquitatis, & aliarum rerum in ea expreſſarum, quibus Princeps noluit derogare, ſed declarauit,quod firma, & ſtabilia remaneant antiqua priuilegia,quę retinebat Dux feudo priuatus, in quibus caſibus expreſſis noluit idem Princeps, quod eidem Duci aliquod præiudicium fieret ex ſententia priuatio-
7 nis contra eum lata,† non tamen ex hoc infertur, quod in aliis non fuerit factum feudum nouum, cum nouis qualitatibus,& conuentionibus,ſtante titulo oneroſo, & aliis ſupra adductis, quæ operantur, vt in omnibus, & per omnia fuerit receſſum à priori inueſtitura,cuius nulla ratio habetur propter nouam conceſſionem contrariam primæ extinctæ,& ſublatæ,quamvis ad eam in aliquibus ſit tacita relatio, Ruin. *conſ. 20.num.7. vſque ad 9 lib. 1.* Bald.*in cap.1.an agnat.vel fil.* & *in c.imperialem.§.inſup.n.8.de prohibit.feud. alien. per Federic.* Alex.*in l.ſi mihi* & *Titio, ff. de verborum obligationibus*, Afflict. *deciſione 112. numero quinto.*

Ex quibus concluditur valere alienationem, donationem, & dotationem, & alium quemcumque actum inter viuos, quam in vltima voluntate bonorum feudalium in ſecunda inueſtitura conceſſorum,pręcedente tamen aſſenſu regio ibidem reſeruato, ita vt nunquam poſſit dici de nullitate,& inualiditate rerum alienatarum, cùm omnia ritè, & rectè poſſuit fieri iuxta facultatem ab Impera-
8 tore conceſſam, † de cuius voluntate apparet ex ſupra allegatis, ita vt non ſit diſputandum de illius poteſtate, *l. diſputare.C.de crim.ſacrileg.* Bald. *in prælud. feudor.col.9.* & *in l. imperrata.C.ſentent. reſcind.non poſſ.* & *conſ. 359. proponitur, quod inter agnatos.col.2.lib.1.* Dec.*conſ.588.num.2.* Socin.Iun.
9 *conſ.91.n.6.lib.2.*Menoch.*conſ.495.n.29.lib.5.* † Ita vt tales,qui de ea diſputant,faciant ſe ſuperiorem ipſi Principi,& ponant ſedem ſuam ab Aquilone, tentando illi eſſe ſimiles, quod non permittitur, Aym. *conſ.241.num.3.*

Idem etiam dixi in alia cauſa Bononien.feudi,in qua fuit exhibita ſecunda inueſtitura, quæ non poterat recipere aliquam interpretationem à prima, cùm eſſemus in noua conceſſione omnino diuerſa à priori,&cum nouis qualitatibus,ac aliis in facto præſuppoſitis,ita vt non poſſet dici adeſſe dependentiam ab inueſtitura prius conceſſa, ſed illam ſtare de per ſe,& debere attendi, non ſecus ac ſi prima amplius non extaret,ex auctoritatibus,& rationibus ſupra adductis *n.1.cum.ſeq.* quæ omnes
10 applicantur ad caſum noſtrum, † Quidquid aliàs ceſſantibus prædictis attendatur prior inueſtitura, tanquam radix & fundamentum aliarum ſubſequentium: Bart.*in l.ſi mihi* & *Titio num.7. ff. de verbor. oblig.* Aldobrand.*conſ.15.n.23. lib.1.* & per conſequens côcludendum eſt pro capacitate feudi, de quo agebatur ad fauorem Comitis Franciſci. Nam quamvis prima inueſtitura fuerit ſolum pro filiis, & nepotibus, & deſcendentibus in perpetuum. Tamen ſecunda comprehendit hæredes, & ſucceſſores quoſcumque, ex quibus verbis am-
11 pliatur prima conceſſio, † & feudum dicitur hereditarium, in quo ſuccedunt non ſolùm filij, & agnati, ſed etiam extranei, qui ſecundum propriam naturam feudorum non admittuntur: Bald. *in l.1.num.27.verſ.34. quæritur, ff. de rer. diuiſ.* & *in cap. imperialem, in princ. n.19.de prohibit. feud. alienat.per feder.*Mantic.*de tacit.* & *ambig.conuent. lib.23. tit.3. n.59.* Decian. *conſ. 23.n.38.* & *39. lib.1.*
12 † vbi quod eſt indubitandum, quando vltra verbum hæredibus, adeſt etiam ſucceſſoribus, prout in caſu noſtro: Surd.*conſ.153.n.4.lib. 2.* vbi quod nemo contradicit: Roland.*conſ.96.numero 36.lib.1.*
13 † vbi quod iſta verba hæredes, & ſucceſſores non ſolùm comprehendunt tria genera hæredum, de quibus *in tit. inſt. de hered. qual.* & *differen.* Sed
14 † in legatarium, *l. quadam, §.is autem, ff.de edend.* qui in re legata eſt quodammodo hæres, *l.id tempus, §.1.ff.de vſucapio.* & iſta eſt verior,& magis communis opinio, vt teſtatur Curt.Iun.*conſ.1.n.4* & *5.col.2.poſt med.* & *conſ.4 col.vlt.*Rip.*in l.ex facto. §. ſi quis ita,ff.ad Trebell.* & *in l.quæſitum, §. ſi quis, ff.de priuil.credit.*Pariſ.*conſ.2.n. 17. lib.1.* & *conſ.71 num.42 lib.3.*Socin. Iun. *conſ.72.n.22.lib.1.* & *conſ. 112.col.3.lib.2.* & concludunt omnes *in l. gallus, §. etiam ſi parente, ff.de liber.* & *poſthum.* & ſequitur Rot. coram Cardin. Seraphino Ciuitatis caſtelli caſtri Montani,10. Maij 1577. quæ eſt in impreſſis

*deciſ.*325. & coram eodem Romana bonorum dè
15 Lilio,7. Februar. 1581. in impreſſ. 559. *n.* 18. † vbi
etiam quod iſta verba æquiparantur clauſulæ ;
quibus dederis quę facit, vt feudum poſſit tranſire
ad extraneos, & de eo vaſallus teſtari valeat ſine
conſenſu domini, provt alienare, vendere, donare,
& facere quidquid voluerit : Aym.*conſ.*84.*n.*11
cum aliis latè adductis *in tract.de clauſ. p.*2. *clauſ.*
46.*num.*1.*vſque ad* 7.

Maximè, quia adeſt verbum illud quibuſcumque,
quod comprehendit omnes hæredes, & ſingulares
16 ſucceſſores, & extraneos quoſcumque † propter
naturam iſtius dictionis vniuerſalis, quæ eſt apta
illos comprehendere, etiam in feudalibus : latè
Surd.*conſ.*153.*n.*4. Oſaſc.*dec.*161.*n.*16. Capic. *in ſua*
inueſt.feudal.§. *feudorum clauſulæ, verſ. & ſuis hæredib. & ſucceſſoribus.* Thom.Marin. *de feud. tit.* 5
*lib.*1.*n.*17. Roland.*conſ.*42. *n.*1. *lib.* 4. *& in tract. de*
*inueſt.p.*4.*verſ.nunquid hæres,n.*1. Phanuc. *eod.tit.*
*p.*6.*n.*37. *Clar.in* §.*feudum, q.*9.*in princ.* Socin.Iun.
*conſ.*42.*n.*1.*&* 2. *lib.*3. Ruin.*conſ.*112. *num.* 14. *lib.* 5
Honded.*conſ.*92.*num.*11. *lib.*1.

Non obſtat, quod inueſtitura ſit reſtringenda ad hæ-
17 redes habiles ad ſuccedendum in feudis, † quamvis
loqueretur de hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque,
cùm ex dictis verbis non debeat alterari
natura feudalis. Bald. *in l.cum virum,n.*21. *in*
fin.C.de fideicommiſſ. cum aliis per Roland.*conſ.*96
*n.*12.*vſque ad* 16.*lib.*3. Quia prædicta procedunt,
quando iſta verba vniuerſalia, & geminata profe-
18 runtur à lege, ſeu ſtatuto, † tunc enim recipiunt re-
ſtrictionem de habilitate, ne aliàs generaliter in-
telligendo inducatur aliarum legum correctio, ſe-
cus quando provt in caſu noſtro, talia verba ſunt
prolata in diſpoſitione hominis, tunc enim ceſſat
ratio correctionis, & per conſequens inueſtitura
nullam recipiet reſtrictionem. Iſta eſt communis
diſtinctio doctorum, quam approbant omnes in *l.*
gallus,§. *etiam ſi parente, ff. de liber. & poſth.* Bald.
*in c.imperialem,n.*19.*de prohib.feud.alien.per feder.*
Alex.*in l.ſi patroni,n.*15.*ff.ad Trebell.* Felin.*in cap.*
*in præſentia. n.*44.*de prob.* Brun.*conſ.feudal.*10. vbi
de communi Rip.*in l.ex facto,*§.*ſi quis ita,n.* 16. *ad*
19 *Trebell.* Aym. *conſ.*256.*col.vlt.* Roland. † qui ita
concordat contrarias ſententias *conſ.*96.*n.*48.*li.* 1
Curt.Iun. *conſ.*1.*n.*3. cum aliis *in tract.de clauſ.p.*2.
*clauſ.*45.*n.*3. *vſque ad* 6. vbi quod ſtantibus huiuſ-
modi verbis vniuerſalibus, feudum dicitur omni-
20 no hæreditarium, & tranſit ad fœminas, † & deſ-
cendentes ex eis, & ad vxorem, & ad Eccleſiam, &
ad alios extraneos : Becc.*conſ.*18.*n.* 2. latè Intrigl.
*de feud. centur.*1.*q.*50.*num.*127.*cum ſeq.*

Quibus additur, quod tempore, quo Summus Pontifex
alterauit inueſtituram pro hæredibus, & ſuc-
21 ceſſoribus quibuſcumque † non agebatur de aliquo
intereſſe aduerſarij, qui tunc temporis non-
dum erat natus, cùm poſt multos annos fuerit
progenitus, ita vt nullo modo poſſit dici eſſe illi
aliquod ius quæſitum, quo caſu magis permit per
Principem prẹiudicari iuri nondum delato: Ruin.
*conſ.*130.*num.*16.*&* 17.*lib.*5. Cephal. *conſ.*3. *num.*34
Roland.*conſ.*3.*num.*139.*lib.* 1. Bec. qui de communi
*conſ.*56.*num.*58.*&* 59.*lib.*1.

Minus obſtat, quod in legitimatione adſit clauſula,
ſine præiudicio venientium ab inteſtato. Quia
22 † cum ſumus in tranſuerſalibus, talis clauſula ap-
poſita in legitimatione operatur hunc effectum,
vt illis non fiat præiudicium, non ſuccedente le-
gitimato, quominus non poſſint ſuccedere, ſecus
ſi legitimatus vult [illegible] ſucceſſionem, tunc
eum commodum tranſuerſalium non conſideratur
per dictam clauſulam, cum eis nihil penitus
debeatur, neque in ſpe, neque in re, prẹſertim quia
talis clauſula habet locum quando pater legiti-
mans decedit inteſtatus, ſecus autem condito te-
ſtamento, provt in caſu noſtro, quia tunc nihil
per tranſuerſales opponi poteſt, tanquam ſit po-
tentior ſucceſſio ex teſtamento, cùm teſtator poſ-
ſet etiam extraneos inſtituere excludendo tranſ-
uerſales, quod non contingit in ſucceſſione ab in-
teſtato, ita omnia prædicta comprobat, & de ma-
gis communi atteſtatur Menoch. *conſ.*19.*n.*26. *&*
27.*lib.*1. poſt Caſtr.*in l.gallus,*§. *& quid ſi tantum.*
*n.*16. *ff. de liber. & poſthum. & conſ.*27. *dicendum eſt,*
*lib.*1. Alex.*conſ.*51.*n.*1.*lib.*2.*& conſ.*187.*n.*8. *vſque ad*
11.*lib.*5. Socin.*conſ.*212.*col.*3.*lib.*2. Ruin.*conſ.* 72.*n.*2
*& conſ.*103.*num.*4.*lib.*3.

Quamvis modò prædicta non ſint firmanda, cùm ſe-
23 cundùm alios huiuſmodi clauſula † ſine præiudi-
cio venientium ab inteſtato appoſita in legitima-
tione facta patre viuente, comprehendat omnes
ab inteſtato venientes, excluſis ſolùm fiſco, & vxo-
re : Vbald.*de ſucceſſ.ab inteſt.p.*1.*n.*117.*vſque ad* 121
cum aliis latè adductis per Honded.*conſ.* 71. *n.* 28
*lib.*2. Corn.*conſ.*3.*col.*1. *& conſ.*34.*n.*8.*& conſ.*39. *n.*9
*cum ſeq.lib.*1. vbi etiam allegat Anton. Gratianum,
& alios idem tenentes. Aret.*in l.gallus,*§.*& quid ſi*
*tantum,n.*26.*verſ.quæ opinio,ff.de liber. & poſthum.*
Capr.*conſ.*157.*n.*44.*in fin.* Bolognin.*conſ.*58.*num.*28
Rimin.Sen.*conſ.*41.*n.*9. *&* 12. & ibi Rimin.Iun. *in*
addit. Gozad.*conſ.*6,*n.*14.*& conſ.*29.*n.*3. Bero.*conſil.*
176.*n.*38.*& conſ.*377.*n.*4.*lib.*2. Ruin. *conſ.*73. *n.*15 *&*
*conſ.*74.*n.*10.*lib.*3. Dec.*conſil.*358. *n.*3. *& conſ.*393. *n.*1
*& conſ.*610.*in princ.* Pariſ.*conſ.*14.*n.*44.*lib.*2. Burſat.
*conſ.*1. *n.* 27.*lib.*1. *& conſ.*355.*n.* 28.*lib.*4. Gabr. *conſ.*
22. *num.*4. *&* 12. *lib.*2.*& conſil.*23.*num.*17. *eod.lib.*
Lupus *de illegitim.comment.*3.§.1. *n.*65. Pereg. *conſ.*
17.*n.*8.*lib.*4.*de fideicommiſſ.art.*23.*n.*85. Cæſar. de
Graſſ.*dec.*2.*n.*3.*qui fil.ſint legitimi.* Put.*deciſ.*3. 2.*n.*1
*lib.*3.*in nou.* Cæteros conſultò omitto, quia latiſſi-
mè adducuntur in informatione impreſſa in cauſa
Romana legitimæ coram R.P.D. Manzanedo, &
in conſ.R.P.D. Cantuccij quod etiam eſt impreſ-
ſum, & de quo meminit etiam Honded. *d. conſ.* 71
*n.*28.*&* 29. *lib.*2.*& conſ.*83.*n.*17. *eod.lib.* cui ſe ſub-
ſcripſerunt Coronatus Planca, & Tiberius Cera-
ſius, qui etiam de eodem conſil. Cantuccij men-
24 tionem facit. † ¶ Quæ quidem opinio ſaltem ad-
mittẽda eſt reſpectu collateralium vſque ad quar-
tum gradum, Curt.Sen.*conſ.*73.*num.*7. Rimin.Iun.
*conſ.*446.*num.*42.*cum ſeq. lib.*4.*&* 584.*n.* 40.*&* 41
*lib.*5. Cephal. *conſ.*442.*num.*38.*lib.* 3. Couarr. *de*
*ſponſalib.p.*2.*c.*8.§.10.*num.*1. Oddo.*conſ.*1.*n.*12.*&* 14
*& conſ.*16.*n.*30. Peregr.*de fideicommiſſ. art.*23. *n.* 87
Honded.*conſ.*71.*n.*28.*&* 29.*lib.*2.*& conſ.*83.*num.*17
*eod.lib.& conſ.*89.*n.*23.*lib.* 1. cum aliis latè addu-
ctis in informatione impreſſa in cauſa Romana
legitimæ coram R.P. D. Manzanedo, per quem
fuit ſæpe propoſitum huiuſmodi dubium, &
quia adhuc non fuit facta aliqua reſolutio, ideò
in alio capite particulari Deo dante latius omnia
examinabuntur, cũ inſertione eorum, quę ad hanc
materiam pertinebunt, & prẹſertim conſ. R.P.D.
Cantuccij quod in iſtis terminis eſt multum ex-
emplare, cùm modo ſatis ſit hæc attigiſſe, provt
etiam aliqua adduxi *ſupra c.*567.*n.*3.*vſq. ad.*7.*tom.*3.

EPITOME.

Exceptio non implementi etiam in minimo, quando repellet agentem, ita vt non poſſit conſequi aliquod lucrum, & quid ſi adſit impedimentum. ¶ Et quo caſu detur excuſatio a pœna, & damno. ¶ Socius quando poſſit obligare conſocium tam in ſocietate vniuerſali, quam particulari, & vltra quantitatem in ea poſitam. ¶ Et an requiratur ratificatio. ¶ Et detur actio contra tertios poſſeſſores. ¶ Societas vniuerſalis ex quibus probetur. ¶ Contrahens nomine alterius, & promittens de rato, an teneatur ad faciendum ratificare, ſi oſtendat mandatum. ¶ Et quid ſtante iuramento, & particulari prouiſione contrahentis ſuper tali ratificatione. ¶ Ceſſante intereſſe an poſſit obiici de non adimplemento. ¶ Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione actoris an ſint reficiendæ. ¶ Deſiſtens à lite ſtatim quod iura producuntur an poſſint condemnari in expenſis, & in quibus. ¶ Et quid ſi proſequatur litem poſt illorum productionem. ¶ Indicatio iurium an ſufficiat, ſi illa debent produci. ¶ Et quid ſignificet verbum producere. ¶ Sententia an ſit nulla, ſi non iuſtificatur ex actis. ¶ Iuſta cauſa litigandi an excuſet ab expenſis, quamvis adſit ſtatutum mandans victum in illis condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi repellit agentem, vt non poſſit aliquod lucrum conſequi, etiam ſi impoſſibilis ſit adimpletio, quæ ſolùm excuſat à pœna, & damno, non à conſecutione lucri. Intellige vt n.3.*

4 *Socius poteſt obligare conſocium, quamvis non fuerit contractum nomine ſocietatis, quando ſumus in ſocietate vniuerſali, ſecus in particulari, & an detur actio contra tertios poſſeſſores, & pro quantitate non poſita in corpore ſocietatis, n.5.6.& 7. Et an requiratur ratificatio ſocij, n.9.*

8 *Societas vniuerſalis probatur ex communione omniū bonorum, & lucrorum, ex quacumque cauſa, & quod de ſupralucratis, nunquam ſit reddita ratio.*

10 *Contrahens nomine alterius, & promittens de rato non tenetur ad faciendum ratificare ſi oſtendit mandatum ad gerendum illum actum. Intellige vt n. 11.12.18. & 25.*

13 *Verba* infra octo dies ab hodie, *includunt tempus de momento ad momentum.*

14 *Adimplens extra diem conuentã eſt in mora, & cenſetur renunciare iuri ſibi cõpetenti, nec datur purgatio moræ tanquã ſimus in acquirendis. n.15.& 16*

17 *Iuſiurandum obligat præciſè ad factum, quando poteſt adimpleri, n. 19.*

20 *Hæres iurantis tenetur in forma ſpecifica adimplere.*

21 *Ceſſante intereſſe non poteſt obijci de non adimplemento. Contrarium n.22. Declara vt n. 24.*

23 *Exceptio non adimplementi eſt fundata in violatione fidei, & habet locum, quamvis in minimo non adimpleatur.*

26 *Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione actoris non ſunt reficiendæ.*

27 *Calumniator dicitur, qui non probat, quod excipiendo opponit.*

28 *Ceſſans à lite ſtatim, quod iura producuntur non condemnatur in expenſis, num.36.*

29 *Indicatio iurium non ſufficit, ſi illa debent produci.*

30 *Producere idem eſt, quod exhibere, & apud acta ponere, num.31.*

32 *Verba non ſufficiunt, vbi facto opus eſt.*

33 *Quæ ſunt extra acta dicuntur eſſe extra mundum.*

34 *Sententia eſt nulla ſtatim quod non iuſtificatur ex actis.*

35 *Non iura probantur ex reuolutione actorum.*

37 *Actor proſequens litem poſt productionem iurium [illegible] exceptionum rei, & ſuccumbens non poteſt condemnari, niſi in expenſis factis poſt iura producta.*

38 *Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis, etiam ſi adſit ſtatutum mandans victum in illis condemnari.*

CAPVT DCCXXV.

FVit expreſſè conuentum in ſocietate, de qua agimus, quod Franciſcus accedat tanquam principalis, & inſolidum pro omnibus in ea contentis, & quod illam ratificabit infra octo dies ab hodie, & cum eadem rati promiſſione Antonius recognouit bonam fidem, & ſuſcepit omne commodum, & incommodum dictæ ſocietatis cum promiſſione de adimplendo, & obſeruando omnia, de quibus in inſtrumento: Vnde cùm non conſtet, quod Franciſcus acceſſerit, & ratifica-
1 uerit, † ob defectum illius inobſeruantiæ, & non adimplementi, non potuit Antonius prætendere aliquod lucrum pecuniarum dictę ſocietatis, cùm ex parte ſua non adimpleuerit. Nam ad effectum, vt quis ex contractu conſequatur actionem, ſeu exceptionem, debet ante omnia docere de adimplemento: Aym. *conſ.151.num. 8. vſque ad 2.* & in materia ſocietatis: Card.Seraphin. *dec.225. num. 2. cum ſeq.& deciſ. 673.n.1.* Card. Lancellot. Romana ſocietatis officij de Sorbellonibus, 2. Iunij
2 1608.dixi *ſupr.c.301.num. 9. cum ſeq.* † vbi etiam quod hoc procedit ſtante impoſſibilitate implementi, quæ excuſat à pœna, & damno, non autem prodeſt, vt poſſit agi ad lucrum: Butr. *in cap.ſicut, il 3.num.*10. & ibi Abb. *num.*10. *de iureiur.* Pelin. *in c. 3. ad fin.verſ. & adde iſtis, eod.tit.* Surd. *conſ.186.n. 21.lib.2.& dec.141.num.5.* Natt. *conſ.50. num. 7. & conſ. 69.num.12.* Menoch. *conſ.1.num. 368. & conſ.*
3 *55.num.5.* Rot. *dec. 493. num. 1.p.1. in recentiorib.* † cum declarationibus tamen, de quibus *ibid.num. 1. & per tot.* Graſſ. *de except.cap.13. num. 44.& 49* Sim. de Pret. *conſ.28. num. 7.* Maſcard. *concl. 1387 num. 1.*

Hæc fuerunt admiſſa per partem aduerſam, provt etiam per Iudicem, quia ita ſententiauit, declarando non eſſe locum prætenſo lucro pecuniarum, vt latius in ſententia, à qua fuit appellatum, ſub prætextu, quod eſſemus inter ſocios vniuerſales omnium bonorum, provt poſtea in cauſa appellationis fuerunt examinati multi teſtes ſemper prętenſa ſocietate vniuerſali, ita vt illa exiſtente non requireretur, quod amplius Antonius adimpleret in faciendo accedere Franciſcum in eadem ſocietate, tanquam ſufficeret, quod per ſocium fuerit
4 validè obligatus, † cùm poſſit ſocius obligare cõſocium, quamvis non fuerit contractum nomine ſocietatis, quando ſumus in ſocietate vniuerſali, vt præſupponitur, quidquid ſit in ſocietate particulari, vt latè comprobat Card. Mantic. *de tacit.*
5 *& ambig.conu.li.6.tit.22.n.1.vſque ad* 6. † Provt regulare eſt, vt ſocius poſſit obligare tam perſonam, quam bona ſocij, etiam inſolidum, & cum hypotheca bonorum, ita vt etiam detur actio realis cõtra tertios poſſeſſores bonorum ſocij, quando tamen expreſsè obligauit bona ſocij, cum ſecus ſit, ſi tacitè cenſeantur talia bona obligata, vt latè

concludit Sut. dec.213.per tot.poſt Alexand.conſil.
6 217. col.fin. verſ. rurſus poſito,lib.6. † Ita vt quam-
vis in caſu,quo vnus ſocius poſſit alium obligare,
intelligatur ſolum pro quantitate, quam ſocius
habet in corpore ſocietatis: Pariſ.conſ.93.num.31
7 lib. 1. † Tamen hoc procedit inter ipſos ſocios,
nam quo ad contrahentes obligatur inſolidum:
Menoch.conſ.410.n.36.& 42.Rot. Genuenſ.dec.97
num.7. & 8.

Verum iſtis non obſtantibus, non eſt recedendum
à ſupra firmatis, quia ex lectura teſtium examina-
torum non probatur iſta ſocietas vniuerſalis, vt
latius in facto, quod non eſt opus narrare, cum
vnico verbo tollatur huiuſmodi probatio, tan-
quàm teſtes ſolùm deponant de communione
omnium bonorum, & conuictu, & promiſcua
8 poſſeſſione, quod non ſufficit,† nam ad effectum
vt ſit probata ſocietas vniuerſalis requiruntur,
vltra aliud,etiam alia duo, videlicet communica-
tio lucrorum vniuerſorum ex quacumque cauſa,
& damnorum,& onerum, & quod de ſuperlucra-
tis nunquam ratio reddita fuerit,quę quidem non
ſunt probata, cùm tamen ſit neceſſe omnia iſta
tria concludenter probare, ita vt vnum ſine alte-
ro non ſufficiat: Bald.in l.ſi patronus,col. penult. C.
commun.vtriuſque iudic. Dec.conſ.21.viſo puncto &
diligenter,n.1.Roman.conſ.291.in princ. Iaſ.conſil. 3
col.2.lib.3. Socin.conſ.160.n.2.ad med.li.2. Cephal.
conſ.340.n.12.lib.3.Dec.conſ.81.n.5. lib.3. Menoch.
conſ.12.in princ.lib.1. Surd. conſ.9. n.1. & conſil. 138
n.11.vſque ad 14.lib.1. Aym.conſ.159.n.1.Alex. conſ.
49.num.7. lib.2. Pariſ. conſ.84. num 1. lib.1. Alciat.
qui de communi præſumpt.25.n.1.reg.1. Natt. conſ.
100. n.3.in fin.

Præterea dato, & non conceſſo, quod eſſet probata
ſocietas vniuerſalis, nihilominus talis probatio
non obſtabit,quia in caſu noſtro, dominus pecu-
niarum non habuit reſpectum ad iſtam ſocieta-
tem, de qua ſibi non conſtabat, & non erat infor-
matus, neque putabat ſibi expedire noua iura ad-
ducere pro conueniendo talem ſocium,ideò tan-
quam non confidens de iſtis iuribus, voluit ſibi
ſpecialiter pręcauere de ratificatione facienda in-
fra octo dies: ſuper qua volebat iuſtificare ſuam
intentionem magis clarè, quàm per facultatem
prætenſam de obligando conſocium, ne ſuper ve-
rificatione talis facultatis litē haberet, prout tam
de iure,quā de facto poterat huiuſmodi lis adeſſe.
9 † Ideò cùm ſimus in merè conuentionalibus, pa-
ctum erat prius ſeruandum ad hoc, vt quis non
poſſit redargui de non adimplemento, & contra-
ria procedunt volente ſtipulatore,non autem ſibi
aliter proſpiciente: Lancell.Galiag.in l.4.§.cato,n.
24.ff.de verb.oblig.vol.6.fol.272.& ibi etiam Ruin.
in 1.lect.num.19.& in 2.lect.num.23. & ita etiam te-
net Rot.coram Card. Millino Bononien. bono-
rum de Saccomantiis, 15.Decembr. 1600.

Nec facit quod contrahens nomine alterius,& pro-
mittens de rato non teneatur ad faciendum rati-
10 ficare, † ſi oſtendit mandatum, & facultatem ad
gerendū illum actum, cùm ratificatio eſſet ſuper-
flua, neque enim illa exigitur, niſi quatenus opus
ſit: Creſcent.dec.17.alias 189.de probat.Gabr.conſ.
92.n.8.lib.1. Viuius deciſ.534.num.31.Bald.in l.1.op-
poſ.vlt.C.de procur.& conſ.34. in cauſa iſta allegan-
tur,in prin.verſ.ſed ſi mandatum,li.2. iuxta l.ſi pro-
curator tuus,6.in prin.& §. celſus autem,vbi Iaſ.n.2
in 2.notab.ff.de condict.indeb.Menoc.conſ.757.n.14
lib.8.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.10.n.92.iuxta
l.ſi procuratorem abſentem,vbi Glo.in verb.ratum
ff.de procuratorib.& in l.ſi ſine.§.cum autem,in verb.
nihil,ff.rem rat.haber. Coſt.de fact.ſcient. & igno-
rant. inſpect.21.n.5.fol.47. Aret.conſ. 90.n.1.& conſ
199,n.2.& 3. col.1.& 2.Curt. Iun.conſ.63.n.6.in fin.
Bertazz.clauſ.4.gloſſ.12.n.3.

Quia prædicta non procedunt,quando ſtipulator ſi-
11 bi aliter proſpexit de ratificatione, † vt concludit
Lancellot.Galiag. in d.§.Cato,n.24. & ibi Ruin.n.
19.& bene Bald. in l.1.num.4.verſ. conclude C. de
procurator. vbi quod prius debet eſſe certum, &
clarum de mandato ſufficienti ad hoc,vt ceſſet ra-
tificatio ideo, quia poteſt eſſe dubium ſupra tali
ſufficientia, ſiue generali, ſiue ſpeciali, tunc ſup-
pletur per cautionem rati, ſubdens quod hoc eſt
multum vtile, quia propter iſtam ratificationem
12 reſecantur multæ exceptiones procuratoriæ, †
nam ſi non apponeretur iſta promiſſio ratifica-
tionis,diu oporteret ſuper procuratorio litigare,
l. quod vulgo,ff. de admin.tut.

Maximè,quia promiſſio ratificationis, de qua ſtipu-
lator ſibi prouidit, erat facienda intra octo dies
13 ab hodie, † quæ verba includunt tempus de mo-
mento ad momentum: Bald. conſ.457. reuerendus
pater,n.3.lib.3. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.11.n.36
Rot. diuerſ. deciſ.75.num. 4. lib.2. Vnde erat opus
oſtendere iſtam facultatem in termino conuento,
14 cùm † extra illum adimplens ſit in mora, & cen-
ſeatur renunciaſſe tali productioni ob lapſum di-
cti temporis, l.ſi ea,C.qui accuſ.non poſſ.Surd.conſ.
97.n.20.n.ſeq.& dec.106.n.17. & deciſ. 189.n. 8.&
15 dec.244.n.10.& 11. † Ita vt in hoc caſu nulla de-
tur purgatio moræ, nam reſpectu lucri captandi
non eſt neceſſaria aliqua interpellatio, aut mora,
quæ numquam purgatur in acquirendis: Iaſ.in l.ſi
in inſulam,col.fin.q.9.n.39.de verb.oblig. Surd.conſ.
157.n.19.lib.2.& in ſpecie ſocietatum officij: Card.
Lancell. Romana ſocietatis officij, 2.Iunij 1608.
col.2.n.9.& col.5.verſ.nec etiam obſtat quod ſtante n.
16 17. † vbi conſiderat officere iſtud implementum
non eſſe factum in tempore conuento, quod ex-
cludit lucrum pecuniarum, & d. deciſio eſt im-
preſſa poſt tract.de ſociet.officior.deciſ.5.fol.13

Accedat, quod ſtante iuramento requirebatur ratifi-
catio præciſa, neque poterat illa adimpleri per
17 æquipollens, † cum iuſiurandum obliget præciſè
ad factum: Gloſſ.in l.pecuniam,in princ. vbi Iaſ.n.
33.ff.de condict.ob.cauſ.Corn.conſ.256.n.2.lib.4. So-
cin.conſ.16.n.67.& conſ. 90.num.10.lib.4.Nat.conſ.
426.n.18.cum ſeq.Alex.in l.ſi conuenerit,num.2.ff.de
iuriſdict.omn.iud.& conſ.91.n.6.lib. 2. Card. Man-
tic.de tacit.& ambig.conuent.lib.14.tit.32.num.4.&
11.vbi de communi Roland.conſ.6.n.32.lib.1.Ruin.
conſ.1.in fin.lib. 4. Socin.Iun.conſ.95.n.8.& 9.lib.4
18 Et † quamvis Creſcent. d. deciſ. 17. de probat. lo-
quatur etiam in actu iurato. Tamen fundat ſe in
Aret.conſ.100.n.4.qui po[illegible] concludit iſtam reſ-
ponſionem de æquipollenti propter iuſiurandum
non eſſe veram, prout ita debet concludi, quia
ſtante iuramento,quando poſſibile eſt actum poſ-
19 ſe fieri, † præciſè eſt adimplendus: latè Seraph.
priuil.iuram.74.n.1. cum ſeq. & ibi Addit. n.1. vbi
etiam n. 11. extendit ad hæredem iurantis, qui in
20 forma ſpecifica compellitur, † ad obſeruandum:
Caſtr.in l.grege,n.4.& 5.de leg.1. Dec.conſ. 452. n.
24. Bero. conſ.150.num.9.lib.1.& conſ.8.n. 30. & 33
lib.3. Gutier.in l.nemo poteſt,n.394.ff. de legat.1.

Neque

Neque obſtat, quod ratificatio non interuerat ſtante
facultate obligandi conſocium, † ita vt ceſſante
intereſſe non poſſit obiici de non adimplemento:
Aym. *conſ. 59. nu. 2.* Surd. *decis. 265. numero* 39. Quia
in materia acquirendi pecunias acceptas ad ſo-
cietatem officij, non adimplens, illas non lucra-
tur quamvis non adſit aliquod intereſſe ejus,
22 † cui eſt adimplendum, vt reſoluit Rot. coram
Card. Lancellotto Romana ſocietatis, 2. Iunij
1608. & coram R. P. D. Penia Peruſina executio-
nis, 3. Decembris 1599. & coram R. P. D. Oradino
Vrbeuetana caſtrorum, 22. Iunij 1571. quæ eſt in-
ter deciſ. Rot. *diuerſor.* 210. *n.* 1. *&* 2. *p.* 1.

Quorum ratio eſt, quia exceptio non adimplementi
eſt fundata non tantum in intereſſe, quantum in
23 violatione fidei: Bart. † *in l. cum proponas, la 2. C. de
pact.* quamvis etiam in minimo non fuerit adim-
pletum: Bald. *in l. fi. C. de compenſat.* Iaſ. *in auth. qui
rem, num. 16. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Roland. *conſ. 53.
num. 29. lib.* 1. Bero. *conſ. 15. numer. 14. lib.* 1. Dec. *conſ.*
101. *num. 9. lib.* 5. Becc. *conſ. 45. nu.* 10. Menoch. *conſ.*
1. *num. 368. & conſ. 55. num.* 6. Burſat. *conſ. 144. nu.* 30.
lib. 2. Graſſ. *de except. c. 13. num.* 45. dixi ſupra c. 301.
24 *numero* 15. † Et paſſim in promiſſione mere con-
uentionali de dando fideiuſſorem, aut faciendo
ratificare, committitur ſtipulatio propter nõ im-
plementum, etiam ſi nihil interſit ſtipulatoris cõ-
tractum principalem obſeruari, quidquid ſit in
prætorijs ſtipulationibus, quæ iuſſu Iudicis con-
cipiuntur, vt latè concludit Oſaſc. *deciſ. 70. nume.*
25 7. *&* 12. *vſque ad* 16. † Præſertim, quia etiam de in-
tereſſe conſtat, ſi non fiat ratificatio cõuenta pro-
pter litigia, quæ poſſunt occurrere ſuper manda-
to, & facultate, quam quis prætendit habere ad
obligandum, vt in ſpecie concludit Bald. *in l. 1. nu.
4. verſ. conclude, C. de procur.*

Quo verò ad ſecundam dubitationem, concludẽdum
26 eſt, quod expẽſæ, quæ fiunt per actorem † pro iu-
ſtificanda ſua intentione, puta quod ſit hæres ali-
cuius, vel ceſſionarius, cum ſimilibus, non ſunt re-
ficiendæ, quia hoc eſt principium ſuæ actionis, &
intentionis, quam in primis, & ante omnia pro-
bare tenetur, quod etiam eſt in reo excipiẽte, qui
hoc idem cogitur præſtare, ſicut actor, *l. in exce-
ptionibus, & l. quinquaginta, ff. de probation.* Bald. *in
l. fruſtrà, Cod. eod. tit.* Ita vt dicatur calumniator,
27 qui nõ probat, † quod excipiendo opponit Natt.
*conſ. 31. n. 8. per text. in l. 1. C. de aduocat. diuerſor. iu-
dicior. cap. cum dilectus, de calumn. cap. ſtatutũ, de
elect. in 6. cap. qui non probauerit. 2. quæſt.* 3. & notat
etiã Rebuff. *de reſcrip. art. 3. gloſſ. 3. & 4. tom. 2. fol.* 51.

Hoc ſtante, non potuit actor condemnari in expen-
ſis factis per eum conuentum, dum oppoſuit ex-
tinctiones ſocietatum, & cenſuum, de quibus agi-
mus, nam ſtatim, quod oppoſuit iſtam exceptio-
nem, debebant realiter produci inſtrumenta, non
per indicationem, ex quibus poſſet apparere talis
extinctio, cum de eis actor probabilem ignoran-
tiam haberet, tamquam negotium non fuiſſet ge-
28 ſtum cum eo, ſed cum creditore cenſuum, † & ſa-
tis eſt, quod ceſſauerit à lite ſtatim à die produ-
ctionis illorum, quo caſu non condemnatur in
expenſis: Dec. *in l. qui in alterius, 41. num. 8. 9. ff. de
reg. iur.* poſt Ang. *in l. debitores, C. de pignorib.* Felin.
*in c. exceptionem, 11. col. penult. in princip. verſ. & in
ſcias quod ſi producto inſtrumento, n. 47. de exception.*
poſt Bart. *in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſit.* Alin. *in
prax. §. 32. limit. 18. n. 2. fol.* 453.

Nec ſufficit talis indicatio facta per reum, quia non
29 tenetur illi ſtare actor, † ex quo enim requiritur
productio inſtrumentorum, non cogitur ſtare in-
dicationi, cum producere inſtrumenta ſignificet
deponere apud acta, *cap. imputari, de fid. inſtrum.*
Rebuff. *in l. natura cauillationis, 47. colum. penult. in
30 fi. in verb. producere inſtrumenta, ff. de verb. ſignific.* †
Vnde producere pro exhibere, id eſt videndi, &
legendi facultatem in actis præbere, *l. 3. §. ait præ-
31 tor. ff. de liber. exhibend.* Quare etiam producere te-
ſtes, id eſt apud acta ponere: Budæus *in l. 2. ff. de
origin. iur.* Rebuff. *in de l. natura cauillationis,* 177.
col. vlt. in princip. ff. de verbor. ſignif.

Et cum decretum fuerit factum, vt productio inſtru-
mentorum fiat expenſis cui de iure, non poteſt
hoc onus de iure ſpectare ad actorem, qui videns
cenſum non eſſe extinctum, neque in margine
aliquid adnotatum, quod inducat extinctionem,
bene agit ſequeſtrando fructus dicti cenſus pro
ſuo credito, quid enim mali fecit vtens ſuo iure,
& ſi reus prætẽdit aliunde conſtare de extinctio-
ne, debebat cum effectu producere inſtrumenta
intentionem ſuam probantia, non per ſimplicem
32 indicationem, † quæ ei non ſuffragatur, cum ver-
ba non ſufficiant, vbi facto opus eſt: Gloſ. *in c. pa-
ſtoralis, de offic. ordin.* Natt. *conſ. 3. n.* 4. Surd. *conſ.* 86.
n. 10. lib. 1.

Et magis iſta productio erat faciẽda per excipientẽ,
neque ſufficiebat prætẽſa indicatio, quia non ad-
eſt extinctio cenſus, prout ex aduerſo præſuppo-
nitur, nam non fuit facta per actum conſimilem
cenſui creato, videlicet per numerationem pecu-
niarum, ita vt extinctio ſit clara, & patens, ſed per
actum erogationis pecuniarum pro diuerſis debi-
tis Ioannis. Vnde omnia iſta debebant innoteſce-
re Iudici, cui ſpectabat onus iudicandi an extin-
ctio eſſet rectè facta, non autem litigantibus, qui-
bus tale negotium non erat committẽdum, quare
non mirum, ſi opus erat productione realiter fa-
cienda in actis, ad hoc, vt ex eis poſſet iudicari per
habentem facultatem rectitudo extinctionis cen-
33 ſus; † cum alias, quæ ſunt extra acta, dicantur eſſe
extra mũdum: Caſtr. *in l. ait prætor, §. ſi index. verſ.
& probo, ff. de re iud.* Ita vt ſententia ſine illis non
poſſit ſubſiſtere, & eo ipſo, quod ſententia non
34 juſtificatur ex actis, † cõſtat de notoria iniuſtitia
illius, cum Rota ſequatur hanc opinionem, quod
Iudex non potuerit aliunde moueri ad ſententiã-
dum: Cæſar de Graſſ. *deciſ. 2. nu. 6. & 10. de ſolut. &
deciſ. 16. numer. 15. de probat.* Rot coram R. P. D. Sa-
crato Romana teſtamenti ſeu hæreditatis de Ru-
ſconibus, 17. Iunij 1611. vbi allegantur concordan-
tes deciſiones coram R. P. D. Coccino Toletana
portionis, 24. Martij 1610. & coram Card. Lancel-
35 lott. Foroliuien. cenſus, 16. Nouembris 1605. † Et
paſſim non iis probatur ex reuolutione actorum,
quæ ſi non adſunt, nihil actum eſt: Bald. *in l. ſi con-
tra, n. 3. C. de appellat.* Roland. *conſ. 1. nu. 71. in fi. lib.*
1. Becc. *conſ. 40. num.* 2. cum alijs adductis in d. de-
ciſ. coram R. P. D. Sacrato *col. 1. ad med.*

Non obſtat ſtatutum, quod diſponit victum con-
demnandum eſſe in expenſis. Quia intelligitur,
vt debeat condemnari in illis, in quibus ius man-
36 dat condemnationem eſſe faciendam, † de iure
autem oſtenſum eſt ſupra non poſſe condemnari
actorem propter exceptionem per reum oppoſi-
tam, niſi in expenſis factis poſt productionem in-
ſtrumẽtorum: Dec. *in l. qui in alterius, 41. num. 8. &*

9.*ff.de reg.iur.*cum alijs ſupra adductis *n.* 27 *&* 28.
37 † Immo etiam multi tenent, quod ſi poſt produ-
ctionem inſtrumentntum probantium exceptio-
nem, actor pnſequitur litem, & ſuccumbit, non
tamen debet condemnari, niſi in expenſis factis
puſt inſtrumenta producta: Felin.*in c.exceptionem.*
11.*col.penult.in princ.verſ.& tu ſcias,num.*47.*de ex-
cept.*Quod tamē modò dicitur ex abūdāti, cū nul-
la adſit proſecutio litis, ita vt neque obſtet, quod
ſtatutum etiam procedat, quando quis habuit iu-
ſtam cauſam litigādi, tunc enim fit cundemnatio
in expenſis: Roland.*conſ.*62.*nume.*14.*lib.*4. Quia vt
dictū eſt nolumus excuſationem ab expenſis pro-
pter iſtā cauſam juſtam, ſed dicimus, quod de iure
nnn eſt facienda cundemnatio in hujuſmodi ex-
penſis productionis inſtrumentnrum, cum onus
38 ſpectet ad excipientem ex ſupra allegatis. † Quam-
vis etiam verior ſit opinio, vt juſta cauſa litigandi
excuſat ab expēſis etiam ſtante ſtaturo mandante
vſum victori condemnandum in expenſis, vt latè
teſtatur Aſin.*in prax.*§.32.*limit.*1.*nume.*3.*vſque ad*
9.*fol.*446. Couarr.*pract.quaſt.cap.*27.*nu.*4. *ad med.
verſ.idcirco aduerſus hanc concluſionē, & verſ.eam-
demque ſentētiam.* Gabr.*de expenſ.cōcluſ.*1.*ad med.
verſ.contrarium vero.* Imol.*in l.*1. vbi Alex.*in princ.
col.penul.ff.ad legem falcid.* Anchar. & Crot.*in c.*1.
de conſt.in 6. Abb.*in c.*1.*de cognat.ſpiritual.* Felin.*in
c.*1.*numer.*15.*de reſcript.* Mattheſil.*notab.*81. Iaſ.*in l.
properandum,*§.*ſin autem,col.*2. *&* 3.*de iudic.* Bald.
*in l.terminato,col.fi.verſ.porro vt illud,Cod.de fru-
ctib.& lit.expenſ.* & *in l.eos,*§.*cautionem, col.* 1.*in fi.
verſ.ſi vero petuntur,C.de appell.* Qund procedit li-
cèt ſtatutum diceret, quod victus ſemper deberet
in expenſis condemnari: Aym.*conſ.*3.*n.*22.*verſ.fa-
cit quod ſcribit.* Io de Amyc.*conſil.*11.*col.*8.*verſ.ad-
ducitur ad confirmationem,num.*16. Gabr.*de expenſ.
concluſ.*1.*in fi.* Cæteros conſultò omitto, cum nnn
ſit quæſtio præſentis inſpectionis.

EPITOME.

Fructus dotales an debeantur maritn abſque
aliqua mora, ſtatim quod ſuſtinet onera matrimo-
nij, ſiue obligatio dntis ſit facta à patre, ſiue ab ex-
traneo. ¶ Et quid ſi adſit dilatio. ¶ Vel ſi fuit pro-
miſſum ſoluere dotem ad omnem petitionem, &
beneplacitum mariti. ¶ Pnmittēs cum iuramen-
to, quod vxor ratificabit an excuſetur factis dili-
gentijs, quamvis non ſequatur ratificatio ¶ Et an
interim poſſit petere dotem, & fructus dotales.
¶ Defectus implementi circa vnum, an impediat,
vt pars non teneatur in alin adimplere. ¶ Conſue-
tudn, & mos reginnis, & ſtatutum an ſit ſeruan-
dum quo ad taxationem fructuum dotalinm.
¶ Appellatio ſuſpenſiua an admittatur qun ad ali-
menta, & fructus dotis tam in præteritis, quam fu-
turis, ſen debitis à die litis conteſtatæ. ¶ Promiſſio
ſoluendi dotem an extendatur ad fructus. ¶ Et an
pro eis cnmpetat eadē actio, quæ pro dote. ¶ Fru-
ctus an ſint ſoluendi, niſi totum prius impleatur.
¶ Et an ſecuto implemento recuperentur.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ dotales an cōcedātur marito abſque aliqua mo-
ra, ſtatim quod ſuſtinet onera matrimonij, ſiue ſint in
patre promittente dotem, ſiue in extraneo, nu.*3. *&* 4.
2 *Fructus non debētur, niſi totum prius adimpleatur, li-
cèt ſecuto implemento recuperentur omnes fructus.*
5 *Maritus non acquiret vſuras dotales ſtante dilatio-
tione, vel promiſſione ſoluendi dotem ad omne be-
neplacitum, & petitionem ipſius.*
6 *Promittens, quod vxor renūciauit bonis paternis pro-
pter dotē habita, acquirit fructus dotales, quāvis nō
adimpleuerit, ſi ſuſtinet onera matrimonij, & nu.*7.
8 *Defectus implementi circa vnum, non impedit, vt
pars non teneatur in alio adimplere, & n.* 9.
10 *Depoſitum facit ceſſare curſum vſurarum.*
11 *Ceſſio non liberat debitorem cedentem, ſi exegit no-
mina ceſſa.*
12 *Maritus promittens cū iuramento vxorē ratificatu-
ra dicitur ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, docto de di-
ligentijs, quamuis non ſequatur ratificatio, & n.*13.
14 *Fructus dotales taxantur ad rationem eius, quod
ſeruatur de conſuetudine, & more regionis, & ma-
gis iuxta diſpoſitionem ſtatuti, & n.* 15.
16 *Obligatio cameralis non retardatur per appellatio-
nem, & n.* 24.
17 *Appellatio ſuſpenſiua non admittitur quo ad alimen-
ta, & fructus dotales, n.*18. *Et quid in præteritis, &
debitis à die litis conteſtata, n.*19. *&* 20.
21 *Promiſſio ſoluendi dotem extenditur ad fructus tan-
quam acceſſorios ad dotem.*
22 *Fruct⁹ dotis petūtur eadē actione, qua petitur ipſa dos*

CAPVT DCCXXVI.

PRæſuppnnitur in allegationibus exhibitū in
cauſa Auconitana dotis, quod vſuræ dotales
principaliter cōcedūtur maritn propter moram,
1 † iden cum idem maritus non impleuerit, nec fe-
cerit vxorem renunciare bonis paternis & mater-
nis, prnvt promiſit, quod talis exceptin excludat
illu a petitione dotis, & vſurarum, vt per Io. Lup.
*in c.per veſtras, notab.*6. §. 8. *de donat. inter vir. &
2 vxor.* cum alijs ex aduerſo adductis. Prov t † paſ-
ſim fructus no debeutur, niſi totū prius adimplea-
tur, cū ſecuto implemēto recuperētur omnes fru-
ctus: Sued.*conſ.*101.*numero* 8.*lib.*1. juxta *l.fin.ff. de
fūd.dotal.* Bart.*in l.Iulianus,*§.*offerri,ff.de act.empt.
& in l.fiſtulas,*78.§. *qui fundum,ff.de contrah. empt.*
Abb.*conſil.*69.*in fi.lib.*2. Aret.*conſil.*159.*num.*13. Ca-
gnol.*in l.curabit,num.*27.*C.de act.empt.* Bald.*in l.ſi
traditio,q.*3.*Cod.eod.tit.* Natt.*conſ.*384.*num.*10. Co-
uarr.*lib.*3.*var.reſol.c.*4.*verſ. decimoquinto.*
Verum iſta concluſio non ſubſiſtit, quia contrarium
3 eſt apud omnes receptiſſimum, † qund videlicet
maritus, ſtatim quod ſuſtinet onera matrimonij
abſque aliqua mora lucratur fruct⁹ dntales, quid-
quid enim ſit in extranen pnmittēte dotem, quā-
do ſumus in patre, provt eſt in caſu noſtro, ſemper
ſufficit ſupportatio onerum matrimonij ad effe-
ctum, vt tales fructus debeātur, cum enim ad pa-
trem ſpectet onus alēdi filiam, maritus fecit, quod
ad eundem patrem ſpectabat, vnde nō requiritur
alia mora, ſeu interpellatio, & currunt iſtæ vſuræ
tamquam recnmpenſatiuæ onerum matrimonij
abſque alia petitione. Ita latè explicat Alex.*conſil.*
4 147.*perſpectis inſtrumentis,nu.*4.*lib.*1. † vbi quod nō
debemus recedere ab iſta opinione in cōſulendo,
& in judicādn, tamquam magis communi, & æ-
quiori, quam etiam ſequūtur omnes *in l.de diuiſio-
ne,*5. vbi Glnſ.*in verb.poſſeſſio.in fi.* Sncin.*n.*9. Alex.
*n.*12. Bald. Rnm. Cuman. & Barboſ.*n.*46.*ff.ſol.matr.*
Bart.*in l.in inſulā,*§.*vſuras,n.*3.*ff.eod.tit.* Burr. Abb.
& alij *in c.ſalubriter.de vſur.* Caſtr.*cōſ.*11.*viſo dicto li-*

bello,

bello,n.4.verſ.quatenus autem petuntur pro tempore
currente,lib.1. Ang.*in l.fin.§. præterea, ff.de iur.dot.*
cum aliis per Surd.*de alim.tit.1.q.42.num.*135.Rot.
coram R. P. D. Andrea Macerat. dotis 27. Iunij
1614.quæ eſt *dec.574.num.1. p.2.in recentior.*& co-
ram R.P.D. Sacrato Aſculana prædij, 27.Martij
1613. quæ eſt *dec.471.num.1.p.1.in recentior.*Capic.
*deciſ.183. num.*2. Oiaſc.*dec.132.num.1.* & multa ad
ampliationem prædictorum adduxi ſupra *cap.241*
num.58.& 59.& cap.243.n.30.vſque ad 33. Cagnol.
in l.curabit,n. 41. & 44. C.de action. empt. Cephal.
5 *conſ.485.num.12.*Corn.*conſil.59.n.7.lib.3.* † Quid-
quid aliud ſit ſtante dilatione,vel promiſſione de
ſoluendo dotem ad omne beneplacitum mariti,&
ad illius petitionem, quaſi tunc iſta verba impor-
tent dilationem donec fuerit petita dos,quo caſu
non debentur fructus medij temporis: Rot. *dec.*
*471.n.4.part.1.in recentior.*poſt Caſtr.*conſ.11.num.4*
*verſ.ſed ſi in caſu noſtro,lib.1.*Dec.*conſ.119.pro tenui*
*facultate mea,n.7.*Surd.*de alim.tit.1.qu.42.n.50.*
Non eſt igitur retardanda ſolutio fructuum dotis;
ſtante adimplemento ſuſtentationis onerum ma-
trimonij quod ſolum in hac materia conſidera-
tur,non obſtãte, quod vir non fecerit renunciare
6 vxorem bonis maternis, cùm † iſta exceptio non
extendatur ad ſolutionem fructuum,ſed ſolùm ad
petitionem dotis, quam maritus non poterit pe-
tere, ſi prius hoc non adimpleat, cùm alia ratio
militet in fructibus, qui debentur ex ſola ſuſten-
tatione onerum matrimonij,vt dictum eſt, provt
in ſpecie conſiderauit Rot.coram R. P. D. Penia
Peruſina executionis,17.Aprilis 1600. recedendo
à deciſione contraria prius facta coram eodem
& in eadem cauſa 3. Nouembris 1599.
Cum etiam maritus non teneatur facere, quod vxor
7 renunciet,niſi in actu ſolutionis dotis,vnde † de-
fectus non implementi ei non poterit opponi,
tanquam dos promiſſa debuiſſet prius ſolui vt fuit
deciſum corã Card.Seraph. in d. Peruſina execu-
tionis de qua per Rot.coram R.P.D. Penia in ea-
8 dem cauſa 17. Aprilis 1600. Maximè † quia defe-
ctus implementi circa vnum non impedit, nec
præbet iuſtam excuſationem, vt pars in alio non
teneatur adimplere, in quo ſemper poterit imple-
mentum conſequi:Gloſſ.*in l.ſi duo ff.de dolo.*Salic.
in l.cum proponas, vbi Alex.*num.2.*Dec.*n.6. C.de*
*pact.*Natt.*conſ.133.n.5.* Cephal. *conſ.48. n.42.* Surd.
conſ.101. num.25.& 32. Bero.*conſ.92. num. 20. lib.1*
*& conſ.8.n.28.lib.3.*Ruin.*conſ.101.num.4. lib.* Butr.
& Abb.*in cap. 3.de iureiurand.*
Quibus additur, quod ob defectum iſtius prætenſi
non adimplementi non minuitur aliquod ius pa-
tris, qui cùm releuetur ab onere alendi filiam,
quam maritus alit, potius acquirit ob negotium,
9 quod geritur pro eo, † vnde non mirum,ſi æqui-
tas ſuggerat, vt debeant præſtari iſtæ vſuræ re-
compenſatiuæ, non obſtante tali non adimple-
mento,quod eſt ſeparatum,& omninò diſtinctum
a fructibus debitis ratione onerum matrimonij,
non ex aliqua mora, ſed ratione æqualitatis ſer-
uandæ, vt dictum eſt, vnde non mirum,ſi propter
iſtam diuerſitatem petitionis vſurarum, & ſortis,
Iudex debeat pro dictis fructibus mandatum con-
cedere, ne quis locupletetur cum alterius iactu-
ra,provt latè omnia prædicta in propoſito noſtro
comprobat Surd. *conſilio* 101. *numero* 23. *vſque*
ad 34. *lib.* 1.
Non obſtat, quod fuerint de mandato Iudicis depo-
ſita pecunia pro terminis decurſis dotis non ſo-
10 lutæ, † quo caſu ceſſat curſus vſurarum: Menoc.
de arbitr.caſ.232.n.1. Felician.*de cenſib.tom.2.lib.4*
c.vnic. n.1. Quia omiſſa huiuſmodi diſputatione,
ſatis eſt, quod in facto iſtud depoſitum non veri-
ficatur, cùm imò conſtet ex inſtrumento exhi-
bito,quod pars depoſitum rehabuit maximè,quia
ſunt decurſi multi alij termini, ita vt de prædicto
depoſito non ſit habenda ratio. Provt etiam tolli-
tur obiectum aſſignationis cenſuum dotalium.
Quia non ſolùm hoc non iuſtificatur provt erat
faciendum, tanquam fundamentum partis aduer-
ſæ, ſed contrarium probatur ex confeſſione debi-
torum prædictorum cenſuum atteſtantium num-
quam fuiſſe ſolutos fructus illorum marito, ſed
ipſi aduerſario ſemper, & vſque in præſentem
11 diem. Vnde † talis prætenſa ceſſio non liberauit
debitorem cedentem, cùm ipſe exigerit nomina
ceſſa, & nihil conſecutus fuerit ceſſionarius à de-
bitore ceſſo: Gloſſ.*magna in fin.in l.legati, ff.de*
liberi.legat. Bald.*in c.1.in fin.de benefic. fratr.* Dec.
*conſ.99.num.4.*Surd.*conſ.22. num.11.lib.* 1.
Et vltra prædicta fuit doctum de diligentiis per ma-
ritum factis, vnde quamvis non fuerit ſecuta re-
12 nunciatio, † tamen ſatis eſt,vt ad hunc effectum
non poſſit obiici eidem marito talis exceptio non
adimplementi, præſertim, quia non adeſt iura-
mentum,neque clauſula,ita quod; &c.neque aliàs
ad damna,& intereſſe,nec aliud ſimile,ex quo ma-
ritus ad aliquid teneatur, quo caſu ſtante ſimplici
promiſſione, dicitur adimpletum per dictas dili-
gentias: Afflict.*deciſ.295.*Boer.*dec.3.num.16.* poſt
Gloſ.communiter receptam,*in c.ex literis,il.2.*vbi
Abb.*num.1.& 6.de ſponſalib.*Couarr.*in c.quamvis,*
part.2.§.5.n.1. de pact.in 6. & latiſſimè Rot.coram
R.P.D. Buratto Anconitana pecuniaria, 27. Iunij
13 1614.quæ eſt impreſſa poſt Galleſ. *deciſ.* 38. † vbi
amplius concluditur in hoc caſu non obſtare iu-
ramentum, quod tali promiſſioni acceſſerit Butr.
*in c.gemma,num.8.ad fin.*vbi Abb.*num.9.de ſponſa-*
lib. Felin.*in c.ex reſcripto,num.18.de iureiur.* Crot.
in l. 4. §. cato in 1. lect.num.97. & in 2.lect.num.50
& ibi Alciat.*num.151.& 152.ff. de verb. oblig.* Dec.
*conſ. 313. per tot.*Card. Mantic. *de tacit. & ambig.*
conuent. lib.14.tit.34. num. 11.
Et ita in huiuſmodi cauſa Anconitana dotis fuit lata
ſententia ad fauorem mariti, concedendo execu-
tionem petitam pro fructibus dotalibus, qui licèt
fuerint taxati ad rationem quinque pro centum;
tamen erant taxandi ad octo iuxta formam ſtatu-
14 ti,quod in hoc omnino debet ſeruari,†cùm etiam
conſuetudo,ſeu mos regionis ſufficeret,vt dicatur
iuſtum pretium,quo ad interuſuria dotis ad talem
rationem Ruin.*conſ.224.num.14.lib.1.*Couarr.*lib.*
3.var.reſol.c.1.n.3. verſ.ſeptimo ab eadem ratione,in
fin. Lupus *de vſur. comment.1.§.4.num.91.poſt prin.*
verſ.vel ſecundum communem. Rot.coram R.P.D.
Sacrato Aſculana prædij,17.Martij 1613.& coram
R.P.D. Andrea Macerat.dotis,27. Iunij 1614.quæ
eſt *dec.954.n.2.part.2.in recentiorib.* Surd. *de alim.*
tit.1. quæſt. 42.num.27. in fin. Card. Seraph. *deciſ.*
1406. *num.* 3. Vnde multò magis hoc poterit fieri
15 per ſtatutum,dum† expreſsè ita mandat taxari ta-
les fructus: Bart.*in l.in lege falcidia,45.ff.ad legem*
falcid. Dec. *in l. 2.num.17.C.de edend.per text.in l.*
quid ſit fugitiuus, 17. §.apud labeonem, ff. de ædili.
edict.& in ſimili theſaur. *dec.154.in prin.*Surd.*conſ.*
162.*numero 34.lib.* 2. Rot. coram R. P. D. Orano

Foroliuien. cenſus 13. Nouembris 1589. Tiraq. *de retract.conſang.§.1.gloſſ.6.num.17.& 19.* Nauar. *de vſur.num.*104. Couar.*lib.3.var. reſolut. cap.9.n.5* Card.Mantic. *de coniectur. vltim.volunt.lib.6.tit.9* iuxta *l.1.de vſur.l. apud Iulianum, §.in vſurarum, ff.de legat.*1. Rot.*dec.* 571. *n.2.p.2. in recentiorib.* & coram R.P.D.Sacrato Aſculana prędij 27.Martij 1613. quæ eſt *dec.*471.*num.2.part.1. in recentioribus,* vbi loquitur de octo pro centum,poſt Magon.*deciſ. Florent.*83. *num.*3.

Neque eſt deferendum appellationi, cùm per illam non retardetur obligatio cameralis de ſoluendis
16 fructibus: † Gabr.*conſ.*67.*num.* 8.*lib.*1.Rot.*dec.*545 *num.* 1.*p.*1 *in recentiorib.* & latius *deciſ.* 686. *num.*1 *p.*2.Maximè,quia tractatur de fructibus dotalibus in quibus non admittitur aliqua appellatio ſuſ-
17 penſiua, tamquam deſeruiant pro alimentis, † & pro ſuſtinendis oneribus matrimonij: Bald. *Nouell.de dot.p. 9.priuileg.7. in fin.*Oſaſc. *deciſ.* 25. *num.*20.Lup.*in c.per veſtras, n.*16.*col.fin.verſ. quod idem dicit.de donat.int.vir. & vxor.* Menoch.*de*
18 *adipiſc.poſſeſſ.remed.4.n.*829.†Et paſſim non appellari in cauſa alimentorum concludunt omnes, *in l.*1.vbi Bald,*ff.ſolut.matrimon.* cum aliis per Surd. *de aliment.tit.1.quæſt.*120.*num.* 33.*& tit.* 8. *priuileg.* 60.*num.*5.*&* 8. *in fin.*.

Nec facit,quod ſumus in fructibus dotalibus,& ali-
19 mentis præteritis, à quibus datur appellatio: † Dec. *in l.alimentis,n.*10. vbi Iaſ.*col.1.C.de tranſact.* Oſaſc.*deciſ.*86.*in fin.*Quia reſpectu alimentorum, & fructuum dotalium, qui debentur à die litis
20 conteſtatæ, ſumus in alimentis futuris, † pro eis non retardatur executio: Caputaq.*dec.*118.*part.*1. Conrad. *in l.vnic.lim.3.n.*56.*C.ſi de moment.poſſeſſ.* Lancellot.*de attent.appell.pendent.limit.*24. *num.*8 Surd. *de aliment.priuileg.*60.*n.*16.*tit.*8.

Immò tam quo ad fructus dotales futuros poſt litem conteſtatam, quam præteritos nulla debet dari
21 appellatio ſuſpenſiua, † quia adeſt obligatio cameralis de ſoluendo dotem,quę extenditur etiam ad iſtos fructus,tanquam acceſſorios ad dotem, *l. Lucius, ff.qui potior in pign.habeant.* Bart. Bald. & Salic. *in l.1.ff.eod.tit.* Neguſ.*de pignorib.memb.4.p.2.num.47.in princ.* Surd. *dec.*271.*n.* 2. *& 3.de alim.*
22 *tit.8.priuil.* 49. *num.1.& 3.* † vbi etiam, quod fructus dotis petuntur eademmet actione, qua petitur ipſa dos, *l.ſi marito,§.fin.ff.ſolut.matrim.*Bald. *in l.vnic.§.& vt plenius,C.de rei vxor.action.* Vital. *de clauſ.in verb.an renunciar.poſſ.iur.aliment. col.5 in fin. verſ. tamen dico quod fructibus.* Abb.*conſ.*43
23 *in fin.lib.*2. † Vnde ſtante dicta obligatione, ſicut non retardatur ſolutio dotis, ita non debet retardari ſolutio fructuum,qui ſub ea comprehenduntur, cum in tali obligatione non admittatur appellatio, vt dictum eſt, non ſecus ac ſi adeſſet ſententia & res iudicata, Ang.*in l.4.§. condemnatum, n.4.ff.de re iudic.*Caſtr.*in l. poſt rem iudicatam, in fin.eod.tit.*Cephal.*conſ.*439 *n.*16 Menoch.*de arbitr. caſ.*17.*n.*5. Theſaur. *dec.*26.*n.*11.Card.Seraph.*dec.* 736.*in princ.*cum aliis per Rot.*dec.*686.*num.1.parte 2.in recentiorib.*

EPITOME.

Libri mercatorum,& publicanorum,& aliorum officialium,quibus datur fides vigore ſtatuti, ſeu conſuetudinis, an probent ſolum in ſpectantibus ad eorum officium, non quo ad mutua, depoſita, & mandata. ¶ Et an inter præſentes tantum,& habentes cauſam ab eis,vel etiam inter abſentes.¶ Et quid in libris æſtimi,viſitationum, Datariæ,ac ſimilibus.¶Probatio plena an requiratur,quod aliquid ſit factum de commiſſione alterius, vel ſufficiat vnicus teſtis, qui deponat habuiſſe mandatum. ¶ Contractus venditionis an probetur ex libro gabellæ, in quo illius ſolutio fuit deſcripta. ¶ Mercatori an credatur, ſi ſcribat in ſuis libris dediſſe pannos Titio de mandato Seij abſentis,ita vt contra eum poſſit agi,quamvis dicti libri fidem faciant iuxta diſpoſitionem ſtatuti. ¶ Maior fides an ſit adhibenda ſcripturæ priuatæ, quam voci ſcribentis. ¶Libri mercatorum,& officialium publicè deputatorum, quando probent pro tertio contra tertium, tam ſuper eo, quod principaliter in eis ſcriptum eſt, quam incidenter ſuper cauſa ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tribuens fidem libris mercatorum intelligitur de negotijs ſpectantibus ad mercaturam,& ad eorum officium,non autem quo ad mutua,depoſita, mandata & ſimilia,quæ aliunde erunt probanda, quam ex dictis libris, num. 2. 5. & 6.*

3 *Libri viſitationum probant in illis, quæ ſpectant ad officiũ viſitantis,& quæ concernunt ſtatũ Eccleſiæ.*

4 *Libri Datariæ fidem faciunt in pertinentibus ad illius negotia.*

7 *Mercatori non creditur,qui ſcripſit in ſuo libro ſoluiſſe tuo hoſpiti pro te pecuniam, quamvis vltra ſcripturam vellet deponere,tanquã teſtis iuratus.*

8 *Teſtis probans dediſſe alicui pecuniam de mandato alterius non probat, & num.*14.

9 *Depoſitio teſtis non valet ſuper eo, in quo tractatur de eius commodo, & incommodo ſiue pecuniario, ſiue honoris, num.*12. *&* 13.

10 *Maior fides non eſt adhibenda ſcripturæ priuatæ, quam voci ſcribentis.*

11 *Libri mercatorum,quibus datur fides in concernentibus eorum officium,non probant niſi inter præſentes,non autem inter abſentes,ideo non poſſunt ſcribere, quod Titius habuit pannos pro Seio, cui in hoc nihil præiudicatur.*

15 *Probatio plena requiritur,non autem per vnum teſtẽ, vt dicatur aliquid geſtum de commiſſione alicuius.*

16 *Libri officialium de publico deputatorum faciunt plenam fidem.*

17 *Libri gabellæ non probant contractum venditionis, ſed ſolum,quod ex eo, fuit ſoluta gabella. Declara vt n.* 18.19.23.*&* 24.

20 *Liber æſtimi non probat,niſi contra eos,qui illi deſcriptioni conſenſerunt,& contra habentes cauſam ab eis, & num.* 21.

22 *Poſterior euentus formatur à primordio tituli.*

25 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium, ſecus in libris officialium publicè deputatorum, n.*26.

CAPVT DCCXXVII.

DEcreta exhibita in cauſa Rauennaten. pecuniaria, quamvis tribuant fidem libris mer-
1 catorum, † Tamen debent intelligi in negotiis ſpectantibus ad mercaturam, nam ſi in eis aliquid ſcribatur,quod non pertineat ad eorum officium, & negotiationem, nihil releuat, nec vllam probationem facit, cum enim auctoritas competat ratione officij, non poteſt operari vltra naturam,

& to-

& ſeruitius officij, tanquam permiſſio intelliga-
tur reſpectu cauſæ, non autem perſonæ, vnde ceſ-
ſante cauſa, ceſſat etiam permiſſio. Iſta eſt recepta,
& vulgaris concluſio, quam latè comprobat mul-
ta ſimilia adducens *Iaſ. in l. ingę cum geminiano, n.2
vſque ad 13. C. de tranſact.* & latius Felin. *in cap. cum
ordinem, 6. col. 4. & 5. n. 4. vſque ad 7. de reſcript. &
in cap. poſt ceſſionem, 7. n. 4. de probat.* Roman. *conſil.*
204. *n.3.* vbi Mand. *in addit. in verb. negotiari,* Mar-
ſil. *in rubr. de fideiuſſ. n. 182. vſque ad 186. & in l. ſi*
n.168. vſque ad 174. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ſing.
560. *habemus, n.1. cum ſeq.* Card. Seraph. *dec.442. in
princ. & dec.* 1088. *n.4. & dec.1390. n.2.* Ruin. *conſ.* 53
n.9. lib.4. Roland. *conſ.92. num.8. vſque ad 14. lib.3*
Beroc. *conſ.5. n.10.* Menoch. *de arbitr. caſ. 91. num.22*
Gail. *obſeruat. 20. n.8. & 9 lib.2.* Vaſq. *lib. 1. con-*
2 *trou. illuſtr. c. 3. n.8. & 9.* † qui omnes concludunt,
quod eſſet ridiculum, ſi daretur fides huiuſmodi
libris circa diuerſa negotia, & non pertinentia ad
commercium, & exercitium artis ſuæ, cùm poſ-
ſent ſcribere mutua, depoſita, & mandata ab aliis
facta, & damna illata, & ſimilia in præiudicium
eorum, qui numquam de iſtis cogitarunt, & con-
tra mentem ſuperiorum, qui dum concedunt pri-
uilegium probationis libris artificum, ſolùm in-
tellexerunt de pertinentibus ad illorum miniſte-
rium. Prout etiam dicimus de ſtatuto diſponente,
quod Conſules artium cognoſcant de cauſis opi-
ficum, quæ reſtringi debent ad ſpectantia ad ſuam
negotiationem: Cyn. Bald. & alij *in l. fi. C. de iuriſd.
omn. iud.* cum multis ſimilibus adductis per Lu-
dou. *conſ.29. col.3. cum ſeq.* Aym. *de antiqu. tempor.*
3 *p.1. verſ.4. limitatur, n.73. fol.* 102. † Idem de libris
viſitationum, quibus ſtandum eſt in illis, quæ
pertinent ad officium viſitantis, & quæ concer-
nunt ſtatum Eccleſiæ Caputaq. *dec.158. p.1.* Rot. co-
ram R.P.D. Pirouano Mediolanen. decimarum S.
Donati 19. Martij 1612. & coram R.P.D. Andrea
Mediolanen. decimarum, & primitiarum de Car-
laſo 25. Iunij 1614. quæ eſt *dec.575. n.4. in fin. parc.2*
4 *in recentior. ib.* † Et de libris datariæ, quibus credi-
tur in pertinentibus ad negotia illius tanquam
ſcriptis per officialem ad id deputatum: Card.
Seraph. *dec.1088. n 4. & dec.1108. num.2.* Caputaq.
5 *dec.77. p.1.* † Et idem in infinitis ſimilibus caſibus,
quos latiſſimè refert dicens ſe longo tempore
collegiſſe: Felin. *in cap. cum ordinem, 6. colum. 4. 5
& 6. de reſcript.*

Quod autem commiſſio, & mandatum, de quo in
caſu noſtro factum de recipiendo merces à tali
fundico, ſit extra ea, quæ ſpectāt ad miniſterium,
& negociationem mercaturæ, nō opus eſt proba-
6 tione, † cùm ex ſe pateat, ideò aliundè, quam ex
libro tale mandatum erit probandum: Purpur. *in
l. admonendi. n.208. in fin. verſ. ex quo in foro ff. de iu-*
7 *reiurand.* † vbi quod non crederetur mercatori,
qui ſcripſit ſe ſoluiſſe tuo hoſpiti pro te pecuniā,
quia hoc caſu non probaret, quamvis etiam vellet
vltra ſcripturam factam in libro deponere tam-
quam teſtis iuratus iuxta doctrinam Bart. *in l. de-
ferre, in princ. n. 2. ad med verſ. exemplum ego volo*
8 *probare, ff. de iur. fiſc.* vbi concludit, † quod ſi ali-
quis prætendat te mihi teneri ad centum, non ſuf-
ficit, quod probet per Titium, qui dicat ſe tibi
portaſſe pecuniam, quam illi dedi de tuo manda-
to, nam ſi ipſe tibi tradidit eſt liberatus à me, ſi
non tibi tradidit, ipſe remanet obligatus mihi, &
ſic teſtificatur in eo, quod ad ipſum pertinet, va-
9 de talis depoſitio non admittitur. † tanquam tra-
ctetur de eius commodo, & in eo commodo, *l. omni-
bus, C. de teſtib. l. nullus, ff. eod. tit.* & idem ſequendo
Bart. notat Bald. *in cap. 1. §. inter pares, num. 11. in fin.
de leg. corrad.* & voluit etiam Rot. coram Sanctiſ-
ſimo Gregor. XV. Burgi S. Sepulchri, 23. Iunij 1610
10 inter impreſſas *dec.303. num.3.* vbi quod talis liber
non probabit iſtam remiſſionem pecuniarum,
cùm non ſit adhibenda maior fides priuatæ ſcri-
pturæ, quam voci ſcribentis: Bart. *in l. admonendi,
n.24. verſ. nam priuata ſcriptura,* vbi Rom. *num.56*
Alex. *n.34.* Iaſ. *in repet. num.133 ad med.* Franc. Curt.
n. 127. poſt med. verſ. ratio dicti, ff. de iureiur. Imol.
in l. ſi. nuda, n.14. ff. de donat. iuxta §. *ſi vero tale ali-
quid, auth. de inſtrum. caut.* Rot. *dec. 781. p.2. diuerſ.*

Quibus additur, quod iſtis libris mercatorum credi-
tur in rebus ſpectantibus ad eorum mercimonia
11 inter præſentes, † cum quibus aliquid geſtum eſt,
ſecus autem inter abſentes, ideò non poteſt mer-
cator ſcribere, Titius habuit pannos pro Seio ab-
ſente, cui non eſt æquum præiudicare, tanquam
ſit res inter alios acta, prout etiam dicimus de em-
ptore, qui venit ad publicanum, & ſoluit gabel-
lam, dicens ſe emiſſe domum à Sempronio, ipſo
tamen abſente, nam licèt credatur libris publica-
ni, tamen non creditur, ſi in illis ſcribat, quod
talis ſoluit gabellam emptionis talis domus per
Sempronium venditæ, cùm ex hoc nulla proba-
tio poſſit deſumi, quod idem Sempronius vendi-
derit dictam domum, tanquam iſtæ, & ſimiles
ſcripturæ non poſſint tertio præiudicare, neque
enim eſt danda maior fides huiuſmodi libris,
quam inſtrumento publico notarij, quod num-
quam probat contra abſentes. Ita in ſpecie notat
Aym. *de antiq. tempor. part.1. §.4. limitatur, num.71
fol.* 10. poſt Alex. *conſ.36. lib.5. aliàs eſt conſ.68. n.3
lib.1.* Dec. *in cap. cum cauſam, col.2. in princ. de pro-
bat.* Imol. *conſ.96. in fin.* Menoch. *de arbitr. caſ. 91
num.25. cum ſeq.*

Neque obſtat depoſitio ſartoris, cùm ei nō credatur
12 propter incommodum ſolutionis debiti, † quod
ad eum ſpectat, tāquam remaneat obligatus mer-
catori, qui ſibi merces tradidit, vt dictum eſt ſupra
num.7. ex Bart. *in l. deferre, in princ. num.2. ad med.
ff. de iur. fiſc.* & paſſim repelluntur teſtes, vbi tra-
13 ctatur de eorum commodo, ſiue pecuniario, † ſiue
honoris, *l. omnibus, de teſtib. conſil. 94. n.2.* Oſaſc.
deciſ.79. num.40. Surd. *conſ.34. n.13. lib.1. & dec.219
n.2.* Caſtr. *conſ.301. ad bene examinandum in vltim.
dub. lib.1.* Alex. *conſ.44. col.3. verſ. item non probat.
lib.2. & conſ.31. col.2. verſ. quinimmo dictus, lib.6. &
conſ.141. n.9. lib.1.* Aym. *conſ.112. colum. 3. in fin. verſ.
rurſ. iſte teſtis, n.101.* bene Ruin. *conſ.31. num.7. lib.4*
14 † vbi etiam addit, quod probatio mandati non
poteſt deſumi ex depoſitione iſtius teſtis, non ſo-
lùm quia ſi non habuiſſet mandatum, tractaret de
ſe exonerando, vt dictum eſt, ſed quia eſt vnicus,
qui non probat mandatum, cum duo requirantur
l. vbi numerus, ff. de teſt. Benintend. *deciſ.70. num.5*
15 † & probatio plena, & concludens requiritur,
non per vnum teſtem tantum ad hoc, vt dicatur
aliquid geſtum de commiſſione alicuius Imol.
conſ.91. num.1. verſ. & ſic reſpectu inſtitutionis. Dec.
conſ.510. in caſu, n.2. Marſil. *ſing.471. ſæpe, numero 1*
Rebuff. *de chirograph. & ſchedul. recogn. in præfat.
num.36. & 37. in fin.*

Prædictis addendum eſt, quod alia occurrit in ca-
ſu ſimili de libris gabellæ, per quos dixi probari

venditionem equarum factam per venditorem
16 emptori † cùm enim ſimus in perſonis, & officialibus de publico deputatis, eorum libri plenam fidem faciunt: Bart. *in l. quedam, §. nummularios*, vbi Ang. de communi & Alex. *in 2. notab. ff. de edend.* Iaſ. *in l. admonendi, col. 44. verſ. tertio caſu principalis. ff. de iureiur.* Aym. *de antiq. tempor. par. 1 verſ. 4. limitatur, n. 70. fol. 101.*

Nec facit, quod ſupra diximus de libris huiuſmodi officialium, qui probant ſolum in his, quæ perti-
17 nent ad eorum officium, † puta quo ad ſolutionem gabellæ, & illius denunciationem, cum ſimilibus, ſecus quo ad contractum venditionis, & emptionis: Socin. *conſ. 208. num. 2. lib. 2.* Surd. *conſ. 151. n. 88 lib. 2.* Caballin. *milleloq. 57. n. 2.* Maſcard. *concl. 610*
18 *num. 2.* † Quia prædicta procedunt contra abſentem, nam aliàs data præſentia contrahentium in ſolutione gabellæ ex cauſa contractus, probatur ille contractus, non quod officium exactoris gabellæ ſe extendat ad contractus, aut ad eorum probationem, ſed quia ſolutio gabellæ pro contractu neceſſariò probat ipſum contractum aduerſus partem præſentem, cùm ex acceſſoriis inferatur ad probationem principalis. Ita in ſpecie, declarando Socin. & alios ex aduerſo adductos, concludit Aym. *de antiq. temp. part. 1. verſ. 4. limitatur, num. 73. & 74. fol. 102.* Nicolaus Genua *de ſcriptur. priuat. lib. 4. tit. de libr. ration. gabellar. n. 20. fol. 235 in 3. edit. & tit. de lib. ration. official. de publ. deputat. num. 37. & 38. fol. 225.*

Dum igitur vẽditores aſſeruerint in libro gabellarij
19 talem venditionem fuiſſe per eos factam, † & ipſimet deſcriptioni interfuerint, probabitur contra eos venditio, quidquid aliud ſit in eo, qui non interuenit, vel non fuit præſens, cui talis aſſertio nõ præiudicabit Imol. *conſ. 96. in fi.* Prout dicimus de
20 libro æſtimi, † quod non probat, niſi contra eos, qui illi deſcriptioni conſenſerunt, *l. cenſualis, C. de donationib.* Alex. *conſ. 10. n. 5. verſ. quamvis probationem faceret, lib. 4.* Pariſ. *conſ. 104. in fin. verſ. & etiam quia communis, lib. 1.* Hieron. de Mont. *de finib. reg. c. 64. n. 6. & 7.* Maſcard. *concl. 274. n. 3. & 7.* & concludunt omnes *in l. ſi pater, C. de rei vendic. & in l. ſolemnibus, C. eod. tit.* Bald. *in l. quidam in ſuo, in fin. ff. de cond. inſtit.* Socin. *conſ. 205. n. 6. verſ. non obſtat ſecundum, & verſ. reſpondetur etiam ad quartum, lib. 2.* Caballin. *milleloq. 57. in fin.* Roland. *conſ. 4. n. 36. cum ſeq. lib. 2.* Dec. *conſ. 146. pro tenui facultate mea, num. 13. colum. 6. in fin. verſ. nam ſicut deſcriptio.* Peregr. *de fideicomm. art. 44. n. 9.* Rot. *dec. 706. n. 6*
21 *p. 2. in recentiorib.* † vbi ampliatur etiam contra eos, qui habent cauſam à deſcribentibus: Bart. *in l. ſi à te, §. fin. de except. rei iudic.* Aret. *conſ. 36. num. 3 verſ. ſecundo dico.* Ruin. *conſ. 40. num. 3. lib. 4.*

Accedat, quod emptor equarum nominatus in libro gabellarij, poſtea vendidit eaſdem equas, & illas
22 alteri tradidit, † vnde præſumendum eſt talem venditionem feciſſe, quia prius illas emit, & habuit ab eiſdem venditoribus, ne aliàs præſumatur illicitus detẽtor, cùm à primordio tituli poſterior formetur euentus. *l. 1. C. de imponend. lucr. deſcrip.*
23 *lib. 10.* Aym. *conſ. 284. num. 6.* † Ita vt ex hoc magis ſit credendum libris gabellarij atteſtantis de tali venditione, cùm iſta ſimul iuncta faciant plenam fidem Aym. *de antiq. tempor. p. 1. § vidimus abundè, n. 19.* Magon. *deciſ. Florent. 95. n. 5.* Rot. *dec. 650. n. 4*
24 *p. 1. in recentiorib.* † Vel ſaltem transferant onus probandi in aduerſarium: Iaſ. *in l. decem, num. 36. ad fin. verſ. ſed ad hoc reſpondetur, ff. de verb. oblig.*

Quo verò ad libros mercatorũ an probent pro tertio contra tertium, communis concluſio eſt nega-
25 tiua, † quod non faciant fidem tam ſuper eo, quod principaliter ſcriptum eſt in libris, quam incidentur, immò multò minus ſuper cauſa ſolutionis; *l. exemplo, C. de probationib.* Bart. *in l. nuda ratio, n. 7. & 8. ff. de donat. & in l. admonendi, n. 8.* & ibi Iaſ. *in 2. lect. n. 111. ff. de iureiurand.* Felin. *in c. 2. n. 32. de fid. instrument.* Caputaq. *deciſ. 157. & 371. part. 2.* cum aliis per Rot. *dec. 717. n. 1. ad med. p. 2. in recentior.* vbi quod ita ſæpe fuit iudicatum Peregrin. *dec. 257 p. 2. in manuſcript.* Maximè, quando non adſunt adminicula, Rot. *dec. 287. n. 1. p. 2. in recentior.* Vnde cùm in caſu noſtro prætendatur probari ſimpliciter ſolutionem ex dictis libris, non eſt admittenda talis probatio, prout etiam latius infra dicetur Deo dante *in capite particulari*, vbi etiam tractabitur qualia debeant eſſe iſta adminicula, &
26 quando non ageretur de libris mercatorum, † ſed officialium publicè deputatorum, quorum ſcripturis fides adhibetur etiam contra tertium: Card. Seraphin. *dec. 451. n. 3.* poſt Aym. *de antiquit. tempor. part. 1. §. 4. limitatur, n. 66. cum ſeq. fol. 162* Dummodo non ſimus contra non ſubditum: Idem Aym. *ibid. num. 76. vſque ad num. 83.*

EPITOME.

Exceptio compenſationis in quo differat ab aliis exceptionibus circa peremptionem actionis, & extinctionem debiti ante, vel poſt latam ſententiam ¶ Creditor ſi poſt compenſationem oppoſitam perſiſtat iudicialiter in petendo ſuum creditum an incidat in pœnam petentis, quod non debetur. ¶ Declaratio extraiudicialis an ſufficiat ad inducendam compenſationem. ¶ Approbatio liquidi an habeat exequutionem, quamvis adſit aliquod incertum examinandum. ¶ Compenſatio an æquiparetur veræ ſolutioni tam quo ad liberationem, quam quo ad effectum, vt quis cenſeatur conſtitutus in poſſeſſione exigendi ſiue opponatur inter creditorem & debitorem, ſiue tertio. ¶ Exceptio compenſationis quando retardet obligationem cameralem iuratam. ¶ Et quid in paupere. ¶ Inter ſocios & mercatores. ¶ Et vbi proceditur de bono, & æquo. ¶ In debito contracto poſt tempus contractæ obligationis. ¶ In depoſito etiam facto in pecunia numerata, cuius dominium tranſit in depoſitarium. ¶ Vel in depoſito cum depoſito. ¶ In caſibus non recipientibus dilationem. ¶ In alimentis tam præteritis, quàm futuris. ¶ In victualibus, charitatiuo ſubſidio, & penſionibus. ¶ Retentio an excludatur ſi prohibita ſit compenſatio. ¶ Et quid in depoſito tam irregulari confeſſionato, quam vero.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio computorum eſt quædam confeſſio inter partes emiſſa.*
2 *Confeſſio nocet confitenti, & habentibus cauſam ab eo.*
3 *In confeſſum partis iudicis ſunt in exequendo.*
4 *Confeſſio prævalet omnibus probationibus.*
5 *Exceptio cõpenſationis differt ab aliis exceptionibus, quæ elidunt tantum actionem, nec illam perimunt, niſi ſecuta ſententia, cum tamen compenſatio ſtatim oppoſita extinguat debitum, & actionem, n. 6.*
7 *Decla*

7 *Declaratio extraiudicialis ſufficit ad inducendam compenſationem.*

8 *Creditor, ſi poſt compenſationem oppoſitam, perſiſtat in petendo ſuum creditum, incidit in pœnam petentis, quod ſibi non debetur.*

9 *Cōpenſatio æquiparatur veræ ſolutioni, quo ad liberationem, ſecus quo ad effectu, vt quis cēſeatur conſtitutus in poſſeſſione exigēdi, tamſi fieret cōpēſatio inter debitorem, & creditorē, qua ipſi tertio. n.* 10.

11 *Approbatio liquidi ſufficit quo ad effectum executionis, quamvis adſit aliquid incertu examinandum.*

12 *Exceptio compenſationis non retardat obligationem cameralem iuratam. Limita in paupere, & vbi procedit ur de bono, & æquo, & inter ſocios, & mercatores, ac ſimiles. n.* 13. *&* 14.

15 *Compenſatio fundatur in æquitate, tanquam ſit defenſio a iure inducta.*

16 *Inter ſocios debet eſſe æquitas ante oculos, quaſi ſpeculum bonitatis.*

17 *Socij debent inter ſe gerere cum charitate, omiſſis apicibus iuris.*

18 *Societas habet ius fraternitatis.*

19 *Creditor non debet exigere executivè, quod ſibi debetur, & non ſoluere, quod eſt obligatus ſub prætextu, quod contra eum non adſit executio parata, ſed quod via ordinaria ſit conueniendus.*

20 *Compenſatio admittitur in debito contracto poſt tempus factæ obligationis cameralis iuratæ.*

21 *Depoſitarius non auditur, ſi opponit exceptionem compenſationis, quamvis depoſitum conſiſteret in pecunia numerata, nu.* 22. *&* 24. *Et quid in depoſito confeſſionato. n.* 26. *&* 26.

23 *Dominium pecuniæ depoſitatæ tranſit in depoſitariū.*

25 *Depoſitum non compenſatur cum altero depoſito, niſi vtrumque ſit liquidum.*

28 *Priuilegia depoſiti an cōpetat irregulari cōfeſſionato.*

29 *Retentio admittitur in depoſito.*

30 *Actio eſt minus priuilegiata, quam retentio.*

31 *Retentio non excluditur, ſi prohibeatur compenſatio.*

32 *Cōpenſatio debet admitti in caſibus non recipientibus dilationem, & in alimētis futuris, non præteritis. n.* 31. *Et in quocumque debito ex cauſa victuali. n.* 35.

34 *Alimenta præterita non ſunt priuilegiata, ſicut futura.*

36 *In penſionibus, & exactionibus, ſubſidij charitatiui debitis pro alimentis excluditur compenſatio.*

CAPVT DCCXXVIII.

EX depoſitionibus teſtium in cauſa Romana pecuniaria examinatorum, probatur concludenter, quod inter ſocios fuerunt calculatæ rationes, & reddita computa, in quibus vnus ſocius remanſit debitor alterius conſocij in ſcutis 777. & quod idem calculus fuit per eundem debitorem approbatus, quo ſtante debet attendi per Iudi-
1 cem, tanquam † iſta ſolidatio, & approbatio cōputorum ſit quædam confeſſio inter partes emiſſa. Surd. *deciſ.* 256. *n.* 2. *in fin.* Confeſſio autem nocet
2 confitenti, & habentibus cauſam ab eo, † quamvis ſint ſucceſſores ſingulares: Aret. *conſ.* 111. *col.* 2. *in f.* Aym. *conſ.* 29. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 2. *num.* 273. Surd. *conſ.* 151. *nu.* 38. *&* 39. *lib.* 2. *& deciſ.* 72. *numer.* 9.
3 † Et in confeſſum partes Iudicis ſunt in exequendo, *l. vnic. C. de confeſſ.* cum talis cōfeſſio ſit omniū probationum optima, *l. vlt. C. de fideicommiſſ. l. ge-*
4 *neraliter. C. de non num. pecun.* † Immo ſit maior, & præualeat quouis publico inſtrumento: Menoch. *conſ.* 614. *n.* 5. poſt Aym. *conſ.* 61. *n.* 3. *& conſ.* 171. *nu.* 4.

Et per conſequens nō poteſt ſocius moleſtari à conſocio pro prætenſo ſuo credito, cum illi obſtet exceptio cōpēſationis de prædicto calculo oppoſito, nā talis exceptio differt ab alijs exceptio-
5 nibus, † cum reliquæ exceptiones, quæ opponuntur in judicio, elidant tantum actionem, *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. D. de pact.* neque illam perimunt, donec ſententia fuerit lata in fauorem excipientis: Bart. *in l. Iulianus. nume.* 34. *D. de condict.*
6 *indeb.* † Sed exceptio compenſationis habet eam naturam, vt ſtatim, quod fuit oppoſita, ipſo facto extinguat debitum, & actionem aduerſarij, etiam antequam feratur ſententia, quaſi imponat Iudici neceſſitatem compenſandi, prout de veriori opinione teſtatur Afflict. *deciſ.* 121. *nu.* 2. juxta *§. in bonæ fidei.* vbi Iaſ. *n.* 1. *inſtit. de actionib.* Bart. *in l. ſi plures. n.* 4. *D. de fideiuſſorib. & in l. verum, D. de compēſat.* Bald. *in l. ſi cōſtat. n.* 3. *C. eod. tit.* Munnoz. loquens de ſimilibus calculis *in tract. de ratiocin. computat.* 14.
7 *nu.* 8. *fol.* 623. Ita vt † ſufficiat etiam extraiudicialis declaratio ad inducendam compenſationem juxta opinionem Bart. *in l. verum. C. de compenſat.* de qua licet ibid. dubitet Salic. Tamen illa defenditur per Rot. corā R. P. D. Robuſterio Romana grani de Iuſtinis 4. Nouembr. 1573. in impreſſ. *deciſ.* 68. *n.* 9. *p.* 4. *diuerſor.* poſt Iaſ. *in §. in bonæ fidei. inſtitut. de action.* Tindar. *de compenſat. art.* 6. *q.* 66. Socin. Iun. *conſ.* 147. *n.* 5. *lib.* 3. Graſſ. *de except. c.* 16. *n.* 48.

Amplius; ſi oppoſita hujuſmodi exceptione compenſationis, creditor adhuc perſiſtat in petendo
8 debitum judicialiter, † incidit in pœnam petentis, quod ſibi non debetur juxta *l. eum qui temerè. D. de Iudic. in c.* 1. *de plus petitionib.* vt in ſpecie concludit Munnoz. *de ratiocin. computat.* 14. *n.* 10. poſt Barboſ. *in l. diuortio. § ob donationes. n.* 52. *verſ. adeò*
9 *quod ſi propoſita. D. ſolut. matrim.* † Et paſſim compenſatio æquiparatur veræ ſolutioni reſpectu liberationis, *leg. ſi debitor. D. qui potior. in pignor. habeant.* cū alijs per Tiraq. *de retract. conſanguinit. §.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 53. *num.* 1. quidquid aliud ſit ad effectum, vt quis cenſeatur
10 conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi, nā † tūc debet conſtare de vera numeratione, quamvis compenſatio fieret inter duos, quorum vterque diuerſo reſpectu eſt creditor, & debitor, vnde multo magis, quando compenſatio fieret tertio, quaſi tunc ſolutio fieret per modum fictum, nam ſicut conſtitutum cōtra tertium non probat poſſeſſionem ejus cuius gratia fit, niſi probetur poſſeſſio conſtituentis, ita in hoc caſu non poterit iſta compēſatio operari quaſi poſſeſſionem in fauorem alicuius, niſi conſtet ei realiter fuiſſe ſolutum in præiudicium tertij, Ita in ſpecie concludit Cardin. Seraph. *deciſ.* 321. *nu.* 1. *vſque ad* 8. juxta notata per Bart. & Caſtr. *in l. Iulianus. la* 1. *D. de condit. & demonſtr.* Idem Bart. *in l. ſi ex cautione. in* 2. *lect. C. de non n. pecun.* Bart. *in l. in ea quæ. in fi. C. de compenſat.* Alex. ad Bar. *in l. anſertur. §. compenſationem. in verb. ſoluere. D. de iur. fiſc.*

Et quamvis prætendatur adeſſe in eodem calculo vnicam partitam, non in totum approbatam, Tamen in caſu noſtro adſunt aliæ partitæ excedentes in maiori ſumma creditum aduerſarij, ita vt illæ inducant compenſationem, & extinguant
11 prætenſum creditum, † cùm ſufficiat approbatio liquidi, quod habet executionem, relicto incerto examinando, *l. reſiduum. Cod. de diſtract. pignor. l. ſtatu liberi rationē. D. de ſtat. liber.* Socin. *cōs.* 24. *col.*

13.poſt.med.verſ.& primo quia.num.36.lib.1.& conſ.
256.col.3.verſ.aliquando.lib.2.Beniutend.deciſ.90.
n.3.vbi de magis communi Munnoz.de ratiocin.c.
31.n.7.fi.Rot.Genuen.deciſ.191.n.6.

Et prædicta procedunt, quamvis opponatur credi-
tum aduerſarij eſſe iuratum cum obligatione ca-
12 merali,† contra quod licèt non admittatur regu-
lariter compenſatio:Surd.conſ.264.n.15.lib.2. Ta-
men quando, provt in caſu noſtro, ſumus in pau-
pere, tunc admittitur exceptio compenſationis,
13 † non obſtante iureiurando, & obligatione ca-
merali:Pariſ.conſil.121.nu.41.lib.1.Afflict.deciſ.163.
n.4.Grat.conſ.121.n.4.lib.1. Oſaſc.deciſ.92.nu.35.in
princ. verſ. non omittendo tamen. Gabr. de iureiur.
concl.7.nu.11.Honded.conſil.8.nu.41.lib.1. Anchar.
Corſett.Medic.Thinnin.& alij per Graſſ.de excce-
ption.c.16.32.Seraphin. priuil.iuram. 74.nu.142. &
ibi latè Martin.in addit.nu.15.Galleſ.de obligat.ca-
mer.p.2.formul.4.q.2.n. 7.aliàs ſecundum non im-
preſſ.q.18.fol.112.Marcheſ.de commiſſ.appellat. con-
tr.oblig. camer.c.16.nu. 167. Mancin. de iuram.p.4.
effect.30. num. 3.

Maximè, quia vbi proceditur de bono, & æquo,
provt fit inter ſocios, ſeu mercatores, & ſimiles
14 perſonas, † nunquam impeditur exceptio com-
penſationis, ſed ſemper admittitur etiam contra
debitum iuratum, & contra obligationem came-
ralem:Grat.conſ.121.nu.11.vſque ad 14.Oſaſc.deciſ.
92.n.35.in princ. Graſſ.de exceptionib.c.16.n.29.Ca-
ualcan.deciſ.9.n.11.in fin.Gabr.concluſ.7.n.12.de iu-
reiurand.Marcell.Cala.de mod.articul.& proband.
§.1.gloſ.4.n.18.Intrigliol.conſ.8.n.20. cum alijs per
Martin. Benechendorf.in addit. ad Seraphin. pri-
uil.iuram.74.n.10.fol.378. Anchar.Mancin.q.2.n.5.
15 p.1.Mancin.de iuram.p.4.effect. 30.n.3. † Cum enim
inter ſocios, & ſimiles agatur de bono, & æquo,
ceſſat rigor iuris, & eſt ſeruanda æquitas, in qua
fundatur compenſatio, cum ſit defenſio à iure in-
ducta: Alber.de ſtatut.p.4.q.92.Grat.conſil. 121.nu.
16 12.& 13.lib.1. † ita vt hujuſmodi æquitas inter ta-
les perſonas debeat eſſe antè eorum oculos tan-
quam ſpeculum diuinæ, & nobilis bonitatis:Bald.
conſil.349. factæ fuerunt. col.1.in fin. verſ. conſidera
interdum.lib.1.Card.Mant.de tacit. & ambig. con-
17 uention.lib.6.tit.16. nu.36. & 37. † Cum etiam tales
ſocij debeant inter ſe gerere cum charitate,& pu-
ritate,omiſſis apicibus,& rigoribus iurium,& ſta-
18 tutorum:Corn.conſ.119.n.2.in fin.lib.4.† tanquam
ſocietas habeat ius fraternitatis:Gloſ.in l.ſi nõ fue-
rint,29.in princ.in verb.ſocietati D. pro ſocio.

Immo Iudex non ſolum hoc facere tenetur inter ſo-
cios,ſed etiam inter alios, cum non videatur ho-
neſtè agere creditor volens exigere, quod ſibi de-
19 betur, † & non ſoluere, quod debet, quod iniquè
fieri ſolet ſub prætextu exactionis executiuæ, vt
viciſſim diſtrahantur creditores non obligati in
forma Cameræ per moras trium inſtantiarum or-
dinariæ litis antequam ſoluatur illis, à quibus
executiuè fuit exactum, quod multum abhorret
ab æquitate, quam ſemper prius debet Iudex ante
oculos habere, ideo erit per eum admittenda
compenſatio,provt ita faciendum eſſe notat Gal-
leſ.ad formul.obligat.cameral.quæſt.18.num.8.juxta
nouam impreſſ.fol. 112.

In quo etiam eſt obſeruandum, quod hujuſmodi de-
20 bitum,cõtra quod opponitur compenſatio, † fuit
cõtractum poſt tempus factæ obligationis came-
ralis, tunc enim, illa non obſtante etiam iurata,
admittitur iſta exceptio cõpenſationis,quaſi tunc
faciens actum poſt talem promiſſionem videatur
illum facere animo compenſandi: Abb.in c.ad no-
ſtra.n.3.de iureiur.Galleſ.d.q.18.n.9. Afil. deciſ.381.
n.3.& 4.Oſaſc.deciſ.92.n.34.Surd.conſ.246.n.15. ad
med.verſ.licet fortè aliud ſit l.2.Tindar.de cõpenſat.
art.7.n.14.Pariſ.conſ.121.n.40.lib.1.Graſſ.de except.
c.16.n.30.Mãcin.de iuram.p.4.effect.30. n.2. Siluan.
conſ.40.n.23.Capic.deciſ.167.n.4. Gabr.de iureiur.
concluſ.7.n.5.Seraph.priuil.iuram.74.nu.143. & ibi
latè Martin.in addit.n.14.Neuiz.conſ.40.n.23. An-
char.q.2.n.3.& 4.lib.1.Couar.in c.quamvis.p.1.c.4.
n.9.de pact.in 6.Gutier.de iuram.confirmator.par.3.
c.6.n.7.Tiraq.de legib.connubia l.gloſ.5.n. 20.

Quæ autem opponuntur ad euitandam compenſa-
tionem nihil faciunt, cum Doctores allegati lo-
21 quantur in cauſis priuilegiatis, † puta depoſiti,in
quo non auditur depoſitarius petens illud copen-
ſari cum ſuo credito,l.fin.C.de poſit.Purpurat.conſ.
284.n.3.Iaſ.in §.in bonæ fidei. n. 10.inſtit.de actionib.
Crot.conſ.157.n.20.Natt.conſ.438.nu.1.Franc.deciſ.
151.n.2.Roland.conſil.4.n.5.lib.4.Surd.conſ. 246.nu.
22 8.& 9. † vbi etiam,quod procedit,quamvis depo-
ſitum conſiſteret in pecunia numerata, nam licèt
23 tũc dominium ipſius pecuniæ † tranſeat in depo-
ſitarium,l.Lucius,D.depoſit.l.dies ſponſaliorum.eod.
tit. tamen nõ per hoc debet admitti compenſatio,
24 quæ in depoſito excluditur: † Bald.conſ. 317.lib.3.
Salic.in l.penul.C.depoſit.& in l.fin.col.vlt. C.de cõ-
penſat.Crot.conſ.139.n.3.Natt.conſ.438.n.7. Franc.
deciſ.151.in fi.latè Card.Mant.de tacit.& ambig.cõ-
uention.lib.10.tit.10.n.4.cu ſeq. Graſſ.de exception.
25 c.16.nu.71.& 72.vbi ampliat,quod † neque admit-
tatur compenſatio in depoſito etiam alterius de-
poſiti,niſi ambo ſint liquida:Bart.& Sal.in l.ſi quis
n.2.C.depoſit.Caſtr.conſ.170.lib.2.Cumia.ſuper rit.
26 regn.Sicil.c.19.n.21.Addit.ad Iaſ. in §.in bonæ fidei.
in liter. d.inſtitut. de actionib. Dummodo † tamen
ſumus in depoſito vero non autem confeſſionato,
nam tunc admitteretur exceptio compenſationis:
Bald.conſil.384.in fi.lib.1. poſt Gloſſ.in l.aſſiduis.in
verb.data.C.qui potior.in pignorib. habeant. Socin.
conſil.143.col.fin.lib.1. Milanel.deciſ.2.nu.40. Surd.
conſil.246.nu.3.Graſſ.de exception. c.16.num.74.&
75. Albenſ.conſil.645.numer. 2. lib. 4. ¶ Quamvis
27 † contrarium, & melius ſequatur Roland. conſil.
17.nume.18.lib.1. Curt.Iun.in l.2.in princ.col.5.D.ſi
cert. petat. & in l.bonæ fides col. penult. D. depoſit.
28 Surd.d.conſ.246.numer.9. † Et quidem iſta opinio
eſt verior,vt latè defendit Card. Mant.de tacit. &
ambig.conuent.lib.10.tit.10.nu. 10.vſque ad 16. Pur-
pur.in d.l.2.col.3.¶ Non obſtante,quod ſecundum
aliquos priuilegia conceſſa depoſito non habeant
locum in depoſito irregulari confeſſionato, &
ficto,ſed in vero,& reali:Cagnol.in l.contractus.n.
21.D.de reg.iur.Plot.in l.ſi quando.§.10.n.32. C.vn-
de vi.Boer.deciſ.295.n.8.Bald.conſ.384.lib.1.Socin.
conſ.143.lib.1.Graſſ.de exception.nu.16.n.75.¶ Quia
juxta veriorem ſententiam etiam priuilegia de-
poſiti procedunt in depoſito irregulari, vt per
Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuentionib.lib.
29 10.tit. 10.nu.12. cum ſeq. ¶ † Et dummodo non ſi-
mus in retentione, quæ admittitur in depoſito:
Corn.conſ.61.n.27.lib.3.de quo tamen Molignat.
de retent.q.51.52.53.& 54.Socin.cõſ.171.lib.2.& cõſ.
143.n.14.lib.1.Bald.cõſ.317.ad euidentiam.lib.3.Car-
din.Mant.d.tit.10.n.24.Bellot.in addit.ad Iaſ. in l.
ſi non ſortem.§.ſi centum in fi. D.de condict.indebit.

† Cum

30 † Cum retentio ſit magis priuilegiata, & fauora-
bilior, quam actio, *l. inuitus. § cui damnus. D. de reg.*
iur. l. 1 § nam cui damnus. D. de ſuperficieb. l. per reten-
tionem C. de vſur. l. Paulus D. de dol. except. Decian.
conſ. 94. *n.* 27. & 28. *lib.* 1. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 64. *n.*
5 poſt Bald. *conſ.* 45. *col.* 2 *lib.* 2. Iaſ. *in l. naturaliter.*
§ nihil commune. col. 12. *D. de acquirend. poſſeſſ.*
Ruin *conſ.* 66 *n.* 12. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 148. *n.* 2. Cephal.
31 *conſ.* 86 *n.* 20. Surd. *de alim. tit.* 3 *q.* 7 *n.* 12. † Et paſſim
excluſa exceptione compenſationis, non excludi-
tur retentio: Gloſ. *in l. grege § cum pignori. in verb.*
compenſatum. D. de pignor. Pariſ. *conſ.* 110. *num.* 33 *lib.*
1 Aym. *conſ.* 148 *col.* 1 *verſ. modo.* Gabr. de *iureiur.*
concluſ. 7 *n.* 2 Cephal. *conſ.* 658. *num.* 25 *lib.* 5 Anna.
conſ. 101 *n.* 3 *vſque ad* 8 Gallia *conſ.* 78 *n.* 31 cum alijs
per Graſſ. *de exceptionib. c.* 16. *n.* 20.
Provt etiam contraria procedunt in caſibus, quæ di-
lationem non recipiunt, nam in eis non admitti-
32 tur compenſatio, † vt in cauſa alimentorum, *l. in*
ea quæ 3 *C. de compenſat.* Faber. *in § in bonæ fidei. n.* 19
col. penult. verſ. ſed numquid poteſt opponi. inſtitut. de
actionib. Pract. Papienſ. *in form. libell. quo agit pro*
legat. rei ſingular. in princ. n. 85. Surd. *de aliment. tit.*
33 8 *priuileg.* 53. *num.* 5 ¶ † Dummodo non ſimus in
alimentis præteritis, nam in eis admittitur com-
penſatio: Monald. *conſil.* 52. *numer.* 9 Graſſ. *de exce-*
ptionib. c. 16. *num.* 62. Cum illa non habeant priui-
34 legia † ſicut futura: Gig. *de penſion. q.* 51 *n.* 28. Cumi.
ſuper rit. regn. Sicil. c. 38 *n.* 63. ¶ Idem in quocum-
35 que debito † ex cauſa victuali, *l. ob negotium.* vbi
36 Gloſ. & Bart. *de compenſation.* Surd. *d. priuileg.* 53. *n.*
36 8. vbi ampliat ad penſiones, & † exactiones ſubſi-
dij charitatiui, quæ debentur pro alimentis: Gig.
de penſionib. q. 92 *n.* 4 Monald. *conſ.* 52 *n.* 4. Graſſ. *de*
exceptionib. c. 16 *n.* 64.

EPITOME.

Donatio quando dicatur inofficioſa re, & conſilio, & re tantum. ¶ Et quo caſu reuocetur in totum, vel ſolum quo ad legitimam. ¶ Et an confirmetur iuramento. ¶ Donatio de omnibus bonis præſentibus quando ſit valida. ¶ Et an tunc poſſit dici inofficioſa. Et quid ſi fiat de omnibus bonis ad fauorem extranei, & poſtea donans inſtituat hæredem filium, vel ſi quid etiam minimum per eum percipiatur ex teſtamento donantis, ſeu ab inteſtato, vel ſi donatarius aliquid relinquat vni ex filiis ejuſdem donantis, an tunc detur querela inofficioſæ donationis. ¶ Tempus mortis an inſpiciatur ad cognoſcendum an donatio ſit inofficioſa. ¶ Et quando reſpectu legitimæ habeatur reſpectus etiam ad bona donata. ¶ Donatio facta abſenti an illi acquiratur propter ſtipulationem notarij. ¶ Et an poſſit reuocari, ſeu qualificari, etiam ſi donatarius deceſſiſſet ante ratificationem. ¶ Et quando hæres habeat facultatem illam ratificandi. ¶ Filij hæredes patris an reuocent donationem inofficioſam etiam factam pio loco, & eam, quæ non eſt de omnibus bonis, ſed de aliquibus, quæ æquipollent omnibus. ¶ Vel quando bona omnia nõ donantur vnica vice, ſed plurib. vicibus. ¶ Extraneus quis dicatur in materia donationis inofficioſæ. ¶ Et quanto tempore talis querela præſcribatur. ¶ Hæreditas an præſumatur eſſe ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inofficioſa ſolum re nõ conſilio reuocatur tantum quo ad legitimam filiorum, quamvis ſit facta extraneo, ſecus ſi fuit re, & conſilio, quia tunc reuocatur in totum per filios, ſi fiat extraneo, n. 2 & 3.*

4 *Donatio inofficioſa non confirmatur iuramento. numero 5.*

6 *Iuſiurandum donantis recipit eaſdem conditiones, & limitationes, quas reciperet ipſa donatio, ſuper qua iuratur, & non præiudicat tertio, ſed ſolum ei, qui iurauit.*

7 *Donatio de omnib. bonis præſentibus, & nõ futuris non poteſt dici inofficioſa re, & cõſilio, maxime ſi reſeruetur vſusfructus, & aliquid pro facultate teſtãdi.*

8 *Donans bona præſentia poteſt ſperare ſe alia ſuperlucraturũ, ex quibus poſſit ſuppleri legitima filiorũ.*

9 *Donatio de omnibus bonis præſentibus eſt valida.*

10 *Alleganti donationem eſſe inofficioſam re, & conſilio incumbit onus probandi.*

11 *Donatio facta à matre alicui extraneo non poteſt dici inofficioſa per filium, ſi ab ea inſtituatur hæres, vel aliquid minimum ipſe habuerit tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ſed ſolum datur actio ad ſupplementum legitimæ n. 12 & 16. Idem ſi donatarius aliquid reliquiſſet vni ex filijs donantis. n. 14.*

13 *Verba in aliqua parte verificantur etiam in minimo.*

15 *Frater non debet aſperè contra fratrem procedere.*

17 *Voluntas patris ab inteſtato decedentis eſt conſideranda, non ſecus ac ſi eſſet ex teſtamento, licet vna ſit expreſſa, alia tacita.*

18 *Donatio ob amorem fraternum, & ob benemerita non eſt inofficioſa re, & conſilio.*

19 *Donatio acquiritur abſenti propter ſtipulationem notarij, & non poteſt per donantem reuocari, aut modificari, aut qualificari, etiam ſi donatarius deceſſiſſet ante ratificationem, quia hæres habet facultatem ratificandi n. 20.*

21 *Hæreditas præſumitur eſſe ſoluendo, maximè ſi non docetur de inuentario. n. 22.*

23 *Tempus mortis inſpicitur ad cognoſcendum an competat querela inofficioſæ donationis.*

24 *Pater licet totam ſubſtantiam donauerit, ſi poſteà plura bona acquiſiuerit, non cõpetit actio inofficioſi.*

25 *Filius viuo patre nullum ius habet in legitima.*

26 *In reuocatione donationis inofficioſæ vſque ad legitimam habetur reſpectus ad bona extantia tempore mortis donantis, & etiam ad bona donata.*

27 *Filij quamvis ſint hæredes patris poſſunt reuocare donationem inofficioſam.*

28 *Actus ſimulatus non dicitur, niſi probetur cauſa ſimulandi, neque odium in filium facit, vt donatio dicatur ſimulata n. 29.*

30 *Donatio quando dicatur inofficioſa re, & conſilio, ſeu re tantum. n. 31. 32. 33. 34. 36. & 39.*

35 *Inofficioſa donatio dicitur ſiue de omnibus bonis, ſiue de aliquibus, quæ æquipollent omnibus.*

37 *Donatio inofficioſa dicitur tam ſi vnica vice omnia donentur, quàm ſi pluribus vicibus modo vna res modo altera.*

38 *Querela inofficioſi competit, licet donetur loco pio.*

40 *Præſcribitur quinquennio querela inofficioſi, ſed poſtea agitur ad legitimam infra triginta annos.*

41 *Extraneus dicitur in materia inofficioſi, qui non eſt filius, vel aſcendens.*

CAPVT DCCXXIX.

IN dubio propoſito in cauſa Bononien. dona-
tionis ſeu bonorum de Montetentiis videndum
1 eſt an donatio ſit re inofficioſa & conſilio, † nam
ſi fuerit ſolum re, magis communis opinio, &

vetior eſt, vt reuocetur tantum, quo ad legitimam
filiorum, quamvis ſit facta extraneo, l. 1. 2 & 3. D.
de inofficioſ. donation. Bart. in l. titia. la. 2 § impera-
tor. ff. de legat. 2 Aret. conſil. 47 numero 3. Iaſ. in auth.
vnde & ſi parens in fi. C. de inoffic. teſtam. Picus in l.
poſt contractum. n. 6 ff. de donationib. Natt. conſil. 125
n. 3 Pariſ. conſ. 72 n. 28 lib. 1 & conſ. 73. n. 26 eod. lib.
Menoch. conſ. 923 n. 20 lib. 10. Couar. lib. 1 var. reſo-
lut. c. 19 col. 10 ad med. Rim. Iun. conſ. 42 n. 97 libro 1
Socin. Iun. qui de communi conſ. 67 num. 56 lib. 2
Becc. conſ. 68. n. 6 cum aliis per Honded. conſ. 43 n.
22 & 23 lib. 1.

Secus autem eſſet, quando donatio fuit inofficioſa
2 re & conſilio, † tunc enim ſi fiat extraneo, reuo-
catur in totum per filios, quibus nihil fuit reli-
ctum: Bart. in l. 1 C. de inoffic. donationib. & in l. titia.
la 2 quæ eſt 89 § imperator. ff. de legat. 2 Caſtr. conſ.
251 viſo quodam inſtrumento col. 2 ante med. verſ. &
contrafaciendo. lib. 2. Aym. in conſ. inſerto poſt deciſ.
3 Oſaſc. 123 n. 19. Curt. Sen. conſ. 1 in fi. n. 18. † vbi quod
iſta opinio eſt magis communis, verior, & æqua,
reiectis aliis contrarium ſentientibus, & latè
etiam defendit Becc. conſil. 68 num. 5 vſque ad 7 lib.
1. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. totum. n. 5 C. de re-
uocand. donationib. Clar. in § donatio. q. 24 n. 2 verſ.
aut vero quis non agit. Rubeus conſ. 99 num. 3 Bertr.
conſ. 179 num. 8 lib. 4 & conſil. 308. n. 1 lib. 5 & conſil.
345 n. 2 eod. lib. Honded. conſil. 43 nu. 22 lib. 1 Surd.
conſil. 473 n. 2 lib. 4 Roman. conſ. 26 num. 9 & conſ.
95. num. 1 & ibi Mandoſ. in verb. in totum Craſſ. in §
legitima. q. 44 n. 2 Surd. de alim. tit. 8 priuileg. 26 n.
9 Seraphin. priuileg. iuram. 107. nu. 14. Gutier de iu-
ram. confirmator. lib. 1 cap. 9 n. 11 in fin. Io. de Amic.
conſil. 31. n. 1 & 2.

Neque obſtabit, quod præſupponatur donationem,
de qua agimus, non fuiſſe ſimpliciter factam, ſed
confirmatam iuramento patris, ſeu matris donan-
4 tis, † Nam illud nihil operabitur, & ſemper, eo
non obſtante, competit reuocatio, quando eſt
inofficioſa, cum enim actio inofficioſi ſit introdu-
cta fauore filiorum, non debet aliquid operari iu-
ramentum in præjudicium illorum, vt in ſpecie.
concludit Bart. in l. titia. la 2. § imperator. n. 5 & ibi
Add. in verb. quæro mater. ff. de legat. 2. Curt. Sen.
conſ. 1 num. 13 vſque ad numero 17 vbi de Communi
Clar. in § donatio q. 24 verſ. hæc autem omnia. num. 3
5 † vbi quod nullus diſcrepat ab hac opinione Fer-
rar. in prax. in form. libell. pro donat. in verb. irreuo-
cabiliter. n. 5 Milius. in repertor. in verb. donatio fa-
cta extraneo ante fin. verſ. nec poteſt per donatorem
fol. 118 latè Salic. in l. 1 num. 12 q. 9 poſt Bald. ibid. n.
4 & 5 C. de inofficioſ. donationib. quem ſequitur Ro-
man. conſ. 269 n. 2. verſ. idem etiam. Card. Thuſ. con-
cluſ. 685 n. 23 tom. 2. Gutier. de iuram. confirmator. l.
9 lib. 1 n. 5. 6. 10 & 11. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat.
n. 92 poſt med. verſ. quod quidem remedium. & n. 93
C. de reuocand. donationib. bene Caſtr. conſ. 448 tria
ſunt quæ videntur facere. numero 2. verſ. ſecundo vi-
detur. lib. 2. Alex. conſ. 55 n. 7 lib. 1 Anchar. & Imol.
in c. vlt. col. penult. & ibid. Butr. col. fin. de donation.
Idem Imol. in c. cum contingat. col. 5 verſ. aduerte ta-
men quia quando. & col. vlt. verſ. attende tamen quia
dicit. de iureiur. Iaſ. conſ. 125 col. 3 verſ. & præmitto.
lib. 1 & conſ. 141 viſa longa col. penult. lib. 4.

Et paſſim iuramentum donantis recipit eamdem
conditionem, limitationem, & interpretationem,
6 † quam reciperet diſpoſitio, & donatio ipſa, ſu-
per qua iuratur, & non præjudicat filijs, quo ad
beneficia illis competentia, cum ſolum obſit ipſi
donanti, qui iurauit, non tertio, cujus iuribus quis
non poſt etiam cum iuramento renunciare, prout
in ſpecie beneficij. l. ſi vnquam. & ſimilium dona-
tionum: Bart. Bald. & Fulgoſ. in l. titia. 89 § impera-
tor. de legat. 2. Oldrad. conſil. 238 & conſil. 278 in 3
dub. Imol. in c. fin. col. vlt. de donat. Curt. Sen. conſil. 3
n. 2 Dec. in c. fin. n. 28 de pact. Gozad. conſ. 80. nu. 16.
Pariſ. conſil. 72 nu. 15 lib. 1. Alex. conſil. 71. in fi. lib. 4.
Gabr. conſ. 2 numero. 11 de donationib. Aret. conſil. 24
col. 1 n. 5 Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 173. C. de
reuocand. donat. Socin. Iun. conſ. 67. n. 10 lib. 2 Hon-
ded. conſil. 43. num. 4 vſque ad 7 lib. 2 Gabr. conſ. 127
num. 37 lib. 1 Gutier. de iur. confirm. lib. 1 c. 9 per tot.
Clar. in § donatio. q. 23 in princ. Ruin. conſil. 107. nu.
22 lib. 1 & conſil. 140 n. 5 lib. 4 Bertr. conſ. 135. col. fin.
lib. 1 & conſil. 175 col. penult. lib. 2 Mantua. conſ. 300.
col. 4 n. 36. Roman. conſ. 269 n. 1 vbi latè Mandoſ. in
verb. iuramenti.

Verum quidquid ſit de prædictis, contrarium con-
cludendum eſt, quod videlicet obſtet Sebaſtiano
7 donatio, de qua agimus, † cum enim ſit ſolum de
omnibus bonis præſentibus cum reſeruatione
vſusfructus, & alijs pro facultate teſtandi, non po-
teſt dici inofficioſa re, & conſilio, nam ad hunc
effectum debet eſſe etiam de bonis futuris: Aym.
in ſpecie conſil. inſerto inter deciſ. Oſaſ. 122 n. 20. So-
cin. conſil. 108 col. 8 in fi. verſ. concurrit etiam libro 1
8 † vbi quod donando bona præſentia tantum, inte-
rim donans poteſt ſperare ſe alia ſuperlucrari, ex
quibus poſſit suppleri legitima, cum iura præſu-
mant, quem ditari, maximè ſtante reſeruatione
vſusfructus, de qua in caſu noſtro, juxta, l. ſi defun-
ctus. C. arbitr. tutel.

Et propter iſtam rationem dicimus, quod valeat do-
natio de omnibus bonis præſentibus tantum,
9 † Nam interim poteſt donans ſperare ſe alia ſu-
perlucrari, ex quibus poſſit teſtari, ita vt ſufficiat
ſola potentia acquirendi, dato quod poſtea non
acquirat, vt intelligatur remanere facultas teſtan-
di, adeò vt etiam propter hanc rationem dici poſ-
ſit paupertatem eſſe probandam, quia cum præſu-
matur quilibet acquirere, & lucrari, ceſſat præ-
ſumptio paupertatis, Ita omnia prędicta compro-
bat Seraphin. priuil. iuram. 3 n. 12 & notant omnes
in l. fi. ff. de pact. Roman. conſil. 26 in princ. vbi latè
Mandoſ. in verb. proteſtando. ad med. Corn. conſil.
178 n. 25 lib. 2 Dec. conſ. 224. in cauſa qua quondam.
col. 3 in fi. n. 4 Bertrand. conſ. 40 ſi pactum. n. 3 libro 3
Claud. in l. pactum poſt princ. C. de pact.

Amplius quamvis etiam probaretur ex aduerſo ta-
lem donationem fuiſſe inofficioſam re, & conſi-
10 lio, † cum alleganti hoc onus incumbat: Gabr.
conſ. 137 num. 2 lib. 2 cum alijs per Honded. conſ. 43
num. 25 lib. 1. Tamen cum Sebaſtianus filius fuerit
poſtea à matre hæres inſtitutus, iſta inofficioſitas
re & conſilio non obſtabit, licèt etiam donatio
11 eſſet facta in extraneum, † cum hoc caſu ſtante
hujuſmodi inſtitutione, non detur actio, niſi ad
ſupplementum legitimæ, cujus reſpectu ſolum da-
tur reuocatio, & non in totum: Bart. in l. titia ſeio.
89 § imperator. n. 4 & ibid. Rub. n. 256 Imol. n. 8 Cu-
man. nu. 2 ff. de legat. 2 Bertr. qui de communi conſ.
38 num. 3 lib. 1 p. 1 Coſt. qui etiam de communi in c.
ſi pater. p. 3 in verb. priuare non poſſit. nu. 14 de teſta-
ment. in 6. Corn. conſ. 54 num. 8 lib. 4 latè Honded.
conſ. 43. n. 21 lib. 1 Butr. in c. vlt. in fi. vbi Card. num. 7
Abb. num. 5 Anchar. n. 7. Anan. n. 16. Imol. n. 20. de
dona-

nonation. Iaſ. conſ. 125. num. 2 ad med. verſ. tamen hoc
non obſtante. lib. 1. Cyn. Ang. Bald. & alij in l. 1. C. de
inoffic. donat. Clar. in § donatio. col. vlt. verſ. ſed quid
12 ſi pater ipſi filio. num. 4. Natt. conſ. 125. num. 5 & 6. †
vbi etiam, quod ſufficit fuiſſe relictum aliquid
minimum filio ad excludendam reuocationem to-
tius donationis propter illa verba, in aliqua par-
13 te, † quæ verificantur etiam in minimo: Gloſ. in
clem. 1 in verb. aut earum de ſor. compet. Bald. in l. 1.
col. penult. C. de inofficioſ. donat. Gemin. in cap. 1 § 1 §.
1 de decim. in 6.

Immo etiam in caſu, in quo mater donaſſet inofficio-
ſè extraneo, ſi poſtea contingat, quod idem extra-
neus aliquid relinquit aliquibus ex filijs mulieris
14 donantis, † non fiet reuocatio per reliquos filios,
niſi vſque ad legitimam: Natt. in ſpecie conſil. 125.
n. 4. vbi quod eſt caſus nouus, & æquiſſima conſi-
deratione ita eſt decidendus, cum in effectu bona
deuenerint ad reliquos filios mulieris, vnde mi-
litat eadem ratio, quando mater donauit alteri fi-
15 lio, † quaſi contra fratrem non ſit aſperè proce-
dendum: Io. Andr. in c. fi. de donat. Sali. in l. 1 col. 4
C. de inoff. donat.

Et quod magis eſt, non ſolum prædicta procedunt,
quando filio aliquid relictum eſt in teſtamento
paterno, ſed etiam ſi ab inteſtato pater deceſſerit,
nam ſi quid quoque minimum in hæreditate in-
16 uenerit, † operabitur, vt non poſſit agi contra do-
natarium querela inofficioſæ donationis juxta l. 3
C. de inoffic. donation. ſed ſolum dabitur actio ad
ſupplementum: Cuman. in l. titia ſeio 89. impera-
tor. D. de legat. 2. Coſta in c. ſi pater. p. 3 in verb. pri-
uare non poſſit. n. 15. de teſtam. in 6 dixi ſupr. c. 247.
num. 66. vſque ad 71. ſufficit enim judicium patris
ab inteſtato decedentis, cujus voluntas eſt conſi-
17 deranda, non † ſecus ac ſi eſſet ex teſtamento, licèt
vna ſit expreſſa, alia verò tacita, l. ab exhæredati
ſubſtituto. verſ. quod & legitimi. D. de legat. 1. l. conſi-
ciuntur. § ſi quis poſt. D. de iur. codicillor. l ſi quis cũ
nullũ. D. eod. tit. Salic. in l. 1 n. 8. D. de hæredib. inſtit.

Accedat, quod ſumus in donatione facta ob amo-
rem, & affectionem fraternam: & ob cauſam me-
18 ritorum, † quo caſu non dicitur inofficioſa re &
conſilio, neque datur reuocatio in totum: Roman.
conſ. 95. ad med. verſ. quod autem re non autem fran-
de. Menoch. conſil. 923. n. 23. lib. 10. Et quamvis hoc
non firmet Natt. conſil. 125. in fi. Tamen eſt vera
opinio, quam etiam tenet Socin. conſ. 108. n. 11. verſ.
iuncto etiam. & n. 12. lib. 1.

Nec facit, quod donatio de qua agimus, ſit facta fra-
tri abſenti, vnde cum non conſtet de acceptatio-
ne donatarij, potuit per donantem reuocari, provt
19 fuit reuocata? † Quia ſtante ſtipulatione notarij
fuit acquiſitum ius donatario; & non requiritur
talis acceptatio, & eſt facta irreuocabilis tanquam
perfecta, quæ ideo, neque poteſt modificari, aut
qualificari, ſiue reuocatio fiat tacitè, ſiue expreſsè,
ſiue reuocetur ſimpliciter, ſiue bona ſint alij do-
nata: Oldrad. conſ. 30. n. 2. Bart. in l. nec ei § eorum. n.
2 D. de adoptionib. & in l. ſtipulatio iſta. § ſi ſtipuler.
col. 2 verſ. tertio fallit & ibi Iaſ. num. 14. & 15. D. de
verb. obligat. & de veriſſima, & receptiſſima opi-
nione latè teſtatur Oſaſc. deciſ. 32. numero 4 vſque
ad 9 Surd. deciſ. 206. num. 4 cum ſeq. Clar. in § dona-
tio. q. 13. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.
13. tit. 8 n. 9 vſque ad 16. Card. Seraph. deciſ. 427. n. 2
& deciſ. 472. numero 3. Rot. coram R. P. D. Vbaldo
Romana donationis. 21. Aprilis 1614. & coram
R. P. D. Boratto Carpentoraten. donationis. 29.
Ianuarij 1616.

Neque talis pœnitentia, aut reuocatio donationis
admittetur, quamvis exaduerſo prætendatur do-
nantem deceſſiſſe, antequam donatarius ratifica-
20 ret; † cum poſſit acceptari per hæredem, ideò
ſemper erit valida, & irreuocabilis tanquam per-
fecta ante mortem: Surd. qui omnibus contrarijs
reſpondet deciſ. 206. num. 4. vſque ad n. Ludouic.
Molin. de primogenit. hiſpan. lib. 4. c. 2 n. 77. Couarr.
in rubr. de teſtam. p. 3. num. 13. verſ. illud profectò. cum
alijs relatis in Romana donationis coram R. P. D.
Vbaldo 21 Aprilis 1614. Clar. in §. donatio. q. 13. n. 4
verſ. tertius eſt caſus. Cephal. conſil. 35. num. 4 in fin.
cum ſeq.

Cum igitur conſtet non eſſe locum reuocationi do-
nationis in totum, non poteſt exaduerſo agi, niſi
doceatur hæreditatem non eſſe ſufficientem pro
21 legitima, † ſeu ejus ſupplemento, nam hæreditas
præſumitur eſſe ſoluendo: Iaſ. in l. fin. § in computa-
tione. numero 1. C. de iur. deliber. Rot. deciſ. 696. n. 2
p. 1. in recentiorib. Couarr. in c. ſi hæredes. n. 9. verſ.
item illud adnotandum in fi. de teſtament. Adeò vt
hæres alienantis teneatur docere bona hæredita-
22 ria non eſſe æquiualentia rei alienatæ, † ſtante
præſertim, quod non docetur de legitimo inuen-
tario. Aym. conſ. 225. n. 12. Marzar. de fideicommiſſ.
q. 46. num. 62. Natt. conſil. 214. n. 4 in fi. & conſil. 2381.
num. 6.

Et paſſim tempus mortis inſpicitur ad cognoſcen-
23 dum † an competat querela inofficioſæ donatio-
nis: Alex. conſ. 14. num. 5. lib. 1. Becc. conſ. 68. num. 2.
Franc. deciſ. 170. & notant omnes in l. 1 vbi Cyn. n.
5. Bald. n. 10. Salic. n. 9 Caſtr. n. 6 in fi. de inoffic. dona-
24 tionib. † Ideo licet pater totam ſubſtantiam dona-
uerit, tamen ſi poſtea plura bona acquiſiuit, non
competit querela inofficioſi: Becc. conſ. 68. num. 2
vbi quod viuo patre non poteſt filius querelare,
25 cum nullum ius habeat in legitima, niſi † poſt ejus
obitum, leg. 1 § ſi impuberi D. de collat. bonor. Licèt
quando tractaretur de reuocatione donationis
26 inofficioſę vſque ad legitimam, † regularetur non
ſolum juxta quantitatem bonorum, quæ tempore
mortis extabant, ſed etiam habito reſpectu ad bo-
27 na donata: Surd. conſ. 473. n. 3 lib. 4. † Ita vt etiam
filij, quamvis ſint hæredes patris poſſint reuocare
donationem inofficioſam pro ſua legitima: Bald.
in l. 1 n. 4 & 5 Cod. de inoffic. donation. Gail. obſeruat.
116. n. 4 ad med. lib. 2.

Alia quæ objiciuntur de ſimulatione ſunt ſublata ex
deciſ. coram R. P. D. Penia in hac cauſa Bononien.
28 bonorum de Monterentijs 27. Iunij 1611. † Nulla
enim adeſt cauſa ſimulationis, neque fuit proba-
ta, provt concludenter erat probanda: Bart. conſil.
65. numero 4 lib. 1 Alben. conſil. 9 numero 1 cum ſeq.
& conſ. 97. n. 24. Rot. diuerſ. deciſ. 69. n. 2 p. 2 Capu-
taq. deciſ. 165. n. 5 p. 3 Rot. deciſ. 307. n. 11. p. 1. & deciſ.
413. numero 1. p. 2 in recentiorib. Honded. conſil. 41. n.
28. lib. 2 Corn. conſil. 189. num. 12. lib. 2. Natt. conſil.
628. num. 17. Bertaz. conſil. crimin. 230. num. 6. & 9.
lib. 1.

Et cauſa odij matris erga filium, propter lites cum eo
exiſtentes exaduerſo appoſitas, potius excludebat
29 ſimulationem, † quaſi tunc mater non debuiſſet
ſimulatè donare, ſed verè abſque vlla fictione
alienare, vt priuaret filium bonis ſuis: Rot. in iſta
cauſa Bononien. domorum de Monterentijs co-
ram R. P. D. Penia in fi. poſt Alben. dict. conſil. 9

& conſ. 97. *lib*. 1. Et ita ex prædictis, quod non obſtet Sebaſtiano donatio, de qua agimus, fuit deciſum in hujuſmodi cauſa Bononien. bonorum de Monterentijs coram R. P. D. Dunozet. 6. Iunij 1619.

In prædictis etiam obſeruandum eſt, qnod donatio dicetur in officioſa re & conſilio, ſi pater donans
30 habebat filios, † & nihil eis teliquit: Caſtr. *conſ.* 251. *ad med. verſ. & cōtra faciēdo. lib*. 2. Card. Thuſc. *concl*. 685. *num*. 42. *tom*. 2. Becc. *conſ*. 68. *num*. 8. *in fi*. ¶ Vel quando fuit expreſsè facta donatio de om-
31 nibus bonis: † Idem Becc. qui multos allegat *conſ*. 98. *num*. 8. Curt. Sen. *conſ*. 1. *in fi. num*. 18. Surd. *conſil*. 473. *n*. 1. *lib*. 4. vbi loquitur de omnibus bonis præſentibus, & futuris. ¶ Et quando pater ſcit habere filium, & donat omnia bona mobilia, & immobi-
32 lia: Bart. *conſ*. 47. *in fi. lib*. 2. † Sed dicetur in officioſa re, quando eſt in damnum, & læſionem filiorū,
33 re autē & conſilio, † ſi eſt facta ex propoſito, & ad læſionem filiorum: Craſſ. *in* §. *legitima. q*. 44. *n*. 2. *ad med*. Clar. *in* §. *donatio q*. 24. *n*. 2. *in fi*. Honded. *conſ*.
34 43. *n*. 24. *lib*. 1. † vbi quod debet probari talis animus, & tale conſilium patris fraudandi filios.

Et dicitur inofficioſa donatio, ſiue ſit de omnibus donis, ſiue de aliquibus, quæ æquipollent omni-
35 bus † Papon. *arreſt*. 6. *tit*. 1. *lib*. 11. de quo per Tepat. *tit*. 497. *in princ*. ¶ Provt quando pater non retinet
36 in patrimonio tantum, † quantum capit legitima filiorum: Clar. *in* §. *donatio q*. 24. *n*. 2. Honded. *conſ*. 43. *n*. 19. *lib*. 1. ¶ Et dabitur reuocatio oon ſolum ſi
37 vnica vice omnia bona donentur, † ſed etiam ſi pluribns vicibus, modò vna res, modò alia donetur: Surd. *conſ*. 297. *n*. 10. *lib*. 2. ¶ Et querela inofficioſi competit, quamvis donatio fieret loco pio:
38 † Alex. *conſ*. 45. *n*. 17. *lib*. 1. Honded. *conſ*. 73. *num*. 40. *libro* 1. cum alijs per Rot. coram R. P. D. Sacrato Romana ſupplementi legitimæ 28. Iunij 1615. impreſſ. poſt tract. *de ſaluian. interdict. deciſ*. 161. *n*. 4. *&* 5. & coram Sanctiſſ. Gregor. XV. Romana legitimæ, 6. Februarij 1622. & coram R. P. D. Rembol-
39 do Romana legitimæ 3. Martij 1617. Et † ſi pater non haberet filium, licet poſtea ſuſcipiat, non dicitur donatio inofficioſa re & conſilio: Aym. *in conſ. poſt deciſ. Oſaſc*. 122. *n*. 29. *in fi*.

Præſcribetur autem querela inofficioſi quiuquen-
40 nio, *l. fi. C. de inoffic. donat*. † ſed preſcripta querela, poterit agi infra 30. annos pro legitima, vel ſupplemento: Bald. Salic. & Iaſ. *in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam*. Bero. *conſ*. 49. *n*. 16. *lib*. 1. *& conſ*. 174. *n*. 28. *lib*. 2. Ang. *in l. certi conductio. in princ. D. ſi cert. petat*. Addit. ad Cremēs. *ſing*. 129. Guid. Papa. *quæſt*. 28. Surd. *conſ*. 148. *n*. 13. *&* 14. *lib*. 1. ¶ Et in hac materia
41 inofficioſæ donationis factæ extraneo, † ille dicetur extraneus, qui non eſt filius, vel aſcendens: Bart. *conſ*. 47. *n*. 3. *lib*. 3. Grat. *conſ*. 17. *n*. 7. *lib*. 1. Card. Thuſc. *concl*. 685. *n*. 39. *tom*. 2.

EPITOME.

HYpotheca ſpecialis, & reſeruatio dominij an operetur prælatiouem contra creditores etiam priuilegiatos. ¶ Verbum *liberè* quando reſtringatur ad materiam ſubjectam. ¶ Officia notariatus capitolij an recipiant hypothecam, & poſſint alienari abſque beneplacito Apoſtolico quo ad titulū, & proprietatem, & ſcripturas præſentes, & futuras. ¶ Conſentiens alienationi pignoris quo caſu cēſeatur illud alienare. ¶ Et quatenus protestatio iuuet. ¶ Secundus emptor impetrans prius aſſenſum domini an præferatur anteriori tam in bonis liberis, quā feudalibus. ¶ Prior in ſorte quāudo ſit etiam in fructibus, & intereſſe, & hypotheca etiam tacita. ¶ Dominium rei venditæ an tranſeat in emptorem non ſoluto toto pretio. ¶ Periculum rei emptæ cum reſeruatione dominij an ſpectet ad venditorem, ſeu emptorem poſtea illam conducentem. ¶ Res aliena an vendi poſſit, & dari in ſolutū. ¶ Quæ incontinenti fiunt quando cenſeantur ineſſe. ¶ Tacens an conſentiat in præiudicialibus, & vbi ſcit ſuum ius durare, & non poteſt actum impedire. ¶ Clauſulæ acceſſoriç quando ſequantur naturam principalis diſpoſitiouis. ¶ Decretum irritans an cautet aliquam anterioritatem, & præjudicet iuri tertij, & infirmet actum perfectu ante illius interpoſitionem. Mutuans pecuniam pro emenda militia non vacabili an præferatur in hypotheca alijs creditoribus. ¶ Loca montium quare non recipiant hypothecam. ¶ Titulus officij an poſſit eſſe penes vnum, & dominium apud alterum. ¶ Bona feudalia, & noo libera ſi reducantur ad allodialia, & concedantur pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque, & quibus deberis an poſſint alienari abſque conſenſu domini. ¶ Et ad quem effectum ſit neceſſaria illius requiſitio. ¶ Admiſſio notarij, & expeditio litterarum reſeruata per Papam in breui reductionis notariorum Capitolij ad bona patrimonialia an fuerit ſolum pro conſeruandis iuribus Cameræ, & pro exercitio, non titulo, & proprietate officij.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio dominij & ſpecialis hypotheca operatur prælationem contra quoſcumque creditores etiam priuilegiatos. n*. 6. *& eſt valida conuentio. numero* 7. 17. *&* 18.

2 *Verbum*, liberè, *ſignificat ſine onere, & diminutione, reſtringitur tamen ſecundum ſubiectam materiam. n*. 3. *etiam illam impropriando. n*. 5.

4 *Fideiuſſor promittens liberè ſoluere non cenſetur voluiſſe recedere à conuentione alias facta.*

8 *Offici. notariatus Capitolij ſunt redacta ad inſtar bonorum allodialium, & recipiunt hypothecam, & poſſunt libere alienari etiam ſine beneplacito Apoſtolico. n*. 45. *tam quo ad titulum, quam proprietatem & ſcripturas præſentes, & futuras. n*. 51. 52. *&* 57.

9 *Reſeruatio dominij ſuper officio dicitur ſublata, ſi per reſeruantem poſtea libere illud reſignetur. Non obſtante proteſtatione prius facta de non recedendo à dicta reſeruatione. n*. 11.

10 *Conſentiens alienationi pignoris cenſetur illud alienare. Declara vt n*. 29. *&* 42.

12 *Secundus emptor, & creditor impetrans prius aſſenſum Apoſtolicum præfertur anteriori. Intellige in bonis emphyteoticis, & feudalibus, & ſimilibus, ſecus autem in bonis liberis, & allodialibus, num*. 13. 15. 16. *&* 35.

14 *Prior in tempore eſt potior in iure.*

19 *Potior in ſorte eſt etiam in fructibus, & intereſſe, & hypotheca etiam tacita, non ſolum pro tempore elapſo, ſed pro futuro poſt obligationem. n*. 20. *&* 21.

22 *Creditor poteſt eligere in quibus bonis velit ſatisfactionem, ita vt parte debiti ſoluta, omnes res ſint nihilominus obligatæ.*

23 *Dominium rei venditæ nō trāſit in emptorē, niſi ſoluto pre-*

to pretio,ita vt neque ei acquiratur pro parte eiuſdem pretij ſoluti.

24 *Venditio cum reſeruatione dominij eſt perfecta, & periculum eſt emptoris,licet per eum fuerit conducta res vendita,promittendo aliquid ſoluere,donec pretium fuerit ſolutum.*

25 *Res aliena poteſt vendi, & dari inſolutum, licèt non præiudicetur domino,n. 26.27. & 28.*

30 *Nemo dat,quod non habet, & ceſſio non operatur, ſi non conſtat de iuribus cedentis.*

31 *Diſpoſitio Principis cenſetur facta ſine præiudicio tertij, ita vt etiam ad iſtum effectum impropriemtur verba,n.32.*

33 *Res hypothecata tranſit cum ſua cauſa, & onere & datur proſecutio contra quemlibet poſſeſſorem.*

34 *Factum Iudicis dicitur factum patris.*

36 *Iudex poteſt in extinctionem æris alieni ſubhaſtare bona debitoris,& ea inſolutum dare creditori.*

37 *Quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe, quando ſumus inter principales contrahentes, non quo ad tertios, & ante profectionem contractus, ſecus ſi fuit abſolutus,& perfectus,n.38. & 39.*

40 *Tacens non cenſetur conſentire in præiudicialibus, maximè quando ſcit ſuum ius durare, & vbi non poteſt actus impediri,n.41.*

43 *Clauſulæ acceſſoriæ nihil operantur, & ſequuntur naturam principalis diſpoſitionis.*

44 *Decretum irritans non cauſat aliquam anterioritatem,nec præiudicat iuri tertij, nec infirmat actum perfectum ante eiuſdem decreti interpoſitionem.*

46 *Mutuans pecuniam pro emenda militia non vacabili, & quæ tranſmittitur ad hæredes, præfertur ſuper ea in hypotheca alijs creditoribus,n.47.*

48 *Loca montium non vacabilia poſſunt reſignari, & non recipiunt hypothecam ex ſpeciali prouiſione facta per Papam in illorum erectione.*

49 *Titulus officij poteſt eſſe penes vnum, dominium autem apud alterum.*

50 *Verba* non alias,nec alio modo,*important conditionem ſuſpenſiuam.*

53 *Bona feudalia non poſſunt alienari abſque licentia domini,ſecus ſi redigantur ad allodialia,& concedantur pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque,& quibus dederis,tunc enim nõ requiritur conſenſus, qui cenſetur à principio præſtitus in tali conceſſione.Declara vt n. 54.*

55 *Dominus debet requiri,quamvis dederit vaſallo facultatem alienandi feudum,vt ſit certus de perſona,in quem alienatur.*

56 *Admiſſio notarij,& expeditio litterarũ reſeruata per Sanctiſſimũ in breui reductionis notariorũ capitolij ad bona allodialia fuit pro cõſeruãdis iurib.Cameræ,& pro exercitio,non titulo,& proprietate officij.*

CAPVT DCCXXX.

(Adde *ſup.ad c.580.*)

PRocedendum eſt ad finalem deliberationem
officij ,de quo agimus,quia conſtat de credito,& reſeruatione dominij,& ſpeciali hypotheca
1 ad fauorem venditoris, quæ operatur,† vt ſit præ-
ferendus omnibus,& quibuſcumque creditoribus
etiam anterioribus, & priuilegiatis, tanquam habeat vim pacti manus iniectionis, quod poſitum
in venditione rei ſuæ afficit rem ipſam, vt poſſit
auferri à quolibet poſſeſſore, & ſucceſſore, &
exerceri cõtra tertiũ: Bald.*in l. ſi titius, in princ. & in addit.ff.de ſeru.exportad.*Bertaz.*clauſ.15.gloſſ.4.*
*n.3.*Marta *voto 43.in fi.*Rot.coram R.P.D. Manzanedo Romaña affictus,25.Iunij 1606.Faber.*in venditæ, inſtit. de rer. diuiſ. & in l.licet.* vbi Bartol. & alij.*Cod.qui potior.in pignor. habeant.* Cæpoll.*cautel. 124. vulgaris,col. 2.* Negul.*de pignoribus par.5. membr.2.n.18.col.6.ad med.verſ. & etiam facit fol. 83.& p.4.n. 34.*

Non obſtat, quod fuerit reſignatum officium liberè
2 in manibus Papæ,& Conſeruatorum,quaſi † tunc
iſtud verbum liberè importet, quod officium in
poſterum debeat eſſe penes reſignatarium abſque
vllo onere, & diminutione : Roland.*conſ.2.n.43. cum ſeq.lib.4.* Menoch.*conſ.10.n.10.lib.1. & conſ. 192. n. 9.lib.2.* Quia non ſemper iſtæ dictiones li-
3 berè, † & ſimiles hoc operantur, nam potius re-
ſtringuntur ſecundum ſubjectam materiam, de
qua agitur, ita vt fiat ſemper interpretatio reſpectu illius rei,ſuper qua proferuntur, & juxta alias
conuentiones prius factas, ne in eis detur contrarietas:Dec.*conſ.131.reuocatur in dubium, colum.3.in princ.verſ.2.ad illum, & in c.reprehenſibilis,26.col. 1.in fi.in 2.notab. num.5.verſ. hoc tamen de appellat.* Alex.*conſ.80.viſo & opportunè,n.12.lib.1.* Aret.*conſ. 76.num.3.poſt princ. verſ.licet aliquando.* Barbat.*in c.2.de feud. per tex. in l. 1. verſ. liber ſit ſtylus*, vbi Gloſ.*de ſacroſanct.eccleſ.l.libertas,verſ.niſi quid vi aut iure, D.de ſtat.homin.l. procurator cui libera. de procurator.l.creditor.& l. Lucius,ff.mãdat.*Gloſ.*in c. cum nobis,19.in fi.in verb.libere.de electionibus.* Addit.ad Mattheſil.*ſing.42.nota quod ſi hæres,n.5.verſ. verbũ enim libere, fol. 104.* & notãt omnes *in l.1.§. permittitur,ff.de aqu.quotid. æſtiu. & in c.2.de feud.*

Et faciunt, quæ dicuntur de fideiuſſore,qui promiſit
4 ſoluere liberè, † & de concedente, quod vſufru-
ctuarius liberè vtatur vſufructu,& de prælato,cui
permittitur rem liberè retinere, cũ ſimilibus diſpoſitionibus, in quibus iſta verba liberè non faciunt, vt liceat recedere à conuẽtionibus aliàs factis,& à iuribus ſibi competentibus, cum reſtringantur ſecundum materiam ſubjectam,provt latè
cõprobat Felin.*in c.cauſam quæ.18.col.16.poſt.prin. num.22.& 23.de reſcrip.* Roman.*conſ.211.numero 3.* Dec.*conſ.231.reuocatur.colum.3. in princ. & per tot.* Bald.*in l.1.C.de vſufru. & in l.cum quid, D.ſi cert. petat.*Imol.*in l.paterfamilias,ad fi. D. de hæredibus inſtituend.*cum alijs per Curt.Iun.*de feud.p.2.qu.1.*
5 *n.4.& 5.fol. 84.*† Provt paſſim verba intelliguntur,
& reſtringuntur ſecundum ſubjectam materiam
etiam illa impropriando, *l.ſi vno, in princ.ff.loca.* Bald.*in l.1.C.de negot.geſt.*Iaſ.*in l.3.in 2.notab. C. de tranſact.* Tiraq.*in l. ſi vnquam,in verb. reuertatur, n.37.C.de reuocand.donat.*Surd.*de alim.tit.1.qu.42. n.24.*Ruin.*conſ.168.n.16.lib.2.*

Subjecta autem materia non patitur, vt per reſignationem liberam officij ſit receſſum à conuentione facta in capitulis venditionis ejuſdem officij,
vbi non ſolum reſeruatur dominium,& hypothe-
6 ca ſpecialis, † ſed etiam additur, quod per ſubſe-
quentem reſignationem,& conſenſum in eo præſtandum per venditorem ad fauorem emptoris in
manibus Papæ,& Conſeruatorum, numquam intelligatur præiudicatum dictis iuribus reſeruatis,
quamvis tunc temporis in ſupplicatione nullum
reſeruetur decretum, Adeo vt ex iſtis verbis clarè
appareat,quod reſignatio poſtea liberè facta non
potuit obeſſe iuribus iam acquiſitis ipſi venditori, cum ementi ſit acquiſitum ius liberum, quo
ad alia, quam ad ea, quæ ſpecialiter cum ejus

conſenſu fuerant reſeruata,& per conſequens of-
ficium tranſiuit in hac parte affectum dicto one-
re, juxta naturam reſeruationis dominij, quod dat
prælationem contra omnes creditores,vt dictum
ſup.num.1.& notat etiam Bald. *Nouell.de dot.p.*10.
*priuil.3.*Stracc.*de decoctor.tit.qui potior.part. vlt.n.*
5.Iaſ.*in l.qui Roma,§.callimachus,num.5.ff.de verb.*
6 *oblig.* † Ita vt nec ipſe emptor, nec aliquis tertius
aliquid liberè acquiſiuerit,niſi cum tali pacto, &
reſeruatione: Tiraq.*de retract. lignag.§.1.gloſſ.*2. *n.*
7 *39.in fi.* Marta *vot.* 43.*n.* 8. † cum hujuſmodi con-
uentio ſit valida Dec. *conſ.*119. *licèt instrumentum.*
*colum.3.verſ.3.ſtante, & conſ.*440.*ſuperioribus die-*
*bus,poſt princ.*Fabian.de Monte.*de empt.& vendit.*
*qu.7.colum.vlt.*Abb.*conſ.*69.*col.fi.lib.*1.Socin.*conſ.*
179. *colum.*1. *lib.*4.

Maximè,quia in iſtis officijs conſiſtit hypotheca, &
pro auocanda poſſeſſione illorum poteſt agi hy-
pothecaria,& ſaluiano, & quocunque alio reme-
8 dio, † cum ſint redacta ad inſtar allodialium, ex
priuilegio Summi Pontificis mandantis, quod
non vacent per obitum alicujus ex notarijs, ſed
perpetuò, liberè, & integrè ſpectent ad hæredes,
& ſucceſſores quoſcumque ejuſdem notarij dece-
dentis,ſiue ab inteſtato,ſiue ex teſtamento venié-
tes, tanquam bona ſtabilia, & quod abſque vlla
cótradictione ſicut de bonis ſtabilibus perpetuis
totaliter, & integraliter poſſint diſponere, ipſa-
que alienare,vendere,& reſignare,& poſſeſſio di-
ctorum officiorum in hæredes pręfatos,ac eorum
ſingulos continuetur,ac ſi bona allodialia, & ſta-
bilia, & propria ipſius defuncti eſſent, cum alijs
clauſulis ampliſſimis in Bulla contentis, ex qui
bus reſultat valida obligatio, & hypotheca, &
executio, ceſſio,& tranſmiſſio, & quæuis alia diſ-
poſitio,ſicut in bonis liberis,& patrimonialibus,
quamvis alias eſſent feudalia,& regalia,prout la-
tè omnia prædicta comprobaui *ſup.c.*580.*n.*1. *vſ-*
que ad 18.

Neque obſtat, quod hodie non agatur an talia offi-
cia recipiant hypothecam,nec ne,ſed ſolum,quod
reſeruatio dominij, & ſpecialis hypothecæ in vé-
9 ditione expreſsè conuenta fuit ſublata † per libe-
ram reſignationem poſtea factam in manibus Pa-
pæ, & Conſeruatorum ex mera voluntate ipſius
notarij venditoris,qui potuit ſibi in hoc præjudi-
care per talem liberum conſenſum,*l.ſicuti,§. ven-*
dicationis,D.quib.mod.pign.vel hypothec.ſoluit,Ma-
gon.*deciſ.*1.*Lucenſ.*55.*n.*14. cum alijs ex aduerſo ad-
ductis.Quia prædicta procedunt,quando conſtat
10 de voluntate creditoris, † quod ſcilicet voluerit ſi-
bi præjudicare in bonis, in quibus habebat inte-
reſſe, nam tunc conſentiendo alienationi, vel ſi-
mili diſpoſitioni pignoris, feudi, fideicommiſſi,
aut aliarum rerum cenſetur ipſemet alienarè, *l.ſi*
*fundum per fideicommiſſum, D.de legat.*1. cum alijs
per Gabr.*de rer.alienat.conclu.* 2. & per Ludouic.
*concluſ.7.colum.*1.& 2.Gabr.*conſ.* 72.*n.*1.*lib.*1. Dec.
*conſ.6.n.12.lib.*1.& *conſ.*105.*n.*2.*lib.*3. Tiraq.*de con-*
*ſtit.p.3.limit.*13. *n.*15.

Aliud eſt in caſu noſtro in quo non ſolum non ap-
11 paret de voluntate vēditoris, † ſed potius de eius
diſſenſu,cum in capitulis venditionis,reſeruauerit
dominium, & hypothecam, ita & taliter, vt iſta
reſeruatio duret, quamvis poſtea in reſignatio-
ne contingat eum liberè reſignare, ac conſenſum
præſtare abſque reſeruatione decreti,vnde ſtante
iſta proteſtatione, debent eſſe ſibi ſalua iura ſua
quibus non eſt in aliquo præjudicatum: Imol. *in*
*cap.ex litteris,colum.2.in gloſ.1.de trāſact.*per text.
*in l.ſi debitor,§.in venditione.*vbi Bart.*ff.quib. modo*
*pign.vel hypoth.ſoluit.*Socin.*conſ.46.eleganter, nu-*
mero 18.*lib.*4.Dec.*in l.creditor,*118.*num.* 1 *in fi. de*
regul.iur. Roman. *conſ.94.viſis his quæ narrantur,*
numero 6.Neguſ.*de pignorib.p.6.membr.3.num.*26.
poſt med. verſ. tertio fallit. Durand. *de art. teſtand.*
tit.1.cautel.2.n. 6.*tom.8.par.1.fol.*110. Lamberteng.
*de contract.minor.gloſſ.*10.*n.* 46 *in fi.* Ludouic. *con-*
cluſ.7.poſt princ. verſ. & propterea bene eſt. Vero-
nenſ.*cautel.*257. *quando quis habet, in fi.*

Minus obſtat, quod aduerſarius, quamvis ſit poſte-
rior tamen ſit præferendus venditori, tanquam
12 † prius impetrauerit aſſenſum Apoſtolicum: Affl.
*deciſ.*286.*num.*1.Frecc.*de ſubfeud.lib.2.qu.30.n.3.&*
15.Franc.*deciſ.*82. *num.* 2. Quia iſta prælatio tunc
daretur poſteriori impetranti prius aſſenſum,vel
ei, qui prius fuit inueſtitus, quando eſſemus in
bonis, quæ à principio non poſſent obligari ſine
13 tali aſſenſu,aut inueſtitura, † vt in feudalibus,em-
phyteoticis, & ſimilibus, quaſi tunc à principio
contractus cum hujuſmodi obligatione,& hypo-
theca non fuerit validus,neque fuerit acquiſitum
aliquod ius,nec dominium,& poſſeſſio priorj,qui
non habuit aſſenſum,cum aliud ſit,quando,prout
in caſu noſtro,cōtractus à principio fuit validus,
& tenuit obligatio ſuper bonis, quæ potuerūt re-
cipere hypothecam tanquam liberis,& allodiali-
bus,vt dictum eſt,tunc enim ſtante validitate hy-
14 pothecæ præferendus eſt, † qui potior eſt in tem-
pore,*l.potior,& l.qui balneum,ff.qui potior.in pignor.*
habeant. & ita in ſpecie declarat Vrſil. ad Afflict.
deciſ.286.num.2.3.& 4 Burſat.*conſ.44.nu.* 22.*vſque*
ad 29.*lib.*1. Tiraq.*de iur.conſtitut.poſſeſſor.p.3.limit.*
15 3.*num.4.fol.*174.Caſſan.*conſ.8.num.36.&* 37. † & in
iſtis terminis loquuntur, omnes, qui tractant de
hujuſmodi prælatione ſecundi creditoris,videli-
cet reſpectu bonorum non allodialium, vt per
Guid.Pap.*deciſ. 46.col.vlt. verſ. & ex hoc infertur,*
*& deciſ.*81.*in fi.deciſ.*112.Benedict.*in c.raynutius, in*
verb.& vxorem nomine adelaſiam, num. 294. *& n.*
551.*de teſtam.*Bertran.*conſ.*107.*n.*3 *lib.* 2 *p.*1 Caſſan.
conſ.7 verſ.ad hoc eſt clara reſponſio. Petr.Iacob.*de*
act.in rem. quæ pro re emphyt. quæ cecid. in commiſ.
col. 14. *verſ.item colligitur hic* Corbul.*de cauſ. pri-*
*uat.ob alienat.q.4.n.9.fol.*316. Verouenſ.*cautel.*130.
ſi dominus inueſtiuit ad med. Burſat. *conſ.*44.*n.* 22.
16 *cum ſeq.& conſ.45.n.9 & lib.*1. † Quamvis hæc om-
nia dicta ſint ex abundanti,quia aſſenſus Apoſto-
licus fuit eodem tempore reſeruatus in ſupplica-
tione tam aduerſario, quam venditori, & licèt
Summus Pontifex reſeruauerit eidem aduerſario
decretum, Tamen ſufficit, quod venditor in ven-
ditione officij hoc fecerit, in quo potuit ſibi re-
ſeruare hypothecam, tamquam ſimus in bonis li-
beris,vt dictum eſt,vnde ei debet dari prælatio,*l.*
licet.C.qui potior.in pign. habeant.

Poſt hæc ſcripta fuerunt aliqua oppoſita,quæ tamen
non obſtabant, ſi rectè conſideretur conuentio,
de qua in inſtrumento exhibito, in quo adſunt
17 iſta præciſa verba, † quod Franciſcus non inten-
dit habere fidem de pretio, ideo cum expreſſo
conſenſu Lucæ emptoris reſeruat ſibi dominium,
& ſpecialem hypothecam officij notariatus, ac
ius prælationis, & anterioritatis, & potioritatis,
& cuiuſuis alterius iuris, quod ipſi Franciſco
competit, aut in poſterum poſſet competere,
ita vt

ita vt dictum dominium non intelligatur tranſlatum in emptorem, niſi ſecuta ſolutione, & non alias, nec alio modo, adeo vt venditor ſemper præferatur ſuper dicto officio omnibus creditoribus ipſius emptoris, quamtumvis priuilegiatis, donec idem venditor fuerit ſatisfactus integrè de dicto pretio, provt latius in eodem inſtrumento continetur.

Ex quibus verbis clarè colligitur, quod totum officium eſt hypothecatum pro integro pretio ſoluendo venditori, provt totum dominium ejuſdem
18 officij fuit ei reſeruatum, ita vt † pretium, quod reperietur in deliberatione dicti officij, prius ſpectet ad venditorem, qui cum ſit creditor ſcutorum quatuor millium pro reſiduo pretij ſibi debiti eſt omnibus præferendus vna cum fructibus aſcendentibus ad valorem ſcutorum quingentorum,
19 † cum potior in ſorte ſit etiam potior in fructibus, & intereſſe, *leg. lucius titius, ff. qui potior. in pignor. habeant.* Socin. *conſ.* 41 *num.* 2 *verſ. ſi ergo concludendum eſt, lib.* 4 Pariſ. *conſ.* 102 *n.* 8 *lib.* 3 Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 11 *tit.* 22
20 *num.* 32 *&* 33. † vbi ampliat etiam ad hypothecam tacitam: Neguſ. *de pignorib. part.* 2 *memb.* 4 *n.* 47 *& par.* 5 *membr.* 1 *n.* 10 *&* 14. Surd. *deciſ.* 271 *num.* 2 vbi etiam quod datur pro intereſſe, & vſuris, non ſo-
21 lum pro tempore elapſo ante obligationem, † ſed etiam pro futuro poſt obligationem alteri factam: Bart. Bald. & Salic. *in l.* 1. *ff. qui potior. in pign. habeant.* Ang. *in l. ſi filius, ff. de verb. obligat.* Oſaſc. *deciſ.* 129 *n.* 11.

Nec facit, quod emptor ſit dominus dicti officij pro tertia parte, cum ſoluerit ſcuta bis mille, ex ſex
22 millibus debitis pro pretio officij, † Quia etiam parte debiti ſoluta, remanet totum officium obligatum pro reſiduo pretij non ſoluti juxta formam conuentionis; in qua fuit reſeruatum dominium officij donec integraliter totum pretium conuentum ſolueretur, quod etiam eſt de iure communi, ſecundum quod creditor poteſt eligere in quibus bonis velit ſatisfactionem, cum quælibet res ſit inſolidum obligata, ita vt etiam parte debiti ſoluta, omnes res ſint nihilominus obligatæ, *l. quamdiu.* 6 *Cod. de diſtract. pign. l. ſi rem, § omnis, ff. qui potior. in pignor. habeant:* Surd. *deciſ.* 44 *n.* 7.

Et iſta reſeruatio dominij non alterat naturam con-
23 tractus, cum dominium † rei venditæ etiam abſque aliquo pacto de iure communi numquam tranſeat in emptorem, niſi per eum fuerit ſolutum pretium, *l. quod vendidi* 19. *ff. de contrah. empt.* Bald. *in rubr. C. eod. tit. num.* 13. Abb. *conſ.* 69 *numer.* 1 *in fi. lib.* 1 Surd. *deciſ.* 220 *num.* 13 dixi *ſup. c.* 523. *n.* 1 *cum ſeq.* vbi etiam, quod neque ſufficiet pretium pro parte ſolui, cui neque pro parte ejuſdem pretij ſoluti non ſit acquiſitum dominium: Bart. *in l. ſi ſtulus,* 78 *§ qui fundum, Dig. de contrah. empt.* Alexan. *conſ.* 123 *n.* 1 *ad med. lib.* 4. Surd. *conſ.* 101. *n.* 13 *libro* 1 Tiraq. *de retract. conuent. ad f. tit. n.* 71.

Nec ſubſiſtit, quod præceſſerit titulus venditionis pro ſcutis bis mille, & tercentum, & titulus locationis pro reſiduo pretij in ſumma ſcutorum quatuor millium, ita vt ex iſto titulo locationis cen-
24 ſeatur officium traditum, † Quia verius eſt, quod iſta locatio tanquam accidentalis non ſit habenda in conſideratione, cum potius ſit judicandum, quod poſſeſſio fuerit tradita ob cauſam venditionis, quæ fuit perfecta, quamvis ſit reſeruatum dominium, & periculum eſt emptoris, licèt etiam poſt venditionem cum dicta reſeruatione emens rem venditam conduxerit promittendo aliquid ſoluere, donec pretium fuerit ſolutum: *l. ſicut emptio,* 25 *ff. locat.* Boſſ. *de remiſſion. merced. conductor. n.* 102. Surd. *conſ.* 198 *numero* 28. dixi latè *ſup. c.* 523. *numero* 17.

Nec aduerſatur, quod Lucas vendiderit tertiam partem iſtius officij Mazziotto tanquam ſuam libe-
25 ram, & pleno iure ad ipſum ſpectantem, † quod non feciſſet, ſi pro rata ſcutorum bis mille, & tercentum ſolutis, quæ eſt tertia pars, non remanſiſſet dominus, cum alias fuiſſet aſſertio doloſa, & falſa, & induceret delictum, quod non eſt præſumendum, Quia hoc parum intereſt venditori, cum in contrarium adſit veritas, & non eſt recurrendum ad præſumptiones, quando ſumus in claris, & vtinam non fierent hujuſmodi venditiones rerum alienarũ, & alijs prius obligatarum, provt paſſim fiunt in præjudicium creditorum anteriorum, & animarum ita contrahentium, vnde tot lites, & ſcandala in ſingulos dies, oriuntur, & agat Mazziottus contra Lucam, cum etiam res aliena
26 vendi poſſit, & valet illius venditio, *leg. rem. alienam, de contrah. empt. leg. ſi in emptione, § item ſi emptor. ff. eod. tit.* Bart. *in l. ſi quis pro emptore, § vltim. de vſucap.* Bald. *in l. ſi ſine, col.* 1 *n.* 2 *Cod. ad velletan.*
27 Tiraq. *de retract. lignag. §* 1 *gloſſ.* 2 *numer.* 19. † Provt etiam valet datio inſolutum de re aliena: Afflict. *deciſ.* 369 *num.* 1. Quamvis iſta validitas attendatur reſpectu contrahentium; ſecus autem reſpectu
28 domini, † cui in nihilo præjudicatur: Bald. *in l.* 1 *in fi. C. commun. rer. alienat.*

Nec releuat objectio de inualiditate proteſtationis facta per venditorem officij in capitulis in inſtrumento contentis, quaſi ab illa videatur receſſiſſe per actus contrarios, Quia non conſtet de iſta contrarietate actuum, cum reſignatio, licèt ſit fa-
29 cta liberè, tamen ſatis eſt, quod prius conſtat de diſſenſu, cum proteſtatione, quod reſeruatio dominij ſemper intelligatur durare, licèt contingat præſtare conſenſum abſque tali reſeruatione, nam hoc ſtante remanent iura ſalua proteſtantis, & conſenſus cenſetur datus abſque eo, quod in ſequenti actu ſit ſibi præjudicatum: Bart. *in l. ſi debitor. § in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolut.* Socin. *conſ.* 46 *n.* 18 *lib.* 4. Roman. *conſ.* 94. *nu.* 6. Neguſ. *de pignorib. pag.* 6 *membr.* 3 *n.* 26 cum alijs ſupra allegatis *n.* 11.

Neque obſtat, quod Mazziottus ſubintrauerit in locum Franciſci venditoris officij propter iura illi
30 ceſſa à Luca pro rata pecuniæ ſolutæ, † Quia iſta ceſſio ſuper dicto officio non poterat fieri in præjudicium Franciſci habentis reſeruationem dominij, nemo enim dat, quod non habet; & ſi non apparet de dominio, & iuribus cedentis, nihil ceſſio operatur: Bart. *in l. ſi ſic legatum §.* 1 *ad fi. D. de legat.* 1 Alex. *conſ.* 14 *numero* 1 *lib.* 2. Aym. *conſ.* 127. *num.* 7 *& conſ.* 144 *num.* 15. Natt. *conſ.* 636 *num.* 197. Sim. de Pret. *conſ.* 174 *num.* 8 *&* 9. Socin. *conſ.* 89 *colum. fi. lib.* 1.

Inſuper obſeruandum eſt, quod in reſeruatione decreti facta per Summum Pontificem ad fauorem
31 Mazziotti, & admiſſione reſignationis, † non cenſetur præjudicatum creditoribus habentibus potiora iura, & hypothecam in officio reſignato, cum omnis diſpoſitio Principis ſemper dicatur facta ſine præjudicio, & læſione tertij, *leg.* 2 *§. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco public. c. dudum, de*

priuileg. Rot. *deciſ.* 21. *numero* 5 *de prabend. in nou.* Dec.*conſ.*271.*numero* 1. Menoch. *de arbitr. quaſt.*9 *num.* 11.

32 Adeò † vt ad euitandum tertij præjudicium verba Principis ſint improprianda, cum in eo potius ſit præſumenda obliuio, quam quod voluerit alicui prejudicare, ita vt etiam clauſula non obſtantibus collationibus alijs factis intelligatur de inualidis, & nullis, non autem de validis, vt latè omnia prædicta comprobat Gonzal. *ad reg.* 8 *cancellar. gloſſ.*28.*nu.*1 *vſque ad* 10. poſt Felin. *in cap. cauſam quæ, num.*19.*cum ſeq. de reſcript.* Iaſ. *in l. fi. num.* 21. *ff. de conſtitutionib.*

Hoc ſtante debebat certificari Princeps de iuribus competentibus anterioribus creditoribus, nam ſi de eis certificatus eſſet per petentem reſignationem officij, vel illam non admiſiſſet, vel reſeruaſ-
33 ſet iura dictis creditoribus, † Vnde cum officium non fuerit liberatum ab hypotheca impoſita, quam recipit ex multis ſupra adductis, tranſiuit cum ſua cauſa, & onere, & datur proſecutio contra quemlibet poſſeſſorem, *l. pignoris, ff. de pignorib. l. ſi debitor. Cod. de diſtract. pignor.* Surd. *deciſ.*310 *n.*5 *&* 6 Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8 *gloſſ.*5 *n.*10. Neguſ. *de pignorib. membr.*2 *pag.*5 *n.*1 *cum ſeq.* Rip. *in l. priuilegia, ff. de priuil. creditor.*

Vnde non debet attendi, quod in decreto prohibeatur Lucas alienare officium abſque conſenſu
34 Mazaiotti, † & per conſequens Iudex prohibebitur ſubhaſtare, cum factum Iudicis cenſeatur factum partis, *l. ſi ob cauſam. Cod. de euict.* Surd. *conſ.* 39.*num.*10.*lib.* 1 *&* *conſ.* 49 *num.*1 *eodem libro.* Quia procedit, quando Mazziottus haberet aliquod ius in officio: ſecus quādo adeſt reſeruatio dominij ad fauorem anterioris venditoris, prout in caſu noſtro, in quo venditor ſibi reſeruauit hypothecam, & dominium, donec ſibi pretium officij venditi ſolueretur, per quam reſeruationem eſt excluſus Mazziottus poſterior, & quidem tale dominium in præjudicium quorumcumque venditor potuit ſibi reſeruare tanquam ſimus in bonis
35 allodialibus, & liberis, † aptis comprehendere hypothecam, vt dictum eſt ſupra, & per conſequens ſtante validitate hypothecæ, non eſt habenda ratio aſſenſus Apoſtolici ad fauorem poſterioris, cum ſemper remaneant ſalua iura priora, & potiora reſeruata in bonis liberis, in quibus cadit hypotheca, quidquid ſecus ſit in bonis non liberis: Guid. Pap. *q.* 46 *col. vlt.* cum alijs ſuperius adductis *n.* 12. *&* 15.

Quare ſicut poterat agi contra Lucam non ſoluentem pretium venditori, ad dimittendum officium, in quo fuit reſeruata hypotheca, ita etiam hoc per
36 Iudicem poterat fieri, † qui poteſt in extinctionem æris alieni rem debitoris ſubhaſtare, vel in ſolutum dare creditori, & omnia alia facere vſque ad finalem ſolutionem, & ſatisfactionem ipſius: Phanuc. *de inuentar. p.*7 *n.*269. Surd. *conſ.*49 *num.* 1 *poſt med.* Menoch. *conſ.*68.*n.*15. Tiraq. *de retract. lignag.* § 1. *gloſſ.* 14 *n.* 13. *cum ſeq.*

Nec eſt conſiderandum, quod per Grillum venditorem fuerit approbata venditio facta per Lucam Maaziotto, tanquam habuerit perfectiſſimam ſcientiam de omnibus cum eo geſtis, Quia de iſta ſcientia non apparet in actis mihi exhibitis, nam licet præſupponatur poſt ſolutionem ſcutorum bis, mille factam Grillo venditori officij, ſtatim ſubſecutam eſſe declarationem, quod dictæ pecuniæ erant Mazziotti, & propterea eidem officium obligaſſe, Tamen non legitur in inſtrumento, quod Grillus fuerit præſens tali declarationi, cum contractus fuerint ſeparati, prius enim ſolutę ſunt pecuniæ in particulari inſtrumento, & poſtea fuit factum aliud inſtrumentum diſtinctum, & ſepara-
37 tum à primo, † quod licet ſit coram eiſdem teſtibus, nihilominus non concludit, quod ibidem fuerit præſens Grillus, & quod dicitur ineſſe, quæ incontinenti fiunt, procedit inter ipſas partes, & principales contrahentes, non autem quo ad tertios: Cremenſ. *ſing.* 109 *factus eſt contractus, numero* 1 poſt Bald. *in l. ex placito, col. vlt. verſ.*17. *quæritur. C. de rer. permutat.* per text. *in l.*5 §. *ſatis acceptio, ff. de verb. oblig.* qui loquuntur in caſu magis dubitabili, videlicet in illis, qui erant acceſſuri tanquam fidejuſſores contractui, Vnde multò magis in caſu noſtro, in quo nihil ſpectabat ad Grillum ſecun-
38 dus contractus, & in iſtis terminis † ſemper loquuntur Doctores, quando ponunt iſtam regulam, de incontinenti factis, quod cenſeantur ineſſe reſpectu earumdem partium celebrantium contractum: Cagnol. *in l. lecta, numero* 110. *D. ſi cert. petat.* Becc. *conſ.*92 *num.*7 *ad med. verſ. & dicit.*
39 Cum etiam quando contractus eſt abſolutus, † & perfectus inter eaſdem partes concludant multi Doctores, quod incontinenti facta non cenſeantur ineſſe: Cyn. Alex. Dec. & alij *in l. bonæ fidei. C. de pact.* de quo tamen Tiraq. *de retract. conuention. gloſſ.* 5 §. 1 *n.* 25.

Non igitur nocebit talis declaratio Grillo, qui illi non fuit præſens, quod erat probandum, Immo quamvis conſtaret de præſentia, & taciturnitate,
40 tamen neque illa obeſſet, † cum in præjudicialibus tacens non dicatur conſentire, præcipuè quādo talis taciturnitas cauſatur, quia ſciebat ſuum ius durare, prout ita præſumendum eſt tacuiſſe, vt latè omnia prædicta comprobat Surd. *conſ* 46 *n.* 45 *vſque ad* 48 iuxta *l. procurator, ff. rem rat. haber. l. ſicut, § non videtur D. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* Ruin. *conſ.*161. *num.* 38 *lib.* 1 Tiraq. *de retract.*
41 *lignag.* § 1 *gloſſ.*9 *num.*148. † Maximè, quia non poterat Grillus impedire, etiam quod fuiſſet præſens, quod talis declaratio non fieret, quo caſu nullum prẹiudicium oritur, neque aliquis conſenſus poteſt colligi: Gloſſ. *in l. Caius, de pignor. act.* Bart. *in l. quæ dotis, n.*22 *& ibid.* Iaſ. *n.*95 *ff. ſolut. matrim.* Surd. *conſ.* 45 *n.*47 *lib.* 1.

Et quod ſuum ius duraret Grillo patet ex reſerua-
42 tione dominij prius facta, † quæ ſemper dicitur permanere, licèt contingat poſtea per eum præſtari conſenſum abſque tali reſeruatione, nam ſemper remanent ſalua iura proteſtantis, & conſenſus cenſetur datus abſque eo, quod in ſequenti actu ſit ſibi præjudicatum in iuribus prius reſeruatis, quibus non eſt aliquod præiudicium illatum, *leg. ſi debitor, § in venditione*, vbi Bartol. *ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* cum aliis de quibus *ſupra numero* 11. *&* 29. Rot. coram Cardin. Lancellotto Hiſpalen. coadiutoriæ. 25. Iunij 1610.

Non oberit, quod non poſſit contrauenirí decreto ſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti, Quia iſtæ clauſulæ non leguntur in ſupplicatione mihi exhibita, & quatenus adeſſent, non obſtarent,
43 † quia ſicut Princeps in diſpoſitione principali non cenſetur præiudicaſſe iuribus anteriorum creditorum, de quibus non fuit certioratus,

vt dictum

vt dictum eſt, Ita etiam neque præiudicabunt iſtæ
clauſulæ, quæ tanquam acceſſoriæ nihil operan-
tur, & ſequuntur naturam principalis diſpoſitio-
nis: Gloſſ. *vlt. in c. ſignificantibus, 33. de offic. delegat.*
Bald. *in l. eam quam. n. 2. C. de fideicommiſſ.* Bertrãd.
conſ. 224. nume. 21. lib. 3. latè Gõzal. *ad reg. 8. cancel-*
44 *lar. glo. 67. n. 55. vſque ad 59.* † vbi etiam ex hoc in-
fert, quod decretum irritans, tanquam acceſſo-
rium non cauſat aliquam anterioritatem, nec prę-
judicat iuri tertij habentis prioritatem, provt
etiam non infirmat actum perfectum ante decre-
ti interpoſitionem, *c. ſi eo tempore,* 45. vbi Gemin.
notab. 3. & Franc. *notab. 2. de elect. in 6.*

Et ita ex prędictis fuit cõcluſum in hujoſmodi cauſa
Romana officij notariatus curiæ Capitolij plu-
ries, & pluries diſcuſſa, mandando procedi ad fi-
nalem deliberationem ejuſdem officij, & cum
pars non acquieſceret iterum petiit audiri, ideo
fuit datum dubium, an officium, de quo agitur, re-
cipiat hypothecam, & dominij reſeruationem à
partibus, ſaluo, non tamen obtento beneplacito
Sanctiſſimi, factam, ita vt noceat alijs, ad quorum
fauorem poſtea fuit à Sanctiſſimo reſeruatum de-
cretum ſuper eodem officio, Et quidem dicebam
45 concludendum eſſe affirmatiuè, † quod recipiat
hypothecam, & reſeruationem abſque dicto be-
neplacito, nam hujuſmodi officia licèt prius per
Sixtum V. in illorum erectione eſſent facta non
vacabilia, & ad hæredes tranſitoria ſolum quo ad
medietatem, Tamen poſtea per Paulum V. fuerunt
effecta non vacabilia in totum, & redacta ad in-
ſtar allodialium, ita vt per obitum alicujus non
vacent, ſed perpetuò, liberè, & integrè ſpectẽt ad
hæredes, & ſucceſſores quoſcumque tãquam bo-
na ſtabilia, cum facultate de eis diſponẽdi totali-
ter, & integraliter, & reſignãdi, vendendi, & alie-
nãdi, ſicut fieri ſolet de bonis ſtabilibus, allodia-
libus, & proprijs, cum alijs clauſulis ampliſſimis
contẽtis in breui ejuſdem Pauli V. ex quibus clarè
colligitur, quod eſt permiſſa obligatio hujuſmodi
officiorum, cum enim ſint tranſmiſſibilia, & ceſ-
ſibilia, recipiunt etiam hypothecam, quæ paſſim
quoque conceditur, ſtatim quod permittitur alie-
natio, & venditio, provt omnia in ſpecie dicto-
rum officiorum comprobaui *ſupra cap. 580. numero*
46 *1. & per tot.* † provt etiam in terminis officij, &
militiæ non vacabilis concludunt Bald. & Alber.
in l. fi. D. de pignorib. vbi diſtinguunt inter mili-
tiam vacabilem, & non vacabilem, & quo ad mi-
litiam, quæ poteſt tranſmitti ad hæredes, firmant
concluſionem, quod mutuans pecunias pro illa
emenda præfertur ſuper ea in hypotheca alijs cre-
ditoribus, quod etiam voluit Card. Seraph. *deciſ.*
1294. in fi.

Nec ad rem faciunt deciſiones, quæ exaduerſo alle-
gantur, Quia procedunt in officijs vacabilibus,
47 † cum aliud ſit in perpetuis, & in his, quæ tran-
ſeunt ad hæredes: Card. Seraph. *deciſ. 1294. nu. 4. &*
7. juxta l. vlt. Cod. de pignorib. l. fi. C. de reb. alien. non
alienand. Ruin. *conſil. 123. numero 20. lib. 1.* Quid-
quid aliud ſit in locis montium non vacabilibus,
48 quæ licèt poſſint reſignari, † non tamen reci-
piunt hypothecam, quia in eis hoc fuit ſpecialiter
prouiſum in illorum erectione, ne impedirentur
commercia, vnde non erit arguendum a dictis lo-
cis ad officia notariorum Capitolij cum in eis,
non adſit talis prouiſio.

Et magis hujuſmodi hypotheca, & reſeruatio domi-
nij eſt admittenda, nam venditor, qui habuit fi-
dem de pretio officij venditi poteſt ſibi idem do-
minium reſeruare, donec fuerit integrè ſatisfac-
tus, & valet iſta conuentio, & afficit rem ipſam
cum prælatione omnium creditorum ex quavis
cauſa priuilegiatorum, vt dictum eſt *ſupr. numero*
49 *1. & 17.* † Neque enim eſt abſurdum, vt titulus of-
ficij ſit penes vnum, dominium vero apud alte-
rum, vt per Rot. coram Clem. VIII. Romana ſcri-
ptoriæ 13. Maij 1583. & in eadem cauſa coram Car-
din. Pamphilio. 1. Aprilis 1588. & coram eodem
Romana officiorum plumbi 4. Iulij 1601. Rot. *de-*
ciſ. 306. num. 1. in fi. par. 2. in recentiorib. Vnde magis
prouidendum eſt indemnitati ipſius domini, ne
illi aliquod præjudicium inferatur ſtante tali re-
ſeruatione domini: Rot. *deciſ. 543. nu. 3. par. 2. in re-*
centiorib.

Stante præſertim proteſtatione facta per vendito-
rem officij, quod nõ intẽdit illud vẽdere, niſi cum
dicta reſeruatione dominij, & non alias, nec ali-
50 ter, nec alio modo, † quæ verba important con-
ditionem ſuſpenſiuam, & operantur, vt non ſolu-
to pretio, venditio facta non fuerit: Bald. *in auth.*
ingreſſi, n. 12. Cod. de ſacroſ. eccleſ. Boer. *deciſ. 243. nu.*
11. Caputaq. *deciſ. 82. n. 3. & 4. p. 3.*

Nec aliqua vis poteſt fieri dum obiicitur, quod titu-
lus officij, de quo agitur, non fuit factus tranſmiſ-
ſibilis ad hæredes, nec alienabilis abſque licentia,
51 & beneplacito Sanctiſſimi, Quia † potius con-
trarium apparet ex lectura breuis Pauli V. in quo
hujuſmodi officia fuerunt effecta alienabilia tam
quo ad titulum, quam reſpectu proprietatis, cum
in eo fiat mentio erectionis iſtorum officiorum
Sixti V. per quem diſponitur, quod medietas illo-
rum trãſeat ad hæredes tam ratione tituli, quam
ſcripturarum, provt etiam medietati Paulus V.
aliam medietatem vniuit, mandando, vt totum
officium efficiatur non vacabile., cum expreſ-
ſa declaratione, quod etiam iſta medietas tam
quo ad titulum, quam etiam quo ad ſcripturas
præſentes, & futuras tranſeat ad hæredes, & ſuc-
ceſſores quoſcumque, adeo vt ex iſtis clarè appa-
reat, quod etiam titulus iſtorum officiorum ſit fa-
ctus alienabilis.

Et ex iſtis etiam patet non obſtare, quod tales nota-
rianis fuerint per Sixtum V. vẽditi ad inſtar alio-
52 rum officiorum Romanæ curiæ, quorum † tituli
non ſunt in commercio hominum, niſi de licẽtia
Principis, Quia, vt dictum eſt, hujuſmodi officia
ex particulari decreto Sanctiſſimi fuerũt redacta
ad inſtar allodialium, & patrimonialium, & facta
alienabilia, neque ex hoc deſinũt eſſe officia Ro-
manæ curiæ, nam conſenſus Papæ, qui requiritur
in alienatione officiorum ejuſdem curiæ, cẽſetur
interueniſſe tempore, quo per decretum Sanctiſ-
53 ſimi illa fuerunt facta alienabilia, † Provt dicimus
de bonis feudalibus, quæ licet nõ poſſint aliena-
ri, aut hypothecari abſque licentia Principis, tã-
men ſi redigantur ad inſtar allodialium poſſunt
vendi, & recipiunt hypothecam Rip. *in l. obligatio-*
ne, numero 39. ff. de pignorib. Statim enim, quod ſũt
cõceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcumque, & quibus dederis, dicitur data facul-
tas alienandi, ita vt dominus concedendo feudum
cum iſtis clauſulis videatur vſque à principio
præſtitiſſe conſenſum cuicumque alienationi per
vaſallum faciẽdæ, adeò vt amplius talis conſenſus
non requiratur, ſed abſque eo valeat alienatio.

Clar.in §*.feudũ,qu.31.verſ.vlterius quæro.n.* 8. *& in* §*.emphyteuſis,qu.13.verſ.ſed.pone,nu.9.* juxta, *c.1.in prin.de feud.nõ habẽt.propr.natur.feud.* Dec.*cõſ.193. n.5.verſ.non obſtat.fundamentum, & conſ.614. num.* 5.Ruin.*conſ.81.nu.6.& 7.lib.1.* Curt.Iun. *de feud.p. 4.regu.2.q.5.*Salic.*in l.fi.nu.2.*poſt Alber. *ibid. col. 3.n.8.verſ.ſed nũquid.C.de iur.emphye.*Alex.*cõſ.181. num 6.lib.2.*Roman.*ſing.475.incip. emphyteuta non poteſt,n.1.*Rol.*conſ.79.numero 25.& 31.lib.2.& conſ. 55.n.37.lib.3.& conſ.64. numero 13.lib.4.* Capic.*deciſ.64.n.3.*Beto *in c.potuit, num.6. cum ſeq.de locat.* Torniell.*in rubr.de verb.oblig.n.156.* Gozad. *conſ. 9.n.1.*cum alijs per Corbul. *de cauſ.priuat.ob alienat.irrequiſit.domin.fact.ampliat.2.n.4. cum ſeq.fol. 162.& limit.3. nu. 1.fol. 248.* latiſſimè Roſental. *de feud.c.9.membr.1.concluſ.40.n.1. & in addit.in litt. c.tom.1.fol.541.*Burſat.*conſ. 137.n.20.& 28.*

Contraria autem procedunt, quando in reductione
feudi ad bona allodialia,& conceſſione alienandi
fuiſſet expreſſum, vt vaſallus,& emphyteuta non
34 poſſet vendere, † aut alienare ſine conſenſu do-
mini, vel quando clauſulæ ad habendum, & cui
dederis,vel ſimiles eſſent poſitæ in executiuis, vel
quando ageretur de ſolutione laudemij, quod nõ
cenſeretur remiſſum per licentiam alienandi, vel
in alijs caſibus,de quibus latè Corbul.*de cauſ.pri-
uat.ob alienat.ampliat.2.num.7.& limit.3.nu. 2. &
7.cum alijs in tract.de clauſ.p.1.clauſ.6.num.8.& 13.*
55 *fol.6.& p.2.clauſ.2.num. 5.fol.* 366. †vbi quod do-
minus debet requiri etiam data facultate diſpo-
nendi de feudo, vt ſit certus de perſona,ad quam
illud tranſit, vnde tales clauſulæ operabuntur, vt
non ſit amplius in poteſtate ipſius domini velle
conſentire necne, cum poſſit cogi ad conſentien-
dum,quod non tenebatur facere,antequam dediſ-
ſet facultatem alienandi:Franc.de Pont.*conſ.1.col.
2.& 3.& con.81.num.54.cum ſeq.*Affl.*in c.feudum ea
l.in* 8.*notab.num.*10.& 29.*ſi de feud.fuer.controuerſ.*
Roſental.*de feud.c.9.membr.1.concluſ.40.*

Et quamvis per Sanctiſſimum in breui reductionis
hujuſmodi officiorum ad bona non vacabilia, &
allodialia, ſit reſeruata admiſſio notarij, & expe-
56 ditio litterarum, † Tamen talis reſeruatio eſt fa-
cta conſeruatione iurium Cameræ, ſeu Datariæ,
ne per eam amittantur lucra, quæ ex venditione
ſimilium officiorum conſequebatur, cum etiam
dicta admiſſio notarij, & litterarum expeditio
reſpiciat potius exercitium,quam titulum,& pro-
prietatem officij,vnde non debet impedire, quod
idem titulus non poſſit liberè alienari:Cardin.Se-
raph.*deciſ.389.nume.3.& 6.*Quod etiam clarè diſ-
ponitur in breui ejuſdem Sanctiſſimi in illis ver-
bis,reſeruatis tamen regalibus debitis, & ſolitis
ſolui Conſeruatoribus, & Datariæ noſtræ, vnde
ſufficit iſta iura, & regalia fuiſſe ſoluta, vt dixit
Rot. coram R. P. D. Manzanedo Elboren. fru-
ctuum.23.Ianuarij 1617.

Ex quibus ita fuit concluſum in hujuſmodi cauſa
Romana notariatus Capitolij coram R.P.D. Rẽ-
57 boldo. 1. Iunij 1620. † quod videlicet dictum of-
ficium notariatus recipiat hypothecam,& domi-
nij reſeruationem à partibus, ſaluo, non tamen
obtento beneplacito Sanctiſſimi, factam, ita vt
noceat alijs ad quorum fauorem poſtea fuit à Sã-
ctiſſimo reſeruatum decretum ſuper eodem offi-
cio,juxta ea, quæ vltra ſuperius adducta latè dixi
c.580.per tot. vbi reſpondetur omnibus ex aduerſo
allegatis, ita vt ſuperfluum eſſet eadem repetere.

EPITOME.

Legitimus contradictor qui dicatur ad impe-
diendam immiſſionem. ¶ Hypotheca an compe-
tat pro legatis. ¶ Verba ſpectare, & pertinere an
in ſententia contineant petitorium. ¶ In poſſeſ-
ſorio adipiſcendæ an obſtet exceptio dolo facis,
quia petis quod reſtituturus es. ¶ Retentio an ſit
danda filio poſſidenti, donec liquidetur ejus legi-
tima.¶ Remedium *l.fi.Cod.de edict.diu.adrian.tol-
lend.*an competat fideicommiſſario ante factã re-
ſtitutionem re & verbo, vel re tantum, vel ſolum
verbo. ¶ Poſſidens an poſſit petere immiſſionem.
¶ Habens dominium an excludat publicianam.
Saluianum interdictum an detur fideicommiſſa-
rio. ¶ Exceptio dominij incontinenti probandi
an faciat ceſſare quodcumque poſſeſſoriũ.¶ Re-
tentio an detur non habenti hypothecam.¶ Præ-
ſumptio, quando ſit pro hærede, quod non ad-
ſint alia bona præterea, quæ per eum ſunt nomi-
nata.

SVMMARIVM.

1 *Verba* ſpectare,& pertinere, *in ſententia continent petitorium.*
2 *Res judicata abſorbet ius agentis in poſſeſſorio.*
3 *Immiſſio in poſſeſſionem non poteſt prætendi per illum, qui cecidit ab ea facto proprio.*
4 *Licẽtia capiendi poſſeſſionẽ habita ab hærede,& titulus legati relicti à teſtatore,faciunt vt quis dicatur legitimus contradictor ad impediendã immiſſionẽ.*
5 *Legitima debetur abſque vllo onere.*
6 *Fideicommiſſum dicitur onus.*
7 *Sola agnitio non ſufficit ad hoc, vt quis ſibi præjudicet in legitima,cui in ſpecie debet renunciari.*
8 *Immiſſio non datur contra legatarium rei relictæ pro legitima,quamuis excederet quantitate legitimæ.*
9 *In poſſeſſorio adipiſcendo obſtat exceptio dolo facis, quia petis,quod ſtatim reſtituturus es.*
10 *Habens potentius ius impedit immiſſionem.*
11 *Hypotheca datur pro legatis,& n.* 23.
12 *Immiſſio impeditur per eum,qui habet dominium, & poſſeſſionem.*
13 *Habens dominium excludit publicianam.*
14 *Fideicommiſſario competit remedium ſaluiani interdicti.*
15 *Exceptio dominij incontinenti probandi facit ceſſare ſaluianum,& quodcumque poſſeſſorium.*
16 *Pro legitima quando debeatur ſexta pars.*
17 *Teſtes quomodo debeant deponere, vt probent quod teſtator non reliquit alia bona niſi prædium.*
18 *Præſumptio quando ſit pro hærede,quod alia bona non extent,niſi per eum nominata,n.19.*
20 *Habens bona in præteritum præſumitur habere de præſenti.*
21 *Teſtator ex inſtitutione facta in alijs bonis præſumitur alia habere,vltra legata.*
22 *Retentio datur filio poſſidenti, donec liquidetur ſua legitima.*
24 *Retentio competit etiam non habenti hypothecam.*
25 *Remedium* l.fi.C.de edict.diu.adrian.toll.*an detur fideicõmiſſario ante factam reſtitutionẽ re & verbo,vel re tantum,vel ſolum verbo,num.22.& 29.*
27 *Fruſtra petit,quod quis intus habet.*
28 *Immiſſio poteſt peti per poſſidentem pro ſuæ poſſeſſionis confirmatione.*
30 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

CAPVT

CAPVT DCCXXXI.

DEnegandam dixi immiſſionem petitam per Surianam ſuper prædio, de quo agebatur, nam fuit bis cognitum, & deciſum ad fauorem Magdalenæ,& poſtea lata ſententia, quod dictum prædium ad eam ſpectat, & pertinet tanquam hæredem Angelæ, & ſic fuit terminata cauſa in petitorio, cùm iſtud importent huiuſmodi verba
1 *ſpectare, & pertinere*, † tanquam in ſententiis debeat fieri propria & ſtricta interpretatio, quidquid ſit in aliis, *in l. ſi ſuper C. de tranſact.* Felin. *in rub. de reſcript. col. pen.* Rebuff. *in l. verbum illud*, 181 *in princ. ff. de verb. ſignif.* Et quamvis ab eadem ſententia fuerit per partem aduerſam interpoſita appellatio, Tamen cauſa tranſiuit in iudicatum ob non perſecutionem appellationis, vnde dicitur manifeſtè apparere de defectu proprietatis cùm
2 res iudicata habeatur pro veritate, itavt † ſit abſorptum ius agentis in poſſeſſorio prætenſo: Cardin. Seraphin. *deciſ. 562. n. 1. cum ſeq. p. 1.* poſt Alex. *in l. naturaliter, §. nihil commune. col. 11. ad med. n. 34 de acq. poſſ.* Butr. *in c. cum dilectus, n. 15. de cauſ. poſſ. & proprietat.*

Præterea poſſeſſio Angelæ,& ſucceſſiuè Magdalenę fuit capta, in dicto prædio de conſenſu expreſſo, & voluntate Surianæ hæredis, quæ cùm ex facto
3 proprio à poſſeſſione ceciderit, † non poteſt amplius prætendere immiſſionem poſſeſſionis eiuſdem prædij, Rip. *in c. ſæpe, n. 27. de reſtit. ſpoliator.* Socin. *in l. rem quæ nobis, n. 8. ff. de acq. poſſeſſ.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 95.* Itavt ſtante dicta licentia capiendi poſſeſſionem habita ab hęrede, & titulo habito à teſtatore occaſione legati facti Angelæ de eodem prædio pro ſua legitima,
4 † dicatur ipſa legitima contradictrix ad impediendam immiſſionem: Doctor. *in l. fin.* vbi Zuccard. *n. 428. C. de edict. diu. adrian. tollend.* Menoch. *de adipiſcend. poſſ. rem. 2. n. 30.* Dec. *in l. 1. num. 20. C. de pact.* Rip. *in l. 1. n. 7. ff. quor. legat.*

Accedat quod prædium, de quo agimus, fuit reli-
5 ctum Angelæ pro ſua legitima, † in qua nullum onus poterat imponi, & ſi fuerit impoſitum debet reiici, *l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* Ruin. *conſ. 149. n. 13. lib. 3.* Natt. *conſ. 145. n. 21.* Caſtr. *in l. vlt. n. 2. in fin. ff. de condit. inſtitution.* Vnde non poterat imponi tale onus fideicommiſſi in dicta legitima legata in huiuſmodi prædio, ad quod Suriana non poteſt dici vocata
6 per fideicommiſſum, † quod eſt onus, *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupill. l. ex tribus, C. de teſtament.* Pariſ. *conſ. 79. n. 24. lib. 2.* ſtante præſertim expreſſa impugnatione illius tam ab initio quam ſucceſſiuè in omnibus aliis actis poſtea per
7 Angelam factis, † licèt etiam neque ſola agnitio ſufficeret, cùm eſſet in ſpecie renunciandum legitimæ ad hoc, vt illi ſit præiudicatum, *l. ſi quando, §. generaliter,* & ibi Iaſ. *n. 4. ff. de inoffic. teſtam.* Ruin. *conſ. 56. num. 3. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 53. num. 63. lib. 3.* Rot. coram R. P. D. Mancanedo Romana legitimæ 11
8 Decembris 1609. † Itavt quamvis dictum prædium excederet legitimam, tamèn neque tunc poſſet dari immiſſio: Rot. coram Card. Millino Romana hæreditatis de Valle. 26. Februarij 1601.

Stante igitur dicto legato occaſione legitimæ relicto in prædio, non in quantitate, impeditur immiſſio, † cum etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ obſtet illa exceptio: dolo facis, quia petis, quod ſtatim reſtituturus es: Bart. *in l. ſi de vi. 37. n. 3. ff. de iudic.* Caſtr. *in l. fin. n. 12. C. de edict. diu. adrian. tollend.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 589. ante fin.* Natt. *conſ. 234. n. 6. ad fin.*

Præſertim quia iſta legataria pro legitima habet dominium rei legatæ, & poſſeſſionem, quam prius
10 cepit de conſenſu aduerſariæ, vt dictum eſt, † Suriana autem fundat ſe ſolùm in poſſeſſione defuncti, ob quam vult immiſſionem, ideò pręponderat ius legatarij, tanquam fortius, vt in ſpecie con-
11 cludit Natt. *conſ. 234. n. 7.* † Maximè propter hypothecam, quæ datur pro omnibus legatis etiam pro illis, pro quibus ſola actio perſonalis competit, vel tantum officium Iudicis *l. 1. in fi. C. commun. de legat.* Couar. *in c. Raynutius. §. 10. num. 2. de teſt.* Surd. *de alim. tit. 3. q. 4. n. 3. vſque ad 8.*

Vnde etiam propter huiuſmodi dominium, & poſ-
12 ſeſſionem ſumus in legitimo contradictore, † per quem rectè impeditur immiſſio caſtr. *in l. fin. n. 12 col. 4. ad med. C. de edict. diu. adrian. tollend.* Menoc. *de adipiſc. remed. 4. n. 905.* Nam cauſa huiuſmodi contradictionis prævalet, contradictor enim obtinet verum dominium, hæres autem quaſi domi-
13 nium † vnde qui habet dominium excludit publicianam: Gloſ. *in l. ſiue autem, 11. §. ſi duobus. in verb. petentis, ad fin. verſic. quandoque, ff. de publician. in rem act.* Menoch. *d. remed. 4. de adipiſc. n. 606.*

Et quamvis fideicommiſſarius poſſit prætendere im-
14 miſſionem ex ſaluiano interdicto; † Cardin. Seraph. *dec. 828. n. 1.* Tamen illud ceſſat in caſu noſtro, cum Angela incontinènti doceat de iure ſuo ex teſtamento, & de non iure Surianæ, quæ prætendit fideicommiſſum, quando enim opponitur exceptio dominij incontinenti probandi, ceſſat
15 non ſolum ſaluianum, † ſed quodcumque poſſeſſorium: Put. *deciſ. 232. in princ. lib. 3. & dec. 222. n. 3. & dec. 308. num. 3. lib. 1. in nouis.* Cardin. Seraphin. *dec. 757. n. 5. & dec. 596. num. 5.* Rot. *diuerſor. deciſ. 55 num. 1. lib. 3. part. 3.*

Nec facit, quod teſtator alia bona non reliquerit, ideò Suriana erit immittenda pro indiuiſo vnà
16 cum Matre Angelæ, † cùm illi deberetur ſolùm ſexta pars pro legitima iuxta deciſionem Rotæ coram R. P. D. Pamphilio Interamnen. de Paradiſis. 1. Iulij 1605. & coram R. P. D. Coccino Decano Ceſenaten. de Aldinis, 27. Iunij 1611. & coram R. P. D. Buratto Foroliuien. fideicommiſſi. 16 Iunij 1614. Quia teſtes non probant iſtam negati-
17 uam non exiſtentiæ aliorum bonorum, † cùm ſolum deponant teſtatorem reliquiſſe huiuſmodi prædium, quod non ſufficit, cùm debeant etiam dicere, quod non plus reliquit: Alex. *conſ. 64. col. 2. in fin. verſ. bene facit, lib. 2.* Hercul. *de negatiu. proban. n. 253.*

Neque obſtat, quod de iure communi etiam ſemota probatione, præſumendum ſit alia bona non ex-
18 tare † iuxta Glo. *in l. cum de lege 17. de probat.* Quia procedit, quando conſtaret de legitimo inuentario, tunc enim adeſt præſumptio pro hærede,
19 quod alia bona non extent, † niſi illa, quæ ibi ſunt deſcripta: Ruin. qui ita declarat. *conſ. 49. num. 4. in prin. verſ. nec obſtat. lib. 5.* cum aliis per Aym. qui de communi *conſil. 225. n. 12.*

Inſuper, quidquid ſit de prædictis, in caſu noſtro fatetur pars aduerſa teſtatorem habuiſſe domum, licèt modò dicat illam non extare, quod facit,
20 † vt tunc non attendatur amplius iſta præſumptio, quod quis non habeat plus, cùm ſufficiat, quod quádoque habuerit, quia præſumitur, etiam

nunc habere, & tunc allegranti incumbit onus
probandi alia bona non extare cum ſufficienti ra-
tione, & cauſa idonea non exiſtentiæ talium bo-
norum: Hercul. *de negatiu. proban. num. 225. poſt
med.* iuxta notata *in l. ſine poſſideris. C. de rei vend.*
Quamvis hæc dicta ſint ex abundanti, quia ex fa-
cto apparet adfuiſſe alia bona, prout etiam teſta-
tor iſta in teſtamento declarauit, cùm reliquerit
21 Angelæ dictum prædium, † & poſtea in omnibus
aliis ſuis bonis inſtituerit Surianam, ex quibus
verbis colligitur, quod teſtator alia bona relin-
quebat, vt conſiderauit Rot. coram R.P.D. Caua-
lerio Romana legati. 29. Aprilis 1613.
Et magis requirebatur iſta probatio, quod alia bona
non extarent, cùm prætendantur detractiones ſu-
per dicto prædio, in quo Angela habet retentio-
22 nem, † quæ datur filio poſſidenti, donec ſit facta
liquidatio legitimæ: Bald. *conſil. 171. col. 1. v. ſimili-
ter & fily. lib. 1.* Purpurat. *conſ. 104. n. 7.* Surd. *conſil.
248. n. 16. lib. 2.* Præſertim, quia ſumus in prædio
23 eidem Angelæ legato, † pro quo competit legata-
riæ hypotheca: Fulgoſ. *conſ. 84. col. 2. verſic. illud
poſtremo.* Rip. *in l. in quartam. n. 115. ff. ad leg. falcid.*
Neguſant. *de pignorib. part. 2. membr. 4. n. 164. verſ.
quam tamen concluſionem.* Gabr. *de legitim. concl. 5
n. 2.* Put. *dec. 36. num. 4. lib. 2. in nouiſ.* Vnde dabitur
24 quoque retentio, † quæ etiam daretur, quamvis
non adeſſet hypotheca: Surd. *conſ. 7. num. 22. lib. 1
& conſ. 248. num. 16. in fin. lib. 2.* poſt Bart. *in l. 1. §. 1
ff. de pignorib.* declarando tamen, vt per Neguſant.
eod. tit. part. 3. membr. 1. n. 17. iuxta *l. cum vitioſè, ff. de
pignorib.*

Additur, quod neque poterat competere Surianæ
immiſſio ex remedio *l. fi. C. de edict. diu. adrian tol-
25 lend.* † Quia ante factam reſtitutionem, illud non
datur fideicommiſſario vniuerſali, vnde multò
minus dabitur particulari, cui nec re, nec verbo
facta eſt fideicommiſſi reſtitutio: Alber. *in d. l. fi. n.
10.* & ibi Bart. *n. 9.* Bald. *n. 46.* Alex. *n. 7.* Iaſ. *n. 8.* Dec.
n. 24. in fi. Curt. Iun. *n. 43.* Rot. coram R.P.D. Man-
zanedo Senogallien. fideicommiſſi 20. Iunij 1614
Gozad. *conſ. 93. n. 8.* Tiraquel. *le mort ſaiſit, part. 1
declarat. 2. n. 5.* Neuizan. *conſ. 35. n. 13.* Peregrin. *de
fideicommiſſ. art. 48. num. 5. cum ſeq.* & latè contra
Zuccard. & alios hanc opinionem defendit Me-
noch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 166. vſque ad* 179
26 † vbi etiam, quod multò minus dabitur fideicom-
miſſario, cui re eſt facta reſtitutio fideicommiſsi:
quaſi tunc ex tali reali reſtitutione ſit factus poſ-
27 ſeſſor, † vnde fruſtra peteret, quod intus habet *§. ſi
res aliena. inſtit. de legat.* dummodo tamen non pe-
teretur immiſſio ad iuæ poſſeſſionjs confirmatio-
28 nem, † quæ ſolet concedi: Idem Menoc. *de adipiſc.
poſſeſſ. remed. 4. q. 44. n. 348.* Et dummodo non eſſet
facta reſtitutio fideicommiſſario verbo tantum,
tunc enim conceditur remedium immiſſionis *ex
29 d. l. fin.* † ſaltem vtile, vt ibi notat Bart. *num. 9.* Dec.
n. 25. verſ. tamen prædictis. Mantua. *in 1. lect. num. 96*
Corn. *15. num.* & de communi teſtatur Bellon. *lib. 4
ſupputat. iur. cap. 19. n. 5. conſ. 42. num. 5.* Guid. Pap.
conſ. 140. col. 3. Iaſ. *conſil. 214. col. vlt. lib. 2.* Tiraq. *le
mort ſaiſit, part. 2. declarat. 11. n. 5.* Rip. *in l. centurio.
n. 51. ff. de vulgar. & pupill.* Gozad. *conſ. 93. n. 8.* latè
Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 181.* Socin. Iun.
conſ. 92. n. 8. lib. 1.

Et quo ad ſtatutum nouiter productum non opus eſt
reſponſione, Quia loquitur ab inteſtato, cùm ta-
men modò agitur de immiſſione vigore teſtamen-
30 ti, † quod facit ceſſare cauſam inteſtati, *l. quam-
diu. la 2. quæ eſt 39. ff. de acquir. hæred. l. 2. in princ.
C. vnd. liber.* Cagnol. *in l. quamdiu. 90. in princ. ff. de
regul. iur.* Surd. *conſ. 373. n. 21. lib. 14.* Maximè quia
idem ſtatutum non habet locum propter exiſten-
tiam filiorum maſculorum de familia, qui ſunt
compræhenſi in eodem ſtatuto, de quo particula-
riter erit videndum, tamquam ſit extra dubium,
Et ita ex prædictis fuit denegata immiſſio, in hu-
iuſmodi cauſa Tudertina prædij coram R. P. D.
Buratto. 1. Iunij 1615.

EPITOME.

Continuatio poſſeſsionjs bonorum defuncti in hæredem an poſsit fieri per legem, ſtatutum, conſuetudinem, & Principem. ¶ Et an modus tranſlationis ſit realis, & verus, vel fictus. ¶ Et an habeat locum in quocumque poſſeſſorio. ¶ Et tam in ſuo, quam in extraneo hærede. ¶ Et quid in legitimato. ¶ Et an ſufficiat, quod quis ſit in poſſeſsione filiationis, & legitimatis non obſtante quacumque exceptione oppoſita. ¶ Medium an detur inter mortem patris, & eſſentiam ſui hæredis. ¶ Et quando in eo poſsit dici hæreditas vacans, ſi ſtatutum continuat poſſeſsionem in filios. ¶ Et an illa tunc licitè ab alio occupetur. ¶ Et quid in extraneo hærede. ¶ Suitas an ſit ius intellectuale directum, non flexibile inducens immediatè continuationem dominij. ¶ Et quando habeatur pro aditione, & immixtione, & operetur illud, quod in aliis aditio. ¶ Et quo caſu illa ſit probanda per creditores. ¶ Et quando ad eorum inſtantiam Iudex abbreuiet tempus adeundi datum filiis. ¶ Et an poſsit dari curator eorum hæreditati tamquam iacenti. ¶ Mandatum de capiendo poſſeſsionem ſine præiudicio habentium potiora iura, quid operetur. ¶ Et an poſsit concedi per iudicem ſecularem in rebus eccleſiaſticis. ¶ Et quando tractatur de dominio vtili inter laicos. ¶ Suitas, & ſeruitus realis an ſit indiuiſibilis, tam quo ad ſubſtantiam, quam quo ad effectus illius. ¶ Et qualiter huiuſmodi effectus conſiderentur. ¶ Statutum loquens de poſſeſsione an extendatur ad quaſi poſſeſsionem. ¶ In ſuo, vel extraneo hærede quando dicatur merum poſſeſſorium, ſeu mixtum quo ad poſſeſsionem tranſlatam vigore ſtatuti. ¶ Bonorum appellatio quid compræhendat. ¶ Interdictum recuperandæ, & retinendæ poſſeſsionis an detur pro incorporalibus. ¶ Continuatio poſſeſsionis iuxta formam ſtatuti an competat pro re, cuius poſſeſsio cohæret perſonæ. ¶ Vel pro bonis emphyteoticis, & feudalibus. ¶ Et an interim ſit danda manutentio, donec cognoſcatur an illa non ſit tranſmiſsibilis ad hæredes. ¶ In poſſeſſorio quales exceptiones admittantur. ¶ Filij an tranſmittant ad quoſcumque hæreditatem etiam non aditam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vrbis continuans poſſeſſionem defuncti procedit in quocumque poſſeſſorio. n. 7. 8. 9. 15. 30. 31. 37 38. 39. & 80. quamvis eſſemus in ſanse. n. 81. & 28.*
2 *Tranſlatio poſſeſſionis an poſſit fieri per legem, ſtatutum, aut Principem. & n. 4.*
3 *Actus naturalis apprahenſionis requiritur ad acquirendam poſſeſſionem.*
4 *Modus, per quem transfertur poſſeſſio vigore ſtatuti, an ſit realis, & verus, ſeu firmus, & n. 6.*

10 *Exiſtens*

10 *Exiſtens in poſſeſſione legitimitatis,& ſuitatis debet obtinere in manutentione poſſeſſionis tranſlata per ſtatutum, n.40.non obſtante quacumque exceptione, num.41.42.43.44. & 47.*
11 *Poſſeſſio ex quibus actibus dicatur acquiſita.*
12 *Mandatum ad capiendam poſſeſſionem cum clauſula ſine præiudicio habentium potiora iura eſt conditionale,& incertum, neque impedit,vt potior non ſit manutenendus.*
13 *Exceptio illegitimitatis requirens altiorem indaginem reſpicit petitorium,& non admittitur in poſſeſſorio.*
14 *Clauſula* , ſine præiudicio iurium exiſtentium in eodem gradu , *nullum ius tribuit,ſed ſolum præſernat , ſi quod quis habet.*
16 *Iudex ſecularis nō poteſt cōcedere mandatū capiendi poſſeſſionem rerum eccleſiaſticarū,etiam quod tractaretur de dominio vtili inter laicos,n.17. & 18.*
19 *Paria ſunt non acquirere poſſeſſionem , vel nulliter adipiſci.*
20 *Statutum continuans poſſeſſionem bonorum defuncti non ſuffragatur,ſi fuerint oppoſitæ exceptiones contra filiationem , & ſuitatem, quæ perimunt fictionem ſtatuti. Intellige vt num.21.22.& 23.*
24 *Continuatio poſſeſſionis defuncti in hæredem vigore ſtatuti non habet locum;ſi poſſeſſio non eſt vacans , ſed per alium legitimè capta.n.25.& 26. Declara in hærede extraneo, ſecus in ſuo, n.27.& 28.itavt tunc non detur occupatio , ſed ſit furtum,cùm non poſſit eſſe vacans, num. 29.*
32 *Medium non datur inter mortem patris , & eſſentiam ſui hæredis, & in eo non dicitur hæreditas vacans ,ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in filios, n. 33. 34. 35. 51. 71.& 75.*
36 *Tranſlatio poſſeſſionis vigore ſtatuti eſt inducta in fauorē filiorū,& in odium eorū non debet retorqueri.*
45 *In ſuo hærede,quæ ad poſſeſſionem tranſlatam virtute ſtatuti, dicitur merum poſſeſſorium,cum extraneo ſit mixtum, n.46.*
48 *Beneficium ſtatuti continuantis poſſeſſionem bonorum patris in filium competit etiam legitimato,& n.49*
50 *Suitas dicitur quoddam ius intellectuale, directum, non flexibile propter patriam poteſtatem, & identitatem perſonarum induceus immediatè continuationem dominij.*
52 *Suitas habetur pro aditione,& immixtione, & idem operatur quod in aliis aditio.*
53 *Filij tranſmittunt ad quoſcumque hæreditatem ; etiam non aditam.*
54 *Hæreditas iacens an dicatur , ſi nullus vult adire , quamvis adſit filius, & quando detur curator tali hæreditati tanquam iacens.*
55 *Filius quamvis habeat triginta annos ad adeundum, tamē Iudex abbreuiat hoc tēpus ad inſtātia creditorū,vt ſi nō adeat,detur curator hæreditati iacēti.*
56 *Agens contra ſuum heredē debet probare immixtionem,& tunc hæreditas præſumitur vacans,tanquā ſimus in præiudicialibus,ſecus in fauorabilibus,in quibus ſemper hæreditas dicitur non iacens , n.57.*
58 *Suitas eſt indiuiſibilis, & non poteſt dici quo ad quid ſic & quo ad quid nō. Intellige quo ad ſubſtantia, ſecus quo ad effectus , qui diuiduntur , vt filius ſit ſuus reſpectu vtiliū,& non præiudicialium,& n.59*
60 *Seruitus realis licèt ſit indiuidua , tamen illius effectu diuiditur , vt exerceatur in vna parte fundi , & non in alia.*
61 *Incorporalia non poſſidentur,ſed quaſi poſſidentur,& ſtatutum loquens de continuanda poſſeſſione non extenditur ad quaſi poſſeſſionem. Contrarium n.65 67.68.69.70.& 74.*
62 *Bonorum appellatio tam ſimplex , quàm vniuerſalis comprehendit ſtabilia, mobilia,pecunias, nomina debitorum,iura,& actiones, n.63.& 64.*
66 *Interdictum retinendæ , & recuperandæ poſſeſſionis competit pro incorporalibus.*
72 *Continuatio poſſeſſionum iuxta formam ſtatuti non datur in re,cuius poſſeſſio cohæret perſonæ.*
73 *Statutum de continuanda poſſeſſione præſupponit illam eſſe continuabilem.*
76 *Poſſeſſio bonorum feudalium non continuatur in hæredem ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione bonorum defuncti. Declara vt n.77.78. & 79.*

CAPVT DCCXXXII.

POſt deciſionem factam in cauſa Romana hæreditatis de Fuſchis,quæ ſupra *c.* 653.fuit per Hortenſiam petita manutentio poſſeſſionis bonorum, de quibus in actis , Et quidem videbatur illam eſſe concedendam ſtante probatione filiationis legitimæ , in cuius poſſeſſione exiſtit ex adductis in dicta deciſione, Vnde debetur etiam ei ſucceſſio ab inteſtato, & continuatur ipſo iure in illam
1 poſſeſſio bonorum defuncti ; † tanquam filiam , & hæredem Fabij patris iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis *lib.primo cap.*147. pro qua poſſeſſione , quæ eius vigore transfertur, dantur omnia remedia poſſeſſoria ad fauorem quorumcumque:Gab. *conſil.*36.*num.*12.*&* 13.*lib.*1. Cardin. Seraphin. *deci* 1065. *num.* 1. Nam quando hæres eſt ſuus non eſt dare medium inter mortem patris , & acquiſitionem filij , adeò vt nulla res poſſit impedire talem continuationem,& manutentionem; *l.in ſuis de liber. & poſthum.*Gloſ.*in l.cum hæreditas,C.depoſit.* Ludouic. Molin.*de primogenit. hiſpanor.lib.* 3. *c.*12 *num.*20. *&* 21.

Nec iuuat prætentio neptum Fabij , quæ veniunt ad eamdem ſucceſſionem ab inteſtato , dum conten-
2 dunt non conſtare de poſſeſſione Hortenſiæ † ex ſola vi , & potentia ſtatuti illam transferentis , tamquam huiuſmodi tranſlatio non poſſit fieri per legem,ſtatutum , conſuetudinem , & Principem, cùm ſit aduerſus ius naturale , per quod re-
3 quiritur actus naturalis appræhenſionis † ad acquirendam poſſeſſionem, *l.*1.*in prin.& l.*3.*ff.de acquir.poſſeſ.l.ea quæ ciuiliter.ff.de acquir.rer.dom.*&
4 ita † in ſpecie concludit Bald. *in l.*1.*num.*1.*C.commun.de legat.* Aret.*in l.*1.*n.*23.*ff.de acq. poſſeſ.* cum aliis per Gabr.*eod.tit.concluſ.*9.*n.*4. adeò vt quamvis etiam daretur potentia transferendi , nihilominus non debent dari poſſeſſoria retinendæ,aut recuperandæ , quæ ſunt fundata in vera,& poſiti-
5 ua poſſeſſione , cùm tamen modus ; † per quem transfertur poſſeſſio vigore ſtatuti non ſit verus , & realis,tamquam fictè,& artificioſè illa transferatur:Bald.*in auth.defuncto.n.*6.*C.ad Tertull.*Caſt. *in l.ſi ſorori.C.de iur.delib.* Alex.*in l.in ſuis.n.*6.*ff.de liber.& poſth. & conſ.*57.*n.*5.*lib.* 1. *& conſ.*82.*num.*4 *lib.*2.Rip.*in rubr.de cauſ. poſſeſ. & proprietat. n.*24 Cott.*in memorab.in verb.decreto mediolani.* Gabr. *concl.*9.*n.*6.*de acquir.poſſeſ.*cum aliis per Tiraq.*le mort ſaiſir.p.*6.*declarat.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.*47.*n.*27.Put.*deciſ.*361.*n.*7.*lib.* 1.

Quia verior eſt opinio , quod poſſeſſio , quæ per ſtatutum , aut legem transfertur in hæredem abſque aliquo actu corporali ſit propria, & vera transla-
6 tio , † & pleniſſima poſſeſſio naturalis , & ciuilis abſque aliquo actu ficto , & artificioſo, cùm hoc permittatur legi , & ſtatuto , & Principi ex vi , & potentia ipſius, *l.quod meo.ff.de acquirend.poſſeſ.l.*

clauibus, ff. de contrah. empt. l. quiſquis C. de donat. c. contingit. de dol. & contumac. c. ex litteris de conſuet. & eſt textus ſingularis in l. raptores. vbi Bart. in fin. C. de epiſc. & cleric. Benedict. in c. Raynutius. in verb. teſtatore itaque mortuo. il. 2. de teſt. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 5. num. 7. Gabr. de acquir. poſſeſſ. concl. 9. n. 5. Tiraq. le mort ſaiſit. p. 5. declarat. 1. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 3. c. 12. n. 19. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 47. n. 16. Roſental. de feud. cap. 7
7 concl. 17. n. 4. † Itavt propter realitatem iſtius poſſeſsionis per ſtatutum tranſlatę competant hęredi remedia poſſeſſoria retinendæ, & recuperandæ 1 Faber. in §. 1. inſtit. de hęred. qualit. & different. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. n. 26. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 5. num. 6. & pract. qu. cap. 17. num. 5 Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 3. cap. 23. num. 5 Benedict. in cap. Raynutius, in verb. teſtatore itaque mortuo. il. 2. num. 72. de teſtam. Gomeſ. in l. 45. taur. num. 194. Azeued. in l. 8. num. 22. lib. 5. titul. 7. Gabr. conſ. 39. num. 10. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art. 47.
8 num. 23. † & ia paſſim practicari teſtatur Iaſ. conſ. 146. num. 5. lib. 4. Guid. Pap. deciſ. 552. n. 2. Affl. deciſ. 299. Tiraq. le mort ſaiſit. part. 6. declar. 1. num. 1. & ita etiam ſeruat Rot. per Caputaq. deciſ. 223. part. 3 & coram R. P. D. Scotto Romana officij 3. Decembris 1607. inter impreſſas per Marcheſ. de fideicomm. p. 1. c. 2. fol. 137. & coram R. P. D. Andrea
9 Signina bonorum. 22. Iunij 1615. † Maximè in ſtatuto Vrbis, in quo diſponitur, quod Senator teneatur manutenere hæredes, quod arguit illos eſſe veros poſſeſſores, cùm abſque poſitiua poſſeſsione, & vera non detur manutentio, §. retinendæ inſtitut. de interdict. & in propoſito notat Rot. in dicta deciſione, coram R. P. D. Scotto.

Et quamvis ſtatutum loquatur in ſuis, Tamen ſufficit Hortenſiæ, quod ſit in poſſeſſione legitimatio-
10 nis † & ſuitatis ad hoc, vt habeat manutentionem, donec contrarium probetur in petitorio, vnde multò magis in caſu noſtro, in quo adeſt deciſio pro filiatione: Card. Seraph. dec. 1065. num. 1. latè Caputaq. deciſ. 342. numero 3. vſque ad 6. part. 2 poſt Ruin. conſil. 87. in fin. lib. 3.

Cùm etiam actualis poſſeſſio probetur ex inſtrumentis, & iuribus productis, ex quibus conſtat fuiſſe captam poſſeſsionem domus, & vineæ cum recognitione ad eius fauorem facta per diuerſos debitores cenſuum, ſocietatum, officiorum, & loco-
11 rum montium, † cum aliis actibus ſuper dictis rebus factis, quæ probant poſſeſſionem, l. prædia. de acquir. poſſeſſ. Socin. conſ. 205. num. 5. in fin. lib. 2 Roland. conſil. 46. numero 18. lib. 2. Surd. conſ. 160. num. 1. lib. 2. Card. Seraph. dec. 1065. num. 1. ad med.

Neque obſtat poſſeſsio capta præuio mandato Iudi-
12 cis per aduerſarias de domo, & vinea, Quia † dictum mandatum habet clauſulam ſine præiudicio habentium potiora, & meliora iura, per quam clauſulam præſeruantur omnia iura Hortenſiæ competentia ratione legitimationis, & ſuitatis, ac poſſeſsionis tam filiationis, quam vigore ſtatuti, & mandati de manutenendo per eam obtenti, adeò vt poſſeſsio ex aduerſo capta ſit potius actus turbatiuus, ex quo non poteſt dici, quod quis ſe habuerit pro ſpoliato, cum etiam paſsim talia mandata, quæ conceduntur abſque alterius præiudicio ſint conditionalia, ex quibus cenſetur tradita poſſeſsio ſub conditione, vnde ſunt incerta, & nullam tribuunt poſſeſsionem, neque impediunt, vt habens meliora iura non ſit manutenendus. Put. deciſ. 32. num. 1. lib. 2. Cardin. Seraphin. deciſ. 810. in princip. Rot. diuerſ. deciſ. 161. num. 6 part. 4.

Quod autem Hortenſia habeat meliora, & potiora iura conſtat ex deciſione, & ex poſſeſsione filiationis, in qua exiſtit, & ex ſtatuto Vrbis continuante poſſeſsionem bonorum defuncti in filiam, ex quibus debet manuteneri, non obſtantibus ex-
13 ceptionibus oppoſitis, † quæ fuerunt reiectę, & nihil operantur in præiudicium manutentionis, cùm requirant altiorem indaginem, & ſunt reſeruandæ in petitorio: Caputaq. deciſ. 342. num. 3. & 4. p. 2. poſt Ruin. conſil. 87. in fin. lib. 3. Gozard. conſ. 86. num. 6. & conſil. 7. num. 20. Socin. Iun. conſil. 97 num. 46. cum ſeq. lib. 12. Et iſta exceptio non legitimitatis reſpicit petitorium, & non admittitur in poſſeſſorio: Caputaq. deciſ. 342. n. 5. & 6. p. 2. Ægid. deciſ. 491. Pariſ. conſ. 96. n. 4. lib. 4. Cardin. Seraph. deciſ. 1095. num. 1.

Nec facit, quod mandatum de manutenendo, ſeu immittendo obtentum per Hortenſiam habeat clauſulam ſine præiudicio iurium exiſtentium in
14 eodem gradu, † Quia ſatis conſtat, quod aduerſariæ non ſunt in eodem gradu, ideò talis clauſula nihil eis prodeſt, cùm nullum ius tribuat, ſed ſolum præſeruet, ſi quod quis habet: Oldrad. conſ. 237. in fin. Pariſ. conſil. 23. n. 142. lib. 1. Put. dec. 297. n. 23. lib. 1. & dec. 115. n. 1. in fin. lib. 2. cum aliis deciſionibus latè adductis in tract. de clauſ. p. 1. clauſ. 158. n.
15 1. cum ſeq. fol. 166. Maximè † quia etiam per Hortenſiam prætenditur manutentio vigore ſtatuti continuantis poſſeſsionem abſque alia apprehenſione in filios, in quo expreſsè iubetur manutentio, ideò illa eſt concedenda: Cardin. Seraphin. deciſ. 1065. num. 1. poſt Tiraq. in tract. le mort ſaiſit. part. 6. declar. 1.

Accedat, quod poſſeſsio vineæ capta per aduerſarias vigore mandati Iudicis capitolini eſt nulla, &
16 non manutenibilis, † cùm non potuerit concedi dictum mandatum per Iudicem ſecularem tamquam ſimus in vinea emphyteotica ſub proprietate Eccleſiæ Lateranenſis, de cuius bonis non poteſt cognoſcere, niſi Iudex Eccleſiaſticus, neque exercens iuriſdictionem laicalem habet in eis aliquam poteſtatem, c. quæ in Eccleſiarum.
17 & c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. † qui defectus poteſtatis procedit, quamvis ageretur de dominio vtili inter laicos, tamquam ſit dependens, & connexum dominio directo magis digno, itavt ratione iſtius connexitatis debeat de eo iudicari, ſicut de directo, c. tranſlato. de conſtit. c. præterea. de offic. delegat. capite 5. & ibi Gloſſ. in verb. connexa. de iudic. & latè comprobat. Rot. coram R. P. D. Coccino Romana domus de Scapuccis. 11. Ianuarij 1611.

Ideò rectius ſibi proſpexit Hortenſia, dum obtinuit mandatum de manutenendo in dicta vinea emphyteotica ab Illuſtriſsimo Vicario, qui eſt pro-
18 prius Iudex bonorum Eccleſiæ, † coram quo eſt tractanda etiam cauſa poſſeſsionis, ne dum petitorij, non autem coram ſeculari, iuxta magis communem opinionem, de qua per Bero. Auffr. in cap. quæ in Eccleſiarum. n. 12. in fin. de conſtitut. Auffr. ad capell. Tholoſ. dec. 471. Valaſc. conſult. 93. n. 3. Rot. deciſ. 4. de lit. conteſt. in non. Put. deciſ. 361. in fin. lib. 1 cum alijs in d. deciſ. coram R. P. D. Coccino Romana domus de Scapuccis.

Cùm igitur conſtet de nullitate poſſeſsionis captæ per aduerſarias, non eſt quærendum an debeat
19 præualere, † quia prius debet probari validi-

tas actus, nam quando eſt nullus, habetur, ac ſi non eſſet geſtus, & nullum parit effectum, & paria ſunt non facere, & poſſeſsionem non acquirere, vel nulliter facere & adipiſci; *l. non putauit. §. non quæuis.* vbi Bart. *ff. de bonor. poſſ. contr. tab.* Bald. *in l. 1. §. quod autem, ff. de offic. præfect. vrb.* late Surd. *conſ. 3. n. 10. vſque ad 21 lib. 1.* & per conſequens omnes actus geſti per aduerſarias ſunt turbatiui, & clandeſtini; qui non obſtant poſſeſsioni Hortenſiæ: Rot. *diuerſ. dec. 19. num. 1. p. 2.*

Nec ſubſiſtit, quod ſtatutum circa continuationem poſſeſsionis non ſuffragetur Hortenſiæ, quia non conſtat concludenter de filiatione, & ſuitate ob
20 exceptiones oppoſitas, quæ † poſſunt etiam deduci in poſſeſſorio, quando pertinent ad petitionem bonorum, tanquam perimant fictionem, & beneficium ſtatuti: Bald. *conſ. 141. num. 3. lib. 1.* Milaneſ. *dec. 3 num. 221. cum ſeq. lib. 1.* Rot. per Farinac. *conſ. 163. num. 5. in fin. p. 2*

Quia prædicta procedunt, quando iſtæ exceptiones reſpicientes incapacitatem hæredis poſſunt ſta-
21 tim, & incontinenti probari, † ſecus ſi altiorem indaginem requirerent, vt quia conſiſterent in facto probando, vel eſſent iuris difficilis, prout in ſpecie iſtius ſtatuti concludit Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 755. ad med. iuncto n. 759. in princ. verſ. intellige tamen, & in fin. verſ. quorum opinio.* Roland. *conſ. 22. n. 36. vſque ad 39 lib. 3.* Ruin. *conſ. 87*
22 *in fin. lib. 3.* Bero. *conſ. 57. n. 3. lib. 2.* & ita † etiam concludit Rot. per Caputaq. *dec. 342. num. 3. & 4. p. 2* vbi ita declarat omnes, qui tenent, quod defectus legitimitatis ſit ante omnia diſputandus, de quibus per Pariſ. *conſ. 11. n. 1. & 11. lib. 2.* Grat. *conſ. 140 num. 3. lib. 1.* quia loquuntur in defectibus notoriis & non requirentibus altiorem indaginem, ſi enim non eſſent tales, debent reſeruari in petitorio: Ruin. *conſ. 87. in fin. lib. 3.* Afflict. *deciſ. 14 num. 4*
23 Dec. *conſ. 52. n. 11. lib. 3.* † Et quod ſufficiat, quod hæres ſit in quaſi poſſeſſione legitimitatis, & filiationis ad effectum, vt tale ſtatutum habeat locum quo ad manutentionem, donec contrarium probetur voluit Rot. per Cardin. Seraphin. *deciſ. 1065 in princ. part. 2.*

Minus obſtat, quod dictum ſtatutum non ſuffrage-
24 tur, tamquam poſſeſſio non ſit vacans, ſed † per aduerſarias apprehenſa, per quam poſſeſſionem prætendebatur eſſe interruptum, & impeditum effectum continuationis ex vi, & potentia eiuſdem ſtatuti, cum per poſſeſſionem captam ab alio, quam ab hærede, ſit interuerſa illius ciuiliſſima poſſeſſio: Gloſ. *in l. cum miles, in verb. quaſi continuatim, ff. ex quib. cauſ. maior.* Caſtr. *in l. ſi ſorori, C. de iur. delib.* Fulg. & Iaſ. *in l. Pomponius, §. quæſitum, n. 3 ff. de acquir. poſſeſſ.* Alex. *conſ. 82 n. 4 lib. 2* Tiraq. *le mort ſaiſit. p. 5 declarat. 1.* Rot. *deciſ. 263 p. 2 in recentiorib.* Peregrin. *de fideicomm. art. 47 n. 15* Cott. *in memorab. in verb. decreto mediolani,* Caputaq. *dec. 199 p. 2* Rot. coram R. P. D. Orano Lucana maiuſculatus, 24. Aprilis 1587. & coram R. P. D. Penia Romana vineæ, 13. Martij 1606. Natt. *conſ. 237. num. 4.* Gabr. *concluſ. 9. & vltim. numero 18 de acq. poſſeſſ.*

Quia ſupra oſtenſum eſt de nullitate iſtius prætenſæ poſſeſſionis, tamquam ſit capta de vinea ex mandato Iudicis nullam iuriſdictionem habentis, & de domo, & eadem vinea propter clauſulam ſine præiudicio habentium potiora iura, quæ reddit incertam poſſeſſionem, & conditionalem, adeo vt ſtantibus prædictis iudicandum
25 ſit poſſeſſionem non eſſe vacantem; cum † non fuerit legitimè capta, ſed nulliter. Felin. *in c. ip. ex tenore, num. 5 cum ſeq. de reſcript.* Dec. *conſ. 10 n. 34 lib. 1 & conſil. 8 num. 208 eod. lib.* Et in ſpecie iſtius ſtatuti, quod debeat eſſe legitimè capta poſſeſſio,
26 † vt illud non obſtet, notat Tiraquel. *le mort ſaiſit. part. 5 declar. 3. numero 13 fol. 119* Iaſ. *conſil. 85 quando habemus, col. 2 verſ. limitatio ergo, lib. 3.* Carellan. *in memorab. in verb. decreto med. olanenſi, colum. 2 ver. intelligi debet.* Gabr. *de acquir. poſſeſſ. concluſ. 9 numero 19.*

Quamvis ſtante ſtatuto, de quo agimus, neque dare-
27 tur aliqua occupatio poſſeſsionis per alium, † cum non poſsit impediri iſta continuatio poſſeſsionis à defuncto in hæredem, tanquam ſit immediata à morte defuncti, itavt ſit impoſsibile, quod alius concurrat, quaſi duo inſolidum non poſsint poſsidere, ideo cum numquam vacet, non poteſt ab alio occupari, maximè quando ſumus in hærede ſuo, in quo magis immediatè continuatur, quidquid ſit in extraneis Gabr. *conſ. 36 num. 13 lib. 1* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 47 num. 14 & 15 ad med. verſ. niſi hæres eſſet, fol. 435* Molin. *de primogen. hiſpan. cap. 12 lib. 3 num. 20* Cephal. *conſ. 49 num. 3 & 4* Bertaz. *conſ. ciuil. 100 num. 6* poſt Bald. *conſil. 300 ſtatuto, num. 4 lib. 1 & conſ. 454 quidam Ioannes in fin. lib. 5* Corn. *in l. ſi fratris, 3 num. 4 C. de iur. delib.* Fulgoſ. *conſ. 230 in quæſtione vertente, num. 4. in fin. verſ. præterea cum per ſtatutum,* Couarr. *lib. 3 var. reſol. cap. 5 col. 12 ad med. verſ. at in hac ſpecie quam modo expendimus, fol. 256* vbi etiam allegat Ferron. *in conſuet. Burdeg. § 21* Alex. *conſ. 82 col. 2 poſt med. verſ. nec ad hoc obſtat. num. 4 & 7 in fin. verſ. vnde cum iſta lib. 2* quem ſequitur Rimin. Iun. *conſil. 56 num. 30 & conſ. 91 num. 15* Dec. *conſ. 84 excellentiſſimi doctores, colum. 2 in princ. verſ. vlterius circa hoc conſiderandum eſt.* & ibi Addit. *in verb. non poteſt.* Idem Dec. *conſ. 467 bene & conſulte, num. 15 & 16* Bellon. *conſ. 35 num. 8 in fin.* Iaſ. *conſ. 85 in fin. verſ. 4 quod prædicta limitatio, li. 3 & conſ. 146 col. 2 in prin.*
28 *lib. 4* † vbi quod ita fuit iudicatum in ſenatu Mediolanenſi: Io. Faber. *in § ſui, n. 4 inſtit. de hæredit. qualit. & differ.* Add. ad Alex. *conſ. 57 num. 5 in verb. non parit. lib. 1 & conſ. 87 num. 9 in verb. recuperandæ. lib. 3* Gozad. *conſ. 93 num. 11* Imol. *conſ. 16 num. 1* Roſental. *de feud. c. 7 concl. 17 num. 4* Caſſan. *ſuper conſuet. Burgund. rubr. 7 de ſucceſſio. § 1 gloſſ. 1. limit. 5 in fin. in addit. fol. 896* Benedict. *in c. Raynutius, in verb. mortuo itaque teſtatore, il 2 num. 72 ad med. verſ. & vere menti eſſet tenendum, de teſtam. fol. 116* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit, p. 5. declarat. 3 numero 9 vſque ad 15 fol. 119.* vbi etiam allegat. Manſuet. *tit. de poſſeſſ. § item dato quod ille.* Rimin. Sen. *conſ. 340*
29 *n. 7 vſque ad 11 lib. 2* † vbi quod adeo prohibetur occupatio, vt poſsit dici furtum, cum numquam poſſeſſio dicatur vacans.

Et hanc opinionem ſequuntur etiam omnes, qui tenent, quod in caſu iſtius ſtatuti competit hæredi interdictum retinendæ poſſeſsionis aduerſus eum,
30 † qui talem hæreditatem occupaſſet: Io. Faber. *in § ſumma ad fin. inſtit. de interdict. & in § retinendæ, col. 5 verſ. ſed ſequitur numquid ſucceſſor. eod. tit. & in § ſui autem, col. 1 in fin. inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Guid. Pap. *deciſ. 552 in materia poſſeſſorij, col. 2 verſ. & in hac materia dicti ſtatuti, & verſ. circa*
31 *primum.* Ruin. *conſil. 18. num. 20 & 21 lib. 1.* † & omnes vbique ita tenere, & neminem eorum, qui de hac reſcripſerunt, contradicere teſtatur Tiraq. *le mort ſaiſit, part. 6 declar. 1 num. 1 & 2 fol. 120 & part. 5 declarat. 3 num. 13 fol. 119.* Caſſan. *ſuper conſuetud.*

Burg.rubr.7 des ſucceſſions,§ 1 gloſ.1 limit.3.ad med.
*verſ.aduerte tamen quia ſi hæres, fol.*894 Gulielm.
Bened.*in c.Raynutius in verb.mortuo itaque teſtato-*
*re,il 2 num.*72 *de teſtam.*Gabr.*de acqu.poſſeſ.concl.*
7 *num.*3 Azeued. *ad l.* 8 *taur. lib.*5 *tit.*7 *num.* 22 *fol.*
229 & ibi Gomeſ.*num.*194 Rip.*in l.*1 *in fin.ff.quor.*
bonor. latè Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.* 3
numero 59 *&* 60.

Contraria autem procedunt in extraneis, ſecus au-
tem in ſuis hæredibus, de quibus agimus, in iſtis
32 enim †non eſt dare medium inter mortem patris,
& eſſentiam ſui hæredis, ſtatim enim, quod ſpiri-
tus exalat, ſuus efficitur hæres, ideò in eo non eſt
dare hæreditatem iacentem: Corn.*in l.ſi fratris,*3
*n.*4 poſt Bald. *ibid.C.de iur.deliber.*iuxta *l. Iulius*
noſter,ff.de condit.& demonſtr. Gloſ. *in l.cum hære-*
33 *ditas,C.depoſit.*† & ita in ſpecie huiuſmodi ſtatuti,
quod non detur iſtud medium concludit Gabr.
*conſ.*36 *num.*13 *lib.*1 Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*47
*n.*15 *ad med.verſ.niſi hæres eſſet,fol.*435 Alex.*conſ.*82
n. 7 *in fin. verſ.vnde cum iſte lib.*2 Io. Fabr.*in § ſui,*
num. 4 *inſtitut.de hæred.qualitat. & different.* Gu-
lielm. Bened.*in c.Raynutius,in verb. mortuo itaque*
teſtatore,il 2 *n.*72 *ad med.verſ. quinimmo ſtante di-*
34 *cta conſuetudine vſque ad n.*75 *de teſtam.* † vbi quod
in hoc eſt magis fauendum ſuis & neceſſariis, qui
illico mortuo patre efficiuntur ipſo iure hæredes,
quod non eſt in hæredibus extraneis, ſubdens
35 quod ita ſæpè vidit practicari Bald. † qui etiam
iſtam ſuitatem conſiderat in terminis talis ſtatuti
*in c.item cum quis,n.*1 *in fin.verſ.& præſertim,ſi ſta-*
tutum dicat,de reſt.ſpoliat. Maximè, quia tranſla-
tio,ſiue continuatio iſtius poſſeſsionis vigore hu-
36 ius ſtatuti eſt inducta in fauorem filiorum, † ideò
in odium ipſorum non debet retorqueri:Gabr.*de*
acquir.poſſeſ. concl. 19 *n.* 13 quod etiam in ſuo hæ-
rede voluit Ludouic.Molin.*de primogen. hiſpanor.*
*lib.*3 *c.* 12 *n.* 20 *&* 21 Menoch.*de recuper. poſſeſ.re-*
*med.*1 *n.*392 *vſque ad* 409.

Quare etiam dicimus dari remedium recuperandæ
filio,qui mortuo patre fuit ſpoliatus poſſeſsione,
37 † quæ continuatur in eum vigore ſtatuti, cum eo
ipſo, quo mortuus eſt pater, ſtatim abſque vllo
medio dicatur poſſediſſe ex vi ipſius ſtatuti,vt latè
de magis communi teſtatur Menoch. *conſ.* 1002 *n.*
4 *lib.*11 *& conſ.* 696 *num.*7 *lib.* 7 *& de recup.poſſeſ.*
*remed.*1 *num.*392 *vſque ad* 409 &paſsim tale reme-
38 dium recuperandæ competere † in caſu iſtius ſta-
tuti de continuanda poſſeſsione teſtatur Pontan.
*de ſpolio. lib.*1 *c.*13 *num.*137 *tom.*14 *fol.*278.vbi quod
ita fuit deciſum in Rot. in cauſa Parmen. 17. Fe-
bruar. 1543 de qua Put. 387 *lib.*1 Rip. *in l.* 1 *§. hoc*
*interdictum, num.*14 *ff. quor.bonor.& in l. vlt. num.*
135 *C.de reuocand.donat.& in rubr.de cauſ.poſſeſ.&*
*propriet.num.*34 Seiſell.*in l. cum hæredem,num.*1 *ad*
med.& ibi Alciat.*num.*9 *ff.de acqu.poſſeſ.* Crot. *in*
*l.*1 *n.*44 *ff. eod.tit.*Pariſ. *conſ.* 41 *num.* 12 *lib.*1 Guid.
Pap.*dec.* 552 *in princ.* Boer.*ſuper conſuetud. Bitur.*
39 *tit. de teſtam.* §. 6 *gloſ.* 1 † & ab hac opinione non
eſſe diſcedendum probat Azeued.*ad l.*8 *taur. lib.*5
*tit.*7 *n.*25 *fol.*229.& ibi Mantienz.*gl.*2 *num.* 13 Lu-
douic. Molin.*de primogen. hiſpan. lib.*3 *c.*16 *num.* 6
& 7 & iſta opinio eſt verior,& in praxi magis re-
cepta, quidquid contradicat Contard. *in l.vnic.*
*limit.*2 § 2 *num.*17 *Cod.ſi de moment. poſſeſ. fol.* 192
prout tenet *deciſ* 263 *part.*2 *in recentior.* & coram
R.P.D.Scotto Romana officij, 3.Decembris 1607
quæ eſt impreſſa per Marcheſan.*de commiſſ.part.* 1
*cap.*2. *fol.* 137.

Nec releuat, quod continuatio poſſeſsionis vigore
40 ſtatuti non ſuffragetur Hortenſiæ, † cùm non
probauerit ſuitatem,& filiationem ob exceptio-
nes oppoſitas, quæ videntur perimere fictionem,
& beneficium ſtatuti: Bald. *conſ.* 141. *num.* 3. *lib.* 1
Quia ſufficit, quod hæres ſit in quaſi poſſeſsione
ſuitatis,& filiationis, & legitimitatis ad effectum,
vt tale ſtatutum habeat locum quo ad manuten-
41 tionem, † donec contrarium probetur,vt dictum
eſt *ſup.num.*10.iuxta Rot. coram Cardin. Seraph.
deciſ. 1065 *in princ.* Quod etiam in terminis iſtius
ſtatuti voluit Pariſ. *conſ.*41.*num.* 13.*lib.* 1. vbi quod
non poterit opponi aliqua exceptio reſpiciens
petitorium,& proprietatem, quamvis etiam eſſet
oblata probatio incontinenti, & quamvis eſſent
receptę probationes ſuper proprietate,cum ex vi,
& priuilegio talis ſtatuti huiuſmodi poſſeſsio di-
catur habere naturam recuperandæ poſſeſsionis,
quod etiam firmat in ſpecie Rip. *in rubr. de cauſ.*
*poſſeſ.& proprietat.num.*24 *ad med.*poſt Bald.*ibid.*
*col.*3.*in fin.verſ. & nota quod edictum.* Rimin. Sen.
42 *conſ.*340.*num.*10.*ad me.lib.*2.†vbi quod non poteſt
opponi aliqua exceptio requirens altiorem inda-
ginem propter vim & rationem priuilegiatam ta-
lis ſtatuti,Caſſian.*ſuper conſuetud. Burgund.rubr.*7
*des ſucceſſions,§.*1.*col.* 3. *in fin.ver. item etiam fidei-*
*commiſ.n.*6 *fol.*893. Socin.*in l.rem quæ nobis, col.* 7
*q.*5 *n.*13.*ff.de acqu.poſſeſ.*Dec.*conſ.*84.*excellentiſſimi*
doctores,col. 2. *ad med.verſ. & ideò agenti non poteſt*
43 *obijci,n.*1. † vbi quod neq; fideicommiſſarij,quam-
vis eſſent in poſſeſsione,& vellent probare incon-
tinenti de iure ſuo,non poſſent admitti ſtante tali
ſtatuto, quod habet virtutem, & priuilegium in-
terdicti recuperandę poſſeſsionis,in quo excludi-
tur exceptio quælibet dominij,& proprietatis, &
ſimilis,etiam incontinenti probanda: Idem Dec.
*conſil.*467.*benè & conſultè,col.*2.*num.*9. *&* 13.*& per*
44 *tot.* † vbi quod debet hæres conſeruari in poſſeſ-
ſione bonorum defuncti, donec opponens probet
de iure ſuo, cùm tales exceptiones reſeruentur in
petitorio, quod etiam voluit Affl. *deciſ.*299. *n.* 29
& 30. Iaſ.*conſ.*147.*circa primam,col.*6.*num.*11. *lib.*2
Menoch.*de adipiſcen.poſſeſ.remed.* 4. *num.* 755. *ad*
*med.iuncto n.*759.*in princ.verſ.intellige tamen,& in*
fin.verſic.quorum opinio.

Ideo in ſuo hęrede,quo ad iſtam poſſeſsionem vigo-
re ſtatuti tranſlatam,dicitur merum poſſeſſorium,
45 † quidquid ſit in extraneo hærede, in quo dicitur
poſſeſſorium mixtum, ita vt in hoc detur appella-
tio,ſecus in illo: Bald.in ſpecie *conſ.*330.*ſtatuto ca-*
*uetur,n.*5.*ver.& primo quod ſuus,& verſ.ſed aduer-*
46 *te.lib.*1.*& conſ.*331 *eod.lib.* † & ſecundùm iſtam di-
ſtinctionem debent intelligi Laderch.*conſ.* 67 *n.*10
& Argel.*de legitim.contradictor. q.*11.*num.* 70. *fol.*
114. vbi volunt, quod poſſeſſorium talis ſtatuti
mixtum, & quod reſpiciat cauſam proprietatis,
quia citant Bald. *d.conſ.*330.*lib.* 1 qui tamen ſimpli-
citer hoc non dicit, ſed loquitur cum dicta di-
ſtinctione ſui, vel extranei hæredis.

Vnde etiam iſta exceptio incapacitatis hæredis, &
ſimilis non impedit huiuſmodi poſſeſſorium,
47 † quando requirit altiorem indaginem, vt per
Menoch. *conſ.*180.*num.*29.*&* 48. *lib.* 2. vbi loqui-
tur in terminis ſtatuti continuantis poſſeſsio-
48 nem,quod habet locum in ſpurio legitimato,† in
quem continuatur talis poſſeſsio bonorum pa-
tris, quamvis opponatur exceptio contradictam
legitimationem, tamquam requirens altiorem
indaginem iuxta conſil.in terminis Alc.389. *col.*1.

Cum

49 Cum † etiam legitimato detur beneficium ſtatuti
continuantis poſſeſsionem in hæredem, quando
eſt legitimatus ante obitum teſtatoris, maximè ſi
legitimatio fit per ſubſequens matrimonium; vt
latè per Tiraq. *le mort ſaiſit, part. 2. declar. 6. num. 5*
vſque ad 11. *fol.* 86.

Quibus additur, quod hoc prouenit ex natura ſuita-
tis, quæ dicitur quoddam ius intellectuale, dire-
50 ctum, † non flexibile propter patriam poteſta-
tem, & identitatem perſonarum inducens imme-
diatè, & in effectu continuationem dominij bo-
norum ad deſcendentes proximos poſt mortem
patris, prout latè concludit Gomeſ. *var. reſol. tom.*
1. c. 9. de tranſmiſſ. hæreditat. num. 16. poſt Bald. *in l.*
apud hoſtes, col. 2. verſ. ſed circa prædicta. C. de ſuis
& legitim. hæredib. Dec. *in l. qui ſe patris, colum. 1 in*
princ. C. vnd. liber.

Quæ cùm non militent in extraneis hæredibus, ideò
non mirum, ſi in ſuo magis, quàm in eis non poſ-
ſit dari hæreditas iacens, nec aliquod medium in-
51 ter mortem patris, † & exiſtentiam ſui hæredis,
etiam ante aditionem, & immixtionem, quæ in
ſuo non requiritur, ſicut in extraneis: Gloſ. *in l.*
cum hæreditas 9. in verb. ſucceſſeritis & ibi Bald. *n.* 1
Salic. & alij *C. depoſit. per text. in l. liber homo. §. fin.*
ff. de ſtipulat. ſeruor. & l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu.
Cyn. *in l. 1. C. ſi vt ab hæredit. ſe abſtin.* Gulielm.
Benedict. *in c. Raynutius, in verb. mortuo itaque te-*
ſtatore, il 2. num. 47. de teſtam. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.*
lib. 3. §. 21. limit. 10. num. 246. fol. 25. Roland. *conſ. 96*
num. 28. lib. 4. Menoch. *conſ. 1170. n. 13. lib. 12.* Surd.
conſ. 350. num. 16. & 17. lib. 3. & conſ. 458. num. 4. & 3
lib. 4. & conſ. 541. num. 19. eod. lib. Paſqual. *de viribus*
patr. poteſt. part. 4. cap. 1. num. 6. & 17. Craſſ. *in §. hæ-*
reditas quæſt. 2. numero 6.

Et paſsim ſuitas habetur pro aditione, & immixtio-
52 ne, & idem operatur, † quod in aliis aditio, Gloſ.
Bart. Bald. & Imol. *in l. filius qui ſe paterna de acqu.*
hæred. & in l. filius qui patri. de vulg. & pupill. Surd.
conſ. 458 n. 4 & 13 lib. 4 & conſ. 541 n. 19 eod. lib. Cle-
ment. *de patr. poteſt. effect. 13 num. 2* Menoch. *conſ. 1*
num. 491 Cephal. *conſ. 56 n. 4* Vaſq. *de ſucceſſ. creat.*
lib. 3 §. 21 n. 268 vbi ex hoc concludunt, quod filij
53 † hæreditatem etiam non aditam ad quoſcumque
tranſmittunt: Bart. *in l. ſi infanti, num.* 10 & ibi Iaſ.
num. 14 C. de iur. deliber. Alciat. *conſ. 231 numero 3*
etiam cum eodem beneficio abſtinendi. Paſqual.
de viribus patr. poteſtat. lib. 4 cap. 1 num. 4. Burſat.
conſ. 61 num. 14 lib. 1.

Neque aduerſatur, ſi obiiceretur, quod propter be-
neficium abſtinendi poſsit dici hæreditas iacens,
nam quando nemo de præſenti reperitur, qui ve-
54 lit illam adire, † dicitur hæreditas iacens, etiamſi
extaret filius, qui ſe abſtineret; ideò ſtatutum de
bonis vacantibus intelligitur etiam exiſtente filio
defuncti, qui licet dicatur ſuus hæres, & in eum
continuetur dominium, tamen propter benefi-
cium abſtinendi fit; vt hæreditas nondum adita
dicatur iacens, & hoc caſu poterit dari curator
tamquam hæreditati iacenti: Menoch. *de arbitr.*
caſ. 150 num. 7 & 8 fol. 157 poſt Caſtr. *in l. cum hære-*
ditas, in fin. C. depoſit. & eſt verior opinio, quid-
quid aliud ibi Bald. ſentiat, vt teſtatur Gutier. *in §*
ſui, num. 107 inſt. de hæredit. qualit. & differ. fol. 85
Ludouic. *concluſ. 34 in fin. fol. 102* Gomeſ. *lib. 1 var.*
55 *reſolut. 9 num. 17 in fin. fol. 65.* † Ideò quamvis filius
habeat triginta annos ad adeundum, tamen Iudex
abbreuiabit iſtud tempus ad inſtantiam credito-
rum ad hunc effectum, vt ſi non adeat detur cu-
ratór hæreditati iacenti: Gutier. *in d. §. ſui.* 109
ver. ſed contra. inſtitut. de hæred. qualit. & differ.
56 † Quare debet probari immixtio per eum, qui agit
contra ſuum: Rol. *conſ. 20. per tot. lib. 1* Cyn. *in l. 2*
ad med. verſ. niſi ergo, C. ſi vt ab hæred. abſtin. vbi
quod ſuus non eſt hæres in effectu; & ideò credi-
tores probabunt, Nam quidquid ſit in præiudicia-
57 libus, † in quibus eſt probanda immixtio per cre-
ditores agentes contra filium tamquam hæredem,
ſatis eſt, quod in fauorabilibus ſemper dicitur hæ-
reditas non iacens in ſuo; vt concludunt Bart. &
omnes communiter *in l. ſi filius qui patri, 12. ff. de*
vulgar. & pupil. Alex. *in l. neceſſarijs num. 5 de acqu.*
hæredit. Ang. *de ſuitat. q. 9 n. 68 in fin. tom. 8 part. 2*
fol. 147 Addit. ad Bald. *in l. cum hæreditas 9 in verb.*
ſui. in fin. C. depoſit. Craſſ. *in §. hæreditas q. 2 num. 6*
vſque ad 9 Gomeſ. *var. reſol. tom. 1 c. 9 de tranſmiſſ.*
hæredit. num. 26 Paſqual. *de virib. patr. poteſtat. part.*
4 cap. 1 num. 17 & 18 Viui. *commun. opin. 278 num. 7*
& opin. 330 part. 1.

Nec aliquid faceret, ſi forſan diceretur; quod ſuitas
58 ſit indiuiſibilis in ſubſtantia ſua, † vnde non po-
terit eſſe quo ad id quid ſic, & quo ad quid non;
l. ſi tibi ff. de adoptionib. Quia ipſa ſuitas non diui-
ditur in ſubſtantia, ſed ſolùm diuiduntur effectus
ſuitatis, ita vt ipſe filius bene ſit ſuus, ſed illa vir-
tus ſuitatis extendatur, & producatur ad effectus
59 vtiles, & non ad alios; † quod paſsim admittitur,
vt in ſpecie reſpondet Gomeſ. *var. reſol. tom. 1 cap.*
9 de tranſmiſſ. hæredit. num. 26 verſ. ſed ad hoc nota-
biliter reſpondeo, fol. 69 argumento *l. 3 § modum, ff.*
de ſeruitutib. l. ad certam, & l. ſi cui. ff. eod. tit. vbi li-
cèt ſeruitus realis ſit merè indiuidua *l. ſtipulatio*
60 *non diuidi, ff. de verb. oblig.* † Tamen benè poteſt di-
uidi illius effectus, vt ipſa ſeruitus reſtringatur, &
modificetur, videlicet, vt exerceatur in certa parte
fundi, & in alia non, & in certo tempore, modo, &
genere vtendi, & in alio non, vt latè docet Bart. *in*
d. l. ſtipulatio non diuidi. col. 2 oppoſ. 3 & ibi commu-
niter omnes *ff. de verb. oblig.*

Prout quoque non obſtabit, quod ſtatutum non ha-
beat locum quo ad ſocietates officiorum cenſus,
61 & loca montium, & alia incorporalia, † quæ non
poſsidentur, ſed quaſi poſſidentur; cùm enim lo-
quatur de continuanda poſſeſſione bonorum, non
debet extendi ad quaſi poſſeſsionem: Butr. *in cap.*
fin. num. 13 de cauſ. poſſeſ. & proprietat. Quia contra-
ria opinio eſt verior, non ſtatim quod lex, ſeu ſta-
tutum loquitur de bonis, neceſſariò ſequitur,
62 † quod illorum appellatione veniant ſtabilia, &
mobilia; pecuniæ, nomina debitorum, iura, &
actiones, *l. 1 § item ſolent. ff. de offic. præfect. vrb. l. mo-*
nentum, ff. de verb. ſignif. l. bonorum, 49 vbi Rebuff.
col. 2 ante fin. ver. notandum eſt ff. eod. tit. Guid. Pap.
deciſ. 541 & deciſ. 499 num. 1 in fin. latè Pinell. *in*
63 *rubr. C. de bon. matern. p. 1 num. 1 vſque ad 7* † vbi
addit prædicta procedere, quamvis hoc nomen
bonorum expreſſum fuiſſet ſimpliciter abſque ali-
quo ſigno vniuerſali *l. ſi legatus 30 ff. ad trebell. l.*
quoties 40 § vlt. ff. de vſufr. & quemadmod. quis vtat.
64 † Vnde multò magis in caſu noſtro, in quo ſtatu-
tum Vrbis *c. 147 lib. 1. fol. 241* loquitur cum dictio-
ne vniuerſali quorumcumque bonorum: Tiraq.
in l. ſi vnquam, in verb. bona. num. 9 ante med. C. de
reuoc. and. donation.

Et in ſpecie ſtatuti loquentis de poſſeſsione, quod
65 veniat iſta quaſi poſſeſsio: Gabr. *de acquir. poſſeſſ.*
concl. 9 num. 6 Tiraq. *le mort ſaiſit, part. 4 declar. 7*
num. 1 cum ſeq. fol. 116 Menoch. *de retinend. poſſeſ. re-*

*med.3.num.*113. vbi etiam n.103. *vſque ad* 114. loqui-
66 tur de interdicto retinendę, † quod datur pro iſtis
incorporalibus, provt etiam competit pro eis in-
terdictis recuperandæ: Idem Menoch. *de recuper.*
poſſeſſ. remed. 1. *num.* 81. *vſque ad* 87. & quod ſtatu-
tum comprehendat etiam quaſi poſſeſsionem in-
67 corporalium, † voluit Aret. *in rubr. ff. de acq. poſſeſſ.*
num. 5. *vſque ad* 8. vbi reſpondet omnibus in con-
trarium adductis, & teſtatur de veriori opinione
poſt Gloſ. *in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi.* Bald. *in*
§. licet cauſam. in fin. de probation. per text. *in l. ſed*
& ſi poſſeſſori, §. ſed & ſi rerum, ff. de iureiurand.
Nec debet attendi conſ. Aret. 30 *n.* 6 ex aduerſo alle-
68 gatum, Quia eſt in rationibus dubitandi, † ideò
poſteà *num.* 8 *&* 9 tenet alteram opinionem, ma-
ximè, quia ſtatutum noſtrum eſt fauorabile, quod
magis comprehendit poſſeſſionem, & quaſi poſ-
69 ſeſſionem, quidquid ſit in odioſis; † licèt etiam in
eis multi teneant tale ſtatutum locum habere, vt
per Rebuff. *in l. bonorum,* 49 *colum.* 2 *in fin. verſ. a*
diuerſum erit, ff. de verb. ſign. Pinell. *in rubr. C. de*
bon. matern. part. 1 *num.* 7. Præſertim quia ſumus in
70 diſpoſitione, † in qua militat eadem ratio conti-
nuandi poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem quo
caſu etiam quaſi poſſeſſio comprehenditur, vt latè
declarat Socin. *in l. poſſideri,* 2 *in princ. num.* 15 *&* 16
ff. de acquir. poſſeſſ.

Similiter non obſtat Rot. coram R.P.D. Cantuccio
Roman. ſeu Amerina domus 8 Iunij 1576 quæ eſt
dec. 34 *n.* 21 *&* 22 *p.* 2 *diuerſ.* & coram R.P.D. Coc-
cino Decano Romana de Lucatellis 30 Octobris
1609. quæ eſt *deciſ.* 263 *p.* 2 *in recentiorib.* & coram
R. P. D. Pamphilio Ferrarien. bonorum de Taſſo-
nis 26 Iunij 1613. quæ eſt *dec.* 513. *num.* 1 *part.* 2 *in re-*
71 *centiorib.* † Quia iſtæ deciſiones, & ſimiles non lo-
quuntur in ſuo hærede, in quo non datur hæredi-
tas iacens, & non requiritur aditio, cui ſuitas ſuf-
ficiat pro aditione, & immixtione in fauorabili-
bus. Menoch. *conſ.* 1 *n.* 491 *& conſ.* 1170 *n.* 13 *lib.* 12
Surd. *conſ.* 458 *n.* 4 *&* 13 *lib.* 4 Craſſ. *in §. hereditas, q.*
12 *n.* 6 cum aliis ſupra allegatis. Mynſinger. *obſer-*
uat. 36 *num.* 2 *cent.* 3.

Et quo ad conſ. Cuman. 174 *n.* 4 Reſpondetur, quod
72 non loquitur in iuribus incorporalibus, † ſed
ſolùm in re, cuius poſſeſſio cohæret perſonæ, in
qua non datur continuatio poſſeſſionis iuxta for-
mam ſtatuti, cùm hæres non ſuccedat in ius per-
ſonale, quod extinguitur cum perſona, & ita
Cuman. intelligit Tiraquel. *le mort ſaiſit, part.* 4
declarat. 2 *fol.* 111. latè Peregrin. *deciſ.* 127 *numero* 10
73 *& per tot.* † Nam ſtatutum de continuanda poſſeſ-
ſione præſupponit illam eſſe continuabilem: Dec.
conſ. 218 *num.* 2 In caſu autem noſtro iſta poſſeſſio
iurium incorporalium non extinguitur cum per-
ſona, ideò meritò tranſit ad hæredes, & in eis con-
74 tinuatur; † & ſtatutum loquens de poſſeſſione
procedit etiam in quaſi poſſeſſione: Aret. *in rubr.*
de acquirend. poſſeſſ. numero 6 cum aliis ſupra ad-
ductis.

Et quo ad opinionem Rub. *conſil.* 122 *num.* 3 *&* 4 di-
75 cendum eſt illam non eſſe ſequendam, † quia
licèt teneat quod poſſit occupari poſſeſsio tranſ-
lata vigore ſtatuti antequam hæres adeat, Tamen
non loquitur in ſuo, in quo non poteſt dari talis
occupatio, vt dictum eſt *ſupra numero* 35 *cum ſeq.*
Provt neque ſententia Rubr. eſt ſimpliciter ad-
76 mittenda, dum concludit, quod † poſſeſſio bo-
norum feudalium non continuetur in hæredem,
ideò tamquam vacans poterit per alium appre-
hendi, Quia debet intelligi, quando non contro-
uertitur an bona ſint feudalia, ſeu emphyteotica,
& non tranſitoria ad hæredes; nam ſi de hoc du-
bitaretur, ſemper interim hæres eſt manutenen-
dus vigore dicti ſtatuti, vt eſt text. clarus *in c.* 1 *§.*
inter filiam, verſ. reſponſum eſt, & verſ. reſpondi fi-
liam, ſi de feud. defuncti. content. ſit int. domin. & agnat.
vaſal. Menoch. *conſ.* 696 *n.* 5 *lib.* 7. *& de adipiſcen.*
poſſeſſ. remed. 4 *n.* 367 *&* 575 Tiraq. *in tract. le mort*
ſaiſit, part. 4 *declar.* 5 *n.* 21 *&* 22 Molin. *de primogen.*
hiſpan. lib. 3 *cap.* 4 *num.* 42 *fol.* 366 & hanc opinio-
77 nem † tenet Rot. coram R. P. D. Andrea Signi-
na bonorum, 12 Iunij 1601 vbi ita declarat deci-
ſionem Card. Pamphilij Imolen. bonorum, 20
Aprilis 1592 & concludunt omnes *in l. fin.* vbi Iaſ.
num. 76 Curt. Iun. *num.* 84 Alexand. *num.* 30 *C. de*
edict. diu. adrian. tollend. Dec. *conſ.* 4 *num.* 10. *& conſ.*
467 *num.* 9 Ruin. *conſ.* 18 *num.* 20 *lib.* 1. Gozad. *conſ.*
6 *num.* 87 *& conſ.* 7 *num.* 10. *&* 12 Pariſ. *conſ.* 22 *n.* 65
& conſ. 41 *n.* 2 *lib.* 1 Port. *conſ.* 1 *num.* 17 § Et quam-
78 vis † text. *in dict. c. ſi de feud. defunct. content. ſit int.*
domin. & agnat. loquatur in filia reſpectu ſucceſ-
ſionis patris, tamen idem eſt in ſorore reſpectu
ſucceſsionis fratris: Dec. *conſ.* 490 *num.* 4. Curt.
Iun. *conſ.* 41 *n.* 56 Port. *conſ.* 1 *n.* 18 Molin. *de primo-*
79 *genit. hiſpan. lib.* 3 *c.* 4 *n.* 42 *&* 43 Vbi tamen omnia
prædicta reſtringit niſi agnati vellent inconti-
nenti probare bona eſſe feudalia, & qualitatem
feudi non tranſmiſſibilis, quia tunc non daretur
iſta manutentio, provt etiam cùm tali diſtinctio-
ne tranſit Rot. coram R. P. D. Andrea Signina bo-
norum, 12 Iunij 1601 Iſern. *in d. §. inter filiam,* & ibi
Præpoſit. & Aluarot. *n.* 2 Cantiuncul. *conſ.* 23 *n.* 56
Gozad. *conſ.* 7 *n.* 26.

Super prædicta manutentione, quæ petebatur in hu-
iuſmodi cauſa Romana hæreditatis de Fulchis co-
ram R.P.D. Pirouano nulla potuit haberi reſolu-
tio, quamvis dubium pluries, & pluries fuerit
propoſitum, ideò fuit ſolum deciſa ſecunda pars
eiuſdem dubij, quo ad immiſſionem, quam Rota
declarauit eſſe dandam Hortenſiæ filiæ, vt in *dec.*
21 *Iunij* 1619 *&* 13 *Ianuar.* 1620 provt latè Deo dan-
te, dicam infra in alio capite particulari, neque
amplius fuit inſtatum ſuper dicta manutentione
cùm idem effectus reſultaret ad fauorem filiæ,
80 † licèt aliàs Rot. coram R. P. D. Andrea Signina
bonorum, 12 Ianuarij 1601 tranſierit abſque diffi-
cultate cum opinione affirmatiua: quod detur
manutentio vigore ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *c.* 247. con-
tinuantis poſſeſsionem defuncti, vt latius *in d. de-*
81 *ciſione.* † vbi etiam quod nullus eorum, qui de hac
re ſcripſerunt, contradicit, & quod verba ſtatuti
ſunt clara, & quod procedit etiam in infante, pro-
vt erat caſus illius deciſionis, cùm ad iſtam ciui-
liſsimam poſſeſsionem acquirendam nullus actus
requiratur, tamquam ex diſpoſitione eiuſdem ſta-
tuti fiat huiuſmodi tranſlatio, ideò nihil intereſt,
82 an ſucceſſor habeat intellectum; † cùm pro eius
parte nihil veniat exercendum: Gomeſ. *in l.* 45
taur. n. 112. *verſ. ſed his non obſtantibus.* Molin. *de*
primogen. hiſpan. lib. 3. *cap.* 12. *num.* 24. Tiraq. *le mort*
ſaiſit, part. 2. *declarat.* 17. *num.* 4.

EPITOME.

Primipili antiquitus qui eſſent. § Et an hodie
in eorum locum ſucceſſerint Theſaurarij ſeu
Camerarij, & ſimiles qui adminiſtrant bona, &
pecunias Regis, & Reginæ. § Et quando in
eorum

eorum bonis Camera, & Fiſcus præferatur anteriuribus creditoribus, etiam pro dote. ¶Et quid in bonis paraphernalibus vxoris. ¶Et an filij, quamvis non ſint hæredes patris, teneantur pro malè geſtis per patrem in officio primipilatus. † Et an prius ſint diſcutienda bona patris, antequam perueniatur ad bona dotalia; & filiorum. ¶ Pater quando teneatur pro filio malè adminiſtrante officium ſibi commiſſum. ¶Et quid è contra in filio pro patre. ¶ Et quando agens contra filium ex perſona patris debeat probare illum eſſe hæredem. ¶ Per obitum emphyteutæ, & grauati fideicommiſſo, ſeu habentis dominium temporale an ſit extincta illius obligatio. ¶Heres ſi acquirat aliquid ex ſua induſtria de bonis hæreditarijs an illud imputet in hæreditate, & fideicommiſſo, vel ſit proprium ipſius, ita vt non teneatur legatariis, & aliis creditoribus hereditariis. ¶Portio donatarij mortui, quando accreſcat alteri condonatario.

SVMMARIVM:

1 *Bona exercentis officium primipilatus, & eius vxoris ſunt obligata fiſco.*
2 *Filij quamvis non ſint heredes patris tenentur ſoluere illius debita contracta occaſione primipilatus.*
3 *Filius videtur adire ſoluendo debita patris, ſecus ſi ſint debita primipilaria. n. 4.*
5 *Primipili qui eſſent antiquitus remiſſiuè.*
6 *Theſaurarij, ſeu Camerarij, & ſimiles adminiſtrantes pecunias Regis, ſeu Reginæ an hodie ſuccedant in locum primipili. n. 7. & 10.*
8 *Fiſcus non habet prælationem in bonis paraphernalibus vxoris, ſicut in dote; pro adminiſtratis per virum primipilum.*
9 *Bona viri primipili ſunt prius diſcutienda per fiſcum, antequam deueniatur ad dotem vxoris.*
11 *Statuta quod pro debitis publicis contractis per maritos teneantur vxores, intelliguntur vt prius diſcutiantur bona mariti.*
12 *Filius non tenetur pro patre, qui malè officium geſſit, nec pater pro filio, niſi in caſibus de quibus remiſſiuè. numero 13.*
14 *Pater non cogitur ſe obligare pro filio, nec è contra filius pro patre.*
15 *Agens contra filium ex perſona patris, debet probare, quod ſit illius heres, alias ſuccumbet, num. 16.*
17 *Hæres, ſi acquirat aliquid ex ſua induſtria ex bonis hereditarijs, non computat illud in fideicommiſſo, & hereditate, tamquam ſit proprium ipſius. Idem ſi ex alia cauſa habeat, n. 18.*
19 *Per obitum habentis dominium temporale reſoluitur omne ius ad fauorem alterius conſtitutum.*
20 *Obligatio facta per emphyteutam euaneſcit per mortem ipſius.*
21 *Hypotheca heredis in bonis fideicommiſſo ſubiectis valet ſolùm vita ſua durante.*
22 *Ceſſionarius conſequitur iura cedentis, & ſuccedit in omnibus prerogatiuis illius.*
23 *Portio donatarij mortui accreſſit altero condonatario, quando eſt facta donatio, vt poſt mortem illorum reuertatur ad donantem.*
24 *Hypotheca ceſſat finita obligatione, cum omnibus actionibus, quæ pro ea intentantur, numero 25.*

CAPVT DCCXXXIII.

BOna exercentis officium primipilatus ſunt tacitè obligata fiſco, *l. ſatis. C. in quib. cauſ. pig.*
1 *contrah.* † vbi etiam extenditur ad bona dotalia vxoris: Neguſ. *de pignorib. p. 5. membr. 2. numero 27* Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. iur. lib. 24. cap. 8. num. 5. & lib. 9. cap. 24. n. 7.* Aſin. *de execut. §. 7. cap. 54. fol. 179* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 26. n. 8. & 40. & tit. 18. eod. lib. 11. n. 9.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 43. fol. 343.* ¶ Quod etiam eſt in bo-
2 nis filiorum, † quamvis non ſint hæredes patris, *l. vlt. C. de primipil. lib. 12.* Bart. & Luc. de Penn. *in l. 5. ad fin. verſ. cauſam. eod. tit.* Affl. *in c. 1. n. 26. de ſtatut. de non benefic. inueſtit.* Capic. *dec. 129. n. 17. in princ.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11.*
3 *tit. 18. num. 9.* † Adeò vt licèt filius videatur adire ſoluendo creditorib. paternis, vel ſolutiones recipiendo, vel inhabitando domum paternam, cum ſimilibus actibus, *l. 1. C. de repudiand. heredit. l. gerit. ff. de acquir. heredit.* Nihilominus aliud eſt in
4 debito primipilari à filio ſoluto, † per quod non videbitur adire, neque tenebitur cæteris creditoribus, cùm enim filius teneatur, quamvis non ſit hæres, vt dictum eſt, dicitur actus, qui poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, *l. quod hærede, §. Papinianus, ff. de acqu. hæred.* & notat Plat. qui multa exempla adducit *in l. vlt. ante med. C. de primipil. lib. 12.* cum aliis per Petr. Bell. *de re milit. tit. 11. n. 12 vſque ad fin. tom. 26. fol. 432.*

Qui autem eſſent antiquitus primipili, quia non eſt materia noſtra, ſatis erit ſe referre ad eos, qui latè
5 de eis tractant, † inter quos Couar. *lib. 1. var. reſolut. c. 16. col. 4. n. 7.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 43* Ang. Bart. Plat. Alciat. & alij *in l. 3. C. de primipil.* Idem Alciat. *præſumpt. 42. in fin. reg. 3. & in l. diem functo. ad fin. ff. de offic. aſſeſſor.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. iur. lib. 19. cap. 3. n. 22.* Ælian. *in proprio libro de re militar.* Veget. *eod. tit. lib. 2.* Liuius *lib. 7 decad. 1.* Capic. *dec. 129. num. 13. vſque ad 18.* Abb. *in c. ex parte. colum. vlt. de conſuet.* Rip. *in l. priuilegia. num. 44. ff. de priuileg. creditor.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. ti. 18. num. 8. vſque ad 12.* Petr. Bell. *de re milit. tit. 11. num. 11. cum ſeq. tom. 16 fol. 338* Claud. Cotereus *de iur. & priuileg. milit. c. 22 tom. 16. fol. 432.* Menoch. *conſ. 429. num. 5. & conſ. 254 numero vndecimo.*

Hodie autem primipili dicuntur, qui habent officium Theſaurarij, & pecunias Principis colli-
6 gunt, † qui aliàs camerarij appellantur, & adminiſtrant publicas pecunias, ſeu rationales, & primi adminiſtratores rerum Principis; & Regis, ſeu Collectores pecuniarum, quæ ſoluuntur Cameræ Apoſtolicæ, ſiue Imperiali: Gloſ. *in rubr. C. de primipil. lib. 12. & in l. officialis. C. de epiſc. & cleric. & in l. quiſquis emerſis C. eod. tit. & in l. ſed & miles, §. fi. ff. de excuſ. tut. & in l. pater. ff. de adim. leg.* Ang. *in l. 1. C. de priuileg. fiſc. & in l. ſatis. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah.* Alex. *in l. à diuo pio. §. in venditione. col. 10. de re iudic.* Martin. Laudenſ. *de fiſc. qu. 214.* Peregr. *eod. tit. lib. 6. tit. 6. n. 43. fol. 343.* Abb. *in c. ex parte. ad fin. de conſuet.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 18. n. 8.* Rebuff. *de conſtitut. reddit. gloſ. 8. art. 1. n. 40. tom. 2. fol. 407.* Franc. Parmenſ. *de priuileg. fiſc. 18* Capic. *deciſ. 129. n. 15. vſque*
7 *ad 18.* † vbi loquitur etiam in eis, qui adminiſtrant pecunias Reginæ, præſupponendo tamen communicationem priuilegiorum Regis cum Regina vt præſupponit Capic. *ibid. n. 17. in princ.* quem ſequitur Rebuff. *de conſtit. reddit. gloſ. 8. art. 1. n. 40* nam aliàs non daretur prælatio ad fauorem Reginæ, cùm eſſent præferendi creditores: Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 43. in fin.*

In bonis tamen paraphernalibus eſſet præferenda
vxor fiſco, qui in hoc non haberet priuilegium
8 pro adminiſtratis † per primipilum, ſicut habet in
dote, l.1.C.de priuileg.fiſc.l.ſatis notum.C.in quib.
cauſ.pign.tacit.contrah.l.vtilitas.C.de primipil.lib.
12.& notat in ſpecie Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit.6.n.
42.ad med.fol.343.Itavt in caſibus, in quibus fiſcus
præfertur doti pro prædicta adminiſtratione,
9 † ſint prius diſcutienda bona mariti, antequam
deueniatur ad dotem vxoris, nam facta huiuſmo-
di diſcuſſione, poſtea in ſubſidium fit executio
contra dotem vxoris, l.ſatis notum.C.quib.cauſ.
pign.tacit.contrah.Aſin.de executionib.§.7.c.54.n.2
10 Quæ declaratio eſt vtilis, † nam quamvis digni-
tas primipilaris non ſit hodie in vſu, Caſtr.in l.1
C.de priuileg.fiſc. tamen ſuprà oſtenſum eſt, quod
hodie loco primipili, veniunt adminiſtratores, &
Theſaurarij Principis, in quibus procedet talis
hypotheca, & prælatio: Cùm etiam poſſint iſta
11 deſeruire propter ſtatuta, † quæ in ſimilibus caſi-
bus loquuntur dum diſponunt, quod pro debitis
publicis per maritos contractis ſunt obligatæ, &
hypothecatæ dotes vxorum: Alex.de executionib.
§.7.c.54.n.2.in fin.

Hęc omnia adnotaui in cauſa Romana dotis in gra-
tiam amici hoc poſcentis, cùm occurreret dubi-
tari ſuper prælatione bonorum adminiſtratoris
rerum publicarum, quæ tamen non erant neceſ-
ſaria, tamquam non eſſemus in tali adminiſtra-
tore, qui poſſet æquiparari illis, de quibus ſupra
12 locuti ſumus, nam † regulariter filius non tenetur
pro patre, qui malè officium geſſit l.2.vbi Bald.
& Salic.C.ne filius pro patr.ſicut nec pater pro of-
13 ficio filij, † niſi in caſibus, de quibus latè Boer.
dec.221.per tot.Barboſ.in l.ſi cum dotem.23.§.tranſ-
grediamur,n.10.cum ſeq.ff.ſolut.matrim. iuxta l.1
vbi latè Sebaſtian. Neuius in Syſtemat.C.de filijſ-
fam.& quemadm.pro his pater teneat. Surd.dec.47
Ideò ſolum fuit dubitatum an eſſet locus diſpoſi-
tioni auth.res quæ C.commun.de legat. ad effectum
vbi bona fideicommiſſi poſſent alienari pro reſti-
tutione dotis. Et quidem negatiua opinio eſt ve-
rior, nam agendum erat contra bona fideicom-
miſſi ſpectantia ad Ludouicum maritum Angelæ,
ad cuius fauorem fuit facta obligatio, non autem
contra Magdalenam, & Andream, qui licèt ſint
filij Ludouici, tamen fideicommiſſum, in quo
ipſi ſuccedunt, eſt ex perſona auiæ maternæ, itavt
dicti filij non teneantur ſoluere debita paterna
de bonis propriis eis relictis, l.2.Cod.ne fil.pro
14 patr. † Sicut enim pater non cogitur ſe obligare
pro filio, nec pro illius debitis conuenitur, l.1.&
l.filios, & ibi Io.de Plat.C.de decurionib.10. Ita
nec filius pro patre, l.3.§.ſi filius, ff.de munerib.&
honorib.l.æſtimationem,§.iniuſtus,eod.tit.l.4.§.filium
ff.de adminiſtr.rer.ad ciuitat.pertinent.l.patris,4
C.ne filius pro patr.Boer.dec.221.in princ.

Ideo opus eſt, quod agens contra filium ex perſona
15 patris, debeat facere mentionem, † & probare,
quod ſit illius hæres, nam aliàs ſuccumbit, tam-
quam non probans id, quod eſt cauſa ſuæ inten-
tionis: Bald.in ſpecie in l.2.in princ. & ibi Salic.
in fin.C.ne filius pro patr.Imol.in l.ſi cum dotem,23.
§.tranſgrediamur,ff.ſolut.matr.Capic.deciſione.70
numero 1. Non obſtante l.1.Cod.de filiofam.minor.
16 quia ibi conueniebatur vt hæres, † non vt filius,
vt declarat Salic.in l.2.in fin.C.ne filius pro patr.

Amplius bona, de quibus agimus, non ſunt ſubie-
cta alicui fideicommiſſo, cùm ex inſtrumento
exhibito, appareat, quod Ludouicus pater An-
dreæ, & Magdalenæ tanquam eorum legitimus
adminiſtrator recuperauit huiuſmodi bona a So-
cietate Sanctiſſimi corporis Chriſti ſoluta certa
pecuniarum ſumma, cum aliis pactis, & conditio-
nibus, de quibus latius in eodem inſtrumento
17 tranſactionis continetur, † Vnde ſuccedit vulga-
ris, ſed notabilis illa concluſio, quod hæres, ſi
aliquid acquirat ſua induſtria, & diligentia de
bonis hæreditatis, illud non computat in hære-
ditate, aut fideicommiſſo, ſed eſt proprium ipſius,
itavt nihil alicui creditori hæreditario debeat
ſoluere, neque fideicommiſſariis, neque legata-
riis, nec aliis, cum iſta bona habeat non ex hæ-
reditate, ſed ex tranſactione, & ex ſua negotia-
tione, l.3.in fin.vbi Gloſ.in verb.deciſione,ff.ad leg.
falcid. vbi Gloſ.in verb.tranſegiſti, C.arbitr.tut.l.
debitor ſub pignore,59.§.vlt.in fin.vbi Gloſ.in verb.
errore.ff.ad ſenatuſconſ.trebell.l.venditor, ex hæ-
reditate.21.ad med.vbi Gloſ.in verb.propter nego-
tiationem, ff.de hæredit.vel act.vend.l.eo tempore,
51.in fin.& ibi Gloſ.in verb.quoniam, ff.de pecul.l.
ſi verò negotium,65.poſt prin.vbi Gloſ.in verb.quaſi
ad patronum, ff.ſol.matr.l.damni infecti.43.in fin.ff.
de damn.infect.l.quæſitum.10.vbi Gloſ.in verb.per-
ſecutione.de ſepulch.violat.l.ſi paterfamilias,15.§.ſi
duo.vbi Glo.in verb.qui duos filios, ff.de adoptionib.
l.ſi quis non quaſi 72.vbi Gloſ.in verb.patroni.in
fin.ff.de acquir.hæred.l.ſocium qui eo.61.in fin.vbi
Gloſ.in verb.donatum, ff.pro ſocio,l.1.§.emancipatus
filius, verſic.hoc enim non de bonis, & ibi Gl.in verb.
propter bona, ff.de coniungend.cum emancipat.liber.
eius.Bart.in d.l.3.vbi Caſtr.n.1.Alex.in pr.ff.ad leg.
18 falc. † vbi etiam Imol.in princ. ampliat ſi ex alia
cauſa hæres habeat, puta ex largitate Principis,
provt dicit conſuluiſſe Ang.iuxta l.ſi arrogator.ff.
de adoptionib.l.imperator.§.ſi centum, ff.de legat.2.

Immo quamvis etiam Andreas filius eſſet obligatus
pro reſtitutione dotis, de qua agimus, tamen non
poterat agi contra emptorem domus, provt actum
fuit, quia vigore tranſactionis factæ inter pa-
trem legitimum adminiſtratorem Andreæ, &
Magdalenæ ſuorum filiorum cum dicta Societate
Sanctiſſimo Corporis Chriſti, dicta domus fuit
data eidem Societati cum pacto, & conditione,
vt ſecuto obitu Andreæ, & Magdalenæ ſine fi-
19 liis, remaneret libera ipſius Societatis, † vnde cum
euenerit caſus non exiſtentiæ filiorum reſoluta
eſt omnis obligatio, quam mulier prætendit ha-
bere ſuper dicta domo pro ſua dote, poſt talem
tranſactionem initam, nam cum Andreas non
haberet dominium perpetuum, ſed temporale,
& conditionale, per eius obitum reſoluitur omne
ius ad alterius fauorem conſtitutum, l.lex vecti-
galis.ff.de pignorib.l.ſi quis domum,§.1.ff.locat.l.
peto.§.prædium, ff.de legat.2.Bald.in l.fin.§.ſed
quia.Cod.commun.de legat.Moliu.de primogenit.
hiſpanor.lib.1.c.21.numero 1.

Quod generale eſt in omnibus diſpoſitionibus, vt
in emphyteuſi, in qua ſtatim mortuo emphyteuta.
20 † ſi reuertatur res ad dominum, obligatio, & hy-
potheca prius facta euaneſcit. Guid.Pap.dec.575
num.1.& 2.Boer.dec.181.n.3.iuxta l.ſtatius florus,
§.Cornelio,ff.de iur.fiſc.Bart.in l.1.§.vlt.de ſuper-
ficieb.Bald.Aluarot.& Card.Alex.in cap 1.§.quid
ſi pretio.& §.è contrario.& §.fin.de inueſtit.de re
alien.fact.Salic.in l.3.C.de ſeruit.Card.Seraph.dec.
1290.num.13.Corbul.de cauſ.priuation.ob alienat.
limit.33.num.4.

Idem

Idem in rebus fideicommiſſo ſubiectis ab hærede hy-
pothecatis, nam eius tantum vita durante valet
21 † hypotheca, *l. fin. §. ſin autem conditione, C. de fideicomm.* Caſtr. *in l. peto. §. fratre, ff. de legat. 2.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. diui n. 57. de leg. 1.* Achill. *dec. 9 de iurepatronat.* Rot. coram Card. Arigonio Neapolitana iuriſpatronatus, 11. Maij 1592. impreſſ. poſt tract. *de ſaluian. deciſ. 100.*

Quare cùm per mortem Andreæ ſine filiis ſit extincta omnis hypotheca ad fauorem vxoris conſtituta, non potuit per eam agi contra poſſeſſorem dictæ domus, qui eſt tutus etiam aliis exceptionibus, de quibus in facto, cùm per eum fuerit ſolutum pretium eiuſdem domus anterioribus creditoribus vxoris, & ab eis reportata ceſſio, ita vt quemadmodum creditores eſſent præferendi vxo-
22 ri, † ita etiam ceſſionarij, & habentes cauſam ab eis, qui conſequuntur omnia iura cedentis, & ſucceſſerunt in omnibus prærogatiuis illius; ita vt pro vna perſona reputentur, *l. emptor.* vbi Bald. *in 1 notab. C. de hæred. vel act. vendit. l. ſi ager. in fin. de rei vendicat.* Crot. *conſ.* 81. *num.* 10. Becc. *conſ.* 105. *numero* 17. Surd. *conſ.* 22. *num.* 16. *lib. primo. & conſ.* 82. *numero* 13. *eod. lib.*

Cum etiam dicta domus ſpectet ad Magdalenam, quæ adhuc viuit, & per eam fuit facta promiſſio de euictione ad fauorem emptoris dictæ domus, ad quam Magdalenam etiam ſpectat talis domus in totum, nam fuit donata Societati per eam, & Andream fratrem poſt mortem ipſorum ſine fi-
23 liis, † vnde ſtante obitu Andreæ ſine filiis, accreuit eius portio Magdalenæ, tamquam ad Societatem non deuoluatur, niſi ſecuta morte ambarum donantium ſine filiis: Iaſ. *in l. ſi mihi & Titio, col. 4. ad fin. numero* 11. *ad med. verſic. ſimiliter in præcedenti eſt dictio. ff. de verb. oblig.* cum aliis per Gabr. *conſ.* 66. *num.* 18. *lib.* 2. *& conſ.* 88. *num.* 6. *lib.* 1 Ruin. *conſ.* 154. *num.* 10. *lib.* 1. Curt. Iun. *de feud. p. 2 ad fin. numero* 75. *verſ. 3. limitat regulam dictam.* Oldrad. *conſ.* 159. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 588. *n.* 24. *lib.* 4.

Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti, cùm ſatis ſupra oſtenſum fuerit expiraſſe obligationem, & hypothecam conſtitutam ſupra dicta domo ad fauorem vxoris, nam Andreas erat ſolùm dominus ad vitam, & cum conditione, ſi filios habuerit, quibus non exiſtentibus, & ſtante eius obitu, dominium fuit reſolutum, & accreuit, vel Magdalenæ ſorori, quæ donauit cum ſimili con-
24 ditione, vel Societati donatariæ, † adeò vt ceſſante obligatione, ceſſet etiam hypotheca vxoris, *l. item liberatur ff. de pignorib.* Neguſ. *eod. tit. membr. 2. part. 6. num.* 11. Ruin. *conſ.* 17. *n.* 8. *lib.* 1. Et ceſſantibus obligationibus, & hypothecis, ceſſant omnes
25 actiones, † & remedia quæ intentantur: Natt. *conſ.* 474. *num.* 34. Roland. *conſ.* 14. *numero* 13. *lib.* 1 Surd. *conſil.* 131. *num.* 11. *lib.* 1.

EPITOME.

Nullitas primæ ſententiæ quando influat in ſequentes. ¶ Verba ex integro procedas quomodo intelligantur. ¶ Actio ſpolij an detur, ſi Iudex, ſeu Princeps nulliter proceſsit. ¶ Et quæ nullitas debeat eſſe. ¶ Et an ſit concedenda reintegratio tam poſſeſsionis, quam fructuum, & acceſsionum vſque ad minimum quadrantem. ¶ Exceptio dominij etiam incontinenti probandi an admittatur contra ſpoliatum. ¶ Poſſeſsio ſpoliatiua an ſit confirmanda, ſi de nouo deberet concedi. ¶ Et quando competat retentio ſi agatur condictione indebiti. ¶ Vel vbi adeſt hypotheca, & docetur de credito. ¶ Et quale illud debeat eſſe. ¶ Spolium quando ante omnia ſit purgandum. ¶ In reſcripto an narratio attendatur. ¶ Verbum, *procedas* quid ſignificet. ¶ Expenſæ quando ſint reficiendæ, ſi cauſa ex integro eſt cognoſcenda. ¶ Et quid ſtante clauſula, *arbitrio Rotæ.* ¶ Iudex quo caſu poſſit procedere ad vlteriora ex eiſdem actis ſtante nullitate ſententiæ. ¶ Et quando acta valida ſint reiteranda, ſi ſunt indiuidua, & habent dependentiam ex actis inualidis. ¶ Ceſsio an requiratur ad effectum retentionis. ¶ Sententia nulliter lata, quando poſsit confirmari, ſi conſtat de illius iuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *Verba* ex integro procedat, *quid ſignificent, num.* 2. 4. 25. 27. *&* 36.

3 *Nullitas primæ ſententiæ quando influat in ſequentes, & numero* 26.

5 *Spolium eſt purgandum, antequam ad vlteriora procedatur, numero* 34. 44. *&* 46.

6 *Actio ſpolij datur quando Iudex ſeu Princeps nulliter proceſſit, n.* 7. 8. *&* 10. *Intellige vt n.* 12.

9 *In ſpolio etiam iudiciali eſt facienda reſtitutio non ſolùm poſſeſſionis, ſed etiam fructuum, & omnium acceſſionum vſque ad minimum quadrantem.*

11 *Iudex procedens nulliter ad inſtantiam partis dicitur ſpoliare, ſicut ipſa pars.*

13 *Retentio datur immiſſo in poſſeſſionem nulliter, quando creditum eſt clarum, & non controuerſum, n.* 16. 20. *&* 21.

14 *Compenſatio, & retentio non conceditur ſtante credito non liquido.*

15 *Exceptio dominij etiam incontinenti probandi non admittitur contra ſpoliatum numero* 49.

17 *Solutio facta anteriori creditori liberat, & an requiratur ceſſio ad effectum retentionis, num.* 18.

19 *Exceptio retentionis opponitur etiam poſt ſententiam ad impediendam illius executionem.*

22 *Poſſeſſio ſpoliatiua numquam confirmatur, quamvis de nouo eſſet concedenda, nec datur retentio, quidquid ſecus ſit, quando ageretur condictione indebiti, num.* 23. *&* 24.

28 *Verbum* procedat, *ſignificat progreſſum, & principium cauſæ, numero* 29.

30 *Reſcriptum an debeat commenſurari à petitione, & quando narratio attendatur, num.* 31.

32 *Expenſæ an ſint prius reficiendæ, ſi cauſa debet ex integro cognoſci n.* 33. *& quid in hoc operetur clauſula arbitrio Rotæ, n.* 52. *&* 53.

35 *Iudex quando poſſit procedere ex eiſdem actis ad vlteriora ſtante nullitate ſententiæ, n.* 37. 38. 39. *&* 41.

40 *Sententia contra mortuum eſt nulla cum omnibus actis à die, quo mortuus eſt.*

42 *Actus eſt reiterandus quando vitium concernit eumdem actum.*

43 *In actis indiuiduis, quæ ſunt valida non poſſunt valere propter vitium, quod adeſt in alijs vnde omnia ſunt reiteranda.*

45 *Confeſſio facta in precibus probat quamvis illæ eſſent ſubreptitiæ, & producerentur in parte & partibus.*

47 *Retentio conceditur vigore hypothecæ, quamvis immiſſio nulliter fuiſſet data, Intellige vt n.* 48.

50 *Non miſereberis pauperis in iudicio.*

51 *Clauſula* arbitrio Rotæ, *temperat rigorem iuris & inducit æquitatem.*

54 *Expenſa ſolum reficiuntur, quæ concernunt ſenten-
tiam nulliter latam, non autem proceſſum validū.*
55 *Sententia nulla poteſt confirmari, ſi conſtat de illius
iniuſtitia.*

CAPVT DCCXXXIV.

INcipiendum eſt nouum iudicium ex toto, ne-
que ſufficit illud inchoare à ſubhaſtatione nul-
liter facta, Cùm enim cauſa ſit commiſſa, vt Iu-
dex ex integro procedat, non poteſt illa diuidi,
1 † tanquam hoc verbum *integrum*, intelligatur,
quod ſine aliqua diminutione ex omnibus ſuis
partibus conſtat totum continendo, *l. nauis, 2. ff.
ad leg. rhod. de iact. l. ſi filia. §. 1. ff. famil. ercifc. l. lo-
cus, ff. de verb. ſignificat. l. fin. de requir. reis, c. non eſt.
& c. commiſſum. de decim.* & rem perfectam ſigni-
ficando: Cirier. *de primogenit. lib. 1. qu. 17. num. 2
tom. 10. p. 1. fol. 32.*

Vnde ex integro cauſam cognoſcere dicimus, quan-
2 do à principio, denuo, ac inſolidum, † & in totum
cognoſcimus, non ſecus, ac ſi antea nihil in ea fa-
ctum eſſet, *l. ait prætor. §. exitus, verſ. ſtipulatio quæ
accepta. ff. de his quæ in fraud. creditor. l. diuus, 2. ff.
de cuſtod. reor. l. ſi is qui hæres §. fin. de except. rei
iud. l. eum qui. in fin. de vſufr. l. admonendi, verſ. ex
integro cauſam agere ff. de iureiur.* Rebuff. *in l. ſylua
cedua. 30. §. integra. colum. 2. ad med. verſ.* 18. & 19
ff. de verb. ſig. fol. 258.

Maximè, quia validitas ſubhaſtationis pendet à man-
datis nulliter in huiuſmodi cauſa relaxatis, cum
actum fuerit contra depoſitarios, apud quos nulla
bona amplius extabant, ſtante ſolutione omnium
acceptorum, vltra alias exceptiones eis compe-
3 tentes, de quibus in facto, † ita vt ſtante nullitate
primæ ſententiæ, ſeu mandati ad fauorem aduer-
ſariæ relaxati prætextu probationis inualidæ, &
eliſæ, ac reprobatæ talis nullitas influat in omnes
actus ſubſequentes, & vitium, quod erat in pri-
mo perſeueret in aliis, adeò vt ob iſtam rationem
non poſſit deueniri ad aliquam executionem, ſeu
deliberationem, & ſubhaſtationem, quamvis eſ-
ſent mille ſententiæ, vel mandata: Sociu. Iun. *conſ.
41. num. 17. cum ſeq. lib. 2.* per doctrinam Io. Andr.
in c. quoniam contra. in fin. de probation. Bald. *in l. li-
bertorum. C. de teſtam.* Fulgoſ. *conſ. 73. paterfami-
lias, col. 4. in princ.* Dec. *conſ. 475. in cauſa quæ ver-
titur, colum. 3. verſ. & breuitèr conſiderandum, n. 13
vſque ad* 17. Ideò cùm ex integro ſit cognoſcen-
dum, debet, ex toto cauſa reuideri cum omnibus
antecedentibus, & ſubſequentibus annexis, &
connexis neceſſariis, cùm aliàs ſine illis non veri-
4 ficarentur verba ex integro, † quæ omnia depen-
dentia continet, conſeruando totam cauſam ſal-
uam, & incolumem, & nulla ex parte diminutam,
ſed totam remanentem in ſtatu ſuo priſtino, &
primæuo cum omnibus partibus integris, & inta-
ctis, *l. ſi inſtituta. in princ. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi
quando. C. de bon. vocantib. lib. 10. l. à diuo pio. §. ſi
ſuper. ff. de re iudic. l. actione. §. item ſi alicui. ff. pro
ſocio l. ſi debitor, ff. de contrah. empt.* Rebuff. *in l. ſyl-
ua cedua 30. §. integra. col. 2. ad med. verſ. 19. & verſ.
20. ff. de verb. ſignific.*

Præterea ſi ex integro eſt procedendum, non poteſt
5 aduerſaria audiri, niſi prius purgato ſpolio, † vn-
de in primis, & ante omnia pronunciandum eſt
ſuper iudicio reintegrationis ad poſſeſſionem ma-
lè, & nulliter captam, & ſubhaſtatam, *l. ſi quis ad ſe
fundum. C. ad leg. Iul. de vi public.* Rip. *in l. natura-
liter. §. nihil commune. n. 26. ff. de acqu. poſſeſſ.* Pariſ.
conſ. 70. n. 25. lib. 4. Surd. *conſ. 28 n. 24. lib. 1* Honded.
conſ. 18. num. 32. lib. 2. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. re-
med. 1. n. 32.* Put. *deciſ. 138. n. 1. lib. 1. in nouiſ.* Rot. *dec.
365. num. 9. p. 1. in recentior.* Ludou. *dec. Peruſ. 17. n. 1*
¶ Non obſtante, quod fuerit ad iſtos actus de-
6 uentum de mandato Iudicis, † cum etiam illo
nulliter, & iniuſtè procedente, detur actio ſpolij
cap. ex inſinuatione 3. de procuratorib. Bart. *in l. iuſtè
poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Abb. *in conquerente de
reſtitut. ſpoliator.* Aym. *conſ. 140. num. 2. ad med.* vbi
7 ampliat etiam ſi quis ſpolietur à Principe † ſine
cauſæ cognitione: Affl. *dec. 361. num. 24. & 35.* Surd.
conſ. 168. num. 26. lib. 2. & conſ. 189. num. 30. eod. lib.
Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 8. n. 3.* Rom. *conſ.
159. col. 2. verſ. 3. quia iniuſte.* Sociu. *conſ. 18. col. 10. &
conſ. 12. col. 2. ad fin. lib. 1.* Rot. coram R. P. D. Vbal-
do Mantuana bonorum. 16. Decembris 1611. quæ
eſt *deciſ. 365. num. 11. ad med. part. 1. in recentioribus,*
& coram R. P. D. Scotto Romana officij 3. De-
cembris, 1607. & 23. Ianuarij 1608. vbi loquitur in
8 ſimilibus adiudicationibus, † de quibus agimus,
provt etiam coram Cardin. Ludouiſio nunc San-
ctiſſimo D. N. Gregorio XV. Romana vineæ. 24
Octobris 1605. Rot. *dec. 85. n. 2. & 3. part. 2. in recen-
tiorib.* Roland. *conſ. 6. n. 12. cum ſeq. lib. 2.* Decian.
conſ. 54. num. 6. & 7. Cephal. *conſ. 501. num. 32. lib. 3*
Honded. *conſ. 82. num. 23. lib. 1. & conſ. 21. num. 2. lib.
2.* Pontan. *de ſpolio. lib. 22. c. 16. num. 182.* Itavt in tali
9 ſpolio † fiat reſtitutio non ſolùm poſſeſſionis, ſed
etiam fructuum, & omnium acceſsionum vſque
ad minimum quadrantem, adeò vt ſi etiam num-
mus deficeret, non cogeretur ſpoliatus alteri in
petitorio reſpondere: Aym. *conſ. 140. num. 3.* poſt
Bald. *in c. conquerente, in princ. de reſtitut. ſpoliator.*
Abb. *in c. accedens, 2. vt lit. non conteſtat.* Ial. *conſ. 162
col. 1. in fin. lib. 4.*

Et paſsim ſpolium, quantumvis iudiciale in primis,
10 & ante omnia eſt purgandum, non minus, † quam
ſi fuiſſet commiſſum à priuato: Abb. *in c. conque-
rente. num. 8.* & ibi Bero. *num. 7. de reſtitut. ſpoliat.*
Gabr. *eod. tit. concluſ. 1. n. 125.* Felin. *in c. dilectus, col.
1. ver. fallit ſecundo de reſcript.* Dec. *in l. ſi. in n. 35. C.
de edict. diu. adrian. tollend.* Menoch. *de recuper.
poſſeſſ. remed. 8. n. 19.* Surd. *conſ. 268. n. 26. lib. 2.* Ca-
putaq. *dec. 186. p. 1.* Roland. *conſ. 6. num. 12. cum ſeq.
lib. 2.* Aym. *conſ. 140. n. 2.* Rot. *dec. 724. in fin. pag. 2
11 in recentior.* † Maximè quando Iudex, provt in caſu
noſtro, proceſſit ad inſtantiam partis, quaſi tunc
ipſamet pars videatur ſpoliare: Dec. *conſ. 125 in cau-
ſa ſpoliationis mota, num. 3.* Benintend. *dec. 93. num.* 8
ſequitur Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana do-
mus, 24. Maij 1619. Cùm præſertim in caſu, de quo
agimus, decretum Iudicis ſit euidenter nullum,
12 † & notorium, provt debet eſſe, ad hoc, vt ſpoliatus
à Iudice reſtituatur iuxta deciſionem Rot. coram
Cardin. Sacrato Romana de Bombellis, 31. Maij
1616. quam pluries ſequuta eſt Rota, & in ſpecie
coram R. P. D. Caualerio Nepeſina laudi. 13.
Februar. 1615. quæ in impreſſ. eſt. *dec. 646. n. 1. p. 2. in
recentior.* dixi latè *ſupr. c. 524. num. 26.*

Non obſtat prætenſa retentio, quæ datur etiam ſtan-
te adiudicatione nulliter facta iuxta deciſ. Surd.
13 46. † Quia procedit, quando creditum eſſet tale,
vt de eo nihil poſſet controuerti, & ex confeſſio-
ne partis in totum redderetur indubitatum, & li-
quidum, vt declarat idem Surd. *d. d. deciſ. 46. in fin.
& per tot.* Rot. coram R. P. D. Vbaldo Mantuana
bonorum. 14. Maij 1612. quæ eſt *deciſ.* 409. *numero
5. in fin. part. 2. in recentioribus,* poſt Gabr. *concl. 1
num.*

num.117.de reſtitut.ſpoliator. Et ſtante credito non
14 liquido † ceſſat retentio,& compenſatio,*l.fin.Cod.*
de compenſat. Alexand.*conſil.93.num.1.lib. 4.* Pariſ.
conſil.121.col.3.in fi.lib.1. Beroſ.*conſ.255.nu. 28 lib.1.*
Roland.*conſil.17.nume. 18.lib.1.* Menoch.*de arbitr.*
caſ.24.n.1. Surd.*deciſ.184.nu.6.* Card.Seraphin.*de-*
ciſ.1455.nu.4. Rot.*deciſ.679.in fin.p.1.in recentiorib.*
15 Cum etiam aduerſus ſpoliatum † non admittatur
exceptio dominij, quamvis incontinenti proba-
retur,& eſſet notoria juxta veriorem opinionem,
de qua per Rot.*deciſ.409.num.5.p.1.in recentiorib.*
Menoch.*de recuper.remed.15.n.411.& conſ.2.n. 189*
& in 1 reſponſ.cauſ.finarien.poſt tract.de recuper.poſ-
ſeſſ.nu.84.cum ſeq. Aym.*conſ.322.col.2.in prin. verſ.*
quod ipſum. Caſtr.*conſ.213.viſo puncto ſuprascripto,*
in princip.lib.2. Dec.*conſil.57.col.fin.& conſil.84.co-*
lum.2. ante med. Guid.Pap.*quaeſt.85.* Surd.*conſ.189.*
n.23.cum ſeq.lib.1. Gabr. *de reſtitut.ſpoliat.concl.1.n.*
45. Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana domus,
24.Maij 1619.

In caſu autem noſtro non ſolum creditum non eſt
liquidum, ſed omnino extinctum, & controuer-
ſum,non confeſſatum,neque adeſt aliqua res iudi-
16 cata, † quæ licet prætendatur, tamen non obſtat
propter claras nullitates, quæ impediunt tranſi-
tum in iudicatum, adeo vt iſta exceptio retentio-
nis non ſuffragetur,vt in *d.deciſ.409. p.1.in recen-*
tiorib. vbi ita declaratur Caputaq. *deciſ.175.p.3.* &
Pontan.*de ſpol.lib.2 nu.184.* Et quod ſit extinctum
dictum creditum ex quo prætenditur dari reten-
tionem apparet ex confeſſione iurata aduerſariæ,
quod bona data in depoſitum aſcendunt ad ſum-
mam ſcutorum quingentorum, & tamen depoſi-
tarij dictorum bonorum ſoluerunt ſcuta 626.vn-
de non poterat fieri adiudicatio pro toto credi-
17 to,quod ex aduerſo prætenditor, † cum iidem de-
poſitarij rectè ſoluerint anterioribus creditori-
bus,inter quos eſt Narus, cui fuerunt ſoluta ſcuta
300. occaſione ſocietatis de anno 1599. quod cre-
ditum eſt longe anterius credito aduerſariæ. Ita
vt ceſſante ceſſione facta per eundem Narum eſ-
ſet potius danda retentio poſſeſſionis prædij iiſ-
dem depoſitarijs,& ceſſionarijs,*leg.1.qui potior. in*
pign.hab.l.1.ff.de his qui in prior.loc.ſucced. Bart.*in*
l.ariſto,numero 6.qua res pign.oblig.poſſ. Rip.*in leg.ſi*
ventri,§.eorum ratio,ff.de priuil.cred. Card. Man-
tic.*deciſ.42. n.3.ad med.*

Quamvis neque ceſſio eſſet neceſſaria, cum ad effe-
18 ctum retentionis, illa non requiratur: † Benin-
tend. *deciſ.50.per tot.* quidquid aliud ſentiat Syl-
neſtr.*conſ.7.num.13.lib.1.* Cum verior ſit contraria
opinio,quam approbauit Rot.coram Card.Man-
tic.Placentina ſaluiani interdicti,10.Iunij 1580.&
latius *de tacit.& ambig.conuent.lib.11.ti.29. num.5.*
Surd.*conſ.183.n.18.lib.2.* poſt Caſtr.*conſil.270. alias*
15.viſis actis.num.4.lib.3. Corn.*conſil.245.lib.2.* Ne-
19 guſ.*de pignorib.p.5.membr.3.num.7.ad fi.* Ita vt † ta-
lis exceptio poſſit opponi etiam poſt ſententiam
ad impediendam illius executionem:Roland.*con-*
ſil.28.num.23.lib.1. Card.Mantic. *deciſ.334. nu.5. &*
deciſ.326.n.1.

Amplius neque confeſſio ſufficeret,nedum res iu-
dicata proueniens ex ſententia nulla, cum requi-
20 ratur ius ita notorium; † vt contrarium probari
non poſſit in petitorio per agentem in ſpolio,
provt poſſet probari error prætenſæ confeſſio-
nis,vt in ſpecie declarat Rot.coram R.P.D. Litta
Meleuitan.prætenſarum penſionum,19.Febr.1596.
quæ eſt *deciſ.9.n.5.p.2.in recẽtiorib.& deciſ.229.n.*
4.& deciſ.741.n.5.p.ead. poſt Gabr.*conſil.51.n.17.&*
18.lib.1. Ægid.*deciſ.624.* Ideo confeſſio debet eſſe
21 omnino clara, † nullam recipiens dubitationem,
nec exceptionem, nec probationem in contra-
rium:Rot.*deciſ.741.n.5.p.2.in recentiorib. & d.de-*
ciſ.229. n.4.

Et quidquid alij teneant,verior eſt concluſio,& paſ-
ſim practicatur, quod poſſeſſio ſpoliatiuè capta
22 nunquam poſſit conſi[illegible] † quamvis de nouó
eſſet concedenda:Chi[illegible]*deciſ.172.* Rot.*deciſ.*
85.nume.4.p.2.in recentior. & coram R.P.D.Ro-
buſterio Romana caſalis ſeu Pedichæ S. Matthæi
12.Iunij 1573.& coram R P.D. Orano Romana de
Pinellis,20.Februarij 1598.& coram R.P.D.Vbal-
23 do Romana domus, 24. Maij 1619.† vbi quod in
cauſa ſpolij non admittitur retentio:Caputaq.*de-*
ciſ.9.lib. 2.in manuſcript. & deciſ.171.libro 3.in im-
preſſ.& text.in l.ſi non ſortem,§. ſi centum, Dig.de
condict. indebiti cum alijs per Surd.*deciſ. 46. nu-*
24 *mero 7.cum ſeq.* † non loquuntur quando actum
fuit remedio ſpolij, ſed condictione indebiti ad
recuperandum fundum datum pro maiori quan-
titate, provt declarat Rot. coram R.P.D.Vbaldó
Romana domorum in burgo, 22. Iunij 1615. & in
dicta Romana domus, 24. Maij 1619. coram eo-
dem.

Nec ſubſiſtit interpretatio data ad reſcriptum, de
quo agimus. Nam aliud eſt dicere, quod ſtante
ſubhaſtatione nulla denuo fiat ſubhaſtatio, provt
ex aduerſo prætenditur ita Principem voluiſſe di-
cere. Aliud eſt quando committitur cauſa, vt Iu-
dex ex integro procedat,tunc enim non poteſt in-
25 cipere à ſubhaſtatione † quia diuideretur cau-
ſa contra mentem Papæ, qui committendo cau-
ſam ex integro voluit,quod à principio, denuo,ac
inſolidum,& in totum cognoſcatur,non ſecus ac
ſi antea nihil factum eſſet, provt ita iſta verba de
iure intelliguntur:Rebuff. qui multis auctoritati-
bus comprobat *in l.ſylua cedua,30.§.integra,col.2.*
ad med. verſ. decimo octauo & decimo nono, ff. de
verb. ſign.

Quorum ratio eſt,quia Summus Pontifex commit-
tendo cognitionem cauſæ ex integro conſidera-
uit antecedentia, annexa, & acceſſoria, ex quibus
ad ſubhaſtationem potuit deueniri, quæ cum po-
tuiſſent ſubiacere vitio inualiditatis, & nullitatis,
26 † tale vitium in omnes actus ſubſequentes in-
fluebat,ideo non poterat deueniri ad aliquam de-
liberationem, & executionem, vel ſubhaſtatio-
nem propter antecedentes nullitates,quæ cum eſ-
ſent in primis actibus,perſeuerabant in ſequenti-
bus:Dec.*conſil.475.in cauſa quæ vertitur,col.3.verſ.*
& breuiter conſiderandum,n.13.vſque ad 17. Socin.
Iun.*conſ.41.n.17.lib.2.* cum alijs adductis *ſupra nu.*
3. Quare bene fuit prouiſum quod omnia depen-
dentia neceſſaria conſiderarentur,& conſeruare-
tur tota cauſa ſalua,& incolumis,& nulla ex par-
te diminuta cum omnibus partibus integris, &
27 intactis, † ad hoc, vt poſſent verificari illa verba
ex integro,*l.ſi inſtituta,in princ.ff.de inoffic. teſt.leg.*
ſi quando, C.de bon.vacantib. lib.10.

Non obſtat,quod illa verba *procedat* ſignificent pro-
greſſum.Rebuff.*in l.3.ad fin.ff. de verborum ſignific.*
28 † Quia etiam alios intellectus habent,vt per Re-
buff. *ibid.* cum etiam paſſim ſignificent princi-
pium cauſæ, vnde dicimus talis Iudex procedat
ſola facti veritate inſpecta, cum ſimilibus clau-
ſulis, tunc enim etiam intelligitur de principio
cauſæ, & non de progreſſu tantum, ideo indicat

29 tam ſuper ineptitudine libelli, † quam ſuper om-
nibus probatis, & non deductis à principio vſque
ad finem cauſæ: Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogo-
nus. 8. de verbor. obligat.* Oſaſc. *deciſ. 5. num. 21.* Iaſ. *in
l. vinum, col. fin. ff. ſi cert. petat.* Surd. *conſil. 273. nu. 2.
lib. 2.*

Nec facit, quod reſcriptum debeat commenſurari à
petitione: Caputaq. *deciſ. 39. nu. 2. p. 2.* cum aliis do-
30 ctoribus, † qui ex aduerſo adducuntur. Quia illi
ſolum dicunt, qu[illegible]tia, & ejus narratiua debet
verificari per impe[illegible]tem, cum narrata ſint pars
gratiæ, *cap. ex parte, de reſcript.* Io. Andr. *in c. 1. de
lit. conteſt. in d.* Ægid. *deciſ. 76.* Immò in interpre-
tando reſcripto nunquam attendunt narratio,
31 † cum illud recipiat vires ex intellectu ſcribentis,
tanquam forma mandati pendeat ex mandante:
Felin. *in c. cauſam quæ. n. 6. in fi. verſ. prædicta decla-
ra. & verſ. ſecunda declaratio, de reſcript.* poſt Bal.
*in l. præſcriptione, ad fin. & in l. reſcripta, C. ſi contr.
ius, vel util. public.* Abb. *in c. ex parte b. in 2. notab.
de for. compet. & in cap. 2. de treug. & pac.* Milius *in
verb. reſcripti verba, fol. 401.*

Minus obſtat reſeruatio expenſarum ſoluendarum
in fine litis conſtito de paupertate. Quia ex tali re-
ſeruatione non colligitur, quod reſcriptum cadat
ſolum pro ſubhaſtatione de nouo facienda, cum
tantum operetur, vt non poſſit aduerſaria cogi ad
32 illarum ſolutionem, † donec cauſa ex integro co-
gnoſcenda eſt, alioquin nec etiam pars poſſet va-
riare, & judicium nouum inſtaurare, niſi prius re-
ficiat omnes expenſas in hac cauſa vſque in præ-
ſentem diem factas: Marcheſ. *de commiſſ. p. 3. §. 5. de
commiſſ. nullit. ſanator. numer. 12. uſque ad 17. fol. 163.*
Veſtr. *in prax. lib. 7. cap. 1. n. 8.* Quare iſta verba non
ſunt ſuperflua, ſed ſuum operantur effectum, vt
quatenus aduerſaria velit nouum iudicium ex in-
tegro inſtaurare juxta formam reſcripti, teneatur
prius dimittere poſſeſſionem, licèt non debeat re-
33 ficere expenſas ita mandante Sanctiſſimo, † cum
alias non poſſet audiri, niſi prius refectis expenſis:
Veſtr. *d. cap. 1. nu. 8. lib. 7.* Et cum Papa ſolum reſer-
uauerit expenſas in fine litis conſtito prius de
paupertate, non ex hoc reſeruauit inſtitutionem
34 poſſeſſionis, & fructuum. † Ideo ſi ex integro pars
vult procedere, prius eſt purgandum ſpolium pro-
pter poſſeſſionem malè, & nulliter ſubhaſtatam
tamquam in ſimilibus ſubhaſtationibus non ex-
cuſet mandatum Iudicis nulliter ad eas proceden-
tis: Aym. *conſ. 140. n. 2. ad med.* Rot. *deciſ. 365. n. 11. ad
med. p. 1. in recentior. & deciſ. 85. n. 2. & 3. par. 2. etiam
in recentiorib.* cum aliis adductis *ſupra verſ. præte-
rea ſi ex integro, n. 5.*

Et ita ex prædictis fuit concluſum, quod videlicet ſit
purgandum ſpolium, & cum pars multum accla-
maret, fuit mandatum iterum audiri, præſertim
cum de nouo opponeretur auctoritas Gloſſ. *in l.
ſi expreſſim, 19. in verb. ab initio, ff. de appellat. & re-
35 lation.* † vbi quod Iudex poteſt procedere ex eiſ-
dem actis ad vlteriora, & per conſequens erit de-
neganda reſtitutio, & reintegratio, neque erit in-
choandum nouum iudicium. ¶ Verum iſta non
obſtant, quia vt ſæpe dictum eſt, in caſu noſtro
non poteſt dari talis progreſſus ad vlteriora ex
eiſdem actis, cum repugnet mens Summi Pontifi-
cis, qui mandauit ex integro procedi, quæ verba
non poſſunt applicari ad eadem acta, cum aliud ſit
ex integro, & aliud ex eiſdem actis cognoſcere;
36 † prout in ſpecie ita notat Gloſſ. *in cap. ad pro-
bandum, 24. in verb. iterum cognoſcatis, de re iudic.*

Sed quidquid ſit de prædictis, neque applicatur opi-
nio Gloſſ. quia debet intelligi cum illa diſtinctio-
ne per Doctores appr[o]bata, videlicet, quod aut
cauſa nullitatis ſententiæ reſpicit ſolùm ipſam
37 ſententiam, vt quia fuit lata die feriata, † & tunc
iudicabitur ex ei[ſ]dem actis, & ita procedit dicta
opinio Gloſſ. & iſte non eſt caſus noſter. ¶ Aut de-
fectus, ex quo ſententia eſt nulla reſpicit vnifor-
38 miter acta, & ſententiam, † vt puta litigatum eſt
cum minore non habente curatorem, & tunc om-
nia acta debent reintegrari, & ita intelligitur *leg.
cum quærebatur.* cum gloſſ. *ibid. ff. de re iudicat.* &
39 neque iſte eſt caſus noſter. ¶ Aut eſt talis defe-
ctus, qui reſpicit ſententiam, & partem actorum,
verbi gratia deceſſit reus poſt litem conteſtatam,
& proceſſum eſt contra mortuum ad ſententiam,
certè talis ſententia eſt nulla cum omnibus actis
40 à die, quo mortuus eſt, † *l. in ſumma, §. vlt. ff. de re
iudicat. l. cius qui in prouincia, verſ. quid ſi ſtipula-
tor, ff. ſi certum petatur, l. penult. & fin. ff. quæ ſentent.
ſin. appellat.* Alexand. *in l. ſi deceſſerit, n. 7. ff. qui ſa-
tiſdar. cogat.* Caſſador. *deciſ. 2. n. 11. de appellat.* Becc.
conſil. 10. in princ. cum declarationibus, de quibus
ſupra cap. 18. num. 19. vſque ad 34. & ideo acta, quæ
ſunt nulla debent iterum fieri, & reſcribi, ſeu re-
cenſeri, & hic eſt caſus noſtro ſimilis. Iſta eſt com-
41 munis, † & approbata theorica: Bartol. *in leg. ſi vt
proponis, la prima, quæ eſt 4. nu. 5. verſ. quæro vtrum
iudex qui de nouo.* vbi Caſtrenſ. *num. 3.* & ibi Franc.
Curt. *in addit. ad Caſtr. Cod. quomod. & quand. iu-
dex.* Idem Bart. *in l. ſi expreſſim. n. 1. ff. de appellat. &
relation. & in l. cum quærebatur, ff. de re iudic.* An-
charan. *in clemen. 1. n. 7. ad med. eod. tit.* Imol. *in cap.
in litteris, colum. penult. ante fin. verſ. tertio poteſt
quæri n. 17. ff. de offic. delegat.* & concludunt omnes
in cap. ad noſtram, 23. vbi gloſſ. *in verb. iterum co-
gnoſcatis.* Abb. *n. 6. in vlt. notab.* Ancharan. *in fi. n.
4.* Imol. *n. 12.* Anan. *nu. 4.* Butr. *num. 14.* Io. Andr. *poſt
med. gloſſ. vltim. de re iudic.* Specul. *de ſent. prolat. §.
iuxta verſic. ſed ſi cauſa.* Alex. *conſil. 54. col. 2. in prin.
42 lib. 5.* † Provt paſſim quando vitium concernit
aliquem actum, ſemper ille actus eſt iterandus, vt
per Butr. *in d. c. ad probandum, in fi.*

Quibus additur, quod ſumus in actis indiuiduis, quæ
habent dependentiam ad alia acta, quo caſu illa,
43 † quæ ſunt valida non poſſunt valere propter vi-
tium, quod adeſt in aliis ab eis dependentibus, vn-
de omnia ſunt iteranda, & iterum de nouo fa-
cienda, quidquid aliud ſit in ſeparatis nullam de-
pendentiam habentibus, vt in ſpecie concludit
Imol. *in cap. ad probandum. 24. numero 18. de re
iudic.*

Cum etiam non poſſit ad vlteriora procedi ſtante
44 expreſſa oppoſitione ſpolij expulſiui, † cum poſ-
ſeſſore reclamante fuerit facta eiectio nulliter, &
abſque vlla cognitione, non ſeruata aliqua ſolem-
nitate ſtatuti, tunc enim prius ſemper eſt danda
reintegratio, quamvis conſtaret de bono iure ſpo-
liatoris, vnde multò magis in caſu noſtro, in quo
nullum bonum ius ſpoliantis apparet, vt ſupra
oſtenſum fuit: Put. *deciſ. 183. nume. 2. lib. 1.* Alex. *in l.
iuſte poſſidet, §. nihil commune, num. 18. ff. de acquir.
poſſeſſ.* Et quod non fuerit ſeruata forma ſtatuti,
ſed proceſſum abſque aliqua cognitione, vltra
quod apparet ex actis, probatur etiam ex preci-
bus ex aduerſo porrectis coram Sanctiſſimo, in
45 quibus omnia prædicta aſſeruntur, † ita vt talis
aſſertio, & confeſſio probet contra confitentem,
l. cum precum, C. de lib. cauſ. quamvis reſcriptũ eſſet
nullum

nullum, & ſubreptitium, cum ſit adeo potens, vt amplius non poſſit reuocari: Aym.*conſ.201.num.5. vſque ad 7.*Iaſ.*conſ.156.col.3.in fin.lib.2.*& quamvis etiam reſcriptum eſſet productum in parte,& partibus:Oſaſc.*deciſ.*38.*num.*26. Cum etiam mandatum vigore prætenſi crediti fuerit relaxatum in plus quam deberetur, vt conſtar ex confeſſione ejuſdem aduerſariæ petentis deduci ſcuta 82.prius recepta, & ex declamatione Iudicis mandantis
46 deduci etiam ſcuta centum ſoluta Scotto, † itaut magis appareat de nullitate actorum,quæ omnia corruunt,adeo vt intret quoque ſpolium:Rot.coram R.P.D.Iuſto Romana ſpolij bonorum 23. Februarij 1600.

Ex quibus etiam eſt ſublatum, quod iterum opponitur de hypotheca, cujus vigore datur retentio, ſi
47 de ea incontinenti doceatur, † quamvis immiſſio fuiſſet nulliter data:Bart.*in l.3.§.vltim.in fin.ff. de acquir.poſſeſſ.* Dec.*conſ.*449.*numero* 2.Oſaſc.*deciſ.* 37.*num.*17.Surd.*deciſ.*46. *numero* 13.14. *&* 16. Quia prædicta intelliguntur, quando poſſeſſio fuit amiſſa culpa rei conuenti ob ejus contumaciam, tunc enim, ſi creditor offerat probare hypothe-
48 cam debet audiri,& impeditur reſtitutio.† Aliud eſt in caſu noſtro, in quo nulla fuit amiſſa poſſeſſio ex culpa,& contumacia poſſidentis,ſed ſpoliatio præceſſit à Iudice nulliter procedente, ideo neque ratione hypothecæ, ob quam prætenditur retentio,debet impediri reintegratio,vt in ſpecie, ita diſtinguit, & de vera & communi opinione teſtatur Rot.coram R. P.D. Vbaldo Romana domus,24.Maij 1619.poſt Alexand.*in d.l.3.§. vlt.* vbi Herculan.*numero* 13.*ff.de acquir.poſſeſſ.*Negueſ.*de*
49 *pignorib.membr.2.p.3.nume.20. & 21.*† Cum etiam neque ratione dominij,quod eſt fortius, retardetur reſtitutio in ſpolio:Menoch.*de recuper.poſſeſſ. remed.15.numero 411.& conſil.2.num.*189.Dec. *conſ.* 57.*numero* 6. Cabr.*de reſtitut. ſpoliat.concluſ.*1.*numero* 45. & de communi Rot. in d.cauſa Romana domus, ad med. Ex quibus omnibus ita fuit ſententiatum poſt plures, & plures propoſitiones in hujuſmodi cauſa Romana ſpolij, declarando competere reintegrationem petitam, & purgandum eſſe ſpolium,non obſtantibus acclamationi-
50 bus paupertatis,† cum in judicio non ſit miſerendum pauperi,*Exod.*23. Euerard.*loc. argum.* 5.*à libertat.ad cauſ. n.* 383.

Quo verò ad expenſas reficiendas,quando cauſa debet ex integro cognoſci, notandum eſt, quod ſi Papa reſcribat cognoſcendum eſſe ex integro re-
51 fectis expenſis arbitrio Rotæ, † tunc tale arbitrium temperat rigorem iuris, & ſeruat æquitatem,Creſcent.*deciſ.*4. *num.*3.*de teſtib.* juxta notata per Bart.*in l.vnic.num.*5.*C.de legib.* cum aliis relatis *in tract.de clauſul.par.*1.*clauſul.*13.*num.*3. Gonz. *ad reg.*8.*in annotat.contra nullit.& attent.num.*284.
52 *cum ſeq.*Vnde † quamvis verba reſcripti denotarent primam ſententiam eſſe circumſcribendam, nulla habitá conſideratione ipſius, tanquam nulliter lata, quod facit, vt expenſæ debeant refici, cũ pars fuerit grauata litigare in judicio nullo,& inualido.Tamen ſi conſtaret,de bono iure partis, & de iuſtitia dictæ ſententiæ, non erunt reficiendæ expenſæ,ſtante præfata clauſula,*arbitrio Rotæ,*
53 † prout in ſpecie fuit deciſum coram R.P.D. Manzanedo Calaguritana reſidentiæ de enciſo, 1.Iunij 1612. quæ eſt *deciſ.*400.*p.*2. *in recentior.*vbi etiã declarantur contrariæ deciſiones coram R. P. D. Coccino Decano Cathanien. quartæ portionis, 12. Februarij 1610. & coram R.P.D. Iuſto Sege-
54 bien.penſionis,14.Aprilis 1606.† Et quando proceſſus fuit validè inſtrictus,& ſola ſententia patitur nullitatem, tunc expenſæ reficiendæ reſpiciunt ſolam ſententiam, non autem proceſſum,vt *in d.deciſ.*400.*numero* 1.*ad fin.*poſt Rot.*diuerſ. de-*
55 *ciſ.*129.*par.*3.*lib.*3.† vbi etiam quod ſententia juſta poteſt confirmari,quamvis eſſet nulla, juxta conſ. Alexand.67. *ad med.ver.ideo ne fundamentum lib.* 6.poſt Innoc. & Ioann. Andr. *in c.* 1. *de confirmat. vtil.vel inutil.* Bart.*in l.ſi expreſſim, de appellat. & in leg.ſi vt proponis, la prima C. quomodo & quando iud.*Bald.& Salic.*in l.*1.*Cod.quand.prouocar.non eſt neceſſ.* cum declarationibus, de quibus *in deciſ. March.*144.*n.*26.*vſque ad* 30.*& ibid.in addit.num.* 6.*vſque ad* 10.

EPITOME.

Statutum prohibens fideiuſſionem fieri ad fauorem forenſium an ſit validum.¶ Et quando illi poſſit renunciari etiam cum iuramento. ¶ Et an comprehendat cauſam dotis. ¶ Dictio *omnino* quid ſignificet. ¶ Ius ciuile quando ſit ſeruandum in foro animæ. ¶ Dos quo caſu ſit comprehenſa in diſpoſitione generali. ¶ Et an pro ea poſſit quilibet obligari etiam abſque ſolemnitate per ſtatutum requiſita. ¶ Conſtitutio, per quam prohibetur alienatio in exteros, an valeat,& ſit fauorabilis,vel odioſa,quamvis ſit pœnalis,& diſponat de certa ſpecie perſonarum. ¶ Et an extendatur ad præſcriptionem & ad cauſam dotis,& alimentorum. ¶ Prohibitus alienare, quando poſſit facere actum ex quo ſequatur alienatio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens fideiuberi ad fauorem exterorum eſt validum,& illi non poteſt renunciari.*
2 *Renunciatio legis prohibitiuæ non datur, quando annullatur actus ipſo iure.*
3 *Variæ ſignificationes dictionis* omnino.
4 *Renunciatio ſtatuti etiam iurata non valet, quando illud eſt inductum ob publicam vtilitatem,vel priuatam inſeparabilem à publico,n.*5.
6 *Ius ciuile eſt ſeruandum etiam in foro animæ,vbi expreſsè non reprobatur ab Eccleſia, nec continet peccatum.*
7 *Obligatio,& fideiuſſio valet inter ipſos ciues, ſi ſtatutum prohibeat fideiuberi ad fauorem forenſium.*
8 *Conſtitutio prohibens fideiuſſionem non comprehendit dotem.*
9 *Statutum generale non extenditur ad cauſam dotis quando dos eſſet in illo caſu priuilegiata,n.*10.
11 *Dotes ſunt priuilegiatæ in materia fideiuſſionis.*
12 *Omnes cuiuſcumque conditionis obligantur pro dote etiam abſque ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutũ.*
13 *Statutum ſi prohibeat alienari bona in forenſes eſt validum, & dicitur fauorabile non odioſum quamvis eſſet pœnale,& diſponeret de certa ſpecie perſonarum, num.* 14.
15 *Præſcriptio cenſetur prohibita per ſtatutum prohibens bona alienari in exteros.*
16 *Appellatione alienationis comprehenditur etiam vſucapio, & præſcriptio.*
17 *Prohibitus alienare non poteſt facere actum, ex quo ſequatur alienatio.*

18 *Dotes, & alimenta poſſunt relinqui non obſtante ſtatu-
to prohibente bona alienari in forenſes.*
19 *Probibitus acquirere immobilia non probibetur illa
habere ex cauſa dotis.*

CAPUT DCCXXXV.

(Adde *ſupra ad cap.233.n. 33.*)

PRohibentur omninò incolæ in ſtatuto exhi-
bito fideiuſſionem facere ad fauorem extero-
rum, & cum dubitaretur de ejuſdem ſtatuti validi-
1 tate dixi illud eſſe adeo validum, † vt eius diſpoſi-
tioni non poſſit aliquo modo renunciari, cum ſit
prohibitiuum, & cenſeatur factum ob publicam
vtilitatem ſcilicet omnium ciuium, ne depaupe-
rentur pro commodis forenſium, quoniam inte-
reſt ciuitati habere locupletes ſuos ſubditos, & ne
ipſi malè vtantur ſua ſubſtantia, ponendo ſe in
periculo pro forenſibus. Ita in ſpecie hujuſmodi
ſtatuti per ſupradictas rationes concludit Caſtr.
*conſ.254. viſa quadam ſecuritate facta in 1. dub. lib.
1. & conſ.424. ad primum quæſitum reſpondetur quod
ſtatutum prædictum, in vlt. dub. num.3. lib.2.* quem ſe-
quitur Felin. *in c. ſi diligenti, 12. col.7. ad med. verſ.
tertium corollarium ſtatutis factis pro bono publico,
numer.10. de foro compet.* Barbat. *conſ. 12. col.3. ante
med. verſ. & ſi quiſpiam adducat. lib.1.* & de dicto
conſ. Caſtr. meminit etiam Natt. *conſ.52. in fin. verſ.
ex præmiſſis apparet.* Alex. *conſ.41. viſis quæ ſubtili-
ter, n.12. & 13. lib.5.*
Provt paſſim legi prohibitiuæ, quod non dentur fi-
2 deiuſſores, non poteſt renunciari, † *leg.1. & 2.* vbi
Bart. *in fin. verſ. vltimo quæro, n.3.* Bald. *poſt medium
verſ. & adde quod dicit.* Salic. *in fin. verſ. quæro octa-
no, C. ne fideiuſſor. dot. dent.* Alex. *conſ. 41. nu.14. lib.5.*
vbi quod maximè procedit, quando lex, vel ſtatu-
tum annullat ipſo iure actum, provt eſt in caſu
noſtro tunc enim minus admittitur renunciatio:
Cyn. & Bald. *in auth. ſi qua, Cod. ad Velleian.* Idem
Bald. *in l. antiqua, §. fin. eod. tit. & in l. ſi quis in con-
ſcribendo, C. de epiſcop. & cleric.* Felin. *in cap. ſi dili-
genti, 12. n. 10. verſ. quartum corollarium legi haben-
ti, de foro compe. & in cap. cum acceſſiſſent, 8. in 3. no-
tab. declar. 3. n.7. de conſtitutionibus.*
Stante præſertim illa dictione omninò, de qua in ſta-
3 tuto, quæ idem importat, † quod penitus, prorſus,
præcisè, ex toto, & totaliter, & in perpetuum, in-
ducendo continuum effectum, & ſine ope exce-
ptionis, abſque vllo remedio, ad vnguem, & indi-
ſtinctè, & ſine aliqua conditione, cum priuatione
contrarij actus, ita vt aliter non poſſit fieri, & nul-
lum ius dicatur reſeruatum, & ſine aliqua diſpen-
ſatione, & ipſo iure ad oſtendendam magis eni-
xam voluntatem diſponentis, adeo vt ſtatim ſit
parata executio, & quidem præciſa, vt latè expli-
cat Felin. *in cap. ex parte, il primo, quod eſt 6. in prin.
de offic. delegat.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. re-
uertatur, num.76. vſque ad 82. Cod. de reuocand. do-
nat.* Bertazzol. *clauſul.21. gloſſ.28. num.3. & clauſul.
32. gloſſ.4. num.6.* Alexand. *in precibus, col.1. C. de im-
pub. & aliis ſubſtit. & conſ.88. in princ. lib.4.* Corn.
conſ.59. col.2. verſ. quod maximè, libro 2. Gemin. &
Franc. *in cap. vlt. de offic. de legat. in ſexto,* Aret. *in
cap.1. col.4. de accuſat.*
Quæ etiam procedunt, quamvis fuerit renunciatum
4 tali ſtatuto, cum iuramento † tanquam ſit indu-
ctum ad publicam vtilitatem, ob quam ſimiles re-
nunciationes iuratæ nihil operantur: Surd. *de
alim. tit.8. priuileg.56. nume. 55. vſque ad 59.* vbi am-
pliat procedere non ſolum, quando principaliter
5 ſtatutum fuit factum ad publicam vtilitatem, †
ſed etiam priuatam, quæ tamen non poſſit ſepara-
ri à publica: Butr. *in cap. cum contingat, ad fin. de iu-
reiurand.* Gozad. *conſil.88. col. vlt. n.20.* Felin. *in cap.
ſi diligenti, 12. n.16. verſ. dicta regula, de foro compet.*
quæ tamen de iuramento ſunt intelligenda juxta
ea, quæ dixi *ſupra cap.333. n. 33.*
Maximè, quia ſumus in loco, vbi ſeruatur ius ciuile,
6 non autem ius canonicum, † tunc enim non ad-
mittuntur iſtæ renunciationes legi prohibitiuæ
de dandis fideiuſſoribus, quamvis enim illæ con-
ualidarentur iuramento propter auctoritatem iu-
ris canonici. Tamen ſi illud non debet obſeruari,
quando ſtandum eſt iuri ciuili, conſequens eſt, vt
nullus poſſit fideiubere ſtante prohibitione iuris
ciuilis, quod debet ſeruari in foro animæ, vbi ex-
preſsè non reprobatur ab eccleſia, neque continet
peccatum in ſe, nec lucrum proximo odioſum, nec
quendam magnum rigorem cum ſimilibus, de qui-
bus per Felin. *in c.1. num.47. col.17. in fin. verſ. extra
prædictos tres caſus, de conſtit.* poſt Abb. *in c. filius, n.
3. de teſtam.*
Valebit tamen obligatio, & fideiuſſio inter ipſos ci-
7 ues, quaſi non ſit contra Rempublicam † propter
coæqualitatem, vt notat in ſpecie ſimilis ſtatuti
Caſtr. *conſ. 251. viſa quadam ſecuritate facta, in 1.
dub. in princ. verſ. licet inter ipſoſmet, lib. 1.* argum. *l.
ſed & milites, 10. poſt princ. verſ. coæqualitas enim
honoris, ff. de excuſat. tutor.*
Provt etiam idem ſtatutum non comprehendet cau-
ſam dotis, ita vt ciuis fideiubens pro extraneo de
8 dote ſoluenda, † teneatur non obſtante hujuſmo-
di ſtatuto: Natt. in ſpecie *conſ.52. numero 14. col. pe-
nult. & vlt.* quem ſequitur Surd. *deciſ.164. numero 5
verſ. & per rationem prædictam.* Hering. *de fideiuſſ.
9 c.10. num. 270.* Cum † ſtatutum generaliter diſpo-
nens non comprehendat cauſam dotis, quæ ſem-
per & vbique præcipua eſt: Salic. *in l. ſi. C. de iur.
dot.* & quamvis hoc procedat, quando dos eſſet in
10 illo caſu priuilegiata, † cum alias comprehende-
retur in ſtatuto generali: Dec. *conſ.5. & conſ.301. per
tot.* Surd. *deciſ.318. num.4. & deciſ.287. nume.4. & 5.*
Tiraq. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ.14. num.1. cum
ſeq.* Anchar. *conſil.94.* Soc. Iun. *conſ.12. n. 12. libro 2.*
Tamen in materia fideiuſſionis habemus leges
11 claras, per quas dotes ſunt priuilegiatæ, † cum
mulier, licet ſit tuta velleiano, *auth. ſi qua mulier,
C. ad Velleian.* nihilominus ſi fideiubeat pro dote,
eo non iuuabitur, ſed cogetur dotem ſoluere, *l. fin.
ad Velleian.* Bald. *Nouell. de dot. p.6. priuil.48.* Natt.
conſ.52. col. vlt. in princ. iuxta *l. promittendo, ff. de
12 iur. dot.* † vbi omnes, & cuiuſcumque conditionis
obligantur pro dote, tanquam adſit publica vtili-
tas, vt mulier non remaneat indotata, provt dici-
mus de obligatione minoris, & filijfamilias, quæ
valet ratione publici officij abſque ſolemnitati-
bus ſtatuti: Roman. *in l. ſi quis in graui, §. hi quoque,
ff. Syllanian.* & latè ſequendo Natt. & Bald. *Nouell.*
comprobat Surd. *deciſ.164. n.3. vſque ad 7. & deciſ.
287. n.26.* Lamberteng. *de contract. mulier. gloſſ. 21.
n.4.* Crot. *in l.1. nu.103. ff. ſolut. matrimon.* Pariſ. *conſ.
81. nu.9. lib.3.* Socin. *conſ.80. nu.23. & 27. lib.4.* Ruin.
conſ.61. num.3. lib.3. Cott. *in memorab. in verb. ſtatu-
tum requirens conſenſum.* Neguſant. *de pignorib. p.8.
memb.1. n. 26.*
Quibus additur, quod dicimus de ſtatuto prohi-
bente bona alienari in forenſes, quod eſt validum
tanquam conditum ad publicam vtilitatem
ad ef-

13 ad effectum, vt poſſidentes immobilia † cogi poſ-
ſint ad ſubeundum onera, & vt collectæ facilius
ſoluantur, ideo non poterit dici odioſum, ſed fa-
uorabile, & reciplet extenſionem, neque erit ſtri-
ctè, ſed latè interpretandum, quamvis eſſet pœna-
le, vt multis auctoritatibus comprobat Surd. *con-
ſil*.276.*num*.8 *&* 9.*lib*.2 poſt Alex.*conſ*.116.*nu*.8 *lib*.
6.Rip.*in l. filiusfamilias*, *§ divi*.*nume*.79.*&* 80 poſt
14 Bar.*ibi*.*num*.11 *ff.de legat*.1.Dec.*conſil*.661 *n*.5.† ¶ Ita
vt valeant ſimilia ſtatuta, quamvis etiam expreſsè
diſponerent de certa ſpecie perſonarum, videli-
cet, quod non poſſit quidquam relinqui vxori, vel
vltra certam quantitatem: Bar.*in l*.1 *num*.32.*C.de
summ.trinit*.Iaſ.*in l.ex facto*,*nume*.9 *ff.de vulgar*. *&
pupil*.*&* *in l.ſi is qui*,*num*.5 *ff.eod.tit*.Alexand. *conſ*.
128.*num*.1 *lib*.7.Pariſ.*conſil*.16 *num* 9 *lib*.3.Benedict.
in c. Raynutius,*in verb. vxorē nomine adelaſiam*.*de-
ciſ*.5 *num*.215.*de teſtam*.Socin.*conſil*.79 *num*.3 *lib*.4.
15 Surd.*de aliment.tit*.8 *privileg*.41 *n*.1 *&* 2. † ¶ Adeo
vt idem ſtatutum, ex quo prohibet alienari bona
in forenſem, cenſeatur etiam prohibere præſcrip-
tionem: Alex.loquens de ſimili ſtatuto *conſ*.1 *num*.
20 *&* 23 *lib*.4.Iaſ.*conſil*. 166 *in fin*. *lib*.2. Ruin. *conſ*.
41 *num*.26 *&* *conſil*.75 *num*.8 *lib*.1 juxta doctrinam
Bart.*in l.vbi lex*, *ff.de vſuca*. & quidquid alij con-
tradicant, iſta eſt verior opinio, & magis commu-
nis, vt latè teſtatur Surd. qui omnibus reſpondet
16 *conſ*.276 *nu*.11.*vſque ad* 28 *lib*. 2. ¶ † Prout regula-
riter appellatione alienationis comprehenditur
etiam vſucaptio, & præſcriptio, *l. alienationis ver-
bum*, *ff.de verb.ſignific*.Caſtr.*in l*.2. *Cod.de vſuc.pro
emptor*.Bald.*in leg.acceptam*,*quæſt*. 22.*Cod.de vſur*.
Alex.*conſ*.74 *col.vlt.in fin.lib*.3. Socin.*conſ*.251 *n*.23
lib.2.Tiraq.*de retract.conſanguin*.§.1 *gloſſ*.9 *nu*.247.
17 Becc.*conſ*.25.*in fi*. † ¶ Cum etiam prohibitus alie-
nare non poſſit facere actum, ex quo ſequatur
alienatio: Bart.*in l.codicillis*, §.*matre*, *ff.de legat*.2.
Bal.*in rubr.Cod.qui admitt.in fi*. Becc. *conſ*.35 *num*.
2.Tiraq.*de retract.conſanguin*.§.1.*gloſſ*.14.*numer*.14.
Lancellott. Gallia. *ſuper conſuetud*. *Alexand. in
verb.legare.n*.14.

Nihilominus prædicta procedunt in caſibus non
18 priuilegiatis, cum ſecus ſit in illis, † in quibus ad-
eſt aliquod priuilegium; nam in eis ſtatutum non
habet locum, prout in cauſa dotis, & alimento-
rum, in quibus non obſtante ſtatuto prohibente
alienari bona in forenſes, licebit eis relinquere
dotes, & alimenta, quæ tanquam fauorabilia cen-
ſentur excluſa ab eodem ſtatuto: Cardin.*conſil*.66.
ad fin.quem refert, & ſequitur Surd.*de aliment.tit*.
8.*priuil*.41 *n*.3.Lancellot.*ſuper cōſuetud*. *Alexand*.
in verb.ſolidos,*n*.5 12 *&* 13.Plor.*conſil*.19 *n*.84.Lam-
berteng.*de contractib.cor.qui ſin.cert.ſolemnit.gloſſ*.
1.*nu*.52.Caſſan.*ſuper conſuet*. *Burgund.rubr*. 4.§.1*in
gl.in verb.contracts entre*,*n*.23.*fol*.507.Natt.*conſ*.52.
19 *n*.19. † vbi quod ſtatutum prohibens forenſem ac-
quirere bona immobilia non comprehendit cau-
ſam dotis tanquam priuilegiatam: Dionyſ.de Pe-
ruſ.*l.benignus*, *ff.de legib*. quem refert, & ſequitur
Franciſc.Curt.*conſil*.27.*magnificus vir.col.fin*.juxta
l.libertis.§.*poſthumus*, vbi gloſſ.*in verb. non videri*,
ff.de alim. & cibar. leg.

EPITOME.

Poſſeſſio ciuilis remanens apud dominum di-
rectum quando operetur, vt poſſit dari manu-
tentio. ¶ Statutum continuans poſſeſſionem
bonorum defuncti in filium in quibus caſibus
procedat. ¶ Exhibitio iurium quando ſit facienda
probato intereſſe. ¶ Edictum de edendo an ha-
beat locum contra ſucceſſores. ¶ Et quando illi
conueniantur ex eiſdem actis inchoatis cum an-
teceſſore. ¶ Inſtrumentum exemplatum tam à
notario, qui de eo fuit rogatus, quam ab altero,
quo caſu dicatur originale, ita vt non ſit neceſſa-
ria citatio. ¶ Legalitas notarij an ſit probanda.
¶ Scripturæ compulſatæ quando ſint in forma
probanti. ¶ Et an defectus citationis obſtet, ſi iu-
dicium fuit inchoatum in curia, & in compulſo-
rialib. ſit citatus procurator, qui nominauit pro-
curatorem in partibus ad aſſiſtendum extractio-
ni, ita vt eo non reperto, valeat extractio abſque
vlteriori citatione. ¶ Exemplatio, quæ fit ob ti-
morem amiſſionis probationum, quas ſolemnita-
tes requirat. ¶ Et an ſit facienda per publicam
perſonam. ¶ Aſſertioni notarij circa ejus deputa-
tionem, & nuncio referenti citaſſe de mandato
iudicis an ſit credendum, tam de ſtylo, quam de
iure. ¶ Scripturæ repertę in archiuio quando pro-
bent, & requiratur probatio temporis requiſitio-
nis. ¶ Conſuetudo de habenda fide iuribus in ar-
chiuio exiſtentibus an ſit contraria iuri commu-
ni, & quando debeat eſſe præſcripta ſpatio tri-
ginta annorum. ¶ Vaſalli an admittantur in teſtes
pro domino. ¶ Falſitas an reddat teſtem inhabi-
lem in totum, quamvis deponere per verbum *cre-
dit*, & in articulo impertinenti. ¶ Bona libera ſub-
rogata in locum feudalium quando ſint effecta
feudalia. ¶ Confeſſio vaſalli an probet feudum.
¶ Probationes imperfectę quo caſu cōiungantur.
¶ Permixtio in cataſto bonorum allodialium
cum feudalibus an operetur incertitudinem, ob
quam non poſſit ferri ſententia ad fauorem do-
mini feudi. ¶ Depoſitio teſtium contraria con-
feſſioni partis an ſit conſideranda, ita vt non
præualeat confeſſio. ¶ Feudum an arguatur ex
præſtatione fidelitatis, & ex deſcriptione bono-
rum in regiſtro, & de vno prædio ad aliud. ¶ Fœ-
minæ quando ſint capaces feudi tam paterni,
quam antiqui in præjudicium agnatorum. ¶ Et
quid in conceſſione remuneratoria. ¶ Vel cum
facultate alienandi. ¶ Vel pro hæredibus & ſuc-
ceſſoribus. ¶ Exiſtentia ſcripturarum quando
præſumatur in ſucceſſore in dignitate. ¶ Et an
illi poſſit obiici exceptio attentatorum anteceſ-
ſoris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis continuat poſſeſſionem bonorum de-
functi in filium, & procedit etiam in infante, nu*.2.
& quando habeat locum in feudalibus.n.3 *&* 4.
5 *Res inter alios acta alteri non nocet.*
6 *Confeſſio non præiudicat non habenti cauſam à confi-
tente. & n*.89.
7. *Poſſeſſio ciuilis remanet apud dominum directum, cu-
ius vigore datur ei manutentio. Intellige vt n*.8.
9 *Statutum continuans poſſeſſionem in filium facit, vt
illa nunquam poſſit dici vacans, aut per alium ap-
prehendi valeat.*
10 *Exhibitio iurium eſt facienda ſi petatur per eum, qui
habet intereſſe, & illud probabitur iuramento.nu*.
11.*&* 66.*Declara vt n*.12.
13 *Edictum de edendo habet locum contra ſucceſſores,
quamvis negent eum iuramento rem ad eos non
perueniſſe.n*. 14. *&* 15.
16 *Lex præſumit exiſtentiam ſcripturarum in ſucceſſo-
re, in dignitate, & ſtatu.*

27 Exceptio non exhibitionis obſtat Epiſcopo ſucceſſori, ſicut antecesſori.
28 Lis & cauſa, & inſtantia inchoata cum antecesſore tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, qui etiam conuenitur ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu manente, n. 19 & 20.
21 Exceptio purgationis attentatorum poteſt obyci ſucceſſori in dignitate.
22 Inſtrumentum publicatum à notario de eo rogato habet vim originalis, & plenè probat abſque citatione partis, quæ requiritur quando exemplaretur ab illo, qui non fuit rogatus. n. 23. Intellige vt n. 24.
25 Legalitas & approbatio notarij debet probari, vt inſtrumenta illius probent, ſecus in antiquis. n. 26.
27 Inſtrumentum originale ſi adeſt non eſt docendum de matrice.
28 Scripturæ ſunt in forma probanti, ſi fuerint compulſatæ auctoritate Iudicis, & parte citata, & præuia recognitione.
29 Defectus citationis non obſtat, ſi iudicium fuiſſet inchoatum in curia, & in compulſorialibus eſſet citatus procurator, qui nominauit procuratorem in partibus ad aſſiſtendum extractioni, quo nõ reperto valebit extractio abſque aliqua citatione n. 30.
31 Exemplatio, quæ fit ob timorẽ amittendæ probationis, requirit decretũ Iudicis, & alias ſolẽnitates, quæ tamẽ non sũt neceſſariæ ſtante cõſenſu patris. n. 32.
33 Aſſertioni notarij non ſtatur circa conſenſum præſtitum, niſi adſint teſtes.
34 Exemplatio eſt facienda per notarium publicum, niſi in loco exemplationis non adeſſet, nam tunc ſufficeret perſona priuata.
35 Scripturæ repertæ in archiuio probant, ſi illud ſit publicum, & cuſtoditum ab officiali publico, & probetur tempus repoſitionis. n. 39 & 44.
36 Notario aſſerenti ſe eſſe deputatum ad cuſtodiendum archiuium de ſtylo creditur, ſicut nuncio referenti ſe citaſſe de commiſſione Iudicis, quidquid aliud ſit de iure. n. 37 & 38.
40 Legalitas ſcripturæ ex quibus adminiculetur.
41 Iura non habentia ſubſtantialia publici inſtrumenti non ſumunt robur ab archiuio.
42 Conſuetudo de habenda fide ſcripturis in archiuio repertis eſt contraria iuri cõmuni, & nõ valet, niſi fuerit præſcripta ſpatio 30. vel 40. annorum. nu. 43.
45 Vaſalli an admittantur in teſtes pro domino. num. 46 & 47.
48 Teſtis deponens de iudicio ſuo non probat, quamvis eſſet religioſus.
49 Falſitas teſtis reddit illũ inhabilẽ, licet falsũ deponeret ſuper articulo impertinẽti, & per verbũ credit.
50 Teſtis falſus in nulla parte ſuæ depoſitionis fidẽ facit.
51 Bona libera ſubrogata in locum feudalium, quando dicantur feudalia. n. 53 & 55.
52 Subrogatum ſumit naturam ſubrogati etiam in correctorijs.
54 Confeſſio vaſalli probat feudum.
56 Probationes imperfectæ quando coniunguntur. nu. 57. & 58.
59 Qualiter res præſumitur libera, non autem feudalis. & num. 67.
60 Bona non probantur eſſe feudalia, ſi fuerint permixta cum allodialibus. n. 62. 63. 69. 70. & 71.
61 Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem.
64 Reo ſufficit offuſcare probationes actoris, illaſque dubias reddere.
65 Iudex ſtante incertitudine non poteſt aliquam ferre ſententiam.
68 Depoſitio teſtium contraria confeſſioni partis non conſideratur, & præualet confeſſio.
72 Feuda emptitia non ſeruant naturam recti feudi, & tranſeunt ad fœminas.
73 Præſtatio iuramenti fidelitatis an arguat feudum numero 74.
75 Licentia alienandi facit feudum francum, & tranſitorium ad fœminas.
76 In conceſſione feudi pro hæredibus, & ſucceſſoribus veniunt fœminæ.
77 Retentio rei ſpectantis ad feudum facit præſumere feudum, dummodo non probetur alia cauſa retentionis.
78 Ad præſumendum feudum non arguitur de vno prædio ad aliud ſeparatum, ſed debent eſſe prædia ſub vno corpore comprehenſa.
79 Conceſſio remuneratoria mutat feudum, vt tranſeat ad fœminas & extraneos, & facit actum irreuocabilem, quamvis præcedat ingratitudo. n. 80. & 81.
82 Feudum quando arguatur ex deſcriptione bonorum in regiſtro. n. 83.
84 Confeſſio dubia non nocet, & interpretari debet contra confitentem etiam in materia fauorabili.
85 Pluralitas præſumitur, niſi probetur identitas.
86 Fœminæ quando ſint capaces feudi etiam paterni, & antiqui in præiudicium agnatorum. n. 87 & 88.

CAPVT DCCXXXVI.

DE pluribus fuit dubitatum in cauſa Signiæ bonorum ſeu feudi, ideo vt diſtinctè omnia terminentur, ſuper quolibet puncto adnotabitur reſolutio, & quo ad primum dubium, an concedendum ſit mandatum de manutenendo Mariæ, dicebam concludendum eſſe affirmatiuè, quia conſtabat de poſſeſſione Curtij ſui patris de tempore obitus, & quod reliquerat vxorem prægnan-
1 tem, ex qua poſtea orta eſt Maria, † ita vt vigore ſtatuti vrbis *lib. 1 cap. 147.* fuerit continuata in eam poſſeſſio bonorum patris defuncti, pro qua conceditur manutentio: Guid. Pap. *deciſ. 552 n. 2 & 3* & neminem contradicere teſtatur Tiraq. *le mort ſaiſit. p. 6 declarat. 1 numer. 1* & latè dixi *ſupra cap. 732.* vbi etiam quod tale ſtatutum procedit in infante,
2 † provt ſumus in caſu noſtro: Molin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 3 cap. 12 n. 24.*

Et quamvis idem ſtatutum non habeat locum in feudalibus, Rot. coram Cardin. Pamphilio Imolen. bonorum. 20. Aprilis 1592. Tamen procedit
3 quando non controuertitur illa eſſe feudalia, † ſecus quando non adhuc conſtat illa eſſe talia, nam interim ſemper datur manutentio filiæ, non autẽ ei, qui prætendit dominium directum: Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit. p. 4 declarat. 5 num. 20. & 21.* cum alijs adductis *ſupra cap. 732. numero 77* vbi etiam
4 quod contraria procedunt, † quando directus dominus oſtenderet incontinenti bona eſſe feudalia, quod tamen in caſu noſtro non fuit probatum, nam quo ad iura producta, & examen teſtium exhibitum, ſufficit illa reſponſio, quod nunquam fuit citatus tutor, & procurator Mariæ, vnde tan-
5 quam res inter alios acta † ei non nocet, *leg. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. l. circa, ff. locat. l. ſi petitor, ff. de iudic. l. quia, ff. de iureiur. l. 1* vbi Gloſſ. *in verb. conſtitutum, Cod. res int. ali. act. l. 1* vbi gloſſ. *in verb. non oberit, C. quib. res iudic. non noc. l. 2* vbi gloſſ. *in verb. pronunciatum. Cod. de except. & præſcript.*

Neque eſt facienda vis in confeſſione auiæ paternæ ipſius Mariæ, cum illi non poſſit præiudicare,
6 tanquam non habenti cauſam ab ea, † quæ habetur

betur

betur pro tertio, *l. duobus, §. 1. ff. de iureiur.* Affl. *deciſ. 245 num. 11.* Natt. *conſ. 438 num. 9.* Roland. *conſil. 58 num. 14 & conſ. 85 nume. 34 lib. 2.* Cephal. *conſ. 30 numero 8. & 28 lib. 1.* Tiraq. *de retract. conuen. §. 4 gloſſ. 6 num. 9 inf.* Imol. Alex. & Aret. *in l. ſi ſtipulatus, § griſogonus, ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſ. 147 n. 15 lib. 1* Surd. *conſ. 5 n. 39 & conſ. 81. numero 22. & deciſ. 325. nu. 3.* Achil. *deciſ. 4 n. 2 de confeſſ.* Rot. *diuerſ. deciſ. 802 nu. 10 par. 1* & in propoſito noſtro Rot. coram Card. Sacrato Ariminen. deuolutionis domorum, 6. Februarij *1609.*

Nec aduerſatur, quod ciuilis poſſeſſio remaneat pe-
7 nes dominum directum, cujus vigore † poteſt per eum agi interdicto retinendæ pro recuperatione naturalis poſſeſſionis, juxta deciſionem Rot. coram Cardin. Pamphilio Ciuitatis caſtelli bonorum, 8. Aprilis 1589. Quia procedit quotieſcumque qualitas bonorum, & ipſa deuolutio eſt clara, ſecus quando, prout in caſu noſtro, de ea non conſtat, ſed illa negatur, & probabiliter contro-
8 uertitur; † quia tunc non datur manutentio domino directo, ſed vaſallo, vt in ſpecie declarando dictam deciſionem Cardin. Pamphilij reſoluit Rot. coram Card. Sacrato Ariminen. deuolutionis bonorum, 16. Februarij *1609.* & dixi *ſupra cap. 731.*

Prout neque oberit poſſeſſio naturalis capta per dominum directum, quia ſtante dicto ſtatuto Vrbis continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem
9 non poterat talis poſſeſſio dici vacans; † ita vt per alium poſſet apprehendi, ideò nullum effectum produxit, tanquam inefficax & per conſequens non potuit impedire continuationem poſſeſſionis in filiam, quæ iure ſuitatis habet priuilegium, vt non dicatur hæreditas vacans, aut iacens, quidquid ſit in extraneo, vt latè comprobaui *ſupra cap. 732 numero 27 cum ſeq.* Dec. *conſil. 467 numero 12 verſ. & iſta concluſio & numero 17 verſ. & hoc ſaltem videtur.* Pariſ. *conſ. 41 numero 9 & 10 lib. 1.* Et ita ex prædictis fuit concluſum ad fauorem Mariæ concedendo ei mandatum de manutenendo, vt in deciſione in hujuſmodi cauſa, Signina bonorum coram R.P. D. Andrea, 12. Iunij *1615.*

Quo ad ſecundum dubium concludendum eſt etiam affirmatiuè, quod dominus directus teneatur exhibere primum regiſtrum antiquum ſcriptum à
10 Mutio notario de anno 1586. Nam † de intereſſe Mariæ non dubitatur, cum etiam ſufficeret ad affectum exhibitionis, quod tale intereſſe probaretur iuramento, *l. theſaurus, ff. ad exhiben. l. vlt. C. de fid. inſtrum.* Bart. *in l. 1 num. 5 quemadm. teſtam. aperiant.* Rot. coram R.P.D. Caualerio Valentina illegitimitatis, 9. Decembris *1609. in prin.* Quo intereſſe preſuppoſito, non poteſt denegari exhibitio,
11 † quia iſta actio datur cuilibet prætendenti aliquo modo ſua intereſſe rem exhiberi; quamvis non ſit dominus, vel quaſi, *l. 3 ff. ad exhibend. l. 1. C. de in lit. iurand. l. tigni, 7 in fi.* vbi Gloſſ. *in verb. ibidem, ad exhibend.* Iaſ. *in § præterea, col. 11 ante med. verſ. & vos addite, n. 45 inſtit. de act.*

Nec oberit, quod negetur exiſtentia rei, cujus exhi-
12 bitio petitur, de qua debet conſtare, vt † iſta exhibitio habeat locum: Gloſſ. *in l. ignorabit, 4 in verb. fuiſſe, C. ad exhibend.* Abb. *in c. cum ad ſedem, 15 n. 15. in fi. de reſtit. ſpoliat.* Quia ex actu exemplationis per dominum directum producto conſtat, quod apud curiã, de qua in actis, & Dominũ illius curiæ extiterit talis liber qualis ſit de anno 1454. Vnde ex iuris præſumptione deducitur ejuſdem libri hodierna exiſtentia in eadem Curia, & per conſequens, quod etiam ſit apud eundem Dominum,
13 † qui in eodem dominio ſucceſſit tanquam hæredem, & ſucceſſorem illius, quo caſu edictum de edendo habet locum contra tales ſucceſſores: Bar. *in l. quædam, § nihil intereſt, in princ. ff. de edend.* Quæ adeò vera ſunt, vt ſtante iſta præſumptione, non ſit ſtandum iuramento ſucceſſoris negantis
14 talem rem ad ſe non perueniſſe, † neque eam habere, cum enim defunctus teneretur illam exhibere, ita etiam tenebitur ejus hæres, & ſucceſſor, nulla habita conſideratione iſtius iuramenti: Glo. *in clem. 1 in § cæterum in verb. compellendos,* & ibi Pet. de Leazar. & Imol. *n. 21 de vſur.* Rol. *conſ. 49 n. 35 lib. 1* Grat. *conſ. 23 numero 19 lib. 1.* Gozad. *conſ. 17 num. 11.* Menoch. *conſ. 620. lib. 7 de præſump. 61 nu.*
15 *10 vſque ad 17 libro 6.* † vbi teſtatur de veriori, & magis recepta opinione, quam etiam ſequitur Rot. coram R.P.D. Buratto Marſicen. iuriſdictionis, 20. Nouembris *1617. colum. vlt. verſ. non obſtat quod probatur.* Abb. *conſil. 42 colum. 1 lib. 2.*

Præſertim, quia hic non agitur de ſimplici ſucceſſo-
16 re in hæreditate, & bonis, † ſed de ſucceſſore in dignitate, & in ſtatu, in quo ſcripturæ, & inſtrumenta conſueuerunt retineri ſub exacta cuſtodia, ita vt ſtatim lex præſumat exiſtentiam ſcripturarum penes Epiſcopum eo ipſo, quod res geſta eſt in eius curia: Rot. coram R.P.D. Vbaldo Tuden. parochialis, 9. Aprilis 1612. Quare ſicut exceptio non exhibitionis obſtaret defuncto anteceſſori,
17 ſi viueret, † ita etiam debet obſtare ſucceſſori in dignitate, vt Epiſcopo, Duci, & ſimilibus, vt in ſpecie concludit Rot. coram R.P.D. Buratto Marſicen. iuriſdictionis, 20. Nouembris *1617. ad med.* vbi etiam quod ad talem ſucceſſorem in dignitate
18 tranſit lis, † & cauſa: Gloſſ. *in extrauag. ſuſcepti, in verb. vacantium, verſ. nec in beneficialibus, ne ſed. vacant.* Prob. de Monach. *in cap. ſi hi contra quos, n. 3 verſ. nihil igitur, vt lit. pend. in 6.* Adeò vt talis ſucceſſor in dignitate conueniatur ex eiſdem
19 actis, † & cauſa in eodem ſtatu manente: Felin. *in cap. quia g. in fi. de iudic.* Rot. *deciſ. 1 vt lit. pend. in nou.* Prout etiam inſtantia inchoata cum anteceſ-
20 ſore tranſit † ad talem ſucceſſorem *c. dilecti, de for. compet.* Mohed. *deciſ. 1 de iudic.* Exemplo exceptionis purgationis attentatorum, quæ obſtat ſucceſ-
21 ſori in dignitate: † Pariſ. *de reſignat. qu. 16. numer. 41 cum ſeq. lib. 1.* Lancellott. *de attentat. lit. pendent. ampl. 5 p. 2 c. 4.* Et ita ex prædictis deciſum fuit in hujuſmodi cauſa quod ſit exhibendum tale regiſtrum 2. Maij 1618.

Tertium dubium fuit ſuper iuribus exhibitis, an illa eſſent in forma probanti, & quo ad inſtrumentum ſubrogationis domus cum terris feudalibus
22 concludendum eſt illud probare, † cum fuerit ſubſcriptum, & publicatum ab eodem notario, qui de eo fuit rogatus, quo caſu habetur pro originali, & plenam fidem facit Bart. *in auth. ſi quis in aliquo, nu. tertio,* & ibi Dec. *numero 15 fallent. 3.* Curtius Iunior *n. 12. Cod. de edend.* Felinus *in cap. vltimo, n. 5 & 7 de fid. inſtrum. & in c. Albericus. n. 2* poſt Innoc. & Abb. *ibid. de teſtib.* Lap. *allegat. 77 tabellio publicus, num. 2 & 3* & ibi Mandoſ. *in verb. iudicis, & in verb. fidem facit. & in verb. non ab illo.* Car. *conſil. 72 titius, n. 16. in 3 dub.* Rom. *conſ. 105. viſo themate, ad fi. verſ. quo ad tertium quo quæritur.* Aret. *in c. quoniam contra, notab. 13 n. 12. de probat.* Couarruu. *pract. quæſt. c. 19 n. 3 in prin.* Bald. *in l. publicati. num. 9*

& ibi Iaſ. num. 4. C. de teſtam. Rot. deciſ. 1 de fid. in-
ſtrumēt. in nou. & deciſ. 4 eod. tit. in antiq. Caputaq.
deciſ. 170 n. 1 p. 1 & deciſ. 351. in princ. p. 2. Rot. deciſ.
687 num. 2 p. 1 in recentiorib. & deciſ. 603 num. 2 p. 2
23 in recentiorib. & latius deciſ. 581. nu. 2 p. ead. † Con-
traria autem procedunt, quando exemplaretur in-
ſtrumentum a notario non rogato, tunc enim re-
quireretur citatio partis cū alijs requiſitis: Capu-
taq. deciſ. 244 p. 2. Rot. deciſ. 362 numero 9 par. 1 in
recentiorib. Dummodo tamen iſta exceptio oppo-
24 neretur in productione inſtrumenti, † & dum-
modo tranſumptatio non eſſet facta à ſubrogato
ex ſpeciali priuilegio Principis, & dummodo non
adeſſet conſuetudo exemplandi abſque citatione,
vt in d. deciſ. 362 n. 9.

Cum etiam probetur, quod idem notarius rogatus
de prædictis eſſet legalis, & approbatus, vt conſtat
ex litteris legalitatis loci, in quo fuit rogatum in-
25 ſtrumentum, † provt requiritur: Bald. in l. compa-
rationes, n. 25. C. de fid. inſtrument. Felin in c. 1 nume.
19 ad fi. verſ. & adde, eod. tit. Auffr. de capell. Thol.
deciſ. 331 num. 4 Boer. deciſ. 154 nu. 4. Oldrad. conſil.
227 num. 6. Card. in clem. 1 n. 8 de procur. cum alijs
per Rot. deciſ. 693 n. 6 p. 2 in recentior. & deciſ. 422
numero 4 p. 1 in recent. Quidquid aliud ſit in anti-
26 quis, † nam tunc talis recognitio non requirere-
tur ſed ſufficerent adminicula, de quibus in d. de-
ciſ. 693. nu. 7. Caputaq. dec. 5 p. 3. Card. Seraph. deciſ.
400. n. 5 & deciſ. 1481. numero 2. ¶ Adeò vt ſtantibus
prædictis, non ſit neceſſarium docere de matrice,
27 † cum adſit inſtrumentum originale, Bald. in rubr.
C. de fid. inſtrum. n. 20. Felin. in c. cum p. tabellio, nu. 2
eod. tit. Alex. conſ. 175 n. 3 lib. 7. Couarr. pract. quæſt.
c. 19 n. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 250. n. 4 p. 1 & in recentior.
p. 1 deciſ. 582. n. 7.

Alterum inſtrumentum circa permutationem duo-
tum prædiorum feudalium, cum alio prædio libe-
28 ro Accurſij eſt etiam in forma probanti, † cum
fuerit compulſatum auctoritate Iudicis, & parte
citata, & præuia recognitione in forma, provt re-
quiritur: Dec. in auth. ſi quis in aliquo, num. 9. C. de
edēd. Rot. deciſ. 1 & 2 de fid. inſtrum. in nou. & deciſ.
4 eod. tit. in antiq. Caputaq. deciſ. 233 & deciſ. 321. p. 1
Card. Seraph. deciſ. 583. n. 1. ¶ Ita vt neque obſtaret
29 defectus citationis, † ſi judicium fuiſſet in curia
inchoatum, & in compulſorialibus decernendis
eſſet citatus procurator, qui nominauit procura-
torem in partibus ad aſſiſtendum extractioni,
nam ſi talis procurator non reperiatur, extractio
valebit etiam abſque alia citatione: Rot. deciſ. 331.
n. 9 p. 1 in recentioribus. Card. Seraph. deciſ. 400. nu.
2 & 3 vbi quod non obſtat deciſ. Mohedan. 334.
30 † quia ibi non erat inchoatum judicium, nec in
curia aliquis citatus, nec aliquis nominatus in lo-
co per procuratorem partis, qui aſſiſteret extra-
ctioni, vnde ſibi imputet pars, quæ citata ad con-
ſtituendum procuratorem, non conſtituit eum
qui voluerit acceptare, tanquam non ſit citandus,
qui non acceptat: Ægid. deci. 681. quem ſequitur
Rota, vt teſtatur Card. Seraph. dict. deciſ. n. 400. nu-
mero 3 & 4.

Partitæ vero extractæ ex regiſtro feudorum non vi-
debantur eſſe in forma probanti, cum non appa-
reret, quod idem regiſtrum eſſet factum tempo-
re infeudationum, ſed totum conſcriptum vnica
vice, Non obſtante, quod ex aduerſo prætenda-
tur illud eſſe antiquum, & confectum de anno
1442. & propter ejus antiquitatem renouatum
31 de anno 1560. † Quia non conſtat, quod in tali
renouatione interuenerit decretum Iudicis, cum
alijs ſolemnitatibus, quæ requiruntur in hujuſ-
modi exemplationibus, quæ ſolent fieri ob timo-
rem admittendæ probationis, juxta diſpoſitionem
text. in cap. fi. vbi Felin. nu. 1 cum ſeq. de fid. inſtrum.
32 † Et quamvis iſta requiſita non ſint neceſſaria,
ſtante conſenſu partium: Card. in c. Albericus, in fi.
de teſtib. Io. Andr. Butr. Imol. & Felin. num. 4 in d. c.
vlt. Tamen de iſto conſenſu non apparet, niſi per
aſſertionem factam in eodem regiſtro per ſcri-
bentem, quod exemplatio fiebat de conſenſu om-
nium feudatariorum, cujus aſſertioni non ſtatur,
33 † tanquam requiratur, quod coram teſtibus no-
tarius ſe roget de tali conſenſu: Achill. deciſ. 4 de
fid. inſtrum. Alex. conſ. 147 num. 5 & 6 lib. 6 & conſil.
30. col. fi. eod. lib. & conſil. 101 nu. 11 & 12 lib. 4. Butr.
conſil. 32 in princip. Card. conſil. 10 num. 7 verſ. & hi-
duo. Aym. conſ. 88 num. 20 & 21. Olaſc. deciſ. 172 nu.
6. Affl. deciſ. 150. num. 35. Paril. conſ. 100. num. 18 lib.
1 & conſ. 31 n. 28. lib. 2. Natt. conſ. 352. numero 3 in fi.
poſt Bart. in l. 1 n. 4. C. de fid. inſtrum. & tit. baſt. fiſ-
cal. lib. 10. Rot. deciſ. 13 numer. 3 poſt princip. & deciſ.
395. n. 8 in fi. & deciſ. 687 num. 1 p. 1 in recentior. Maſ-
card. concluſ. 143 & concluſ. 1101. in verb. notarius, n.
3 cum ſeq. Put. deciſ. 5 nu. 1 lib. 3. ¶ Cum etiam non
probetur, quod qui ſcripſit idem regiſtrum ſit no-
34 tarius, † provt requiritur illum eſſe talem, nam
tunc admittitur alius, quam tabellio, quando in
loco exemplationis, non eſſet aliquis notarius pu-
blicus, ne probatio periret, nam alias hoc non
probato, debet eſſe perſona publica: Felin. in c. fi.
n. 12. in 4 notab. de fid. inſtrum.

Et quamvis prætendatur dictum regiſtrum eſſe re-
pertum in archiuio, tamen ex eo nullum robur
35 poteſt ſumi, † niſi probetur illud archiuium eſſe
publicum, cum debeat illi præeſſe officialis publi-
cus, cum alijs requiſitis, de quibus per Io. And. ad
Specul. de inſtrum. edit. § nunc dicendum. Bald. in l.
exemplo, 7. col. 1. C. de probat. & in rubr. C. de fid. in-
ſtrum. col. vlt. Socin. conſ. 238. col. 2 lib. 2. Felin. in c.
ad audientiam, num. 13 de reſcript. Aym. de antiquit.
tempor. 1 § quarto limitatur, n. 1 fol. 88. Rot. deciſ. 135.
num. 8 par. 1 in recentiorib. poſt Corn. conſil. 142. n.
36 6. lib. 3. Decian. conſil. 24 num. 51 lib. 1. † Et licèt no-
tarius atteſtetur ſe acceſſiſſe ad archiuium publi-
cum talis caſtri, tamen non creditur hujuſmodi
aſſertioni, tanquam ſit de his, quæ non ſpectant
ad ejus officium: Put. in ſpecie deciſ. 445. numero 4.
lib. 2. Et contraria procedunt, quando extrahens
ſcripturam de archiuio diceret ſe archiuiſtam,
37 † cui de ſtylo creditur, ſi atteſtetur de eius depu-
tatione, ſicut datur fides nuncio referenti ſe citaſ-
38 ſe de commiſſione Iudicis, † quidquid aliud ſit de
iure: Caputaquenſ. deciſ. 245. num. 1 & 2 lib. 2. Rot.
deciſ. 145. numero 3 p. 2 in recentiorib. cum alijs rela-
tis deciſ. 301. n. 2 p. ead. & deciſ. 699. num. 3 p. 1. in re-
centiorib.

Præterea non conſtabat ex ſubſcriptione, & atteſta-
tione archiuiſtæ deputati, quod talis ſcriptura eſ-
ſet in archiuio, & ab antiquo tempore in eo con-
ſeruata, provt talis ſubſcriptio, & atteſtatio erat
39 neceſſaria, cum poſſit ſtare, † quod aliqua ſcri-
ptura ſit reperta in archiuio, & quod non ſit de
archiuio: nam poteſt occurrere, quod tempore li-
tis pendentiæ, vel paulò ante extractionem ibi-
dem fuerit poſita per priuatam manum, quo caſu
nihil probat: Abb. in c. ad audientiam, nu. 11 de præ-
ſcript. Dec. in auth. ſi quis in aliquo, n. 23. fallēt. 6 verſ.
& etiam videtur, C. de eden. & in c. cum cauſam, nu.

6. de

*6.de probat.& conſ.*458.*n.*5.Oſaſc.*dec.*69.*n.*3.Corn.
*conſ.*142.*num.*6.*lib.*3.Aym.*de antiquit. tempor.par.*
1.§.*quarto limitatur.n.*1.*in fi.*Caputaq.*deciſ.*41. *nu.*
4.*p.*1.Rot. coram Cardin. Millino Tiraſonen. iurisdictionis,19. Februar. 1593.

Et ita ex prædictis fuit concluſum in hujuſmodi tertio dubio,quod dicta duo inſtrumenta ſint in forma probanti , non autem partitæ ex registro feudorum extractæ , vt in deciſione in iſta cauſa Signina feudi coram R.P.D. Andrea,28.Nouembris
40 1616. † vbi quoad dictas partitas fuit ſolum additum illas poſſe deſeruire pro adminiculis, licèt enim non probent , tamen poterat data aliqua fides ſtante depoſitione teſtium,quod eſſet ſcriptura publica , & quod ad illud regiſtrum erat ſolitum recurri in controuerſiis cauſarum feudalium, accedentibus etiam inſtrumentis permutationis, & ſubrogationis , in quorum primo fit mentio eiuſdem regiſtri,quæ omnia faciunt præſumptionem legalitatis ſcripturæ:Socin.Iun. *conſ.*61.*num.*
5.& 6.*lib.*3.

Et quoniam pars aduerſa non acquieuit dictæ deciſioni,fuit iterum datum dubium an eſſet ab ea recedendum, & quidem pro negatiua opinione debet concludi , cum ea, quæ denuo opponuntur fuerint ſublata ex ſupra adductis,ita vt etiam præſuppoſita legalitate archiuij , de qua tamen non conſtat,nunquam regiſtrum, de quo agitur poſſit aliquam fidem facere,cum ſit copia ſcripta de an-
41 no 1600. per priuatam perſonam, † quæ nec aſſerit ſe eſſe notarium , nec probatur illum eſſe talem , vnde cum non habeat ſubſtantialia publici inſtrumenti, non poteſt ſumere aliquod robur ex archiuio:Felin.*in cap. ad audientiam,col.* [illegible] *præſcriptionib.* Dec.*conſil.*451.*col.*1.Caputaqu.*deciſ.*41.
*num.*2.*p.*1.Rot.*deciſ.*382.*numero* 2.*in fi.p.*2.*in recentiorib.*

Nec aliquid operatur conſuetudo appoſita de adhibenda fide ſcripturis in eodem archiuio repertis.
42 † Nam tanquam iuri communi contraria non admittitur , niſi fuerit præſcripta ſaltem ſpatio triginta , vel quadraginta annorum , cum ſimus in populo non habente iuriſdictionem , quæ præſcriptio non probatur , nam teſtes ſolum deponunt de erectione ejuſdem archiuij ab annis vigintiquinque citra , quaſi tunc non ſit amplius conſuetudo , ſed præſcriptio , juxta opinionem Bart.*conſil.*136.*capitaneus,in fi.* Alex.*conſil.* 173.*col.*
43 *vlt. verſ. vltra prædicta,libro* 6. † Et quidquid alij contrarium ſentiant , iſta eſt verior ſententia , vt teſtatur Aym.*de antiq.tempor.p.*4.*in princ.n.*13.*vſque ad* 16.*fol.*184.Feder.*conſil.*91.*col.*2. *ante fi.* Bald.
*in l.*2.*in* 1.& 3.*oppoſit.C.quæ ſit long.conſuetud.*Iaſ.*in l.fi.col.penul.in fi.C.de teſtam.* Aret.*conſ.* 132.*in cauſa quæ vertitur inter homines,col.*3.*verſ.ſecundo reſpondeo.*

Immo etiam data,& non conceſſa,tali conſuetudine præſcripta, neque illa iuuaret, cum non appareat de quo tempore hujuſmodi regiſtrum fuerit poſi-
44 tum in archiuio,† quod erat probandum, vt cuitetur ſuſpicio , quod potuerit eſſe ibidem immiſſum tempore litis pendentiæ:Corn. *conſil.*142.*n.*6.
*verſ.reſtarent,lib.*3. Caputaq.*deciſ.*41.*n.* 4.*par.* 1.cũ aliis adductis *ſupra verſ.præterea non cõſtabat.n.*39.

Vlterius legalitas archiuij redditur dubia ex ipſiſmet teſtibus aduerſarij , cum tales teſtes ſint vaſalli,
45 † qui pro Domino caſtri non admittuntur : Bald. *in l.eos, C.de teſtib.* Caputaq.*deciſ.* 279.*incip.teſtes ſubditi,num.*1.*p.*3.Vel ſaltem illorum fidei multum
46 trahitur Felin.*in c. inſuper,col. fin.de teſtib.* Caputaq.*deciſ.*276.*incip.teſtis vaſallus,num.*1.*p.*3.Et qua-
47 tenus etiam tales vaſalli admitterentur † ex his, quæ latè adduxi *ſupra c.*597.*nu.*7.*cum ſeq.* Tamen in caſu noſtro non probant,quia deponunt de ju-
48 dicio ſuo, † ideo non ſunt idonei:Bart. *in l.*1. *ff. ſi cert.pet.& in l.qui teſtamẽto,§.fi.ff.de teſtam.& conſ.*
113.*proceſſum eſt,in fi.*Innoc.*in c.cum cauſam, de teſtib.*Bald.*in l.ſolam,col.*1.*C.eod.tit.* Aym.*conſ.* 6.*nu.*
123.*& conſil.*41.*nu.*4.quamvis eſſent religioſi,vnde multò magis , quando non ſunt tales:Idem Aym.
*conſil.*134.*n.*43.Oldrad.*conſ.*210.*regularis,col.*2.Caputaq.*deciſ.*264.*n.*3.*p.* 3. ¶ Immo etiam excludunt cuſtodiam archiuij , dum deponunt quod claues ejuſdem archiuij non negantur aduerſario,& eius miniſtris,quando illas petunt,cum etiam conuincantur de falſo,dum teſtificantur , quod dictum
49 regiſtrum ſemper extitit in archiuio, † cùm tamẽ in actis conſtet , quod de anno 1600. fuit productum in judicio per priuatam perſonam contra aliam priuatam, ita vt ex tot exceptionibus nulla fides ſit eis adhibenda,quia talis falſitas illos reddit inhabiles etiam ſi falſum deponerent ſuper articulo impertinenti , & per verbum *credit.* Alex.
*conſ.*28.*colu.*2.*ad fi.lib.*6.Bald.*in rubr.de controuerſ.inueſtit.& in l.fi.oppoſit.*4.*Cod.de edict.diu. Adrian.*
50 *tollend.*Aym.*conſil.*6.*num.*19.† Adeo vt tali teſti in vno falſo in nulla parte ſuæ depoſitionis credatur:Bald.*in l.ſi ex falſis,col.fi.Cod.de tranſact.* Aret.
*conſ.*71.*col.*1.Dec.*conſ.*105.*col.*4.*ad fi.* Aym.*conſil.*9.
*n.*10.& ita ex prædictis die 23.Iunij 1617. fuit confirmata deciſio alias facta in hujuſmodi cauſa Signina feudi,28. Nouembris 1616.

Quartum dubium eſt decidendum affirmatiuè,quod videlicèt conſtet de feudalitate domus,& prædij, de quo in monitorio , nam ex duobus inſtrumentis,quæ fuerunt declarata eſſe in forma probanti, vt in deciſione facta in hujuſmodi cauſa 28. Nouembris 1616.ex rationibus,de quibus *ſupra numero* 22.*vſque ad* 40.apparet auum paternum Mariæ ſubrogaſſe dictam domum liberam, & idem prædium etiam liberum in locum aliarum poſſeſſionum feudalium , vnde tam vigore ſubrogationis, quam propriæ confeſſionis , & recognitionis in
51 feudum † ſunt effecta feudalia,*l. ſi eum,§. qui iniuriarum,ff. ſi quis caut. §.fuerat,inſtit.de actionib. c. eccleſia,il* 1.*Vt lit.pendent.* Surd.*conſ.* 42.*numero* 11.
52 *lib.*1.† vbi quod procedit in correctoriis: Aret. *in rubr.ff.de acquir.poſſeſſ.ad fi.*Natt.*conſil.*346.*numero* 3.iuxta §.*reliquam,verſ.vnde conſequens,auth.de*
53 *hered.& falcid.*† Et in ſpecie recognitionis bonorum allodialium ſubrogatorum loco feudalium, quod ſint effecta feudalia:Caſtr. *in l.cum falſa, nu.*
4.*verſ.breuiter iſtud procederet, Cod.de iur.& fact. ignor.* Bald.ad Speculat.*de feud.in verb.ſi rem meam recognoſco.*Iaſ.*in l.*2.*num.*7.*C.de iur.emphyteot.* Papienſ. *in form. libell.ad fict. præſtat.in gloſſ. in verb. ſolutione,in fi.*Surd.*conſ.*410.*num.*3.*lib.*3. Roſental.
54 *de feud.c.*6.*concluſ.*68.*nume.*17.† Cum paſſim confeſſio vaſalli probet feudum:Dyn. *conſ.* 15. *quidam confeſſus.*Bald.*in l.*1.*n.*8. *C.quand.lic. ab empt.diſceder.* Alex.*conſ.*29.*num.*14.*lib.*5.etiam contra ſingulares ſucceſſores:Curt.Iun.*conſ.* 184.*colu.* 3. Ruin.
*conſ.*108.*num.*19.*lib.*2. Roland.*conſ.*82.*nu.*40.*lib.*2.
55 Surd.*conſ.*410.*n.*2.† Quidquid alias res libera permutata ſimpliciter cum feudali non efficiatur feudalis:Idem Surd.*conſil.*311.*nu.*55.*lib.*3. poſt Iſern.*in cap.* 1. §.*cum autem , de controuerſ. inueſtit.* Marin. Frecc.*de ſubfeud.libro ſecundo,quæſt.* 21.

Quo verò ad alia bona, præter dictum prædium, &
præfatam domum, concludendum eſt illa non eſ-
ſe feudalia, quia probatio fundatur ſolum in di-
cto regiſtro tranſumptato, quod non facit fidem,
ſed ſolum adminiculum, vt in deciſione, de qua
56 *ſupra verſ. & ita ex prædictis, num.* 4. † adeo vt iſtæ
probationes tanquam imperfectæ in ſuo genere
non poſſint ſimul coniungi ad faciendam plenam
probationem: Alexander. *conſil.* 21. *numero* 6. *lib.* 4.
Corn. *conſ.* 78. *num.* 6. *lib.* 3. Aret. *conſ.* 65. *nu.* 2. *verſ.
ſecundo quod quartus teſtis*, Pariſ. *conſ.* 153. *numer.* 37.
lib. 4. Rot. coram R.P.D. Ortemberg. Romana ſeu
Mediolanenſ. nullitatis retractus, 17. Maij 1604.
Gabr. *de probat. concluſ.* 1. *nume.* 36. *&* 39. Iaſ. *in l. ad-
monendi, nu.* 213. & ibi Caccialup. *nu.* 217. Surd. *conſ.*
57 372. *num.* 12. *lib.* 3. *& conſ.* 132. *num.* 59. *lib.* 1. † Et qua-
tenus etiam daretur cöinnctio probationum juxta
ea, quæ ponit Aym. *conſil.* 73. *numero* 34. Gabr. *d.
concluſ.* 1. *de probat.* Tamen in materia, in qua re-
58 quiritur exacta probatio, non admittitur † talis
coniunctio: Rip. *in l. fin. quæſt.* 57. *Cod. de reuocand.
donat.* provt eſt caſus, de quo agimus, cum de iure
quælibet res præſumatur allodialis, & feudalis,
59 quamvis eſſemus in oppidis, caſtris, ducatibus, †
comitatibus, & ſimilibus: Roſental. *de feud. cap.* 12.
concl. 14. *numero* 10. *cum ſeq.* Menoch. *præſump.* 91. *n.*
7. *&* 8. *lib.* 3. juxta c. 1. §. 1. vbi Bald. *ſi de feud. defunct.*
Hoſtienſ. & Io. Andr. *in c. nimis, de iureiur.* Alexan.
conſ. 129. *num.* 1. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 46. *n.* 24. Curt. Sen.
conſ. 75. *col.* 2. Dec. *conſ.* 478. *col.* 2. Pariſ. *conſ.* 20. *nu.*
3. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 111. *n.* 9. Clar. *de feud. q.* 18. Roland.
conſ. 2. *num.* 11. *cum ſeq. lib.* 3. *& conſ.* 46. *n.* 39. *eod. lib.*
Surd. *conſ.* 135. *num.* 24. *vſque ad* 28. *lib.* 1. *& conſ.* 311.
n. 51. *&* 52. *lib.* 3.

Additur quod ex lectura ejuſdem regiſtri apparet
fuiſſe deſcripta bona allodialia permixtim, etiam
60 nullo ordine ſeruato † cum feudalibus, & in ſpe-
cie reſpectu bonorum, de quibus agimus, enun-
ciantur in dicto regiſtro nonnullæ conceſſiones
factæ Accurſiis titulo venditionis, adeo vt ſtante
hujuſmodi permixtione oriatur incertitudo,
61 † quæ vitiat omnem diſpoſitionem: Gloſ. *in l. cum
duo, ff. de in diem addict.* Bart. *in l. quidam ff. de reb.
dub.* Marſil. *in rubr. de probation. numero* 354. *cum
ſeq.* latiſſimè Surd. *conſ.* 264. *num.* 1. *vſque ad* 5. *lib.* 2.
ob quam incertitudinem non poteſt diſcerni qua-
62 litas bonorum allodialium † à feudalibus: Burſat.
conſ. 46. *numero* 27. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 395. *num.* 18.
lib. 4. Alex. *conſ.* 23. *num.* 4. *lib.* 5. Iacob. de S. Georg.
in rubr. ff. de rei vendicat. nu. 25. cum aliis per Surd.
conſil. 151. *num.* 49. *& conſ.* 410. *num.* 27. *in fin. & num.*
63 28. *lib.* 3. vbi in ſpecie concludit, † quod ſi bona
empta, vel alio titulo acquiſita fuerint permixta
cum allodialibus, agens ad feudum ſuccumbit,
cum ſatis ſit, quod inter bona, quæ petuntur, ali-
qua poſſint eſſe, quæ non ſunt incluſa in inueſti-
turis, tanquam feudum allodio admixtum non
poſſit diſcerni, ideo talis idẽtitas rerum debet ma-
gis concludenter probari, Bart. & Imol. *in l. is qui
verè, ff. de public. iudic.* Corn. *conſ.* 165. *col. fin. lib.* 3.
Aym. *conſ.* 112. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 67. *nu.* 4. *lib.* 2. Me-
64 noch. *conſ.* 21. *nume.* 34. *lib.* 1. † Et ſufficit reo offuſ-
care probationes actoris, illáſque dubias reddere:
Bald. *conſ.* 79. *n.* 7. *lib.* 2. Natt. *conſ.* 32. *in fin.* Aym. *cõſ.*
65 6. *num.* 127. Itaut ſtante hujuſmodi dubietate † non
poſſit per Iudicem aliqua ſentẽtia proferri, *c. gra-
ue.* 11. *q.* 3. *c. fin.* 51. *diſtinct.* Bald. *in l. hac ſententia, col.*
1. *C. de ſentent. quæ ſin. cert. quantit.* Rimin. Iun. *conſ.*
59. *n.* 28. *lib.* 1. *& conſ.* 432. *n.* 19. *&* 20. *lib.* 4. Cũ etiam
eàdem permixtio, & incertitudo adſit in regiſtro
de an. 1454. ob quam idem ſtantendum eſt, quod in
alio diximus, vt nulla probatio inde poſſit ſumi.
66 Quamvis hoc non ſit neceſſarium, † cum fuerit
reſolutum aduerſarium non poſſe illo vti, niſi ex-
hibeat originale factum de anno 1386. ex ſuperius
adductis *verſ. quo ad ſecundum dubium, nu.* 10. *cum
ſeq.* Et ita ex prædictis concluſum fuit, quod con-
ſtet de feudalitate domus, & prædij, de quo in mo-
nitorio; non autem de aliis bonis ibidem deſcri-
ptis, vt in deciſione in hujuſmodi cauſa facta co-
ram R.P.D. Andrea 13. Iunij 1618.

Quintum dubium reſoluendum eſt negatiuè, quod
videlicet non conſtet de tali feudalitate bono-
rum, de quibus agimus; itaut fœminæ cenſeantur
excluſæ, cum enim Curtius iſta bona poſſederit,
& ex eis fructus perceperit, & illa tranſiuerint in
67 Mariam ſuam hæredem, † cenſetur poſſediſſe pro
ſuis, & tanquam illorum dominus, non alieno
nomine, aut contemplatione alterius, & provt
poſſident vaſallus, emphyteuta, & ſimiles, ideo al-
ſerenti bona eſſe feudalia incumbit onus plenè
probandi illa eſſe talia: Alex. *conſ.* 136. *num.* 2. *lib.* 1.
latiſſimè Surd. *conſ.* 135. *num.* 24. *vſque ad* 29. *libro* 1.
cum aliis adductis *ſup. n.* 59. Menoch. *præſumpt.* 91.
n. 7. *&* 8. *lib.* 3.

Non obſtat, quod prætendatur per teſtes fuiſſe pro-
batum hujuſmodi bona eſſe feudalia, Quia omiſ-
ſo, quod ſunt vaſalli, nihil concludunt, Nam co-
nantur probare, quod in curia Vallis Montonæ
adeſt conſuetudo generalis, vt non fiat conceſſio
aliqua bonorum feudalium, niſi pro linea maſcu-
lina tantum, quod tamen eſt contrarium iuribus
productis per aduerſarium, in quibus apparet
fuiſſe factas plures conceſſiones pro maſculis &
68 fœminis, & pro hæredibus quibuſcunque, † adeo
vt ſtante hujuſmodi diuerſitate inter teſtes, & cõ-
feſſionem partis, præualeat confeſſio, excluſa de-
poſitione teſtium, qui nihil probabunt, neque po-
terunt reduci ad concordiam: Aym. *conſ.* 171. *n.* 10.
Alex. *conſ.* 99. *col. penult. in fin. lib.* 5. Roman. *conſ.* 391
num. 8. vbi Mandoſ. *in fin.* Doctores communiter
in l. 2. *§. creditum*, vbi Dec. *col.* 2. *poſt med.* Iaſ. *col.* 2.
in fin. ff. ſi cert. petat. Socin. *conſ.* 94. *col. fin. libro* 1. *&
conſ.* 94. *col. penult. ad fin. lib.* 4. juxta doctrinam In-
noc. *in c. cum contingat, de offic. delegat.* de qua per
Bald. *in* 1. *conſtitut. Codic. §. quibus, col.* 1.

Neque obſtat cataſtum, ſeu regiſtrum feudorum,
Quia fuit deciſum in Rota iſtud non ſuffragari,
niſi exhibeatur originale, à quo tale regiſtrum
fuit extractum, Vnde ex eo non poteſt aliqua pro-
batio deſumi, præſertim quia eodem regiſtro le-
guntur plures conceſſiones factæ tam pro maſcu-
69 lis, † quam pro fœminis, & pro hæredibus qui-
buſcunque per quas excluditur feudum, Burſat.
conſil. 46. *numero* 30. *libro primo* Clar. *in §. feudum q.*
85. quo caſu cataſtum nullam præſumptionem in-
ducit, Nam ad hoc, vt ex illo inducatur præſum-
ptio, quod aliqua res ſit feudalis, opus eſt, vt bona,
quæ prætenduntur eſſe feudalia, reperiantur deſ-
cripta in cataſto, ſeu regiſtro aliorum bonorum
70 feudalium, † non autem ſi adſint admixta alia bo-
na allodialia, debet enim præcedere recognitio in
cataſto tamquam bonorum feudalium: Aym. *conſ.*
276. *in princ, verſ. & ad probationem feudi*, Affl. *de-
ciſ.* 277. *nu.* 5. *& in c.* 1. *numero* 77. *ex quib. cauſ. feud.
amitt.* Barbat. Brun. & alij per Menoch. *præſumpt.*
61. *numero* 42. *lib.* 3. & latè diximus *ſupr. numero* 62.
& 63. & quod tale regiſtrum non debeat conti-
nere,

71 nere, † niſi ſolum res feudales, & nullas alias res,
quam inueſtituras ad feudum ſpectantes conclu-
dit Roſental. *de feud. c.* 12. *concluſ.* 14. *nu.* 49. Gram-
mat. *deciſ.* 77. *num.* 12. Burſatt. *conſil.* 10. *numero* 11. *&*
conſ. 46. *num.* 27. *&* 34. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 82. *num.* 17.
lib. 2. poſt Boſſ. *de princip. num.* 247.

Cum etiam in dicto regiſtro in ſpecie reſpectu bo-
norum, de quibus agitur, enuncientur aliquæ con-
ceſſiones factæ Accurſiis titulo venditionis, ex
quibus penitus excluditur intentio aduerſarij,
72 † tanquam feuda empticia non ſeruent naturam
recti feudi, ſed ſint tranſitoria ad fœminas, *cap.* 1.
de feud. dat. in vic. leg. commiſſor. Gloſſ. *in* §. *ſi vaſal-*
lis, in verb. non obſtante, in fi. de pac. conſta. Gabr. *de*
feud. concluſ. 2. *nu.* 1. *&* 8. vbi quod magis procedit,
73 quando prout in caſu noſtro, † non præſtatur ali-
quod iuramentum fidelitatis, aut perſonale ſerui-
tium: Alex. *conſil.* 9. *numero* 5. *&* 6. *lib.* 5. Pariſ. *conſil.*
16. *nu.* 10. *cum ſeq. lib.* 4. Socin. Iun. *conſil.* 65. *numero*
16. *lib.* 1. Quamvis neque ſola præſtatio iuramenti
74 fidelitatis argueret eſſe feudum, † cum vlterius re-
quirerentur aliæ coniecturæ, quibus ceſſantibus,
ceſſaret etiam præſumptio feudi, tanquam talis fi-
des non dicatur neceſſarium ſignum feudi, quaſi
etiam præſtetur à ſubdito ſuo ſuperiori: Roland.
latè *conſil.* 85. *num.* 56. *vſque ad* 58. *lib.* 4. Bero. *conſil.*
65. *nume.* 181. *lib.* 1. *& conſil.* 152. *numero* 15. *lib.* 2. poſt
Oldrad. *conſil.* 159. *numer.* 5. Dec. *conſil.* 413. *conſuluit*
accurate, num. 7. *verſ. non obſtant allegata.* Menoc.
conſil. 1. *num.* 34. *& conſil.* 2. *nu.* 125. *lib.* 1. *& conſil.* 191.
num. 31. *lib.* 2. *& præſumpt.* 91. *n.* 36. *vſque ad* 39. *lib.* 3.
Aym. *conſil.* 293. *col.* 7. *verſ. quinto conſidero.* Ruin.
conſ. 42. *n.* 7. *lib.* 1. Socin. *conſil.* 76. *num.* 47. *lib.* 1. Cum
75 † etiam in caſu noſtro fuerit data licentia alie-
nandi, per quam feudum dicitur frácum, & tranſit
ad fœminas: Curt. *de feud. p.* 3. *in princ. nu.* 5. Rot. *di-*
uerſ. deciſ. 41. *nu.* 1. *par.* 1. Card. Serap. *deciſ.* 1105. Ma-
ximè quia talis conceſſio eſt facta pro hæredibus,
76 & ſucceſſoribus, † in qua comprehenduntur
etiam fœminæ: Socin. *conſil.* 257. *num.* 3. *lib.* 2. Curt.
de feud. par. 3. *in princip. nu.* 34. Petr. Gregor. *de con-*
ceſſ. feud. p. 6. *q.* 4. *n.* 6. Surd. *conſil.* 140. *numo.* 24. *lib.* 1.
Card. Serap. *deciſ.* 1105. *n.* 10.

Nec ſubſiſtit, quod auus Mariæ retineret equum, &
canem, quaſi id non feciſſet, niſi fuiſſet obligatus
ex capitulo q. Alti de Comitibus, cum non aliter
per eius ſucceſſores concederentur feuda ſtabilia
in terra Vallis Montonæ, quam pro linea maſcu-
lina, & ſub dicto onere retinendi equum, & ca-
nem, & inſuper cameram. Quia reſpondetur ex te-
ſtibus conſtare, quod retentio canis fuit ex animi
gratia, & propter oblectationem venationis;
77 † vnde ſtante alia cauſa retentionis, ceſſat præ-
ſumptio, quod fuerit occaſione feudi: Dec. in ſpe-
cie feudi *conſ.* 413. *conſuluit, n.* 7. *ad med.*

Quamvis neque tale onus retentionis equi, & canis
aliquid concluderet ad fauorem aduerſarij, licèt
etiam eſſet probatum fuiſſe ex cauſa feudi, nam
cum dictus auus poſſideret diuerſa prædia, opus
erat liquidatione, quodnam iſtorum prædiorum
haberet tale onus, præſertim quia ex parte Mariæ
oſtenditur aliqua fuiſſe conceſſa ex cauſa emptio-
78 nis, cum † ad præſumendum feudum non argua-
tur de vno prædio ad aliud ſeparatum, quidquid
ſit, quando eſſent bona, ſeu prædia ſub vno cor-
pore comprehenſa: Menoch. *præſumpt.* 91. *numero*
54. *lib.* 3. juxta doctrinam Bald. *in c.* 1. §. *cum autem,*
vbi Laudenſ. & Præpoſit. *col.* 1. *vlt. de controuerſ. int.*
maſc. & fœminam Brun. *conſ.* 127. *col.* 3. *verſ. quod*
ſi aſſumamus, n. 5. argum. *l.* 3. §. *incertam, ff. de acquir.*
poſſeſſ. Surd. *conſ.* 135. *n.* 60. *lib.* 1.

Et tollitur omnis difficultas ex inſtrumento ex ad-
uerſo producto, ex quo apparet, quod Federicus
de Comitibus propter obſequia præſtita à familia
de Accurſiis, & ſpecialiter à Petro Antonio de
Accurſiis cum iactura, & periculo vitę, & propter
alia benemerita confirmauit eidem omnes con-
ceſſiones, donationes, & venditiones etiam per
prædeceſſores factas pro ipſis, & eorum hæredi-
79 bus, cum poteſtate vendendi, † & alienandi, ac
aliis clauſulis ampliſſimis, ex quibus colligitur
non eſſe amplius feudum, ſed conceſſionem remu-
neratoriam, & de bonis hæreditariis, & tranſito-
riis ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, re-
cedendo in totum à natura feudi, ita vt ſit actus ir-
reuocabilis etiam in caſibus à iure permiſſis pro-
pter obligationem antidora: Bald. *in cap.* 1. *num.* 4.
ſi vaſall. feud. priuet. poſt Iacob. de Rauen. *in ſumm.*
tit. quib. mod. feud. amittat. Idem Bald. *in cap.* 1. *de*
vaſall. qui contr. conſtitut. Lothar. Aluarot. *in c.* 1. §. *fi.*
numer. 9. *concluſ.* 7. & ibi Præpoſit. *col.* 3. *verſ. vel ex*
tenore inueſtituræ, quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit-
80 *tend.* Schrader. *de feud. p.* 5. *cap.* 2. *numero* 62. † Ita
vt in iſta conceſſione ob benemerita veniant
etiam fœminæ; quamvis alias in feudo non veni-
rent, *cap.* 1. *quemadm. feud. ad filiam pertin.* Nicol.
de Neapol. Aluar. & Iacob. de Beluiſ. *in cap.* 1. *in*
princip. ff. de his qui feud. dar. poſſ. Rip *conſ.* 80. *num.*
69. Alciat. *conſil.* 203. *n.* 7. Pariſ. *conſil.* 4. *num.* 7. *&* 8.
lib. 1. Surd. *conſil.* 140. *n.* 42. *lib.* 1. † vbi etiam *numero*
37. *cum ſeq.* quod neque talis conceſſio poterit ſub
prætextu ingratitudinis reuocari. Tiraquel. *in l. ſi*
vnquam, in verb. donatione largitus, num. 11. *cum ſeq.*
Cod. de reuocan. donat.

Quæ autem denuo ex aduerſo adducuntur ad pro-
bandam prætenſam feudalitatem non obſtant,
82 † nam licèt ex deſcriptione bonorum feudalium
in regiſtro arguatur feudum: Burſatt. *conſ.* 10. *nu.* 11.
& conſ. 46. *numer.* 34. Tamen cum modò agatur in
ſpecie de feudo excluſiuo fœminarum, iſta quali-
tas eſt particulariter probanda, & non ſufficit illa
83 deſcriptio in genere de bonis feudalibus, † cum
per talem qualitatem adiectam diſpoſitio ſit di-
uerſæ ſpeciei indigens alia probatione: Bart. *in l. ſi*
quis poſthumo, §. *filium, in fi.* & ibi Iaſ. *num.* 51. *ff. de*
liber. & poſthum. Crot. *conſ.* 50. *n.* 8. Natt. *conſ.* 362. *n.*
18. Surd. *conſ.* 34. *num.* 43. *lib.* 1.

Non obſtat prætenſa approbatio cataſti facta per
auum Mariæ. Quia illa non refertur ad cataſtum,
quo nunc pars aduerſa vtitur, cum plura ſuppo-
84 nantur cataſta, † vnde confeſſio tamquam dubia
non nocet, ſed potius debemus eam interpretari
contra eum, qui ſe in illa fundat, quamvis etiam
eſſemus in materia fauorabili: Alex. *conſ.* 51. *col.* x.
lib. 5. Natt. *conſil.* 285. *nu.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.*
§. 1. *gloſſ.* 16. *num.* 4. *&* 5. Surd. *conſ.* 5. *num.* 46. *vſque ad*
49. *lib.* 1. Cum etiam præſumatur pluralitas rerum,
85 † niſi probetur identitas: Io. Andr. *in cap. auditis,*
de præſcript. Aym. *conſ.* 112. *n.* 4. Alex. *conſil.* 134. *num.*
3. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 46. *n.* 16. *lib.* 4. Surd. *conſil.* 61. *n.* 13.
& 14. *lib.* 1.

Nec facit, quod probata feudalitate cenſeantur fœ-
86 minæ excluſæ, cum regulariter † illæ non ſint ca-
paces feudi, *cap.* 1. §. *filia, de ſucceſſ. feud.* Roſental.
de feud. c. 7. *concluſ.* 31. *n.* 1. Schrader. *eod. tit. p.* 7. *c.* 4.
n. 1. Quia omiſſo quę per prędictos multi caſus ad-
ducuntur, in quibus fœminæ ſunt habiles ad feu-
dum; ſatis eſt, quod in noſtra facti ſpecie tollitur

omnis difficultas ex inſtrumento ex aduerſo pro-
ducto, in quo apparet conceſſio, & confirmatio
bonorum feudalium ad fauorem familiæ de Ac-
curſiis propter ſpecialia obſequia, & merita Pe-
87 tri Antonij de Accurſiis tam pro eo, † quam pro
hæredibus cum poteſtate alienandi, vendendi, ac
alijs clauſulis ampliſſimis, ex quibus pater fuiſſe
receſſum à natura feudi, in quo etiam includentur
fœminæ, vt dictum eſt *ſupra num. 74. & 75.* quam-
vis etiam eſſemus in feudo paterno, & antiquo in
præiudicium agnatorum, nedum in feudo nouo:
Fulgoſ. *conſil. 4. numero 1. ad fi.* Bologuin. *conſil. 1. n.*
10. Dec. *conſil* 268. *conſultus ab illuſtri, colum. 2. &*
conſil. 390. quoniam ex facto, n. 10 cum ſeq. cum alijs
per Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 23.*
tit. 13. num. 19.

Minus facit, quod auus anteceſſor Mariæ vſus fuerit
partitis deſcriptis in regiſtro ex aduerſo produ-
cto, vnde non potuit per dictam Mariam veniri
contra factum ſui auctoris. Quia in dicto regiſteo
non fit mentio ſimpliciter bonorum feudalium,
88 ſed etiam additur venditorium, † vnde cum ſi-
mus etiam in feudis emptitijs, non poteſt ex tali
vſu aliquod præjudicium oriri, cum talia feuda
vendita non ſeruent naturam recti feudi, ſed
etiam tranſeant ad fœminas, *c. 1. de feud. dat. in vic.*
leg. commiſſor. Gabr. *de feud. concluſ. 2. num. 1. &* 8. Et
iſta ſunt illamet bona, quæ prætendit aduerſarius
eſſe feudalia, & deſcripta in monitorio, cum ta-
men, ex quo ſunt emptitia, vt dictum eſt, ſint tran-
ſitoria ad fœminas: Gloſſ. *in c. vaſalli, in verb. non*
obſtante, in fi. de pac. conſtant.

Cum etiam Cornelia vxor aui Mariæ produxerit di-
89 ctas partitas per eam extractas, † vnde non potuit
præiudicare Mariæ, quæ non habet Cauſam à
Cornelia, ſed ab auo, *l. duob. §. 1. de iureiurand.* Affl.
deciſ. 245. num. 11. Roland. *conſ. 85. nu. 34. lib. 2.* Surd.
conſil. 22. num. 9. & conſil. 82. num. 22. lib. 1. cum alijs
adductis *ſup nu. 6.* Et ita ex prædictis fuit conclu-
ſum non conſtante de tali feudalitate bonorum,
ex qua poſſint dici excluſæ fœminæ, vt in deciſio-
ne in hujuſmodi cauſa Signina feudi coram R. P.
D. Andrea, 13. Iunij 1618.

EPITOME.

Conſenſus præſtitus ad exigendum pecunias extantes penes inquilinos an extendatur ad exactas. ¶ Et quid ſignificet verbum *extantes*, & *penes*, & *pecunia exacta.* ¶ Mandatum ſpeciale quo ad certas res, perſonas, & cauſas, an intelligatur ſolum quo ad illas nominatas, quamvis poſtea ſequerentur clauſulæ generales quo ad omnes. ¶ Confitens penes ſe habere pecunias an poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Verba generalia quando intelligãtur juxta ſubjectam materiam, & recipiãt reſtrictionem, quam diſponens adiecit, & referantur ad ea, quæ ſunt ſpecialiter demandata, & limitentur per ſuam rationem, & cauſam. ¶ Quietans generaliter de omni eo, & toto, quod poſſet prætendere occaſione ſeruitutis an cenſeatur quietaſſe de legato ſibi relicto ob ſeruitutem. ¶ Mandatum quando ſit plenè probandum etiam ſi agatur incidenter, nedum principaliter. ¶ Et quando ſufficiant conjecturæ cum aſſertione notarij. ¶ Tranſlatio Epiſcopi an cenſeatur facta de conſenſu ipſius, ſi procurator ſoluit annatam. ¶ Præſumptio quando oriatur ex præſumptione, & duæ fictiones poſſint ſimul ſtare. ¶ Et quid ſi vna veniat in conſequentiam alterius. ¶ Vel circa diuerſa. ¶ Mandatum ſubſtituti an expiret per mortem ſubſtituentis, tam ſi ſubſtituat nomine proprio poſtquam eſt factus dominus litis, quam ex facultate ſibi data ab ipſo principali.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus limitatus ad exigendum pecunias extantes penes inquilinos non extenditur ad exactas, n. 2.*
3 *Negatiua ceſſionis probatur ex inſpectione actorum.*
4 *Geminatio verborum, oſtendit præciſam voluntatem diſponentis ſiue ſit eodem tempore, ſiue poſtea, & excludit omnem interpretationem, n. 5.*
6 *Dictio* extantes, *quid ſignificet.*
7 *Pecunia exacta dicitur, quæ perſoluta eſt per debitorem ſiue inuitum, ſeu volentem.*
8 *Clauſula,* penes aliquem, *importat idem quod in ſuo poſſe, & eſt maioris potentiæ, quam dictio apud.*
9 *Confitens penes ſe habere pecuniam an poſſit opponere, exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
10 *Mandatum ſpeciale quo ad certas res, & perſonas, & cauſas, intelligitur ſolum quo ad illas nominatas, quamvis poſtea ſequerentur clauſulæ generales quo ad omnes.*
11 *Quietatio generalis recipit limitationem, quam diſponens adiecit, & refertur ad ea, quæ ſunt ſpecialiter demandata, & reſtringitur per rationem juxta ſuam cauſam, n. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Verba generalia ſunt reſtringenda juxta materiam ſubiectam.*
17 *Quietans generaliter de omni eo, & toto, quod poſſet prætendere occaſione ſeruitutis non cenſetur quietaſſe de legato ſibi relicto ob ſeruitutem.*
18 *Verba,* integraliter, & liberè, *quomodo declarentur.*
19 *Enunciatiua emanata ab vna tantum parte in abſentia alterius nihil probant.*
20 *Mandatum eſt plenè probandum, quando agitur de eo principaliter, ſecus ſi incidenter, tunc enim ſufficit aſſertio notarij, n. 21. Declara vt num. 22. & 23.*
24 *Mandatum probatur ex coniecturis, & quales debeant eſſe, n. 25.*
26 *Clauſula,* arbitrio Rotæ, *remittit rigorem iuris.*
27 *Tranſlatio Epiſcopi dicitur facta de conſenſu ipſius, ſi procurator ejuſdem tranſlati ſoluit annatam.*
28 *Præſumptio non oritur ex præſumptione, dummodo vna non veniat in conſequentiam alterius, nu. 29.*
30 *Propter ratificationem ſi fingatur validus primus contractus locationis, fingetur etiam quod valeat venditio inde ſecuta.*
31 *Duæ fictiones poſſunt ſimul concurrere circa diuerſa.*
32 *Mãdatum ſubſtituti expirat per obitum ſubſtituentis. Intellige ſi ſubſtituat iure proprio, quando videlicet eſſet factus dominus litis, ſecus ſi ſubſtituiſſet ex facultate ſibi data à principali, num. 33.*

CAPVT DCCXXXVII.

DEclaratur per Ludouicum in tranſacti one, & concordia exhibita, quod omnes & ſinguli fructus, & introitus prædij à die appoſiti ſequeſtri vſque ad diem obitus Siluiæ extantes penes inquilinos, & depoſitati in monte Pietatis liberè ſpectent ad Antonium, præſtando conſenſum, vt dictæ pecuniæ eidem Antonio conſignentur, quem ad hunc effectum etiam procuratorem irreuocabilem conſtituit ad exigendum pecunias tam depoſitatas in dicto monte, quam

extantes

1 extantes penes affectuariqs prædijs † Ex quibus
verbis apertè colligitur conſenſum & mandatum
procuræ fuiſſe limitatum ſolùm ad exigendum
pecunias extantes penes inquilinos, non autem
ad pecunias exactas per Siluiam, Vnde limitatum
debet producere effectum: *l. in agris, ff. de acq. rer.
domin.* Neuiz. *conſ. 52. num. 34. & conſ. 66. num. 32*
2 Surd. *conſ. 190. n. 8.* & in ſpecie ceſſionis, † & con-
ſenſus Idem Surd. *conſ. 452. num. 3. in fin. vſque ad
11. lib. 3. & conſ. 513. num. 23. & 24. lib. 4.* Adeò vt ce-
dendo, ſeu aſſignando iura exiſtentia, ſeu pecu-
nias extantes cenſeatur ſtatim denegata ceſſio
quo ad exacta, tamquam illa non exiſtant, & non
extent, quæ non veniunt in ceſſione, immò con-
tradicunt ceſſioni, & inſtrumentu ſuper ea geſto,
3 † quod ſolùm attenditur ad probandam iſtam ne-
gatiuam abſque alia probatione, cùm ſufficiat in-
ſpectio ſola inſtrumenti; in quo non legitur, niſi
ceſſio de iuribus extantibus Bart. *in l. fin. C. de reb.
credit. & in l. vitia textores. in 2. notab. de legat.* Crot.
conſ. 7. num. 18. Natt. *conſ. 45. num. 3. & conſ. 577. n. 9*
Becc. *conſ. 40. num. 2.* cum aliis per Surd. *conſ. 452
num. 10. lib. 3.*

Maximè, quia non ſemel tantum fuit expreſſa illa
dictio extantes, ſed bis, tam in declaratione, &
conſenſu præſtito de dictis pecuniis, quam in
conſtitutione procuratoris, adeò vt ſtante huiuſ-
modi geminatione verborum, magis oſtendatur
4 præciſa, † & enixa, ac deliberata mens diſponen-
tis, & cedentis, quod non voluerit diſponere, niſi
de pecuniis exiſtentibus, & non de exactis, ſiue
talis geminatio fiat incontinenti, & eodem tem-
pore, ſiue non, *l. baliſta, ff. ad Trebell.* Surd. *conſ. 369*
5 *n. 16. lib. 3 & conſ. 179. n. 18. lib. 2.* † vbi etiam quod
excluditur omnis extenſio, & interpretatio: Gloſ.
in clem. 1. in verb. diœceſanis. de iur. patronat. Iaſ. *in
l. ſi conſtante, num. 83. ff. ſolut. matrim.* Gozad. *conſ. 4
num. 25.* Menoch. *conſ. 63. num. 13.* Tiraq. *in l. ſi vn-
quam, in verb. reuertatur, num. 50. C. de reuocand.
donation.* Becc. *conſ. 24. n. 24.*

Et cùm agatur inter peritos, & Iuriſconſultos tran-
ſigentes, non ſine cauſa fuit poſita clauſula illa
extantes, cum bene ipſi noſſent virtutem iſtius di-
6 ctionis, † quæ ſignificat exiſtentiam pecuniarum
non exactarum, ſed pendentium, & quæ adhuc
erant in manibus inquilinorum, *l. ſi pendentes 33
ff. de vſufruct.* Albet. *in dictionar. in verb. extantes.*
Prateius *in lexicon. iur. in verb. pendentes, fol. 148*
7 † Cùm exacta pecunia intelligatur, quæ perſoluta
eſt, ſiue volens, ſiue inuitus debitor illam dederit,
quod non conuenit pecuniæ exiſtenti, ſeu extan-
ti in manibus debitoris. *l. verbum exacta. 187.* vbi
Rebuff. *col. 1. ff. de verbor. ſignificat.* Prateius *in lexic.
iur. in verb. exacta pecunia, & in verb. exactæ pe-
cuniæ fol. 81.*

Præſertim, quia vltra dictionem extantes, adeſt etiam
8 illa dictio, penes, † quæ declarat, quod eam pecu-
niam habet in manibus, & in ſuo poſſe, vt vulgo
dicitur, vel detinet, vel penitus ſe habet, cum ma-
ioris ſit potentiæ, quam dictio apud, vt notat Re-
buff. *in l. penes te amplius, 63. col. 1. ff. de verb. ſignific.*
9 vbi ex hoc concludit † quod confitens penes ſe
habere pecuniam non poteſt opponere exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ, cùm dictio penes
declaret, quod iam recepit, & quod penitus eam
habet, & ſic non poterit poſtea negare ſe rece-
piſſe, alioquin eſſet ſibi contrarius, & de hac
quæſtione, quia non eſt diſputatio noſtra, multa
per Gabr. Saray. *in addit. ad Roman. ſing. 642. ſeu*
quod confeſſioni. fol. 64. Coſta *in l. ſi ex cautione, fal-
lent. 8. C. de non. num. pecun.* Purpur. *in l. 2. num. 9. ff. ſi
cert. petat.* & in caſu noſtro ſatis eſt, quod per iſta
verba extantes penes inquilinos excluduntur pe-
cuniæ exactæ, vt dictum eſt, quod magis debet at-
tendi, quia in tranſactione conſtituitur Antonius
procurator ad exigendum iſtas penſiones; & pe-
cunias, ita vt ex natura negotij mandatum non
poſſit extendi, niſi ad ea quæ non fuerunt exacta.
10 † Cùm etiam ſi præceſſiſſet mandatum ſpeciale
quo ad certas res, & perſonas, & cauſas, quamvis
poſtea ſequerentur clauſulę generales quo ad om-
nes, tamen intelligerentur quo ad illas tantum
nominatas: Bart. *in l. quod dicitur. in princ. n. 1. ff. de
tutel.* Roman. *ſing. 136. conſtituo tignum. n. 1.* Put. *dec.
112. lib. 1.* Felic. *in c. ſedes. n. 21. de reſcript.* Natt. *conſ.
197. n. 3. & 4* Card. Mantic: *dec. 291. n. 2.* Rot. *deciſ.
754. num. 2. part. 2. in recentiorib.*

Non obſtat, quod fuerit facta quietatio generalis de
omnibus fructibus per cedentes debitis loco red-
dituum dicti prædij, & ſolutis à die appoſiti ſe-
queſtri vſque ad diem obitus Siluiæ, Quia de iſta
generalitate non conſtat, nam in dicta quietantia
non fit mentio de toto tempore quo Antonius
cepit ſoluere dictos fructus dotales loco penſio-
num fundi dotalis, ſed tantum ſe reſtringit ad fru-
ctus per eos ſolutos, & ſic pro tempore quo du-
rauit matrimonium inter Ludouicum, & Siluiam,
non autem de fructibus dotalibus ſolutis aliis
duobus viris eiuſdem Siluiæ, cùm non ſit facta
mentio de facto alieno, quod non ſpectabat ad
11 Ludouicum, † & quatenus etiam quietatio eſſet
generalis, tamen cum in ea adſit reſtrictio ad pe-
cunias extantes, huiuſmodi generalitas reſtringi-
tur, & recipit eam limitationem, quam diſponens
adiecit: Bart. *in l. general. §. vxori, ff. de vſufruct. le-
gat.* Ruin. *conſil. 20. n. 2. lib. 1. & conſ. 188. num. 11. lib. 2*
Surd. *conſ. 152. num. 35. lib. 2. & conſ. 369. num. 31. lib. 3*
12 † Et paſſim quietatio generalis refertur ad ea, quæ
ſpecialiter ſunt demandata, cùm generale dictum
reſtringatur per rationem, iuxta ſuam cauſam:
Ang. *in l. obligatione generali, ff. de pignorib.* Surd.
13 *conſ. 160. num. 36. & 37. lib. 2.* † Et in ſpecie ſimilis
quietationis generalis, & tranſactionis Natt. *conſ.
546. num. 10 cum ſeq. iuxta l. ſi ex maiore, & l. ſi de
certa. Cod. de tranſact. l. emptor. §. lucius. ff. de pact.*
Bart. *in l. Aurelius, §. Caio col. penult. verſ. ideò pro
declaratione, ff de liberat. legat.*

Neque obſtat, quod fuerit dictum de omnibus fru-
ctibus a die appoſiti ſequeſtri decurſis, & matura-
14 tis vſque ad obitum Siluiæ, † Quia fuit etiam ad-
ditum de extantibus penes inquilinos, vnde ſe-
cundùm iſtam additionem eſt intelligenda præce-
dens diſpoſitio, non autem ſimpliciter de omni-
bus etiam exactis, tamquam attendatur limitatio
& reſtrictio per rationem ſecundùm ſuam cau-
ſam, *l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* Surd.
*conſil. 445. numero 44. lib. 3. & conſil. 321. num. 31. eod.
lib.* Gabr. *de regul. iur. concluſ. 4. numero 21.* Rot.
15 *deciſ. 110. numero 2. part. 2. in recentior.* † & per ra-
tionem expreſſam Bald. *in l. 3. §. ex hoc edict. ff. naut.
caup. ſtabul.* Roman. *conſil. 403. numero 23.* Alex.
conſil. 113. numero 2. lib. 7. Aym. *conſ. 236. numero 6*
Natt. *conſil. 546. numero 11. & 12.* Rot. *deciſ. 388*
16 *numero 5. part. 1. in recentior.* † Et ſemper verba ge-
neralia reſtringuntur iuxta materiam ſubiectam;
l. ſi vno in princip. ff. locat. Alexand. *conſilio 40. nu-
17 mero 3. lib. 4.* † Vnde quietantia generalis de omni
eo, & toto, quod quis poſſet prætendere occa-

ſinne ſeruitutis , non comprehendit legatum fa-
ctum propter ſeruitutem, cùm debeat reſtringi ad
eamdem cauſam famulatus, & ad materiam ſub-
iectam , non ad cauſam legati , nec eſſet illa gra-
tuita remuneratio , ex qua motus fuit teſtator ad
remunerandum, & legandum : Cephal. *conſ.*80.*n.*
12 *& conſ.*81 *num.*8 Rot. *dec.*49.9. *num.*3 *part.* 2 *in*
recentioribus.

Minus obſtant verba integraliter , & liberè cum
aliis ex aduerſo adductis , Quia intelliguntur ſe-
cundùm ſubiectam materiam , cùm enim ſint re-
18 ſpectiuè prolata, non autem ſimpliciter , † faciunt
vt importent illud quod promiſſum eſt , videlicet
liberè , & ſine diminutione pecuniarum extan-
tium , cùm paſſim in omnibus iſtis , & ſimilibus
clauſulis fiat interpretatio ratione ſubiectæ ma-
teriæ , ob quam illæ apponuntur , reſtringendo eo
reſpectu , quo proferunt : Alex. *conſ.*208 *n.*6 *lib.* 2
*& conſ.*80 *num.*12 *lib.*1 Dec. *in c. reprehenſibilis*, *n.*5
de appellationib. Aret. *conſ.*76 *num.*3 *verſ. licèt ali-*
quando Belon. *conſ.*17 *num.*2 Oldrad. *conſ.* 95 *col.* 2
Aym. *conſ.*16 *num.*5 *& conſ.*171 *num.*13 Surd. *dec.*43
*num.*16 *&* 17.

Declaratio autem quæ prætenditur facta , quod per
Antonium fuerunt ſoluti omnes fructus à die in-
terpoſiti ſequeſtri vſque ad obitum Siluiæ , non
19 eſt facta niſi ab Antonio , † vnde enunciatiuæ
emanatę ab vna tantum parte in abſentia alterius
non probant : *l. non nudis.* vbi Gloſ. *in verb. aſſeue-*
rationibus. C. de probat. l. ex his verbis. C. de teſtam.
milit. Aym. *de antiquit. tempor. part.* 1 §. *ampliatur*
*nunc memorata. num.*3 *fol.*38 Rot. *deciſ.* 768 *num.* 2
part. 2 *in recentiorib.*

Quo vero ad probationem mandati erit alterius in-
ſpectionis, cùm ſatis eſt , quod interim illud eſt
plenè probandum , nam in caſu noſtro non agitur
20 incidenter de mandato , † ſed de eo principaliter
dubitatur, & ita loquitur Rot. *deciſ.*503 *num.*3 *p.* 1
in recentior. vbi fuit concluſum , quod ſaltem præ-
ſumptiuè dicitur conſtare de mandato per aſſer-
tionem notarij dicentis, quod eadem die manda-
tum fuit rogatum per talem notarium & à ſe le-
ctum , quia ibi agebatur de eo incidenter , ideò
quamvis illud non exhiberetur, illa aſſertio facie-
bat præſumptionem, provt notat etiam Curt. Iun.
in authent. ſi quis in aliquo. num. 54 & ibi Cagnol.
*num.*56 *C. de edend.* & ita etiam dicitur *in dec.*440
*num.*5 *in fin. part.* 2. *in recentiorib.* vbi ſolùm conclu-
21 ditur , quod † talis aſſertio notarij multum facit
ad præſumendum mandatum , non autem ex hoc
infertur , per illam aſſertionem plenè mandatum
probari, & doctores allegati *in d. deciſ.*440 *num.*5
in fin. loquuntur de inſtrumento antiquo, in quo
22 enunciatur mandatum , vt † dicit Gabr. *de procu-*
*rator. concluſ.*1 *num.* 9 Caſſador. *deciſ.* 3 *num.* 4 *ad*
med. verſ. ſecus quando inſtrumentum. eod. tit. latè
Menoch. *præſumpt.*33 *num.*25 *lib.*2 *& conſ.*1 *num.*80
Dec. *conſ.*36 *n.*8 *& conſ.*199 *num.*3 Purpur. *in auth.*
ſi quis in aliquo, in fin. C. de edend. Cagnol. *in l. velle*
non creditur, num. 19 *de regul. iur.* Boer. *deciſ.* 281
*num.*17 Aym. *conſ.* 317 *col.* 2 *verſ. ſecundo reſpondeo,*
& de antiq. tempor. p. 2 *num.*61 *cum ſeq. verſ. ſecundo*
23 *ſublimita. fol.*155 † Intelligendo in iudicialibus, &
quando ſolemnitas extrinſeca eſt enunciata in
inſtrumento, videlicèt ſi diceretur talis ſyndicus,
vel procurator , de cuius mandato fuit rogatus
talis, vel provt conſtat de actis mei notarij, tunc
enim de tempore antiquo præſumetur manda-
tum, vt notat in ſpecie Caputaq. *deciſ.*194 *part.* 3
vbi ita declarat Caſſador. *d. deciſ. num.* 4 *de procu-*
ratoribus.

Similiter quod ad coniecturas, & præſumptiones, ex
quibus prætenditur probari mandatum , erit par-
24 ticulariter videndum , † cum non omnes conie-
cturæ admittantur , quamvis ex iſtis aliquando
huiuſmodi mandata probentur : Rot. *deciſ.*440 *n.*
5 *vſque ad* 8 *p.* 2 *in recentiorib.* Gozad. *conſ.* 11 *n.* 13
Cæſar. de Graſ. *deciſ.*2 *n.*5 *de reb. eccl. non alienand.*
Gardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 7
*tit.*6 *num.*1 Rot. *diuerſ. dec.* 187 *num.*1 *part.*1 *& dec.*
32. *num.*2 *part.*2 Pro coniecturis autem admittete-
tur aſſertio, & enunciatio mandati facta per nota-
25 rium, † expenſa facta in cauſa etiam vnius ducati,
productio ſcripturarum exiſtentium apud procu-
ratorem, nam ex iſtis probatur mandatum , vt di-
xit Rot. *deciſ.*440 *num.*5 *cum ſeq. p.*2 *in recentiori-*
bus. vbi quod iſta viſa ſunt in illo caſu ſufficere
ſtante clauſula arbitrio Rotæ appoſita in reſcri-
26 pto, † quæ remittit rigorem iuris : Creſcent. *dec.* 4
*n.*3. *de teſtib.* Et multas alias coniecturas ad pro-
bandum mandatum latè adducit Menoch. *præ-*
*ſumpt.*33 *lib.* 2 Gabr. *concluſ.* 1 *de procurator.* Maſ-
card. *de probation concl.*1007 *vſque ad concluſ.*1014
tom. 1.

Et coniecturam deſumptam ex impenſa dixit eſſe
potiſſimam Rot. *deciſ.* 475 *n.*8 *&* 9 *p.* 1 *in recentio-*
27 *ribus.* † vbi fuit concluſum, quod tranſlatio Epi-
ſcopi dicitur facta de conſenſu ipſius , quia pro-
curator eiuſdem tranſlati ſoluit annatam , ex cu-
ius ſolutione manifeſtè apparet illum fuiſſe con-
ſtitutum procuratorem : Rot. *deciſ.*1 *in fin. de pro-*
curator. in nou. Ita vt ex hoc reſultet clarus conſen-
ſus tranſlati, non obſtante, quod mandatum pro-
28 betur ex dicta præſumptione. † Quamvis enim
ex præſumptionibus non oriatur præſumptio
cum duæ fictiones non poſſint ſimul concurrere,
l. cum poſt. § *gener. ff. de iur. dot.* Gloſ. *in l.*1 *Cod. de*
dot. promiſ. Ruin. *conſ.*90. *ad fin. lib.* 1 Tamen aliud
eſt quando vna venit in conſequentiam alterius,
nam tunc ex præſumpta conſtitutione procurato-
ris in neceſſarium conſequens reſultat conſenſus,
29 † aliàs conſtitutio procuratoris eſſet fruſtratoria:
Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, n.*11 *ff. de vſucap. & in*
*l. ſi ſub conditione, n.*3 *Cod. quand. lic. ab empt. diſce-*
der. & notat in ſpecie Rot. *deciſ.*475 *num.*1 *part.*2
in recentior. & coram Card. Sacrato Romana do-
mus de Burgo. 11. Februar. 1605. poſt Alex. *conſ.*117
30 *num.*4. *lib.*5. † vbi concludit , quod ſi fingeremus
propter ratificationem valuiſſe primum contra-
ctum locationis in perpetuum cum pacto de ven-
dendo, in conſequentiam etiam fingimus , quod
venditio inde ſecuta valeat tanquam neceſſaria ,
& ſic tunc poterunt ſtare ſimul duæ fictiones tan-
quam dependentes, & conſecutiuæ, iuxta *l. ſingu-*
*laris. ff. ſi cert. petat. l. cum duæ ſpecies.*14 *in fin. ff. de*
31 *captiu. & poſtlimin. reuerſ.* † Cùm etiam duæ actio-
nes poſſint concurrere circa diuerſa , vna circa
obligationem, id eſt circa primum contractum ,
alia circa ſecundum contractum, ex quo reſulta-
bat liberatio à primo, *d. l. ſingularis. in fin.* Alex.
*conſ.*117. *num.*4. *poſt med. lib.*5.

Quo vero ad nullitatem geſtorum , quæ prætendi-
tur occaſione mandati expirati , concluden-
dum eſt , quod talis nullitas non ſit attenden-
32 da , † Nam quamvis mandatum ſubſtituti ex-
piret per obitum ſuſtinentis. Oldrad. *conſilio*
130. *columna* 2. *verſ. alia ratione , numero ſecundo.*
Tamen hoc habet locum , ſi ſubſtituens iure

proprio

proprio, ſubſtituit puta quando eſſet factus domi-
35 nus litis, † ſecus quando, prout in caſu noſtro ſubſtituiſſet ex facultate ſibi data à principali, tunc enim non attenditur mors ſubſtituentis, ſed obitus ipſius principalis: Gloſſ. *in c. 1. 38. licet. in verb. ſubſtituendi.* & ibi Franc. *col. 2. in fin. verſ. quarto aduerte, de procurator. in 6.* Cardin. *in clem. vltim. col. fin. q. 15. eod. tit.* Felin. *in c. relatum, col. 2. in fin.* & ibi Dec. *col. 1. in princ. verſ. & adde de offic. delegatus* Prob. ad Monach. *in c. perpetuo, num. 11. de poſtulat. prælator.* Ruin. *conſ. 74. col. 3. verſ. non enim morte patris, lib. 3.* Milius *in verb. procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi.* Bellarm. *deciſ. 6.* Rot. *deciſ. 33. nu. 1 & deciſ. 38. num. 2. de procurator. in nou.* Gabr. *eod. tit. concluſ. 2. n. 9.* Rot. *deciſ. 521. num. 8. part. 1. in recentioribus.*

EPITOME.

VErba *diſcretioni tuæ, & conſcientiam oneramus*, an impediant ſubdelegationẽ, & importent, quod ſit electa induſtria perſonæ. ¶ Et an idem ſignificẽt, quod *judicio tuo.* ¶ Auditores Cardinalium Legatorum de latere an faciat idem tribunal, & habeant iuriſdictionem ordinariam. ¶ Aſſertioni Cardinalis quando ſit credendum. ¶ Stylus non citandi ad videndum iurare teſtes an ſit validus. ¶ Et quomodo intelligantur verba, *admiſit, commiſit, & monuit.* ¶ Et an inducant præſentiam partium. ¶ Mandatum an debeat eſſe ſpeciale in cauſis matrimonialibus. ¶ Et an ſufficiat clauſula, *cum libera, & ad lites motas, & mouendas.* ¶ Procurator quando dicatur acceptaſſe mandatum, & illud ad ſpeciem deduxiſſe. ¶ Facultas recipiendi iuramentum an ſit data ſtatim, quod examen committitur. ¶ Et an talis receptio poſſit cõmitti notario. ¶ Examen commiſſum laico in cauſis eccleſiaſticis quando ſuſtineatur. ¶ Solemnitates ſtatuti an ſint neceſſariæ in mandato ad lites facto per minorem. ¶ Omiſſio licentiæ Superioris in depoſitione teſtis Monachi an attendatur, tanquam ſit leuis ſolemnitas. ¶ Sententia ſeparationis thori quando tranſeat in iudicatum. ¶ Sæuitia viri ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingulares. ¶ Et quãdo præbeat cauſam ſeparationis thori, & reſtitutionis dotis, & fructuum, & augmenti. ¶ Et quo caſu talis reſtitutio ſit plenaria abſque eo, quod deſeruiat oneribus matrimonij, & alimentationi liberorum. ¶ Cautio oblata per maritum quando ſit admittenda, vt vxor ei debeat reſtitui. ¶ Correctio vxoris an permittatur marito. ¶ Et an valeat ejus promiſſio de illam non corrigendo. ¶ Teſtes an poſſint examinari extra locum judicij. Iniuſtitia ſententiæ an ſufficiat ad concedendam reſtitutionem in integrum. ¶ Veſtes, & iocalia quando præſumantur donata per virum vxori. ¶ Separatio thori quando æquiparetur diuortio. ¶ Et an concedatur propter adulterium. ¶ Teſtes ſuper ſæuitia viri an præualeant teſtibus contrarium deponentibus. ¶ Vxor quando ſit alenda ex fructibus dotis ſtante ſententia ſeparationis thori.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum cum clauſula* diſcretioni tuæ *directum Legato Apoſtolico non impedit ſubdelegationem.*

2 *Verba*, conſcientiam oneramus, & diſcretioni tuę, *& ſimilia non faciunt, vt ſit electa induſtria perſonæ, nec per illa mutatur natura negotij, ſuper quo litteræ conceduntur, num. 3.*

4 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur.*

5 *Clauſula,* diſcretioni tuæ, *appoſita generaliter ſuper toto negotio facit, vt permittatur electio delegati.*

6 *Verba*, judicio tuo, *& diſcretioni tuæ idem ſignificant.*

7 *Auditores Cardinalium Legatorum de latere faciũt idem tribunal, & habẽt iuriſdictionem ordinariã.*

8 *Delegatus Principis dicitur ordinarius.*

9 *Cardinales dicuntur Principes, & Legati de latere ſunt in prouincia maiores omnium poſt Papam.*

10 *Verba,* diſcretioni tuæ, *ponuntur in omnibus litteris quibuſcumque directis, exceptis Epiſcopis, quibus dicitur* fraternitati veſtræ.

11 *Commiſſio ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorẽ.*

12 *Induſtria perſonæ non eſt electa in negotio commiſſo cum cauſæ cognitione.*

13 *Laicus non poteſt cognoſcere cauſas matrimoniales.*

14 *Vicarius debet eſſe clericus, non laicus.*

15 *Aſſertioni Cardinalis creditur ſaltem ad transferendam probationem, & ad inducendam præſumptionem, validitatis actus.*

16 *Stylus curiæ non citandi ad videndum iurare teſtes valet, & quid ſignificent verba* admiſit, commiſit, & monuit, *& an ſint iuxta conſtitutionem Marchiæ, n. 19.*

17 *Stylus eſt ſeruandus in ordinatoriis, & de eo Iudex ſe informat extraiudicialiter etiam partibus non vocatis. nu. 18.*

20 *Monitio facta parte præſente ſupplet defectum citationis.*

21 *Iudex monens partes in judicio intelligitur monuiſſe partes præſentes.*

22 *Præſentia præſupponitur ex vi verbi monitionis.*

23 *Mãdatum debet eſſe ſpeciale in cauſa matrimoniali.*

24 *Mandatum ſpeciale cum libera intelligitur ex verbis cum facultate gerendi omnia, quæ principalis facere potuiſſet, n. 25.*

26 *Cauſæ beneficiales, & ſimiles comprehenduntur in mandato ad cauſas motas, & mouendas.*

27 *Procurator quando dicatur acceptaſſe mandatum & illud ad ſpeciem deduxiſſe, ita vt contra eum poſſit procedi tanquam contra verum contumácem, num. 28. & 29.*

30 *Commiſſo examine intelligitur etiam commiſſa facultas recipiendi iuramentum. Intellige vt n. 34.*

31 *Deputatus ad examinandum teſtes, poteſt etiam citare partem aduèrſam.*

32 *Examen commiſſum laico in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus an ſuſtineatur, & n. 33.*

35 *Delegatus poteſt ſubdelegare aliquem particularem articulum.*

36 *Receptio iuramenti teſtium poteſt de ſtylo committi notario.*

37 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in mandato ad lites facto per minorem.*

38 *Parochus non poteſt conferre ſacramentum confirmationis, cuius miniſter eſt ſolus Epiſcopus.*

39 *Parocho nõ creditur ſi atteſtatur de actu ab alio geſto.*

40 *Conſtitutio Marchiæ mandat aſſignandos eſſe duos dies ad dandum interrogatoria.*

41 *Omiſſio licentiæ ſuperioris in examine facto per Monachum non attenditur tanquam ſit leuis ſolẽnitas.*

42 *Nullitas citationis examinis nõ conſideratur, quando ſunt data interrogatoria, & tũc intrat arbitrium, & quid ſi adſint nullitates admixtæ cũ ſpolio, n. 43.*

44 *Sententia ſeparationis thori nunquam tranſit in iudicatum, licet non fuerit appellatum. Declara vt num. 45. & 46.*

47 *Separatio thori conceditur propter ſanitiam viri,& eſt locus reſtitutioni dotis.*
48 *Sanitia viri ex quibus probetur ad hoc, vt ſit locus ſeparationi thori,& an actus debeant eſſe reſſerati,num.49.*
50 *Adulterium ſolum attenditur ad hoc vt detur ſeparatio thori,n.51.*
52 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandam ſanitiam viri.*
53 *Vxor non eſt reſtituenda viro , neque cum cautione ſtante inimicitia capitali orta ex lite de maiori parte bonorum,etiam lite finita,n.54.& 55.*
56 *Teſtes deponentes de probitate viri, & bono tractatu non attenduntur , ſi per alios teſtes fuerit probata ſanitia,quibus magis creditur,quam aliis,n.57.*
58 *Sententia non eſt ferenda ſuper ſeparatione thori, quando affertur per virum cautio de non offendendo.Intellige vt n.60.& 61.*
59 *Cautio praſtatur per maritum , quamvis dederit vxori cauſam diuertendi.*
62 *Reconciliatio vxeris cum marito facit,vt non ſit amplius locus ſeparationi thori ob ſanitiam, & ſimilem cauſam, dummodo tamen legitimè probetur.*
63 *Vxor eſt alenda ex fructibus dotis , quando iudex mandat fieri ſeparationem thori , ſecus ſi fiat ob culpam , & adulterium , & ſanitiam viri , quia tunc dos debet plenè reſtitui,etiam cum augmento, n.64. & non deſeruit pro oneribus matrimonij,nec pro alendis liberis.n.66.Declara vt n.67.*
65 *Separatio thori aquiparatur diuortio.*
68 *Veſtes,iocalia & ſimilia data vxeri per virum praſumuntur donata ſtante qualitate perſonarum.*
69 *Marito permittitur corrigere,& verberare vxorem abſque exceſſu,leniter , & diſcretè, ſicut magiſtro diſcipulum, & domino ſeruum,n. 70.*
71 *Promiſſio mariti de non corrigendo vxorem eſt inualida tanquam contra bonos mores.*
72 *Teſtes poſſunt examinari extra locum iudicij , ſi prius in eodem loco iurauerint.*
73 *Clauſula,* arbitrio Rotæ,*mitigat rigorem iuris.*
74 *Reſtitutio in integrum non conceditur non probata læſione.*
75 *Iniuſtitia ſententiæ ſufficit,ad hoc vt probetur læſio.*

CAPVT DCCXXXVIII.

QVam plures exceptiones,& nullitates opponebantur contra ſententiam latam ad fauorem Fauſtinæ in cauſa Recanaten.*ſeparationis thori*:quas tamen dicebam non obſtare , nam quamvis commiſſio , ſeu reſcriptum fuerit cum clauſu-
1 la , *diſcretioni tuæ* , † non tamen per illam potuit
impediri ſubdelegatio , tanquam ſimus in Cardinali Legato Sedis Apoſtolicæ,qui poteſt ſubdelegare licèt ei committetur cognitio nudi miniſterij,ſeu alterius rei,per quam regulariter alius prohiberetur vices ſuas committere:Felin. *in c. vlt.§. cæterum,num.6.col.penult.in fin.de offic.delegat.*Doctor.*in clem.1.eo.tit.*Card.Seraph.*deciſ.*857.*nu.* 18. Rot. coram Cardin. Pamphilio Toletana medietatis annatæ,19. Iunij 1589.
Cum etiam iſtæ clauſulæ,*diſcretioni tuæ,conſcientiam*
2 *tuam oneramus* , † & ſimiles tanquam appoſitæ in
vim executionis,& monitionis non faciant,quod ſit electa induſtria perſonæ,neque impediunt ſubdelegationem:Abb.*in c.fin. §.is autem, in fin.de offic.deleg.* Ang.*in auth.ad hæc,C.de iudic.* Rot. coram R.P.D. Penia Auellin. archipreſbyteratus 6. Aprilis 1590. & coram Card. Pamphilio Legionen. ſancti Fecundi 1591. Nauarr. *conſil. 6. de offic. deleg.*latè Flores,*pract.quæſt.lib.1.qu.4.num. 67.vſ-*
3 *que ad* 71.† Quaſi per tales clauſulas non mutetur
natura negotij,ſuper quo litteræ conceduntur,tacitè enim ineſt omnibus commiſſionibus,vt Iudices cuncta agant iuxta bonam conſcientiam , *c. 1.*
4 *de re iudicat.in* 6.† Expreſſio ergo eius,quod taci-
tè ineſt, nihil operatur , & ſonat potius in monitionem,& excitationem,quam conditionem : Innoc.*in cap.fin.de præſumpt.& in c.licet.de offic.ordinar.* & ita omnia prædicta conſiderat Anchar. *in*
5 *clem.1. notab. 15. de for.compet.* † Cum etiam dicta
verba non ſint appoſita ſpecialiter ſuper deciſione cauſæ,ſed generaliter ſuper toto negotio,vnde ſufficit , quod operentur reſpectu electionis ſubdelegati , ita vt potuerit delegatus talem electionem facere, quemadmodum ſi fuiſſet commiſſum
6 judicio ſuo,† quod idem ſignificat,quod *diſcretio-*
ni tuæ. Gloſſ.*in l.cum prætor.§. vltim.in verb.iudicio, ff.de iudic. & §.præterea,inſtitut. quibus non eſt permiſ.facer.teſtam.* Alexand.*conſil.33.nu.2.ad med. ver.quod probatur,lib.1.*Menoch.*de arbitrar.lib.1. qu.8.nume.17.& 25.*Rebuff.*ſuper concordat.in form. mandat.apoſtolic.in verb.diſcretioni veſtræ.*
Præſertim , quia Cardinalis Legatus Apoſtolicus ſubdelegauit Auditorem, & Vicarium ſuum,cum
7 iſti Auditores Cardinalium Legatorum † de late-
re faciant idem tribunal , & habeant ordinariam iuriſdictionem:Bald.*in l.vltim.nu.4.C.vbi ſenator.*
8 *vel clariſſim.*tanquam ſint delegati Principis,† qui
dicuntur ordinarii:Zabarell.*in clem.auditor.num. 6.verſ.de deputato,de reſcript.*poſt Bar.*in l.præcipi-*
9 *mus,§.quod ſi à duce.num.1.C.de appellat.*† Et Car-
dinales dicuntur Principes, & Legati de latere æquiparantur Proconſuli,& in prouincia ſunt maiores omnibus poſt Papam : Felin. *in c.ſuper quæſtionum,27.§.ſi vero,num.16.verſ.ſecundo fallit. de offic.delegat.* Franc.*in c.cum cauſam, nu.16.ad med. qu.8.de appellat.*
Immo dicta verba, *diſcretioni tuæ*, non ſunt appoſita in ſupplicatione commiſſionis , nec ſunt verba Papæ,ſed illius, qui fecit minutam breuis,ſeu bul-
10 læ , † & apponuntur in omnibus litteris quibuſ-
cumque directis,exceptis Epiſcopis, quibus dicitur , *fraternitati veſtræ*, loco *diſcretioni tuæ* , vt *in praxi. Cancellar.* Rebuff. *ſuper concordat. in form. mandator. Apoſtolic.in verb.diſcretioni tuæ,n.* 1. Cũ etiam commiſſio ſit ſub nomine dignitatis , quo
11 † caſu minus cenſetur electa induſtria perſonæ,&
tranſit ad ſucceſſorem,*c.quoniam abbas,* vbi Bald. *in princ.*Dec.*n.3.de offic.delegat.* Panorm.*in c.vlt.§. fin.n.7.eod.tit.*Iaſ.*in l.more,n.64.de iuriſd.omn.iud.* Menoch.*de arbitr.lib.1.q.68.n.21.*
Additur, quod negotium fuit commiſſum cum cau-
12 ſæ cognitione,† tunc enim non videtur Papa eli-
gere induſtriam perſonæ,& ideò valebit ſubdelegatio:*c.vltim.in fin.*vbi Abb.*in §.is autem,nume. 6.* Felin.*in 2.notab.de offic.de legat.*Caccialup.*in l.more.num.16.de iuriſd.omn.iudic.*Menoch.*conſ.17.nu. 3.libro 1.* Iaſ.*in l.à iudice.col.vlt. verſ.duodecimo limitat. de iudic.*
Idem dicẽdum eſt de alia exceptione oppoſita,quod
13 ſubdelegatus fuerit laicus , † qui non poteſt co-
gnoſcere cauſas matrimoniales Menoch. *conſ.* 17. *num.6.& 7.lib.1.* Quia iſta exceptio non probatur, immo ex ſubſcriptione ſententiæ apparet potius illam fuiſſe latam à perſona eccleſiaſtica,
14 cum fuerit ſubſcripta tanquam à Vicario , † qui
non poteſt eſſe talis , niſi ſit clericus , non laicus

c. in

cap.in noua actione, 16.*q*.7. Abb.*in cap.decernimus*, *n*.12. vbi Felin.*n*.6. Dec.*num*.120.*de iudic*. Prob.ad Monach. *in cap*.1.*colum.penult. de offic. vicar. in* 6. Rebuff.*in prax.tit.de vicar.Episcop.n*.35.

Quæ confirmantur ex atteſtationibus Cardinalis Legati, & capituli Eccleſiæ Aſſiſienſis deponentium Iudicem ſubdelegatum fuiſſe in ſacris, & perſonam Eccleſiaſticam ante annum 1600. de quo tempore fuit lata ſententia in huiuſmodi cauſa, ita vt ſtante ſubſcriptione, quæ eſt tamquam de Vicario,& ſtantibus dictis depoſitionibus præ-
15 ſumendum ſit pro validitate ſententiæ, † cùm etiam ſufficeret aſſertio Cardinalis, cui creditur ſaltem ad transferendam probationem in aduerſarium, & ad inducendam præſumptionem validitatis actus: Innocent.*in cap. cum olim*. 12. & ibi Abbat.*num*.5.& 6. *de priuileg.* iuxta *c.cum à nobis, de teſtibus*, *cap. quod ſuper . de fid. instrument*. Oldrad. *conſil*. 287.*in princ*. Maſcard. *concluſ*. 270 *numero* 6.

Provt etiam tollitur alia exceptio, quod examen teſtium, & iuramenta fuerint recepta non citato
16 aduerſario, Quia in curia Maceratenſi, † in qua fuit factus proceſſus,& lata ſententia, non ſolent fieri huiuſmodi citationes ad videndum iurare teſtes, ſed tantummodo cùm producantur articuli, facta inſtantia per procuratorem illos admitti, committi, & moneri, Iudex interponit decretum ſub his verbis *Articulos admiſit, commiſit*, *& monuit*, in forma, quod decretum ita extenditur, videlicet admiſit articulos, commiſit notario receptionem iuramentorum teſtium,& illorum examen, & monuit partes durante toto termino probatorio ad videndum iurare, & valet examen cum tali monitione factum, quod etiam eſt iuxta tenorem conſtitutionis Marchiæ *lib*.5.*cap*.16. De quo ſtylo, & illius extenſione datur fides omnium procuratorum, & Aduocato-
17 rum illius Curiæ, & illi ſtandum eſt † tamquam ſimus in ordinatoriis: Cyn. & Bald. *in l*.1.*in fin.C. quæ ſit long. conſuetud*. Bart. *in l.iuriſperitus, ff.de excuſat.tutor.& in l*.3.*ff.de teſtibus*, Afflict.*deciſ*.155 *n*.3. Et in his quæ concernunt ordinatoria poteſt
18 Iudex ſe extraiudicialiter informare † etiam partibus non vocatis: Alexand.*in l.dies cautioni*, 4.§. *hoc autem, num*.26.*ff.de damn.infect*. Aym.*conſ*.104 *num*.9.Olaſc. *deciſ*.22. *num*.16. *&* 17.iuxta *l*.3.§.*fin.* vbi Bart.*ff.de teſtibus, & in l.de quibus,num*.21.*de legibus*. Bald.*in l.vnic.in fin. C.vt quæ dos,aduocat*. Dec.*conſ*.447.*in fin.& conſ*.665. *num*. 27. Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Vlixbonen. iuris deputandi collectores, 24. Martij 1603. Et valere hu-
19 iuſmodi ſtylum citandi,ſeu † monendi vnica vice pro toto termino probatorio ſæpe reſoluit Rota, vt latè teſtatur Gonzal.*ad regul*.8.*Cancellar.gloſſ*.9 §.1.*in annotat.contra nullitat.& attentat.num*.55.*in* 2 *edit.fol*.268.

Amplius cum talis monitio fuerit facta parte præ-
20 ſente, ſupplet defectum citationis, † quatenus etiam requireretur,cum tamen probatum ſit illam non requiri: Felin. *in cap*.1.*n*.18.*de iudic*.Io.And. *in cap.fin.de elect.in* 6. Archid.*in cap. propoſuiſti*,3. *diſt*. Cardin. Seraph.*dec*.118. *num*.1.Alex.*conſ*.123 *num*.2.*li*.2.Vant.*de nullit.defect.citat.n*. 17.Caſſad. *deciſ*.2.*num*.3.*de iudic*. Rot. coram R.P.D.Vbaldo Ianuen.pecuniaria, 16. Martij 1612.Et quando Iudex monuit partes in iudicio, intelligitur mo-
21 nuiſſe partes præſentes, † vt actus operetur,& ne reddatur falſus:Socin. in ſpecie *conſ*.68.*num*.3. & 4.*lib*.4. vbi etiam quod hoc erit ex vi verbi moni-
22 tionis, quæ præſupponit præſentiam illius, † qui monetur, vnde præſumendum erit illam interueniſſe, niſi contrarium probetur: Bald. *in rubr. C. de contrah.empt.n*.16.*quæſt*.19.dixi *deciſ.March*.36 *num*.20.*vſque ad* 23.

Similiter non releuat exceptio defectus mandati,
23 tanquam illud deberet eſſe ſpeciale,cùm ſimus in cauſa matrimoniali: Gloſ. *in c.qui ad agendum*, *in verb.vel paciſci,ad med.de procurat.in* 6. cum aliis per Franciſ. Molin.*de ritu nuptiar.& pact.in matr. conuent.lib*.1. *compar*. 25. *num*. 6. Quia conſtat de mandato ampliſsimo facto per aduerſarium in perſonam procuratoris,qui fuit citatus, & litem,
24 ſuſtinuit † cum facultate gerendi omnia, quæ principalis facere potuiſſet,quæ verba operantur, vt cenſeatur datum mandatum cum libera,*l.creditor*,§.*Lucius,ff.mandat*. Archidiac.*in c*.1.*de reſcrip. in* 6.Bald.*in l*.1.*ad fin. C.de bon. matern*. Bart. *in l. procurator cui*, *num*.3.*ff.de procurat*. Alex.*conſ*. 44 *num*.1.*lib*.2.*& conſ*.133.*num*.4.*vſque ad* 7.*lib*.6.Rot. coram Cardin. Pamphilio Romana vineæ, 15. Ianuarij 1590.& coram Cardin. Arigonio Oriolen. beneficiorum, 10. Ianuarij 1594.cum aliis per Bertazol. *clauſul*.5.*gloſ*.2.*num*.4.*&* 5.

Conceſſio autem generalis cum libera operatur, vt
25 eius virtute fieri poſſint omnia, † quæ mandatum ſpeciale requirerent, *l.mandato*,& ibi Bart. *ff.de procuratoribus*, Bald.*in l.illud*. §.1.*ff.eod.tit*. Abb.*in c. intelleximus,n*.11. *de iudic*.Gemin. *conſil*.129. *n*.7 Franciſc.Marc. *dec*.618.*num*.8.*&* 9. *p*.1.Alex.*conſ*. 44.*num*.2. *lib*.2.& latius *conſil*. 133. *n*.4. *vſque ad* 7 *lib*.6.Rot. coram Card. Mantica Cremonen.Legati, 5. Iunij 1596. Card.Seraph.*dec*.238.*n*.3.*vſque ad* 6. Pariſ.*conſ*.78.*num*. 29.*lib*.1.

Quamvis hæc dicta ſint ex abundanti, cùm in mandato vltra clauſulam, quod procurator poſſit facere omnia, quæ ipſemet conſtituens, addita ſint etiam verba, quæ mandatum ſpeciale require-
26 rent, † adeò vt non poſsit dubitari de validitate mandati quo ad iſtas cauſas matrimoniales, cùm etiam ſufficeret, quod mandatum eſſet ad cauſas motas, & mouendas,in quo comprehenderentur cauſæ beneficiales, & ſimiles,provt ita ſeruari de ſtylo Rotæ teſtatur Mandoſ.ad Lap. *allegat*.60.*in verb.beneficialis,in finem*, iuxta notata per Addit. ad Rot.*deciſione* 27.*aliàs* 375. *de procurat. in nou. in finem*.

Et de acceptatione procuratoris non poteſt controuerti, cum in proceſſu adſint multæ comparitio-
27 nes ab eo factæ,† & quam plures exceptiones per eundem oppoſitæ, adeò vt ex iſtis receperit poteſtatem executiuam ſui officii, & tunc dicatur procurator actu, & dominus teneatur omnia habere rata:Archidiac.*in c.his qui de procurator.in* 6 Rot. *dec*.7.& ibi latè Addit.*in verb.acceptaſſe,eod. tit.in nou*.poſt Specul.*de elect*.§.1. *verſ.quid ſi pro-*
28 *curator.in princ*. † Ita vt etiam per iſtas comparationes in actis dicatur mandatum generale deductum ad ſpeciem, Card. Seraph.*deciſ*. 454.*num*. 3

Cum etiam ſtantibus prædictis poſſit procedi con-
29 tra talem procuratorem,†tanquam contra verum contumacem: Felin. *in c.cum contingat, n*. 8. *verſ. & pro iſta prima limitat.de reſcript*.Rot.*dec*.11.*de dol.& contum.ac.in nou*.Achil.*deciſ*.7.*num*.1.*eod.tit*. Ægid. *deciſion*. 364.& 538. Sarnenſ.*de annalibus*, *qu*.65.*&* 76.

Minus obſtat,quod examen teſtium ſit nullum ex defectu iuramenti, quaſi in commiſſione non fuerit

data facultas notario recipiendi iuramenta te-
ſtium, ſed ſolummodò ad examinandum teſtes,
30 † Quia talis nullitas non eſt conſiderabilis, cum
ſtatim commiſſo examine, per neceſſarium ante-
cedens intelligatur commiſſa etiam facultas reci-
piendi iuſiurandum, ſine quo examen non vale-
ret arguendo *l.2 de iuriſdict.omn.iudic.* & in ſpecie
ita reſoluit Rot. per Put.*deo.158 num.1 p.1* Mohed.
dec.6 de teſtib. & in ſimili notat Felin.*in cap.2 col.3
in princip.verſ. quarto declara numero 5 de teſtibus.*
31 † vbi quod deputatus ſolum ad examinandum
teſtes poterit etiam citare partem aduerſam, quaſi
ſit præambulum inſeparabile: Butr.*in c. conſtitu-
tus, col.1 de appellat.* Ita vt neque attendatur, quod
32 notarius, † qui examinauit teſtes ſit laicus, & ſic
tamquam incapax non admittatur, *cap. decerni-
mus de iudic.* Quia iſtæ commiſſiones, quæ dantur
illis qui, debent examinare teſtes, quamvis etiam
33 cauſa eſſet beneficialis, ſeu eccleſiaſtica, † non
concernunt delegationem actus cum exercitio iu-
riſdictionis, ſed ſolum continent nudum miniſte-
rium, & ſic ſuſtinetur examen quamvis laico con-
cedatur, *clem.1 de offic. delegat.* Guid. Bon.*dec.158*
cum aliis de quibus per Gonzad.*ad reg.8 cancellar.
in annotan. contra nullit. & attent.in cauſ.beneficia-
libus, numero 114.*

Et contraria procedunt, quãdo eſſet electa induſtria
perſonæ, tunc enim ſi fuiſſet commiſſum examen
34 † cum receptione iuramentorum teſtium alicui
ſic electo, non poſſet per eum alteri delegari,
provt in ſpecie ita reſpondet Rot. coram R. P. D.
Manzanedo Terdonen. bonorum.11. Martij 1615
35 quæ eſt *deciſ.655 num.2 & 3 p.2 in recenſior.* † Cum
aliàs poſſit delegatus ſubdelegare aliquem parti-
cularem articulum iuxta *clem.vnic.* & ibi Gloſ.*de
36 offic.delegat.* Rot.*d.dec.655 num.2* † Et paſſim ad-
mittitur ſtylus, quod receptio iuramenti teſtium
committitur notario ita vt ex hoc non poſſit dici
de nullitate examinis, Caputaq. *deciſ. 265 part.3*
Rota coram R. P. D. Vbaldo Ianuen. pecuniaria
16 Martij 1612.

Neque eſt conſideranda prætenſa nullitas mandati
tanquam facti à minore abſque decreto, & con-
ſenſu conſanguineorum, & aliis ſolemnitatibus
37 requiſitis in conſtitutione Marchiæ, † Nam ſumus
in mandatis ad lites, in quibus tales ſolemnitates
non requiruntur, maximè quia ſumus in minore
conuento, qui pro ſui defenſione conſtituit pro-
curatorem, & ſic facit actum ad ſui commodum
& vtilitatem: Ang.in ſpecie *conſ.317 incip.ſtatutum
quod mulier, in fin.verſ. item non poſſet.* Euerard. *in
loco argumentorum à contractib. ad quaſi contract.
in fin.*Put. *dec. 162 fuit dubitatum in vna balneo re-
gien.n.2 & 3 lib.1* iuxta doctrinam Bart.communi-
ter approbatam,*in l.apud Iulianum,§.fin.ff.ex qui-
bus cauſ.in poſſeſſ. eat.* quam ſequuntur Bald. Imol.
Cuman. & Alex.*in l.mutuum,§.1 ff.de acquir.hæred.*
Abb.*in cap.qua fronte,25 num.4.de appellat.*

Quamvis neque de hoc ſit quærendum, cum non
conſtet de prætenſa minori ætate, cum fides ba-
ptiſmi producta ſit ſimplex, quę non facit aliquam
fidem, immo ex eius lectura apparet, quod loqui-
tur de Federico Maſſuccio baptizato à Parocho,
38 nos autem ſumus in Antonio Maſſuccio, † & li-
cèt idem Parochus in margine atteſtetur mutatum
fuiſſe nomen nella creſma, tamen huiuſmodi at-
teſtatio non ſpectat ad eum, qui non poterat con-
ferre ſacramentum confirmationis, cuius mini-
ſter eſt ſolus Epiſcopus: Concil. Trident.*ſeſſ.7
cap.3 de confirmat.& ſeſſ.23.c.4.ad med.* Vnde Paro-
39 chus atteſtatur de actu ab alio geſto, & per con-
ſequens non facit fidem, & ſic aliunde eſt probanda
identitas perſonæ, Bart. & Imol. *in l.11 qui reus, ff.
de publ.iudic.* Aym.*conſil.112. num.3.* Surd.*conſil.1
numero 101.*

Quod deberent aſſignati tres dies ad dandum inter-
40 rogatoria non obſtat, † Quia conſtitutio March.
lib.5.cap.16. verſ. & moneatur pars, fol.342. diſponit
ſolum de duobus diebus, non de tribus, vt ex ad-
uerſo præſupponitur, & cum pars, ſiue eius pro-
curator fuerit præſens monitioni Iudicis ſibi im-
putet, ſi non dedit interrogatoria in examine fa-
cto in partibus.

Quæ obiiciuntur contra examen teſtium in Vrbe
examinatorum non releuant, quia Patres Ieſuiti
fuerunt examinati cum conſenſu Generalis, quod
etiam aſſerunt ipſimet teſtes medio iuramento
deponentes, quod non ſolum habuerunt huiuſ-
modi licentiam, ſed etiam quod fuerunt coacti ad
41 ſe examinandum, † & cùm agatur de ſuſtinenda
depoſitione iam facta, omiſſio talis licentiæ non
debet attendi tanquam ſit leuis ſolemnitas: Abb.
in c.cum nuncius,12 num.4 vbi Aret. *num.11.* Felin.
*num.3 in fin.de teſtibus.*Corn.*conſ.135. num. 35.* Ma-
ximè, quia etiam præceſſerunt interrogatoria cum
interprete partis aduerſæ, ita vt non poſſit con-
trouerti validitas examinis, qui non cadit ſub die
incerta, & vaga, in qua prætenditur fuiſſe factam
citationem, ſed ſub alia citatione executa 24 No-
42 uembris, † quamvis vt dictum eſt ſufficerent in-
terrogatoria, quibus exiſtentibus non attendun-
tur prætenſæ nullitates, & intrat arbitrium: Card.
Seraph. *dec.897.in fin.* Rot. coram R.P. D. Pam-
philio Cæſarauguſtana penſionis, 16 Februarij
1610 *& deciſ.686 numero 1 ad med. part.1 in recen-
tioribus.*

Nec faciunt, quæ dicuntur de ſpolio admixto cum
43 nullitatibus, quo caſu non intrat arbitrium, † iux-
ta deciſionem, Rot. relatam per Marcheſ. *de com-
miſſ.tom.3 fol.* 21 Quia ſunt extra dubium, & modò
agitur ſolum de confirmatione ſententiæ, & con-
traria tangunt nullitatem executionis, quæ eſt
ſeparata à prætenſa nullitate teſtium examinato-
rum, & ſententiæ inde ſecutæ, cum etiam non
conſtet de huiuſmodi ſpolio ſtantibus præſertim
legitimis ſubhaſtationibus, & aliis in facto re-
latis.

Nec ſubſiſtit, quod mandatum in curia relaxatum
pro dote, & lucro dotali ſit nullum, tamquam
44 † ſit producta ſola ſententia ſeparationis thori,
& dotis reſtitutionis, quæ numquam tranſit in iu-
dicatum, quamvis non ſit appellatum: Io. Andr.
in c.ex litteris de diuort. Quia omiſſo, quod hoc
concernit iuſtitiam, ſeu iniuſtitiam mandati, non
autem ſententiam latam ſuper principali nego-
tio, de quo modò eſt quæſtio, Reſpondetur quod
parti aduerſę incumbit onus probandi iniuſtitiam
mandati, maximè, quia præſumitur pro iuſtitia
iſtius ſententiæ, quamvis enim illa non tranſeat
in iudicatum, etiam ſi non fuerit appellatum.
Tamen hoc intelligitur quantum ad veritatem,
ſecus autem quo ad iuſtitiam Iudicis, adeò, vt non
45 debeat quis paſſim audiri poſt decennium, † ſi
infra illud non appellauit, ſed Iudex etiam ſine
partis præſentia tenetur præmittere ſummariam
cognitionem, vtrum allegetur aliqua veriſimilis,
& probabilis cauſa, ne detur proceſſus in infi-
nitum audiendo ſemper partem quandocumque

docere

docere vellet de iniuſtitia, ſeu errore talis ſenten-
tiæ, & ſic debet ſummariè apparere, quod ex iuſta
cauſa moueatur, iſta in ſpecie ſententiæ ſeparatio-
nis thori concludit Felin. *in cap. lator. num. 6 verſ. 5*
declaration. de re iudic. poſt Innoc. *in cap. tenor. in*
princ. eod. tit. Abb. *in c. cum inhibitio. in fin. verſ. ta-*
men dico quod non admittetur de clandeſt. deſponſat.
& in cap. fraternitatis, col. penult. num. 21. ad med.
de frigid. & malefic.

Ideò etiam reſpectu inſtantiæ, huiuſmodi ſententiæ
46 tranſeunt in rem iudicatam, † & opus eſt nouo
proceſſu, & nouo iudicio: Butr. & Imol. *in c. con-*
ſanguinei, de re iudic. Felin. *in c. lator. num. 8. col. 5 ad*
med. verſ. 7. declaratio. eod. tit. per text. in c. ex litte-
ris, de reſtit. in integr. Adeò vt ſtantibus prædictis,
& præſumptione pro iuſtitia talis ſententiæ Iudi-
cis parti aduerſæ incumbat onus producendi om-
nia acta, vt poſſit argui contra prætenſas nullita-
tes iſtius ſententiæ: Dec *conſ. 341. num 12.* Cardin.
Seraph. *dec. 290. num. 20. part. 1.*

Alia verò quæ opponuntur contra iuſtitiam ſenten-
tiæ, nihil releuant, nam ex teſtibus examinatis
tam vigore releuationum metu excommunicatio-
nis, quam poſtea iudicialiter, & formaliter repeti-
tis conſtat de ſæuitia viri, ob quam datur ſepara-
47 tio matrimonij, † quo ad thorum culpa mariti,
vnde ſtatim locus eſt reſtitutioni dotis: Abb. *in*
cap. 1. in princ. de donat. int. vir & vxor. Bald. *in c. 1*
col. 1 in fi. verſ. item nota quod vbi ſeparatur, n. 2 vt
lit. non conteſtat. Franc. *dec. 244 num. 3 cum ſeq.* vbi
etiam, quod vxor lucratur donationem propter
nuptias, ſeu lucrum dotale, & augmentum dotis:
Card. Seraph. *deciſ. 1308 ad fin. num. 2 & deciſ. 1315*
num. 1 cum aliis per Theſaur. *deciſ. 150 num. 2 poſt*
princ. per text. in §. minores, auth. de nupt. l. etiam,
C. de iur. dot. l. inter ſocerum, §. cum inter de pact. do-
talibus. Decian. *conſ. 52 num. 51 lib. 1 & conſ. 60 n. 11*
lib. 2 Gutier. *canonic. qu. lib. 1 cap. 24 n. 14* Roland.
conſ. 50 num. 4 lib. 1.

De ſæuitia autem conſtat, quia vltra iniurias ſæpiſſi-
mè per virum illatas vxori, idem vir diuerſis vici-
bus illam acriter verberauit, caput illius percu-
tiendo ad parietem, eamque denudatam in omni
parte corporis verberando, per publicas vias ci-
uitatis in terram proiectam trahendo per capil-
los, ac pugnis, calcibus, alaphis cum pugione eua-
ginato ita malè tractando, vt tota redderetur inu-
tilis, & vt teſtes dicunt in maniera piſta, rouina-
48 ta, & vlcerata, che pareua vn ſacco d'oſſe, † ad-
dendo etiam carcerationem, & detentionem pri-
uatam in cubiculo domus, in quo permanſit, do-
nec de mandato Sanctiſſimi fuit in monaſterium
ducta, vltra alia de quibus latius in facto, quæ
quidem ſunt miranda, & intollerabilia, & præ-
bent iuſtam cauſam ſeparationis: Abb. *in cap. 1 n.*
4 de diuort. Couar. *de ſponſalib. part. 2 c. 7 §. 5 num. 1*
Aldobrand. *conſ. 71. per tot. lib. 1* Doctor. *in cap. ex*
tranſmiſſa: & in c. litteras, de reſtitut. ſpoliator. Rot.
coram Cardin. Pamphilio Toletana ſeparationis
49 thori. 29. Nouembris 1596. † Præſertim, quia tam
verba iniurioſa, quam verbera etiam in facie, &
in oculis fuerunt ſæpius reiterata, quæ reiteratio
ad effectum ſæuitiæ plurimum attenditur: Bald.
conſ. 176 num. 3 lib. 1 Roland. *conſ. 27 num. 12 lib. 3*
Rimin. Iun. *conſ. 174. num. 2 lib. 2* Cardin. *conſ. 9 n. 12*
verſ. item frequentatio. Aldobrand. *conſ. 71 num. 9*
lib. 1 Rot. coram Card. Sacrato Romana ſepara-
tionis thori. 28. Ianuarij 1613. impreſſ. *poſt conſ. 157*
Farinac. *n. 16. in fi. p. 2.* Cum etiam concurrant pro-
50 bationes, adulterij, † quod ſolum ſufficit pro ſepa-
ratione thori, & ſententiæ iuſtificatione, *c. 1. & 2*
cauſ. 32. q. 3. Hoſt. & Io. Andr. *in c. 1. de diuort.* Gloſ.
in cap. 2 in verb. in viris, vbi Anchar. *n. 3* Butr. *n. 4*
Card. *num. 2 eod. tit* Pariſ. *conſ. 54 num. 42 in princ.*
lib. 4 Rot. coram Card. Pamphilio Biſuntina ſepa-
rationis thori, 11. Februarij 1598. & coram R. P. D.
Penia Romana ſeparationis thori, 3. Martij 1603
Card. Seraph. *dec. 226. num. 1. & 2.* iuxta *cap. ſignifi-*
caſti, & cap. gaudemus, in fin. de diuort. cap. ex parte,
§. quia igitur, de ſponſalibus, l. conſenſu, §. ſi qua igi-
tur, C. de repud. latè Farinac. *de delict. carn. 143. §.*
ſeparatio thori, n. 9. vſque ad 24. fol. 109. vbi etiam
n. 53. & 54. addit quod vltra ſeparationem impedi-
tur etiam excipiendo reſtitutio facienda viro ſpo-
liato, quando adulterium eſt notorium: Henric.
Boich. *in cap. litteras, de reſtit. ſpoliator.* Innoc. *cap.*
gaudemus, num. 2. de diuort.

Et quamuis teſtes ſint ſingulares, tamen ad proban-
dam ſæuitiam ſufficiunt, & plenè probant, quia
52 † tunc agitur de probando habitu quodam homi-
nis ſucceſſiuo, & tractatur de tali habitu in gene-
re, quo caſu ſingularitas teſtium admittitur, cum
contraria procedant, quando ageretur de pro-
banda certa ſpecie, & certo actu ſæuitiæ: Innoc.
in cap. qualiter & quando, 24. col. 1. de accuſat. Alex.
conſ. 147. n. 20. lib. 7. Bart. *in l. de minore, §. plurium,*
n. 24. verſ. ſed quid ſi teſtes diuerſi dixerunt, ff. de
quæſtionibus, latiſſimè Aldobrand. *conſ. 71. num. 28*
vſque ad 43. libro primo. Hippol. *conſ. 1. num. 63. cum*
ſeq. Rot. coram R. P. D. Penia Romana ſeparatio-
nis thori, 2. Aprilis 1604 & coram Cardinali Pam-
philio Toletana ſeparationis thori, 20. Nouemb.
1598. Surd. *conſ. 94. n. 14. & 15. lib. 1.* Card. *conſ. 9. n. 18*
ad fin. Farinac. *de delict. carn. q. 142. n. 171.* Roland.
conſ. 82. num. 44. cum ſeq. lib. 2. Manuel. *conſ. 551. n. 3*
Aym. *conſ. 30. num. 14*

Quibus additur noua cauſa odij propter lites, quæ
53 ſuperuenerunt occaſione reſtitutionis dotis, † &
ſubhaſtationis bonorum, cum vxor obtinuerit ſi-
bi adiudicari bona mariti ex dicta cauſa, quæ
etiam adhuc pendet, ita vt multò magis, iunctis
præmiſſis, debeat eſſe locus ſeparationi thori, vt
in ſpecie notat Card. Seraph. *dec. 1276. numero 7*
inimicitia enim oritur ex lite, etiam capitalis,
54 quando eſt de maiori parte bonorum, † ob quam
litem non reſtituitur vxor viro, neque etiam ſub
cautione, cùm poſſit tunc præſumi futura ſæuitia,
cuius timor præbet iuſtam cauſam diuertendi, ſi-
cut ſæuitia præterita: Sanchez. *de matrimon. lib. 10*
diſput. 18. num. 19. Aym. *conſ. 31. n. 2. & per tot.* Bald.
conſ. 240. ſicut ſapientiſſimè, lib. 3. Gutierez. Canon.
55 *quæſt. lib. 1. cap. 24. n. 9.* † Ita vt etiam prædicta pro-
cedunt lite finita, nam tunc acerbius odium, &
grauior inimicitia conſiderabitur: Aym. in ſpecie
conſ. 31. num. 5. in fin.

Nec faciunt teſtes ex aduerſo examinati, dum pro-
bant maritum non eſſe crudelem, nec iracundum,
ſed placitum, & honoratum, & per eum benè tra-
56 ctari vxorem, † Quia poſſunt intelligi de aliquo
tempore, vnde non concludunt, quòd ſemper
idem maritus fuerit talis erga ſuam vxorem, &
quod illam ſemper benè tractauerit, prout iſta
continua tractatio requiritur, cùm ſufficiat, quod
aliquando vxor fuerit malè tractata, & pluries
acriter verberata, vt deponunt teſtes vxoris, ita vt
ſine periculo vitæ cum illo habitare non poſſet:
Rot. coram R. P. D. Pamphilio Romana ſeparatio-
nis thori, 28. Maij 1616. & coram Cardin. Sacrato

57 Romanæ ſeparationis thori,14.Maij 1620. † Cùm etiam magis credatur teſtibus de ſęuitia deponentibus, quam de contrario,quando non coarctatur probatio : Cardin. *conſ.9.in fin.* Farinac. *de delict. carn. qu.*143.*n.* 176. *&* 177. & ita debet declarari. Idem Farinac. *conſ.*137.*num.* 3.*p.*2. dum voluit minus credi teſtibus probantibus ſæuitiam quam aliis,quando coarctaretur probatio, prout etiam Pariſ. *conſ.*4.*num.*30.*&* 31.*lib.*4. Roland.*conſ.*26.*n.* 30.*lib.*3.Bertazol.*conſ.* 227.*n.*16.*in fin.*

Nec aduerſatur, quod non erat ferenda ſententia ſuper ſeparatione thori, cùm potius vxor deberet
58 reſtitui marito † cum cautione de non offendendo: Roland. *conſ.*27.*num.*16.*lib.*3.Farinac.*conſ.*157 *n.*5.*p.*2.iuxta *l. præſenti,§.ſanè,verſ.interuentione, C.de his quis ad eccleſ.confug.c.de benedicto,* 32. *qu.*1 Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *diſputat.* 18. *quæſt.* 1.
59 *n.*5. † vbi etiam,quod talis cautio eſt ad nittenda, quamvis maritus dederit culpam, & occaſionem diuertendi:Gloſ.*in c.quia diuerſitatem,in verb. ſuſpenſus,de conceſſ.præbend.* Abb. *in cap.*1. *vt lit. non conteſt.* Rip.*in cap.*1.*n.*14. *de iudic.* Iaſ.*in l. ſi ſuper poſſeſſione, num.*6. *C. de tranſact.* Menoch.*conſ.*299 *n.*9.*lib.*3.Pariſ.*conſil.*54.*num.*10.*lib.*4.Barboſ.*in rub. ff.de ſolut.matrim.p.*2.*num.*27.Quia in hac materia reſtitutionis mulieris diſtinguunt Doctores,quod aliquando fit reſtitutio plenaria, quandoque ſolum quo ad curam mariti, & cuſtodiam domus, non autem quo ad thorum, & copulam, aliquando nulla fit reſtitutio propter nimiam ſæuitiam viri,ita vt timeatur de læſione perſonę vxoris,aut
60 de extorſione copulæ, † quamvis etiam daretur cautio,cùm iſtius cautionis fragilitati non debeat ſe mulier committere, ideò in totum, & omnino tunc denegatur reſtitutio:Imol.*in cap.litteras in* 2 *notab.*poſt Bald.*ibid.n.*2.Anchar.*in* 3. *notab.* Abb. *num.*6.*de reſtit.ſpoliat.* Idem Abb. *in cap.*1.*n.*4. *de diuort.*cum aliis per Aldobrand. *conſ.*71. *num.*1.*&* 15.*lib.*1. latè Barboſ.*in rub.ff.ſolut. matrim.p.*2.*n.*26 *&* 27.Sanchez.*de matrim.lib.*10.*diſputat.*18.*q.*1. *n.* 31.*&* 32. Rot. coram Cardin. Pamphilio Romana ſeu Interamnen. ſeparationis thori, 11. Decembr.
61 1602. † Vnde cum in caſu noſtro conſtet de iſta magna ſæuitia, & inter teſtes probetur periculum vitæ,& læſionis perſonæ vxoris, debet excludi talis cautio, & in totum eſt denegãda reſtitutio, tamquam per talem cautionem non ſit conſultum incolumitati vxoris, & in hoc ſtabitur arbitrio Iudicis, quod ſtante huiuſmodi ſæuitia non poſſit remedio cautionis prouideri : Abb.*in cap.litteras, in vlt.notab.de reſtitut.ſpoliato.* Menoch.*de arbitr. caſ.*138.*in fin.& caſ.*139.*num.*4.*&* 5. Burſat.*conſ.*207 *num.*29.*lib.*2.Gutier.*lib.*1.*canon.quæſt.c.*24. *num.*10 Ceuall.*q.*66.*n.*13.*cum ſeq.*Couar.*ſuper* 4. *decretal. p.*2.*c.*7.*§.*5.*num.* 2.*in fin.* Sanchez *de matrim.lib.*10 *diſput.*18.*qu.*1.*num.*32. Farinac. *de delict. carn.q.*145 *n.*225.Aym.*conſ.*31.*n.*4.Gabr.*conſ.*161.*n.*7. *&* 8.*lib.*1 Theſaur.*deciſ.*130.*n.*1.Barboſ.*in rubr.ff.ſolut.matr. part.*2.*num.*26.27.*&* 41.

Quæ dicuntur de reconciliatione mariti cum vxore non obſtant, quamvis enim vxor non poſſit petere ſeparationem thori, quando ſe cum marito reconciliauit: Bertazol. *conſ.*228.*n.*12.Farinac.*conſ.* 157. *n.*11.*p.* 2. Tamen reconciliatio eſt plenè probanda, quæ in caſu noſtro non fuit probata, nam de ea vnicus teſtis deponit, & non principaliter, ſed incidenter, & abſque coarctatione temporis,
62 & ſine aliqua expreſſione rationis, † immò potius contrarium probatur ex depoſitione ancillæ, quæ aſſerit, quod poſt verbera,& acrem tractatum nunquam amplius vxor cum viro concubuit, ſed cum ipſa ancilla, ita vt ex hoc ſequatur non probari aliquam reconciliationem, prout concludenter erat probanda : Card.Seraph. *dec.*15. *§. n.*3.vbi ita declarat Gloſ. *in c. plerumque, in verb. reconciliat.de donat.inter virum & vxorem.*

Minus facit, quod non erat locus reſtitutioni dotis,
63 tanquam vxor eſſet alenda † ex fructibus eiuſdem dotis : coram R.P. D. Gyplio Peruſina ſeparationis thori 28. Iunij 1589. impreſſ.*poſt lib.* 2. *conſ.* Farinac. *dec.*39.*in fin.* iuxta *l.ſi enim dotem,§.fin autem in ſæuiſſimo,ff.ſolut.matrimon.* Caſtr.*conſ.*65. *lib.* 2. Quia cùm in caſu noſtro fuerit facta ſepa-
64 ratio ob culpam viri, † & eius ſæuitiam eſt locus reſtitutioni dotis, etiam cum augmento ſicut etiam quando fieret propter adulterium, *§.mitiores,in fin.auth. de nupt.* Abb. *in c.*1 *n.*2 *de donation. int.vir.& vxor.* Theſaur.*dec.*150. *num.*2. Rot. coram Card. Pamphilio Romana ſeu Interamnen. ſeparationis thori, 11. Decembris 1602. Card. Seraph. *deciſ.*1315.*n.*1. poſt Bald.*in l.fin. C.de ſentent. quæ ſin.cert.quantitat.* Alex.*conſ.*78.*n.*1.*lib.*5.Socin. *conſ.*64.*num.*1.*lib.*4. Aym.*conſ.*253. *num.*10. Tiraq. *de retract. conſanguinit.§.*11.*gloſſ. vnic. num.* 12. *cum ſeq.*Lup.*in c.per veſtras,§.*49.*num.*4.Hieron. Laurent. *deciſ. Auenion.*131.*num.* 2. *&* 4. Pariſ. *conſ.* 54
65 *num.*42.*lib.*4.†Quamvis enim *text.in d.§.mitiores, auth.de nupt.*loquatur in terminis diuortij, tamen Doctores paſsim æquiparant ſeparationem thori ipſi diuortio : Iaſ. & Dec. *in l.* 1. *C. vnde vir. & vxor.*Caſtr.*conſ.*347.*num.*1.*lib.*1.Zabar.*conſ.*61. *n.*1 Card. Seraph. *deciſ.* 1315. *n.* 2. ¶ Ita vt etiam talis
66 reſtitutio dotis, † quæ fit vxori ob ſeparationem thori propter culpam mariti ſit plenaria, & integra reſtitutio cum fructibus, adeò vt non deſeruiat oneribus matrimonij,cum tam ipſe vir,quam liberi ſint alendi expenſis eius, qui dedit culpam, & cauſam diuortij : Abb. *in cap.*1.*n.*2.*de donation. int.vir.& vxor.& in cap.vlt.in fin.*poſt Innoc.*ibid. de conuer.infidel.* Dec.*conſ.*111.*magnifici num.* 3. In-
67 telligendo tamen iuxta ea,† quæ latè in propoſito adducit Borgnin. *dec.*21.*p.*4.*per tot.*quæ non opus eſt referre,cum non ſit quæſtio noſtra, neque adſint filij,& de prædictis etiam multa Albenſ.*conſil.* 315.*lib.*2. Roman. *conſ.*392.*n.*3. Bald.*in l. vbi adhuc num.*9. *C.de iur.dot.*Caſtr. *conſ.*65. *viſo quodam, n.* 13. *libro primo.*

Nec eſt conſiderandum,quod in ſententia de partibus condemnetur maritus ad reſtitutionem ve-
68 ſtium,†Quia talis condemnatio eſt in genere abſque aliqua expreſſione veſtium, vnde ſententia erit intelligenda de propriis veſtibus vxoris, vel in quibus cadit præſumptio donationis attenta qualitate perſonarum : Afſl. *dec.*315.*n.*4. Menoch. *præſumpt.*24.*n.*3.*& de arbitr.caſ.* 218. *in fin.* Lup.*in rubr.de donat.int.vir.& vxor.§.*9.*n.*18.*§.*11. *num.*11 Alex ad Bart. *in l.*3.*§.fin. D. de muneribus & honoribus,* Surd. *dec.*166.*n.*8.*cum ſeq.* Honded. *conſil.*30 *n.*2.*lib.*2.Loffred.*conſ.*52.*poſt princ.*Bald.*in l.in his, §. ſeruus,colum.fin.verſ.item prædictis adde, ff.ſolut. matrim.* Natt. *conſ.*147.*n.* 11. *in fin.* Et quamvis de talibus veſtibus non conſtaret, tamen hoc pertineret ad articulum liquidationis, non autem ad nullitatem & iniuſtitiam ſententiæ.

Et quid licuerit marito verberare vxorem, procedit reſpectu correctionis, non excedendo tamen
69 terminos illius, † de quo exceſſu conſtat in caſu noſtro: Hoſtienſ.*in cap.quemadmodum, §.vlt. in fin. &*

fin.& ibi Abb.*in* 15.*de iureiurand.*Sylueſt.*conſil.*71. *num.*4.*lib.*1.Roland.*conſil.* 27.*num.*13. *vſque ad nu.* 17.*lib.*3.vbi quod iſta correctio debet eſſe compe-
70 tens, & diſcreta † non autem atrox,& exceſſiua; prout permittitur magiſtro erga diſcipulum, & domino erga ſeruum,qui poteſt leuiter eum caſtigare:*l.*1.*C.de emendat.ſeruor.l.*1.*C.de emendat.propinquor.§.ſi quis autem. auth.vt lic.matr. & aui.§.fin.inſtitut.qui ſunt ſui vel alien.iur.l. reſpiciendum,*
71 *ff.de pœn.*† Ita vt talis correctio leuis concedatur, quamvis maritus promiſiſſet vxorem non corrigere,cum illa non valeret, tanquam facta contra bonos mores,& quia daret materiam delinquendi,*l.ſi plagis.ff.de verb.obligat.* Abb.*in c.ex transmiſſa,de reſtitut.ſpoliator.*Bald.*conſil.*176.*col.*1.*lib.*1. Pariſ.*conſil.*54.*n.*34.*lib.*4.Roland.*conſil.*27.*n.*14. & 15.*lib.*3.Bertazol.*conſil.*228.*nume.*28.ſequitur Rot. coram Card. Sacrato Romana ſeparationis thori,28.Ianuarij 1613.impreſſ.poſt Farinac.*conſil.*157. *n.*15.*par.*2.*fol.* 245.

Nec debet attendi nullitas nouiter oppoſita, quod teſtes fuerint examinati extra locũ judicij. Quia hoc non conſtat, niſi de aliquibus teſtibus ; vnde ſufficit,quod remaneant alij , qui depoſuerunt in
72 loco, vbi cauſa agebatur,† quamvis ſatis ſit,quod teſtes iurauerint in loco iudicij, cum poſſint poſtea alibi examinari,tanquam examen ſit meri facti,& extra locum judicij valeat expediri,Rot.*deciſ.* 27.*de probation.in antiqu. & dec.*3.*de teſtibus in nou.*Veſtr.*in prax.lib.*6.*c.fin.nu.*8.Rot.coram R.P. D. Manzanedo Meliten. prioratus, 7. Maij 1618. poſt Speculat. *de teſte.§.qualiter autem ſint producendi,n.*13. *verſ. is quoque.*

Aliæ nullitates non verificantur in facto , ideo non eſt opus reſponſione, & ſunt leues, quæ non debent attendi, ſtante præſertim examine poſtea facto in Curia, per quod fuit probata plenè ſæuitia, cum omnibus aliis requiſitis ad concedendam ſeparationem thori,maximè, quia circa prætenſas nullitates contra teſtes fuit commiſſa cauſa per Sanctiſſimum cum reſcripto, vt illis reiectis arbitrio Rotæ procederetur in negotio principali,
73 † quo clauſula mitigat rigorem iuris, & operatur, vt æquitas ſit ſeruanda:Creſcent.*deciſ.*4.*numero* 3. *de teſtibus.* Et ita ex prædictis fuit deciſum, quod ſit confirmanda ſententia de partibus mandans eſſe locum ſeparationi thori,& reſtitutioni dotis, & aliorum ibidem latius contentorum, tanquam fuerit iuſta, & ritè, & rectè lata, non obſtantibus nullitatibus, & exceptionibus oppoſitis, vt in deciſionibus in huiuſmodi cauſa Recanaten.ſeparationis thori coram R. P. D. Pamphilio, 8. Iunij 1618. & 5. Aprilis 1619. & poſtea coram R. P. D. Vbaldo 20. Martij 1620. cui fuit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum propter tranſitum in iudicatum ſententiæ Rotalis, & iterum omnibus
74 diſcuſſis fuit denegata reſtitutio, † quæ ſine læſione non competit : Rot.*deciſ.* 1. *de reſtitut.in integr.in nou.*Put.*deciſ.*16. *eod.titul. & deciſ.*731. *numero* 1.*p.*2.*in recentiorib.* Cardin.Seraphin. *deciſio.* 1238.*num.*1.poſt Abb.*in c.ex literis,num.* 5.*in fin.de reſtit.in integr.* Et ſtante iuſtitia, & validitate ſententiarum ex ſuperius allegatis, ceſſat læſio, cum
75 pro † cauſa reſtitutionis ſoleat allegari iniuſtitia,ſine qua non datur læſio:Put.*deciſ.*456. *numero* 2.*lib.*2.Cardin.Seraphin.*deciſio.*1238.*nu.*1.Rot.coram R. P. D. Marcomontio Romana bonorum de Ceulis.31. Maij 1606.& coram R.P.D. Vbaldo Ferrarien. bonorum, 2. Aprilis 1618. & Lucana parochialis, 7. Februarij 1619. Caputaq.*deciſ.* 94. *par.*3.Mohedan.*deciſ.*58.*in fin.*Rot.*deciſ.* 534.*num.* 3.*part.*2. *in recentiorib.*

EPITOME.

Dos ſit plenè probata ex verbis enunciatiuis prolatis per fratres in diuiſione inter eos facta, in qua dictum fuit, vt vnus ex eis debeat deducere tantam dotem ſuæ vxoris. ¶ Et quid in mutuo, & aliis caſibus non priuilegiatis in eadem diuiſione enunciatis. ¶ Et quando in eis ſit dandum iuramentum in ſupplementum. ¶ Verba enunciatiua an probent ad fauorem abſentis,& dotis,& piæ cauſæ,& liberorum. ¶ Et quid ſi ſint de futuro, & iurata , & emiſſa à ſciente. ¶ Et quando faciant præſumptionem, per quam trãsferatur onus probandi in eum, qui enunciauit. ¶ Et ligent ſucceſſores, & habentes cauſam ab enunciante. ¶ Diuiſio inter fratres an ſit quædam ratio inter eos compoſita, quæ inducat probationem contra cõfitentem ad fauorem abſentis ſi de ea ſit facta ſcriptura. ¶ Liber [illegible]ionum confectus inter tutores an probet pro [illegible]io. ¶ Subhaſtatio ex quibus ſit nulla. ¶ Et quando procedat à radice infecta, ita vt non excludat manutentionem , & remedium ſpolij. ¶ Deliberatio pro ſumma debita de re maioris valoris an ſit valida, ſi reſiduum reſtituatur debitori. ¶ Dos & illius ſolutio an probetur ex coniecturis. ¶ Expenſæ quando præſumantur factæ ab eo,qui tenetur illas facere ex debito ſui officij & de proprijs pecuniis.

SVMMARIVM.

1 *Dos an probetur ex verbis enunciatiuis prolatis per fratres in diuiſione inter eos facta, in qua dictum fuit,vt vnus ex eis debeat deducere tantam dotem ſuæ vxoris,nu.*5.6.7.13.*&* 14. *Et quid in mutuo in eadem diuiſione enunciato,n.*19.

2 *Verba enunciatiua etiam incidenter,& propter aliud emiſſa probant ad fauorem piæ cauſæ, & liberorum,n.*3.*etiam parte abſente, numero* 12. *Intellige vt num.* 4.

8 *Iuramentum in ſupplementum an debeat deferri mulieri petenti ſuam dotem probatam ex verbis enunciatiuis; num.* 15.

9 *Dos acquiritur mulieri abſenti ex contractu inter alios celebrato.*

10 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandam dotem,& n.*11.

16 *Diuiſio inter fratres an dicatur quædam ratio inter eos compoſita ; quæ inducat probationem contra confitentem etiam in fauorem abſentis,quando de ea eſt confecta ſcriptura,nu.*18.

17 *Liber rationum confectus inter tutores probat contra eos ad fauorem tertij.*

20 *Confeſſio obſtat ſucceſſori,ſicut ipſi confitenti.*

21 *Verba enunciatiua probant tam contra enunciantem dotem, quam contra eum,qui habet cauſam ab illo poſt talia verba enunciata.*

22 *Subhaſtatio eſt nulla propter omiſſum terminum ad reluendam, & ob non factas tres oblationes, & ob defectum citationis, & decreti ad deliberandum, numero* 23.

24 *Ordo in exequendo non ſeruatus reddit nullam executionem.*

25 *Manutentio, & actio ſpolij datur quando Iudex non rectè procedit in exequendo,n.*26.

27 *Subhaſtatio eſt nulla procedens à radice infecta ob*

mandatum relaxatum in maiori ſumma, quam ſit debita, num.29.

28 *Deliberatio pro ſumma debita de re maioris valoris ſuſtinetur, & reſiduum reſtituitur debitori.*

30 *Verba enunciatiua de vltimo ſaldo probant computum factum inter partes.*

31 *Clauſula*, pro omnibus, *& ſingulis refertur ad enunciata.*

32 *Verba enunciatiua probant contra enunciantem, qui ſcienter profert enunciata.*

33 *Præſumptio oritur ex verbis enunciatiuis, quæ transfundit onus probandi, quamvis de eis principaliter quæratur.*

34 *Iuramentum interpoſitum in verbis enunciatiuis etiam collectiuè, & distributiuè prolatis, etiam in clauſula*, omnia, & ſingula, *facit, vt illa tranſeant in diſpoſitiua, licet de eis contingat principaliter dubitari.*

35 *Verbum*, ſolidare, *inducit ſatisfactionem.*

36 *Dictio*, niſſuna, *excludit omnia tam in genere, quàm in ſpecie.*

37 *Iura producta probant contra producentem etiam in parte, & partibus.*

38 *Solutio probatur ex coniecturis.*

39 *Expenſæ præſumuntur facta ab eo, qui tenebatur illas facere ex debito ſui officij, & de proprijs pecunijs, num. 40.*

CAPVT DCCXXXIX.

VErba enunciatiua probant fauore dotis, ideo ſi in inſtrumento diuiſionis celebrato inter
1 fratres inter alia contineatur, † quod vnus ex eis debeat ante omnia deducere tantam quantitatem, vel talem rem pro dote ſuæ vxoris, tunc dicetur hujuſmodi dos probata, juxta, conſ. Bart.123. *num.2.lib.1.* Caſtr.*conſil.92.per tot.lib.1.* quos latè multos alios adducens refert Maſcard. *concluſ.621.n.35.tom.1.* Ruin.*conſ.40.num.5.& 6. lib.4.* Surd.*conſ.60.n.23.poſt princ.lib.1.* vbi quod hoc eſt ſpeciale in
2 dote. Idem Surd.*deciſ.10.num.7.* † ¶ Prout dicimus in pia cauſa, ob cujus fauorem verba enunciatiua etiam incidenter, & propter aliud emiſſa diſpoſitionem inducunt: Bart.*in l.tale pactum,§.fin. num.4.ff.de pact.* Alex.*conſ.190.num.27.lib.6.* Tiraq.*de pia cauſ.priuil. 86.verſ. nec quidem.* Rot.*deciſ.70. num.8.p.1.in recentior.* Aym.*de antiq. tempor.p.1. §.*
3 *propoſitum noſtrum,num.60.& 6.fol.35.* † vbi ampliat idem eſſe, quando ageretur de fauore liberorum, intelligendo tamen in enunciatiuis de præterito, ſecus de futuro, nam tunc talia verba enunciatiua
4 non probarent fauore piæ cauſæ † puta ſi quis dicat volo inſtituere Eccleſiam: Caſtr.*conſ.137.in cauſa quæ vertitur pergami,col.1.ad fin.lib.2.* Dec. *conſ.159.caſus qui proponitur,col.5.poſt med.n.10.verſ.nec obſtat ſi dicetur quod licet frater Marcus.*

Iſta tamen non videbantur ita ſimpliciter admittenda, nam procedunt ſolum reſpectu ſemiplenæ probationis, cum ad hoc, vt talis confeſſio plenè
5 probet, requiratur, † quod verba ſcripturæ de directo dirigantur in ipſum abſentem velut creditorem, tanquam illa verba loquantur cum ipſo abſente per medium illius ſcripturæ & diuiſionis factæ inter fratres, vel libri rationum, aut ſimilis rei, maximè, quia neque fauore dotis plenè probat confeſſio facta parte abſente, quamvis enim ſit ſpeciale in dote, vt actio quæratur mulieri abſenti, tamen hoc ideo eſt, quia actus de directo tendebat ad obligandum, quod non eſt in confeſſione, cujus natura non tendit ad obligandum, cum etiam nec fiſco abſenti quæratur, quando nullus recepit pro eo confeſſionem non obſtante ejus fauore, vnde nec mulieri pro dote, cum mulier, & fiſcus æquiparentur, ita in ſpecie per prædictas, & alias rationes concludit, Bal.*Nouell.de dot. priuil.78.n.2.vſque ad 5.p.6.* prout etiam verè multi Doctores loquuntur ſolum de ſemiplena probatione: Roman.*ſing.540.verba enunciatiua,in fin.* vbi etiam quod ita conſuluit Bart.*d.conſ.123.n.2.in fin.verſ.præterea poſito quod plenam,lib.1.& in l.admonendi,ad med.verſ.item quæro quid ſi inſtrument. publicum,ff.de iureiurand.* & ita etiam tenet Caſtr.
6 *conſ.92.num.2.ad fin.verſ.in caſu vero noſtro,lib.2.* † quambis ibid.cōtrarium defendat propter duplicem confeſſionem, vnam videlic.factam in inſtrumēto diuiſionis, alteram in vltima volūtate, quaſi quælibet de per ſe faciat ſemiplenam probationē, vnde ſimul iunctæ facient plenā, cum etiam reiterata confeſſio inducat obligationem, licet vna illam non induceret, vt latius per Caſtr.*d. conſ.192. num.2.& 3.lib.2.* quod etiam voluit Curt.Iun. *in l. admonendi,num.43.in fi.verſ. poſtremo de veritate eius,ff.de iureiurand.* qui licet ab aliquibus allegetur pro contraria opinione, tamen falluntur, quoniam tantum ſe remittit ad Bald.*Nouell.de dot.p.6 priuil.78.n.3.* vbi tenet, quod ſolum ſit inducta ſe-
7 miplena probatio, vt dictum eſt, † & reſoluit Rot. per Caputaq. *deciſ. 338. verba enunciatiua, part. 3.* quæ eſt duplicata 228.*dos probatur,par.1.* ſequitur Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig. conuentionib.lib.*
8 *2.tit.6.n.15.in fin.* vbi etiam refert, *d.deciſ.238.* † ſubdens, quod erit deferendum mulieri iuramentum, ſi petat dotem ex verbis enunciatiuis deſcriptis in inſtrumento inter alios facto, juxta Bart.*dict.conſ. 123.n.1. & 2.lib.1.* Vnde ſi eſt locus delationi illius iuramenti, non erit facta plena probatio *l. in bonæ fidei,Cod.de reb.credit.l.admonendi, de iureiurand.* Card. Mantic.*d.tit. 6.n. 15.*

Quidquid tamen ſit de prædictis, non eſt diſcedendum ab opinione prius firmata, quod immo dos fuerit plenè probata, & quod ipſi mulieri etiam abſenti ſit ius quæſitum, tanquam ſpeciale ſit in
9 dote, † quod ex contractu inter alios celebrato dos ſibi abſenti acquiratur, *leg.1.§.accedit.C.de rei vxor.act.l.fi.in princ.C.de iur.dot.* Dec.*conſ.35.præſtantiſſimè,numero 1.& 4.* & ita etiam reſoluit Rot. coram Card.Lācelloto Sabinen.ſeu Romana dotis & compromiſſi, 14.Maij 1576. quæ eſt *deciſ.316. num.2.p.2.diuerſ.* iuxta conſ.Bald.193.*num.2.* quem ſequuta eſt Rot. coram R. P. D. Orano Romana promiſſionis dotis 1552. & coram R.P. D. Guidobono Ceruien.pecuniaria, 20.Maij 1551. Put.*deciſ. 414.lib.1.* ex rationibus de quibus *in dict. deciſ. 316,*
10 † inter quas illa conſideratur, quia ad probandam dotem ſufficiunt præſumptiones, indicia, & coniecturæ: Gloſ. *in l.ſi chirographum. ff. de probation.* Pariſ.*conſil.157.n.20.lib.4.* Rot.coram R.P.D. An-
11 drea Bononien.dotis, 25.Februarii 1619. † vbi allegantur multæ coniecturæ, quæ ſimul iunctæ probant dotem, & illius ſolutionem: Surd. *deciſ.105. num.10.* & melius Gloſſ.*in l.cum circa*, & ibi Bal.*C. de iur.dot.* Marſil.*in rubr. Cod. de probat.col.15. poſt med.& ſing.442.vulgata iuris regula,n.2.* Et dictam deciſ.Card.Lancell.316.ſequitur Card.Mantic. *de tacit.& ambig.conuention.tit.6.lib. 2.nu.15. ad med.*
12 vbi teſtatur ſæpe fuiſſe in Rota reſolutum, † quod verba enūciatiua fauore dotis probent etiā abſente parte: Iaſ.*in l.ex his,n.2.ver.ſecundo ſingulariter.* & ibi Dec.*n.12.C.de teſtā.milit.* Gozad.*cōſil.42.n.19*

Marſil.

Marſil. *ſing.* 442 *num.* 1 & 2 iuxta *l.* 2 vbi Gloſ. *C. dot. promiſ.* Alex. *in l. ex hac ſcriptura, col.* 2 *ad fin. D. de donationibus, & in l.* 1 *column.* 12 *D. ſolut. matrimon.*

Verum eſt, quod Menoch. *conſil.* 81 *n.* 20 *vſque ad* 24 prædicta intelligit, quando præferens talia verba
13 enunciatiua † voluit prodeſſe abſenti, cuius perſonam reſpexit enuncians, vel quando principaliter non diſputatur de ſubſtantia ipſius negotij, videlicet an dos fuerit conſtituta nec ne, cùm ſecus ſit ſi de hoc eſſet quæſtio, quia tunc iſta verba enunciatiua non probarent: Alex. *conſil.* 136. *n.* 11 *lib.* 1. Dec. *in auth. ſi quis in aliquo, col. penult. C. de edend.* Aym. *de antiq. tempor. p.* 1. §. *ff. propoſitum noſtrum, n.* 14 *vſque ad* 28 *fol.* 27 Sed iſti Doctores, & alij per Menoch. allegati non loquuntur in
14 cauſa dotis, † ideò non debent attendi, cum ex ſupra adductis appareat magis veram eſſe opinionem, quod propter priuilegium dotis: & ipſius fauorem ſit inducta probatio, quamvis mulier fuerit abſens, & contrahentes in diuiſione incidenter de tali dote menſionem fecerint: Ruin. *conſ.* 40 *n.* 5 *&* 6 *lib.* 4 cum aliis de quibus *ſup. n.* 1 *& ſeq.* ¶ Et licèt ſecundùm aliquos requiratur iuramentum mulieris in ſupplementum, vt plenè di-
15 catur dos probata, vt ſuperius diximus *n.* 8 † Tamen Doctores, qui tale iuſiurandum exigunt, non recedunt à priori ſententia firmata, quod videlicet ſit facta plena probatio, ſed loquuntur per modum facilioris probationis, vt per Bart. *conſil.* 123 *n.* 2 *&* 3 *lib.* 1 Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2 *tit.* 6 *n.* 15 ¶ Cum etiam vltra fauorem dotis iſta diuiſio facta inter fratres dicatur quæ-
16 dam ratio inter eos compoſita, † quæ quidem ratio inducit probationem contra confitentem etiam in fauorem abſentis, quando, provt in caſu noſtro de eadem diuiſione confecta eſt ſcriptura: Bart. *in l. nuda, ff. de donat. & in l. publia.* §. *fin. ff. de depoſit. & in l. quædam,* §. *nummularios, ff. de edend.* latè Surd. *conſ.* 60 *n.* 6 † Exemplo libri rationum confecti inter tutores, qui probat contra eos in fauorem tertij, *l. fin. C. arbitr. tutel.* Surd. *conſ.* 60 *n.* 22 *lib.* 1 & ita in ſpecie hanc rationem adducit Bart. *d. conſ.* 113 *n.* 3 *lib.* 1 Ruin. *conſ.* 40 *n.* 5
18 *ad med. verſ. quinimo videtur lib.* 4 † Quamvis de hac ratione ſit dubitandum ex his, quæ latè adducit Surd. *conſ.* 60 *n.* 6 *&* 19. *vſque ad* 23 poſt Bald. *& alios in l. deſiderium, C. depoſit.*

Ex quibus ceſſant omnia, quæ adducuntur in contrarium, cùm intelligantur in caſibus non priuilegiatis, & in iſtis terminis loquitur Surd. *conſ.* 60. *n.* 20. *lib.* 1. *& deciſ.* 10. *num.* 6. vbi quod ſi in in-
19 ſtrumento diuiſionis † dicatur, quod vnus alteri reſtituit centum, quæ mutuo acceperat à Sempronio, talis confeſſio faciet fidem ſimiplenam tantum, quo ad Sempronium, non autem plenam probationem: Bart. *in l. admonendi, n.* 32. *verſ. item quid ſi inſtrumentum,* & ibi Iaſ. *num.* 48. Rip. *n.* 154 *ff. de iureiur.* Cyn. *in l. antiquæ. n.* 5. *C. ad Velleian. & in l. deſiderium C. depoſit.* Butr. Abb. & Imol. *in c. ſi cautio de fid. inſtrument.* Quare bene Surd. *dicto conſilio* 60. *num.* 23. *ad med.* dicit eſſe ſpeciale in dote, vt plenè probet talis confeſſio: Idem Surd. *dec.* 10. *numero* 7. vbi ſe refert *ad d. conſ.* 60. *num.* 19 *cum ſeq.*

Conſtat igitur ex prædictis dotem eſſe debitum mulieri illam petenti, & rectè fuiſſe condemnatos tam enunciantes talem dotem, & illius quantita-
20 tem, † quam ſucceſſores, & cauſam ab eis habentes, nam confeſſio illis obſtat, ſicut obſtaret confitenti Anchar. *conſ.* 44. *primo de virib. col.* 3. *verſ. ipſius ergo.* Roman. *conſ.* 311. *in* 2 *dub. num.* 5. iuxta *l. ſi ſuperatus,* §. *fin. ff. de pignorib. l. ſi à te.* §. *Iulianus, ff. de except. rei iudic.* Socin. *conſ.* 50. *col.* 2. *verſ. & ſi dicatur quod talia inſtrumenta, & conſ.* 67. *col.* 3. *verſic. hoc tamen non obſtante, lib.* 4. & in ſpecie, quod verba enunciatiua ſicut probant contra aucto-
21 rem, † ita etiam probent contra ſingularem ſucceſſorem cauſam habentem poſt talia verba enunciata concludit Aym. *conſ.* 217. *n.* 7. *ad fin.* poſt Socin. *conſ.* 11. *num.* 1. *verſ. pro prædictorum confirmatione adducitur. lib.* 3. *& conſ.* 13. *n.* 5. *ad med. & conſil.* 81 *num.* 4. *eod. lib.* 3. Aret. *conſ.* 32. *caſus talis eſt præſupponitur. num.* 3. Bald. *conſ.* 466. *ad intelligentiam huius materiæ, lib.* 5. Surd. *deciſ.* 10. *num.* 9. Benedict. *in cap. Raynutius, p.* 1. *in verb. uxorem nomine adelaſiam, num.* 446. *de teſtament.* Guid. Pap. *dec.* 24. 41. *&* 272. Foller. *in prax. cenſual. in verb. huiuſmodi cenſus ſuper rebus, numero* 100.

Sed quoniam vigore prædictæ dotis fuerunt ſubhaſtata aliqua bona, opponebatur ex aduerſo nullitas ſubhaſtationis propter omiſſum terminum
22 ad reluendum, † qui debebat aſſignari iuxta formam ſtatuti exhibiti, & ſtylum curiæ Auditoris Cameræ, per quem datur menſis ad deliberandum, cùm etiam defecerint tres oblationes, nam ad minus debent eſſe tres oblatores ex ſtylo eiuſdem curiæ, vt in praxi Aud. Camer. *lib.* 1. *c.* 42. *num.* 1. Maximè, quia etiam præſupponitur defectus citationis, & decreti de ſubhaſtando, & delibe-
23 rando, † quæ omnia ſunt neceſſaria pro validitate ſubhaſtationis *l. à diuo pio.* §. 2. vbi Gl. *in verb. iubentur, ff. de re iudic. l. creditor. la* 2. *C. de diſtract. pignor.* Guid. Pap. *deciſ.* 329. Afflict. *dec.* 358. *num.* 3 vbi Vrſil. *num.* 5. Rebuff. *de præcon. licitation. & ſubhaſtation. art.* 7. *gloſ. vnic. num.* 15. Rot. *deciſ.* 476 *num.* 4. *part.* 2. *in recent.*

Ita vt ex iſtis tanquam malè, & mulier geſtis appareat non fuiſſe ſeruatum ordinem in exequendo,
24 † neque Iudicem rectè proceſſiſſe, ſed tamquam priuatam perſonam: Bald. *in l. ſi ob cauſam, C. de euictionib. & conſil.* 61. *col.* 2. *lib.* 2. Socin. *conſ.* 158. *n.* 16. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 268. *n.* 25 *lib.* 2. Adeò vt tunc non
25 cenſeatur quis priuatus poſſeſſione, † ſed debeat manuteneri: Ang. *in l. clam. poſſidere, ff. qui nundinas, num.* 2. *ff. de acqu. poſſ.* Rot. coram R. P. D. Coccino Fauentina de Paciis, 28. Ianuarij 1605. & coram R. P. D. Manzanedo Bracaren. beneficij, 3. Iulij 1606. cum aliis per Rot. *dec.* 638. *n.* 1. *in fin. part.* 2 *in recentior.* Card. Seraph. *dec.* 1041. *num.* 3. Put. *dec.* 409. *in fin. lib.* 2. *in nou.* Provt etiam hoc caſu da-
26 bitur actio ſpolij, † quæ competit tam ſucceſſori, quam contra ſucceſſorem: Gloſ. *in cap. cum ad ſedem in verb. inter dictum,* vbi Abb. *num.* 20. *&* 27 *de reſtitut. ſpoliator.* Caſſador. *dec.* 3. *eod. tit.* Alex. *in l. rem quæ nobis, num.* 19. & ibi Iaſ. *n.* 14. *ff. d. acqu. poſſeſ.* Afflict. *dec.* 361 *n.* 33. cum multis per Rot. *dec.* 476 *n.* 1. *vſque ad* 5. *part.* 2. *in recentiorib.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* 410.

Cùm etiam adſit exceſſus in mandato, quod fuit re-
27 laxatum in maiori ſumma, quam deberetur, † ita vt magis ſit attendenda nullitas ſubhaſtationis, quæ procedens à radice infectâ in totum eſt rejicienda iuxta deciſionem Rot. coram R. P. D. Iuſto Romana ſpolij bonorum, 11. Februar. 1606. de qua per Rot. *deciſ.* 545. *numero* 6. *& deciſ.* 630. *num.* 4
28 *p.* 2. *in recentior.* † vbi quòd contraria procedunt, quãdo ſubhaſtatio fit pro ſuo ſumma debita de re

maioris valoris, quia tunc illa ſuſtinetur, & reſiduum reſtituitur debitori: Bald. *in l. fin. n. 4. verſic. & non plus, C. de iur. domin. impetr.* Afflict. *dec.* 218 *num.* 2. Ruin. *conſ.* 160. *n.* 25. *lib.* 2. Surd. *de alim. tit.* 9 *qu.* 32. *n.* 83. Cùm aliàs deliberatio, & datio inſolu-
29 tum pro maiori ſumma, † quam ſit debitum, ſit in totum nulla, & in totum reuocatur: Bart. & Caſtr. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indeb.* Natt. *conſ.* 631. *n.* 37. Roland. *conſ.* 7. *n.* 87 *lib.* 3. Socin. *conſ.* 82. *ad finem, lib.* 3. Tiraq. *de retract. conſanguin.* §. 23. *gl.* 1. *n.* 23. *cum ſeq.* Surd. *de alim. tit.* 9. *qu.* 32. *n.* 79 Alin. *de execut.* §. 4. *cap.* 5. *per tot.* Burſat. *conſ.* 73. *n.* 37 Anchar. *quæſt.* 14. *num.* 7.

Fuit receſſum in huiuſmodi cauſa Spoletana reſtitutionis dotis à prædicta ſubhaſtatione, & deliberatione ſtantibus præfatis nullitatibus, & quo ad dotem, de qua agebatur in negotio principali, partes ſe concordarunt factis computis, & recognitis pro bonis, & legalibus aliquibus ſolutionibus, quæ prius negabantur, & quæ dederunt cauſam litigandi. ¶ Et quoniam ſupra locuti ſumus de verbis enunciatiuis obſeruandum eſt, quod in alia facti ſpecie occurrit circa ſolidationem computorum, Cùm enim dubitaretur an de ea conſtaret, dicebam concludendum eſſe affirmatiuè, nam in inſtrumento exhibito apparebat, quod fuit data facultas peritis communiter electis æſtimandi quaſdam expenſas in operibus factas ab vltimo ſaldo vſque ad diem dictæ electio-
30 nis peritorum, † ex quibus verbis colligitur inter partes fuiſſe computa facta tamquam enunciata in inſtrumento propter tacitam confeſſionem quæ ex eo reſultat, maximè quando illud; quod à contrahentibus expreſſum eſt verbis enunciatiuis, pendebat ex eorum arbitrio, in quo poſſunt ſibi præiudicare: Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 2. & 3. & *lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 14 poſt Bart. *in l. ſi forte num.* 4. *de caſtr. pecul.* Alex. *in l. ſi cauſa cognita, num.* 9. *C. de tranſact.* Oſaſc. *deciſ.*
31 38. *num.* 8. † Præſertim ſtante clauſula, *pro omnibus*, & ſingulis in eodem inſtrumento appoſita, quæ refertur etiam ad enunciata: Gloſ. *in cap. vt circa de elect. in* 6. Ruin. *conſ.* 137. *num.* 6. *lib.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 74. *num.* 2. *part.* 1.

Maximè, quia ſumus in actu ſolidationis computo-
32 rum enunciato, † quam ſolidationem præſumitur pars enuncians ſciuiſſe, ita vt ſtante iſta præſumptione, verba enunciatiua probent in præiudicium enunciantis, quamvis etiam principaliter de enunciato ageretur, *l. quidam, ff. de probat.* Fel. *in c. per tuas, eod. tit.* Ruin. *conſ.* 141. *n.* 10. *lib.* 5. Aym. *conſ.* 600. *in fin.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 11.

Immo etiam verba enunciatiua ſemper habent præ-
33 ſumptionem † per quam in aduerſarium transfunditur onus probandi contrarium, quamvis enunciatum in dubium principaliter reuocetur, Bart. *in l. ex hac ſcriptura, numero* 16. *verſ. ſi propter aliud. ff. de donationibus.* Ruin. *conſ.* 141. *numero* 13 *ad med. lib.* 5. Aym. *conſ.* 600. *num.* 12. Card. Mantic. *d. tit.* 6. *num.* 10. *lib.* 2. poſt Felin. & *alios in cap. illud de præſumpt.*

Additur, quod ſumus in verbis enunciatiuis iuratis,
34 quæ tunc reſoluuntur in verba diſpoſitiua † propter vim iuramenti, quamvis de eis poſtea contingeret dubitari, licèt etiam iuramentum interuenerit in illis verbis vniuerſalibus collectiuè, & diſtributiuè prolatis in clauſula, *omnia & ſingula*, vt latè concludit Seraph. *priuileg. iurament.* 92 *num.* 12 & *per tot.* & ibi Martin. Benechendor. *in addit. num.* 2. Gutierez. *de iurament. confirmator. p.* 1 *cap.* 54 *num.* 22 & *part.* 2 *cap.* 2 *n.* 7 Afflict. *dec.* 164 *n.* 4 & *dec.* 83 *n.* 3 vbi Vrſil. *n.* 2 Ial. *in l. ex his verbis, in* 6 *fallent.* & ibi Dec. *n.* 29 *C. de teſtam. milit.* Aym. *de antiquit. tempor.* §. *propoſitum. n.* 30 & 47 Mancin. *de iurament. effect.* 151 *num.* 2 *part.* 4 Gabr. *de confeſſ. concl.* 1. *num.* 43. Marſil. *ſing.* 202 & *in l. penult. col.* 10 *ff. de quæſtionib.*

Stante igitur prædicta ſolidatione, ſequitur etiam
35 probatio ſatisfactionis, † cùm hoc importet verbum *ſolidare*, ſeu *per ſaldo*, vel *pro reliquato* Gloſ. *in l. ſi ex pluribus, in verb. reliquum, ff. de ſolution.* Bald. *in l. ab anaſtaſio. n.* 10. *C. mandat.* Salic. *in l. ſi quidem, C. de tranſact.* Caſtr. *in l.* 2 *n.* 3 *C. de hæred. inſtituend.* cum aliis in *tract. de clauſul. p.* 81 *clauſ.* 313 *num.* 1 *fol.* 350 Rebuff. *in l. poteſt reliquorum*, 95 *col.* 2 *ad med. ff. de verbor. ſignificat.*

Quæ ſolutio confirmatur etiam ex declaratione facta per peritos, in qua atteſtantur, quod inter partes nulla alia differentia aderat præter ibi reſeruata, vnde cùm eſſent concordes, in aliis magis ap-
36 paret, quod computa fuerunt ſolidata, † ſtante præſertim dictione illa *niſſuna differenza*, quæ excludit omnia tam in genere, quam in ſpecie *l. vrbana familia l. cum quærebatur, l. qui vti. l. hæc verba ff. de verb. ſignif.* Rebuff. *in l. labeo & ſabinus*, 14 *in fin. ff. eod. tit.*

Et huiuſmodi declaratio tanquam ab aduerſario producta probat contra producentem, quamvis
37 etiam produceretur in parte, † & partibus: Oſaſc. *deciſ.* 38 *num.* 26 poſt Bald. *in l. vnic. col.* 2. *verſ. Iudex tamen*, & ibi Caſtr. *num.* 5 Alex. *col. penult. verſ. aut producitur ſcriptura. C. vt quæ deſ. aduoc.* Rom. *conſ.* 453 *col. fin.* Dec. *in l. vltim. numero* 26. *Cod. de edend.* Pariſ. *in cap. cum venerabilis, n.* 17 & 19 *de exceptionibus.*

Accedant quatuor teſtes, qui deponunt aduerſarium de omnibus fuiſſe ſatiſfactum, præter illa tria, de quibus fuit compromiſſum in peritos ab vtraque parte electos, Ita vt omnibus prædictis ſimul iun-
38 ctis ſit pluſquam probata ſolutio, cum tamen ad illam probandam non requirantur tot probationes, tamquam ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones, quæ pro debitore militent: Bald. *in l. ſi chirographum, ff. de probation.* Rimin. Iun. *conſil.* 407 *n.* 12 *lib.* 4 Bertazol. *conſ.* 118 *num.* 1 Surd. *dec.* 105 *numero* 10.

Quo verò ad expenſas eſt clarum, quod illæ ſint factæ per Franciſcum, cum ipſe eſſet præpoſitus ne-
39 gotiationi, † & exactioni pecuniarum, ita vt ab ea cenſeatur expenſum omne id, quod erat neceſſarium, & quod ſpectabat ad officium ſuum, & ad negotium cui incumbebat: Abb. *conſ.* 116 *in fin. lib.* 2 Felin. *in c. ſicut num.* 35 *verſ. fallit. quinto, de re iudicat.* Socin. *conſ.* 82 *num.* 23 *lib.* 4 Et quidem expenſis propriis ipſius facientis: Bald. *in l. reſtituenda*, 4 *ad fin. verſ. tertio nota*, *Cod. de petit. hæreditat.* Alex. *conſ.* 78 *num.* 4 *lib.* 2 Aym. *conſ.* 131. *n.* 12. Dec. *conſ.* 348 *de duobus, num.* 4 Bertrand. *conſ.* 253 *num.* 1 & 2 *lib.* 3 *part.* 1.

EPITOME.

Conductor quando poſſit recedere à locatione propter ſuperuenientem dignitatem præſidatus, vel ob aliam iuſtam cauſam belli peſtis, malorum ſpirituum, & ruinæ domus cum ſimilibus. ¶ Diſpoſita ad fauorem locatoris circa receſſum à locatione

catione an habeant locum etiam in conductore non habito reſpectu plenioris dominij, quod eſt in locante. ¶ Contractus an cenſeatur celebratus iuxta conſuetudinem loci. ¶ Et quomodo illa ſit probanda. ¶ Correlatiuorum quando idem ſit indicium tam in diſpoſitione legali, quam conuentionali. ¶ Et quando in eis admittatur inæqualitas. ¶ Pactum conductoris, vt non expellatur à conductione an iuuet locatorem, vt poſſit cogere conductorem ad permanendum in locatione. ¶ Stipulatio vnius ex correlatiuis ob inobſeruantiam conuentorum an extendatur, vt alter poſſit prætendere ſimilem rem ob contrauentionem pactorum. ¶ Fundus locatus cum conditione, vt ſi non ex pacto colatur, poſſit alteri locari præſtando quo minoris locaretur, ſi poſtea locetur tanquam non bene cultus pro ampliori penſione, an liceat locatori tale augmentum petere. ¶. Vnus ex correlatiuis ſi renunciet. *l.2.Cod.de reſcind.vendit.* quando alter cenſeatur renunciaſſe. ¶ Pactum de retrouendendo appoſitum per venditorem an iuuet emptorem, vt poſſit cogere ad redimendum. ¶ Stipulatio locatoris, vt conductor denunciet receſſum ante finitam locationem, alias cenſeatur facta relocatio, an operetur, vt locator debeat facere ſimilem denunciationem inquilino. ¶ Remiſſio, & donatio vnius ex contrahentibus quando extendatur ad alium correlatiuum, qui ita non diſpoſuit. ¶ Stipulatio vltro citroque an producat obligationem, ſi vtrinque non interponatur. ¶ Exceptiones quales debeant eſſe, vt retardent obligationem cameralem. ¶ Exceptio conſiſtens in iure abſque aliqua probatione facti an ſtatim ſit admittenda, ita vt impediat executionem.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor poteſt recedere à contractu locationis propter ſuperuenientem dignitatem præſidatus, & de ratione.num.2. & 3. Et propter aliam probabilem cauſam, num. 8.*

4 *Omnis actus regulatur à conſenſu.*

5 *Neceſſitas inopinata eſt iuſta cauſa receſſus à locatione, dummodo ſit tempore contractus.n.6. & 7.*

9 *Contractus debet intelligi, ſi res in eodem ſtatu permaneant. & num. 46.*

10 *Cauſa ab initio veriſimiliter non cogitata cenſetur ſemper excepta in quacumque diſpoſitione.*

11 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

12 *Notoria neceſſitas non eſt probanda.*

13 *Neceſſitas ſuperueniens poſt locationem facit, vt ſolum locator, non conductor poſſit ab ea recedere. Contrarium etiam in conductore eſt verius.nu.14. Et de ratione.n.16.*

15 *Septem Doctores faciunt communem opinionem.*

17 *Conductor an poſſit recedere à contractu locationis ſolum in caſibus peſtis, belli, metus malorum ſpirituum, & ruinæ domus, vel etiam ex aliis iuſtis cauſis num.18.*

19 *Exempla non reſtringunt regulam.*

20 *Conductor non poteſt cogi ſoluere penſionem domus, qua non poteſt frui abſque culpa ſua.*

21 *Partes cēſentur contraxiſſe iuxta conſuetudinem loci.*

22 *Conſuetudo eſt probanda, & quæ requirantur. nu. 23.*

24 *Conuentio conductoris, vt non expellatur à conductione non iuuat locatorem, vt poſſit cogere conductorem ad permanendum in locatione.*

25 *Correlatiuorum idem eſt iudicium.*

26 *Diſpoſitio conuentionalis non poteſt extendi de tempore ad tempus, nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam.*

27 *Stipulatio vnius ex correlatiuis ob inobſeruantiam conuentorum non extenditur, vt alter poſſit prætendere ſimilem rem ob contrauentionem pactorum. & n.29.*

28 *Fundus locatus cum conditione, vt ſi non ex pacto colatur, poſſit alteri locari præſtando quo minoris locaretur, ſi poſtea locetur tamquam non benè cultus pro ampliori penſione, non licebit locatori tale augmentum petere.*

30 *Vnus ex correlatiuis, ſi renunciet* l.2. C. de reſcind. vend. *non tamen alter cenſetur renunciaſſe.*

32 *Pactum de retrouendendo appoſitum per venditorem non iuuat emptorē, vt poſſit cogere ad redimendū.*

32 *Stipulatio locatoris, vt conductor denunciet receſſum ante finitam locationem, alias cenſeatur facta relocatio, non operatur, vt locator debeat facere ſimilem denunciationem inquilino.*

33 *Remiſſio, & donatio vnius ex contrahentibus non extenditur ad alium correlatiuum, qui ita non diſpoſuit.*

34 *Inæqualitas pacti quando admittatur in correlatiuis & num. 35.*

36 *Stipulatio vltro citroque non producit obligationem, niſi vt vtrinque ſit interpoſita.*

37 *Promiſſio vendendi non extenditur ad illum, cui fuit promiſſum, vt teneatur ad emendum n.38.*

39 *Exceptiones falſitatis, nouæ conuentionis, & ſolutionis admittuntur contra obligationem cameralem prout etiam illæ, quæ veniunt ex natura contractus. num. 42.*

40 *Exceptio turbida, & requirens altiorem indaginem non impedit executionem. n.41.*

43 *Inobſeruantia contractus retardat obligationem cameralem.*

44 *Reſoluto contractu reſoluitur etiam effectus obligationis cameralis.*

45 *Promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur quatenus appaltus duret.*

47 *Exceptio conſiſtens in iure dicitur liquida, & ſtatim debet admitti, quidquid ſecus ſit quando requirerentur probationes facti, n.48. & 49.*

CAPVT DCCXL.

[Adde *ſupr. ad c.525.n.48, & ad appendicem, quæ eſt poſita in fin. 3.tom.fol.* 681.]

VEriſſima eſt concluſio per me alias firmata, quod conductor poteſt recedere à domo ſi-
1 bi locata † propter ſuperuenientem dignitatem præſidatus non obſtante iuramento, obligatione camerali, & aliis clauſulis, quæ in huiuſmodi locutionibus ſolent apponi iuxta opinionem Gomeſ. Valaſc. Greg. & aliorum, qui in ſpecie hunc caſum decidunt, prout latè dixi *ſupr.c.534.num.48. vſque ad 57.& in appendice ad d.c.534.* quæ eſt poſita *in fin. tom. 3. diſceptat. fol.* 681. quibus additur multa adducens Molin. *de contractib. diſp.499.n.5. & 6.trac.2.fol.659.* Feli. *conſ.43.n.5. vſque ad 9.*
Sed quoniam contra prædicta multa obiiciuntur, placuit iterum omnia referre, & particulare reſponſum eis dare, vt magis appareat, quæ opinio
2 ſit tutior, & verior, † & dum imprimis redarguitur Gomeſ. quod hanc ſententiam teneat ſine lege, & ratione; non eſt admittendum, quia immo per eum adducitur ratio, de qua *in l.planè.4. D. vt in poſſ.legat. l.ſi ab arbitrio.* 10. vbi Glo. *in verb. ex integro ff. qui ſatiſdat. cogant. l. de ætate.12.§. ex cauſa. ver. id quidem & alia. Dig. de interrogat. action.*

3 † in quibus iuribus cauetur, quod propter caſus inopinatos receditur à diſpoſitione iam facta, tanquam ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio, videtur enim deficere conſenſus conductoris, qui nunquam conduxiſſet, ſi de neceſſitate recedendi cogitaſſet, prout è contra in locatore, qui neque locaſſet, ſi neceſſitatem ſimilem præuidiſſet, quo conſenſu deficiente, non mirum, ſi
4 noua prouiſio conceditur, † cum à tali conſenſu omnis actus reguletur, *l. 1. §. adeo, ff. de pact.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 4. numero 7.* & vltra dictam rationem addit Gomeſ. auctoritatem Gloſ. & aliorum *in l. ædem. Cod. locati.*
5 vbi communiter concludunt, † quod iſta neceſſitas inopinata eſt cauſa receſſus à contractu iuxta tex. qui per Gomeſ. appellatur expreſſus, & formalis, prout verè eſt talis, *in c. propter ſterilitatem. 3. §. verum.* vbi latè Gloſ. *in verb. non imminebat locat.*
6 † & faciunt ſimilia, de quibus per Doctor. *in leg. 2.* vbi Rip. *num. 34. & 35.* Crot. *num. 55. ff. ſolut. matrim.* Alex. *in l. ſi finita. §. eleganter. n. 15. cum ſeq. de damn. infect.* Strac. *de mercat. par. 2. num. 31. & 32.* Caſtr. & alij *in l. omnib. de iudic.*

Quod autem Valaſc. non audeat firmare hanc opinionem, non videtur hoc colligi ex eius lectura, Quia ſi rectè inſpiciatur concludit, quod ipſe non extenderet legem Regiam ad iſtos caſus, nam inquit attento iure non ſufficit, quod domus ſit neceſſaria ex cauſa honeſta, & rationabili, ſed etiam
7 vlterius requiritur, † quod ſit improuiſa, & non cogitata tempore contractus, & in hoc Valaſc. bene loquitur, ſi enim tempore locationis erat ſpes, & cogitatio iſtius cauſæ, non poteſt dici caſus inopinatus, cui ſolum lex ſuccurrit ex veriſimili mente contrahentium argumento *l. qui iure. ff. de militar. teſtament. l. qui cum tutoribus. §. 1. & §. vlt. §. ff. de tranſac.* cum aliis per Rom. *conſ. 294. hac confeſſio. numero 5.* vbi Mandoſ. *in verb. cogitatum.*

Cum ergo non deficiant rationes, vltra auctoritates Doctorum, non eſt recedendum à ſupra firmatis,
8 † quod liceat conductori ex iuſta, & probabili cauſa à conductione diſcedere, *l. dominus horreorum. 57. §. qui contra. ff. locat.* per quem tex. ita communiter concludunt omnes *in c. propter ſterilitatem.* vbi Hoſt. *nu. 6.* Io. Andr. *n. 7.* Butr. *n. 6.* Cardin. *num. 4.* Abb. *n. 10.* Imol. *num. 31.* Boich. *n. 8. & 9. eod. tit.* Gloſ. *in l. ſi in lege. §. ſi domus. in verb. ſtatim agere.* vbi Caſtr. *num. 1. ff. eod. tit. locat.* Alber. *in l. 1. §. ſi penſio. in princ. ff. de migrand.* Bero. *conſ. 140. nu. 28.*
9 *lib. 1.* Becc. *conſil. 43. nu. 24. verſi. quia certum.* † Etenim contractus debet intelligi rebus in eodem ſtatu manentibus *c. quemadmodum. de iureiur. c. ne quis 22. q. 2. leg. quod ſeruius. ff. de condict. ob cauſ. leg. cum quis, ff. de ſolutionib.* & in ſpecie locationis eſt tex. *in l. quæro §. inter locatorem. ff. locat.* Bald. *conſ. 110. & 143. lib. 3.* Anchar. *conſ. 402. n. 3. verſi. quibus tamen.* Aym. *conſil. 233. nume. 3. verſi. ideo conductor.*
10 Gabr. *conſil. 131. n. 15. lib. 2.* † Prout in quacumque diſpoſitione ſemper cenſetur excepta cauſa ab initio veriſimiliter non cogitata, *l. cum tutorib. in fi. ff. de inoff. teſt. leg. mater decedens. ff. eod. tit.* Gl. *in c. veniens, in verb. præſciuiſſet.* vbi Bald. *de iureiur.* Caſt. *conſil. 342. col. 3. lib. 1.* Ang. *conſ. 249. ſuper primo quæſito, col. pen. ver. pro hac parte.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in præfat. n. 56. & num. 170. & 171.*

Et quod in caſu noſtro fuerit conductori impoſita neceſſitas inopinata recedendi à conductione, non controuertitur, cum clare appareat, quod conduxit domum de qua agimus, ad ſex annos, quam vtique non conduxiſſet, ſi crediſſet illam non potuiſſe inhabitare, prout non potuit, cum ſtatim poſt paucos dies in ipſo actu deferendi ſua ſupellectilia ad eandem domum conductam, ſuperuenerit dignitas nõ præuiſa, ob quam fuit coactus ab ea diſcedere, & inhabitare in loco ſolitæ reſidentiæ, maximè, quia ſponte diſceſſerat ab alia domo, quam prius per annos duodecim inhabita-
11 uerat, cum penſione duplo minori, † quam in domo ad præſens conducta, cum nemo præſumatur iactare ſuum, *l. cum de indebito. de probation.* Et de iſta neceſſitate recedendi tanquam notoria non
12 erit aliter docendum: † Gloſ. *in clem. appellanti. in verb. alias de appellat. & in l. ciues. in verb. ſi ſub iuſta. Cod. eod. tit.* Bal. *conſil. 229. n. 5. lib. 1.* Ceph. *conſil. 82. n. 52. lib. 1.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 390. n. 1. in fin.*

Ex quibus non obſtat, quod diſpoſitio, *l. æde C. locat. & c. propoer ſterilitatem. eod. tit.* fundata in neceſſi-
13 tate ſuperueniente poſt contractum † militet ſolum ad fauorem locatoris ratione dominij penes eum exiſtentis, non autem extendatur ad conductorem, qui non habet ius ita pingue, ſicut locator, vt in ſpecie concludit Rip. *in tract. de peſt. p. 2. n. 20. verſi. non obſtant contraria. & num. 21.* Couar. *prac. q. c. 30. col. fin. verſi. excepta cauſa.* Barbat. *in c. propter ſterilitatem. col. 4. locat.* Nam quidquid iſti
14 teneant, † verior eſt opinio contraria, quod ad effectum receſſus à contractu locationis tam conductor, quam dominus, ſeu locator æquiparentur, ita vt diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum in alio, prout late dixi *ſupra in appendic. ad c. 134. in fi. tom. 3.* vbi numerantur duodecim Doctores, quorum auctoritas præualet ſupradictis diſſentientibus, quibus additur Gloſ. *in l. ſi in lege 27. §. ſi domus. in verb. ſtatim agere. ver. nam & dominus.* & ibi Bald. *num. 1. verſ. & dicit.* Alber. *num. 4.* Caſt. *numero 1. ff. locat.* Gloſ. *in l. 1. §. ſi penſio. in verb. ita tamen.* vbi Bart. *numero 1. verſ. contra. ff. de migrand.* Gagr. *conſil. 75. nu. 2. verſ. & quod inquilinus, libro 1.* Becc. *conſil. 45. n. 21. lib. 1.* Caroc. *de locat. p. 2. tit. de recuſ. n. 10. ſecundum antiquam impreſſionem, & ſecundum nouam, p. 4. eod. tit. q. 4. n. 3. fol. 200.* Carpan. *ſuper conſtit. Mediolan. c. 379. num. 347. & 548. p. 2.* Valaſc. *de emphyt. q. 22. ampliat. 6. num. 6.* Ferron. *ſuper conſuetud. Burdigal. libro 1. tit. 5. §. 3. verſ. tum & extendo. fol. 99.* vbi in ſpecie reprobat Rip. *in tract. de peſt. p. 1. num. 18.* & Nicol. Matarell. & Barbat. in contrarium allegatos, prout etiam facit Boer. *de-*
15 *ciſ. 249. numero 9.* † Ita vt ſtante auctoritate Gloſ. cum viginti duobus doctorib. ſupra adductis, qui hanc opinionem ſequuntur, non ſit curandum de Barbat. Rip. & Couar. tanquam iſta ſit communis ſententia, ad quam faciendam ſufficiunt ſeptem Doctores, vt late comprobat Coraſ. *de comm. opin. lib. 1. tit. 3. n. 18.* Maximè quia Couar. licet dicat ſe ita opinari, tamen poſtea adducit multos, qui contrarium tenent, vt adnotaui ſupr. *in appendice ad*
16 *c. 534. in fin. 3. tom.* † vbi etiam late reſpondi ad rationem ex aduerſo adductam dominij, & plenioris iuris, quod exiſtit penes locatorem, non autem apud conductorem, quia iſta ratio non conſideratur in materia receſſus à conductione, cum in ea ſolum debeat attendi defectus conſenſus, qui militat tam in locatore, quam in conductore, nam quemadmodum locator non locaſſet, ſi huiuſmodi neceſſitatem præuidiſſet, ita neque conductor conduxiſſet, ſi de tali mutatione ſtatus cogitaſſet, ob quã ei nõ permitteretur frui re locata:

Imol.

Imol.Bal. Ang. & alij *in d.appendice allegati.* Ferron.*ſuper conſuetud.Burdeg.lib.1.tit.3.§.3.verſ.tum & extendo.fol.* 99.

Nec facit,quod concluſio ſupra firmata pro condu-
ctore procedat ſolum in caſibus peſtis , & belli,
17 † & metus malorum ſpirituum, & ruinæ domus,
ex quibus inducitur conductori præciſa neceſſi-
tas recedendi,Quia Doctores,qui ad hoc allegan-
tur,non ſe reſtringunt ad dictos caſus,immo con-
cludunt generaliter de alia iuſta cauſa,provt per-
currendo ſigillatim omnes Doctores exaduerſo
18 adductos hoc clarius apparebit,† nam Bald.*in l.ſi in lege 27.§.ſi domus.ff.locat.*excludit ſolum migra-
tionem voluntariam, exemplificando in eo, qui
ducit vxorem.¶ Gail.*obſeruat.numero 5. & 6.libro* 2.facit regulam generalem, quod ex cauſa peſtis,
& ex alia legitima,& iuſta cauſa poteſt conductor
recedere à re conducta.¶ Gomez. *de contract. c. 3. tit.de locat. numero 3.verſ. adde tamen.fol.* 166. ex-
preſsè firmat concluſionem, quod conductor ex
aliqua cauſa, & impedimento contingente facto
tertij , vel natura non tenetur ad penſionem. ¶
Fulgos. *in leg.cum plures,ff.locat.* ſummando illum
tex.notat,quod pro tempore,quo conductor non
poteſt domum inhabitare, poteſt petere remiſſio-
nem penſionis,licet poſtea ex hoc inferat ad quę-
ſtionem propter cauſam peſtis. ¶ Iaſ. *in addit. ad Port.in §. vlt.in fi.inſti. de locat.* ſolum dicit, quod
inquilinus poteſt recedere à domo conducta me-
tu malorum ſpirituum, & ex cauſa peſtis, ſed non
ex hoc infertur,quod excludat alios caſus.¶ Abb.
*in c.propter ſterilitatem.numero 7.locat.*ponit regu-
lam generalem pro conductore , & poſtea infert
ad quæſtionem propter cauſam peſtis,adeo vt ex
prædictis colligatur non eſſe faciendam reſtri-
ctionem ſolum ad caſus ex aduerſo adductos , †
19 cum ad illos Doctores non ſe reſtringant,† maxi-
me quia per huiuſmodi exempla non eſt receden-
dum à regula generali , in qua eadem ratio conſi-
deratur,*l. 1.§. quod ſi vulgo dicitur ff.de vi & vi ar-ma.l.damni infecti.la 2.ff.de damn.infect.* Præſertim
quia omnes Doctores pro conductore allegati ſu-
pra.*num.8.& 13.cum ſeq.* per viam regulæ genera-
lis firmant,quod conductor poteſt ex iuſta, & ra-
tionabili cauſa recedere à contractu locationis,
provt etiam in ſpecie ex mente aliorum conclu-
dit Becc.*conſ.45.num.24.lib.*1.

Stante igitur neceſſitate præciſa, quæ contingit in
caſu noſtro,inhabitando in palatio Capitolij de-
ſtinato pro reſidentia Senatoris , nimis durum,
20 & rigidum videretur , † ſi conductor citra ſuam
culpam poſſet cogi ad ſoluendam penſionem do-
mus,qua non poteſt frui,vt in propoſito conſide-
rat Gail.*obſeruat. 23.num. 7.lib.* 2.¶ Non obſtante
prætenſa conſuetudine Vrbis , ſecundum quam
prætenditur non finiri huiuſmodi locationes
21 propter dignitatem ſuperuenientem,† ita vt iuxta
eam cenſeantur partes contraxiſſe, *l.licet.& l. ex-cepto.Cod.locat.* Natt.*conſ.*114.*nu.*14. Cardin. Man-
tic.*de tacit.& ambig.conuentionib.lib.3.tit. 9.nu.45. & 49.* Abb. qui de communi *in c. propter ſterilita-tem.n.18.locat.*Bart.Bald.& Salic.*in l.ade.C.eod.tit.*
22 ¶ † Quia talis conſuetudo erat probanda, ad effe-
ctum,vt ſuper ea poſſit iudicium fundari,*lib.*1.vbi
Gloſ. *in verb. probatis. Cod. quæ ſit long.conſuetud.* Alex.*conſ.671 numero 1.lib.7.* Pariſ.*conſ.25. numero 18.lib.*1.Dec.*conſ.402.num.*12.Nat.*conſ.554.numero*
23 25.† Cum præſertim etiam deberet probari,quod
in ſimilibus caſibus allegauerint reſolutionem
contractus,& fuerit ipſis contradictum,& poſtea
contradictioni ijdem acquieuerint:Cyn:*in l. 2. n. 9.ver.aut quæritur. C.quæ ſit long. conſuetud.* Alex.
*conſil.45.n.2.lib.2. & conſil.136.n. 19.eod.lib. & conſ. 175.n.8.lib.6.*Aym.*conſil.55.nu.6.verſ.poſtremo.*Me-
noch.*conſil. 8.num. 16.lib.1.*

Conuentio autem,per quam in inſtrumento condu-
ctor ſibi proſpexit , vt non expellatur à locatore,
quamvis vellet vti domo locata pro vſu ſuo , non
24 facit † vt iuuet eundem locatorem,provt præten-
ditur,ita vt poſſit cogere conductorem ad perma-
nendum in locatione etiam in caſibus , in quibus
illi permittitur ab eà diſcedere,licèt enim ſimus in
25 correlatiuis,† quorum vnum eſt iudicium *l.fin.C. de indict.viduit.sollend.l.1.C.de cupreſſ. lib.* 10. Ta-
men hoc procedit,quando ſumus in diſpoſitione
26 legali,ſecus autem in conuentionali,† in qua non
eſt noſtrum illam extendere,*l.fideiuſſores magiſtra-tuum.§.pro aurelio.ff.de fideiuſſorib.* neque de tem-
pore ad tempus *l.epiſtola.§.vlt.ff.de pact.leg.ſi cum hermes. Cod. locat.* neque de re ad rem , neque de
perſona ad perſonam *leg. miles itaque heredem. §. & qui diximus.ff.de milit.teſtam.* & ita in propoſi-
to noſtrò declarat Bal.*in c.1.n.2.verſ. pone emphy-tenta.col.2. in princip. qualit. domin.propriet. feud.*
27 *priuet.* † vbi ex hoc concludit , quod ſi vnus ex
correlatiuis ſtipuletur aliquid ob non obſeruan-
tiam conuentorum, non poteſt alter prætendere
ſimilem rem ob contrauentionem pactorum,cum
tantummodo hæc conuentio interpoſita fuerit
pro eo, qui talem prouiſionem ſibi ſtipulatus eſt,
vnde debet ſolum iuuare vnam partem, non alte-
ram,*leg.ſed & ſi interpellatur.§.ſi ex altera.ff.de ar-bitr.*Dec.*conſ.213.nu.3.& conſ.697.n.2.cum ſeq.*Al-
ciat.*conſ.77.nu. 9.verſ.non obſtat.li.*8. Gab.*de legib. concluſ.3.n.52.*

Quare dicimus , quod ſi fundus fuerit locatus ea le-
ge, & conditione , vt ſi non ex pacto toleretur
28 † poſſit alteri relocari , præſtando quo minoris
relocaretur, ſi contingat, quod ampliore pecunia
Idem fundus non bene cultus iuxta conuentio-
nem ſit locatus , non tamen licebit extendere hu-
iuſmodi obligationem, vt proſit conductori , qui
non ſibi prouidit circa dictum augmentum , ſed
totum cedet commodo locatoris , pro quo tan-
tummodo fuit interpoſita conuentio , provt in
ſpecie eſt tex.notabilis *in l.ea lege fundum.53.ff.lo-cat.*Bapt.de S.Blaſ.*in tract.de correlatiuis.num.53.in fin.verſi. ſexageſimoquarto fallit.tom.18.fol.*295. vbi
29 quod hoc procedit in omni conuentione, vel diſ-
poſitione ſpecialiter facta ad fauorem vnius ex
correlatiuis , quæ non extenditur ad commodum
alterius ſiue conuentio ſit expreſſa , ſiue etiam ta-
cita iuxta *l.cum quid ff.ſi cert.petat.*

Ideo etiam ſi renuncietur per vnum ex correlatiuis
30 remedio,*l.2.C.de reſcin.vendit.* † non tamen alter
cenſebitur renunciaſſe , nec quo ad eum talis re-
nunciatio extendetur, vt notat Bald.*in c.1.col.2.ad fin.verſ.quid ſi renunciat emptor.n.7.qualit. domin. propriet.feud.priuet.*per tex.*in l.iubemus.C.ad vel-leian.l.ſi vnus.§.in ſumma.ff.de pact.*

Provt quoque pactũ de retrouendẽdo magis expedit
31 venditori, quam emptori, † quia, ſi venditor vult
poteſt redimere vigore conuentionis per eum
appoſitæ,non tamen iuuabit emptorem , qui non
poterit cogere ad redimendum , cum pactum ſo-
lum fuerit appoſitum per vnum ex correlatiuis.

ad cuius fauorem tantummodo operabitur, vt
poſt Bart.& Bald.concludit Cagnol.*in l.2.n.132.q.*
29.C.de pact.int.empt. & venditor. & in propoſito
notat Moron.*de treug.& pace.q.*108.*n.*4.*& 5. tom.*
*11.par.1.fol.*434.
Vnde etiam videmus,quod ſi caueatur,vt conductor
debeat per menſem ante finem ſuæ conductionis
32 denunciare locatori, † quod non vult amplius
rem conductam retinere, aliàs intelligatur con-
duxiſſe pro anno ſequenti,talis diſpoſitio loquens
de conductore, non habebit locum in locatore
volente licentiare inquilinum ſuum, ſed attende-
tur ius commune,de quo in *l.item quæritur. §. qui*
impleto.& in l. qui ad certum.ff.locat. & ita in ſpe-
cie concludit Io.de Petru. *in rub. Cod. de reb. cre-*
*dit.*quem refert,& ſequitur Bapt.de S. Blaſ.*de cor-*
*relatiu.num.*51.*verſ.quinquageſimo ſexto fallit. tom.*
18.*fol.*265.
Quod etiam eſt, quando vnus ex contrahentibus re-
33 mittit ius ſuum cauſa donationis, † vel ſimilis al-
teri correlatiuo ſecum contrahenti, quia non ex
hoc talis remiſſio, & diſpoſitio extenditur ad il-
lum,qui non ita diſpoſuit:Gl.*in l.1. in verb.non po-*
*teſt.in fi.ff.de reſcind.vendit.*Bart. *in l.ſi conuenerit.*
57.*in princ. verſ. quid enim ſi ex cauſa donationis.*
poſt Gloſ.*ibi in verb.poteſt.in fin.ff.de pact.*Salic. *in*
l.1.num.2. in fin. Cod. de peric. & commod.rei vend.
Bapt.de S.Blaſ. *de correlatiu.nu.*42.*verſ. & idem ſi*
*vnus.tom.*18.*fol.*264.& bene declarat Alciat.*conſil.*
34 77.*nu.*10.*lib.*8.*tom.* 3.*fol.*181.† vbi etiam reſpondet
ad illud, quod dicitur de inæqualitate pacti, quaſi
ſolum vnus obligetur, cum ſibi ſit imputandum,
cum ita conſenſerit, neque enim lex reputat hoc
iniquum, tanquam à principio poſſit hoc agi, vt
altera tantum pars obligetur Gloſ. Fulgoſ. & Sa-
lic.*in leg.iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff.de act.empt.*
Cyn.*in l.1.C.ſi ſeru.exter.* Gl.& alij *in l.1. ff.de reſ-*
cind.vendit. Oldrad.*conſ.* 134. Moron.*de treug. &*
*pac.q.*108.*n.*4.*& 5.tom.11.p.1.fol.*434.
Quæ magis debent admitti in facti ſpecie, de qua
agimus, cum adſit iuſta cauſa, ob quam fuit con-
uentum, vt conductor non poſſit expelli etiam
pro vſu locatoris,ſtante habitatione plurium do-
morum, quarum idem locator dominium habet,
ita vt ex hoc non poſſit conſiderari aliqua neceſ-
ſitas diſcedendi à locatione huiuſmodi domus,
maxime quia etiam præſupponitur abſentia loca-
toris ab Vrbe, ob domicilium, quod retinet cum
35 ſua familia in ſua patria, † adeo vt propter talem
iuſtam cauſam magis permittatur inæqualitas in
correlatiuis,quorum idem eſt iudicium,& eadem
diſpoſitio,quando militat eadem ratio, cum ſecus
ſit illa non exiſtente: Crot. *in l.re coniuncti. in fin.*
*num.*188.*ff.de legat.*35. poſt Glo.*in c.quæſitum.1.q.3.*
Aret.*in l.ſi filius qui in princ.col.*4.*de vulgar.& pu-*
pil.ſubſtitut. Alex.*in l.non tantum.in princ. de re iu-*
dicat. Decius,*in l.*4.*§.cato.n.* 429.*& in rubr.ff.de*
acquir. poſſeſſ.
Quibus additur, quod ſtipulatio vltro citroque non
36 producit obligationem, † niſi vtrinque ſit inter-
poſita,*l.*5.*§.ſtipulatio.& l.quidquid adſtringenda.in*
princ.ff.de verb. obligation. Socin.Iun. *in rubr.eod.*
*tit.n.*216.*in fi.& n.*236.Cardin. Mantic.*de tacit. &*
ambig. conuention.lib. 4.*tit.*3. *num.* 6. vbi ex hoc in
propoſito noſtro concludit, quod promiſſio ven-
37 dendi non extenditur ad illum,† cui fuit promiſ-
ſum, vt teneatur ad emendum, nam emptor, &
venditor ſunt correlatiua quando ſunt in eſſe de-
ducta, neque enim poteſt ſtare vnum ſine alte-
ro, cum vno ſublato alterum etiam tollatur *l. vlt.*
38 *ff. de acceptilation.* † Non tamen ſequitur, vt qui
non promiſit obligetur ex ſola vi correlatiuo-
rum, ideo imputet ſibi, qui non procurauit talem
ſimilem promiſſionem, prout etiam ita in ſpecie
reſpondet Corn. *conſ.*300.*lib.*1.
Nec debet attendi obligatio cameralis iurata contra
quam non admittuntur, niſi illæ tres exceptiones
39 ſolutionis,falſitatis,† nouæ conuentionis. Caſſa-
dor.*deciſ. vnic.nu.*2.*de mutuis petitionib.* cum aliis
per Rot. coram R. P. D. Litta Romana prætenſæ
executionis contractus. 27. Maij. 1594. Ita vt ſal-
tem reddatur turbida iſta exceptio conductoris,
40 † quo caſu non impeditur,nec retardatur execu-
tio: Rot. coram Cardin. Millino Cremonen.
aquarum 5. Maij. 1599. Præſertim quia eadem ex-
ceptio reſpicit iudicium ordinarium diſceſſus à
41 locatione,† quod expectat tres conformes, & re-
quirit altiorem indaginem, quæ in hoc iudicio
non eſt admittenda: Canar.*de execu.inſtrument.q.*
51.Rot.coram Sanctiſ.Gregor.XV. Bononien.pe-
cuniaria.9. Iunij. 1603.
Quia verius eſt,quod contra obligationem camera-
42 lem,iuratam admittantur vltra illas tres, † etiam
omnes exceptiones, quæ intrinſecè, & tacitè ve-
niunt ex natura contractus, cui talis obligatio
adiicitur:Galleſ. *de obligat.camer.p.*4.*q.*1. *num.*10.
Cardin.Seraphin.*deciſ.*321.*num.*20. & in terminis
locationis multa adduxi *ſupr.c.*534.*num.*44. *&* 45.
¶ Ideo exceptio non implementi tacita,& intrin-
43 ſeca contractus, † quamvis non ſit de tribus, ta-
men paſſim admittitur contrà obligationem ca-
meralem iuratam,*l.iulianus,§.offerri. ff.de actionib.*
*empt.*Galleſ.*de oblig.camer.p.*4.*q.*1.*n.*7.quem ſequi-
tur Rot. coram R. P. D. Orano Romana.de Ga-
briellis. 19.Iunij 1595.impreſſ. poſt tractat.*de obli-*
*gat.camer.deciſ.*116.*nu.*1.& coram R. P.D. Decano
Aſculana pecuniaria.15.Martij.1606.impreſ. ibid.
*deciſ.*14.*n.*1.*&* 2.& coram R.P.D. Manzanedo Ro-
mana pretij fundaci. 1. Iunij. 1607. impreſ. poſt
tract.*de ſaluian.in* 2.*edit.deciſ.*193.*nu.*1. & latiſſimè
comprobat Graſ.*de except.c.*15.*per tot.*
Reſoluto igitur contractu locationis ex ſuperius ad-
ductis, reſoluitur etiam effectus ipſius obligatio-
44 nis cameralis † adiectæ in eadem locatione, *l. ex*
*conducto.*16.*ff.locat.*Galleſ. *de obligat.camer.p.*4.*nu.*
12.Rot. coram Cardin. Millino, Camerinen. pe-
45 cuniaria.3.Aprilis 1598.† vbi quod promiſſio ſol-
uendi appaltum gabellæ intelligitur, quatenus
appaltus duret:Rot. coram R. P.D. Coccino Par-
men.datij.27.Iunij.1612.impreſ.poſt trac.*de oblig.*
*camer.deciſ.*115.*nu.*1. & coram Cardin. Pamphilio
Romana nullitatis obligationis.23. Ianuar. 1602.
quæ eſt *deciſ.*50. *num.* 7.*in fin. pag.*1.*in recentiorib.*
46 † Cum omnis diſpoſitio etiam iurata,& quacun-
que obligatione firmata intelligatur rebus ſic
ſtantibus, & in eodem ſtatu manentibus,*l. fi. Cod.*
*de non nu. pecun.c.*3. *de renunciat.* Caſtr.*conſil.*449.
*num.*3.*lib.*1.latè Tiraq.*in l.ſi vnquam.in præfat.nu-*
mero 166.*cum ſeq.C.de reuocand.donation.* & multa
in propoſito noſtro adduxi *ſupr. cap.* 534. *numero*
51. *&* 52.
Ex prædictis etiam patet, quod exceptio conducto-
47 ris non poteſt dici turbida,† quia cum de verita-
te illius appareat per claras allegationes iuris ab-
ſque aliqua probatione facti, exceptio dicitur li-
quida,& ſufficiens ad effectum retardationis, de
qua agitur: Franc.*in c.ad decimas. numero* 11. *de*
reſtitut. ſpoliat. in 6. quem ſequitur Rot. coram

Cardin.

Cardin. Seraphin. *deciſ.*183.*nu.* 6.juxta doctrinam Innoc.& Hoſt.*in c.cum inter.il 1.quod eſt* 16. *de*

48 †vbi quod quando exceptio fundatur in allegationibus iuris tantum, tunc debet ſtatim Iudex pronunciare,cum ei liceat ſupplere in iure,*c.ſæpe.*
49 *de appellat.l.1.Cod.vt quæ deſ.aduocat.*† Quidquid aliud ſit quando eſſent neceſſariæ probationes facti:Io. Andr.*in d.c.ad decimas.& in c.dudum. in verb.nos igitur.de elect.*¶ Et hæc ſufficiant pro reſponſione ad omnia,quæ adducuntur in deciſione Rot. in hujuſmodi cauſa Romana locationis coram R. P. D. Buratto 15. Ianuarij 1618. in qua fuit pro maiori parte concluſum non eſſe locum reſciſſioni locationis,ſed debere concedi mandatum executiuum pro penſionibus prætenſis,cum enim ex benignitate ejuſdem Rotæ, cauſa iterum eſſet proponenda, vt poſſet maturius cognoſci an eſſet releuans exceptio conductoris, fuerunt prædicta allegata, quæ tamen remanſerunt indeciſa, cum partes deuenerint ad concordiam: & quidem iſta ſunt notanda,quia ſæpè in praxi occurrunt,prout ad euitandas ſimiles difficultates in locationibus, quæ modo fiunt, per contrahentes renunciantur hujuſmodi exceptionibus, & paſſim per quoſcumque notarios apponitur in inſtrumentis talis renunciatio.

EPITOME.

Diſpoſitio teſtatoris quãdo extendatur de caſu ad caſum. ¶ Vel debeat intelligi iuxta Ius commune. ¶ Et quales coniecturæ admittantur. ¶ Et an vnica ſufficiat. Alternatiua quando tribuat cuilibet inſolidum diſpoſitionem, & in vnoquoque inſolidum agat, & in vno vera efficiat totam orationem affirmatiuam veram. ¶ Mandans filias ſuccedere in ſtirpes, non in capita an dicatur eas coniunctim ſubſtituiſſe. ¶ Et quando dicta clauſula,*in ſtirpes*, poſita in fine ſubſtitutionis determinata ab vno, & eodem verbo *ſubſtituit* efficiat vnitatem orationis, & reſpiciat perſonas ſupra nominatas. ¶ Filiæ quo caſu dicantur ſubſtitutæ ſuis patribus referendo ſingula ſingulis.¶ Pluralitas quando reſoluatur in ſingularitatem.¶ Subſtitutio ſi deficit,an bona in ea comprehenſa per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi ſint in totum acquiſita pro indiuiſo alteri verbis coniuncto. ¶ Ius accreſcendi an dicatur tacita ſubſtitutio. ¶ Et quando illud impediatur per tacitam vulgarem, quamvis ſit filius teſtatoris ille, qui conatur admitti per ius accreſcendi.

SVMMARIVM.

1 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, quamvis adeſſet maior ratio ita diſponendi. numero* 2.
3 *Diſpoſitio extenditur de caſu ad caſum ex veriſimili mente teſtatoris.*
4 *Maior dilectio facit ceſſare extenſionem ſubſtitutionis de caſu ad caſum.*
5 *Extenſio non datur de caſu ad caſum niſi adſint coniectura valde probabiles, & neceſſariæ, & munitæ auctoritate legis,non præſumptione hominum, niſi illa clara ſit ex verbis per teſtatorem prolatis, & debent eſſe plures.n.6.*
7 *Alternatiua tribuit cuilibet inſolidum diſpoſitionem, & in vnoquoque inſolidum agit,& in vno vera totam orationem affirmatiuam veram efficit.*
8 *Teſtator mandans filias ſuccedere in ſtirpes, non in capita dicitur eas coniunctim ſubſtituiſſe, & voluiſſe omnes ſimul ſuccedere. n.*14.
9 *Clauſula in ſtirpes, poſita in fine ſubſtitutionis determinata ab vno, & eodem verbo* ſubſtituit, *facit vnitatem orationis, & reſpicit perſonas ſupra nominatas.*
10 *Filia quando dicantur ſubſtitutæ ſuis patribus tantum, referendo ſingulis. & n.*12.
11 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem. Intellige quando concurrit mens teſtatoris, & non ſequitur abſurdum, aut aliquid repugnans æquitati, & iuſtitiæ num.*13.
15 *Subſtitutio ſi deficit, quando bona in ea comprehenſa per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi ſint in totum acquiſita pro indiuiſo alteri verbis coniuncto, & num.*16.
17 *Ius accreſcendi dicitur tacita ſubſtitutio.*
18 *Subſtitutio expreſſa facit ceſſare tacitam.*
19 *Expreſſa prouiſio tollit ſubſidiariam tacitam.*
20 *Ius accreſcendi impeditur per tacitam vulgarem, quamvis ſit filius teſtatoris ille, qui conatur admitti per ius accreſcendi & n.*21.
22 *Tacita vulgaris excludit ius non decreſcendi.*

CAPVT DCCXLI.

INſtitutis per Andream teſtatorem Paulo, & Antonio ſuis filiis, & ipſis quandocumque decedentibus,ſubſtitutis deſcendentibus eorum quibuſcumque maſculis legitimis,& naturalib vſque ad quartam generationem, Fuit additum, quod vno dictorum fratrum, ſeu ejus deſcendentibus maſculis quandocumque decedenti, ſeu decedentibus abſque filiis maſculis vt ſupra,ei,vel eis ſubſtituit eius,vel eorum filias fœminas legitimas, & naturales, ſcilicet ſi filia vnica erit in dimidia, ſi vero duæ, vel plures in duabus partibus, & alterum fratrem, vel ejus filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales vſque ad quartam generationem in altera dimidia, ſeu in reliqua tertia parte reſpectiuè in ſtirpes, & non in capita.

Mortuo Andrea teſtatore 1593. obijt Paulus 1616. relictis Octauio, & Eutitio filiis maſculis, qui deceſſerunt abſque liberis, ſuperſtitibus tribus ſororibus, quæ per Eutitium vltimò decedentem fuerunt inſtitutæ hæredes, quibus ſtantibus prætendit Antonius patruus Eutitij eueniſſe caſum fideicommiſſi in totum in ejus perſonam per defectum filiarum Eutitij vltimo loco defuncti,cum tamen exaderſo per dictas ſorores negetur, Vnde quæritur quid pro veritate ſit concludendum, Et quidem pro ſororibus videtur eſſe caſus clarus,

1 † quia teſtator ſolum prouidit, quando vltimus decedens non relinqueret aliquos maſculos ſuperſtites,ſed tantum filias,non autem diſpoſuit, quando decederet ſine aliquibus filiis, vel filiabus,& extarent ſorores ejuſdem vltimo decedentis, vnde tanquam caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. *l. commodiſſimè.ff. de lib.& poſthum.leg.ſi cum dotem.princ.ff.ſolut.matrim.*Natt.*conſ.*678.*num.*30.Aym.*conſ.* 161.*num.*10.
2 † vbi ampliat quamvis adeſſet maior ratio ita diſponendi,quia illa non conſideratur, nec facit,vt caſus contingens præter ordinationem teſtatoris includatur in tali diſpoſitione:Menoch. *conſ.*243. *num.*9.*lib.*3.Card. Mantic. *de coniect.vltim.volunt. lib.*3.*tit.*9.*num.*6.

Neque obſtat, quod quemadmodum teſtator ſub-

ſtituit Antonium exiſtentibus filiabus vltimi defuncti, ita etiam credendum eſt, quod voluerit il-
3 lum ſubſtituere deficientibus filiabus, † cum ex veriſimili mente teſtatoris extendatur diſpoſitio de caſu ad caſum *l. Titius. §. ff. de lib. & poſth.* Bald. *in l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Surd. *conſil.* 44. *nu.* 5. *lib.* 1. Quia teſtator magis dilexit filias Pauli tanquam ſubſtitutas in duabus partibus, quam Anto-
4 nium ſubſtitutum in vna tantum, ob quam † maiorem dilectionem ceſſat extenſio ſubſtitutionis de vno caſu ad alium: Alex. *conſ.* 1. *num.* 9. *lib.* 1. poſt Bart. *in l. ſi mater.* 33. §. 1. *num.* 3. *ff. vulgar. & pupillar.* Rip. *in l.* 1. *n.* 97. *ff. eod. tit.* Socin. *conſ.* 76. *col.* 4. *poſt med. verſi. ſecundo principaliter. libro* 3. Surd. *conſ.* 236. *n.* 17. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 82. *num.* 32. *lib.* 3. *& conſ.* 23. *num.* 54. *lib.* 4.

Immo quamvis non appareret de iſta maiori dilectione, Tamen hujuſmodi ſubſtitutio non debet
5 extendi † ad caſum non exiſtentiæ filiarum, quia in ſimilibus diſpoſitionibus non datur extenſio de caſu ad caſum, niſi adſint coniecturę valde probabiles, & neceſſariæ, & quatenus ſint munitæ auctoritate legis, non præſumptione hominum, niſi illa clara ſit ex verbis per teſtatorem prolatis, quę id ſolummodo, non aliud importare poſſint, nam aliàs non poterit dici conſtare de illius voluntate, cum ſolæ, & ſimplices veriſimilitudines, & hominum præſumptiones, quæ in iure non reperiuntur ex legibus receptæ, non ſufficiant ad pronunciandum, vt latè omnia prædicta comprobat Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 11. *n.* 38. *vſque ad* 45. *fol.* 90. iuxta. *l. licet imperator. ff. de legat.* 1. Aym. *conſil.* 161. *ad med.* Cephal. *conſil.* 469. *num.* 6. *& conſ.* 482. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 399. *n.* 5. *lib.* 4. Gabr. *conſil.* 97. *n.* 12. *lib.* 1. Albenſ. *conſ.* 31. *numero* 9. Burſat.
6 *conſil.* 46. *n.* 1. *lib.* 1. † Ita vt etiam debeant eſſe plures coniecturæ, cum vna non ſufficiat Cephal. *conſil.* 469. *n.* 7. poſt Aym. *conſ.* 275. *num.* 11. Imol. *conſ.* 138. *col.* 1. *ad med.* Calcan. *conſil.* 77. *col.* 1. *in fi.*

Præterea verba illa vno dictorum fratrum, ſeu ejus deſcendentibus maſculis quandocumque decedenti, ſeu decedentibus abſque filiis maſculis ei, vel eis ſubſtituit ejus, vel eorum filias fœminas, poſſunt intelligi, vt tam Paulo, quam eius deſcendentibus dicantur ſubſtitutæ filiæ in vtroque capite alternatiuè comprehenſæ, & ſic quod cenſeantur ſubſtitutæ cuique tam propriæ, quam alterius filiæ in dicta alternatiua nominatæ, non ſecus ac ſi teſtator dixiſſet, ei ſcilicet Paulo eius, vel ſuorum deſcendentium, & ipſis deſcendenti-
7 bus ipſius Pauli, vel eorum filias ſubſtituo, † Nam alternatiua de ſui natura tribuit cuilibet inſolidum diſpoſitionem, & in vnoquoque inſolidum agit, & in vno vera totam orationem affirmatiuam veram efficit, *l. ſi is qui ducenta.* vbi Bart. & Socin. *ff. de reb. dub.* Idem Bart. *in l. ſi ex toto. §. ſi ita ſcriptum. in princ.* & ibi Bald. *num.* 1. *D. de legat.* 1. Idem Bald. *in l. ſi Titio* 26. *num.* 2. *ff. de legat.* 2. Aym. *conſ.* 548. *num.* 9. Burſat. *conſil.* 2. *nu.* 65. *lib.* 1. Rip. *in c. inter cæteras, num.* 24. *de reſcript.* Alciat. *conſ.* 57. *n.* 9. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 13. *n.* 34. *fol.* 117. Surd. *conſil.* 339. *n.* 10. *lib.* 3. *& conſil.* 393. *n.* 8. *&* 9. *eod. lib.* Gab. *conſ.* 59. *num.* 1. *lib.* 1.

Cum etiam teſtator voluerit iſtas filias ſuccedere in
8 ſtirpes, & non in capita, † quod de neceſſitate arguit eas coniunctim ſubſtituiſſe, & voluiſſe omnes ſimul ſuccedere, quia aliàs non poſſet dari talis ſucceſſio in ſtirpes, cum filij cujuſque ſuccedant in capita, *§. reliquum. auth. de hæred. ab inteſt. venient.* Bart. *in l.* 2. §. 1. *ff. de ſuis & legitim. & in auth. poſt fratres. Cod. de legitim. hæredib.* Ruin. *conſ.* 171. *n.* 8. *col.* 3. *in fi. verſ. ergo vult quod in ſtirpem ſimul. lib.* 2. Cephal. *conſ.* 600. *n.* 30. *lib.* 4. Rimin. Iun. *conſ.* 667. *num.* 34. *lib.* 7. Decian. *conſ.* 24. *n.* 8. *verſi. ſecundo quod iſta reciproca. lib.* 2. Lancell. Gallia *conſil.* 17. *num.* 14.

Et talis ſucceſſio in ſtirpes & non in capita ordinata à teſtatore debet intelligi de dictis filiabus, nō autem de Antonio fratre Pauli, & ipſis filiabus, quia iam inter eos diſpoſuerat de quota certa, quę
9 non poterat variari per ſtirpes, vel per capita, † ita vt iſta clauſula *in ſtirpes*, poſita in fine ſubſtitutionis determinatæ ab vno, & eodem verbo *ſubſtituit*, efficiat vnitatem orationis, & reſpiciat perſonas ſupra nominatas: Bartol. *in l. vltim. ff. de reb. dub.* Menoch. *conſil.* 452. *num.* 16. *lib.* 5. Non ſecus ac ſi ſingulis capitibus fuiſſet appoſita: Idem Menoch. *conſil.* 582. *num.* 4. *&* 10. *lib.* 6. Decian. *conſ.* 70. *num.* 19. *lib.* 3. cum aliis in *tract. de clauſu. par.* 3. *clauſul.* 33. *num.* 22. *&* 23.

Neque obſtat, quod filiæ cuiuſque dicantur ſubſtitutæ ſuis partibus tantum, referendo ſingula ſin-
10 gulis, † videlicet ſubſtituit filias eius ei, & filias eorum eis, prout paſſim iſta relatiò fit in diſpoſitionibus, in quibus plura verba, aut plures clauſulæ apponuntur: Guid Pap. *deciſ.* 535. *num.* 2. Aym.
11 *conſil.* 98. *num.* 11. Surd. *conſil.* 336. *nu.* 20. *lib.* 3. † cum pluralitas reſoluatur in ſingularitatem, ita vt filij cuiuſque dicantur ſubſtituti ſuis tantum parentibus: Peregr. *conſ.* 43. *lib.* 2. Rot. per Card. Seraph. *deciſ.* 1023. *nu.* 3. *& in recentiorib. deciſ.* 145. *num.* 1. *p.*
12 1. † Quia prædicta procedunt, vt tunc ſingula ſingulis referantur, quando aliter diſpoſitio ſaluari non poteſt, vel vbi adeſſet repugnantia, vel vbi ſine abſurdo non poſſet intelligi, vel quando magis, & rectius verba conueniunt: Glo. *in l. vltim. in verb. vniuerſitatis.* & ibi Ang. *num.* 4. *C. de fideicommiſſ.* Idem Ang. *in l.* 1. *§. dolum. num.* 4. *ff. de dolo.* Soc. Iun. *conſ.* 125. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 535. *ad fin.* Dec. *conſil.* 384. *in caſu propoſito. col. penultim. ante med. verſ. ſed ex quo adita.* Sim. de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 2. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *n.* 266. *verſi. præterea aduertendum eſt. fol.* 173. cum aliis in *tract. de clauſul. part.* 1. *clauſul.* 360. *num.* 2. *&* 3. In caſu autem noſtro non adeſt iſta neceſſitas referendi ſingula ſingulis, cum rectius ſecundum proprietatem ſermonis, & intentionem teſtatoris relatio fiat ad omnia, & ſimpliciter, vt dictum eſt *ſupr. verſ. præterea verba illa.*

Maximè, quia licet aliquando pluralitas reſoluatur
13 in ſingularitatem, † Tamen hoc intelligitur, dummodo concurrat mens teſtatoris, & non ſequatur abſurdum, aut aliquid repugnans iuri naturali, aut ciuili, iuſtitiæ, & æquitati, & voluntati diſponentis, cum alias non detur iſta reſolutio in ſingularitatem, ſed in propria pluralis numeri ſignificatione maneat: Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 13. *num.* 62. *fol.* 122. *& art.* 21. *num.* 40. *fol.* 190. poſt Alex. *conſ.* 109. *n.* 7. *lib.* 7. Bald. *in l. penult. numero* 9. & ibi Curt. Iun. *col.* 1. *nu.* 2. *C. de impuber. & aliis ſubſtitution.* Caſtr. *conſ.* 200. *col.* 1. *verſ. in contrarium, lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 74. *in* 1. *dub. lib.* 2. Decian. *conſ.* 60. *num.* 32. *lib.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 145. *lib.* 3. Quæ veriſimilis intentio teſtatoris non poteſt conſiderari in caſu noſtro, cum potius illa repugnet, mandando, quod ha-
14 beat locum ſucceſſio in ſtirpes, † quæ non poſſet verificari niſi filias coniunctim ſubſtituiſſet, ita vt voluerit, quod omnes ſimul ſuccederent

cederent, cum aliàs non detur talis ſucceſſio in
ſtirpes: Ruin. *conſil.* 171. *n.* 8. *col.* 3. *in fi.* 2. cum aliis de
quibus *ſup. verſ. cum etiam teſtator. n.* 8.
Nec facit, quod deſcendentibus Pauli eſſent ſubſti-
tutæ tantum cuiuſque eorum filiæ, non autem ſo-
rores in certa quota pro indiuiſo, & in alia Anto-
nius, & eſſent verbis coniuncti ſub eadem verbo-
rum ſtructura, nec Eutitius vltimo defunctus ali-
quas filias reliquerit, nec illas vnquam habuerit,
15 † vnde earum ſubſtitutio tanquam pro non ſcrip-
ta defecit, & bona in ſubſtitutione comprehenſa
per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi ſunt in
totum acquiſita Antonio in quota pro indiuiſo
verbis coniuncto in eadem ſubſtitutione, *l. vnic.*
§. in primo itaque in ordine. verſic. niſi vacuatis, Cod.
de caduc. tollend. Aym. *conſil.* 62. *nu.* 4. Peregr. *de fi-*
deicommiſſ. art. 9. *n.* 8. *& art.* 15. *numero* 39. Menoch.
conſil. 1039. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 11.
Quia cum fuerit comprobata ſubſtitutio filiarum
Pauli in duobus trientibus vltimo ex deſcenden-
16 tibus ipſius Pauli maſculo decedenti, † ceſſat præ-
tenſum ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, nam
ſubſtitutio præualet iuri accreſcendi, & illud im-
pedit, *l. vnica. §. in primo. & §. pro ſecundo, Cod. de*
caduc. tollend. l. 2. *§. ſi duo. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund.*
tabul. l. penultim. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtament.
Bart. *in l. re coniuncti. num.* 33. & ibi Iaſ. *n.* 154. *&* 208.
Rip. *num.* 124. *ff. de legat.* 3. Dec. *in rubr. C. quand. non*
petent. part. num. 8. Ruin. *conſil.* 28. *nu.* 5. *lib.* 2. Natt.
conſil. 306. *num.* 2. Gomeſ. *de teſtam. c.* 10. *n.* 36. *tom.* 1.
Alex. *conſ.* 92. *n.* 9. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 158. *n.* 49. *libro*
17 2. Surd. *deciſ.* 152. *num.* 1. *vſque ad* 5. *lib.* 2. † vbi ſub-
dit rationem, quia ius accreſcendi eſt tacita ſub-
ſtitutio *l. Titio & Mauio. §. Iulianus, ff. de legat.* 2.
Ruin. *conſil.* 131. *num.* 7. *lib.* 3. Vnde ſtante ſubſtitu-
18 tione expreſſa, ceſſat tacita, † cum expreſſum fa-
ciat ſilere tacitum, *leg. cum filio. §. filio. ff. de vulgar.*
19 † & expreſſa prouiſio tollit ſubſidiariam tacitam
leg. fi. C. de pact. conuent. Cum etiam ex mente veri-
ſimili teſtatoris præſumatur velle ſubſtitutum ad-
mitti, quamvis etiam eſſemus in tacita vulgari,
20 † per quam impedietur ius accreſcendi Bald. *in l.*
fi. num. 53. vbi Iaſ. *n.* 9. *C. de heredib. inſtituend.* & eſt
communis opinio, vt teſtatur Craſſ. *in §. ſubſtitu-*
tio. q. 13. *num.* 2. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *nume.*
15. *&* 18. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volun-*
21 *tat. lib.* 4. *tit.* 10. *vſque ad* 20. † vbi ampliat quamvis
ſit filius teſtatoris ille, qui conatur admitti per ius
accreſcendi: Iaſ. *in l. ſi poſthumus, §. quod vulgo. nu-*
mero 8. *ff. de liber. & poſthum.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio.*
22 *quæſt.* 13. *num.* 2. *ad med. & in fi.* Provt etiam † talis
ſubſtitutio excludet ius non decreſcendi: Ludou.
Bolognin. *conſil.* 66. *nu.* 6. Card. Mant. *de coniectur.*
vltim. voluntat. lib. 4. *tit.* 10. *n.* 20.

EPITOME.

Denunciatio in materia retractus, quando ſit de forma, ita vt non ſufficiat ſcientia. ¶ Et quæ vicinitas requiratur, vt ſit illi locus. ¶ Ius redimendi an ſit præſcriptum ſpatio triginta annorum. ¶ Vel ſufficiant decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes. ¶ Perſonæ eccleſiaſticæ quando ligentur ſtatuto iuris congrui tam actiuè, quam paſſiuè. ¶ Fauore eccleſiæ, quo caſu quis poſſit cogi ſuam rem vendere. ¶ Et quæ requirantur, vt Iudex interponat officium ſuum ad talem coactionem. ¶ Beneficium retractus, an competat hæredi grauato. ¶ Et an talis hæres ſit dominus pleno iure, vel vſufructuarius tantum. ¶ Priuilegium iuris congrui an habeat locum in emphyteuſi, & in habente rem cum pacto reuendendi, ſeu addictionis in diem, vel legis commiſſoriæ, & in venditione conditionali, ſiue modali. ¶ Conſtitutio ſuper retractu loquens de ſolutione an procedat in compenſatione. ¶ Denunciatio non veri ſeu incerti pretij, quando excuſet volentem retrahere. ¶ Dominus cenſus an præferatur in venditione rei habenti facultatem retrahendi. ¶ Bulla iuris congrui an habeat locum in vineis. ¶ Et an qualitates maioris pretij, culturæ, ædificij, & menſuræ debeant ſimul occurrere, vt poſſit quis cogi ad illas vendendas. ¶ Dictio, *cuilibet, & omnis* quando ſtet collectiuè, ſeu diſtributiuè. ¶ Appoſitio horæ an faciat, vt quis præferatur cuicumque actui non habenti horam, ita vt ſit inducta prioritas executionis. ¶ Dictio, *non ſolum*, & *non tantum*, & *nec tantum* an ampliet diſpoſitionem, quando ſequitur dictio *ſed*, ſiue *verum*. ¶ Donans non ſolum veſtes, ſed libros an vtrumque cenſeatur donare. ¶ Vicinus an præferatur in retractu ſtante indigentia. ¶ Et an præualeat maior adiacentia, & cohærentia, & vicinitas. ¶ Et quando dicatur talis ad effectum retrahendi. ¶ Clauſula, *non obſtantibus*, & *motu proprio* an habeat vim ſpecialis derogationis iuris communis, concilij, & cuiuſcumque priuilegij etiam non inſerti in corpore iuris.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio requiſita per ſtatutum in materia retractus: eſt de forma, qua omiſſa corruit actus, n.* 2.

3 *Scientia non ſufficit, quando ſtatutum mandat requiri vicinos non ad finem tantum ſciendi, ſed inducendi alium effectum prohibitionis venditionum aliter factarum. Idem in ſimilibus, n.* 4.

5 *Notitia venditionis ſimplex non ſuffragatur, niſi ſit plena, & perfecta cum qualitate numerationis pretij, & aliarum circumſtantiarum.*

6 *Ornatus vrbis conſideratur præcipuè in bulla iuris congrui, quæ non habet locum in vicino, qui confinet à parte poſteriori. Declara vt n.* 9.

7 *Præfatio arguit cauſam finalem, quæ cenſetur repetita in ſequentibus, num.* 8.

10 *Conſtitutio particularis ſuper retractu præfertur generali.*

11 *Cauſa limitata producit effectum limitatum.*

12 *Ius redimendi, & omnis actio, præſcribitur ſpatio triginta annorum, n.* 13. *Intellige vt num.* 14.

15 *Moniales vti ſingulæ non poſſunt præiudicare Monaſterio in iure retractus.*

16 *Perſonæ eccleſiaſticæ tam actiuè, quam paſſiuè ligantur ſtatuto iuris congrui facto ab habente poteſtatem in eas, n.* 17. *&* 18. *& illius executio non poteſt retardari, num.* 19.

20 *Fauore eccleſiæ poteſt quis cogi rem vendere pro illius conſtructione. Declara vt n.* 21.

22 *Clauſula* non obſtantibus, *derogat iuri communi, & cuicumque priuilegio etiam non inſerto in corpore iuris, nu.* 23. *quando præſertim adeſt clauſula* motus proprij, *quæ habet vim ſpecialis derogationis etiam concilij, num.* 24.

25 *Priuilegium eccleſiæ cogendi rem propriam vendere non dat actionem, ſed implorationem officij iudicis, qui præuia neceſſitate, & ſtrictè debet illud impartiri, & non extenditur ad quemcumque locum pium, num.* 26.

27 *Beneficium iuris congrui competit hæredi grauato fideicommiſſo, qui interim eſt dominus pleno iure, ac ſi nulla reſtitutio eſſet facienda, & n.* 31.

28 *Hæres grauatus an ſit potius vſufructuarius, quam dominus, num.* 29.
30 *Habens rem cum pacto retrouendendi, ſeu addictionis in diem, & legis commiſſoriæ poteſt vti priuilegio retractus.*
32 *Emphyteuta admittitur ad retractum.*
33 *In venditione conditionali non procedit ius congrui, tanquam illa non ſit perfecta.* 36. & 37. *Contrarium num.* 39. & 40.
34 *Venditio conditionalis non dat actionem, quamvis ſit negatiua, & propè improbabilis, n.* 35.
38 *Venditio ſub modo an admittat retractum.*
41 *Retrahens rem vicinalem dum erat dominus non tenetur illam tradere ei, cui ſit reſtitutio, quamvis retrahenti ſoluatur pretium expenſum à fideicommiſſario. num.* 42.
43 *Bulla iuris congrui loquens de ſolutione intelligitur de propria, non de ficta, prout eſt compenſatio. num.* 44. 46. & 48.
45 *Reſtituere dicitur ille, qui compenſat.*
47 *Caſus, in quibus non admittitur compenſatio, vbi ſolutio requiritur, remiſſiuè.*
49 *Oblatio an ſubſtineatur, ſi pro parte compenſetur, & pro alia fiat depoſitum.*
50 *Vicinus eſt certificandus cum productione ceſſionum, & ſcripturarum, vt conſtituatur in mora ob depoſitum non factum.*
51 *Incertum, ac nullum æquiparantur.*
52 *Incertitudo & error excuſat à pœna, & mora, numero* 54.
53 *Annullatio actus an ſit pœna.*
55 *Cauſa etiã colorata facit, vt quis nõ cadat à iure ſuo.*
56 *Incertitudo circa ſubſtantiam contractus, non circa acceſſoria, vitiat diſpoſitionem.*
57 *Pretium emptionis debet eſſe certum tanquam vnum ex ſubſtantialibus ipſius.*
58 *Denunciatio non veri pretij nihil operatur in materia iuris congrui.*
59 *Vtile per inutile vitiatur ratione incertitudinis.*
60 *Dominus cenſus non præfertur in venditione rei habenti ius retractus.*
61 *Obſeruantia debet attendi.*
62 *Conſtitutio Gregorij de iure congrui habet locum in vineis, & quæ requirantur, & an omnes qualitates pretij, menſuræ, & ædificij debeant ſimul concurrere. num.* 63. & 65.
64 *Dictio* cuilibet, & omnis *quando ſtet collectiuè, ſeu diſtributiuè.*
66 *Probatio omnium qualitatum requiritur in ſtatutis exorbitantibus.*
67 *Dictio* non ſolum, *auget quando ſequitur dictio* ſed.
68 *Donans non ſolum veſtes, ſed libros vtrumque donaſſe cenſetur.*
69 *Dictio* non tantum, *ſeu* nec tantum *ampliat diſpoſitionem, ſi ſequatur dictio* verum.
70 *Vicinus præfertur in retractu ſtante indigentia domus ſolitæ locari, ac aliis requiſitis in bulla.*
71 *Venditio non intimata vicino habetur pro non facta, & nullum ius tribuit emptori, quamvis rei vendita ſit ei tradita.*
72 *Appoſitio horæ facit, vt præferatur cuicumque actui non habenti horam, & ſit inducta prioritas executionis, num.* 73.
74 *Prælatio datur in retractu ſtante præuentione.*
75 *Vicinus habens potiora iura præfertur in iure congrui, num.* 79.
76 *Habens maiorem adiacentiam an præferatur in retractu habenti maiorem indigentiam, & n.* 77.
78 *Vicinus mediante, domo præfertur vicino mediante horto, ſeu cortile.*
80 *Maior cohærentia, & vicinitas, quæ dicatur ad effectum retractus. num.* 81.

CAPVT DCCXLII.

PRo ampliatione, & commodiori habitatione, & ornatu ciuitatis, & diœceſis Viterbien. ſtatuitur in conſtitutione Summi Pontificis Pauli III. quod volentes vendere domos, palatia, vineas, terras, prata, & alia bona cuiuſuis generis teneantur requirere vicinos, & illis nolentibus, aut ceſſantibus debeant interpellare inquilinos, quibus recuſantibus, vel ceſſantibus liberum ſit cuicumque vendere, & ſi venditiones ſecus fiant omiſſo dicto ordine cenſeantur factæ vicinis, & inquilinis, & emptores iſtorum bonorum teneantur pro eodem pretio, quo emerunt illa reuendere vicinis, & inquilinis, ita vt etiam vendentes prædicta forma non ſeruata incurrant pœnam, prout latius in dicta conſtitutione continetur, ex quibus verbis clare colligitur poſſe Moniales, tanquam vicinas retrahere hortum, & domum, de qua agimus, cum non fuerit eis facta intimatio, neque ſeruata aliqua forma requiſita, iuxta mentem Summi Pontificis, Nam talis denunciatio requiritur pro forma, prout clarè ibi exprimitur, & in
1 dubio ſemper præſumitur ſubſtantialis, qua omiſſa corruit actus: Bald. *in l. comparationes,* 19. *oppoſ.* 3. *in fi. numero* 5. *ad med. C. de fid. inſtrument. & in l. humanum.* 8. *colu.* 2. *n.* 3. *Cod. de legib. & conſil.* 283. *ad med. lib.* 1. Ang. *conſil.* 89. *num.* 3. *verſ. quinimmo cum veram.* Anchar. *conſil.* 36. *viſa quadam numero* 1. *ad*
2 *med.* † & in ſpecie conſtitutionis loquentis de retractu, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *numero* 29.

Non obſtat prætenſa ſcientia Monialium, Quia illa non ſufficit, cum requiratur etiam denunciatio, quæ eſt de ſubſtantia, cum conſtitutio illam exigat pro formâ, à qua non licet recedere, vt dictum
3 eſt, † & contraria procedunt quando ſimpliciter ſtatutum mandaret requiri vicinos ad finem tantum ſciendi, non inducendi alium effectum, ſcilicet prohibendi venditiones aliter factas, quàm conſtitutio diſponit, prout eſt caſus noſter, tunc enim neque præſentia, neque notitia ſuffragaretur, immo ſemper eſt locus retractui, ſi denunciatio omittatur, prout in ſpecie diſtinguit Bald. *de iur. prothom. col.* 10. *in princip. verſic. ſed pone iure municipali vel conſuetudine. n.* 14. *cum ſeq.* Afflict. *eod. tit.* §. 2. *incip. vt intra triginta dies, num.* 3. & 4. Alex. *conſil.* 27. *viſo in princ. lib.* 6. Cæpoll. *conſ. ciuil.* 47. *in cauſa. col.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *n.* 26. *vſque ad* 30. Iacob. *in Nouell. Benedict.* Marant. & alij de quibus per Proſper. Renedell. *in extrauag. Federic. ſancimus, de iur. prothomiſ. in verb. denuncietur. n.* 7. *cum ſeq. fol.* 92.

Et generale eſt, vt quando oportet aliquid venire in notitiam alterius ad alium finem, quàm ſimplicis
4 ſcientiæ, & ſed vt faciat aliquem actum puta emptionis, vel ſimilis declarationis, quo non facto excludatur ab aliquo iure ſibi competenti, tunc ſemper requiritur expreſſa denunciatio, neque ſcientia ſufficit: Bart. *in l.* 1. §. *fi. ff. de act. emption. & in leg. denunciare,* §. *quid ergo. de adulter.* Dec. qui de communi *conſil.* 74. *colu.* 2. Socin. Iun. *conſil.* 4. *in fi. lib.* 2. Rimin. Iun. *conſil.* 207. *numero* 13. & 14. *libro* 2.

Præterea licèt ſola ſcientia ſufficeret, Tamen neque in caſu noſtro ſuffragaretur, cum non appa-

teat

reat Moniales habuiſſe notitiam plenam, & per-
5 fectam, † cum omnibus qualitatibus, & circum-
ſtantijs rei venditæ, cum declaratione pretij, ac
aliarum clauſularum in inſtrumento appoſita-
rum, ita vt iſtis non probatis dicatur potius quis
ignorare, non ſcire venditionem factam, cum
ſcientia perfectionis contractus, quam debet ha-
bere vicinus, non conſiſtat ſolum in conuentio-
ne, vel actione, & obligatione, ſed in executione
per traditionem, ac pretij numerationem, quæ di-
citur poſtrema, & finalis perfectio, cuius notitia
eſt plenè probanda per venditorem, Bald. *de iur.*
prothom. numero 19. Cephal. *conſil.* 601. *numero* 48.
& 49. libro 4. Ferron. *in conſuetud. Burdigal. de re-*
tract. §. 13. *colum.* 2. Franc. & alij *in cap. concertatio-*
ni. de appellat. Alexand. *conſil.* 114. *colu.* 2. *libro pri-*
mo Felin. *in c. à nobis, colum.* 1. *de except.* latè Tira-
quell. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſſ.* 2. *numero* 30. *vſque*
ad 36.

Nec facit, quod Monaſterium non confinet à parte
anteriori, ita vt non poſſit conſiderari ornatus,
6 qui præcipuè requiritur in conſtitutione Greg.
XIII. *de iure congrui.* Quia non ſumus in terminis
dictæ conſtitutionis, quæ non extenditur vltra
diſtrictum Vrbis, ſed habemus præciſam, & parti-
cularem bullam Pauli III. in qua non ſolum con-
ſideratur ornatus, ſed etiam commodior habita-
tio vicinorum, vt ibi diſponitur in præfatione,
7 quę arguit † cauſam finalem diſpoſitionis, & men-
tem ſummi Pontificis: Bart. *in l. fi. poſt princip. ff. de*
hæredibus inſtituend. Dec. *conſ.* 10. *numero* 2. Surd.
8 *conſ.* 241. *num.* 17. *lib.* 2. † Ita vt talis cauſa cenſeatur
etiam repetita in ſequentibus *leg.* 1. *ad macedon.*
Aym. *conſ.* 192. *numero* 21. Bald. *in l. hac verba. C. de*
falſ. cauſ. adiect. Roland. *conſ.* 67. *num.* 71. *&* 72. *libro*
3. Surd. *conſ.* 210. *n.* 28. *libro* 2. Vnde erit attendenda
etiam vicinitas ex parte poſteriori, cum ad effe-
ctum retractus conceſſi per ſtatutum vicino, di-
9 catur talis, † qui habet domum contiguam etiam
ex parte poſteriori, quaſi tunc tractetur de iure
fundorum, ſeu ædium, quidquid aliud ſit, quando
tractaretur de materia, in qua deberet eſſe quali-
tas adhærens perſonæ: Bart. *in l. ſi tertius, in prin. n.*
4. *ff. de aqua pluu. arcend. per tex. in leg. ſed & loci.* §.
vltim. ff. ſi. regund. leg. damni. §. *ſi is qui vicinas, de*
damn. infect. Felin. *in c. quoſdam.* 7. *nu.* 2. *de præſum-*
ption. bene Anchar. *in c. canonum ſtatuta. colum.* 118.
poſt med. verſ. vlterius quia ſæpe in ſtatutis, n. 284. *de*
conſtitut. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 228. *in fi.*

Neque oberit, quod in confirmatione Bullæ Pauli
III. fuerit per Clem. VIII. data eadem facultas Le-
gato, & Vicelegato, quam habent Magiſtri via-
rum, & Camerarius Vrbis, Quia licet addatur
iſta facultas, non tamen debet intelligi, quod ſum-
mus Pontifex voluerit mandare, vt Conſtitutio
iuris congrui Gregor. XIII. ſit ſeruanda in Ciui-
tate Viterbij, in qua adeſt particularis Bulla Pau-
li III. vt dictum eſt, vnde illa erit ſeruanda, & ad-
ditio facultatis Magiſtrorum viarum intelligetur
quo ad executionem ejuſdem Bullæ Pauli. III.
non autem, quod voluerit illi derogare, & no-
nam conſtitutionem Gregor. XIII. loco illius
inducere, cum enim habeamus particularem bul-
10 lam, quæ ſpecialiter fuit facta pro ſimilibus retra-
ctibus ciuitatis Viterbij, illa debet præualere
cuicumque ſtatuto, & conſtitutioni generali
etiam continenti clauſulam non obſtantibus:
Dec. *in leg. in toto.* 80. *numero ſeptimo &* 8. *de regul.*
iur. Roman. *conſ.* 40. *numero* 3. Fulgoſ. *conſil.* 57. *in*
princip. Alex. *conſ.* 80. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Et per con-
ſequens eadem facultas, quam habent Magiſtri
11 viarum tamquam limitata, † producet etiam effe-
ctum limitatum, *l. in agris, ff. de acquiren. rer. domin.*
Surd. *conſ.* 195. *num.* 8. *lib.* 2.

Stante igitur defectu iſtius denunciationis requiſi-
tæ per Bullam Paul. III. vt dictum eſt; habebunt
Moniales triginta annos ad retrahēdam domum,
12 de qua agimus, † cum minori tempore non præ-
ſcribatur huic iuri redimendi: Caſtr. *conſ.* 430. *cir-*
ca primum, in princ. lib. 2. Dec. *conſ.* 221. *viſo puncto*
& diligenter. colu. vlt. ad fi. verſ. vltimo non eſt omit-
tendum. Cæpoll. *conſ. ciuil.* 43. *colum. fi.* Socin. Iun.
13 *conſ.* 22. *num.* 20. *lib.* 1. † Cum per huiuſmodi tem-
poris ſpatium tollatur omnis actio, *l. ſicut & l. vlt.*
C. de præſcript. trigint. annor. l. 2. *Cod. de conſtit. pe-*
cun. Maximè, quia ſumus in eodem emptore, &
14 eius hærede, quidquid aliud ſit, † quando idem
emptor alteri vendidiſſet, tunc enim ſufficerent
decem anni inter præſentes, & viginti inter ab-
ſentes, exemplo actionis hypothecariæ, vt latè
comprobat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 10.
n. 11. *&* §. 36. *gloſ.* 2. *n.* 36. *in fi.* Carpan. *ſuper conſtitu-*
tion. Mediolan. c. 417. *n.* 216. *in fi. cum ſeq.* Et hæc ſuf-
ficiant abſque eo, quod poſſet dici non potuiſſe
Moniales vti ſingulas præiudicare iuribus Mona-
ſterij, ſeu Eccleſiæ, cui ſemper competet iſtud ius
15 redimendi, † tanquam ei fuerit in vniuerſum con-
ceſſum beneficium retrahendi, quamvis perſonis,
& eccleſiæ mixtim concederetur: Ruin. *conſ.* 228.
n. 11. *lib.* 1. poſt Felin. *in c. cum acceſſiſſent. n.* 29. & ibi
Butr. & Imol. *de conſtitution.*

Quo verò ad alind dubium an ſtatutum iuris con-
grui habeat locum contra clericos, & eccleſiam,
concludendum eſt veriorem eſſe opinionem af-
16 firmatiuam, † quod perſonæ eccleſiaſticæ tam
actiuè, quàm paſſiuè ligentur iure congrui, quia
hæc actio ad rem immobilem conſequendam eſt
in rem ſcripta, & ſequitur poſſeſſorem, & habet
ſimilitudinem actionum realium afficiendo rem
ipſam, vnde res illa tranſiuit in eccleſiam cum tali
onere, vt poſſit eam vicinus retrahere, & licet hoc
non obſtante per traditionem tranſeat dominium
in emptorem, nihilominus hæc tranſlatio fit re-
uocabiliter, non habens effectum veri, & irreuo-
cabilis dominij, quare habetur, ac ſi eſſet in do-
minio venditoris laici, adeo vt non conſideretur
aliquod ius eccleſiæ, Ita per ſupradictas, & ſimiles
rationes latè concludit Gutier. *pract. quæſt. cap.* 156.
per tot. lib. 2. vbi teſtatur de magis communi, &
veriori opinione Franc. *deciſ.* 285. *num.* 1. Amen-
dol. *in addit. ad eundem Franc. deciſ.* 390. *numero* 1.
Afſl. *de iur. prothomiſ. in princip. leg. num.* 8. *vſque ad*
10. Io. de Amic. *conſ.* 14. *num.* 3. *vſque ad* 21. Roland.
conſ. 21. *num.* 6. *ad med. lib.* 1. Gregor. Lopez. *in l.* 55.
in gloſ. dene hauer. tit. 5. *par.* 5. Tiraquel. *de retract. li-*
gnagier. §. 1. *gloſ.* 13. *num.* 2.

Contraria autem procedunt in ſtatutis factis à non
habēte poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas, cum
17 † ſecus ſit in conſtitutione Papali emanata ab eo,
qui habet iuriſdictionem in eccleſias, & clericos,
provt diſtinguit Afſl. *de iur. prothomiſ. in princip.*
leg. num. 8. *cum ſeq.* Tiraqu. *de retract. lignagier.* §. 1.
gloſ. 13. *n.* 3. quamvis *ibid. n.* 4. *cum ſeq.* ſequatur opi-
nionem, quod indiſtinctè tale ius congrui habeat
locum, licet etiam ſtatuta ſint facta à perſonis lai-
cis, iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos, colu.*
9. *ver. quinto quæro vtrum ſtatuta. C. de ſumm. trinit.*
& fid. cathol. Et ita etiam ſecūdum præfatā diſtin-

ctionem loquitur Surd.conſ.2.n.28. & per tot.lib.1. Honded.conſ.3.nu.3.lib.1. Capic.deciſ.98.n.2. cum aliis latè per eos adductis.

Et quo ad conſtitutionem iuris congrui Gregor. XIII. ſuperflua eſt diſputatio, an ius retractus competat contra eccleſiam, cum expreſſe ibi di-
18 ſponatur, vt perſonæ eccleſiaſticæ, † & loca pia ſubiiciantur conſtitutioni prædictæ cum clauſula ſublata, decreto irritanti, non obſtantibus quibuſcumque legibus, & ordinationibus etiam Apoſtolicis, & iuramento roboratis, & omnibus priuilegiis locis piis conceſſis, quibus expreſsè fuit derogatum de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia, ac aliis clauſulis ampliſſimis, quæ faciunt, vt per Iudices non poſſit aliter iudicari,
19 † quam iuxta tenorem huiuſmodi conſtitutionis, ita vt eius executio numquam retardetur, aut aliquo modo impediatur: Felin. *in c. nonnulli. n.22. de reſcript.* Anchar.*conſ.221.nu.2.* Put. *deciſ.50.num.5. libro 1.* cum aliis latiſſimè adductis per Gonzal. *ad reg.8.cancellar.gloſ.66.numero 1.vſque ad 20.& gloſ. 67.num.1.cum ſeq.*

Notandum eſt etiam, quòd fauore eccleſiæ poteſt
20 quis cogi vendere † pro illius conſtructione: Franc.*deciſ.223.num.5.& 6.* Rot. coram Card. Lancelloto Neapolitana Monaſterij 29. April. 1602. & coram R. P.D. Manzanedo Romana prætenſæ demolitionis domus, 29. Februarij 1608. Verum prædicta procedunt in terminis iuris communis,
21 † ſecus ſtante Bulla iuris congrui, per quam derogatur omnibus legibus, ſtatutis, & priuilegiis contrarium diſponentibus, ſeu executionem eiuſdem Bullæ impedientibus, prout expreſsè ibidem diſponitur, cum etiam adſit clauſula *non obſtantibus*, per quam derogatur iuri communi, & omni pri-
22 uilegio, † cum idem operetur, ac ſi dictum eſſet non obſtante tali lege contrarium diſponente: Roland.*conſ.67.num.62.lib.3.* Bero.*conſ.147.numero 28.lib.3.* Anchar.*conſ.337.col.2.* Iaſ. *conſil.210.col. 4.in fin.lib.4.* Gonzal.*ad reg.8. cancellar.gloſ.9.* §.1.
23 *numero* 37. Ita vt quoque per eam tollatur omne priuilegium etiam non clauſum in corpore iuris, *clem.1.in fi.de ſepultur.* Ruin. *conſ.163.numero 15.& 18. lib.5.* Maximè quando prout in caſu noſtro, eſt
24 iuncta cum clauſula *motus proprij*, † tunc enim habet vim ſpecialis derogationis etiam concilij: Caſſador.*deciſ.4.de præbend.* Fabius *deciſ.60.libro ſecundo* Vltra clauſulam *ſublata*, & decretum irritans, & alia de quibus in dicta bulla, quæ impediunt, & ligant manus Iudicis aliter interpretandi, ideo pro tali interpretatione ad Principem recurrendum eſt, non ad Iudices, quibus non licet conſtitutionibus derogare, neque eas interpretari, vt dictum eſt.

Cum etiam priuilegium competens eccleſiis cogendi rem propriam vendere ſit multum extraordi-
25 narium, † & non det actionem, ſed officij Iudicis implorationem, qui multum ſtrictè, & præuia neceſſitate, & cum magno grano ſalis debet illud impartiri, vt latè fuit deciſum per Rot. coram Cardin. Sacrato Romana palatij de Comitibus. 16. Ianuarij 1612. Ideo hoc priuilegium non eſt
26 trahendum ad quemcumque locum pium, † ſed ad neceſſarium morali quadam neceſſitate ad Sacramentorum adminiſtrationem, & ad cultum diuinum, qui ordinariè celebratur ad Chriſtianæ religionis eruditionem, tunc enim cum iſtis, & ſimilibus circumſtantiis ſpectat ad Iudicem tales coactiones facere, nam alias opus eſt auctoritate Principis, vt docet Couarr. *lib.3. var. reſol. c.15.col.penult. verſ. bis tandem explicitis, & verſic. ſecundo mihi videtur, num.* 8. Garoc.*deciſ.26.nu.17.* Ne ſequatur inconueniens, quod quilibet volens erigere locum pium, poſſit eligere quam domum magis vellet pro tali ædificio, & poſtea ſub prætextu ampliationis retrahere à vicinis domos ſibi contiguas, quod non eſt permittendum, vt in ſpecie notat Rot. coram Card. Sacrato Romana palatij de Comitibus, *in fi. verſic. fuit etiam per dominos*, 16. Ianuarij 1612.

Et quoniam locuti ſumus de Bulla Gregorij XIII. in materia iuris congrui, notandum eſt quod cum ageretur an hæres grauatus fideicommiſſo haberet ius retractus, quamvis multi tenerent opinionem negatiuam, tanquam ſit potius vſufructuarius, cui denegatur facultas retrahendi, Tamen di-
27 xi veriorem eſſe affirmatiuam ſententiam, † quod immo beneficium iuris congrui competat tali hæredi, nam interim donec venerit caſus reſtitutionis, dicitur non ſolum dominus, ſed pleno iure dominus, ſufficit enim, quod ſit incertum, an dominium futurum ſit temporale, an perpetuum, interim enim habetur pro perpetuo, nam quamvis adueniente aliquo caſu res à nobis auocari, repeti, redimi, relui, aut condici poſſit, omnino interim ſumus perfectè domini illarum rerum, cum pleno iure, ac ſi nulla reſtitutio eſſet facienda, prout latè concludit Aldobrand.*conſil.25.n.7. vſque ad 14.li.1.iuxta l.1.* vbi Bald.*in 1.lectur. numero 1.ver.ibi pleno iure, & in 2.lectura, in princi. verſ. nota pleno iure poſſideri, C.de reuoc.don. & in leg. ſi ancillam.11.in princ.C.de rei vend.* cum aliis per Tiraq.*de retract.conuen.§.2.gl.1.n.38.vſque ad 42.*

Neque obſtat, quod ſecundum aliquos hæres graua-
28 tus ſit potius vſufructarius, † quã dominus Suar. *alleg.9.num.15.in fi.* Nam quidquid ipſe, & alij concludant, verior eſt opinio, & magis recepta, quod omnes iſti hæredes ſint veri domini, non autem
29 vſufructuarij, prout latiſſimè cõprobat, † & omnibus reſpondet Ludou. Molin. *de primog. Hiſpa. c.19.n.4.vſque ad 16.lib.1.* Pinel.*in l.1.p.2.num.5. ad med.Cod.de bon.matern.fol.125.* Couar.*lib.1.var.reſol.c.15.num. 24.in fi.verſ. & procul dubio aptior eſt ſimilitudo.* Peralt.*in l.3.§.qui fideicommiſſum.nu.29. ff.de hæred.inſtituend.* Caſtill.*de vſufr.c.4.nu.3. vſque ad 8.* Cutier.*prac.quæſt.lib.2. qu.17.numero 2.& lib.5.qu.89.nu.7.* Barboſ.*in l.diuortio.8.in princ.p.2. n.6.ff.ſolut.matrim.* Simanc.*de catholic.inſtitut.c. 9. num.146.* Padil.*in l.3.n.14. Cod.de ſeruitut. & aqua.* Auendan.*reſponſ.5.n.6.* Gomeſ.*in l.40.taur.n.76.& in l.48. num.* 4.

Et paſſim omnes admittunt, quod vicinus quamvis ſit dominus rei ſubiectæ reſtitutioni, & habeat dominium reſolubile, poſſit vti beneficio retra-
30 ctus, † prout dicimus in habente rem cum pacto retrouendendi, vel addictionis in diem, legis commiſſoriæ, cum ſimilibus, de quibus per Tiraq. *de retrac.conuentional.§.2.gl.1.numero* 1. poſt Affl.*de iur.prothomiſ.§.3.num.21.& deciſ.339.num.9.* & latè dixi *ſupra c.526.n.53.* Muta.*ſuper conſuetud. Panormit.c.26.num.91.* Proſper.Rendellus, *de iur.prothomiſ. in animaduerſionib. ad princip. conſtit. numero*
31 *11.fol.367.* † qui omnes mouentur ob illam rationem, quia tales habentes rem ſubiectam reſtitutioni interim ſunt domini pleno iure, & perfectè Aret. *in l.cum incertus, in fin. Dig. de legat.1.* Tiraquell. *de retract. conuentional. gloſſ. 1. §. 2. numero 38. & 39.*

Provt

Provt etiam dicimos de emphyteuta, qui licèt habeat
31 dominium reſolubile, † tamen admittitur ad re-
tractum: Alex. conſil. 27. numero. 4. lib. 6. cum aliis
quos adduxi ſupra, c. 460. n. 8. cum ſeq. & quamvis
aliqui adducantur in contrarium, tamen non be-
ne ſentiunt, & mulri loquuntur in vēditiooe con-
33 ditiooali, † ioqua nooprocedit ius congrui, quia
interim non dicitur perfecta venditio pendente
conditione, l. hac venditio. in princip. ff. de contrah.
empt. l. bonem. 43. §. ſi ſub conditione, ff. de adil. edic.
l. ei qui ita. ff. de condit. inſtit. Ang. conſil. 266. dictum
34 legatum, in fi. † Ideo nec interim quoque ex ea agi
poteſt, l. ſi pupilli. §. videamus, ff. de negot. geſt. l. nam
& poſtea. in princip. D. de iureiur. l. promittendo. §. ſi
à debitore, ff. de iur. det. Tiraquel. de retract. lignag.
§. 1. gloſſ. 2. numero 22. vbi ampliat, quod licet con-
35 ditio ſit oegatiua, & ita propè improbabilis, † ta-
meo niſi cōſtet eam extitiſſe, non competit actio,
l. hoc iure. ff. de verb. obligat. l. cum Ioannes, verſ. cum
igitur, & ibi Innoc. in 1. notab. de fid. inſtrument. &
36 ita in ſpecie, † quod in tali veoditione non com-
petat retractus concludit Napodan. ſuper conſue-
tud. Neapol. sit. 17. de iur. congr. in verb. emit. numero
30. quidquid aliud ſentiat Alberic. de ſtat. lib. 1. qu.
37 97. num. 5. Bald. de iur. prothomiſ. nu. 14. † quia con-
traria opinio eſt verior, vt teſtatur Carpan. ad con-
ſtitut. Mediolan. c. 417. nume. 139. Couar. lib. 3. var.
reſolut. c. 11. num. 1. Intelligendo tamen iuxta addu-
cta per Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. gloſſ. 2. nu.
38 22. vſque ad 35. † vbi etiam de venditione facta ſub
modo an in ea competat retractus Carpan. d. cap.
417. n. 140. Quamvis etiam aliqui teneant com-
petere beneficium iuris congrui in venditioue
39 conditionali, tanquam poſſit † dici illam eſſe per-
fectam, antequam conditio extiterit l. neceſſario.
§. ſi ita res, ff. de pericul. & commod. rei vendit. licet
enim res pendeat quodammodo ex futuro, oihilo-
minus completa poſtea conditione cenſetur con-
40 tracta venditio iu præteritum † perinde ac ſi
cootractus ab initio fuiſſet purus, l. vltima. §. 1. &
ibi Ang. & Alex. ff. de vulgar. & pupillar. Dec. in leg.
pecuniam. col. 1. in 2. notab. ff. ſi cert. petat. de quibus
tamen omnibus Tiraqu. de retract. lignagier. §. 1.
gloſſ. 2. num. 27. cum ſeq.

Quæ adeo vera ſunt, vt etiam eueniente caſu reſti-
41 tutionis non teneatur, † qui retraxit rem vicina-
lem, dum erat dominus, illam tradere ei, cui ſit re-
ſtitutio, quamvis ſibi ſoluatur pretium expenſum
pro habenda re retracta, tanquam ſit rectè eidem
quæſita vigore poſſeſſionis, & dominij apud eum
exiſtētis, provt ita in ſpecie grauari fideicommiſſo
contra fideicommiſſarium iudicatum fuiſſe teſta-
tur Peregrin. de fideicommiſſ. art. 10. num. 4. fol. 79.
quem ſequitur Proſper. Rendell. de iure prothomiſ.
in verb. habeat. n. 15. & 16. fol. 19. Et ita etiam in iſtis
42 bnnis quæſitis per hæredem iure prælationis, † &
ex prouidentia ipſius, quod illa nō ſint reſtituenda
fideicommiſſario, concludit Bertrand. conſil. 379.
n. 10. & 11. lib. 1. Decian. conſil. 52. in fi. n. 64. lib. 1.

Item notādum eſt, quod alias in facto occurrit, dum
prętendebatur petētem retractum vigore ejuſdem
Bullæ Gregorianæ ſuper iure coogrui fuiſſe ab eo
exclusum propter nullitatem depoſiti, de qua ta-
men dicebam non cooſtare, cum fuiſſent depoſita
ſcuta 850. quæ verè fuerunt ſoluta pro pretio do-
mus venditæ, neque alia ſcuta 250. erant deponen-
43 da, † cum prætendantur hioc inde compenſata,
& cum Bulla loquatur de ſolutione debet iotel-
ligi de vera, & propria, non de ficta, & impropria,
provt eſt compenſatio, l. Iulianus, la 1. verſic. quaſi
dederit. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi debitor. ff. qui
potior. in pignor. habeant. Crot. conſil. 159. num. 7. lib.
1. Surd. conſil. 142. num. 12. lib. 1. & conſil. 82. num. 4.
44 eod. lib. † & in propoſito noſtro ita concludit Ti-
raq. de retract. lignagier. gloſſ. 3. §. 3. num. 7. Et quam-
45 vis reſtituere dicatur ille, † qui compenſat Felin.
in c. ſuborta num. 2. de re indic. Tamen ſtatutum lo-
quens de vera ſolutione non procedit in compē-
46 ſatione: † Felin. ibid. num. 2. poſt Bald. in l. 3. in fi. C.
47 de compenſat. Et multos caſus † in quibus non ad-
mittitur compenſatio, vbi requiritur ſolutio re-
fert Graſſ. de except. c. 16. num. 56. vſque ad 79. Et ita
etiam intelligitur Rebuff. in l. dediſſe. 76. ver. quar-
to ſi conſanguineus, & verſ. quinto facit. ff. de verb. ſi-
48 gnific. † vbi concludit, quod qui vult habere iure
prælationis rem venditam pro pretio dato debet
ſoluere compenſatum, ſeu permutatum, ſed oon
loquitur in depoſito, & in ſtatuto ſtricti iuris, vt
49 dictum eſt, & de oblatione an ſuſtineatur, † ſi pro
parte compenſetur, & pro alia fiat depoſitum, leg.
inuicem. C. de compenſat. Neguſ. de pignerib. memb.
3. p. 5. num. 3. poſt princ. fol. 107.

Maximè, quia non ſatisfuit aſſerere talem compen-
ſationem, cum enim agatur de pluribus ceſſioni-
bus factis diuerſis perſonis de huiuſmodi prætēn-
ſo credito, illud erat verificandum cum produ-
ctione ceſſionum, & ſcripturarum, ſeu inſtrumen-
torum ad hoc, vt vicinus de exiſtentia talis crediti
certioraretur, cum aſſertioni partis non ſit ſtan-
dum, ideo non poteſt conſiderari aliqua mora in
50 vicino † quo ad prætenſum depoſitum oon fa-
ctum, provt illa regulariter non conſideratur, niſi
facta actuali notificatione, & productione con-
tractus, & docto de ceſſione: Parpal. in l. quod te. n.
6. & 8. ff. ſi cert. petat.

Accedat, quod neque aliquod depoſitum erat facien-
dum, Etenim inſtrumentum tranſmiſſum ſuper
notificatione prætenſæ venditionis continet re-
pugnantiam, Nam pretiūm ſolutum io diuerſis
ſummis, & partitis aſcendit ad ſcuta 1650. cum ta-
men venditio dicatur facta pro pretio ſcutorum
1200. Vnde cum vna ſumma non correſpoodeat
alteri, aderat incertitudo, ob quam excuſatur de-
bens deponere ob depoſitum non factum, non ſe-
51 cus, † ac ſi nulla ſumma fuiſſet expreſſa, cum in-
certum, & nullum æquiparentur, l. duo ſunt Titij. ff.
de teſtam. Aym. conſ. 231. numero 31. Adeo vt ſtante
iſta cauſa incertitudinis, & cuiuſcumque erroris,
52 † quis excuſetur à pœna: Oldr. conſil. 291. hæ ſunt
rationes in fi. per text. in leg. 1. in fi. ff. quod cuiuſque
vniuerſit. nom. Aym. conſ. 319. num. 19. in princip. Fe-
53 lin. in c. 2. col. 1. de teſtib. † vbi quando anoullatio
actus ſit pœna, provt etiam talis error excuſat à
54 mora: † Card. Seraph. deciſ. 235. in fi. p. 1. & quælibet
55 cauſa etiam colorata facit, † vt quis non dicatur
cadere à iure ſuo: Idem Seraph. deciſ. 1228. in fi. nu-
mero 5. p. 2. & deciſ. 1149. nu. 1. ead. part. Aym. conſil.
18. n. 9. Dec. conſil. 452. num. 4. Iaſ. conſ. 46. col. 4. poſt
med. verſ. quinto prædicta. lib. 3.

Præſertim, quia ſumus in incertitudine circa ſub-
ſtātiam, non autem circa acceſſoria ipſius contra-
56 ctus, † quæ magis vitiat diſpoſitionem: l. ſi in em-
ptione. de contrah. empt. Bart. in l. ſi fundus, §. fi. ff. de
pignorib. Io. Coraſ. in l. qui liberos, numero 175. ff. de
57 rit. nuptia. † Provt eſt pretiū emptionis, quod de-
bet eſſe certū, tanquam vnū ex ſubſtātialibus ſimi-
lis contractus: Gloſſ. in l. pacta cōuenta. in princ. in
verb. ex pretio. ff. de cōtrah. empt. Iaſ. in l. iurisgentiū,

§.adeo.n.1.ff.de pac. Surd.*conſ.202.num. 4.libro 2.&*
38 *conſ.52.num.52.lib.*1.Et quod denunciatio non veri
pretij nihil operetur in materia iuris congrui Ti-
raq.*de retract.lignag.§.36.glo.2.n.2.*

Et magis iſta varietas debet excuſari, quia ſummæ
ſolutionum ſunt per extenſum, & errores ſunt
geminati, & vna vice ſpecificatur ſumma ſcuto-
rum 788. & poſtea dicitur illam eſſe in ſcutis 838.
& altera ſumma exprimitur de ſcutis quingentis,
cum tamen pars prætendat debere eſſe de ſcutis
quinquaginta, adeo, vt ſi iſte error debet iuuare
partem aduerſam, cur non debet etiam prodeſſe
alteri parti, vt æqualitas ſeruetur inter collitigan-
tes: Maximè, quia talis vicinus tanquam non cer-
39 tus de pretio vero nihil poterat deponere, † cum
incertitudo remoueat conſenſum à toto, & à par-
te, adeo vt iſtius incertitudinis ratione etiam vtile
per inutile vitietur, *l.decem.D.locat.* Surd. *conſ.39.
num.27.lib.1.& conſ.235.n.9.lib.2.*

Qua incertitudine ſtante, & aliis ſupra adductis non
eſt aliud quærendum de prælatione vigore Bullæ
cenſus, cum etiam illa non obſtante præualeat
conſtitutio iuris congrui, tanquam dominus
60 † cenſus non præferatur in venditione rei haben-
tibus ius retractus: Molin *de contract.tract.2. diſ-
put.194.num.8.fol.*380.& ſæpè ita fuit obſeruatum,
61 † à qua obſeruantia non eſt recedendum, *l. ſi de
interpretatione, & leg.minimè, ff.de . gib.* Afſl. *deciſ.*
383.*n.*8. Aym.*conſ.*201.*num.* 12. Surd.*conſ.* 220.*nu.*3.
lib.2.& conſ.362.n. 10. *lib.*3.

Dum autem quæritur de retractu vinearum, paſſim
in eis admittitur iuxta Bullam iuris congrui ex
obſeruantia inueterata, & pluribus ſententiis
62 munita, † etiam non probatis qualitatibus maio-
ris quantitatis, & pretij, & magnæ inæqualitatis,
cum iſta requiſita habeant locum in coactiua,
non in voluntaria venditione, ita vt non ſit rece-
dendum ab iſta obſeruantia, & declaratione plu-
ries facta per Iudices Summi Tribunalis, quid-
quid alias non ſit iudicandum exemplis, vt latè
dixi *ſupr.544.n.* 34. *cum ſeq.*

In quo tamen obſeruandum eſt, quod ſecundum
Bullam iuris congrui in coactiua conceditur re-
tractus; dummodo emptorum vineæ ſint non ſo-
lum maioris pretij, & menſuræ, ſed magis etiam
cultæ, & ædificiorum ſtructura conſpicuæ hiſque
omnibus illa tantopere ſuperent, vt magna inter
vtraſque adſit inæqualitas iudicio Camerarij, &
63 Magiſtrorum. † ¶ An omnia iſta requiſita debeant
concurrere videlicet pretium, menſura, cultura,
& ædificium, vt ſit locus retractui, vel ſufficiat,
quod adſit inæqualitas reſpectu alicuius requiſiti,
& ſic an illa verba hiſque omnibus ſtent collecti-
uè, vel diſtributiuè iuxta doctrinam Bart. *in l. hoc
articulo.nu.3. de heredib. inſtituend.* vbi concludit,
64 † quod dictio, *quilibet* attribuitur cuilibet inſo-
lidum, dictio autem *omnis* attribuit ſimul, & col-
lectiuè, quando tamen profertur in plurali, vt, *om-
nes homines ferunt lapidem*, ſed ſi eſt in ſingulari,
vt, *omnis homo fert lapidem*, tunc eſt diſtributiua,
ſicut *quilibet.*

Et quidem in prædicto caſu verius eſt, quod omnes
iſtæ qualitates debeant ſimul concurrere, provt
65 eſt † deciſio Rot. coram R.P.D. Dunozet Roma-
na prælationis, 26. Iunij 1617.*col. antepenult.* iuxta
reſolutionem Cameræ coram R. P. D. Biſcia. de
qua *p.2.in recentiorib.deciſ.vlt.numero* 4. Maximè
66 in ſtatutis exorbitantibus, † in quibus magis re-
quiritur probatio omnium qualitatum: Tiraqu.
*de retract.lignag.§.1.glo.7.num.1 in princ.verſ.& fa-
cit.etiam.*

Stante præſertim dictione illa *non ſolum*, de qua in
Bulla, quæ auget ob ſequentem dictionem *ſed*,
67 † quo caſu omnia erunt probanda, & ſic tam ma-
ius pretium, & maior menſura, quam cultura, &
ædificiorum ſtructura: Rebuff.*in l. ſponſio appella-*
68 *tur.7.in fi.ff.de verb.ſignif.* † vbi donans non ſolum
veſtes, ſed libros, vtrumque donaſſe cenſetur, cum
iſta dictio inducat augmentum, *l.ſi quis in princip.
de inſtit. act.l. 1.in fin.de tributor.* Provt idem eſt in
69 dictione *non tantum* ſeu *nec tantum* † ſequente di-
ctione *verum*, quæ ampliat diſpoſitionem: Rebuff.
*in leg.cognoſcere.56.§.liberorum, col.2.in princip. &
in leg. propemodum.183.colu.2. poſt princip. Digeſtis
de verb. ſignificat.* Et ita fuit deciſum iuxta præ-
dicta, quod omnes qualitates ſint verificandæ.

Occurrit etiam aliud dubium in materia iuris con-
grui inter Nicodemos, & Pomponium, quis eo-
70 rum † deberet obtinere in retractu domus, de
qua agebatur, & quidem pro Nicodemis dicebam
eſſe iudicandum, cum ſimus in domo ſolita loca-
ri, & in ea fabricare intendant ad ornatum Vrbis,
& probata ſit indigentia, tanquam eorum domus
non ſit ſufficiens, & adſint omnia alia requiſita, ex
quibus poteſt cogi vicinus ad ſimiles venditiones
iuxta Bullam Gregorij, *de iure congrui. §. at ſi quis
domum.num.* 6.

Neque obſtat, quod domus, quæ petitur retrahi, fue-
rit alteri vendita, Quia cum venditio non fuerit
71 intimata vicino, † provt erat intimanda, habetur
pro non facta, & nullum ius tribuit emptori, ne-
que hoc caſu intrat regula, quod ſit præferendus
ille, cui fuit prius tradita, vt *in d.Bulla §.ſed & cum
aliqua. numero* 8. *verſ. at ſi perquiſitio.* Præſertim,
quia eadem die, in qua fuit facta prætenſa vendi-
tio, fuit etiam executum monitorium aduerſario
perſonaliter cum appoſitione horæ, quæ facit,
72 † vt præferatur cuicunque actui non habenti ho-
ram, & ſit inducta prioritas executionis, tanquam
adſit certioris temporis probatio: latè Menoch.
de arbitr.caſu 48.*numero* 2.*& num.*25. *vſque ad* 34.
73 *& de adipiſcend.poſſ.remed.4.n.* 792. † vbi quod eſt
receptiſſima opinio, & à Rota approbata, vt per
Caſſad.*deciſ.4.in fi.ſuper regul.* Dec.*in c.paſtoralis,
numero 5.de reſcript.& conſil.*169.*in fi.& in l.in am-
biguis,85.num.3.ad med.de regul.iur.* Iaſ.*in l.1.num.
6.& ibid.*Rip.*numero 7. ff.ſolut.matrimon.* Tiraqu.
de retract.lignag.§. 11.gl.1.numero 10. *& de iur.pri-
mogen.qu.* 17.*opin.*11.*num.*3.Gonzal.*ad regul.8.can-
cellar.in proœ.§.3.num.*100.*vſque ad* 105.*& glo.2.nu-
mero* 74.*&* 75.

Quare ſtante præuentione, eſt danda prælatio in
74 huiuſmodi retractu, † cum per eam ſint excluſi
aduerſarij: Caſtr.*conſil.*221. *in hoc paſſu ante fi.lib.*1.
Alex.*conſi.27.n.9.& ibid.*Natt.*in addit.in verb.di-
cta praeoccupationi.*Dec.*in l.quoties vtriuſque.* 98.*n.*
2.*ff.de reg.iur.*Igneus *in l.dudum, col.* 28.*verſ. adde
tamen vnum.Cod.de contrah.empt.* Mar.Mut.*ſuper.
conſuetud.Panormit.c.27.& 28.in fi.*

Quamvis etiam vltra prædicta debeat concedi præ-
latio Nicodemis, cum magna indigeant domo,
de qua agimus, & maiorem ornatum facere poſ-
ſint, tanquam habeant faciem eorum domus in
75 platea, cum aliis de quib. latè in facto, † adeo vt
ſtantibus prædictis intret clara diſpoſitio Bullæ,
quæ in concurſu duorum vicinorum præfert eum,
qui

qui habet iſta potiora iura, *vt in d. Bulla.§. veruntamen, num.* 10. provt paſſim in ſimilibus materiis ſemper præfertur, qui habet ius pòtentius, & effi-
76 cacius, † etiam ceſſante præuentione, Dec. *conſ. 619. licet in caſu propoſito, n.* 7. Anchar. *conſ.* 570. *poſt princ.* Mar. Mut. *ſuper conſuetud. Panormit. cap.* 28. *num.* 1. *& num.* 31. *vſque ad* 38. Rot. *diuerſ. deciſ.* 474. *num.* 14. *par.* 1. Igneus *in l. dudum, n.* 87. *Cod. de contrah. empt.* Carpan. *ſuper conſuetud. Mediolan. cap.* 434. *n.* 185. *& c.* 417. *num.* 558.

Nec facit, quod aduerſarij prætendant prælationem
77 tanquam adhæreant duobus confinibus, † Quia in Bulla non conſideratur iſta maior adiacentia, niſi poſt indigentiam, qua ſtante ſemper obtinet, qui magis indiget, vt dicitur *in eadem Bulla. §. veruntamen, nu.* 10. *in princ.* Quamvis etiam illud paruum mænianum, quod datur pro confine, non ſit conſiderabile, cum pars ſuperior, & inferior ha-
78 beat plures, & diuerſos dominos. † Vnde etiam dicimus, quod vicinus mediante domo præfertur vicino mediante horto, ſeu cortile: Vrſil. ad Affl. *deciſ.* 223. Carpan. *ſuper conſuetud. Mediolan. cap.* 417. *num.* 571. Maximè, quia cauſa finalis Bullæ eſt ornatus, qui cum magis poſſit fieri per Nicode-
79 mos, † operatur, vt illis ſit danda prælatio, tanquam habeant potiora, vltra indigentiam, & alia ſupra conſiderata, Dec. *conſ.* 619. *licet in caſu propoſito, num.* 7.

Accedat, quod iuxta Bullam *in §. veruntamen, num.* 10. non præfertur ſimpliciter, qui à pluribus parti-
80 bus adhæret, † ſed etiam ille, qui magis cohæret, quæ maior cohærentia verificatur in longitudine confinis in domo Nicodemi, quæ excedit longitudinem confinis Pomponij aduerſarij, vt conſtat ex planta exhibita, in qua etiam apparet exceſſus altitudinis, quia Nicodemi habent murum communem à centro terræ vſque ad tectum, vltra quod etiam prope domum controuerſam habent domum habitabilem, cum tamen Pomponius aduerſarius habeat ſolum murum cortilis parum eleuatum abſque aliquo ædificio, quod facit, vt ſint præferendi Nicodemi, ſi non ratione pluralitatis confinium, ſaltem ratione longitudinis, altitudinis, & qualitatis ædificij, tanquam ex iſtis ſint ma-
81 gis vicini domui controuerſæ, † quaſi habeant quotam, ſeu maiorem partem, ideo ſint præferendi: Affl. *de iur. prothomiſ. in princ. nu.* 44. *in fin. verſ. alij poſſent dicere, fol.* 28. iuxta *leg. ſi qua cautionis, ff. fam. erciſcund.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 417. *n.* 558. *&* 560. *& cap.* 433. *n.* 90. poſt Neapodan. *ſuper conſuetud. Neapolitan. tit.* 17. *in verb. ex eorum parte, num.* 87. & notat etiam Anchar. *conſ.* 300. *poſt med. verſ. cum ergo domina, num.* 2. *per text. in l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legitim. hæred.* vbi ratione maioris portionis debet res magis ſibi accreſcere, *l. nonnunquam, ff. ad Trebellian.*

EPITOME.

Ius petendi legitimam, & Trebellianicam an tranſmittatur in hæredem etiam extraneum.
¶ Et quando per approbationem teſtamenti ſit illi renunciatum. ¶ Bona alienata, & credita exacta per filium quando ei imputentur in legitimam. ¶ Et quid ſi non eſſet vtilis iſta imputatio, an ſit permiſſum filio variare, & redimere res alienatas ad euitandam talem imputationem. ¶ Et qualiter in hoc Iudex debeat arbitrari. ¶ Filius an ſit grauandus, vt deducat ſuam legitimam in bonis minus vtilibus. ¶ Debitor qui aſſignauit, domum ei, cui ſunt præſtanda alimenta, an poſſit aliam ſubrogare. ¶ Filius, & illius hæres an poſſit impugnare alienationes per defunctum factas ſi remanent ſaluæ ſuæ detractiones in aliis bonis. ¶ Et quid in hærede hæredis. ¶ Et confecto, vel non facto inuentario. ¶ Aſſertioni hæredis quod non adſint bona ſufficientia pro detractionibus ſibi debitis an ſit ſtandum, ſi non confecit inuentarium, aut pro eo non militet aliqua præſumptio. ¶ Filius an poſſit eligere legitimam in bonis vtilioribus in præiudicium fideicommiſſarij.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, & trebellianica poteſt peti per hæredem, etiam extraneum, ſicut per eius auctorem, cum vtraque in eum tranſmittatur, num.* 2.

3 *Per approbationem teſtamenti non cenſetur renunciatum legitimæ, & trebellianicæ, niſi de eis fiat expreſſa mentio.*

4 *Bona alienata & credita exacta per filium imputantur ei in legitimam. Declara vt num.* 5. *&* 11.

6 *Legitima debetur in corporibus hæreditariis.*

7 *Iudex non arbitratur, vt alienata per filium computentur ei in legitimam, ſi illi non eſſet vtile, vt computarentur, provt è contra ſit, quando grauaretur fideicommiſſarius in alienatione corporum, quæ erant meliora, num.* 8.

9 *Filius non eſt grauandus, vt deducat ſuam legitimam in minus vtilibus.*

10 *Fideicommiſſarius non debet grauari, vt filius eligat legitimam in bonis magis pretioſis.*

12 *Filius poteſt variare quo ad bona capta pro ſua legitima, adeò vt ſi vellet res alienatas redimere ad euitandam imputationem eiuſdem legitimæ, vt de aliis bonis poſſet detrahere, ſit illi concedendum.*

13 *Variatio permittitur in debitore, qui aſſignauit domum ei, cui præſtanda ſunt alimenta, vt poſſit aliam ſubrogare.*

14 *Filius, & illius hæres, & hæres hæredis poteſt conqueri de alienationibus, & conſumptionibus bonorum, ſed illis debet ſtare, quando remanet tantum, quantum ſit portio ſua legitimæ, quam vult vendicare, n.* 15. 16. *&* 17. *tam facto inuentario, quam illo non confecto, n.* 19. *&* 20.

18 *Hæres hæredis dicitur propriè hæres, & locum illius ſubit etiam in diſpoſitione ſtricta.*

21 *Cauſa magna, & vrgens eſt probanda per hæredem, qui non vult præcisè ſtare alienationi factæ per defunctum.*

22 *Non ſtatur aſſertioni hæredis, qui non confecit inuentarium, quod non adſint bona ſufficientia in hæreditate pro detractionibus ſibi debitis. Contrarium numero* 23. *Sed prima opinio eſt verior, numero* 24. *&* 25.

CAPVT DCCXLIII.

IN facti ſpecie tranſmiſſa præſupponitur, quod Carolus ſenior, & Franciſcus ſecundus non fuerint conſecuti legitimam, & trebellianicam ſibi debitam in bonis Franciſci primi patris, & aui reſpectiuè, quam tenebantur reſtituere Franciſco tertio & Carolo iuniori iuxta fideicommiſſum exhibitum, vnde contingit dubitari an illa nunc poſſit detrahi per Hippolytam vxorem, & hæredem ejuſdem Franciſci ſecundi. Et quidem concludendum eſt affirmatiuè, quod ſit per eam detrahenda, cum enim ipſa eidem Franciſco

1 ſucceſſerit,† quemadmodum ſuus auctor potuiſſet,
ſi viueret, eandem legitimam, & trebellianicam
deducere, cap. Rainaldus, §. dilectus filius, de teſtam.
Roland. conſ. 78. nu. 1. vſque ad 10. lib. 1. Itaque quo-
que hoc erit concedendum hæredi etiam extra-
2 neo, † in quem tranſmittitur ius petendi legiti-
mam, & trebellianicam, provt de legitima, & tre-
bellianica latè concludit Pariſ. conſ. 9. num. 9. vſque
ad 12. lib. 2. & conſ. 45. num. 8. vſque ad 16. eod. libro
iuxta l. quamquam, & l. t. irrum. Cod. ad legem fal-
cid. l. ſi infanti, C. de iur. deliber. l. ſcimus. vbi Salic.
in princ. verſ. quæro, Cod. de inoff. teſt. Dec. conſ. 81. in
caſu propoſito agam paucis, num. 1. & conſ. 320. num. 3.
Alexand. conſ. 55. viſo titulo quæſtionis. colum. 3. lib. 2.
& conſ. 150. viſo themate, col. fin. eod. lib. 2. & conſil.
188. lib. 6. poſt Bald. in l. ſi arrogator, in 2. oppoſit. ff. de
adoptio n. & in l. 2. quæſt. vltim. Cod. de liber. præter it.
Menoch. conſ. 1149. n. 15. lib. 12. & conſ. 77. n. 8. & 9.
lib. 1. Surd. conſil. 128. n. 3. lib. 1. Ruin. conſil. 107. in fin.
lib. 3. & conſ. 26. nu. 12. eod. lib. Roland. de lucr. dot. q.
47. n. 9. & conſ. 78. n. 6. & 8. lib. 1. Aym. conſ. 312. nu. 5.
Fabian. de Giocch. in auth. nouiſſima, num. 26. C. de
inoff. teſtam. Rip. in l. ſi vnquam, q. 42. num. 106. C. de
reuocand. donat. Burſat. conſ. 19. n. 37. lib. 1. Mangil. de
imputat. & detract. q. 9. n. 31. & 39. fol. 54.

Neque obſtat prætenſa renunciatio, & approbatio
teſtamenti. Quia illa non ſufficit, cum nunquam
cenſeatur renunciatum legitimæ, & trebellianicę,
3 † niſi expreſsè de ea ſit facta ſpecialis mentio, non
obſtantibus verbis ampliſſimis, & clauſulis, quan-
tumuis generalibus cum clariſſima promiſſione
illud conſeruandi latè Gabr. conſ. 99. nu. 1. cum ſeq.
lib. 1. & conſ. 137. num. 40. eod. lib. Bero. conſ. 93. num.
lib. 2. Dec. conſ. 81. col. 1. & conſ. 218. nu. 3. Aym. conſ.
200. num. 6. in fin. Cephal. conſ. 563. nume. 12. Craſ. in
§. legitima, q. 38. n. 21. Petr. de fideicom. q. 15. nume. 75.
Card. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 2. numer.
19. Menoch. conſ. 86. n. 43. & conſ. 69. num. 102. lib. 1.
Burſat. conſ. 92. nu. 9. latiſſimè Mangil. de imput. &
detra. q. 90. n. 14. & q. 7. n. 41. 42. Rot. deciſ. 206. n. 6.
& deciſ. 653. n. 9. & deciſ. 449. n. 4. p. 1. in recent. Ma-
ximè, quia ſumus in ſimplici approbatione teſta-
menti, quo caſu magis iſta opinio procedit, vt la-
tè per Surd. conſ. 412. num. 22. & 23. cum ſeq. lib. 3. vbi
multa adducit, quando per ſimiles approbationes
filius cenſeatur ſibi in legitima præiudicaſſe.

Minus obſtat, quod in hæreditate Franciſci primi
teſtatoris adeſſent multa credita, quæ fuerunt exa-
4 cta, & conſumpta per Carolum filium, † ita vt
ſtante iſta conſumptione ſint illi imputanda in
legitimam, quæ amplius non poterit detrahi per
eius hæredes, l. Marcellus. 3. §. res quæ. vbi Bart. &
Alex. col. fin. ff. ad Trebellian. Socin. conſil. 36. col. 2.
lib. 3. Pariſ. conſil. 17. in fin. lib. 2. Bald. conſil. 300. nu.
2. lib. 3. Cuman. conſ. 323. Rubeus conſil. 157. numero
2. Guid. Pap. deciſ. 606. & corroborantur num. 1. Ce-
phal. conſ. 189. n. 19. lib. 2.

Quia prædicta procedunt, quando filius alienaſſet
bona ſubiecta fideicommiſſo ex neceſſitate ſol-
5 uendi æris alieni, † & cum auctoritate ſeu decreto
Iudicis approbantis de æquitate hujuſmodi alie-
nationum, tunc enim iſta alienata computaren-
tur eidem filio in legitimam, cum aliàs ceſſanti-
bus prædictis non daretur talis imputatio, neque
colligeretur animus alienandi ob iſtam cauſam
imputationis legitimæ, provt ita declarat Salic.
in l. filium quem habentem, col. 5. Cod. famil. erciſc. la-
tè Dec. conſil. 235. non parua difficultas. col. 6. num. 14.
vſque ad 18. & conſ. 201. vt præſens conſultatio, nu. 8.
Roland. conſil. 79. num. 19. & 20. lib. 1. poſt Bald. in
l. iubemus, verſ. item fallit in legitima, C. ad Trebell.
& conſil. 217. lib. 1. Caſtr. conſil. 247. n. 4. lib. 1. Corn.
conſil. 282. lib. 1. Curt. Iun. conſil. 327. col. 1. Petr. de fi-
deicomm. q. 15. num. 141. & 142. Rimin. Iun. conſ. 148.
num. 47. lib. 2. & conſil. 227. num. 70. eod. lib. Menoc.
de arbitrar. caſ. 163. num. 19. fol. 162. Surd. conſil. 128.
n. 22. & 23. libro 1. vbi de communi Peregr. de fidei-
comm. art. 39. n. 6. ad med. fol. 356.

In caſu autem noſtro nulla æquitas ſuggerit, vt Iu-
dex mandet, quod pecuniæ conſumptæ per filium
6 imputentur in legitimam, † cum illa debeatur in
corporibus hæreditariis, leg. ſcimus, §. repletionem,
verſ. ex ſubſtantia patris, Cod. de inoff. teſtament. Iaſ.
in auth. nouiſſima, in 2. notab. num. 2. C. eod. tit. Alex.
conſil. 45. num. 11. lib. 1. Boer. deciſ. 204. nume. 3. Affl.
deciſ. 162. num. 2. & deciſ. 382. num. 2. Surd. conſil. 128.
num. 6. lib. 1. & conſ. 427. nu. 30. lib. 3. Cum legitima
ſit quota bonorum, l. Papinianus, §. quarta. ff. de
inoffic. teſtam. Bart. l. ex facto, col. 2. ff. de hæredib. in-
ſtit. Natt. conſil. 156. n. 6. Rot. diuerſ. deciſ. 474. num.
3. par. 1. Menoch. præſumpt. 101. n. 59. lib. 4. Craſ. in §.
legitima, quæſt. 1.

Immo etiam quamvis eſſemus in alienatione, & con-
ſumptione corporum hæreditariorum, tamen
7 ſemper Iudex debet arbitrari, vt iſta alienata non
imputētur filio in legitimam, ſi non eſſet illi vtile,
vt imputarentur, ſicuti è contra fit, quando gra-
uaretur fideicommiſſarius in alienatione corpo-
rum, quæ erant meliora, & magis pretioſa, vt in
ſpecie notat Peregr. de fideicommiſſ. art. 36. n. 27. ad
med. fol. 331. vbi teſtatur ita in facto iudicatum
fuiſſe, nam cum tempore mortis teſtatoris exta-
rent pecuniæ, & merces valoris ſcutorum quin-
8 gentorum, † prædia autem iuxta communem æſti-
mationem valoris mille, & quia poſtea longo
tempore eueniente caſu fideicommiſſi, dicta præ-
dia fuerunt aucta ad ſcuta ter mille, agebatur de
legitimæ detractione, pro qua filius, ſeu illius hæ-
res ex eius perſona prætendebat tertium in eiſdem
prædiis, ex aduerſo autem excipiebatur de con-
ſumptione pecuniarum, & mercium, quæ erant
imputanda in dictam legitimam, nihilominus hac
exceptione non obſtante ad fauorem filij fuit aſ-
ſignata legitima in tertia dictorum prædiorum,
reſtitutis fideicommiſſario duobus tertiis ſcuro-
9 rum quingentorum, ob illam rationem, † quia non
debet grauari filius, vt deducat ſuam legitimam in
minus vtilibus: Imol. in l. in quartam, col. 5. vbi Rip.
numero 128. ff. ad legem falcid. Gabr. de legitim. con-
cluſ. quart. in fin. Bertrand. conſil. 39. column. penult.
verſicul. & ſi opponatur, libro tertio, provt è contra
10 non eſt grauandus fideicommiſſarius, † vt filius
poſſit ſibi eligere legitimam in pretioſioribus, &
vtilioribus, cum arbitrio boni viri illa ſit ei aſſi-
gnanda: Bar. Ang. & Imol. in d. l. in quartam, ff. ad
leg. falcid. Aret. conſil. 156. col. penult. & vltim. Pe-
regr. de fideicom. art. 36. n. 27. in fi. Dec. conſil. 235. nu.
17. Roland. conſil. 78. n. 19. lib. 1. Gabr. de legitim. con-
cluſ. 4. num. 3. & 11.

Quare in hac materia imputationis diſtinguunt Do-
ctores, quod ſi alienatio fuit facta ex cauſa ne-
11 ceſſaria, † videlicet, pro ſolutione æris alieni
vel pro donatione filiæ, aut pro vtilitate rei, quæ
ſeruando ſeruari non poterat, & ſic ex cauſis, in
quibus alienatio permittitur, & tunc pretium
rerum ſic alienatarum erit imputandum, cum
aliud ſit in legitima filij, & in ære debito ipſi gra-
uato; nam tunc calculus eſt referendus ad tempus

mortis

mortis teſtatoris, & ſic eo tempore æſtimabitur
patrimonium, & illius reſpectu deducetur credi-
torum æs alienum; & legitima filio debita in corpori-
bus hæreditariis: Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*
39. nume. 6 ad medium, verſ. ego autem ſic diſtinguo,
fol. 556.

Ideo etiam filio permiſſa eſt variatio quo ad bona
capta pro ſua legitima, † adeo vt ſi vellet res alie-
natas redimere ad euitandam imputationem eiuſ-
dem legitimæ, vt de aliis bonis illam poſſet detra-
here, hoc illi deberet concedi: Imol. *in dict. leg. in*
quartam, colum. 5. verſ. tu potes addere & ibi Socin.
Iun. *num. 90.* Alciat. *n. 23.* qui dicit hanc opinionem
eſſe receptiorem; & ibid. Rip. ſubdit ſequendam
tanquam æquiorem, & magis humanam, prout
etiam teſtatur Graſſ. *in §. legitima, quæſt. 17. nu. 5. in*
fin. & in §. Trebellianica, quæſt. 9. n. 7. & in hac opi-
nione reſidet Gabr. *de legitim. concluſ. 4. in fi.* tan-
quam vltimo loco relata: Gloſſ. *in leg. qui filium, §.*
Sabinus. in verb. ſi paulo. verſ. reſpondeo, ff. ad Tre-
bellian. Bald. *in auth. ex teſtamento, col. 2. Cod. de col-*
lat. & in l. ſi mater, Cod. ne de ſtat. defunctor. Lup. *in*
cap. per veſtras, §. 14. n. 1. de donation. inter virum &
vxorem, fol. 232.

Provt regulariter eſt licita variatio, ſi fiat ſine dam-
no, & incommodo alterius: Roland. *conſil. 21. num.*
1. lib. 1. Menoch. *conſ. 62. n. 11. lib. 1.* Afflict. *ſuper con-*
ſtit. Regn. rubr. 18. incip. comitibus, num. 25. in fin. p. 2.
13 † vbi loquuntur de domo aſſignata per debitorem
ei, cui ſunt præſtanda alimenta, quo caſu permit-
titur variari ſubrogando aliam: Surd. qui multis
ſimilibus comprobat *de aliment. titul. 4. q. 4. nume.*
7. & 10. poſt Tiraq. *in l. bones, §. hoc ſermone, limit.*
23. ff. de verb. ſignific.

Quibus additur, quod bona, quę peruenerunt ad Lu-
douicum ex hæreditate q. Caroli ſenioris patris
aſcendunt ad valorem bonorum ſubiectorum fi-
14 deicommiſſo alienatorum, & conſumptorum, † vt
prætenditur per eundem Carolum vltra legiti-
mam debitam eidem Ludouico filio, quo caſu
non poteſt idem filius, ſeu illius hæres conqueri
de huiuſmodi alienationibus, & conſumptioni-
bus: Bar. *in l. peto, §. prædium, in fin. ff. de legat. 2 & in*
leg. filiusfamilias, §. cum pater. vbi Alber. Caſtrenſ.
Imol. & alij, *ff. de legat. 1.* Bertrand. *conſil. 15. num. 52.*
lib. 1. Anan. *conſ. 3. viſo teſtamento, n. 4.* quos omnes
refert & ſequitur Gabr. *de regul. iur. concluſ. 11. nu. 6*
15 *& 7* vbi ampliat prædicta procedere † etiam in
hærede hæredis: Paris. *conſ. 16 nume. 38 lib. 2.* Ruin.
conſ. 108 nu. 12 lib. 5. Boer. *deciſ. 23. n. 20.* Socin iun.
conſ. 108. num. 41. libro 2 & eſt concluſio paſſim ab
omnibus approbata, vt per Doctor. *in leg. fin. §. in*
computatione, C. de iur. deliber. Caſtr. *conſil. 263. cir-*
ca primum, n. 3 verſ. ſi ego ſum grauatus, lib. 2 & con-
ſil. 370 quia in ſuprascripto col. 2 eod. lib. Gozad. *con-*
ſil. 25 n. 21. Pariſ. *conſ. 33. num. 98 lib. 5.* Roman. *conſ.*
18 nu. 4 vbi Mandoſ. *in verb. haberet.* Curt. ſen. *conſ.*
1 ad fin. Grat. *conſil. 91 n. 4 lib. 2 & conſil. 25. nume. 39*
lib. 1. Dec. *in l. ex qua perſona, in princ. ff. de regul. iur.*
& conſil. 547. viſo puncto, num. 4. Natt. *conſil. 214. nu.*
3. Aym. *conſ. 225. nu. 12.* Loffred. *conſil. 1. n. 169.* Franc.
deciſ. 153 num. 17 & deciſ. 355 nume. 7. Cephal. *conſil.*
392 num. 37 & 58 lib. 3. Pinell. *in l. 1. p. 3 num. 81. Cod.*
de bon. matern. fol. 375. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*
33 num. 13 fol. 297. Gabr. *conſ. 125 nu. 12. lib. 1.* Burſat.
conſ. 4 num. 31. Honded. *conſ. 3 nu. 53 & 54 lib. 1.* Put.
deciſ. 264 lib. 3. Barz. *deciſ. Bonon. 64 num. 50.* Mat-
zar. *de fideicomm. q. 46.* Mattheaz. *eod. tract. lib. 3 c. 5*
num. 10. Ludou. *concl. 16 col. 12.*

Et quamuis aliqui teneant prædicta procedere in hę-
rede primo & immediato, non autem in hærede
16 hæredis, † provt ſumus in caſu noſtro, vt per Te-
raquell. *de retract. conuent. §. 1 gloſſ. 6 num. 39 in fi. &*
in tract. le mort ſaiſit. p. 2 declarat. 5. Saluſt. de Pe-
ruſ. *inter conſ.* Caſtr. 197. *lib. 2.* Dec. *in leg. hæredem*
17 *eiuſdem. 59. num. 7 de regul. iur.* † tamen huiuſmodi
opinio non eſt admittenda, cum eadem ratio mili-
tet in hærede hæredis, ideo etiam ad illum tranſit
obligatio immediati hæredis, vt de magis vera
opinione teſtatur Honded. *conſ. 3. nu. 54. lib. 1* poſt
Socin. Iun. *conſ. 108. num. 41. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 16 num.*
38 lib. 2. Ruin. *conſil. 108. num. 12 lib. 5.* Pinell. *in l. 1. p.*
3. num 81. verſ. ampliatur quarto, C. de bon. matern.
Menoch. *conſil. 89. num. 126. lib. 1.* Gabr. *de regul. iur.*
concluſ. 11. nu. 7. Bertrand. *conſ. 8 num. 2. lib. 3 & con-*
ſil. 443 num. 86 lib. 5 latè Cephal. *conſ. 392 num. 57 &*
135 cum ſeq. & conſ. 393 lib. 3. Curt. Iun. *conſ. 171. nu. 8.*
Loffred. *conſ. 1. n. 169.* Boer. *deciſ. 23 n. 20* poſt Caſtr.
conſ. 208 dico dictum Bartolomeum, lib. 1. Pereg. *de*
fideicom. art. 33 nu. 15 verſ. ſed contrarium eſt verius,
18 *fol. 297.* † Cum hæres hæredis dicatur propriè hæ-
res, & locum illius habeat, & eius perſonam ſuſti-
neat etiam in ea diſpoſitione, quæ habet ſtrictam
interpretationem, *l. hæredis appellatione, & l. ſcien-*
dum, ff. de verb. ſignificat. Bart. *in leg. ſi ſtipulatus fue-*
rim per te, n. 3 ff. de verb. oblig. Aret. *in l. paterfami-*
lias, ad fi. ff. de vulgar. & pupill. Iaſ. *in l. ſi quis filium.*
§. vlt. nu. 9 ff. de acquir. hæredit. Cagnol. *in l. qui per*
ſucceſſionem. n. 5 ff. de regul. iur. Menoch. qui multis
ſimilibus comprobat *conſ. 89 nu. 128 vſque ad 135.*
lib. 1 & de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4 q. 30.

Quæ magis procedunt in caſu, de quo agimus, cum
præſupponatur non fuiſſe per dictos hæredes
19 † confectum aliquod inuentarium: Peregrin. *de*
fideicomm. art. 33 num. 13 in fi. iuxta *§. ſi vero non fue-*
rint, auth. de hæredit. & Falcid. Doctor. *in l. fin. §. &*
ſi præfatam, C. de iur. deliber. Phanuc. *de inuentar.*
p. 3. n. 68 ad med. fol. 126. Barz. *deciſ. Bonon. 64. nu. 50.*
Menoch. *conſ. 471. num. 17 lib. 5.* Capt. *conſ. 64. num.*
1. Roland. *conſil. 73. num. 29 lib. 2.*

Licet etiam idem eſſet, ſi conſtaret de inuentario,
cum illud non attendatur, quando adſunt tot bo-
na hæreditaria, quæ ſufficiunt pro detractione fi-
20 deicommiſſi, & legitimæ, † nam inuentarium ſo-
lummodo poteſt, vt hæres non teneatur vltra vi-
res hæreditarias, non autem quod poſſit reuocare
alienationes factas per defunctum, cum obliga-
tiones illius non immutentur ex perſona hæredis
etiam cum beneficio legis, & inuentarij, quod nõ
operatur, vt actiones non confundantur, & vt hę-
res non ſit habendus pro non hærede, quo ad ſibi
debita, ſed ſolum facit, vt fingantur dictæ actio-
nes non confuſæ, quatenus confuſio ei damnum
afferret, vnde non mirum ſi beneficium inuenta-
rij, non liberet hæredem, vt præcisè non teneatur
alienationem ratificare, cum ad hoc poſſit cogi,
quatenus bona hæreditaria æquiualent, & ſemper
repellitur exceptione, *l. vindicantem, de except. &*
l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. provt in ſpecie latè
comprobat Gabr. *conſil. 125. num. 11 vſque ad 17. lib.*
1. Aym. *conſil. 225 num. 12* cum aliis quos adduxi *ſu-*
pra c. 511 num. 27 vſque ad 30. & notat etiam Rot.
deciſ. 61 n. 4 p. 2 in recentior. Franc. *deciſ. 83. num. 2.*
& 3. Cardin. Thuſc. *concl. 53 in verb. hæres, n. 58 lib. 2*
Barz. *deciſ. Bonon. 64 num. 54.* Ludou. *concl. 16 col. 21*
Bero. *conſ. 70 nu. 42 lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ.*
art. 33 numero 13. Roſentał. *de feud. cap. 9 concluſ. 71.*
21 † Ita vt ſemper ſit probandum intereſſe hære- d

& cauſa magna,& vrgens,ob quam ipſe nolit ſta-
re præcisè facto defuncti, & alienationi ſecutæ,
cum hoc non probato, nunquam debeat tertius
emptor moleſtari,vt circuitus euitetur,& tantum
interſit hæredi habere bona alienata, quàm alia
hæreditaria:Gabr.*conſ.121.n.12 ad fin.lib.*1.

Et cum ſimus in hæredibus abſque inuentario,vt di-
ctum eſt, non erit ſtandum aſſertioni eorundem
22 hæredum, † quod non adſint bona ſufficientia in
hæreditate, cum iſta negatiua ſit per eos proban-
da: non enim ſufficiunt tales aſſertiones, niſi pro
veritate illarum militet aliqua præſumptio pro
eo, qui negat adeſſe alia bona, provt ita intelligi-
tur Gloſſ.*in l.cum de lege, de probation*. vt declarat
Gabr.*conſ.*118 *num.*7 *lib.*1.poſt Iaſ.*in l. ſi conſtante,*
*num.*129 *cum ſequent.*& ibi Rip.*num.*18 *ff.ſolut.ma-*
trimon. Idem Iaſ.*in l.decem,num.* 34 *ff.de verborum*
obligationib.Niconit.*in rubr.ff.de non.oper.nunciat.*
*num.*278 *&* 283.Felin.*in cap.ad aures,column.*3 *de*
reſcript.Socin.*in l.ſi vero,§.qui pro rei,num.*13.*ff.qui*
ſatisdar.cogant. Gabr.*de probation.concluſ.* 7 *nume-*
ro 12.*&* 13.

Nec facit, quod immo aſſerens bona non ſufficere
pro detractionibus ſibi debitis videatur habere
intentionem ſuam fundatam in tali negatiua,
23 † quod videlicet bona non exiſtant, adeo, vt qui
dicit bona extare teneatur ad hujuſmodi proba-
tionem exiſtentiæ bonorum, non habita aliqua
ratione inuentarij, cum etiam illo non confecto
iſta probatio ſit facienda, vt per Curt.Sen. *conſil.*
27.*num.*17.Rip.*in cap. cum eccleſia ſutrina,n.*83. *&*
84 *l.de cauſ.poſſeſſ.& prop*.Guid.Pap. *queſt.*142.*nu.*
3.Herculan.*de negat.proband.nu.*252 *cum ſeq*. Sim.
de pret.*de interpretat.vltim.volunt.lib.*5.*dubit.*2 *in-*
*terpret.*2 *num.*278 *fol.*551.Surd.*conſil.*73 *num.*81 *lib.*
1 *& conſil.*267 *num.*33 *vſque ad* 36 *lib.*2 *& conſ.*405
*num.*13.*lib.*3.Menoch.*conſil.*96 *num.*49.Becc.*conſil.*
100 *num.*22.

Nam quidquid prædicti doctores dicant, verior eſt
opinio, & magis communis, vt non ſtetur aſſer-
24 tioni hæredis quod non adſint alia bona, † niſi
quando per eum fuiſſet factum inuentarium, quia
illo nònconfecto, lex fingit hæreditatem eſſe lo-
cupletem,præſumendo ſubtractionem,& occulta-
tionem bonorum,ob quam præſumptionem for-
tius debet grauari onere probandi, ita in ſpecie
diſtinguit Natt. *conſ.* 199 *num.* 12 & latè dixi *ſupra*
*c.*570 *n.*19 *in fin. vſque ad verſ. præſertim*. Roman.
conſ. 276 *in fin.* vbi Mandoſ. *in verb.probatio* Maſ-
card.*concluſ.*205 *num.* 20 *& concl.*852 *nu.*1. Caroc.
*de excuſſ.bonor.p.*2 *q.*35 *num.*6. Thob.*conſ.*16 *nu.*23.
vſque ad 26.Marquard.*conſil.*4 *num.* 12 *& conſ.*89.
*num.*6 *&* 50.Peregrin.qui de magis communi *de fi-*
*deicom.art.*39 *num.*14 *fol.*357. Gargias *patrocin.* 60.
*lib.*2. Barz.*deciſ.Bonon.* 105 *numero* 18 *vſque ad* 23.
25 † Cum præſertim multi Doctores,qui aliam opi-
nionem ſequuntur,ſint ſibi contrarij, provt Surd.
*conſ.*432.*num.*20 *lib.*3.vbi concludit,quod ſemper
debet adeſſe pro hærede aliqua præſumptio, vt
credatur illius aſſertioni circa non exiſtentiam
bonorum iuxta Menoch. qui alios etiam adducit
*præſumpt.*26 *num.*3 *&* 4 *lib.*6.Cardin.Seraphin.*de-*
*ciſ.*504.*num.*6.Rot.coram R.P.D. Vbaldo Roma-
na dotis,23.Maij 1614.quæ eſt *deciſ.*607 *num.*1 *p.in*
recentiorib.Roland.*de inuentar.p.*4 *ſect.incip. hæres*
*cum inuentario,num.*2 *cum ſeq*.Bellon.*conſ.*34 *num.*
2.Aym.*in reſponſ.*2 *pro gener.nume.*475.Iacobin.*in*
l.cum lege,ff.de probat.Alciat.*præſumpt.* 20 *numero*
2 *reg.*3.

EPITOME.

Legitimatus quando comprehendatur in ſtatu-
to ſimpliciter loquente de filio.¶ Legitimatio ſo-
la an ſufficiat in præiudicium tertij, vel etiam ſit
probandum, quod legitimatus ſit filius patris in
legitimatione nominati. ¶ Et an per legitiman-
tem poſſit apponi clauſula, quod legitimatus ad
talem probationem non teneatur.¶ Vulgo quæſi-
tus an poſſit legitimari per ſubſequens matrimo-
nium,ita vt ſuccedat etiam in bonis fideicommiſ-
ſo ſubiectis. ¶ Illegitimus an ſit comprehenſus in
ſubſidio cōceſſo ſcholaribus pauperibus per vni-
uerſitatem nobilem, aut eccleſiam. ¶ Filiatio, &
agnatio an probetur,non verificato,quod ſit legi-
tima. ¶ Ratio naturalium an habeatur ſolum quo
ad reuerentiam parentum,vel etiam quo ad com-
modum, & honorem filiorum. ¶ Statutum exi-
mens filium à gabella an intelligatur de naturali,
& vulgo concepto. ¶ Conſtitutio compellens ad
compromittendum, & ad retractum an compre-
hendat legitimatos.¶ Qualitas & conditio matris
publicè pluribus proſtitutæ an ſit exprimenda, vt
valeat legitimatio.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus & naturalis in concurſu præfertur legiti-*
mato per archiuium.

2 *Legitimatus cenſetur ablutus per legitimationem à*
macula illegitimatis.

3 *Legitimatio per archiuium eſt multū ficta,& debilis.*

4 *Legitimatio ſola non ſufficit in præiudicium tertij,niſi*
etiam probetur,quod legitimatus ſit filius patris in
legitimatione nominati, neque per legitimantem
poteſt apponi clauſula, quod legitimatus ad talem
*probationem non teneatur,n.*6.

5 *Pro eſſentia legitimationis requiritur, vt legitiman-*
dus ſit naturaliter natus ex eo,cuius ſe filium aſſe-
rit,cum ars imitetur naturam.

7 *Fides baptiſmi licet probet ætatem,& baptiſmum,ta-*
men facit etiam præſumptionem quo ad ea,quæ ibi
ſunt deſcripta circa filiationem ignoti patris.

8 *Obſeruantia ſtandum eſt circa fidem,quæ datur libris*
quo ad qualitatem filiationis.

9 *Vulgo quæſitus an poſſit agnoſci tanquam filius à pa-*
tre, & legitimari per ſubſequens matrimonium,
tam in præiudicium ipſius, quam venientium ex
*fideicommiſſo,n.*29. 30.31. *&* 32.

10 *Tractatus, & educatio, & legitimatio alicuius tan-*
quam filij præiudicat tractanti,educanti,& legiti-
manti,non alteri,qui non conſenſit iſtis actibus.

11 *Res inter alios acta aliis non nocet.*

12 *Illegitimus non cenſetur comprehenſus in ſubſidio*
conceſſò per vniuerſitatem nobilem ſcholaribus
pauperibus, num. 14.

13 *Eccleſia tanquam nobilis, & pudicitiæ ſpeculum non*
videtur de filiis abuſiuis cogitaſſe in conceſſione
emphyteuſis,& ſimilis rei.

15 *Filius debet probare non ſolum qualitatem filiatio-*
nis, ſed etiam legitimam filiationem. Idem in
agnato,num. 19.

16 *Statutum eximens filium à gabella non intelligitur de*
naturali,& vulgo quæſito.

17 *Ratio filiorum naturalium habetur circa reueren-*
tiam parentum,ſecus quo ad commodum,& hono-
rem dictorum filiorum.

18 *Appellatione filiorum veniunt illi, quos iuſtæ nuptiæ*
demonſtrant.

20 *Habent*

Habens qualitatem requiſitam à ſtatuto præfertur illam non habenti, & num. 21.
22 *Verba vniuerſalia includunt omnem modum, & caſum, qui alias non comprehenderetur.*
23 *Legitimatus non venit in ſtatuto ſimpliciter loquente de filio.*
24 *Obtinens ius aureorum annullorum à Principe, & imaginem tantum, non habet ſtatum ingenuitatis.*
25 *Statutum compellens ad compromittendum, & ad retractum intelligitur de legitimis, & naturalibus, non de legitimatis. Fallit in legitimatis per ſubſequens matrimonium, n. 27.*
28 *Legitimatio non valet ſi non fuerit legitimanti expreſſa qualitas, & conditio matris publicè pluribus proſtituta.*

CAPVT DCCXLIV.

IN capitulis exhibitis diſponitur, quod in concurſu plurium idoneorum agentium ad ſtipendium, de quo eſt quæſtio, illi qui fuerint iudicati ſufficientes debeant poni in buſſula, & ex eis trahantur quatuor iuxta diſtinctionem incumbentium diſciplinæ legali, ſeu medicinæ, prout latius
1 in eiſdem capitulis continetur, † ex quibus verbis colligitur, quod concurſus debet dari inter plures idoneos, ita vt concurrente legitimo, & naturali cum legitimato ex reſcripto archiuij iudicandus ſit idoneus legitimus, & naturalis excluſo eodem
2 legitimato, † qui licet per legitimationem cenſeatur ablutus à maculis illegitimitatis: Lup. *de illegit. comment. 3. §. 4. num. 22. fol. 229. in l. ſed ſi hac, §. patronum, num. 6. ff. de in ius vocand.* Socin. *in rubr. de liber. & poſth. verſ. primum quidem, & in gallus,*
3 *§. ſi eius, col. 4. eod. lib.* † Tamen ſumus in legitimatione archiuij, quæ eſt multum ſicca, & debilis, & tenuis, ita vt non poſſit eſſe debilior, vt notat Beroald. *conſ. 176. n. 33. in fin. lib. 2.*

Et quamvis eadem legitimatio eſſet ampliſſima. Nihilominus ſola illius exhibitio non ſufficit, cum in præiudicium tertij vltra inſtrumentum legiti-
4 mationis, † debeat probari, quod talis legitimatus ſit filius patris in legitimatione nominati: Pariſ. *conſ. 10. num. 21. lib. 2.* poſt Signorol. *conſil. 183. & 221* Iaſ. *conſil. 102. verſ. quarto, lib. 4.* Ruland. *conſil. 89. n. 39. lib. 1. & conſil. 49. num. 23. lib. 4.* Menoch. *conſ. 181. num. 1. lib. 2. & conſil. 519. num. 30. lib. 6. & conſ. 581. n. 4. eod. lib.* Anchar. *q. 25. num. 3. lib. 3.* Alciat. *in rubr. de liber. & poſthum. nu. 36.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 10. n. 32.*

Quorum ratio eſt, quia pro eſſentia legitimationis requiritur, quod legitimandus ſit naturaliter na-
5 tus ex eo, † cuius ſe filium aſſerit, cum alioquin non valeat legitimatio, tanquam ars imitetur naturam, *§. minorem, inſtit. de actionibus.* Ideo per actum legitimationis fieri non poteſt, vt filius ſit ille, qui per naturam non eſt: Bald. *conſil. 81. lib. 1.* Crat. *conſil. 158. lib. 2.* Roland. *49. num. 23. lib. 4.* Bero. *q. 60. num. 1.* latè Rebuff. *de illegitim. & naturalibus reſtitut. comment. 3. §. 2. num. 39. vſque ad 41. fol. 202.* Peregr. *con-*
6 *ſil. 65. num. 3. lib. 4.* † vbi amplius tenet, quod neque poſſet in legitimatione apponi clauſula, vt legitimatus non teneatur facere hanc probationem filiationis, cum hoc non pendeat à facultate legitimantis, qui dictam probationem non poteſt tollere: Idem Peregrin. *de fideicom. art. 23. numero 38. fol. 214.*

Et magis iſta probatio requiritur in caſu noſtro, quia præſupponitur in facto talem legitimatum fuiſſe vulgo quæſitum, & natum ex matre exiſtente in lupanari, & loco meretricibus deſtinato, vt ex fine
7 baptiſmatis exhibita, † quæ licet probet ætatem, & baptiſmum, tamen facit etiam præſumptionem, quod ad ea, quæ ſunt ibi deſcripta circa filiationem ignoti patris & matris nominatæ: Caualcan. *deciſ. 12. num. 23. in fin. p. 2. & deciſ. 10. numero 48. ad*
8 *med. p. 3.* † Stante præſertim obſeruantia, quæ præſupponitur in ciuitate Viterbij, ſecundum quam creditur huiuſmodi libris circa dictam qualitatem filiationis pro obtinendis ordinibus, & dignitatibus, cui obſeruantiæ ſtandum eſt: Aym. *de antiq. tempor. p. 1. §. vidimus, numero 1. poſt med. fol. 114.* Feder. *conſ. 119. nulli dubium, ad fin.* Imol. *conſ. 110. in fine.*

Nec facit, quod etiam vulgo quæſitus poſſit agnoſci
9 tanquam filius à patre, † & tractari velut filius, ex quo tractatu, & educatione, & legitimatione dicitur acquiſita quaſi poſſeſſio filiationis. Quia omiſſa diſputatione huiuſmodi quæſtionis, de qua latè diſſerui *ſupr. cap. 653. num. 1. cum ſeq.* Reſpondetur, quod iſta habent locum contra patrem & matrem, ita tractantes, & alios, qui huiuſmodi tra-
10 ctatui conſenſerunt, non autem contra tertium, † qui talis actibus non conſenſit. Natt. *conſ. 473. nu. 24. in princ. verſic. in contrarium videtur veritas, & ibid. in fine. verb. ad contraria dici poteſt.* Iaſ. *conſil. 106. column. 1. poſt medium, verſ. ſecundo & adhuc notabilis, lib. 1.* Rebuff. *de nomination. q. 1. nu. 4.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 16. n. 3.* Menoch. *præſum. 51 num. 23. lib. 6.* Alex. *conſil. 81. nu. 7. & 8. lib. 7.* Pariſ. *conſ. 10. numero 97. lib. 2.* Burſat. *conſ. 89. num. 9. lib. 1.*
11 † Cum enim ſit res inter alios acta non debet alteri nocere, *l. circa, Cod. locat. leg. ſi petitor. de iudic.* Gloſſ. *in l. 1. in verb. conſtitutam, Cod. res inter alios acta.*

Excluſa igitur legitimatione ſumus in puris terminis filij illegitimi, qui non cenſetur comprehenſus in ſtipendio, de quo agimus; nam illud fuit ordinatum ab vniuerſitate nobiliſſima, cum interuentu Epiſcopi, & Vicelegati, præuia facultate conceſſa per ſacram Conſultam, ita vt ſtante di-
12 gnitate, & nobilitate talium perſonarum, non ſit cenſendum voluiſſe tales illegitimos vocare ad huiuſmodi ſubſidium, tanquam repugnet nobilitati, & dignitati concedentium de eis cogitaſſe, prout in ſimilibus caſibus concludunt Doctores *in l. ex facto, 17. §. ſi quis rogatus.* vbi Imol. *column. 4. in princip. verſ. ſecundo fallit.* Rip. *nume. 63. & 64. ff. ad Trebellian.* Alexand. *conſ. 94. n. 4. lib. 1. & conſ. 25. num. 4. eod. lib.* Dec. *conſ. 283. viſo puncto & diligenter, col. 7. in princ. ver. ſecundo communis opinio, nu. 10.* latè Peregr. *de fideicom. art. 23. n. 42. fol. 215.* Roland. *conſ. 67. col. 1. & 2. lib. 3.*

Exemplo Eccleſiæ, quæ tanquam nobilis, & pudici-
13 tiæ ſpeculum non videtur † de filiis abuſiuis cogitaſſe: Bald. *in cap. quæ in eccleſiarum, num. 42. de conſtitut. & in l. generaliter, §. cum autem, nume. 2.* & ibi Iaſ. *nume. 9. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Alexand. *conſil. 94. nu. 5. lib. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 10. n. 4.* Gabr. *conſil. 84. num. 28.*
14 *vſque ad 56. lib. 2.* † Et hanc æquiparationem nobilium, & Eccleſiæ facit Rip. *in dict. leg. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 63. & 64. ff. ad Trebellian.* Alexand. *conſil. 60. col. 2.*

Accedat, quod ſtatutum defert huiuſmodi ſtipendium Viterbienſibus natiuis, & ex patre natiuo, vnde videtur ſolum intellexiſſe de filiis natis ex
15 patre legitimo, † ita vt non ſufficiat filio

probare qualitatem filiationis, niſi etiam probe-
tur legitima filiatio, cum in ſtatutis propria ſigni-
ficatio attendatur, quæ eſt, vt filius dicatur ille, qui
ex viro, & vxore naſcitur, nam quando lex vel ſta-
tutum poteſt operari iuxta proprietatem verbo-
rum non debet trahi ad improprium, provt in
ſpecie per prædictas, & ſimiles rationes conclu-
dit Bart. conſ. 229. cauetur ſtatuto, num. 1. vſque ad 4.
16 lib. 1. † vbi de ſtatuto eximente filium à gabella,
quod non intelligetur de naturali, & vulgo con-
cepto: Imol. in clem. 1. num. 11. ad fi. verſ. item non ob-
ſtat. de baptiſm. vbi quod circa reuerentiam paren-
17 tum habetur ratio naturalium tantum, † non au-
tem quo ad commodum, & honorem filiorum:
Alex. conſ. 2. nu. 2. ad med. verſ. ſexto quia, lib. 1. vbi
18 quod appellatione filiorum † veniunt illi, quos
iuſtæ nuptiæ demonſtrant, §. legitimi, auth. quibus
mod. natur. efficiant. ſui, l. filium, ff. de his qui ſunt ſui
vel alien. iur. Rebuff. in leg. filij appellatione, 84. in
princ. ver. non procedit, ff. de verbo. ſignif. Butr. in c.
peruenit. col. 2. ver. aut filius agit. & ibi Cardin. in
Præpoſit. n. 3. qui fil. ſint. legit. Natt. conſ. 421. num. 2.
Dec. conſ. 471. n. 2. Soc. conſ. 39. num. 1. Io. Andr. in l.
19 infamibus, 87. de regul. iur. in 6. † Provt dicimus de
agnatis, qui non ſolum debent probare agnatio-
nem, ſed etiam legitimam agnationem: Dec. in l. ſi
emancipati, num. 3. in fin. C. de collat. Ceph. conſil. 82.
n. 10. lib. 1. Roland. conſi. 32. n. 18. & 19. lib. 3. & conſi. 3.
n. 40. vſque ad 48. lib. 1. Oddo conſi. 83. n. 9.

Ex quibus patet, quod ceſſat concurſus, ideo non eſt
quærendum quis præferatur, & quatenus etiam de
20 hoc dubitaretur, † tamen dabitur prælario legiti-
mo, & naturali tanquam pauperi, & habenti talem
qualitatem requiſitam à ſtatuto, quæ non exiſtit
in ſpurio, qui eſt diues, cum habeat patrem diui-
tem: Gloſ. in l. cum filios, Cod. de his qui ætat. vel pro-
feſſ. ſe excuſ. lib. 10. Alex. in auth. præterea, n. 11. & ibi
Salic. q. 11. Cod. de vnd. vir. & vxor. Cuman. in leg. in
ſuis, ff. de liber. & poſthum. & conſil. 141. Socin. con-
21 ſil. 30. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 1. q. 23. n. 12. & 13. † Ita
vt non probata iſta qualitate paupertatis ſemper
excludatur ſpurius à ſtipendio per ſtatutum pau-
peri conceſſo: Bart. in l. 1. §. quod autem ait prætor,
ff. ne quid in flum. publ. Nat. conſ. 474. num. 31. Bero.
conſ. 29. lib. 2. Aym. in conſil. pro gener. num. 25. & 31.
Surd. conſ. 45. n. 14. lib. 1.

Maximè, quia ſtatutum prohibet, quod nullus diues
bonorum patrimonialium, ſeu fructuum benefi-
ciorum, ſeu alio quouis modo poſſit recipi ad hu-
juſmodi ſtipendium, ſed ſolum ille, qui propter
paupertatem non poteſt complere curſum ſtudio-
22 rum, † quæ verba tanquam vniuerſalia includunt
omnem modum ex quo poſſit quis dici diues,
comprehendendo etiam omnes caſus, qui alias
non comprehenderentur: Natt. conſ. 524. nu. 7. poſt
Bart. in l. ventre, nu. 11. vbi Aret. col. 11. verſ. dicamus
ergo, ff. de acquir. hæred. Ruin. conſ. 89. n. 8. lib. 2. Iaſ.
in l. ſi ita quis, §. ſi ea lege. numer. 47. ff. de verb. oblig.
Surd. conſ. 103. n. 8. & 9. lib. 1.

Et hæc ſufficiant omiſſa diſputatione an legitimatus
comprehendatur ſub ſtatuto ſimpliciter loquente
23 de filio, † quod negauit. Bald. conſ. 102. eſt conſide-
randum ante fin. lib. 1. Tiraq. le mort ſaiſit, declarat.
6. num. 1. in fin. iuxta l. 1. C. ad leg. viſcel. vbi dicitur
24 eum, qui ius aureorum † annulorum obtinuit
à Principe, & imaginem tantum, non etiam ſta-
tum ingenuitatis obtinere. ¶ Provt etiam ſtatu-
tum compellens conſanguineos ad compromit-
tendum intelligitur de legitimis, & naturalibus,
25 † non autem de legitimatis Caſtr. conſ. 178. ſuper eo
quod quæritur, col. 2. ver. item confirmantur prædi-
cta, lib. 1. Tiraq. de declar. 6. n. 4. vbi etiam de bene-
ficio dato à ſtatuto conſanguineis retrahendi rem
26 extra familiam venditam, † quod non competit
legitimatis: Idem Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ.
8. n. 10. vſque ad num. 13. Dec. conſ. 274. in cauſa quæ
lucæ agitatur, in 3. dub. num. 4. in fin. Quidquid aliud
ſit in legitimatis per ſubſequens matrimonium,
qui comprehenduntur in ſtatuto loquente de le-
27 gitimè natis, & cogente agnatos ad compromit-
tendum, & ad retractum, & ad feudum, & emphy-
teuſim Eccleſiaſticam & ad fideicommiſſum, & ad
maioratum, & ad alia, de quibus latè Lup. de illegi-
tim. & de nata lib. reſtitut. comment. 4. §. 3. n. 1. vſque
ad 24. fol. 263. Sed vt dictum eſt horum deciſio non
eſt quærenda, cum appareat de clara excluſione
talis vulgo quæſiti ex rationibus ſupra allegatis.

Quibus additur, quod legitimatio, de qua agimus eſt
omnino inualida, cum non fuerit expoſita legiti-
28 mati conditio, † & qualitas matris publicè plu-
rib. proſtitutæ, provt requirebatur talis expreſſio,
ad hoc, vt huiuſmodi legitimatio valeret, quaſi
tunc legitimans difficilius legitimaſſet, ita in ſpe-
cie concludit Ruin. conſ. 103. nu. 16. col. vlt. ad med.
ver. iſtud tamen non obſtat, quia concedo. lib. 3. Maxi-
29 mè, quia etiam multi tenent, † quod vulgo con-
cepti, neque poſſint legitimari ex ſubſequenti ma-
trimonio tanquam pater ſit incertus ventre aliter
non cuſtodito, iuxta l. vulgo concepti, ff. de ſtat. ho-
min. l. cum legitimæ, ff. eod. tit. l. 3. C. ſolut. matrimon.
[Adde ſupr. ad c. 653. n. 1. cum ſeq.] Ruſtic. ad l. cum
auus, lib. 2. cap. 16. nu. 106. vſque ad 111. ff. de cond. &
demonſtr. vbi multos adducit, qui tenent tales vul-
go conceptos non poſſe legitimari per ſubſequẽs
matrimonium, ampliando procedere tam de iure
30 ciuili, † quam canonico: Duen. regul. 350. in 4. fal-
lent. fol. 274. Gulielm. Mainer. in l. quoties idem ſer-
mo, num. 16. ff. de reg. iur. Trentacinq. de ſubſtitut. p.
4. cap. 7. num. 47. in princ. Ceph. conſ. 48. n. 22. lib. 1.
Couar. de ſponſalib. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 9. ad med. fol.
232. Alciat. conſ. 2 num. 11 lib. 2. Ludou. de Sard. de
naturalibus, liber. cap. de legitim. per ver. matrim. q.
7. num. 21. Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. p. 1. n.
62. poſt med. verſ. quod verum intelligerem, tom. 8. p. 1
fol. 342. Iaſ. conſ. 234 in fin. lib. 2. Quamvis hæc opi-
nio non ſit tuta, cum verior ſit contraria affirma-
31 tiua, † vt latè dixi ſupra cap. 653. numero 1 cum ſeq.
quidquid ſupradicti Doctores concludant. Maxi-
mè, quia intelliguntur quo ad bona fideicommiſ-
ſi, & in præiudicium ſubſtituti, non autem quo ad
bona ipſius recognoſcentis talem vulgo quæſitum
pro ſuo filio: Alber. in l. generaliter, §. cum autem,
num. 5. C. de inſtit. & ſubſt. Alciat. in rubr. ff. de liber.
& poſth. num. 46. verſ. ſanè quod ſupra dixi, & in l.
gallus. §. ſi eius, n. 39. verſ. vltimo ponis, ff. de liber. &
poſth. Trentacinq. de ſubſt. par. 4. c. 7. numero 47. ad
32 med. fol. 149. † Cum præſertim multi, qui allegan-
tur per Ruſtic. in d. l. cum auus, cap. 16. num. 106. non
firment ſimpliciter, quod vulgo quæſiti non poſ-
ſint legitimari per ſubſequens matrimonium, ſed
addant, niſi agnoſcantur à patre, quaſi tunc per ta-
lem agnitionem legitimentur, provt dicit Bero.
conſ. 80. num. 25. lib. 2. Ruin. conſil. 103. num. 16. lib. 3.
Bald. in l. eam quam. num. 24. Cod. de fideicom. & in
l. ſi qua illuſtris, nu. 3. Cod. ad Senatuſconſ. orphician.
Cardin. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. num.
10. & 11. & cum iſta qualitate agnitionis loquun-
tur alij de quibus ſupra c. 565.

EPI-

EPITOME.

Executio trium conformium quando impediatur, & poſſit implorari officium Iudicis propter notoriam iniuſtitiam, & nullitatem. ¶ Præueniens in ædificando quo caſu præferatur vicino habenti ius retractus. ¶ Et quid ſi adſit ius potentius, & maior portio, & ornatus, vel dominium, cum ſimilibus. ¶ Præoccupatio effectualis in demoliendo an ſufficiat, ita vt cæptum habeatur pro completo. ¶ Incipiens laborare in flumine pro aqua ducenda an præferatur ei, qui poſtea incepit, licet prius perfecerit opus aquæ ducendæ. ¶ Dominus qoando ſit præferendus in ædificio rei ſuæ vicino volenti retrahere. ¶ Et quid ſi ædificium fiat ad æmulationem. ¶ Et qualiter illa probetur. ¶ Caſus mixtus quando veniat in bulla retractus. ¶ Et ao illa ſit fauorabilis. ¶ Et an habeat locum in habente partem domus, ſeu ſeruitutem. ¶ Et in vineis. ¶ Et quæ requirantur. ¶ Et an omnes qualitates ſint probandæ. ¶ Vſufructuarius an poſſit locare rem, in qua habet vſumfructum. ¶ Dominus an cogatur partem domus vendere vicioo retraheoti. ¶ Diuiſio ratione commodioris culturæ an faciat fundos diuerſos. ¶ Et quando poſſit retrahi vna res ſine alia. ¶ Bona conceſſa in emphyteuſim cum pacto affrancandi an iudicentur pro pura venditione, ita vt priuatus emphyteuſi cadat etiam à dicto pacto, tam ſi fuerit pactum incontinenti, quam ex interuallo. ¶ Et quando illegitimi ſiot capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ conceſſæ cum eodem pacto affrancandi. ¶ Et an illud tranſeat ad ſucceſſores, & præſcribatur. ¶ Ideotitas an ſit præſumenda ſi probetur qualitas, quæ concordet. ¶ In concurſu plurium an ius coogrui competat præoccupanti, vel potius coniuncto à maiori parte. ¶ Fundus quando deſinat eſſe dotalis propter æſtimationem. ¶ Et quo caſu poſſit retrahi vigore Bullæ Gregorianæ. ¶ Bona emphytheotica data in dotem præuia æſtimatione quando poſſint alienari abſque conſenſu domini.

SVMMARIVM.

1 *Notoria iniuſtitia impedit executionem trium conformium, num. 2.*

3 *Sententiæ tres conformes non mandantur executioni, ſi fuit iudicatum contra notorium ius partis.*

4 *Iniuſtitia euidens facit, vt detur reuiſio ſententiarum à quibus per ſtatutum prohibetur appellari.*

5 *Officium Iudicis ſemper poteſt implorari ad impediendam executionem trium conformium propter notoriam iniuſtitiam.*

6 *Sententiæ, & inſtrumenta æquiparantur ad effectum impediendi executionem, quando adeſt euidens iniuſtitia.*

7 *Præueniens in ædificando præfertur vicino volenti retrahere, & multa de præoccupatione remiſſiuè, nu. 8. 13. & 14.*

9 *Ius retractus eſt indiuiduum tanquam continens rem tradi, & acquiritur vnicuique inſolidum, & eſt locus præoccupationi, n. 10. & 11.*

12 *Præuentio conſiſtens in facto præfertur præuentioni verbali.*

15 *Habens ius potentius, & maiorem portionem præfertur in retractu etiam quod non adſit præuentio, numero 16. 17. & 18.*

19 *Ratio maioris ornatus non attenditur in materia Bullæ Gregorianæ, cum ſufficiat æqualis, vel minor iuxta ſitum volentis ædificare, n. 27.*

20 *Plures ſententiæ cum longæuo vſu cauſarum inducunt conſuetudinem etiam quo ad deciſoria, n. 24.*

21 *Obſeruantia, per quam reducitur ad ius commune, eſt magis ſeruanda.*

22 *Stylus curiæ eſt attendendus, & habetur pro lege, & forma, num. 23. & 25.*

26 *Dominus præfertur in ædificio vicino petenti retractum pro ædificando ad ornatum Vrbis. Declar. vt, numero 35.*

28 *Præoccupatio effectualis in demoliendo ſufficit, ita vt cæptum habeatur pro completo.*

29 *Incipiens laborare in flumine pro aqua ducenda præfertur poſtea incipienti, quamvis prius perfecerit opus aquæ ducendæ.*

30 *Obedientia eſt præſtanda ei, qui præoccupauit ſcribendo litteras.*

31 *Cauſa finalis Bullæ Gregorianæ eſt ornatus Vrbis, & commoditas, & indigentia priuatorum, n. 32.*

33 *Iudex debet prohibere ædificantem in re propria ad æmulationem alterius, qui tunc præfertur in retractu, 34. & 36.*

37 *Æmulatio in ædificando probatur ex coniecturis, ſi apparet de nulla aut modica vtilitate, aut neceſſitate ædificantis, & num. 38.*

39 *Animus æmulandi præſumitur, quando eſt plus in impenſa, quam in fructu.*

40 *Bulla iuris congrui fauet vicino pro conſequenda domo contigua neceſſaria ædificio futuro. Amplia vt numero 41.*

42 *Caſus mixtus non comprehenditur in bulla retractus. Fallit vbi militat eadem ratio, etiam in odioſis, & pœnalibus, num. 43. & 44.*

45 *Bulla iuris congrui eſt fauorabilis, num. 46.*

47 *Habens partem domus non prohibetur à beneficio retractus.*

48 *Prædij nomine pars continetur.*

49 *Habens ſeruitutem in aliqua re non excluditur à retractu.*

50 *Vtilitas rei non eſt tanta in parte reſpectu ipſius partis, quanta in toto reſpectu totius.*

51 *Iuri congrui poteſt etiam tacitè renunciari.*

52 *Renunciatio non trahitur ad ius futurum.*

53 *Promittens de euictione non prohibetur recuperare rem venditam ratione iuris, quod ſuperuenit poſt venditionem.*

54 *Renunciatio in dubio non præſumitur.*

55 *Retractus non habet locum in vineis, niſi probetur locatio.*

56 *Qualitates omnes ſunt copulatiuè probandæ per eum, qui ſe fundat in ſtatutis, quamvis etiam eſſent à iure præſumptæ, num. 57.*

58 *Vſufructuarius prohibetur mutare ſubſtantiam rei, & illius formam, & eius vſum, ſi hoc modo eſt futura deterior conditio proprietarij, n. 59.*

60 *Vſufructuarius an poſſit locare rem, in qua habet vſumfructum, n. 61. & 62.*

63 *Prohibitus alienare non poteſt facere actum, per quem ſequatur alienatio.*

64 *Vinea diuiſa occaſione viæ per Principem directæ an poſſit in parte retrahi.*

65 *Dominus non poteſt cogi, vt partem tantummodo vendat vicino habenti ius retractus. Intellige vt num. 66. & 67.*

68 *Diuiſio gratia vberioris, & commodioris culturæ non facit diuerſos fundos, ſed pro vno reputabitur, & non datur retractus vnius ſine alio, qui neque daretur, quando eſſent venditæ plures res vicinæ vnico pretio, quæ eſſent in feudo eiuſdem domini, ſecus in diuiſis feudis.*

69 *Dominus directus præfertur in venditione domus emphyteoticæ.*

70 *Bona conceſſa in emphyteuſim cum pacto affrancandi habentur ac ſi eſſent libera, & transfuſa in meram venditionem, nullo remanente dominio penes concedentem, num.* 74. *&* 76.

71 *Veritas contractus venditionis eſt conſideranda, quamvis partes illum appellent, n.* 79.

72 *Emphyteuta priuatus emphyteuſi, non tamen cadit à pacto affrancandi, num.* 73.

75 *Ius prælationis ceſſat ſi non conſtat de dominio.*

77 *Illegitimi quamvis ſint incapaces emphyteuſis eccleſiaſtica, tamen ſtante pacto affrancandi in ea poſito redduntur habiles, tanquam tale pactum faciat puram venditionem, num.* 84.

78 *Statuta loquentia de venditione habent locum in contractibus cum pacto affrancandi.*

80 *Obſeruantia non attenditur, quando ſumus in diſpoſitione clara.*

81 *Pactum affrancandi tranſit ad hæredes, & ſucceſſores etiam extraneos.*

82 *Præſcriptio non datur, ſi ius affrancandi proponitur per viam exceptionis, ſecus ſi per viam actionis.*

83 *Facultati non præſcribitur.*

85 *Actus à principio validus non irritatur ex cauſa ſuperueniente.*

86 *Identitas præſumitur, ſi probetur qualitas quæ concordet.*

87 *In concurſu plurium an ius congrui competat ei, qui eſt à maiori parte coniunctus, vel potius præoccupanti, & num.* 88.

89 *Fundus non deſinit eſſe dotalis, quamvis æſtimetur ad effectum ſciendi quantitatem dotis.*

90 *Maritus non poteſt alienare fundum dotalem æſtimatum, vt poſſit ſciri quantitas dotis, & quid ſi mulier conſenſerit, num.* 91. 92. *&* 93.

94 *Retractus non datur, ſi non eſt facta æſtimatio rei dotalis, ob quam maritus teneatur ad pretium rei æſtimatæ.*

95 *Bona emphyteotica data in dotem præuia æſtimatione, quæ faciat emptionem an poſſint alienari abſque conſenſu domini.*

96 *Conuentio quod bona remaneant pro fundo dotali impedit tranſlationem dominij in maritum, quamvis ſubſequatur æſtimatio, quæ dicatur facta ad alium finem, & ſufficit vt colligatur tacitè, quod dans talia bona voluerit illa eſſe pro fundo dotali, n.* 97.

CAPVT DCCXLV.

De duabus ſententiis conformibus dixi non cōſtare in cauſa Romana iuris congrui, neque eſſe locum ſtatuto Vrbis, ideo potius concludendum, quod omnino illæ ſint reuocandæ, non autem exe-
1 quendæ provt petitur. † Cum enim ſint notoriè iniuſtæ, impeditur non ſolùm tranſitus in iudicatum, & quæcumque executio trium conformium, ſed etiam ſine aliqua appellatione datur reuocatio talium ſententiarum, & parti perpetuum ſilentium imponitur: Gabr. *conſ.* 28. *n.* 4. *&* 7. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 324. *nu.* 5. *ad fin. lib.* 3. Et paria ſunt, quod ſententiæ
2 ſint nullæ, † vel notoriè iniuſtæ ad effectum, vt nō dicantur conformes, neque mereantur executionem Cardin. Seraph. *deciſ.* 988. *n.* 5. & ſufficit indi-
3 catum fuiſſe contra notorium ius partis † ad hoc, vt non ſit locus tribus conformibus, vel duabus vigore ſtatuti, ſiue talis notorietas ſit expreſſa in ſentētia, ſiue ſit relata generaliter, aut ſpecialiter, vel indiſtinctè: Surd. *conſ.* 324. *n.* 4. *vſque ad* 8. *lib.* 3. poſt Aſin. *in prax.* §. 31. *c.* 2. *limit.* 6. Aym. *conſ.* 373. *n.*
4 41. † Et paſſim ſtante euidenti iniuſtitia datur reuiſio ſententiarum, à quibus prohibetur appellatio per ſtatutum: Contard. *in l. vnic. limit.* 9. *num.* 4. *&* 11. vbi etiam, quod nunquam excluditur offi-
5 cium iudicis, quod ſemper poteſt implorari ad impediendam executionem trium conformium propter euidentem iniuſtitiam, Claud. Seiſſell. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *nu.* 9. *ff. de verb. obligat.* vbi quod eſt ſingulare iuxta tradita per Ang. *in l. fin. ff.*
6 *de petit. hæred.* qui licet † loquatur in terminis executionis inſtrumenti guarantigiati, tamen militat eadem ratio, cum ſententiæ, & inſtrumenta ad hunc effectum æquiparentur: Bart. *in leg. cum vnus, in fin. princip. ff. de bon. auctor. iudic. poſſidend.* & notat in propoſito Contard. *in l. vnic. limit.* 9. *num.* 12. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* Et multa de non exequendis iſtis ſententiis conformibus iniuſtis, & quod in eis non habet locum ſtatutum Vrbis adduxi *ſupra cap.* 691.

Iniuſtitia autem eſt notoria, & clara, quia conſtat, quod Octauianus præuenit, & præoccupauit demoliendo domum antiquam, & nouam inchoan-
7 do ad maiorem Vrbis ornatum, † vnde ſtante hujuſmodi præuentione, ipſi erat præferendus in ædificio cepto de ſua domo, non autem aduerſarius cui nulla prælatio competebat vigore prætenſæ vicinitatis, ſed omnino erat excluſus ob talem præoccupationem: Caſtrenſ. *conſil.* 221. *in hoc paſſu, ante fin. verſ. ſimiliter non obſtat, lib.* 1. Alex. *conſ.* 27 *num.* 9. & ibi Natt. *in addit. in verb. dictæ occupationi*, Rom. *conſ.* 47. *lib.* 1. quem refert Dec. *in l. quoties vtriuſque*, 98. *nu.* 2. *verſ. & ad iſtam, ff. de regul. iur.* Mar. Mut. *ſuper conſuetud. Panormit. cap.* 27. *nu.* 28. *in fin.* Caſſan. *ſuper conſuetudin. Burgund. rubr.* 10. §. 1. *n.* 5. *in fin. fol.* 1317. Igneus *in repet. l. dudum, column.* 28. *verſicul. adde tamen vnum, C. de contrah. empt.* Cæteros conſultò omitto, quia eſt concluſio paſ-
8 ſim ab omnibus approbata, † & faciunt multa ſimilia circa hujuſmodi præoccupationes, de quibus per Roman. *conſ.* 47. & ibi Mandoſ. *in addit.* Tiraq. *de primogenit. quæſt.* 17. *in* 12. *opin. col.* 2. *poſt med. num.* 5. *&* 6.

Quorum ratio eſt, quia huiuſmodi ius retractus eſt
9 indiuiduum, † tanquam continens rem tradi, *leg. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. cui vſusfructus, ff. de vſufruct. legat.* latè Tiraquell. *de retract. lignagier.* §. 23. *gl.* 1. *nume.* 16. *& de retract.*
10 *conuention. gloſſ.* 6. *num.* 36. † Vnde acquiritur cuique inſolidum, *l.* 2. *Digeſt. de verb. oblig.* Et per con-
11 ſequens eſt locus præoccupationi, † *l. ſi pluribus, in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 2. *D. de duob. reis, l. ſi rem,* §. *ſi duo, ff. de donation.*

Quæ magis procedunt in caſu noſtro, quia ſumus in præuentione conſiſtente in facto, propter demolitionem domus antiquæ, & ædificium nouiter
12 ceptum, † quæ præuentio præualet præoccupationi verbali, *l. ſi tamen*, 48. §. *ei qui ſeruum, ff. de edil. edict. c. dilecti. de appellat.* Bal. *in l. non ignorat, col.* 1. *C. qui accuſ. non poſſ.* Iaſ. *conſil.* 102. *col.* 1. *libro* 4. Dec. *in l. non vult heres, num. D. de regul. iur.* Cum
13 tamen † in materia retractus ſemper præferatur, qui verbaliter præoccupauit. Alexand. *conſil.* 27. *num. nono libro* 6. cum aliis ſuprà allegatis *num.* 7.

Inſuper magis clara, & euidens eſt iniuſtitia, quia non ſolum in æquali iure admittitur præuentio
14 † iuxta ſuperius adducta: Bar. *in l. quominus, q.* 5. *in princ. D. de fluminibus*, Bal. *in l.* 1. *quæſt.* 43. *D. de rer. diuiſ. per tex. in l. ſi cum emptore, ff. de pact.* Sed etiā quia Octauianus habet maiora, & efficaciora

iura, quam aduerſarius propter dominium domus
quam de nouo ædificat, quo caſu in concurſu
duorum prætendentium circa idem ius, etiam
15 quod non adeſſet præuentio, † ſemper præferen-
dus eſt, qui habet ius potentius, & efficacius, l. con-
tra pupillum, §. qui & mains, ff. de re iudic. cap. ſi duo-
bus ff. de appellat. l. libertas, §. cum ſimul. ff. ad muni-
cipal. Roman. conſil. 47 num. 1 verſic. tertio hoc oſten-
16 ditur, col. 1 in fin. † Et ita in ſpecie retractus con-
cludit Dec. conſil. 619. licet in caſu propoſito nume. 7
poſt Affl. de iur. prothomiſ. in princ. leg. nu. 36 ad fin.
verſ. & hoc non eſt ſine maxima ratione, fol. 25. cum
aliis per Mut. ſuper conſuetud. Panormit. cap. 28. nu.
17 31. vſque ad 38. Rot. diuerſ. dec. 474 nu. 14. p. 1. † vbi
quod neque hoc caſu conſideraretur præuentio
alterius partis, cum illa non attendatur, niſi quan-
do iura ſunt paria: Igneus in l. dudum, n. 87. Cod. de
contrahend. emp.

Et vltra dominium domus, quod habet Octauianus,
adeſt etiam ius potentius reſultans ex maiori, &
ampliori ædificio, cum domus aduerſarij ſit mul-
tò minor, quam domus Octauiani, quæ illam ex-
cedit à parte anteriori in palmis quatuordecim
18 cum dimidio, quo caſu † debet præferri in ſimili
materia retractus, qui habet maiorem portionem,
& per conſequens ius potentius: Ancharan. conſil.
370. poſt princ. Carpan. ſuper conſuetud. Mediolan.
cap. 434. nu. 183. & cap. 417. in verb. ſucceſſerint plu-
res, num. 558. Mar. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. c.
28. n. 1. Proſper Renellus. de iur. prothomiſ. in fin. in
animaduerſ. ad c. vlt. num. 5 fol. 396.

Quamvis etiam ſufficeret, quod dominus domus ad
excludendum vicinum faceret æqualem ornatum,
19 † vel paulo minorem iuxta ſitum ſuæ domus, pro-
vt ſæpiſſimè in ſupremo iſto Tribunali fuit per
Cameram deciſum in pluribus cauſis relatis in fa-
cto, adeo vt ſtante hujuſmodi obſeruantia, non ſit
ab illa recedendum, Maximè quando adſunt plu-
res ſententiæ, quæ tunc conſuetudinem inducunt,
20 quam ſequi † debemus: l. ſi de interpretatione, 36.
& l. nam imperator. 37. ff. de legibus. Gloſſ. in l. nemo
iudex, 13. in verb. magiſtratus, ad med. C. de ſentent.
& interlocutor. omn. iudic. Cum etiam ſit fauorabi-
lis interpretatio, & conſuetudo, & obſeruantia,
21 † tanquam per eam reducamur ad ius commune
præferens dominium in re ſua, tunc enim magis
iudicandum eſt ſecundum talem obſeruantiam:
Gloſſ. in leg. ſi vnus, §. pactus, in verb. redditus, ff. de
pact. & in cap. ſtatutum, in verb. numerandum, de
prebend. in 6. Felin. in c. cum acceſſiſſent, col. 2. de con-
ſtitut. Dec. conſil. 3. nu. 5. Becc. conſil. 1. num. 21. Surd.
conſ. 182. n. 13. & conſ. 242. num. 21. lib. 2.

Et paſſim praxis, & ſtylus curiæ eſt attendendus:
22 † Dec. conſ. 11. n. 9. Socin. Iun. conſ. 93. num. 52. lib. 3.
Aym. conſ. 91. nu. 7. Ita vt non valeat, quod agitur
23 contra ſtylum, & conſuetudinem curiarum, † cum
pro lege habeatur, l. ſi quando, in fin. Cod. de inof. §.
vlt. inſtit. de ſatiſdat. Bal. l. iuriſperitos, in fi. princ. ff.
de excuſ. tut. & in l. 3. ff. de teſt. Alex. conſ. 58. n. 8. lib.
24 7. Nam conſuetudo, & ſtylus, † & longæuus vſus
cauſarum poteſt allegari tanquam ius, ſiue tendat
ad litem ornandam, ſiue decidendam: Card. in
clem. ſæpe, §. & quia, in 6. notab. de verb. ſign. Affl. de-
ciſ. 135. nu. 3. & deciſ. 253. n. 4. ad med. ver. ſexto ſtylus.
Marſil. ſing. 118. Anchar. cōſ. 13. omiſſio publicationis,
nu. 2. poſt Cyn. & Bal. in l. 1. in fin. C. quæ ſi long. con-
25 ſuetudin. † vbi etiam quod habetur pro forma, à
qua non licet recedere: Pariſ. conſ. 44. col. fin. lib. 1.

Cum etiam vltra prædicta adſint deciſiones Rotæ
coram R. P. D. Robuſterio inter impreſſas diuerſo-
rum, p. 1. deciſ. 474. num. 1. & coram R. P. D. Cocci-
26 no Romana iuris congrui, 19. Iunij 1600. † in qui-
bus concluditur, quod ſemper ſit preferendus do-
minus in ædificio, cum ei ſit permiſſum facere in
re ſua quidquid ſibi placuerit maximè quando re-
ſultat etiam ornatus Vrbis, & publica vtilitas, l. ſi
cum dotem, §. fin. ff. ſolu. matrim. Roman. conſ. 22. nu.
5. Capic. deciſ. 99. num. 1.

Neque obſtat, quod reſultet maior ornatus Vrbis, ſi
aduerſarius admittatur ad huiuſmodi retractum
propter ædificium faciendum in vtraque domo,
Quia etiam Octauianus obtulit emere domum vi-
cini, & eam incorporare cum ſua, ita vt ſtantibus
27 ſupra adductis ſit præferendus. † Quamvis neque
iſta ratio maioris ornatus ſit conſideranda cum
ſufficiat, vt dominus ædificet iuxta ſitum ſuum, &
ſuam adiacentiam, tanquam iſtæ qualitates conſi-
derentur per conſtitutionem Gregorianam in ca-
ſu ſuo, & ſic vbicumque dominus nollet ædifica-
re, aut non poſſet ad ornatum Vrbis, provt vici-
nus, in quibus terminis non verſamur, ſed in ter-
minis iuris communis, quoniam conſtitutio non
cogitauit de iſto caſu, vnde prædictæ qualitates
non debent attendi, cum ſolum attendatur an do-
minus velit, aut poſſit ornare, & parum aut minus
ædificare, iuxta adiacentiam ſui ſitus, vt in ſpecie
reſpondet Rot. diuerſ. deciſ. 474. n. 11. ad med. verſ.
non obſtat maior. par.

Stante præſertim præoccupatione effectuali in de-
28 moliendo, & nouiter incipiendo ædificare, †
quod ſufficit ad hunc effectum, ita vt ceptum ha-
beatur pro completo, l. & ſi non ſunt, §. infectis, ff. de
aur. & arg. legat. l. ſi titius, ff. de verb. oblig. leg. pluri-
bus, de prec. l. ſi plurib. ff. de legat. 1. & in propoſito
notat Bart. in l. quominus, quæſt. 5. princ. num. 10. ff. de
flumin. vbi amplius vult, quod adeo eſt melior
29 conditio eius, † qui prius occupauit, vt ſi vnus
hodie incipiat laborare in flumine, pro aqua du-
cenda, alius autem incipiat, die ſequenti, & prius
aquam ducat, quam alter qui antea inceperat, ta-
men ſemper iſte primus dicetur, præoccupaſſe, &
præferetur, quamvis opus ducendæ aquæ poſtea
perficiat, cum non attendatur iſta perfectio ope-
ris, ſed ſatis ſit laboraſſe prius proſequendo ſuum
ædificium, licèt etiam non continuè proſequatur
differendo in aliquibus diebus quærendo magi-
ſtros, & alia præparamenta, cum ſufficiat, quod in
proſequendo non ſit negligens, argumento leg. 3. §.
cum igitur, ff. de vi & vi armat. l. cum antiquitas, C.
de teſtament. Bar. in d. l. quominus, quæſt. 5. nu. 10. ff. de
flumin. quem ſequitur Tiraq. de primogen. quæſt. 17.
30 in 12 opinion. n. 5. † Provt idē eſt in ſimilibus præoc-
cupationibus, vt de obedientia præſtanda ei, qui
præoccupauit ſcribendo litteras, quæ prius apertę
ſunt, quam alterius, cum aliis de quibus per Bald.
in l. adoptionem, C. de adoptionib. Roman. conſ. 47. n.
4. Tiraq. dict. quæſt. 17. in 12. opin. num. 5 & 6. Luc. de
Peun. & Io. de Plat. in l. ciues, C. de incol. lib. 10. Et
ita ex prædictis fuit obtenta reuocatio duarum
ſententiarum, quæ prius fuerunt in huiuſmodi
cauſa latæ ad fauorem aduerſarij, & conceſſa prę-
latio Octauiano, & data ei facultas ædificandi,
provt poſtea perfectum fuit nobile ædificium ad
ornatum Vrbis, & commodam habitationem tam
ipſius ædificantis, quam aliorum.

Obſeruandum eſt etiam, quod in conſtitutione
Gregoriana Summus Pontifex conſiderauit pro
cauſa finali ornatum Vrbis cupiditatem Domi-

31 norum in vendendis domibus † propter quam
ædificia interrupta pendebant,& conſilium ædifi-
candi abiiciebatur , & commoditatem priuato-
rum, vt latius in Bulla continetur ; quibus ſtanti-
bus in alia cauſa Romanæ iuris congrui dicebam
non poſſe denegari petitum retractum ad fauo-
rem Philippi , cum omnes iſtæ qualitates fuerint
probatę tam circa ornatum,quam circa neceſſita-
tem , cum aliis de quibus in facto , ita vt non ſit
admittenda oblatio ædificandi per aduerſarium
32 oppoſita,† nam ſi admitteretur ceſſaret diſpoſitio
tam circa ornatum , qui non poteſt fieri ita am-
plus, & decorus, provt à Philippo, quam circa
commoditatem,& neceſſitatem,quæ non adeſt in
aduerſario,qui non vult ædificare,niſi ad affectum
locandi,non habitandi, cum domus ſit exigua ; &
adeo anguſta,vt non poſſit deſeruire perſonæ no-
bili. Vnde ex hoc colligitur oblationem ædifican-
di ſolum tendere in præiudicium vicini, ne poſſit
33 ſuis neceſſitatibus prouidere, † quod per Iudicem
debet interdici,tanquam non ſit admittenda talis
æmulatio,quæ paſſim prohibetur etiam in eo,qui
vult in ſuo ædificare in alterius præiudicium, abſ-
que vtilitate ædificare volentis:Bero. *conſ*.135. *nu-
mero* 3.*lib*.3.Cephal.*conſ*.150.*num*.15.*lib*.1. Honded.
qui de communi *conſil*.80.*num*.8.*lib*.1.Menoch.*de
arbitrar.caſ*.156.*num*.9. Cæpoll.*de ſeruitut. vrban.
prædior. cap*. 59. *de ſolo ſeu area. numero* 3. *verſic.*
34 *idem forte*.Duen.*reg*.33.*in verb.ædificare,fall*.7.† Et
ita in ſpecie retractus ſeruat Rot.coram Cardinal.
Lacellotto Neapolitana reſciſſionis contractus,
28. Nouembris 1601. vbi allegantur concordantes
deciſiones Romanæ iuris congrui , 15. Iunij 1576.
coram R.P.D.Robuſterio,quæ eſt *inter deciſ. Rot.
diuerſ*.475.*nu*.9.*p*.1.& Barchinonen. tronectæ co-
ram Cardin. Seraphin.& coram R.P. D. Cantuc-
cio de anno 1577.

Et cum iſta diſtinctione intelligũtur omnes deciſio-
nes , quæ in contrarium allegantur, dum volunt
35 præferri dominum in ædificando.† Quia proce-
dunt dummodo ex coniecturis non colligatur æ-
mulatio in præiudicium vicini,nam illa exiſtente,
nulla prælatio competit, vt diſtinguitur per Rot.
coram Cardin. Lacellott. in d. Neapolitana reſciſ-
ſionis contractus.Et ita etiam declaratur *in deciſ.
Rot.diuerſ*.475.*nu*.9. *par*. 1.iuxta diſpoſitionem iu-
ris mandantis impediendum eſſe dominum vo-
lentem ædificare in re propria ſtante æmulatione,
36 † vt dictum eſt:Padill.*in l.altius,num*.22.*verſ.quod
quidem,Cod.de ſeruitut.& aqua*. Alexand.*conſ*.174.
d.4.*cum ſeq.lib*.2.Caſtr.*in l.cum eo,ff.de ſeruit. vr-
ba.præd*. Iaſ. *conſ*. 98. *col*. 2.*ante med.verſ. quarto.
principaliter,lib*.1.Bertrand.*conſ*.333. *lib*.3.

Et quamvis æmulatio non præſumatur. Tamen aliud
37 eſt,quando ex circumſtantiis,† & coniecturis ap-
paret de nulla vtilitate , aut neceſſitate ædifican-
tis : Imol. *in leg.ſi in meo fundo,ff.de aqua plu.arcen*.
Alex.*conſ*.174.*num*.5 *lib*.2 *per l.dolum,C.de dolo,c*.1
de præſumpt. Aym.*conſ*. 35.*numero* 10. *& conſil*. 175
38 *num*.10.Surd.*conſ*.32 *num*.9 *lib*.1. † Provt regulari-
ter actus allaturus modicam vtilitatem præſumi-
tur ad alium finem procuratus , & ad æmulatio-
nem & affectationem, quæ non debet permitti, *l.
ſpadonem, de excuſ. tutor*. Rom. *ſing*,297. Alex.ad
Bar. *in l.penult.Cod.quom.& quand.iud*. Surd.*conſ*.
32.*n*.8 & benè Rip.*in l.quominus.nu*.29.*ff.de flumi-
nib*.vbi ita declarat doctrinam Bal.*in c.cum eccle-
ſia vultierana.col*.3. *de elect*.

De vtilitate autem, domini non ſolum non apparet,
ſed potius de damno,nam conſideratis ſumptibus,
& aliis circumſtantiis facti clarè conſtat plus eſſe
39 in impenſa,† quam in fructu,quo caſu præſumitur
animus æmulandi,*leg.mediterraneæ,Cod.de ann.&
trib.lib*.10.Caſtr.*in leg.fluminum*, §.*fin.ff.de flumin*.
Rip.*in l.quominus,nu*. 20.*eod.tit*.Felin.*in c. nonnul-
li. col*. 1.*de reſcript*. Et in hoc per officium Iudicis
recurrendum eſt arbitrio boni viri, Alex.*conſ*. 174.
num.7 *ad med.lib*. 2.

Non obſtat , quod Philippus iam perfecerit ſuum æ-
dificium,ita vt non poſſit amplius intentare bene-
40 ficium Bullæ §, 6.† quod ſolum fauet vicino pro
conſequenda domo contigua neceſſaria ædificio
futuro. Quia in facto hoc non verificatur , immo
ex viſione loci contrarium apparet,cum in domo
ædificata adſint ſigna,ſeu claues, & vt vulgo dici-
tur le morſe denotantes imperfectionem ædificij,
& voluntatem ædificantis in continuando,& am-
pliando fabricam iam ceptam. Quamvis neque
41 hoc † debet obſtare neceſſitati futurę etiam quod
ædificium iam eſſet perfectum , ſi enim neceſſitas
ædificandi ſuperuenit, vel propter familiam au-
ctam ; vel ob quid ſimile, non cenſetur renuncia-
tum iuri ſuperuenienti ex futura cauſa neceſſita-
tis:Surd.*conſil*.76.*num*.18.*ad med. verſ. & eandem
limitationem,lib*.1. poſt Rip.*in leg.qui Romæ*,§. *duo
fratres.col*.3.*in princ.n*.11 *& num*.77 *col*.14 *poſt med.
verſ.tertio collorariè nota.ff.de verb.oblig. & in leg*.1
col.antepen. verſ.item vult,C. de pact.

Minus obſtat : quod Philippus non habeat domũm
integram à centro ad cœlum à parte platee Na-
gonis, ſed mixtam cum alio, qui habet partem in-
42 feriorem , † ita vt iſte caſus tanquam mixtus non
comprehendatur in bulla,*l. quid ergo*, §.1 *ff. de his
qui notant.infam*.Natt.*conſ*.463. *num*.18. Quia pro-
pter eandem rationem,quæ militat tam in impli-
43 ci, quam in mixto , † vtrumque ſub ſtatuto com-
prehenditur:Alex.*in l. ſi extraneus,in fin. ff.de con-
dict.ob cauſ*.Bald. & Imol. *in l.ſi ita facta ſit,ff.de
iniuſt.rup.& irrit.teſtam*. Aret.*in l.ſi ita ſcriptum,in
princ.ff.de lib. & poſthum*. Tiraq. *de legibus connu-
bial.gloſſ*.5.*nu*.70.Menoch.*conſ*.11.*num*. 20.*lib*.1.*&
conſ*.112.*n*.62.*& conſ*.187.*num*. 28.*lib*.2. Surd.*deciſ*.
44 174.*n*.15. *& conſil*.33.*n*.28.*lib*.1. † vbi ampliat pro-
cedere in pœnalibus,& inodioſis : Alex. *conſ*.144.
n.7.*lib*.6.*& conſ*.161.*col*.4.*lib*.7. Vnde multò magis
in fauorabilibus:Surd.*conſ*.453.*num*.48 *&* 49.*lib*.3.
45 † Provt fauorabilis eſt conſtitutio iuris congrui:
Bardus *de iur.prothomiſ*.§.2.*notab*.4.*col*.2.*verſ.quia
ſicut habent,n*.9.*fol*.40.*&* §.7.*col*.3.*ad med.verſ. nec
in hoc caſu dicitur,in* 1.*notab.n*.2.*fol*.78.vbi teſtatur
ita deciſum per Rot.coram Aragon. Romana do-
46 mus de qua per Creſcent. *deciſ*. 219. *in manuſ*. †
Quod etiam colligitur ex procemio Bullæ , quæ
emanauit ob fauorem publicum , vltra rationem
quietis, & commoditatis vicinorum , quod facit,
vt propter procemium conſtitutio dicatur fauo-
rabilis,*leg.qui exceptione,ff.de condict.indeb*. Dec.
conſ.300.*in cauſa,n*.4. Alexand. *conſil*.55.*n*.1.*libro* 5.
Creſcent.*deciſ*. 3.*n*.7. *de conſtitut*.

Quamvis hoc dictum ſit ex abundanti , quia cum
47 Bulla loquatur de domo, † & re immobili conti-
gua,ſatis eſt ad effectum retrahendi,quod quis ha-
beat partem, cum appellatione domus, & rei ve-
niat eius pars:Gloſſ.*in l*.1.*in verb.pars,ff.de euictio-
nib.in l.appellatione.rei*,72.vbi Rebuff. *in princ. D,
48 de verb.ſign*. † Provt etiam nomine prædij pars
cõtinetur,*l.dotale,la prima*,§.*proinde*.vbi Gloſſ. *in
ver.continetur,de fund.dotal.l.planè*,§.*fin.ff.de leg*.1.
l. 4.§.1.

l.4.§.1.ff.de damn.infect.l.cum hi,§.arbitratu,ff.de
tranſactionib. Ideò etiam ſuncit, quod quis habeat
49 ſeruiturem in aliqua re,† qui non excluditur à re-
tractu tanquam habeat ius connexum rei,& con-
iunctum cum ipſa re. Iacob. Nouell.de iur.prothe-
miſ.§.2.num.134.vſque ad 138. tom.17. fol.34.

Quibus additur,quod non cadit ornatus in ædificio,
quod ex aduerſo offertur, immò maxima defor-
mitas,cùm à parte plateæ Nagonis remaneat pars
domus,ſeu angulus, qui ſi non ædificetur vna cum
domo Philippi redundat in damnum publicum ,
& deformitatem Vrbis , quod non eſt permitten-
50 dum , † & per conſequens ceſſante integro orna-
tu non datur prælatio aduerſario,ſed eſt danda ei,
qui totum poteſt adimplere,cùm non ſit tanta vti-
litas , & tantus decor rei in parte reſpectu ipſius
partis , quanta in toto reſpectu totius , l. ſi quis
aliam,ff.de ſolut.l.fundus ille, de contrah. empt. Ti-
raq.de retract.lignag.§.23 num. 17. Ruin. conſil.194
ante fin. lib.4.

Ex eiſdem rationibus æmularionis , & aliorum , de
quibus ſupra, idem dixi concludendum eſſe ad fa-
uorem Antonij petentis ſimilem retractum non
obſtante , quod opponeretur de tranſactione ,
51 † in qua prætenditur , quod per eundem Anto-
nium fuerit reſtituta domus, de qua agimus,nullò
iure ſibi reſeruato, præterquam in euentum,quod
domus venderetur,quo caſu voluit præferri,vnde
videtur,quod tacite fuerit renunciatum iuri con-
grui cùm ſciret vicinitatem,cui iuri poteſt renun-
ciari nedum expreſsè, ſed tacitè Afflict. de iure
prothomiſ.§.6.num.18.dixi ſupra cap.672.num.1.

Quia iſtud ius prouenit de futuro , cùm tempore
contractus, ſeu tranſactionis non adeſſet talis ne-
52 ceſſitas ædificandi ,† quæ modò adeſt propter fa-
miliam auctam, & alia de quibus in facto,vnde in
renunciatione prætenſa non venit ius de futuro ,
cum regulariter renuncians omni iuri , quod ha-
bet non intelligatur renunciare iuri, quod ex no-
ua cauſa ſuperuenit,quamvis ad omnia iura in ge-
nere renunciatio referatur : Bart. in l.qui Romæ,§.
duo fratres. num.10.in fin.ff.de verb.oblig. Rot.deciſ.
624. num. 2. in recentior. part. 2.

Et ita etiam reſpondetur ad obiectum euictionis,
53 quam licèt Antonius promiſerit.† Tamen non ex
hoc prohibetur recuperare rem venditam ratione
iuris , quod ſuperuenit poſt venditionem : Surd.
conſil. 70. num. 18. lib.2. ſi poſt Rom.conſil.503.1.ad
fin. numero 13. verſic. vnde eſt conſequens. & ibi
Mandoſ.in verb. nouiter. Rip. in d. §. duo fratres ,
num.77.per text.in l. Lucius ff.de euict.l.ſi patronus
non aluerit , ff. de bon.libertat.cap. 2. de renunciat.
Intelligendo tamen iuxta ea , quæ latè dixi ſupra
672. numero 16.

Immò ex ipſamet tranſactione colligitur , quod An-
tonius nunquam voluit renunciare Bullæ iuris
congrui,cùm aduerſarij ſemper teneantur in caſu
venditionis dictæ domus notificare talem vendi-
tionem eidem Antonio , & ſucceſſoribus eoſque
54 aliis præferre, † ex quo pacto ſatis reſultat animus
tranſigentis,quod volebat excludere omnes alios:
& pro ſe domum retinere , ita vt non poſſit modò
excludi à retractu præfatæ domus , quæ fuit reſti-
tuta temporaliter,& non perpetuo , & per conſe-
quens eſt excluſa præſumptio renunciationis,quæ
neque in dubio præſumitur , cap. ſuper hoc , de
renunciat. Bald.in l.1.in vltim.notab.C.de edict. diu.
Adrian.toll. Aym.conſ.290.num.2. Surd. conſil 431
n. 16. lib. 3. Maximè in iure de futuro competente
ad quod neque renunciatio iurata extenditur.
Idem Surd. conſ.418.num.1. lib.3.& conſ.70.num.7
Socin. conſ. 50. in fin. lib. 1.

Notandum eſt etiam , quod in alia cauſa Romana
prętenſi retractus vineę dicebam prout poſtea fuit
55 deciſum † non eſſe illi locum tanquam non fuerit
probata qualitas locationis , quæ expreſsè requi-
ritur in Bulla §.12.ad hoc, vt vicino poſſit compe-
tere ius congrui , cum fundans ſe in ſtatuto de-
56 beat probare † omnes qualitates ; Bart.in l.1.quod
autem ait prætor, ff.ne quid in flum.public. Bald.in l.
in cauſis,C.de accuſat. Socin.conſ.55.num.4.lib.1. Ita
vt copulatiuè omnes qualitates ſint probandæ ;
57 quaſi vna deficiente † diſpoſitio non procedat
quamvis etiam eſſemus in qualitatibus à iure præ-
ſumptis : Surd. conſ.130.num.1.poſt med.lib.1. Aym.
in conſil.1. pro gener.num.125. Natt.conſ.474.num.34.
Cephal.conſ.256.in fin. Menoch.conſil.75. num. 14
dixi ſup.cap. 742. num. 62.

Neque obſtat locatio exhibita,quia fuit facta ab vſu-
fructuario, quæ non præiudicat Monaſterio pro-
58 prietario. † Nam vſufructuarius non ſolum pro-
hibetur mutare ſubſtantiam rei, & illius formam,
ſed etiam eius vſum , ſi hoc modo futura eſt dete-
rior conditio proprietarij, l.ſi vſusfructus legatus,
16.alias incip.æquiſſimum, ſed ſi inter duos,verſ.fru-
ctuarius cauſam,& §.ſed ſi ædium,cum §.ſeq.ff.de
vſufr.& quemadm.quis vtat. Conn.lib.4.comment.
iur.ciuil.c.3.num.1. & 2. Caſtil. de vſufr.cap.33.n.5.

Quod autem hoc caſu per talem locationem inferta-
tur præiudicium proprietario , non eſt dubitan-
59 dum,† quia ſtatim,quod vinea locatur,acquiritur
vicino ius retractus , iuxta diſpoſitionem Bullæ
§.12.adeò vt poſſit cogi ad illam vendendam,vnde
non mirum ſi talis locatio ſibi non obſtat , tan-
quam eius conditio fiat deterior,quam tamen fru-
ctuarius non poteſt facere , vt dictum eſt , ſed me-
liorem debet reddere , etiam quod vſufructuarius
expenderet de ſuo abſque alia impenſa proprieta-
rij, cum ſemper conſideretur an fiat deterius iſtud
ius proprietarij : Gloſ.in l.ſi vſusfructus legatus, 16
§.ſi tamen qua inſtitutis,in verb. non poſſit commodè ,
de vſufruct. & quemadm. quis vtat. l. vſufructuar.
nouum,67. & ibi gloſ.in verb. non poſſit, ff. eod.tit.l.
Neratius,quæ eſt vlt. ff.de vſu & habitat.

Et quamvis vſufructuarius poſſit locare rem , in qua
60 habet vſumfructum , † l.arboribus , 13. §. vſufruct.
ff.de vſufr.& quemadm.quis vtat.l. ſi quis domum ,
95.§.1.ff.locat.§.1.inſtit.de vſu & habitat. Tamen in-
telligitur,vt ex ea non præiudicetur proprietario,
ideò neque poterit locare diuidendo domum ,
61 † mutando formam , aut locando ad vſum,ex quo
fieret præiudicium proprietario,l.ſi vſusfructus le-
gatus.16.§.item Nerua, verſ. item ſi domus vſusfru-
ctus,vbi Gloſ.in verb.diuerſoria,& in verb.priſtino.
ff.de vſufruct. & quemadmod. quis vtatur. Neque
enim poteſt dici , quod boni viri arbitratu faciat
vſufructuarius locando illud, quod poſtea aufere-
62 tur proprietario propter talem locationem, † cùm
tamen ita debeat vti re in qua habet vſumfructum
prout bonus vir vteretur , & tanquam bonus pa-
terfamilias nihil gerẽdo in perniciem proprieta-
tis,d.l.ſi vſusfructus legatus,16.in prin.& in fi. Alex.
& Caſtr.in auth.qui rem.in princ.C.de ſacroſanct.ec-
cleſ. Ruin.conſ.58.n.5.lib.1. Natt. conſ. 477. num. 7.
Roland.conſ.49.num.12.& 13.lib.2. Cephal.conſ.653
num.4. Caſtill.de vſufruct.cap.21.num.1.& 2.

Vnde etiam dicimus , quod prohibitus alienare, ne-
63 que poteſt facere aliquem actum , † per quem

poſſit ſequi alienatio, *l. Codicillis,§. penult. ff. de*
legat.2. Gloſ. *in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verbor.*
obligat. Socin. *conſ.35. viſa narratione, num.4. lib.* 4
Surd. *dec.254. num.20. & dec.326. num.27.* Menoch.
conſ.101. num.22. Becc. *conſ.25. num.2.* Tiraquel. *de*
retract. lignag. §.1. gloſſ.2. num.50. & gloſſ. 14. num. 14
Peregr. *de fideicom. art.14. num.31. cum ſeq.*

Accedat, quod neque ſunt probata alia requiſita
Bullę circa maius pretium, & maiorum culturam,
& menſuram, & conſpicuitatem ſtructuræ ædi-
64 ficiorum, & magnam inæqualitatem, † maximè,
quia non debet conſiderari vinea, quæ petitur re-
trahi tanquam diuiſa, cùm diuiſio fuerit facta per
Principem occaſione viæ nouiter directæ, ideo
non ex hoc deſinit eſſe vnum corpus, provt tan-
quam tale fuit poſſeſſum, ita vt vna pars deſeruiat
alteri tam pro vſu domus, quam vaſchæ, &
omnium ibi contentorum, quibus ſtantibus non
intrat Bulla: in qua etiam §. 12. *in fin.* prohibetur,
65 † vt non poſſit cogi dominus vineæ, vt partem
tantummodò vendat, quod etiam eſt de iure, nam
quamvis retrahens non cogatur retrahere niſi
rem coniunctam, licèt venditio ſit facta ſimul de
pluribus rebus: Bald. *de iur. prothomiſ. in fin. n.20*
66 Afflict. *eod. tit. §.6. num.* 5. † Tamen hoc procedit
quando eſſent plura corpora ſeparata, quorum
vnum non dependet ab alio: Tiraqu. *de retract.*
lignag. §.23. gloſſ.2. Mar. Muta. *ſuper conſuetud. Pa-*
normit. cap.26. n.158. Aliud quando, provt in caſu
noſtro adeſt, vna domus, ſeu vinea habens plura
67 membra, tunc enim † ſi vicinus vellet partem il-
lius emere iure congrui non admittetur, niſi ad
totum, vel ad nihilum, provt etiam quando vendi-
tur vna res, ſeu vnum corpus cum pluribus acceſ-
ſoriis, non enim eſt licitum emere acceſſorium
ſine principali, nec è contra, quaſi tunc non poſ-
ſint dici diuerſi iuris, ſed vna dicitur pars alterius,
quemadmodum etiam quando vna eſſet acceſſo-
ria alteri, vel eiuſdem officij. Ita declarat Bald.
de iure prothomiſ. in fin. verſ. ſed pone quod quis,
num.20. & 21. Affl. *eod. tit. §,6. incip. ſcriptum eſt. in 4*
notab. num.6. & 7. Tiraq. *de retract. lignag. gloſſ.* 2
§.23. numero.2.

Ideò etiam diuiſio gratia vberioris, & commodio-
68 ris culturæ non faciet diuerſos fundos, † ſed pro
vno reputabitur, Bart. *in leg. Caius,* 88. §. *Titius,*
& ibi Florian. *in princ. ff. de leg.1.* Quare non dare-
tur retractus vnius ſine alio, provt etiam neque
daretur ſi dominus feudi vellet aliquas res retra-
here, & aliquas relinquere, quando quis vno con-
tractu, & pretio res plures emiſſet, quæ omnes eſ-
ſent in feudo eiuſdem domini, quidquid ſecus ſit
quando eſſent in diuerſis feudis, tunc enim eſſet li-
citum ſolùm accipere partem: latè Tiraquel. *de*
retract. lignag. gloſſ.2. §.23. num.2. in fin. quod appli-
catur ad caſum venditionis rei vicinæ, quam to-
tam debebit retrahere vicinus, quidquid aliud ſit
in venditione rei vicinæ venditæ, cum aliis rebus
non vicinis Tiraq. *d. gloſſ.2. num.3.*

Item obſeruandum eſt, quod licet aliàs prætendere-
tur retractus per dominium directum, qui regu-
69 lariter eſt † præferendus in venditione domus
emphyteoticę, *l. fin. C. de iur. emphyteot.* latè Giurba
deciſ. 52. Tamen dixi verius eſſe, quod ei non
poterat tale ius competere, quia de iſto directo
dominio non conſtabat, immo ex conceſſione do-
mus, de qua agimus, apparet, quod ſumus in bo-
nis conceſſis cum poteſtate, & auctoritate affran-
candi cenſum ſpectantem ad dominum, & ſe li-
berandi ab eo, dato ſimili cenſu, ita vt ſtatim do-
mus remaneat libera ipſius emphyteutæ, ſeu em
ptoris, cum ſtante tali pacto affrancandi iudice-
tur de huiuſmodi domo, ſicut de contractu me-
70 ræ, & puræ venditionis, † nulla habita conſide-
ratione emphyteuſis Eccleſiaſticæ, tamquam fiat
tranſlatio dominij per dictam conuentionem
luendi iſta bona, quæ conuentio repugnat contra-
ctui ipſius emphyteuſis, adeo vt ille ſit extinctus,
ac reſolutus, & transfuſus in meram emptionem,
& venditionem, quaſi ad illam ordinatus cum do-
minij tranſlatione, neque enim hoc caſu aliquod
dominium remanet penes concedentem, ſed tam
vtile, quam directum transfertur in ementem cum
tali pacto affrancandi, non attento, quod ſimiles
contractus fiant ſub nomine emphyteuſis, cùm
71 ſemper ſit vera venditio, † conſideratur enim ſo-
lùm, quod eſt in veritate, non provt partes appel-
lant, *l. ſi fortè, de Caſtr. pecul. l. in inſulam, ff. de præ-*
ſcript. verb. l. ſi vno, in princ. ff. locat. Gloſſ. *in l.1. §.1*
in verb. agendo, ff. de ſuperficiebus, Bart. *in l.1. num.*
5. ad fin. C. de iur. emphyteot. Afflict. *deciſ.72. num.10*
Alexand. *conſil.* 82. *colum.3. in princ. verſic. & licet*
contrahentes, lib. 2.

Quare dicimus, quod iſtud ius affrancandi eſt quid
diuerſum, & ſeparatum ab emphyteuſi, quamvis
72 enim illa eſſet finita, † vel propter canonem non
ſolutum, vel propter alienationem, aut quid ſimi-
le, ex quo omnino eſſet emphyteuta priuatus, non
tamen cadet à dicto iure affrancandi, *l. ſi domus, ff.*
de ſeruitut. vrbanor. prædior. §. ſi verò habuerit, auth.
73 *de non eligend. ſecund. nubent.* per quæ iura † ita in
ſpecie concludit Alexand. *conſ.* 228. *num.* 5. *lib.6*
latè Burſat. qui de communi *conſ.60. num.30. lib.1.*
Menoch. *de arbitrar. caſ.276. num.19. in fin.* Cephal.
conſ.370. num.8. & 9. lib.3. Alciat. *præſumpt.45. o.3*
reg. 3. Maximè quando, provt in caſu noſtro, con-
ceditur emphyteuſis, & poſtea ex interuallo, & in
inſtrumento ſeparato datur facultas affrancandi,
tunc enim non poteſt conſiderari aliqua corre-
ſpectiuitas, & ſi conſideratur illa tantum refertur
ad venditionem, & pœna caducitatis habet lo-
cum in caſu, in quo eſt impoſita, & non extendi-
tur ad alium caſum, & ſic non annullat pactum
affrancandi, tanquam ſit res ſeparata, & ſtans de
per ſe. Cùm aliud eſſet, ſi pactum de affrancando
fuiſſet expreſſum durante conceſſione in emphy-
teuſim, tunc enim illa finita propter caducita-
tem, non duraret amplius pactum, provt etiam
idem eſſet, quando ſimpliciter concederetur em-
phyteuſis, & ſimul daretur in eodem inſtrumento
facultas affrancandi, tunc enim illa expiraret
ſtante caducitate, tanquam intelligatur illo ſol-
uente, & obſeruante ea, ad quæ tenetur propter
correſpectiuitatem continuam, & ſucceſſiuam.
Iſta eſt communis diſtinctio approbata per Rot.
coram R.P.D. Robuſterio Romana deuolutionis
tenimenti, 10. Iunij 1577. de qua latiſſimè Corbul.
de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit.38. numero 3
vſque ad 6.

Non habet igitur Eccleſia aliquod dominium in hu-
iuſmodi domo ſtante declaratione emptoris vo-
74 lentis affrancare iuxta formam pacti, † quod fa-
cit, vt dictum eſt meram, & liberam venditionem,
vt concludit Cephal. *conſ.703. num.13. vſque ad 20*
lib.1. poſt Crot. *conſ.72. num. 42. cum ſeq. lib.1.* Et
per conſequens ceſſante dominio, ceſſat etiam
ius prælationis, quæ datur ſolùm ob cauſam talis
directi dominij in præiudicium vicini ementis,

cum

75 cum alias † illo non exiſtente vicinus eſſet præ-
ferendus, Capic. *dec. 99 n. 1. & 2* Alex *conſ. 27. n. 6.*
lib. 6. Cum etiam in caſu noſtro adſit præuentio,
& præoccupatio, quæ dat prælationem præoccu-
panti in ſimilibus cauſis retractus. Caſtrenſ. *conſil.*
in hoc paſſu, num. 2. lib. 1. Tiraq. *de retract. lignag. §. 11*
gloſ. 10. num. 2. & 4. fol. 318.

Nec ad rem facit reſponſio exaduerſo data, quod
Cephal. & Crot. loquantur quando iſtud pactum
fuit appoſitum ad ſimulandum contractum ven-
ditionis ſub nomine emphyteutæ, Quia immò
76 expreſſe, & ſimpliciter concludunt, quod ſtante
huiuſmodi pacto iudicatur de tali contractu ſicut
de vera venditione, vt ex eorum lectura patet,
non de locatione, aut emphyteuſi, vel alia diſpo-
ſitione nominata per partes, ideò non mirum ſi
nihil remanet penes Eccleſiam, quæ ob iſtam ra-
tionem poterit concedere bona illegitimis, qui li-
cèt non ſint capaces emphyteuſis Eccleſiaſticæ,
77 † Tamen ſtante huiuſmodi pacto affrancandi po-
ſito in conceſſione eis facta reddentur habiles,
cùm ſimus in pura venditione, non conſiderato
aliquo dominio pro Eccleſia: Alciat. in puncto
conſ. 7 n. 9 ver. ſecundum principale fundamentum,
& num. 10 lib. 1 tom. 1 fol. 6 Card. Mant. *de tacit. &*
ambig. conuent. lib. 22 tit. 10 num. 20. Burſat. *conſ. 255*
num. 7 vſque ad 10 lib. 3. Menoch. *conſ. 1186 num. 5*
& 6 lib. 12.

Vnde videmus, quod ſtatuta loquentia de venditio-
ne habent locum in iſtis contractibus cum pacto
78 affrancandi: Franc. *deciſ. 392 num. 2 vſque ad 5*
Mut. *ſuper conſuetud. Panormit. c. 28 in noua decla-*
ra. num. 27 & 28 Bertrand. *conſ. 7 num. 1 & 2 lib. 3*
tom. 1 Ign. *in l. 3 §. ſi conditioni. num. 52 cum ſeq. ff. ad*
ſenatuſconſ. ſyllanian. Tiraq. *de retract. lignag. §. 33*
gloſ. 1. in princ. Nulla habita conſideratione, quod
fuerit nominatus contractus emphyteoticus, quia
iſta denominatio, non facit, vt ſit talis, cum po-
79 tius veritas attendatur, † & ſemper remaneat
venditio, vt dictum eſt *ſupr. n. 71* latè Surd. *conſ. 450*
num. 54 lib. 3.

Non obſtat diuturna obſeruantia, per quam præ-
tenditur ex aduerſo, quod fuerit initus contractus
emphyteoticus, tanquam Eccleſia ſit recognita in
dominam cum ſolutione laudemij, præſtatione
80 conſenſus, ac multis aliis, quæ obiiciuntur, † Quia
quando ſumus in diſpoſitione clara, prout eſt iſta
de qua agimus, nihil facit obſeruantia, & illa non
attenditur: Dec. *conſ. 49 præſtantiſſime doctor. col. 1*
in fin. Bero *conſ. 14 n. 9 lib. 3* Natt. *conſil. 318 num. 1*
Surd. *conſ. 426 n. 42 lib. 3* Rot. per Card. Seraph.
dec. 1108 d. 7 & coram R.P.D. Gypſio Cæſaraugu-
ſtana penſionis 11. Maij 1591 & coram R.P.D.
Veroſpio Capuana penſionis, 6 Martij 1617.

Minus obſtat, quod iſtud pactum affrancandi non
tranſeat ad ſingulares ſucceſſores. Quia verius eſt
81 illud eſſe tranſitorium † nedum ad hæredes, ſed
etiam ad ſingulares ſucceſſores: Menoch. *conſ. 1186*
num. 5 & 6 lib. 12 Alciat. *conſ. 7 num. 9 & 10 lib. 1*
tom. 1 fol. 6. Et quod dicitur de præſcriptione eiuſ-
dem pacti de affrancando non verificatur, tam-
quam non ſit lapſum tantum tempus, prout præ-
ſupponitur, cùm etiam nulla detur præſcriptio,
82 quando proponitur † iſtud ius per viam exce-
ptionis, quia tunc illa eſt perpetua, quidquid ſit
per viam actionis: Bart. *in l. pignore. ff. de vſucap.*
Dec. *conſ. 163 non fuiſſet propoſiti. in fin.* Butr. *in cap.*
quoniam frequenter. col. fin. vt lit. non conteſtat. Gab.
qui de communi *concl. 7 num. 3 de præſcriptionib.*

83 Quamvis etiam verior ſit ſententia, † quòd nun-
quam facultati præſcribatur: Idem Gab. *concl. 10*
in princ. eod. tit. de præſcriptionibus.

Et quidquid ſit, ſiue ſit præſcriptum iſtud pactum,
ſiue non, cum hoc dicatur ex abundanti, ſemper
verum eſt, quod Eccleſia nullum habet domi-
nium, cum ſimus in pura venditione, Nam quam-
vis emptor non fuerit vſus dicto pacto, non ta-
men ex hoc poteſt dici, quod dominium ſemel
tranſlatum reuertatur ad Eccleſiam, Nam alias ſe-
84 queretur abſurdum, † quod ſi concedatur illegi-
timis aliqua res per Eccleſiam cum huiuſmodi
pacto, quod facit illos capaces, vt dictum eſt, ſi oc-
currat eoſdem non poſſe vti dicto pacto tanquam
præſcripto, quòd ex hoc perdant conceſſionem,
& venditio ſemel ritè facta in eorum præiudi-
cium reſcindatur, & dominium per Eccleſiam in
eos tranſlatum redeat ad Eccleſiam, quod tamen
de iure non ſubſiſtit, cum venditio ſit facta capa-
cibus ob d. pactum, vt per Menoch. *conſ. 1186 num. 5*
& 6 lib. 12 poſt Alciat. Mantic. & alios ſupra alle-
85 gatos, *n. 77* † Cùm etiam actus à principio validus
& perfectus non irritetur ex ſuperueniente cauſa,
cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. l. in ambiguis,
§. non eſt nouum, ff. eod. tit. Surd. *conſil. 18 num. 11 &*
conſ. 145 num. 58 lib. 1.

Minus obſtat, quod non probetur identitas domus,
Quia in facto contrarium apparet, cum etiam ſit
extracta inſcriptio coram Iudice, & teſtibus, &
in præſentia aduerſarij; ex qua probatur domum
86 eſſe illammet, de qua agimus; † quamvis etiam
ſufficeret probari qualitatem, quæ concordet,
quaſi illa probata, cenſeatur etiam probata iden-
titas: Ayn. *conſil. 198 num. 2* poſt Alex. *conſil. 133*
colum. 3 in fin. lib. 1 Corn. *conſ. 206. ad fin. lib. 4.* Dec.
in cap. prudentiam. §. ſexta. col. 4 poſt princ. de offic.
deleg.

Non conſtito igitur de dominio, non eſt locus re-
tractui, qui neque debet concedi ex alio præten-
ſo capite maioris contiguitatis, & adiacentiæ,
quia licèt aliqui teneant, quod in concurſu plu-
rium ius congrui magis competat ei, qui à maiori
87 parte eſt coniunctus rei emptæ, † Tamen verior
eſt opinio, quod potius attendatur præoccupatio:
Caſt. *conſ. 221 in hoc paſſu. n. 2 lib. 1* per text. *in l. qui*
prior, & in l. in his tribus, cum l. ſeq. ff. de iud. Tiraq.
de retract. lignag. §. 11 gl. 10 n. 2 & 4 fol. 318. cum aliis
de quibus *ſupra n. 7* & quidquid ſit de dicta quæ-
ſtione an debeat eſſe paritas, necne, In caſu noſtro
88 tollitur omnis difficultas, † quia conſtitutio Gre-
goriana in §. 10. loquitur, quando duo vicini eo-
dem tempore poſtulant rem ſibi vendi, tunc enim
mandatur præferendum eſſe eum, qui magis
adhæret: qui non eſt caſus noſter, cùm iam per
annum fuerit empta domus, de qua agimus, vnde
tanquam caſus omiſſus non debet extendi, vt mi-
nus contrarietur iuri communi: Gloſ. *in l. ſi vnus.*
§. pactus. in verb. redditur, ff. de pact. Surd. *conſil. 182*
num. 12 lib. 2.

Inſuper notandum eſt, quod in alia cauſa dum pete-
retur retractus, dixi illum eſſe denegandum, nam
in inſtrumento, de quo agebamus, fuit expreſsè
conuentum, quod omnes domus, & apothecæ da-
89 tæ in dotem debeant ſtare pro fundo dotali, † vn-
de quamvis poſtea appareat illarum æſtimatio ta-
men eſt facta ad alium effectum, vt videlicèt in-
telligatur ad quem valorem aſcendant pro quan-
titate dotis promiſſæ, & per conſequens per ta-
lem actum æſtimationis non eſt receſſum à pro-

teſtatione præcedenti, quod ſint pro fundo dota-
li, tanquam talis actus ſequens ſit compatibilis
cum proteſtatione præcedenti, quæ proteſtatio
non dicitur ſublata, neque ex interuallo, vnde
multò minus incontinenti, adeò vt ſemper rema-
neat fundus dotalis, provt ita in ſpecie concludit
Ruin. *conſ.154. in fin. lib.* 4. per doctrinam Bald. *in
l. item quia in fin. ff. de pact.* iuxta *l. tuia, §. idem re-
ſpondit.* vbi Aret. *ff. de verb. oblig.*

Quare non obſtante huiuſmodi æſtimatione facta
ad alium effectum, domus datæ pro fundo dotali
90 † non poſſunt alienari per maritum, *l. ſi inter vi-
rum. 21. C. de iur. dot.* Bald. Io. de Plat. Aret. & alij
per Rimin. Iun. *inſtit. quib. alienar. lic. vel non, in
princ. n. 65.* Socin. *conſ. 57. col. 2. num. 3. lib.* 1. Quam-
vis etiam in inſtrumento adeſſent clauſulæ ad ha-
bendum vel ſimiles, cum illæ ſint acceſſoriæ, &
non alterent naturam contractus, Ludouic. *concl.*
10. *in fin. limit.* 11.

Amplius talis fundus dotalis æſtimatus, vt ſupra,
91 non poterit alienari per maritum, † neque cum
conſenſu mulieris, cum enim fuerit facta æſtima-
tio ad vnum finem, vt ſciatur quantitas dotis, non
debet operari contrarium effectum, ideò conſen-
ſus mulieris non conualidabit talem alienatio-
nem cum etiam idem iudicetur de re inæſtimata,
& de æſtimata tali æſtimatione, quæ non faciat
emptionem, tamquam vtroque caſu dicatur res
propriè dotalis, provt in ſpecie concludit Imol. *in
c. cum contingat. col. 16. n. 27. de iureiurand.* Signor.
de Homod. *in repet. l. ſi æſtimatis*, 51. poſt Azon.
Alber. & Alex. *ibid. ff. ſolut. matr.* Fulg. *in l. fin. ff. de
92 pact. dotalib.* † Et quamvis aliqui teneant contra-
rium, quod poſſit fieri alienatio cum conſenſu
vxoris, vt per Rimin. Iun. *inſtit. quib. alienar. licet
vel non. in princ. num. 66. & 76.* Tamen quidquid
93 ſit de dictis opinionibus, † ſatis nobis eſt, quod
non cenſetur per talem æſtimationem facta ali-
qua emptio, nec per conſequens permiſſa aliena-
tio per maritum, *l. ſi inter virum* 21. *C. de iur. dot. l.
dotale prædium, §. dotale, ff. de fund. dot. l. cum vir. ff.
de vſucapion.* Ludouic. *dec. Peruſ.* 10. *num.* 4.

Cum igitur ex ſupradictis appareat non eſſe factam
emptionem, ſed remanſiſſe bona data in dotem
pro fundo dotali, non eſt locus prætenſo retra-
ctui, qui ſolùm procedit, quando verè eſt facta
venditio rei immobilis dotalis per æſtimationem,
ob quam maritus teneretur ad pretium rei æſti-
matæ: Tiraq. *de retract. §. 1. gl. 14. n. 19. & num.* 108. &
109 poſt Afil. *de iur. prothomiſ. in verb. licet enim ſu-
pra diximus, col. 3. ver. item quæro quid ſi datur.* Mar.
Mut. *ſuper conſuetud. Panormit. cap. 47. num. 31. &* 32
94 † Provt dicimus de bonis emphyteoticis datis in
dotem præuia æſtimatione, quæ faciat emptionem,
in quibus tunc requiritur conſenſus domini, cùm
alias non requireretur ſi non eſſet facta venditio:
Imol. *in cap. potuit, col. 9. verſ. tangit etiam hic. extr.
locat.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. n.* 21. Auffr.
ad dec. capel. Tholoſ. 279. n. 7. Guido Pap. *deciſ.* 48
Theſaur. *deciſ.* 139. *in fin.*

Prædictis accedat, quod ſtante expreſſa conuentio-
ne, vt bona data in dotem remaneant pro fundo
95 dotali, † non dicitur tranſlatum dominium in
maritum, & æſtimatio cenſebitur facta, vel vt
ſciatur pro qua quantitate bona viro conſignen-
tur, vel vt probari poſſit valor rei, vel quo ad alios
effectus, vt per Rot. coram Card. Lancellor. Ro-
96 mana ſaluiani interdicti. 5. Decembr. 1600. † vbi
etiam quod ſufficit conſtare etiam tacitè de men-
te contrahentium, quod vol[illegible] eſſe fundum
dotalem: Franc. Aret. *conſ.* 84. [illegible] *in princ. verſ.
ſuper quo eſt dicendum num.* 1. pe[illegible] *in l. ſeruos, ff.
famil. erciſc.* Bart. *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum,
ff. commodat*, & quando æſtimatio faciat emptio-
nem in dote multa adduxi *ſupr. cap. 38. num.* 27.

EPITOME.

Reſignans officium ob metum mortis, ſeu ob
aliam cauſam an teneatur, illa non ſecuta, nouas
litteras patentales expedire. ¶ Laudemium, & Ga-
bella an debeat ſolui ex actu valido, qui non ha-
buit effectum. ¶ Habens facultatem nominandi
an illam à ſe abdicet, ſi nominatio per eum facta
non ſortiatur effectum. ¶ Et quid in optione, præ-
ſentatione, inſtitutione, & ſimilibus. ¶ Renun-
cians beneficium ſimpliciter, ſi ad illud redeat an
recuperet locum, & prærogatiuas antiquitatis.
¶ Et quid in renunciatione conditionali, & quo-
ties quis redit vigore regreſſus. ¶ Et quando tales
reſignationes extinguant titulum, & abdicent ius
à reſignante, itavt requirantur nouæ litteræ colla-
tionis. ¶ Differentia qualis ſit inter reſignationes
officiorum, & beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians officium ob timorem mortis, an illa non ſecuta, teneatur nouas litteras patentales expedire, numero* 11. *&* 19.

2 *Paria ſunt aliquid factum non fuiſſe, vel nullum effectum habere, & multa de ſimilibus actus remiſſiuè, numero* 10.

3 *Actus validus, qui non poteſt producere aliquem effectum, dicitur nullus.*

4 *Remoto effectu remouetur etiam omnis ſpecies actus.*

5 *Laudemium non debetur ex diſpoſitione, qua effectum non ſortitur. Idem in gabella, num.* 9.

6 *Verba ſunt intelligenda cum effectu.*

7 *Diſpoſitio quelibet intelligitur de actu efficaci.*

8 *Vulgatum dictum,* ſi re priueris, nec nomen habere meteris.

12 *Habens facultatem nominandi illam non à ſe abdicat, ſi nominatio non fuerit effectum ſortita, Idem in electione, optione, præſentatione, inſtitutione, & ſimilibus, num.* 13. *&* 14.

15 *Reſignans beneficium ad fauorem alicuius poteſt ad illud redire abſque noua collatione, quando reſignatio non habuit effectum, & num.* 16.

17 *Ius non dicitur dimiſſum, niſi ſecuta effectuatione.*

18 *Reſignatio debet intelligi rebus ſic ſtantibus.*

20 *Per reſignationem beneficij correſpectiuam, ſeu conditionalem, vel ob aliquam cauſam, ſeu ad fauorem alterius, illud non vacat, donec in eius perſona non fuerit effectum ſortita, vel ſint impletæ conditiones, ideò non requiruntur noua litera collationis, n.* 21. *cum aliud ſit in ſimplici reſignatione, n.* 22

23 *Renuncians ſimpliciter beneficium, ſi ad illud redeat, non recuperat prærogatiuas antiquitatis, & locum, quidquid aliud ſit in renunciatione conditionali, & quoties quis redit vigore regreſſus, numero* 24.

25 *Differentia qualis ſit inter reſignationes beneficiorum, & officiorum.*

CAPVT DCCXLVI.

PEtitio Proxenetarum videtur iuſtiſſima, ideò
eſt concedenda confirmatio, cùm etiam vltra
iuſtitiam ſupplicetur id fieri ex ſpeciali gratia, &
benignitate

1 beſignitate Superioris ; † Nam petitur quod in ſtatutis nouis addatur inter cætera ſequens capitulum videlicet, quod ſi aliquis proxeneta renunciaret ſuum officium in perſonam alterius ob timorem mortis, aut aliam cauſam venditionis, & poſteà non ſequeretur obitus, vel ille cui fuit renunciatum occaſione venditionis non expediret litteras patentales, in præfatis caſibus idem proxeneta, qui renunciauit, non teneatur renouare ſuam patentem, prout neque ille, cui facta eſt reſignatio, teneatur retrocedere idem officium proxenetæ reſignanti, ſi propter aliquod impedimentum officium reſignatum noluerit, ſed dictus reſignans poſſit, & debeat continuare exercitium eiuſdem officij cum omnibus emolumentis, ac prærogatiuis, prout antea, ita vt propter tales reſignationes numquam poſſit opponi, quod aliquod damnum attulerit, tamquam obitus non fuerit ſubſecutus, nec litteræ patentales ſint expeditæ, cum in vtraque reſignatione requiratur effectuatio, ad hoc vt poſſit dici, quod officium vacauerit, ob quam vacationem opus ſit noua expeditione litterarum.

Iſtud capitulum eſt conforme iuri communi, ſecundùm quod paria ſint aliquid factum non fuiſſe,
2 † vel nullum habere effectum, *l. ſi quis ſub conditione, 11. ff. de teſtament. tut. l. ex conſenſu, 23. ff. de appellat.* Aym. *conſ.10.n.5.* Iaſ. *in l. fin. n.3. ff. de offic. eius. & in l. quoties, n.3. qui ſatiſd. cogant.* latè Surd.
3 *conſ.3.n.29. cum ſeq. lib.1.* † vbi etiam addit, quod actus validus, qui non poteſt producere aliquem effectum, dicitur nullus; adeò vt renunciatio, vel ſimilis diſpoſitio, quæ caret effectu, careat etiam nomine renunciationis: Bald. *in l. cum precibus, 18. in princ. verſic. nota quod illud. Cod. de probation.*
4 † Prout paſſim remoto effectu, remouetur etiam omnis ſpecies actus: Idem Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. qu.11.* Iaſ. *in l. ſerui electione, in princ. n.3 ff. de legat.1.* Becc. *conſ.14.n.32.* Afflict. *dec.338. num.3 ad med.* Surd. *conſil.264. num.29. ante med. libro ſecundo.*

Quare ex iſtis diſpoſitionibus nullis, & inutilibus,
5 & effectum non ſortientibus † non debetur aliquod laudemium: Io. Fab. *in l. vlt. col.2. in verb. in irritum. C. comm. de legat. & in l.1. Cod. quand. lic. ab empt. diſceder.* Tiraq. *de retract. lignag. §.1. gloſſ.2. n.7*
6 Cum ſemper verba debeant intelligi † cum effectu; *l.1. §. hac verba, ff. quod quiſque iur.* & ſic de con-
7 tractibus efficacibus ſimiles diſpoſitiones, † & conſtitutiones ſunt intelligendę: Bald. *in l. fin. §. in computatione, col. vlt. C. de iur. deliber.* Tiraq. *d. §. 1. gloſſ. 1. num.9. in fin.* vbi etiam adducit non minus
8 vulgatiorem, quam elegantiorem verſum, † *ſi re priueris, nec nomen habere mereris,* de quo per Gl. *in cap. admonere, 33. quæſt.2.*

Prout etiam neque erit ſoluenda gabella ex iſtis acti-
9 bus nullis, & † non ſortientibus effectum; Bard. *in l. vlt. §. ſin autem,* & ibi Bald. *in §. ſed quia noſtra maieſtas, col.1. verſ. quæris lic. Cod. commun. de legat.* Iaſ. *in l. non dubium, col.2. C. de legib.* Alex. *conſ.104 col.2. verſ. facit in ſimili lib.1. & conſ.36. col.2. verſ. ſed præmiſſis, lib.4.* Felin. *in c. ex tenore, col.3. verſic. regula non præſtat. de reſcript.* cum aliis per Tiraq.
10 *d. retract. lignag. §. 1. gloſ.2. n.7.* † Et faciunt multa ſimilia de iſtis actibus nullis, & inefficacibus, & inutilibus, quæ habentur ac ſi numquam fuiſſent facti, de quibus latè Vant. *de nullit. tit. quoties & intra quod temp. num.26. vſque ad 52.*

Stante igitur, quod reſignatio in caſu non ſecuti ef-
11 fectus, habeatur pro non facta, † non eſt opus nouis litteris patentibus, cum remaneat officium apud reſignantem, non ſecus ac ſi non fuiſſet facta reſignatio, ideò cum illis primæuis litteris poterit idem officium continuare; ac exercere tamquam per iſtum actum inefficacem non ſit ab eo abdicatum ſuum exercitium, prout dicimus de eo, qui habet facultatem nominandi, à quo
12 non abdicatur † poteſtas nominationis, ſi nominatio non fuerit effectum ſortita, cum illa non dicatur conſumpta, neque extincta, non ſecus ac ſi numquam fuiſſet facta: Card. Seraph. Romana domus 5. Nouembris 1582. in impreſſ. *deciſ. 589 num.3. vſque ad 11.* latè Surd. *conſil.264. numero 29 lib.2.*

Quod generale eſt in omnibus diſpoſitionibus, in quibus numquam dicitur conſumpta facultas,
13 quando non fuit ſecutus effectus, † vt in electione, arbitrio, teſtibus non rectè receptis, ſtipulationibus, actionibus, nunciatione, ſententiis, & ſimilibus actibus inutilibus: Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limit.1. n.1. vſque ad 28. ff. de verb. ſignific.*
14 † Et de optione, inſtitutione, præſentatione, & aliis multis Gonzal. *ad regul. cancellar. gloſſ.45. §.3 num.4. vſque ad 10.* Spin. *de teſtam. gloſ.5. princ. n.55 & 56.* Caputaqu. *deciſ.59. num.2. lib.2.* Molin. *de primog. Hiſpan. lib.2. cap.4. num.39. cum ſeq.* Ruin. *conſil.24. num.2. lib.2.*

Et paſſim in praxi ita ſeruatur, quod facta renunciatione, ſeu reſignatione ad fauorem alicuius,
15 † poſſint reſignantes, & renunciantes redire ad beneficia reſignata abſque noua collatione, quando illæ non fuerunt ſortitæ effectum, quaſi tunc non vacet ſimpliciter beneficium, ſed ita demum, ſi fuerit collatum, neque enim abdicatur ius, quod alteri non quæritur, *l. nec vtile, ff. ex quib. cauſ.*
16 *maior. l. qui abſenti, ff. de acquirend. poſſeſſ.* † cum præſertim, qui dimiſit nihil de nouo acquirat, ſed ſolum acquiſitum conſeruet, *l. filio, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. l. peculium 4. §. ſi are. ff. de pecul. l. voluntate, 10. ff. quib. mod. pignor. vel hypothec. ſolut.*
17 † Maximè, quia non dicitur ius dimiſſum, niſi ſecuta effectuatione: Gloſ. *in cap. olim de reſtitut.*
18 *ſpoliat.* Innoc. *in c. inter cæteras de prabend.* † Vltra quod talis reſignatio debet intelligi rebus ſic ſtantibus, *l. quod ſeruius, ff. de condic. cauſ. dat. c. cum inter de renunciation.* Pariſ. *conſil.24. numero 92. lib.2.* Alex. *conſ.29. num.5. poſt princ. lib.3.* Franc. *deciſ.281 numero 12.*

Et ita per prædicta, & ſimiles rationes, quod non
19 requiratur noua collatio, † aut expeditio litterarum propter effectum non ſecutum concludunt Io. Monach. & Ioan. Andr. *in c.1. de rer. permut. in 6.* Petr. Gregor. *in ſyntag. iur. lib.17. cap.17. num.51.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.166.* Rot. *dec.7. num.1 de reſtitut. ſpoliator. in antiq.* Mohedan. *deciſ.323. & deciſ.25. & 36. de renunciat.* Put. *deciſ.323. lib.2. & deciſ.48. & 270. lib.1. & deciſ.410. lib.3.* Ceual. *qu.611. num.6. & 7.* vbi quod ita ſæpe fuit iudicatum Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.1. qu.3. num.95 vſque ad 117. & q.14. num.6. & 12. eod. lib.* Dec. *in c. cum venerabilis, num.73. de exceptionib.* Caputaq. *deciſ.83. part.3.* Gonzal. *ad reg.8. cancellar. gloſſ.24 numero 20.*

Maximè, quia reſignationes, de quibus agimus, non
20 fiunt ſimpliciter, ſed ad fauorem alterius † vnde videtur, quod tunc debeat expectari, quod in perſonam illius ſortiantur effectum, nam aliàs non dicitur vacare beneficium: Put. *deciſ.323*

n.1.*lib.*2.Gonzal.*ad reg.*8.*cancellar.gloſſ.*14.*n.*19.*&*
20.Provt etiam. Idem eſt, quando huiuſmodi re-
21 ſignationes eſſent correſpectiuæ, † vel conditio-
nales aut ob aliquam cauſam, tunc enim non ab-
dicatur ius à reſignante, niſi cauſa ſecuta, vel con-
ditionibus impletis, ideò non requiruntur nouæ
litteræ collationis. Put. *deciſ.*523.*in fin.lib.*2. Rot.
deciſ. 4.*de rer.permutat. in antiq.* latiſſimè Ceuall.
*q.*561.*num.*15. *vſque ad* 23.*fol.* 34. Iaſ. *conſ.* 86. *lib.* 3
Mandoſ. *reg.*32. *qu.*31.*num.*16. *cum ſeq. & in prax.
ſignat.grat.tit.regreſſus & exceſſus.c.*2.Pariſ.*conſil.*5
*num.*7.*lib.*4.Caputaq.*dec.*83.*p.*3.Mohed. *dec.* 25. *&*
36.*de renunciat.*Pariſ.*de reſignat. lib.*1.*q.*3.*per tot.&
queſt.*14.*num.*13.*cum ſeq. eod.lib.*

Et ratio differentiæ eſt quia in renunciatione ad fa-
22 uorem, & reſignatione conditionali † non eſt ab-
dicatum ius, niſi ſecutis conditionibus, quod non
eſt in reſignatione ſimplici, per quam extinguitur
titulus, ideò noua collatio requiritur: Glo. *in c.
quod dei.de ſtat.monachor.*Nauar.*in c. accepta. n.* 31
oppoſ. 7.*de reſtitut. ſpoliat.* Pariſ. *in c.cum venera-
bilis.num.*42.*de exceptionib.*Ceual.*q.*561.*num.*10.*&*
11.vbi de communi Rot.coram R.P.D.Orano Se-
guntina beneficiorum. 1. Iunij 1592. Pariſ. *de re-
ſign.lib.*1.*q.*14.*num.* 20. & ita declaratur Rebuff. *de
nominat.q.*14.*num.*92.*& in prax.beneficial.par.*3.*tit.
de ſimon.in reſignat.n.*23.*& conſ.*22.*n.*19.& ita etiam
diſtingunt omnes *in cap.*2. vbi Prob. ad Monach.
*num.*30.*de renunciat.in* 6.

Ideò in iſtis renunciationibus ſimplicibus, in quibus
requiritur noua collatio propter extinctionem
23 tituli, † & ius abdicatum a renunciante, ſi con-
tingeret renunciantem redire ad beneficium re-
nunciatum, non recuperantur per eum prærroga-
tiuæ antiquitatis, cum loco, & alijs, quæ prius
illi competebant, quamvis recuperentur omnia
24 iura beneficij, & commoda, & onera † quidquid
aliud ſit in renunciatione conditionali, quæ non
extinguit titulum, & quoties quis redit vigore re-
greſſus: Pariſ. *de reſignat. benefic. cap.*14.*lib.*1. *n.*25
vſque ad 28. Rot. coram R. P. D. Accorambono
Paduana optionis.29.Nouembris 1557. de qua per
Cott. *dec.*337.Pariſ.*conſ.*93. *num.*11.*lib.* 4. Mohed.
*dec.*72.*in manuſcript.* & multa ad materiam: Mo-
net.*de option.cap.*4.*q.*8.*n.*148.*cum ſeq.* Gonzal. *ad
reg.*8.*gloſ.*5.§.10. *num.*115.

Obſeruandum eſt tamen, quod adeſt differentia in-
ter reſignationes beneficiorum, & officiorum
25 † cùm in iſtis officiis, licèt non ſequatur effectua-
tio in perſona eius, cui fuit reſignatum officium,
tamen alius eſt nominandus, cui fiat venditio,
quaſi reſignans non quærat aliud quam pretium
officij, quod non eſt in reſignationibus beneficio-
rum, vt notat.Rot.coram Card.Seraph. *deciſ.*389
numero 10.

EPITOME.

Subſtitutio quando expiret ob defectum conditionis etiam in compendioſa continente vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam. ¶ Filij poſiti in conditione quo caſu cenſeantur diſpoſitiuè vocati. ¶ Clauſula, *omni meliori modo*, an operetur tam ad onus hæredum inſtitutorum, quam ab inteſtato, vt hæreditas reſtituatur filiis poſitis in conditione. ¶ Conditio *ſi ſine liberis*, adiecta in vulgari, an excludat ſequentem ſubſtitutum, quamvis ille, qui cum liberis deceſſit, commodum hæreditatis non habuerit, etiam in compendioſa continente plures fideicommiſſarias, & plures vulgares in fideicommiſſo. ¶ Filij, qui non poſſunt ſuccedere patri ob non delatam illi ſucceſſionem tamquam præmortuo ante teſtatorem, vel ſuperſtite primo hærede, an ſint per tacitum fideicommiſſum inuitati, licet ſint poſiti in conditione. ¶ Sequentes in gradu an admittantur, ſi mediæ ſubſtitutiones ſint caducatæ ob defectum conditionis, ita vt ſuccedant etiam primo hæredi tam in compendioſa, quam in fideicommiſſaria. ¶ Et an debeat attendi, quod ſit purificata conditio, ſub qua fuit vocatus ſubſtitutus, vel conditio adiecta primo hæredi, & ſub qua illi fuit facta ſubſtitutio. ¶ Doctrina Bart. *in l. quamdiu, ff.de acquir. hæredit.* quomodo intelligatur. ¶ Deficiente primo ſubſtituto quando hæreditas remaneat penes hæredem grauatum cum onere reſtituendi ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio expirat ob defectum conditionis, ita vt ſubſtitutus habeatur pro non ſubſtituto. Ampl. in compendioſa continente vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam, num.* 2.

3 *Sola exiſtentia filiorum facit deficere conditionem, quamvis illi non ſuccedant.*

4 *Filij poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè vocati. Fallit ſi vocatio ſit cum qualitate legitimitatis, & cum excluſione fœminarum, & quando adſunt ſimiles coniecturæ, quæ ſufficerent, quamvis eſſent leues, num.*5. *&* 6.

7 *Filij, qui non poſſunt ſuccedere patri ob non delatam illi ſucceſſionem tamquam præmortuo ante teſtatorem, vel ſuperſtite primo hærede, cenſentur per tacitum fideicommiſſum inuitati, licèt ſint poſiti in conditione. Amplia tam in fideicommiſſaria, quam in vulgari contenta in compendioſa, num.*8.

9 *Fideicommiſſaria tacita poteſt induci ex coniecturis, ſicut tacita vulgaris directa.*

10 *Clauſula,* omni meliori modo, *operatur tam ad onus hæredum inſtitutorum, quam ab inteſtato, vt hæreditas reſtituatur filijs poſitis in conditione, & numero* 11.

12 *Subſtitutus excluditur quamvis eſſet locus pius ob defectum conditionis.*

13 *Conditio,* ſi ſine liberis, *adiecta in vulgari directa excludit ſequentem ſubſtitutum, quamvis ille, qui cum liberis deceſſit, commodum hæreditatis non habuerit, etiam in compendioſa continente plures fideicommiſſarias, & plures vulgares in fideicommiſſo, num.* 14.

15 *Sequentes in gradu admittuntur, ſi mediæ ſubſtitutiones ſunt caducatæ ob defectum conditionis, ita vt ſuccedant etiam primo hæredi tam in compendioſa, quam in fideicommiſſaria. Fallit quando filij poſiti in conditione poſſint dici vocati ex coniecturis, vel ex conſuetudine, & ex obſeruantia iudiciorum, num.*16. *&* 17.

18 *Cōditio, ſub qua fideicommiſſarius eſt vocatus, ſi non euenit ſed deficit, tunc quoque deficiet ſubſtitutio fideicommiſſaria.*

19 *Subordinatio plurium graduum ſubſtitutionum continentium etiam vulgarem, vltra fideicommiſſariam, facit vt caducato medio gradu, ſubſtitutus per vulgarem ingrediatur locum illius, & ſuccedat grauato, ita vt remaneant bona hæredi cum onere illa præſtandi fideicommiſſario ſubſtituto. Declara. vt numero* 20. *&* 21.

22 Doctrina

22 *Doctrina* Bart. in l. quamdiu, ff. de acquir. hæred. *quomodo intelligatur, num.* 23. *&* 24.

25 *Conditio quando deficit quo ad primos ſubſtitutos, operatur vt nunquam ſit locus ſequenti ſubſtitutioni.*

26 *Subſtitutiones ſequentes quando euaneſcant ob defectum prima, & num.* 27.

28 *Subſtitutus ſi admittitur propter ſubſtitutiones medias caducatas, an debeat attendi, quod ſit purificata conditio, ſub qua ipſe fuit vocatus, vel conditio adiecta primo hæredi, & ſub qua illi fuit facta ſubſtitutio, num.* 29.

30 *Deficiente primo ſubſtituto, hæreditas remanet penes hæredem grauatum cum onere reſtituendi ſecundo. Intellige vt num.* 31.

CAPVT DCCXLVII.

Avrelius Paſſarus Senogalien. instituit hæredem Cinthium filium ſuum legitimum, & naturalem, cui ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus decederet, ſubſtituit Aureliam ſororem conſanguineam Cinthij, & eadem decedente ſine filiis legitimis, & naturalibus maſculis, vel fœminis ſubſtituit Io. Paulum Paſſarum fratrem ipſius teſtatoris, cui etiam decedenti ſine filiis legitimis, & naturalibus maſculis, vel fœminis eo caſu ſubſtituit Hoſpitale Miſericordiæ: Teſtatore adhuc viuente deceſſit Aurelia, deinde Io. Paulus frater teſtatoris, relictis filiis, poſtea teſtatore defuncto, fuit adita illius hæreditas per Cinthium filium, qui deinde deceſſit creatus Cardinalis à Clem. VIII. nullis relictis filiis, quæritur an fideicommiſſum ſit penitus reſolutum, & ſi perſeueret, an vocati ſint filij Ioannis Pauli, an vero Hoſpitale Miſericordiæ.

In prædicta facti ſpecie tranſmiſſa pro filiis Io. Pauli contra hoſpitale reſpondit Peregr. *conſ.* 132. *lib.* 5 iuxta cuius opinionem tamquam veriorem eſt iudicandum, non obſtantibus multis, quæ modò ex
1 aduerſo opponuntur, † Nam clarè apparet de defectu conditionis ſubſtitutionis: cum Io. Paulus deceſſerit relictis filiis, Hoſpitale autem fuit ſubſtitutum, ſi idem decederet ſine filiis, ob quorum exiſtentiam, ſubſtitutio euanuit, itavt ſubſtitutus habeatur pro non ſubſtituto, *l. iubemus*, §. *penult.* C. *ad Trebell.* l. 1. *ff. de reg. caton. l. qui hæred. in fin. ff. de condit. & demonſtr.* Caſtr. *conſ.* 292. *circa primum dubium videtur quod inſtitutio, col.* 2. *verſ. item teſtator lib.* 2. Aym. *conſ.* 62. *n.* 1. Albert. *conſ.* 86 *n.* 8. Ruſtic. *ad l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *in fin. ff. de cond. & demonſtr.*

Quæ procedunt, quamvis ſubſtitutio eſſet compendioſa continens vulgarem, pupillarem, & fidei-
2 commiſſariam, † licèt enim caſus vulgaris videatur accidiſſe ex capite impotentiæ tamquam non potuerit hæres fieri propter obitum ante teſtatorem, Tamen non poteſt talis ſubſtitutus admitti ad huiuſmodi ſubſtitutionem, quia conditio defecit, ſub qua facta eſt eadem ſubſtitutio: Oldrad. *conſ.* 139. Socin. *in l.* 1. *col.* 13. *poſt med. verſ. & per prædicta his diebus, ff. de vulgar. & conſ.* 76. *col. fin. lib.* 3 *& in l. cum auus, col.* 8. *ff. de cond. & demonſtr.* Curt. Iun. *conſ.* 33. *col.* 2. *verſ. ſtantibus præmiſſis.* Peregr. *de*
3 *fideic. art.* 15. *n.* 7. Aym. *conſ.* 62. *n.* 1. *&* 2. † vbi ampliat, quamvis filij non ſuccedant, cum ſola eorum exiſtentia faciat deficere conditionem, *l. filiusfamilias, § cum quis ff. de legat.* 1. Caſtr. *conſ.* 14. *ſi contingat in* 1. *dub. lib.* 1. *& conſ.* 280. *præſuppoſito ſtatuto, colum.* 2. *ad fin. lib.* 2. Corn. *conſ.* 180. *col.* 4. *lib.* 4 Peregr. *de fideicomm. art.* 28. *n.* 51.

Maximè, quia in caſu noſtro filij Ioannis Pauli,
4 quamvis ſint poſiti in conditione, † & ſic non diſpoſitiuè vocati: Bart. Bald. & Imol. *in l. Lucius,* & ibi Alciat. *n.* 11. *ff. de hæred. inſtituend.* latè Ruſtic. *in tract. de fil. poſit. in cond. lib.* 1. *c.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 28. Tamen videntur vocati, tanquam ſint poſiti in conditione cum qualitate legitimi-
5 tatis, † & quia ſumus in conditione compendioſa & ſunt poſiti in conditione tam maſculi, quam fœminæ, & ex ſtatuto Senogalliæ, & ex decreto Sereniſſimi Ducis ſunt excluſæ fœminæ, & fuit prohibita quæcumque detractio legitimæ & trebellianicæ, & ſimilis, quæ omnia faciunt coniecturam vrgentem vocationis: Menoch. *de præſumpt. q.* 76. *n.* 27. *cum ſeq. lib.* 4. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 1. *q.* 26. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 144. *numero* 2 *&* 3. *& dec.* 266. *n.* 5. *part.* 1. *in recentiorib. & dec.* 424
6 *num.* 2. *part.* 2. *in recentior.* † vbi etiam quod in hoc ſufficient leues coniecturæ: Menoch. *de præſump.* 76. *num.* 53. Aym. *conſ.* 62. *num.* 6. Dec. *conſil.* 241 *in caſu propoſito non videtur, ante fin. verſic. & quoniam filij.* Corn. *conſil.* 119. *lib.* 2. *& in l. ab eod. C. de fideicommiſſ.*

Præſertim, quia vbi filij non poſſunt ſuccedere patri in illis bonis, nec ex teſtamento patris, nec ab inteſtato ob non delatam ſucceſſionem patri tamquam præmortuo ante teſtatorem, vel ſuperſtite
7 primo hærede, † tunc filij poſiti in conditione de neceſſitate, per tacitum fideicommiſſum dicuntur inuitati, nam aliàs eſſet inane pro eis conſilium teſtatoris, contraria autem procedunt, quando pater habuiſſet hæreditatem, & filij mortuo patre ſibi ſucceſſiſſent, aut habiles fuiſſent ad ſuccedendum, provt in ſpecie declarat Gabr. *conſ.* 96. *num.* 17. *lib.* 1. *& conſ.* 115. *num.* 14. *eod. lib.* Cephal. *conſ.* 251. *num.* 85. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 74. *col.* 2. *lib.* 2. Et in propoſito noſtro Pereg. *conſ.* 132. *num.* 5. *ad med. verſ. hæc tamen communis opinio & reſolutio. lib.* 5
8 vbi etiam, quod ita obtinuit bis in Rota in fideicommiſſaria, in qua nunc verſamur, immo etiam in vulgari contenta in compendioſa, in qua ſi filij poſiti in conditione præmortuo patre honorato in vita teſtatoris non poſſent ſuccedere teſtatori ex perſona patris excludendum ſubſtitutum, cui filij ipſi poſiti in conditione ſunt prælati, tunc videntur ex tacita vulgari inuitati ad directam hæreditatem ad excluſionem eiuſdem ſubſtituti: Socin. Iun. *conſ.* 141. *num.* 16. *lib.* 2. *& conſ.* 174 *num.* 24. *eod. lib.* Ruſtic. *in tract. de fil. in condit. poſit. lib.* 3. *c.* 4. Peregr. *conſ.* 54. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 4. *& conſ.* 132
9 *num.* 5. *lib.* 5. † ob illam rationem, quia non ſolum tacita fideicommiſſaria poteſt induci ex coniecturis, ſed etiam tacita vulgaris directa: Iaſ. *in l. poteſt. numero* 8. *ff. de vulgar. & conſ.* 41. *colum. penult. lib.* 1. Dec. *in l. penult. in* 4. *notab. C. de impub. & aliis ſubſtitution.*

Cum etiam in teſtamento, de quo agimus, adſit clau-
10 ſula, *omni meliori modo,* † de cuius natura eſt ſubſtantiare actum factum per modum inutilem in alium modum vtilem, per quem fieri potuiſſent, itavt operetur tam ad onus hæredum ſcriptorum in teſtamento, quam venientium ab inteſtato, vt hæreditas reſtituatur filiis poſitis in conditione tamquam habentibus voluntatem teſtatoris: Dec. *conſ.* 241. *in caſu propoſito non videtur. colum.* 2. *ante med. verſ. ſed etiam ad hoc reſpondetur, num.* 2. *ad fin.* quem ſequitur Theſaur. *dec.* 60. *n.* 2. *& dec.* 86. *col. vltim. verſ. ideò limitarem iſtam ampliationem, n.* 2.

Quidquid aliud contra Dec. ſenſerit, Turret. de
clauſ. codicil. q. 50. & 51. fol. 111. Gabr. conſ. 129. lib. 2
Quia verior eſt opinio Dec. vt teſtatur Peregrin.
conſ. 54. n. 8. lib. 4. & conſ. 132. n. 6. lib. 5. & de fidei-
commiſſ. art. 28. num. 15. ad fin. Socin. Iun. conſil. 29
11 n. 5. lib. 3. Ruſtic. de fil. in condit. poſit. lib. 6. c. 4. † Et
ita etiam ob clauſulam omni meliori modo, quod
filij poſiti in conditione cenſeantur vocati con-
cludit Rot. coram R.P.D. Vbaldo Romana fidei-
commiſſi de Vldonis, 16. Ianuarij 1613. quæ eſt dec.
424. n. 2. in fin. part. 2. in recentiorib. poſt Put. dec. 215
in fin. lib. 3. Pariſ. conſ. 62. n. 15. lib. 2. Burſat. conſ. 262
num. 12. lib. 3.

Et ita in ſpecie caſus noſtri, quod ſtantibus prædictis
12 cenſeatur excluſus ſubſtitutus † quamvis etiam
eſſet locus plus concludit Bald. conſil. 254. titius
inſtituit. lib. 1. Corn. conſil. 180. in 2. dub. num. 3. lib. 4
Socin. conſ. 218. lib. 2. aliàs eſt conſ. 140. lib. 1. Bertr.
conſ. 175. lib. 1. part. 1. Alciat. conſ. 44. n. 51. lib. 9. Ang.
in l. 1. ff. de vulg. & in l. quamdiu. ff. de acqu. hæredit.
Alex. conſ. 1. num. 14. & 15. lib. 3. quos omnes refert,
& ſequitur Peregr. de fideicomm. art. 15. numero 32
13 & 33. fol. 140. † vbi quod hæc conditio adiecta in
vulgari directa excludit ſequentem ſubſtitutum,
quamvis ille, qui cum liberis deceſſit, commo-
14 dum hæreditatis non percepiſſet, † quod etiam
eſt in compendioſa continente plures fideicom-
miſſarias, & plures vulgares in fideicommiſſo,
tum ex defectu conditionis, tum quia teſtator
prætulit filios ſubſtituto, tamquam nulla proba-
bilis differentia videatur poſſe conſtitui inter
ſubſtitutum primo inſtituto, & beneficiato, &
inter ſubſtitutum ſecundo, vel tertio, cum etiam
de fideicommiſſaria contenta in compendioſa
idem iudicium ſit ſtatuendum, provt de vulgari
ratione æqualis determinationis, l. iam hoc iure,
ff. de vulg. & pupill. ſubſt.

Neque obſtat, quod multi contrarium teneant vide-
15 licet, quod quando aliquis eſt inſtitutus, † & ei
ſucceſſiuè fuerunt ſubſtituti plures de gradu in
gradum per compendioſam, vel per merè fidei-
commiſſariam, & hæres adiuit, mediæ autem ſub-
ſtitutiones ſunt caducatæ propter obitum ſubſti-
tutorum ante euentum conditionis, tunc ſequen-
tes in gradu admittuntur, tamquam mediæ ſub-
ſtitutiones caducæ habeantur pro non factis, ita-
vt poſteriores ſubſtituti dicantur immediatè prio-
ribus ſubſtitutis iuxta conſ. Caſt. 152. lib. 1. & conſil.
267. 268. & 422. lib. 2. cum aliis latè ex aduerſo ad-
ductis, de quibus etiam Peregr. de fideicommiſſ.
art. 15. num. 35. & 36. fol. 141. Surd. conſ. 279. n. 10. &
conſ. 447. num. 10. Rot. diuerſ. dec. 374. & 648. part. 1
& dec. 332. & 403. part. 2. in recentior. Gabr. conſ. 115
& 117. lib. 1. Aym. conſ. 283. eod. penult. Rebuff. conſil.
173. numero 14.

Nam quidquid ſit de iſta opinione, quæ eſt multum
16 controuerſa ex ſuperius adductis, † Reſpondetur
illam non procedere quando, provt in caſu no-
ſtro, filij poſiti in conditione poſſunt dici vocati
ex voluntate teſtatoris ob aliquas legitimas con-
iecturas, quarum multæ ſupra fuerunt relatæ; vel
ex conſuetudine, & obſeruantia iudiciorum, tunc
enim de eis iudicandum eſſet, provt de ſubſtitu-
tis, & per conſequens tales excludent ſubſtitu-
tum, & contraria procedunt ceſſantibus prædi-
ctis coniecturis, nam filiis non vocatis, eſſet po-
tior cauſa ſubſtituti, Ita in ſpecie diſtinguit Gab.
conſil. 115. num. 11. vſque ad 14. lib. 1. quem ſequitur
Peregr. de fideicom. art. 15. n. 37. & 38. fol. 142. The-
ſaur. deciſ. 86. col. vlt. verſ. nec mouere poteſt fol. 102
17 † Cum enim tales filij poſiti in conditione cen-
ſeantur vocati, dicendum eſt etiam eos vocatos
ab bona, quorum reſpectu ſunt poſiti in condi-
tione, & ſic etiam ad bona patri non acquiſita,
tamquam etiam in tali caſu verba conditionalia
diſponant, ſiue ad patrem bona peruenerint, ſiue
minus, & conſequenter non ſolum excludent
ſubſtitutum, verum etiam habebunt actionem ex
teſtamento tamquam diſpoſitiuè eſſent vocati:
Iaſ. in l. pecuniam colum. 2. ff. ſi cert. petat. latè Gabr.
d. conſ. 115. num. 11. in fin. vſque ad 14. lib. 1. poſt Pariſ.
conſ. 96. per tot. lib. 3. Socin. conſ. 178. col. penult. lib. 2
Corn. conſ. 74. col. fin. lib. 2.

Quibus additur, quod quando conditio, ſub qua fi-
18 deicommiſſarius eſt vocatus, non euenit, † ſed
deficit, tunc quoque deficiet ſubſtitutio, fidei-
commiſſaria, in hoc enim caſu non eſt locus opi-
nioni Bart. in l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. vbi
voluit, quod quando per compendioſam ſunt
ſubordinati plures gradus ſubſtitutionum conti-
nentes vltra fideicommiſſariam etiam vulgarem
in fideicommiſſo, tunc caducato medio gradu,
19 vltimus ſubſtitutus † per vulgarem ingreditur
locum illius, & ſuccedit grauato, itavt remaneant
bona hæredi cum onere illa præſtandi ſequenti
fideicommiſſario ſubſtituto: Peregr. art. 15. num. 14
& 12. Nam prædicta non procedunt, quando de-
20 ficit conditio, † ſub qua vltimus erat ſubſtitutus
illi medio, tunc enim defecta conditione exclu-
ditur ſubſtitutus, ſicut enim vltimus defectu con-
ditionis non poſſet ſuccedere in locum medij, ita
enim non poſſet ſuccedere primo: Ang. in l. quam-
diu, ad fin. ff. de acquir. hæred. iuxta l. qui habebat,
ff. de vulgar. Ruin. conſ. 135 num. 5. in fin. lib. 2. Dilect.
de art. teſtand. tit. 5. caut. 24. num. 2. Zanch. in l. hære-
des mei, §. cum ita num. 27. cum ſeq. ff. ad Trebellian.
21 † & ita declarando Bart. in l. quamdiu, latè com-
probat Peregr. conſil. 36. n. 25. vſque ad 29. lib. 2. &
conſ. 53. num. 9. lib. 2. Gabr. qui de communi conſ. 65
n. 21. lib. 1. Natt. conſ. 678. n. 19. & 20. Theſaur. dec. 86
in fin. Honded. conſil. 49. num. 42. vſque ad 46. lib. 2
vbi quod iſta opinio eſt veriſſima Alciat. conſil. 5
numero 32. lib. 4. & conſil. 44. lib. 9. Sim. de Pret.
conſ. 169. num. 4. lib. 1. latè Burſatt. conſ. 1. num. 5. lib. 1
Cephal. conſ. 349. num. 11. cum ſeq. lib. 3. & conſil. 482
num. 34. lib. 4.

Ex quibus tolluntur deciſiones Rot. diuerſ. 374. par. 1
22 & dec. 332. & 403. p. 2. in recentiorib. cum aliis, † qui
latè ex aduerſo allegantur, Nam loquuntur in ſim-
plicibus terminis relatis per Bart. in l. quamdiu, ff.
de acq. hæred. qui non præſupponit, quod ſit de-
fecta conditio appoſita in ſubſtitutione de vlti-
mo, ſed ſolum, quod ſit caducatus ſecundus gra-
dus quæ quidem inter ſe multum differunt, cum
aliud ſit quando poteſt obiici defectus cōditionis,
aliud, quod ſubſtitutus prædeceſſerit, & ſit cadu-
23 cata ſubſtitutio, nam in hoc caſu † ſi fuerit cà-
ducatus primus gradus ſubſtitutorum per fidei-
commiſſum, non efficitur caducus ſecundus gra-
dus ſubſtitutorum, ſed remanet fideicommiſſum
hæredi grauato cum onere reſtituendi illi ſe-
cundo ſubſtituto, quod etiam paſſim ſeruatur in
pluribus ſubſtitutis per vulgarem in diuerſis gra-
dibus, dempto enim primo non euaneſcit ſecun-
dus, nec ſequens Caſtr. conſil. 152. præſens dubium
libro primo, & conſ. 421. videtur quod iſti. lib. 2. So-
cin. conſil. 52. libro tertio, Aym. conſil. 295. in 1
dub. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat.

lib.

lib.11.tit.6.n.1.cum ſeq.& latè explicat Peregr.*conſ.* 40.*n.6.lib.1.*cum aliis latè per Surd.*conſ.*256. *num.* 26.*lib.*2.

Diuerſum eſt in caſu noſtro in quo non euenit con-
24 ditio ſubſtitutionis, † qua non exiſtente,non poteſt dici vocatus ſubſtitutus, & conſequenter non remanet fideicommiſſum penes hæredem cum onere reſtituendi vlteriori ſubſtituto, tamquam non euenerit caſus conditionis, cuius exitus ſemper conſideratur, ita vt vltimus defectu conditionis voluntariæ, ſub qua ſubſtitutus fuerat medio, quamvis gradus iſtius de medio ſit caducatus, non tamen poterit ſuccedere primo propter defectum conditionis, & contraria procedunt, vbi conditio non preſupponitur defecta, Iſta eſt communis diſtinctio doctorum, quam latè comprobat Peregr. *conſ.*40.*n.6.vſque ad* 8.*lib.1.& conſil.* 55 *n.9.& 19.lib.2.& conſ.36.num.25.vſque ad* 30. *& per tot.lib.3.*poſt Gabr.*conſ.95.n.21.lib.1.* Ruin.*conſ.*175 *n.4.& 5.lib.2.& conſ.112.lib.* 3. *& conſ.235.in 1.dub. eod.lib,*vbi ita declarat Alex.*conſ.1.n.2.3.& 17.lib.1* Curt. Iun.*conſ.96.n.5.*cum aliis adductis *ſupr.verſ. quibus additur.n.*18. Rot.*diuerſ.dec.*230.*n.1.part.* 2
25 vbi quod iſta opinio eſt communis, † & abſque vlla dubitatione, quando deficit conditio quo ad primos, numquam enim eſt locus ſequenti ſubſtitutioni, Alex. *conſ.139.in 1.dub.lib.6.*Socin.*conſ.*111 *n.20.lib.1.*latè Menoch.*conſil.85.n.46. vſque ad* 50 *lib.1.*Dec.*conſil.636.num.5.*Pariſ.*conſ.74.num.21. & conſ.82.num.4.lib.2.*

Nec facit, quod licet ob defectum primæ ſubſtitutionis aliæ ſequentes euaneſcant, Tamen hoc procedit, quando deficit conditio, ſub qua primus
26 eſt ſubſtitutus, † videlicet ſi quis fuit ſubſtitutus hæredi decedenti ſine filiis,& eidem primo ſubſtituto alij plures fuerint ſubſtituti, nam ſi hæres deficiat relictis filiis, tunc euaneſcunt omnes ſubſtitutiones, tam prima, quam ſequentes, ſecus autem quando conditio, ſub qua fuit vocatus primus ſubſtitutus, euenit, ſed ſubſtitutiones mediæ ſunt caducatæ, tunc enim ſequentes ſubſtituti admit-
27 tuntur, † Quia verior eſt concluſio, quod iſta procedant etiam in conditione adiecta vltimo ſubſtituto, nam ſi fuit appoſita aliqua conditio, quæ defecit, ſicut vltimus propter defectum conditionis non poſſet ſuccedere in locum medij, ita neque poterit ſuccedere primo: Peregr. *conſ.36.n.* 28.*lib.3.*poſt Ang.*in l.quamdiu. ad fin.*& ibi Aret. & Imol.*col.vlt.ff. de acquir.hæred.*iuxta *l. commodiſſimè, ff.de liber. & poſthum.*Socin.*conſil.*140. *n.9 lib.1.* Alex.*conſ.1.n.14.lib.1.* Gabr. *conſ.95.n.21.lib.1* Honded.*conſ.49.n.42.cum ſeq.lib.2.* Oſaſc.*conſ.*74 *num.16.& 46.in fin.verſ.reſpondetur etiam.*Rip.*in l. centurio. num.151.ff.de vulgar. & pupillar.*

Minus obſtat, quod quando ſubſtitutus admittitur
28 propter ſubſtitutiones medias caducatas, † tunc non debeat attendi, an ſit purificata conditio, ſub qua ipſe fuerat vocatus, ſed ſolum an conditio adiecta primo hæredi, & ſub qua illi fuit facta ſubſtitutio, ſit purificata, quaſi tunc ſubſtitutus ingrediatur locum antecedentis ſubſtituti, itavt ſupprimantur mediæ ſubſtitutiones caducatæ, ac ſi de eis nulla haberetur ratio, ſed immediatè ſequens ſubſtitutus eſſet vocatus poſt mortem primi, vnde erit ſolum attendenda purificatio prioris conditionis adiectæ primo heredi, nam illa purificata, hæreditas remanſit apud dictum heredem cum eodem onere illam reſtituendi ſequentibus ſubſtitutis ſub eadem conditione adiecta ipſi primo hæredi, nulla habita conſideratione an fuerit purificata conditio, ſub qua ſequens erat ſubſtitutus: Caſtr. *conſ.152.lib.1.*Dec.*conſ.427.n.9.in fin.* Socin.Iun.*conſ.42.n.18.cum ſeq.lib.1.* Aym.*conſ.*285 *n.2.* Gabr. *conſ.117.num.17. & 18.lib.1.* Rot. *diuerſ. dec.374.num.2.part.1.*

Quia ſupra oſtenſum eſt contrariam opinionem eſſe veriorem, quod non ſolum prima ſubſtitutio cor-
29 ruat, ſed etiam ſecunda, itavt ſecundus ſubſtitutus non admittatur, quando defecit conditio illi ſubſtitutioni adiecta; vel quando alia adiecta primo ſubſtituto repugnat ſecundo, & ſic non attenditur an extiterit conditio appoſita primo hæredi, ſed an ſit purificata conditio appoſita vltimæ ſubſtitutioni; Alciat. *conſ.54.n.51.verſ.ſecunda limitatio n.9.aliàs eſt conſ.492.n.27.* Alex.*conſ.1.num.14.& 15 lib.1.*Honded.*conſ.49.num.42.cum ſequentib. lib.2* Gabr.*conſ.95. n.24.lib.1.* qui omnes ita declarant Bart.*in l.quamdiu,ff.de acq.hæred.*quod etiam voluit Bero.*conſ.98.num.3.lib.2.*Rimin.Iun.*conſil.*535 *n.73.& 74.lib.5.*Menoch.*conſ.326.n.35.& 36. lib.*24 Bertrand.*conſ.365.n.7.verſ.ſecus enim putarem.lib.1 p.1.*Corn.*conſ.199.n.32.& 34.lib.2.*& latè etiam ita declarat Cephal.*conſ.620.n.29. vſque ad 44.lib.5.*

Et ita etiam reſpondetur ad *l.vnic.§.pro ſecundo C.de*
30 *caduc. tollend.* † vbi deficiente primo ſubſtituto, hæreditas remanet penes heredem grauatum cum eodem onere reſtituendi ſecundi. Quia hoc procedit dummodo verificetur conditio adiecta primæ ſubſtitutioni, nam aliàs ſi deficiat conditio, &
31 prima ſubſtitutio, † corruunt omnes ſequentes ſubſtitutiones, *l. qui habebat.ff.de vulgar.& pupill.* cum aliis adductis *ſup.verſ.quib. additur* Honded. *conſ.49.n.44.lib.2.*Burſatt.*conſ.1.n.5.lib.1.*Menoch. *conſ.326.num.35.& 36. lib.4.*

EPITOME.

Promittens aliquid facere in termino collato ad voluntatem eius, cui debet adimpleri, an dicatur negligens, ſi non offerat ſe paratum ad faciendum, vel potius debeat præcedere requiſitio, & declaratio voluntatis. ¶ Et an hoc procedat tam reſpectu loci, quam temporis, itavt in materia moræ de vno ad aliud arguatur. ¶ Teſtis deponens quod venditor interpellauit emptorem, vt adimpleret conuentionē an ſemiplenè probet & transferat onus probandi in aduerſarium. ¶ Veriſimilitudo quando attendatur ad hoc vt reſultet plena probatio. ¶ Arrha quo caſu poſſit exigi & ſic locus pœnitentiæ per illius reſtitutionem tam de iure, quam ex ſtatuto Vrbis. ¶ Renunciatio emptionis, quando cenſeatur inducta per lapſum temporis in ea præfixi, itavt non audiatur emptor volens poſtea adimplere. ¶ Venditor obligatus reſignare officium an debeat requirere emptorem, ſi in tempore ſtatuto non ſoluerit, ſeu depoſuerit prētiū iuxta conuentionē per eum factā. ¶ Adimplementum conditionis per quem ſit verificandum cum qualitatibus in ea contentis. ¶ Et quid ſi ſint à iure præſumptæ. ¶ Clauſula, *& non alias*, quando inducat formam, & reſoluat actum, ac ſi geſtus non fuiſſet. ¶ Negatiua non facti depoſiti quomodo probetur. ¶ In facto antiquo an credatur teſtibus dubitatiuè loquentibus.

SVMMARIVM.

1 *Obligans reſignare officium ad omnem ſimplicem requiſitionem emptoris non poteſt argui de negligentia, ſi non offert ſe paratum reſignare, ſed ſolum debet expectare ſe requiri ad reſignandum, n.2.& 4.*

5 *Promittens aliquid facere in termino collato ad fauorem eius, cui debet adimpleri ad nihilum tenetur, nec dicitur negligens, niſi procedat declaratio voluntatis. Amplia tam reſpectu loci, quam temporis: cum in materia moræ de vno ad aliud arguatur, & numero 5.*

6 *Venditor non tenetur reſignare, ſi emptor in termino præfixo non ſoluerit, ſeu depoſuerit pretium iuxta ſtylum Vrbis, qui eſt ſeruandus, quamuis eſſet contra ius commune, n. 7. Idem ſtante pacto. n. 8.*

9 *Verba ablatiui abſoluti important conditionem,*

10 *Adimplementum conditionis eſt verificandum per eum, qui tenebatur adimplere, alias dicitur eſſe in culpa.*

11 *Actio nulla competit, neque illius exercitium pendente termino ad aliquid faciendum.*

12 *Clauſula,* & non aliàs, *reſoluit actum, ita vt habeatur pro non geſto, & non recipit aliquam interpretationem, ſed inducit formam, à qua non licet recedere, num. 13.*

14 *Pactum eſt ſeruandum, quando partes potuerunt illud facere.*

15 *Negatiua, quod non fuit factum depoſitum in banco, probatur ex reuolutione librorum.*

16 *Qualitates ſunt probandæ copulatiuè per eum, qui ſe in illis fundat, quamuis eſſent à iure præſumptæ, numero 17.*

18 *Teſtis deponẽs, quod vẽditor interpellauit emptorem, vt adimpleret conuentionem, ſemiplenè probat, & transfert onus probandi in aduerſarium, n. 32.*

19 *Veriſimilitudo attenditur in probationibus, quæ iuncta cum teſtibus ſemiplenè probãtibus inducit plenam fidem.*

20 *Teſtis amicus vtrique parti non repellitur à teſtificando.*

21 *In facto antiquo magis creditur teſtibus dubitatiuè deponentibus.*

22 *Veriſimilius debet attendi in quocumque actu.*

23 *Arra amittitur cùm non ſit pœna, & poteſt licitè exigi in omni contractu tam de iure, quã iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, ſecundum quod non eſt locus pœnitentiæ, quidquid aliud ſit de iure.*

24 *Pactum, quamuis inualidum roboratur à ſtatuto permittente illud, quod in eo continetur.*

25 *Reſtitutio arræ eſt facienda pro virili, ſi per duos fuit data. Idem in omnibus diſpoſitionibus, num. 26.*

27 *Nomen debitoris venit in generali bonorum obligatione.*

28 *Sẽtentia corruit ſi fuerit lata in eo, quod plus debetur.*

29 *Emptor vltra amiſſionem arræ datæ etiam pro parte pretij tenetur ad omnia damna paſſa per vẽditorẽ.*

30 *Renunciatio emptionis cenſetur inducta per lapſum temporis in ea præfixi, & non auditur emptor volens poſtea adimplere, num. 31.*

CAPVT DCCXLVIII.

(Adde *ſupr. ad cap.* 307.)

PRo lucro arræ ad fauorem venditoris officij fuit lata ſentẽtia, iam ſunt 10. anni, cui emptor tunc acquieuit, & ſtante re iudicata nihil fuit amplius actũ in cauſa, & quidem meritò, quia res erat adeo clara propter conuentionem, de qua in apocha inter partes celebrata, vt ſufficeret ſolius oſtẽſio, vltra rationes quas pro defenſione venditoris latè adduxi *ſup. c. 307. per tot.* Nihilominus neſcitur, quo ſpiritu ductus emptor iterum nunc cauſã reaſſumpſit præuia commiſſione reſtitutionis in integrum, & cum fuiſſet datum dubium, an conſtaret de cauſis reſtitutionis fuit deciſum affirmatiuè mandando reſtituendam eſſe arram emptori, vt latius in deciſionibus, & ſententia poſtea ſubſecuta, à qua cùm fuiſſet appellatum, & cauſa denuo in Rota commiſſa, fuit datum dubium, an huiuſmodi ſententia eſſet reuocãda, & quidem dicebam concludendũ eſſe pro illius reuocatione, nam ex ſola lectura apochæ manifeſtè apparet, quod ceſſat ratio allegata in deciſionibus, in quibus iubetur reſtitutio arræ vẽditori, ſub prætextu, quod ipſe fuerit negligens, non offerendo ſe paratum reſignare officium, prout præſupponitur illum teneri hoc facere, vt poſſet arram ſuperlucrari, quod tamen
1 repugnat conuentioni cõtentę in apocha, † in qua
expreſsè fuit conuentum, quod reſignatio fieri debeat infra duos menſes per vẽditorem ad omnem ſimplicem requiſitionem emptoris, ex quibus verbis colligitur, quod reſignatio facienda eſt collata in arbitrio, & volũtate emptoris, quo caſu venditor nihil tenetur facere, prout neque debet requirere venditorem offerendo ſe paratum reſignare, ſed ſolum debet expectare requiſitionem, & interpellationem emptoris, qua deficiente nulla poteſt imputari negligentia venditori, cum non dicatur ſtetiſſe per eum, quominus reſignaret, Ita in ſpecie concludit Alex. *conſ. 45. in cauſa & lite vertente, n. 5*
2 *& 6. li. 5.* Vbi † Nat. *in add. n. 1.* dicit ſingulariter notandum ad fauorem eius, qui promiſit aliquod facere, non ſtantibus huiuſmodi verbis ad nihilũ tenetur, niſi præcedat requiſitio, quod etiam prius voluit Caſt. *conſ. 100. videtur quod dict. Ioan. n. 1. in prin. verſ. in contrarium videtur, & in fi. verſ. & hoc maximè videtur verũ in caſu noſtro, lib. 2.* Iaſ. *conſ. 34 in cauſa nobiliũ de monte, in fi. verſ. ſed in caſu noſtro partes vltra proceſſerunt lib. 3.* Pariſ. *conſ. 5. n. 51. lib. 3* Dec. *conſ. 2. & pro tenui. col. 2. ante fi. verſ. & in fortiori caſu conſuluit, & conſ. 145. quæritur in effectu, col. 2 ante med. verſ. & benefacit quod notat, & col. vlt. in fi. verſ. vel 3. dec.* Cagnol. *in l. 2. col. 51. ad med. verſ. ex prædictis circa alternatiuam, n. 11. C. de reſc. vend.*
3 Dec. *conſ. 11. n. 8. 9. & 15. lib. 2.* † vbi quod ideò tunc
non poteſt conſiderari aliqua negligentia in promittente certum quid facere, quia terminus ad faciendum eſt collatus in voluntatem eius, cui debet adimpleri, vnde non mirum, ſi debet præcedere requiſitio, & declaratio voluntatis, iuxta *l. 1. §. non exigit prætor. ff. vt in poſſeſ. legat.* de qua per Oldrad. *conſ. 242. tota præſens quæſtio. col. 1. in fin. verſ. tertio*
4 *obijcitur. n. 4.* † & ita etiam concludit in propoſito
Rot. coram Card. Pamphilio Bononien. ſpolij, 15. Decembris 1600. impreſſ. poſt tract. *de obligat. camer. dec. 31. num. 8. & 9. fol. 316.*

Quæ procedunt ſiue iſta verba ad voluntatem ponantur reſpectu loci, ſiue temporis, quia in vtro-
5 que caſu requiritur, † quod interpelletur ille, qui
promiſit facere, cum ante requiſitionem nulla ei negligentia poſſit imputari, cum etiam valeat argumentum de loco ad tempus etiam in materia moræ, & negligentiæ, *l. vinum.* vbi Iaſ. *n. 2.* Dec. *n. 7 ff. ſi cert. petat.* Decian. *conſ. 11. n. 10. & 11. lib. 2.* Alex. *conſ. 45. n. 6. & 7. lib. 5.* per text. *in l. Lucius, ff. depoſit.* Bald. *in rubr. C. de conſtit. pecun. col. 1. verſ. modo venio ad locum, n. 5. in fi. & in l. ab eo. 3. col. 1. in fin. verſ. extra quæro Titius accepit, num. 9. Cod. quomod. & quand. iudex ſentent. profer. deb.*

Et magis excluditur prætenſa negligentia venditoris, quia nihil tenebatur facere ad effectum ac-
6 quirendi arram, nam in apocha fuit expreſsè con-
uentum, quod illa acquireretur iuxta mortem, & ſtylum Romanum, & ex vſu, & ſtylo Vrbis non

requiritur aliqua interpellatio, ſed ſufficit, quod
emptor in tempore præfixo in pacto non ſoluerit,
vel non depoſuerit pretium, illo enim non ſolu-
to, ſeu non depoſitato, venditor ex parte ſua
non debet deuenire ad aliquam reſignationem
officij, provt de tali ſtylo atteſtantur primarij Vr-
bis Mercatoris, & talis ſtylus eſt ſeruandus: Rot.
7 Ianuenſ. *deciſ.*84.*n.*3. † vbi ampliat quamvis eſſet
contra ius commune; Alciat.*præſum.*30.*Reg.*2.*n.*2
& 3. Maximè in caſu noſtro, in quo adeſt expreſſa
8 conuentio iuxta dictum ſtylum, † qui etiam eſt
conformis iuri communi, *l.contractus,§.illud.C.de
fid.inſtrument.* Bertazol.*clauſul.*31.*gloſ.*7.*n.*2.*in fin.*
Maximè, quia venditor non promiſit ſimpliciter re-
ſignare officium, ſed cum illa clauſula *adimpletis
9 tamen prius conditionibus infraſcriptis,* & non aliàs,
nec alio modo, videlicet de ponendo pecunias in
Banco S. Spiritus, & alia faciendo, de quibus latè
in capitulis, quæ verba tamquam ablatiui abſo-
luti important conditionem. Bart. *in l.ab emptio-
ne, n.*4. *ff. de pact.* Bald.*in l.* 1.*n.*6.*C. quand. lic. ab
10 empt.diſced.*Surd.*conſ.*38.*num.*22. † Et per conſe-
quens adimplementum conditionis erat verifi-
candum per eum, qui tenebatur adimplere, aliàs
dicitur in culpa, ſi differat conditionem purifica-
re, quæ culpa illi abſcribitur, & non alteri. Neuiz.
conſil. 87.*n.*18. Surd.*conſ.*52. *n.*28.*vſque ad* 35. *lib.* 1
Becc.*conſ.*45.*num.*6.*cum ſeq.*

Cum etiam idem venditor nullo modo poſſet re-
quirere aduerſarium pro reſignatione officij,
Nam in apocha fuit præfixus terminus duorum
menſium ad parandum pecunias, ad effectum vi-
11 dendi † an emptor vellet perficere emptionem of-
ficij, vnde pendente tali termino non poterat
venditor illum conuocare ad recipiendam reſi-
gnationem, tamquam nulla ei actio tunc compe-
teret, neque illius exercitium, *l.ſine pars, Cod.de
dilat.*Glo.*in l.dicere.in fi.ff.de arbitr.* Bald.*in l.cum
antea.col.*3.*verſ.& conſidera hic.C.eod.tit.& in l.ap-
pellationem,col.*4.*verſ. eſt & tertia declaratio. C. de
appell.* Vant.*de nullit.ex defect.iuriſdict.ordin.n.*157
12 Provt † neque termino elapſo erat opus alia re-
quiſitione, cum contractus eſſet reſolutus ſtante
clauſula, de qua in apocha, & non aliàs, per quam
eſt reſoluta venditio, & illa habetur pro non fa-
cta, & res ad priſtinum ſtatum reuerſa, *l.volunta-
te, ff.quib.mod.pign.vel hypoth. ſoluit.* Alex. *conſ.* 3
*n.*4.*lib.*1.Menoch.*conſ.*26.*n.*4.*&* 36.*lib.*1.Caputaq.
13 *dec.* 82.*num.*4.*part.*2.Boer.*dec.*243. *num.*11. † Cùm
etiam talis clauſula ſit adeò præciſa, vt non reci-
piat aliquam modificationem, aut interpretatio-
nem, ſed inducat formam, à qua non licet recede-
re: Natt. *conſil.*372.*num.*5. Pariſ. *conſil.* 19. *num.*25
*lib.*1, Iaſ.*conſil.*86. *num.*16.*lib.*3.Bald.*in l.ſi quidem,*
9. *num.*3. *C. de exceptionib.*

Nec facit, quod aduerſarius in actu reſignationis
potuiſſet conſignare cedulam ſcutorum ſexdecim
millium pretium officij, ſeu illud incontanti ſol-
uere, Quia iſta poſſibilitas excluditur per teſtes,
qui deponunt de carentia pecuniæ, vt dictum eſt,
& ſatis eſt, quod per eum erat facienda requiſi-
14 tio reſignationis ex ſupra allegatis: † Cùm etiam
in apocha adſit expreſſa conuentio, vt prius depo-
ſitum fiat in banco S. Spiritus, & poſtea detur ce-
dula in actu reſignationis, vnde ab huiuſmodi pa-
cto expreſſo non eſt recedendum, cùm partes po-
tuerant illud facere, *l.* 1. *§. ſi conueniat. ff. depoſit.*
Pariſ.*conſil.*12.*numero* 103.*lib.*2. & quod in eodem
Banco nulla pecunia etiam minima fuerit depo-
ſita ad iſtum effectum, probatum eſt ex reuolutio-
15 ne librorum dicti Banchi, vt in fide, † ex qua ſatis
probatur talis negatiua: Bart. *in l. fin. Cod.de reb.
credit.& in l.*2.*in fin.C.de reb.cred.& in l.*1.*in fi. C.
de error.aduocator.*Natt. *conſ.*45.*n.*3. Alex. & Iaſ.*in
l.Titiæ textores. ff.de legat.*1. Crot.*conſil.*7. *num.*18
Roland.*conſ.*2.*n.*131.*lib.*1.Surd.*conſ.* 21.*num.* 1. *lib.* 1
Cephal.*conſ.*250.*num.*3.

Cum igitur ex prædictis conſtet, quod totale onus
perquirendi reſignationem reſidebat in aduerſa-
16 rio emptore cum onere faciendi depoſitum, † iſtæ
qualitates requiſitionis, & depoſiti erant per eum
probandæ: Bald.*in l.in cauſis,C.de accuſat.*Socin.
*conſ.*55.*num.*4.*lib.*1. Tiraqu. *de retract. conſang.* §.8
*gloſ.*7.*num.*1. Adeò vt non ſufficiat probatio vnius
17 qualitatis ſine altera, † cum ambo copulatiuè re-
quirantur, quamvis eſſemus in qualitate à iure
præſumpta: Surd. *conſ.*130.*num.*1.*ad med.lib.*1.poſt
Aym.*conſ.*2.*pro genero. n.*5. *&* 31. Rip. *conſil.*78. *n.*1
Natt.*conſ.*474.*n.*34. Menoch.*conſil.*75.*num.*14. *cum
ſeq.lib.*1.

Quibus additur, quod ex teſtibus examinatis clarè
apparet de diligentia venditoris, dum deponunt,
quod ipſe ſemper curauit deuenire ad reſignatio-
nem officij, & quod per aduerſarium emptorem
ſtetit, vt talis reſignatio non haberet effectum,
cum non potuerit inuenire tam magnam ſum-
mam pecuniarum debitarum pro eodem officio
reſignando, quas tenebatur deponere in Banco
S. Spiritus, provt probat ſecundus teſtis iuxta 11
18 & 12. qui deponit de facto proprio, † quod ipſe re-
quiſiuit aduerſarium, vt adimpleret conuentio-
nem, & ideo pluſquam ſemiplene probat, & admi-
niculatus ab aliis teſtibus, de quib. in actis, plenam
fidem facit de mora, & negligentia aduerſarij, &
de diligentia adhibita per venditorem deuenien-
di ad præfatam reſignationem: Caputaq. *dec.*271
*num.*3.*ad med.part.*3.Menoch.*de arbitr.caſ.*99.*n.*17
& 18.*& conſ.*98.*n.*18.*lib.*1. Aym.*conſ.*491.*num.*11.

Quæ depoſitiones teſtium coadiuuantur ex facto
ipſo, cum idem venditor poſtea elapſo anno, ne-
dum bimeſtri reſignauerit alteri officium propter
inobſeruantiam emptoris etiam pro multo mi-
nori pretio, adeò vt ex hoc reſultet clara mens
illius quod multò magis erat paratus reſignatio-
nem facere ad fauorem primi emptoris pro maio-
ri pretio conuento, cùm non ſit veriſimile, quod
poſt tot incommoda paſſa ob moram non adim-
plentis voluiſſet iactare augmentum pretij, & iſta
19 veriſimilitudo † ſpecialiter attenditur in huiuſ-
modi probationibus tamquam cognata naturæ,
itavt habeatur pro lege, & ſecundum eam debet
iudicari, cùm præſertim ſit coniuncta cum teſti-
bus, quorum depoſitio, quamvis non eſſet plena,
tamen ob iſtam veriſimilitudinem induceretur
pleniſſima probatio: Aym. *conſil.* 61. *numero* 9. *&
conſil.*73. *numero* 41.

Neque obſtant oppoſitiones datæ contra teſtes,
Qui non releuant, maximè quoad primum, qui
licet ſit coniunctus venditori. Tamen exercet of-
ficium iudicatus in curia, & etiam eſt amicus ad-
20 uerſario, † cum quo ſemper tractauit ob cauſam
amicitiæ, vt ei rem vtilem faceret effectuando
emptionem officij in eius perſonam factam, adeò
vt concurrentibus omnibus iſtis ſit maxima fides
ei adhibenda, & tollatur quæcumque oppoſitio:
Bald.*in l.qui teſtamento,*21.*§,quæcumque,in fin.de
teſt.*Felin.*in c.cum oporteat,*9.*col.*4.*in fin.verſ.tertio
limitat.de accuſat.*Menoch.*conſ.*45. *num.*27. *libro* 1

Nec faciunt obiecta contra alios teſtes, quod depo-
21 nant per verba ſi bene recordor, † Quia cum ſimus in facto antiquo jam ſunt decem anni, magis creditur teſtibus deputatiuè loquentibus, Ang. *conſ.25.pro deciſione, num.4.* Alex.*conſil.*149. *num.*2 *lib.*5. Quamvis verè teſtes loquantur præciſè, quod venditor erat paratus reſignare, & ad iſtum effectum fecit requirere aduerſarium concedendo etiam ei nouas prorogationes vltra terminum conuentum in apocha, prout etiam ampliſſimam fidem fecit Card. Creſcentius, itavt non ſit dubitandum de prædictis iuncta præſertim veriſimilitudine ſupra adducta de venditione facta poſtea
22 multò minori pretio, † ex qua arguitur, quod magis erat paratus reſignare pro maiori pretio, de quo in apocha, quod tamquam veriſimilius debet attendi: Oldr.*conſ.*13. *cum quæſtio.in fin.* Bald. *conſil.*180. *mortuo filio,lib.*3. Aym. *conſ.*155. *num.*33 *& conſ.*269. *num.*4.

Neque obſtat, quod non ſit amiſſa arra tamquam
23 pœna conuentionalis non poſſit exigi, † Quia non ſumus in pœna, cum arra ſit data etiam pro parte pretij, & arra amittitur in quocumque contractu, & exigitur iuxta diſpoſitionem legis tam in venditione, quam in aliis contractibus: Bald. *in l.* 2 *quæſt.*3.*Cod.quand.lic.ab empt.diſceder.* Bertazzol. *clauſ.*31.*gloſſ.*7.*num.*3. & vltra permiſſionem legis, adeſt etiam ſtatutum Vrbis, quod permittit illius exactionem, vt in *cap.*112.*lib.* 1. vbi per dationem arræ quilibet contractus eſt adeo perfectus, vt nemo contrahentium poſſit ab eo diſcedere, quamvis emptor velit arram amittere, ſeu venditor reddere duplicatam, quidquid aliud ſit de iure, §.1 *inſtit.de empt.& vendit.l.contractus, in fin.Cod.de fid.inſtrum.* Surd.*dec.*260.*num.* 25. quare etiam va-
24 lebit pactum † tamquam roboratum à dicto ſtatuto, quamvis etiam non eſſet per ſe validum, vnde multò magis ſtante illius validitate propter diſpoſitionem legis ita permittentis: Bald. *in l. cum archimedoram.* 4.*num.*12. *C.vt in poſſeſſ. legat.* Ang.*conſil.*66.*viſis, col.fin.* Imol.*in l.illa autem, in fin.ff.de hæredibus inſtituend.* Dec.*conſ.*516.*quoniam cauſa, col.*2.*in princip.verſ.non obſtat.num.*5.*&* 6.*& conſ.*578.*viſo.numero* 9.

Additur, quod etiam ſententia non ſubſiſtit, tamquam in ea condemnetur venditor ad reſtitutionem totius arræ ſoli aduerſario, cum tamen appareat ex actis illam fuiſſe datam non per eum tantum, ſed etiam per conſocium, cum nomine
25 vtriuſque fuerit ſoluta per mercatorem, † & per conſequens pro virili vnicuique erat reſtitutio facienda, quatenus ad hoc teneretur, licèt in nihilo obligatus eſſet ex ſupra adductis, *l.ſi fundus,§. ſi duo, ff.de pignorib. l. aliena res,§.ſi pluribus, ff eod.tit.l.reos,§.cum in tabulis,C.de duob.reis.* Surd.
26 † qui ampliat ad omnes diſpoſitiones *conſ.* 150. *n.* 34. *vſque ad* 37.*lib.*1. Pariſ.*conſ.*4.*num.*8.*lib.*3. Bero. *conſ.*181.*n.*6.*lib.*1. Bertrand.*conſ.* 269. *n.*1. *lib.*3

Nec obſtat, quod aduerſarius prętendat ſoluiſſe ſcuta quingenta pro danda dicta arra mercatori Magonio, Quia per talem dationem effectus eſt creditor conſocij, contra quem debet agere, & venditori tamquam creditori eiuſdem conſocij, vt probatum eſt in actis, datur retentio dictæ partis
27 arræ ad eum ſpectantis, † tamquam ſit nomen ſui debitoris, quod venit in generali obligatione bonorum Barr. *in l. nomen.num.*3.*Cod. quæ res pignor. obligar.poſſ.* Dec. *conſil.*349. *conſului.ad fin. verſ. adeo quod etiam dos, num.*19. Caſtr.*in l.ſi conſtante,* §.*vlt.num.*2.*ff.ſolut.matrim.* Surd.*conſil.*140. *num.*3 *& conſ.*4.*n.*20.*cum ſeq.lib.*1. Tiraq.*in l.ſi vnquam in*
28 *verb.bona.num.*8.*Cod.de reuocand.donationib.* † Et per conſequens ſententia corruit tamquam lata in eo, quod plus debetur: Gloſ.*vlt.in l.fin.* & ibi Alex. *num.*10.*de iuriſd.omn. iudic.* Natt.*conſ.*631.*num.*57 Put.*dec.* 323. *lib.*2.

Neque eſt omittendum, quod culpa aduerſarij non ementis officium iuxta conuentionem, venditor plura damna, & quidem notabilia ſuſtinuit, non ſolùm in venditione eiuſdem officij pro minori ſumma, ſed etiam in penſione alterius domus conductæ ob dimiſſionem illius, quæ erat danda emptori, in qua officium debebat ſtare cum aliis
29 damnis, de quibus in actis. † Ita vt ſatis ſit conſultum eidem aduerſario, ſi ſolum amittit arram, cum tamen vltra illius amiſſionem teneretur ad omne damnum, & intereſſe paſſum per venditorem: Caſtr.*in l.*1. *in princ. n.*6.*ff.de act.empt.* Aret. *inſtit.de empt. & vend.in princ.n.*6. Alex.*in l.ſi cum dotem.notab.*2.*n.*5.*ff.ſolut.matrim.* Iaſ.*in l.*2.*n.* 52. *C. de iur.emphyt.& in §.actionum.n.*5.*inſtit.de actionib.* cum aliis per Bertazol.*clauſ.*31.*gloſſ.*7.*in fin.*

Cùm etiam emptor habuerit multas prorogationes vltra tempus præfixum in apocha, & venditio officij ſit facta alteri poſt annum à die lapſus bimeſtris in conuentione expreſſi ad faciendum depoſitum, quo ſtante apparet de magna negligentia
30 emptoris, † ob quam magis cenſetur renunciatum emptioni, quæ renunciatio ſatis cenſetur inducta poſt lapſum dicti temporis præfixi: Surd. *dec.*203.*num.*1. Raph. Cuman. *in l.ſi ita quis promiſerit.§.ſed a caut.ff.de verb.obligat.* vbi ex illo text. colligit, quod ſi facta emptione non fuit ſolutum pretium, ſeu depoſitatum in tempore conuento, & vltra illud eſt lapſum aliud ſpatium temporis,
31 † non auditur amplius emptor, quamvis offeret ſolutionem, ſeu deponeret, licet etiam venditoris nihil intereſſet ob magnam negligentiam eiuſdem emptoris, qui videtur ex hoc renunciaſſe omni iuri ſibi competenti: Aldobrand.*conſ.*103.*n.* 4.*lib.*1 Vnde multò magis in caſu noſtro, in quo apparet de tam magno præiudicio venditoris ob damna paſſa occaſione venditionis non ſecutæ culpa aduerſarij ex ſupra allegatis, quæ omnia dicuntur ex abundanti, cum ſufficiat, vt dictum eſt, conſtare ex apocha, quod idem venditor erat requirendus per emptorem ad reſignandum, non autem, quod ipſe teneretur requirere, ita vt ex hoc nihil ſit imputandum de prætenſa negligentia: Decian.*conſ.*11.*n.* 8.9. *&* 15.*lib.* 2. cum aliis ſu-
32 perius adductis *n.*1. Maximè, † quia etiam conſtat de diligentia facta per venditorem, vt diximus *ſupr.verſ.quibus additur,numero* 18. interpellando emptorem: ita vt quoque ſufficiat interpellatio probata per vnum teſtem, quæ facit ſemiplenam probationem, transferendo onus probandi in aduerſarium, vnde multò magis in caſu noſtro, in quo adſunt plures teſtes: Gozad. *conſ.*75. *n.*19.

Alia, quæ opponuntur non indigent reſponſione, quia ſunt leuia, & fuerunt omnia ſublata *ſup. cap.* 307.*per tot.* Maximè, quia deciſiones, ſolùm fundantur in negligentia venditoris non offerentis ſe paratum reſignare, cum tamen fuerit oſtenſum iſta non applicari ad caſum noſtrum, vt diximus *ſupr. n.*1. *vſque ad* 5. Ideò benę fuit per Rotam reuocata ſententia tamquam non conſtaret de huiuſmodi negligentia, quamvis non fuerit extenſa deciſio, neque aliquid amplius actum in cauſa,

cum

cum illius expeditio fuerit dilata, & quia venditor ad eximendum ſe ab iſtis moleſtiis intuitu amicorum charitate ductus dederit emptori pauperi quartam partem eius, quod prætendebat, quod etiam fuit ei conſultum cum tantum expendiſſet pro cauſę expeditione, immò multò plus ſi contingeret iterum appellari, & ſatis fuit oſtendiſſe bonum ius venditoris, & contumaciam emptoris, qui magnam Prouinciam ſuſceperat in emendo officium abſque vllo pecuniatum apparatu.

EPITOME.

Teſtis vnicus quando plenè probet de facto proprio. ¶ Producens teſtes an poſſit declarare, quod vult vti eorum diſpoſitionibus in omnibus, præterquam in tali, & tali partę. ¶ Donatio ob cauſam an veniat in ſtatuto loquente de donatione. ¶ Inſtrumentum habens executionem vigore ſtatuti, ſeu guarantigiæ an perdat priuilegium executiuum, ſi coadiuuetur, aut declaretur teſtibus, ſeu aliis extrinſecis probationibus. ¶ Beneficium *l.fin.C.de edict.diu.Adrian.tollend.* quod datur hęredi producenti ſcripturam teſtamenti non cancellati, quando concedatur etiam hæredi probanti inſtitutionem per teſtes. ¶ Statutum admittens probationem ex ſcriptura tantum, non ex teſtibus an reiiciat probationem ex confeſſione. ¶ Acta quando dicantur publica. ¶ Amiſſio ſcripturæ quomodo probetur. ¶ Executio inſtrumenti competens vigore ſtatuti an ſit danda probanti conuentionem per teſtes poſteà in ſcriptis redactos, vel per confeſſionem partis. ¶ Et de vtilitate iſtius probationis ad effectum habendi priuilegium executiuum ¶ Donatio an dicatur contractus nominatus olim & hodie.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus plenè probat quando teſtificatur de geſtis per eum, ſi concurrunt coniectura, vel adſint qualitates legalitatis illius, num. 3. Idem in teſtibus ſingularibus, numero 4.*

2 *Sacerdoti teſti magis creditur, quam aliis.*

5 *Duo teſtes ſufficiunt ad probandam quamlibet diſpoſitionem.*

6 *Retentio & compenſatio admittitur quando ſumus in pecunia eiuſdem quantitatis liquida, & non adeſt iuramentum, licet etiam eſſet diſpar quantitas.*

7 *Depoſitio teſtis non poteſt ſcindi, ſed debet recipi cum qualitate per eum narrata. Et multa ſimilia remiſſiuè, numero 8.*

9 *Iuramentum eſt indiuiduum.*

10 *Producens teſtes non poteſt declarare, quod vult vti eorum depoſitionibus in omnibus, præterquam in tali, & tali parte numero 11. & 12.*

13 *Teſtis præſumitur ſuper tota cauſa iuraſſe.*

14 *Datio ob cauſam, non donatio dicitur, cum datur, vt aliquid fiat, & eſt contractus innominatus, cum donatio ſimplex ſit nominatus olim & hodie.*

15 *Donatio ob cauſam non comprehenditur in ſtatuto loquente de donatione.*

16 *Origo & prima cauſa eſt attendenda.*

17 *Inſtrumentum habens executionem vigore ſtatuti, ſeu guarantigia non ideò perdit priuilegium executiuum, ſi coadiuuetur, aut declaretur teſtibus, ſeu aliis extrinſecis probationibus. Intellige vt num. 18*

19 *Executio inſtrumenti, quæ datur ex forma ſtatuti, non denegabitur, ſi probetur conuentio per teſtes poſtea in ſcriptis redactos. Idem in confeſſione debiti, de qua fuit facta ſcriptura num. 21.*

20 *Remedium* l.fin.C.de edict. Adrian. tollend. *quod conceditur hæredi producenti ſcripturam teſtamenti non cancellati: debet dari etiam hæredi inſtituto, qui probat per teſtes ſe eſſe talem.*

22 *Confeſſio æquiparatur inſtrumento, immò illi antefertur.*

23 *Statutum admittens probationem ex ſcriptura tantum non ex teſtibus, non reiicit probationem ex confeſſione.*

24 *In declaratione quando requirantur teſtes.*

25 *Captura debitoris poteſt iuſtificari per ſcripturam atteſtationum probantium debitum, quamvis ſtatutum requirat probationem ex inſtrumentis.*

26 *Executio non datur teſtibus redactis in ſcripturam probantibus conuentionem cum guarantigia, vel amiſſionem inſtrumenti, niſi citatis intereſſe habentibus, & præuia cauſa cognitione, cum aliis requiſitis iudicialibus.*

27 *Acta non dicuntur publica, niſi præceſſerit mandatum Iudicis ſeruatis ſeruandis.*

28 *Pactiones partium, quæ à notariis publicis ſcribuntur in actis, habent vim ſcripturæ publicæ.*

29 *Amiſſio ſcripturæ quando, & quomodo probetur, vt habeat vim inſtrumenti habentis executionem paratam remiſſiuè.*

30 *Vtilitas quæ reſultet ex praxi probandi conuentionem per teſtes redactos poſteà in ſcripturam ad effectum habendi priuilegium executiuum, num. 31.*

CAPVT DCCXLIX.

DE promiſſione ſcutorum ducentum dixi conſtare vltra pretium conuentum pro venditione vineæ, de qua agimus, cùm adſint duo teſtes videlicèt primus, & quartus in ordine iuxta 5. & 7. interrogator. qui deponunt de facto proprio per eos tractato, & concluſo circa talem promiſ-
1 ſionem, quibus teſtibus eſt credendum, † cum tamen vnus ſufficeret, quando deponit de geſtis per eum, ſi concurrerent aliquę coniecturę, vnde multò magis, ſi duo teſtificarentur de facto proprio 2
Aym. *conſ. 491. num. 11. & conſ. 277. col. 3. in princip. verſ. ex quibus infero*, Caputaq. *deciſ. 271. n. 3. part. 3* latè Menoch. *de arbitrar. caſ. 99. n. 17. & 18.* Rot. coram Card. Mantic. Romana prætenſę penſionis domus, 32. Iunii 1597. in fin.
Quod magis procedit, quia ſumus in teſtibus multum legalibus, & fide dignis, contra quorum perſonam nihil poteſt opponi, immò vnus eſt ſacer-
2 dos, † cui magis creditur: Butr. *in c. 2 de elect.* Ang. *in auth. de teſtibus in fin. priu.* Abb. *iτe. in noſtra. eod. tit. & in cap. ad noſtram. de probat.* Alex. *conſil. 43 num. 5. lib. 7.* Ita vt concurrentibus tot qualitatibus
3 ſit † in arbitrio Iudicis plenam fidem adhibere etiam vnico teſti deponenti de geſtis per eum: Menoch. *de arbitrar. caſ. 99. in fin.* Exemplo eius quod dicimus de teſtibus ſingularibus, quibus eſt
4 credendum † ſtante eorum qualitate, & legalitate: Idem Menoch. *de arbitr. caſ. 90. num. 6.* Aym, *conſ. 77. num. 7.* Socin. *conſ. 11. col. 2. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 57. num. 48. lib. 1.* Cum etiam adſint alia adminicula, de quibus in facto, quæ magis adiuuant iſtam probationem, quamvis hæc omnia dicta ſint ex abundanti, cum ſufficiant duo teſtes, qui clarè deponunt de tali promiſſione, & faciunt plenam fidem quamvis non deponerent de facto proprio,
5 vnde multò magis, quando de illo deponunt, *c. in omni. de teſtib. l. vbi numerus, ff. eod. tit.*

Quibus ſtantibus, non dabitur repetitio prætenſi
mutui, immò admittetur retentio, & compenſa-
6 tio, † cùm ſimus in pecunia eiuſdem quantitatis,
liquida, ueque adſit iuramentum, quibus caſibus
obſtat exceptio compenſationis, quamvis etiam
eſſet diſpar quantitas, *l. ſi conſt. C. de compenſ.* Iaſ. *in
l. huiuſmodi, §. cum pater, n. 12 ff. de leg. 1 & in l. cum
fundum, §. ſeruum tuum, n. 10 ff. ſi cert. petat.* Anch.
q. 2 n. 1 & 2 part. 1 Socin. Iun. *conſ.* 147 *n.* 4 *lib.* 1 latè
Tiraq. *de retract. lignag. gloſ.* 35. 3 *n.* 1 *cum ſeq.*

Non obſtat, quod teſtes deponant audiuiſſe à vendi-
toribus, quod fuerunt ſatisfacti de ſcutis ducen-
tum eis promiſſis, vltra pretium vineæ venditæ:
Quia hoc debet intelligi de pecuniis habitis vi-
gore ordinis directi mercatori, in quo licet adſit
expreſſa cauſa mutui, tamen non excluditur re-
tentio, & compenſatio, cùm venditores hoc dixe-
rint credentes, quod ratione dicti mutui non poſ-
ſent conueniri à mutuantibus, qui erant ſui debi-
tores occaſione augmenti pretij in eadem ſumma
ſcutorum ducentorum, provt teſtes, in quibus pars
aduerſa ſe fundat, de hoc expreſsè deponunt, con-
cludentés, quod dictæ pecuniæ fuerunt receptæ à
mercatore exiſtente in via, quæ ducit ad Eccle-
ſiam S. Io. nationis Florentinorum vigore ordi-
nis, ſeu mandati eidem directi, poſt quarum rece-
ptionem venditores dixerunt ſe fuiſſe ſatisfactos
ab eodem mercatore de dicta ſumma ſcutorum
ducentorum pro augmento pretij vineæ, Vnde
cum teſtes deponant de ſatisfactioue cum huiuſ-
modi qualitate, non poteſt argui, quod aliundè
præfata ſumma pecuniarum fuerit recepta, ſed
7 ſolum à dicto mercatore, † & cum pars aduerſa
fundet intentionem ſuam in dictis teſtibus non
poteſt ſcindi eorum depoſitio, ſed debet accipi
cum illa qualitate cum qua deponunt, nam circa
eumdem actum non datur diuiſio, ſed totus tenor
eſt approbandus, quando eſt vna oratio, provt in
caſu noſtro, & non ſunt plura capitula: Bald. *in l.
ſi quidem,* 24 *n.* 2 *C. de tranſact. & in l. contra iuris,
in 1 lect. §. ſi filius, in fin. num. 4 verſ. ſexto & vltimo
nota. ff. de pact. & conſil.* 10 *in fin. lib.* 2 Iaſ. *conſil.* 57
8 *col.* 4 *ad fin. verſic. & tanto plus. lib.* 1 † & multa ſimi-
lia adducit Rimin. Iun. *conſil.* 127 *num.* 14 *cum ſeq.
lib.* 2 Mennch. *de arbitr. caſ.* 93 *num.* 19 *vſque ad* 28
Surd. *deciſ.* 258 *num.* 4 *vſque ad* 8 Bellon. *conſil.* 46
num. 9 & 10.

Immò quamvis eſſemus in capitulis pluribus, & di-
ſtinctis, neque admitteretur, quod quis vellet vti
depoſitionibus teſtium ſuper certis articulis, &
9 ſuper aliis non, † Nam iuramentum eſt indiui-
duum: Salic. *in auth. & conſequenter col.* 2 *verſ. &
nunc quæro, C. de ſentent.* Aym. *conſ.* 201 *n.* 17. Vnde
reprobatio, ſeu approbatio depoſitionis teſtium
10 eſt facienda in totum, † & non poteſt fieri in par-
te: Franc. in ſpecie *dec.* 173 *in fin. & in addit. ad d.
deciſ. in princ.* vbi ampliat quamvis articuli ſint ſe-
parati poſt Ant. Padill. per eum allegatum *in l. ſi
ex falſis. col. penult. verſ. ex inde quæris, C. de tranſa-
ctionib.* Amendol. *in addit. ad Franc. d. dec.* 173 *n.* 8
11 † Non obſtante *deciſ.* Surd. 16 *num.* 4 *ad med.* vbi
fuit admiſſa declaratio, quod producens teſtes
vult vti eorum depoſitionibus in omnibus, præ-
terquam in tali, & tali parte: Bald. *in c. cum dilectus,
conſuet.* Card. *in clem.* 1 *in fin. de teſtibus.* Boſſ. *de
falſ. n.* 125. *& de publicat. proceſſ. n.* 14. Quia non eſt
12 tuta † opinio ex adductis per Franc. *d. dec.* 173 *in
fin.* Cum etiam Surd. præſupponat, quod teſtis de-
poſuerat extra capitula, quo caſu non dicitur iu-
ratus, vnde tunc æquitas ſuadet, vt poſſit nolle vti
eo dicto, quod non eſt ſecundum capitula, ne ex
lapſu teſtis damnum patiatur, vt declarat Surd. *d.
dec.* 16. *n.* 6. & 9. *in princ. & in fin. verſ. & ſecundum
hanc ſententiam.* Quare ſi ſuper tota cauſa iuraſſet,
13 aliud deberet ſtatui, † provt in dubio præſumatur
ſuper tota cauſa iuraſſe: Abb. *in cap. de teſtibus.
num.* 6. & ibi Felin. *col. fin. de teſtib.* Alex. *in l. ſi duo, §
Iulianus. num.* 17. *cum ſeq. ff. ſi cert. petat.* Surd. *dec.* 16
num. 4. & 9.

Nec facit prætenſa omiſſio ſolemnitatum ſtatuti,
quę requiruntur in donationibus, quia vltra quod
ſumus in promiſſione donandi, non autem in do-
14 natione, de qua loquitur ſtatutum: † Reſpondetur,
quod iſta non fuit ſimplex donatio, ſed augmen-
tum pretij vineæ ad hoc, vt domini eiuſdem vi-
neæ inducerentur ad vendendum, provt depo-
nunt teſtes, & ſic ſumus in promiſſione, & dona-
tione ob cauſam, cum enim datur, vt aliquid fiat,
non dicitur donatio, ſed magis ob cauſam datio
l. 1. *ff. de donation.* Rimin. Iun. *inſtit. eod. tit. in princ.
num.* 255. Bart. *in l.* 2. *n.* 8. & 9. *Cod. de condict. ob cauſ.*
vbi etiam quod talis contractus dicitur innomi-
natus, cum tam donatio ſimplex ſit nominatus
olim, & hodie: Corn. qui dictam Bart. diſtinctio-
nem ſequitur *conſ.* 349. *n.* 7. *lib.* 1. Iaſ. *in l. qui Romæ,
§. Flauius, n.* 8. & 12. *ff. de verbor. obligat.* Galliag.
in rubr. eod. tit. num. 26. Bertrand. *conſil.* 88. *num.* 8
lib. 5. Bertach. *de gabell. part.* 8. *memb.* 3. *n.* 22. Rimin.
Iun. qui de communi *inſtitut. de donation. in rubr.
num.* 44. & 45. vbi etiam refert multas opiniones,
quando donatio ſit contractus nominatus, necnon,
de quibus etiam Ang. Caſtr. & Alex. *in l. iuriſgen-
tium, in princip. ff. de pact.* Vnde talis contractus
non comprehendetur in ſtatuto loquente de do-
15 nationibus † tanquam ſimus in donatione impro-
pria, & potius in contractu innominato: Natt.
conſ. 609. *num.* 15. & 16. Menoch. *conſ.* 261. *numero* 9
& 10. Alex. *conſ.* 76 *col.* 1 *ad med. lib.* 5. Aym. *conſ.* 540
num. 6. & 11. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 44. *num.* 17. *lib.* 4
Becc. *conſil.* 29. Tiraq. *in l. ſi vnquam. in verb. dona-
tione largitus. n.* 11. *C. de reuocand. donationibus.* Pur-
pur. *conſil.* 353. *num.* 9. Decian. *conſ.* 31. *num.* 160. *lib.* 1
& *conſ.* 39. *n.* 170. *lib.* 2. Surd. *dec.* 290. *num.* 20. & *dec.*
214. *n.* 15. Præſertim quia iſta ſcuta ducenta erant
danda vni ex illis, qui tractauit venditionem pro
eius mercede, vt deponit quartus teſtis, iuxta
quartum, & ſeptimum interrogatorium, quæ ta-
men ſcuta voluit idem mediator dari venditori-
16 bus, vt inducerentur ad vendendum, † Vnde po-
tius ab eo habuerunt tales pecunias, quam ab em-
ptore, cum origo, & cauſa prima ſit attendenda,
l. tutor datus, 70. & ibi Gloſ. *in verb. & non titulus,*
cum Gloſſ. *ſeq. ff. de fideiuſſorib. l. qui id quod.* 33. *in
princ. ff. de donationib.* Bart. *in l. diem. de aqua plu-
uiali arcend.*

Alterum dubium eſt reſoluendum negatiuè, quod vi-
delicet inſtrumentum habens executionem vigo-
17 re ſtatuti, † ſeu guarantigiæ non ideò perdat priui-
legium executiuum, ſi coadiuuetur, aut declaretur
teſtibus, aut aliis extrinſecis probationibus iuxta
doctrinam Ang. *in l. fin. n.* 3. *C. de edict. diu. Adrian.
tollend.* Et quamvis contra Ang. teneant multi, de
quibus Iaſ. *in d. l. fin.* Caſtr. *in l. noſtram,* 30. *num.* 5. *C.*
18 *de teſtam.* † Tamen quando dicta teſtium coadiu-
uantes inſtrumentum redacta ſunt in ſcriptis fa-
ciunt notorium, ſicut inſtrumentum, & cætera
acta iudicij, & habet executionem paratam, vt
benè declarat *Bellon. conſil.* 22. *numero* 8. *cum ſeq.*

cuius

cuius opinio eſt verior, & magis communis, quid-
quid contra eum teneat Alin. *de executionibus c.1.
§.60. num.6. fol.21.* prout latè defendit Monter. *dec.
Aragon.30. n.7. vſque ad 16. & per tot.* Borell. *in ad-
dit. ad Bellug. in ſpecul. Princ. rubr. 41. in litt. b. in
verb. & ita etiam vult ſorum fol. 195.*

Ideo etiam ſi ex forma ſtatuti detur executio inſtru-
mentis, quamvis probetur per teſtes, quod nota-
19 rius fecit debitori præceptum guarantigiæ. † Ta-
men non denegabitur executio, ſi talia dicta te-
ſtium redigantur in ſcripturam: Alexand. qui di-
cit notandum tanquam ſingulare *conſil.93. repeti-
tus, in fin. nu.15. lib.6.* Petr. Auguſt. Mo.l. *in empor.
tit.12. de fid. inſtrum. q.1. nume.17. poſt med. verſ. ve-
rum, fol.501.* Roder. Soar. *in l. poſt rem iudicatum, in
declar. leg. regn. limit.3. num.4. & 5. f. 540. ff. de re
iudic.* Marſil. *ſing.484. ſi vera, in fin. l.413.* Valaſc.
de emphyteuſ. q.7. num.17.

Exemplo remedij competentis ex *leg. fin. C. de edict.
diu. Adrian. tollend.* quod [illegible] hæredi pro-
ducenti ſcripturam teſtamenti non cancellati,
20 † Tamen conceditur etiam hæredi inſtituto in
teſtamento nuncupatiuo condito coram teſtibus,
de quo nulla fuit facta ſcriptura, dummodo tales
teſtes fuerint recepti ac publicati ad probandum
teſtamentum, nam hujuſmodi ſcriptura atteſta-
tionum ſufficit, ac ſi fuiſſet factum inſtrumentum
Gloſ. *in d.l. ſi. in verb. depoſitionibus.* vbi Bart. *num.
17. in fi.* Bald. *num.40.* Corn. *nu.25.* Zuccard. *nu.3.&6.
ver. fallit ſecundo, Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.*
quam Gl. communiter approbari teſtatur Alex.
conſ.93. num.14. lib.6. Felin. *in c. ſicut, n.4. de re ind.*
Nenizan. *conſ.26. nu.4.* Zuntus *in reſponſ. pro vxor.
nu.226.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. glo.1. num.4.*
Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.4. n.96. vſque ad
101.* Roder Soar. *in l. poſt rem indicatam. in declar.
leg. regn. limitat.3. n.4. ante med. verſic. & ſic etiam
21 pones exemplum, ff. de re iudic. fol.540.* † Prout etiam
dicimus, quod dabitur executio vigore ſtatuti il-
lam dantis inſtrumentis publicis, ſi debitor coram
teſtibus fateatur debitorem alicuius, & de tali
confeſſione, conficiatur ſcriptura: Menoch. qui
alios adducit. *de adipiſcend. remed.4. num.102. vſ-
que ad 105.* tanquam confeſſio æquiparetur inſtru-
22 mento, immo illi † anteferatur *l. cum te, Cod. de
tranſact.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed.1. num.221.*
Cum enim ſtatutum admittens ſolùm probatio-
23 nem ex ſcriptura † non ex teſtibus, non reiiciat
probationem ex confeſſione: Bald. *in auth. ſed no-
uo in iure, C. ſi cert. petat.* Dec. *in cap.2. col. pen. verſ.
nono declara, de probation.* Menoch. *de adipiſc. poſ-
ſeſ. remed. 4. n.105.*

Quæ magis procedunt in caſu, de quo agimus, cum
inſtrumentum, ſeu apocha ſit clara ex diuerſitate
ſummarum, & obligatione illas ſoluendi tam
creditori, quam debitoribus creditorum: Ita vt
declaratio adhibita per teſtes deſcriptos in apo-
cha fuerit facta ad abundantiorem cautelam,
24 † quæ non nocet, cum neque in iſta declaratione
requireretur citatio, quaſi tunc declarans nihil de
nouo inducat: Roman. *conſil.482. n.8.* declarando,
vt per Surd. *conſ.288. n.29. lib.2. & conſ.380. n.50. &
51. lib.3.* Becc. *conſ.3. nu.44.* Adeo vt in caſu, in quo
teſtes recipi poſſent lite non conteſtata, tali exa-
mini tribuatur eadem virtus, quam haberet in-
ſtrumentum inde confectum: Felin. *in cap. ſicut.16.
25 col.4. poſt princ. numero quarto de re iudic.* † vbi ex
hoc concludit, quod captura debitoris poterat
iuſtificari per ſcripturam ſimilium atteſtatio-
num, dato quod ſtatutum diſponeret, quod illa ve-
rificaretur per inſtrumentum, quaſi ſufficiat, quod
liquidetur ſententia incerta examinatis teſtibus
lite non conteſtata, vbi illa conteſtatio non re-
quiretur: Bart. *in lege 2. Codice de ſent. quæ ſin.
cert.*

In prædictis tamen obſeruandum eſt opus eſſe, quod
quando creditor vult probare ſuum creditum, ſi-
26 ue inſtrumentum, † aut eius amiſſionem, debet pe-
tere à Iudice, quod accipiat teſtes, qui illos poſtea
mandabit examinari parte citata, & ſcriptum fieri
ſuper talibus atteſtationibus, tunc enim ſi probe-
tur debitum, cum appoſitione clauſulæ guaran-
tigiæ, & obligationis cameralis, dabitur executio,
quia ex inſpectione iſtius ſcripturæ fieret noto-
rium Iudici, qua non facta non haberet locum
iſtud notorium, quod lex requirit ad executio-
nem, nam alias abſque citatione partis, & non re-
ceptis ſolemniter teſtibus, & non præcedente for-
ma iuridica, & cauſæ cognitione, & non data co-
pia atteſtationum habenti intereſſe, non daretur
talis executio, cum non citato debitore, vel alio
legitimo contradictore nihil poſſet agi, quod pro-
cedit ſiue à principio fuerit factum inſtrumen-
tum, quod poſtea ſit deperditum, ſiue nulla ſcrip-
tura ſit confecta, nam ſi velit creditor probare
ſuum creditum per teſtes cum præcepto pacti exe-
cutiui, dabitur in vtroque caſu executio, & ſem-
per pars aduerſa debet citari ad reformandam
ſcripturam deperditam, & ea reformata procedi-
tur ad executionem: Bartol. & Bald. *in l. nuptiæ, ff.
de ritu nuptiar.* Boer. *dec.57. nu.6.* & latè quod cum
iſtis requiſitis omnia prædicta ſint intelligenda
notat Soar. *in leg. poſt rem iudicatam, in declarat.
leg. regn. limit.3. num.4. & 5. ff. de re iudicat. fol. 540.*
quem ſequitur Valaſc. *de emphyteuſ. c.1. in fi. verſ. &
in hac materia illud non eſt omittendum, numero 37.
27 fol. 78.* † Et paſſim debet præcedere Iudicis man-
datum ſeruatis ſeruandis, vt acta dicantur publi-
ca: Plat. *in l. cum ſimus, nume. 4. verſic. niſi notarius,
C. de agric. & cenſit. lib.11.* cum aliis per Valaſc. *de
28 emphyt. cap.7. num. 17. ad fi.* † vbi etiam quod pa-
ctiones partium, quæ à notariis publicis ſcribun-
tur in actis, habent vim ſcripturarum publicarum
propter calorem iudicij, *l. cum oſtendimus, §. fin. ff.
29 de fid. inſtrum.* † Et quomodo, & quando, & per
quos debeat probari amiſſio ſcripturæ ad hoc, vt
poſſit dari executio, latè Valaſc. *de emphyt. c. 7. nu-
mero 36. & 37.*

Verum, quia tales teſtes debent deponere, & publi-
cari parte audita, & citata in contradictorio iu-
30 dicij, † probando contractum, & eius tenorem
cum clauſulis executiuis in eo contentis, res in
longum protraheretur, adeo vt tantum tempo-
ris conſumeret actor, ſicut ſi via ordinaria age-
retur, ideo ſecundum aliquos talis practica non
31 multum conferret, † ſed quidem poterit eſſe vti-
lis in debito in diem, vel in conditionali, vel pen-
dente dilatione termini, ob quam non poſſet cre-
ditor exigere, quod ſibi debetur, nam ad ſui ſecu-
ritatem tunc licitè peteret recipi dicta teſtium,
vt illorum depoſitiones redigerentur in ſcriptu-
ram præuia Iudicis auctoritate, vt ſic poſtea ad-
ueniente caſu, & termino habeat ex tali ſcriptura
executionem contractus. Ita in ſpecie notat Soar.
*in leg. poſt rem iud. catam, in declarat. leg. reg. limi-
tat.3. in fin. verſic. ſed conſiderato, numero 6. Digeſt.
de re iudic. fol. 540.* Cum etiam creditor ad diem
certam poſſit agere ante tempus, vt adueniente

termino ſibi ſoluatur, & interim formetur proceſſus: Affl. *deciſ.* 279. *n.* 5. Surd. *deciſ.* 151. *n.* 7.

EPITOME.

Eccleſia, & mulier quando obligentur abſque ſolemnitatibus ſtante receptione pecuniarum, & mercium. ¶ Inſtitor præpoſitus vniuerſali adminiſtrationi an dicatur factor, & procurator magnus. ¶ Habens facultatem cum libera, & cum clauſula faciendi quidquid præponens poſſet, an dicatur habere mandatum etiam ad donandum, & renunciandum appellationi, & exceptioni peremptoriæ. ¶ Merces datæ vxori pro veſtiariis an ſint ſoluendæ per maritum. ¶ Et an illius bona ſint obligata pro alimentis vxoris, ſicut pro dote. ¶ Maior ætate an poſſit donare abſque ſolemnitatibus conſtitutionis Marchię.

¶ Remiſſio iurata alimentorum quando ſit inualida. ¶ Bona donata ad fauorem clericatus an poſſint alienari. ¶ Taxatio reſtricta quo ad vnum effectum an preſeruet ius quo ad alios effectus.

¶ Procurator in rem propriam an ſit dominus.

¶ Et quando ſtatutum loquens de procuratore comprehendat eum, qui eſt in rem ſuam. ¶ Fructus an acquirantur domino quamvis alius ſeruerit proprio ſemine. ¶ Dominatio ob cauſam alimentorum, & clericatus an veniat ſub ſtatuto loquente de donatione.

SVMMARIVM.

1 *Mulier recipiens merces, ſeu pecunias validè obligatur etiam abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis.*

2 *Eccleſia ſi recipiat bona pro ſuis neceſſitatibus non debet locupletari cum alterius iactura; & eius obligatio non poteſt dici nulla propter omiſſas ſolemnitates.*

3 *Libri mercatorum faciunt fidem ſtante conſuetudine, & iunctis adminiculis.*

4 *Inſtitor præpoſitus vniuerſali negotiationi æquiparatur factori, & procuratori.*

5 *Habens facultatem cum libera adminiſtratione, & cum poteſtate faciendi quidquid præponens poſſet, dicitur habere ſpeciale mandatum in omnibus, præterquam in donando, dilapidando, & delinquendo.*

6 *Adminiſtrator cum libera non poteſt renunciare exceptioni peremptoriæ, & appellationi, tanquam iſta ſapiant donationem, & abdicationem iuris.*

7 *Solutio cenſetur facta in cauſam propriam, & proportionalem rebus acceptis.*

8 *Merces datæ vxori pro veſtiariis debent ſolui per maritum.*

9 *Bona mariti ſunt obligata non minus pro alimentis vxoris, quàm pro dote.*

10 *Alimenta ſunt præſtanda vxori per virum iuxta ſuam conditionem.*

11 *Maior, nedum minor non poteſt donare, aut cedere abſque ſolemnitatibus conſtitutionis Marchiæ.*

12 *Actus eſt nullus non ſeruata ſolemnitate ſtatuti.*

13 *Remiſſio alimentorum facta à minore eſt inualida.*

14 *Minor non poteſt donare neque cum auctoritate Iudicis, & curatoris, n. 16. & 17.*

15 *Donare, & remittere eſt perdere.*

18 *Bona donata fauore clericatus, vt donatarius promoueatur ad ſacros ordines non poſſunt alienari.*

19 *Iuramentum nihil operatur in remiſſione alimentorũ.*

20 *Statutum ſi præſumat doloſum contractum geſtum ſine ſolemnitatibus facit, vt non oriatur obligatio ciuilis, & naturalis, & quod iuramentum nullam vim habeat.*

21 *Conſtitutio Legati de latere confirmata per Papam dicitur papalis, num. 22.*

23 *Expreſſio quantitatis ad demonſtrandum valorem bonorum donatorum, non altera: donationem, ita vt non dicantur bona donata.*

24 *Taxatio reſtricta ad vnum effectum præſeruat ius quo ad alios effectus.*

25 *Procurator in rem propriam dicitur dominus, & ſtatutum loquens de procuratore non habet locum in eo.*

26 *Donatarius poſitus in locum donantis poteſt de bonis donatis diſponere, ſicut donator.*

27 *Fructus acquiruntur domino, quamvis alius ſeruerit proprio ſemine, num. 28.*

29 *Donatio ob cauſam clericatus, & propter alimenta non requirit ſolemnitates per ſtatutum requiſitas in donationibus.*

CAPVT DCCL.

Validam dixi apocham, de qua agebatur in cauſa Romana pecuniaria, quamvis in ea deficiant ſolemnitates ſtatutariæ, cum mulier realiter, & cum effectu receperit bona ex apotheca
1 mercatorum ad vſum, & veſtitum tam ſui ipſius quam filiorum, & familiæ, quo caſu efficaciter obligatur abſque ſolemnitatibus, tanquam non poſſit conſiderari aliqua læſio, quæ ex exceptione mercium excluditur, ſtatim enim, quod recipit, vel emit quid neceſſarium, dicitur facta locupletior, quo caſu non intrat ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. prout in ſpecie concludit Rot. coram R. P. D. Litta Romana ſocietatis officij, 13. Februarij 1606. impreſſ. *poſt tract. ad d. ſtat. vrb. de contract. ſin. cert. ſolemnit. non valitur. deciſ.* 11. *fol.* 225. Lamberteng. *ſuper ſtatut. de contract. eor. quib. vel à iur. vel ſtatut. ſin. cert. ſolemnit. contrah. non eſt permiſſ. gloſſ.* 24. *numero* 5. Rimin. Iun. *in* §. *fin. num.* 58. *inſtit. quib. alienar. lic. vel non.*

Exemplo eccleſiæ recipientis bona pro ſuis neceſſitatibus, quæ non debet locupletari cum aliena ia-
2 ctura, † & valdè obligatur ſine ſolemnitatibus. Gl. & Bart. *in auth. qui res, C. de ſacroſ. eccl.* Abb. *in c. ſi quis presbyterorum, in fin. de reb. eccl. non alien.* Dec. *in l. iure naturæ,* 207. *num.* 2. *ff. de reg. iur.* Rim. Iun. *in d.* §. *fin. nume.* 76. *inſtit. quibus alien. licet vel non.* Rot. coram R. P. D. Decano Romana cenſuum de Romulis, 15. Iunij 1599. & coram R. P. D. Litta Romana officij, 13. Februar. 1606.

Cum etiam vltra apocham adſint libri, & partitæ mercatoris, quibus creditur ſtante conſuetudine,
3 † & iunctis adminiculis, & præſertim apocha mulieris, & legalitate mercatoris, & aliis de quibus in facto: Bald. *in leg.* 1. *Cod. de edend.* Magon. *deciſ. Rot. Floren.* 95. *num.* 5. Card. Seraph. *dec.* 1221. *n.* 4. & *dec.* 450. *nu.* 4. vbi extendit etiam contra tertium, Rot. cor. R. P. D. Penia Romana locorum montium, 14. Iānar. 1602. *inter dec. diuerſ.* 442. *n.* 1. *p.* 4. & *deciſ.* 650. *n.* 4. *p.* 1. *in recentiorib.* Sur. *deciſ.* 199. *nu.* 11.

Nec facit, quod in ordine, ſeu mandato facto per Ducem maritum adſint verba pro reſto, & finali ſolutione tam ipſius Ducis, quam domus ſuę, Quia tale mandatum fuit factum inſtitori præpoſito
4 negotiationi, † qui ad gerenda negotia inſtar, & æquiparatur factori, & procuratori magno quando præponitur vniuerſali adminiſtrationi: Iaſ. *in* §. *actionum, numero* 48. *vſque ad* 51. *inſtit. de actionibus,* poſt Innoc. *in c. quod quibuſdam,* 4. *num.* 2. & 3. & *ibid.* Imol. *num.* 24. *cum ſeq. de fideiuſſorib.* Bart. *conſ.* 79. *num.* 1. *lib.* 2. Bal. *in l. inſtitor. ff. de inſtitor. act.*

Abb

5 Abb.conſil.47.nu.2.li.2.Factor autem, † & procu-
rator etiam quod haberet facultatem cum libe-
ra adminiſtratione,& cum poteſtate faciẽdi que-
madmodum poſſet dominus illum præponẽs ope-
ratur ea,quæ ſpeciale mandatum requirunt, exce-
pta tamen poteſtate donandi, dilapidandi, & de-
linquendi:Alex.qui de huiuſmodi inſtitoribus lo-
quitur conſil.44.numo.1. & 2.lib.2. iuxta l.creditor,
60.§.Lucius,ff.mandat.l.filiusfamilias,7.ff.de dona-
tionib.l.ſi pater 12. ff.quæ in fraud.creditor,l. contra
iuris, §.ſi filius, D.de pact.Bart.in l. ſi quis delegaue-
rit,de nouat.Bald.in l.ſi procurator 10.num.3. C.de
procurator. & in c.cùm olim,il primo,ver. numquid
procurator de offic. deleg. Rot.coram R.P.D. Penia
Romana pecuniaria,21. Octobr. 1598. quæ eſt de-
ciſ.58.n.1.p. 4.diuerſ. vbi ampliat ad quemcumque
actum domino præiudicialem:Grat.conſil.99.nu.
6 1.lib. 1. Et generaliter † hoc procedit in quibuſ-
cumque adminiſtraroribus habentibus quantum-
cunque generale mandatum cum libera & plena
poteſtate, & æquipollente mandato ſpeciali, qui
non poſſunt donare,nec gratis debitum remitte-
re,immo nec exceptioni peremptoriæ,aut appel-
lationi interpoſitæ renunciare, cùm omnia iſta
ſapiant donationem & abdicationem iuris ſui:
Alex.conſil.22.num.8.cum ſeq.lib.1. & conſ.115.nu.1.
& 3.lib. 5. Dec.conſ. 402.in cauſa illuſtriſſimi Prin-
cipis,n.9.Bero.q.33.& conſil.187.n.48.in fi. & nu.52.
lib.1.Firman.de epiſcop.p.4.li.4.n.22. tom.13,p.2.fol.
337.Iaſ.in l.poſtquam liti,in fi.vbi Porpurat.n.65. C.
de pact.

Et quidem magis donatio, & læſio eſſet, ſi in com-
puto ſolidato in ſcutis ducentum pro rebus ha-
bitis à Duce marito comprehenderetur etiam
computum ſolidatum in ſcutis tercentum cum
vxore, ideò rectius dicendum eſt, quod ſolum
fuit habita ratio debiti Ducis, quod per eum fuit
7 contractum cum mercatoribus, † in cuius extin-
ctionem debent cedere ſoluta tanquam in cau-
ſam propriam, & particularem, & proportiona-
tam rebus acceptis,non autem in cauſam debitam
per vxorem, cùm ſint diuerſæ ſummæ, & diuerſi
contractus diſtincti, prout ſemper ſolutio præſu-
mitur facta potius in cauſam propriam, quam al-
terius tanquam magis grauem, l.1. & ibid. Bart.n.
3.Dig.de ſolut. Dec. in l.ſi in duabus,105. & ibi Ca-
gnol.n.4.de regul.iur.Maſcard.de probat.concl.1319
num.4.

Ex quibus procedendum eſt ad vlteriorem executio-
8 nem mandati relaxati, † cùm enim conſtet mer-
ces fuiſſe traditas pro veſtiariis, debent ſolui per
maritum vxori tanquam ſint neceſſaria ad huma-
næ vitæ ſuſtentationem, ſine quibus corpus ali-
mentari non poteſt,l.legatis.ff.de alimen. & cib.or.
legat.l.legatum,ff.de adim.legat.l. verbo victus, ff.de
verbor.ſignif.l.cum his,§.de calciario, ff.de tranſact.
Alex.in l.ſi vſusfructus,§.dos legata,n.2. Dig.ad leg.
9 Falcid. Socin.conſil. 161.n.4.lib.2. † Et non minus
bona mariti ſunt obligata pro alimentis, quàm
pro dote:Bart.& Caſt.in leg.ſi cùm dotem,§.ſin au-
tem in ſanctiſſimo, Dig.ſolu.matrim. Bald.in l.vnic.§.
vt plenius, Cod. de rei vxor. act. Neguſ.de pignorib.
memb.4.p.2.n.55.Surd.de alimen.tit.1.q.42. n.16. &
10 tit.3.q.2.n.4.& tit.8.priuileg.49.n.1. † Quæ alimen-
ta debentur per maritum vxori iuxta ſuam condi-
tionem,l.ſi cum dotem,§.ſi conſtante,ff.ſolut.matrim.
l.plenum,§.equiti, D.de vſu & habit. Surd.de alim.
tit.4.q.8.n.8.

Quo verò ad alterum dubium circa remiſſionem iu-
rium donatorum in cauſa Lauretana nullitatis re-
nunciationis dixi ex lectura donationis conſta-
re,quod illa fuit facta, vt donatarius poſſit hone-
ſtè,& honorificè alimentari, & ad ſacros ordines
promoueri, vnde poſtquam fuit acceptata, non
potuit iuribus, & bonis donatis renũciari abſque
11 vlla legitima cauſa, † & ſine ſolemnitatibus requi-
ſitis in conſtitutione Marchiæ,lib.5.rubric.15. vbi
non ſolùm in minoribus viginti annis, prout ſu-
mus in caſu noſtro, ſed etiam in maioribus ex-
preſsè diſponitur, quod quæcumque remiſſiones,
donationes, & ceſſiones quarumcumque rerum
non poſſint fieri niſi ſint iuratæ,& factæ cum con-
ſcientia duorum proximiorum conſanguineo-
rum, vel affinium, & cum conſenſu competentis
Iudicis, & cum inſinuatione facienda in actis, ità
vt ſi fuerint celebratæ abſque dictis ſolemnitati-
bus, præſumantur doloſè extortæ, & nullam ob-
tineant firmitatem, & contrahens cum minore
contra formam ſuperius annotatam puniatur ar-
12 bitrio iudicis. † Quare cum in ſupradicta remiſ-
ſione, & retrodonatione iſtà non fuerint ſeruata,
remiſſio eſt nulla, tanquam facta contra caſum
expreſſum legis, ſeu ſtatuti, l.non dubium, Co. de le-
gib.Alex.conſ.42.num.16.lib.1.Surd.conſil.371.n.70.
lib. 3.

Et quamvis hoc ſolum ſufficeret pro annullatione
dictæ remiſſionis, tamen ex abundanti additur,
quòd multò magis conſtat de illius nullitate,
13 † quia ſumus in remiſſione alimentorum facta à
minore, quæ eſt nullius roboris, & nihil opera-
tur:Bald.in l.cùm hi quibus, 8.in 1.lect. poſt princip.
verſ.in eadem ibi ſpeciale fauore alimentorum, Dig.
de tranſact.cum aliis per Surd.de aliment.tit.8.pri-
14 uileg.56.n.106.vſque ad 110. † vbi ampliat,quod ne-
que minor poterit remittere alimenta cum au-
ctoritate curatoris; & decreto Iudicis, quamvis
enim cum iſtis ſolennitatibus poſſit facere quem-
cumque contractum,non tamen poteſt donare,
cùm non detur minori curator, niſi cauſa ſubſi-
ſtente, quæ non dicitur iuſta quando minor ha-
beret curatorem ad donandum, & remittendum
15 tanquam donare, † & remittere ſit perdere,l.contra
iuris,§.ſi.ff.de pact.Gl.in l.ſi quis obligatione, Dig.de
reg.iur.Bar.in l. Modeſtinus,ff.de donationib. Nam
ea, quæ dicuntur de auctoritate curatoris, & de-
creto iudicis debẽt intelligi quando actus poteſt
eſſe vtilis & damnoſus, ſed vbi clarum eſt, quod
16 eſt præiudicialis, † nullum recipit robur à dicto
decreto, & auctoritate curatoris, ideo nunquam
poteſt dari curator ad donandum, ſeu remitten-
dum:Bal.in leg.1.Cod.ſi aduerſ. donation. vbi etiam
infert, quòd ſi minor donat ſeruata quoque for-
ma ſtatuti, & adhibitis ſolemnitatibus requiſitis
17 in contractibus minorum, † nihilominus talis
donatio eſt nulla, quia ſolemnitas inducta ad fa-
uorem minoris non debet in eius odium retor-
queri, tanquam adſit fraus ex parte recipientis,
cui cura canonica non aſſiſtunt etiam quod adeſ-
ſet iuramentum minoris, prout latè omnia præ-
dicta comprobat Natt.conſ.166.n.16.vſque ad 26.
& conſ.173.n.1.cum ſeq.Surd.de alimen.tit.8.priuil.
56.n.109.& conſ.122.n.1.ad med.lib.1.Menoch.conſ.
1153.n.45.lib.12.Laderch. conſ.139.nu.2. poſt Caſtr.
conſ.468.ad primum quo quæritur,n.3.dub.3.lib.1.&
in l.1.§.fuit quæſitum,nu.2. & 1. Dig.ad Senatuſconſ.
Trebel.Caldas de reſtitu.in integr.in verb.hunc con-
tractum,n.19.ad med.Barboſ.in l.ſi anto,6.n.13. Dig.
ſolut.matrim.

Additur, quod donatio fuit facta non ſolùm pro ali-
18 mentis, vt dictum eſt, † ſed etiam fauore clerica-
tus, vt ad ſacros ordines donatarius poſſet promo-
ueri, quo caſu bona donata habent maius priuile-
gium, vt non poſſint alienari abſque vlla legitima
cauſa, iuxta c.tuis, & c.epiſcopus, de præbend.ca.vlt.
de reſcri.in 6.c.neminem, & c.ſanctorum, 70. diſtin.
Conc.Trid.ſeſſ.21.c.2.de forma.latè Ceuall.qu.527
& q.682.n. 6.dixi ſuprà c.159.nu.2. quibus additur
Gutier.pract.quæſt.lib.2.q.65.nu.10. Spin.de teſtam.
gloſſ.10.princ.n.72.Gonzal.ad reg.8.cancell. glo.5.§.
10.n.13.Nauar.conſ.16.n.41. & 46.n.3.de tempori or-
din.Garz.de beneſic.par.2.c.5.n.181. Redoan.de reb.
eccl.non alien.q.51.c.13. Henri.in ſum.par.2. lib.13.c.
37.§.2.Cened.ad decret.collect.83.Pariſ. de reſignat.
lib.2.q.6.num. 18. Ita vt inducatur annullatio talis
alienationis ipſo iure: Nauar.conſil.13.nu. 2.de tem-
por.ordin.& conſ.22.n.4.& conſ.21.eo.tit. Garz.de
bene.p.2.c.5.n.166.Ceual. q.527.

Neque obſtat, quod iſta remiſſio ſtante iuramento
minoris fuerit conualidata iuxta auth.ſacramenta
19 puberum, C.ſi aduerſ. vendit. Quia omiſſo, † quod
in ſimilibus remiſſionibus alimentorum nihil
operatur iuramentum, vt per Bart.in l.cum hi, in
prin.n.7.C.de tranſact. cum aliis per Surd. de alim.
priuil.56.n.54.tit.8.Seraph.priuil. iuram.101. & ibi
Martin.in addit.num.2.ad med.Petr.Peccius de te-
ſtam.coniug.lib.5.c.25.nu.3. Tiraq.in l.ſi vnquam, in
præfa.n.157.C.de reuoc. donat.

Reſpondetur in caſu noſtro non eſſe quærendum de
prædictis, cùm ſimus in illis, qui debebant obſer-
uare dictã conſtitutionem Marchię, † in qua pro-
hibetur, quod minor alienet, & quod nullus cum
eo contrahat ſine ſolemnitatibus ibidem expreſ-
ſis, pręſumendo contractum aliter factum doloſũ,
quo caſu non oritur nec ciuilis, nec naturalis
obligatio, & tollitur iuramentum, ita vt neque re-
quiratur abſolutio, quamvis cautius agendo illa
debeat peti, provt petita fuit, vt latè in ſpecie di-
ctæ conſtitutionis per Boccac.ad dict.conſtitut. vt
minor.rubr.25.lib.5.gloſ.2.nu.15.fol.12.& glo.6.n.117.
fol.118.poſt Rom.conſ.12.n.3. & 4.& ibi Mandoſ.in
verb.iuramento.Barbat conſ. 15.col.3. Gab.conſ.13.n.
6.in fi.verſ.tertia principalis opinio, & n.7.& 8.lib.1.
iuxta opinionem Bart.communiter receptam in l.
omnes populi.q.2.in prin. verſ. item ſi ſtatutum dice-
ret, ff.de inſtit. & iur.& in l.ſi quis pro eo, col. 3. verſ.
tertio dicit, ff.de fideiuſſor.Dec.conſ.202.vt vera n.5
& conſil.45.quod ſupra maturè, col.1. & conſ.537. in
cauſa quæ agitur, col.vlt.n.15.& 16.Alex.conſil.59.n.
3.ante fin.verſ.& præſertim in caſu noſtro, lib. primo
Grammat.deci.12.n.12. Anchar.q.20.n.3. par.1. Ca-
21 ualcan.de tutor.n. 168. † Et quidquid ſit in ſtatutis
laicorum, in caſu noſtro nulla adeſt difficultas,
quia ſumus in conſtitutione Legati de latere con-
firmata à ſummo Pontifice: Boccac. ad conſtit.
Marchiæ vt minorum, rubr.25.lib.5.gloſ.2.num.15.in
22 fin. † tãquam dicatur cõſtitutio Apoſtolica: Prob.
ad Monac.in c.2.n.6.de pact.in 6.poſt Caſt. conſ.55.
ad primum puto dicendum, n.5.col.2. ante med.lib.2.

Stante igitur nullitate contractus, ſunt reſtituendi
etiam fructus, qui regulariter veniunt quando
contra diſpoſitionem iuris nulliter actum eſt, leg.
non ſolum.C.de præd.minor.Rimin.Iun.conſ.5.n. 41.
& eſt opinio magis vera & approbata, vt latè dixi
ſupr.c.45.n.24.vſque ad 35.Felin.in c.de quarta, col.
10.ad med.verſ.ſecunda reſtrictio, de præſcrip.Surd.
deciſ.45.n.8.vſque ad 17.

Et licet fuerint donati floreni ter mille, Tamen do-
23 natio non conſiſtit in pecunia, † quia expreſsio
florenorum fuit facta ad demonſtrandum valo-
rem, ſeu quantitatem donationis. Etenim donatio
fuit facta in & ſuper bonis ſtabilibus quomodo-
cumque donatori competentibus, & competitu-
ris in loco, vbi donatario videbitur, & placebit ad
eius electionem mandando, & illi concedendo, &
cedendo omnia, & ſingula ſua iura, & actiones
quaſcumque in & ſuper dictis ſtabilibus ad ha-
bendum, fruendum, & gaudendam, cum licentia
acquirendi poſſeſsionem auctoritate propria,
conſtituendo eum procuratorem irreuocabilem,
vt in rem propriam, & ponendo illum in locum,
& ius ſuum, adeò vt illis poſsit vti ſicut potuiſſet
donator ante factam donationem, cum aliis latiùs
in dicta donatione contentis, ex quibus clarè col-
ligitur non tractari de pecuniis donatis, ſed de
bonis fructiferis aſcendentibus ad ſummam di-
24 ctorum florenorum ter mille. † Cùm talis taxatio
ſit reſtricta ſolum ad iſtum effectum quæ in vim
taxatiuæ appoſitæ præſeruat iura quo ad alios ef-
fectus, l.qui in aliena, §.libertos, ff.de neg.geſt. Rom.
conſi.456.num.1.Soc.conſi.5.nume.5.lib.4. Dec.conſ.
327.in caſu propoſito, n.5.Rot.deciſ.235.n.3. in fin.pa.
1. in recentiorib. Et ſic talis expreſſio pecuniarum
non operabitur, quod ſit facta donatio in pecu-
nia, l.ſi inter, 21.C.de iur.dot. Couarr.pract. quæſt.c.
28.col.4.in fi.cum aliis de quibus infra c.751. nu.41.
Maximè, quia donatarius debebat alimentari ex
hujuſmodi bonis donatis vſque ad eius vitam, &
ſic erant in fructu, & ſicut prius donator ex illis
fructus percipiebat, ita poſt donationem pertine-
bunt ad donatarium, qui fuit poſitus in locum do-
nantis conſtituendo illum procuratorem irreuo-
25 cabilem, † & vt in rem propriam, qui potiùs dici-
tur dominus, non autem procurator, & ad eum
ſpectat lucrum, & damnum, ita vt nihil teneatur
reſtituere: Caſtrenſ.in l.vlt.in prin.num.1.poſt med.
verſ.& ſic dicebatur, & n.2.verſ.ſed contrarium, ff.
de donation. & in l.ſi cum tempore, col.1. in fin.verſ.
ſed quia omnis difficultas, & n.3.in fi.ff.de pact. Ber-
tazzol.clauſ.29.gloſ.1.n.1.cum ſeq.vbi ex hoc con-
cludit, quod licet mulier non poſſit eſſe procura-
trix, nec in iudicio comparere, poterit tamen eſſe
in rem ſuam, cùm iura, & ſtatuta loquentia de
procuratore non habeant locum in iſtis, qui di-
cuntur domini, l. qui ſtipendia, 9. & ibi Iaſ.in prin.
& n.2. C.de procurator. Felin.in cap.licet vndique,
26 30.in fin.n.3.de offic.delega. Vnde † tanquam domi-
nus poterit de eis diſponere. ſicut de rebus pro-
priis, & ad ſui commodum: Pariſ. conſil.107.nu.34.
& 35.lib.3.poſt Bart.in l.qui quadringenta num.1. &
ibid.Iaſ.n.7.ff.ad Treb.Idem Bart.in l.in prouincia-
li, §.ſi ego, n.3.vbi Ang.& Alex.nu. 8.ff. de oper.non.
27 nunciat. † & paſſim fructus ſunt illius, qui eſt do-
minus l.ex diuerſo, §.1.ff.de rei vendicat. Caſtr. in
l.pignore §.ſi prædo, ff.eod.tit.& in l.ſi quis bonorum,
ff.de legat.1.Peregrin. de fideicommiſſ.art.49. num.
20.poſt princip.verſ.& quia hæres.fol.454. Cephal.
conſ.3.nu.70.vſque ad 81.lib.1.Surd.conſil.53.n.3.lib.
28 1. † vbi ampliat etiam, quod alius ſeruerit proprio
ſemine, cùm fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli
percipiantur, leg. qui ſcit.in princip. Digeſtis de
vſur.

Neque obſtabit, quod prima donatio facta ad fauo-
rem donatarij: qui illam poſtea renunciauit, po-
terit etiam dici nulla, & inualida, provt fuit re-
miſſio ob non ſeruatas ſolemnitates requiſitas
29 in dicta conſtitutione Marchiæ. † Quia non ad-
eſt

eſt par ratio, cum iſta fuerit ob cauſam clericatus, & alimentorum, in qua non requiruntur aliquæ ſolemnitates ſtatutariæ: Bar. *in l. Aquilius, ff. de donat.* Oldrad. *conſ. 139. ad habendum, in fin. q. 9.* Natt. *conſ. 609. n. 15.* Alex. *conſ. 76. col. 1. ad med. li. 5.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, n. 11. C. de reuocād. donat.* Surd. *dec. 290. n. 20. & deciſ. 412. n. 15.*

EPITOME.

Teſtamentum poſterius quando prævaleat primo, ita vt ex eo tanquam reuocato nulla poſſit ſumi interpretatio, aut repetitio alicuius qualitatis, ſed potius illius reiectio. ¶ Contractus geſti in teſtamento an habeant ſtatim effectum à die celebrationis illius, non expectata morte teſtatoris, quamvis ſit inualidum. ¶ Et an ſufficiat probatio duorum teſtium. ¶ Legitima quando debeat calculari inſpecto ſtatu: in quo erant bona tempore obitus teſtatoris. ¶ Et quid ſi agitur ad reuocandam donationem inofficioſam. ¶ Princeps confirmando primogenituram, in qua prohibetur legitima, quo caſu cenſeatur confirmaſſe etiam illius prohibitionem. ¶ Et quando per filium poſſit dici illi renunciatum acceptando fideicommiſſum. ¶ Peremptiones, & augmenta an cedant ad onus, ſeu vtilitatem fideicommiſſarij, & non hæredis grauati. ¶ Bona ſubrogata in locum bonorum maioratus, quando aſſumant naturam illorum. ¶ Et quo caſu pretium potius dicatur ſubrogatum. ¶ Confirmatio teſtamenti, ſeu donationis ad inſtituendam primogenituram facta per Principem cum certis qualitatibus an poſſit per partes alterari illo inconſulto. ¶ Reuocatio contractus celebrati in teſtamento an admittatur, ſicut admittitur reuocatio teſtamenti. ¶ Proteſtatio quod cenſus ſit conſtitutus iuxta formam Bullæ Pij V. an operetur, vt omnia geſta contra illius tenorem ſint habenda pro non appoſitis. Et quando requiratur vtriuſque partis conſenſus, vt tales proteſtationes valeant, & non ſint contrariæ facto.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum poſterius præualet nulla habita conſideratione primi, ita vt ex teſtamento reuocato nulla poſſit ſumi interpretatio, nec repetitio alicuius qualitatis, ſed potius illius reiectio. Intellige, vt nu. 2.*

3 *Relatio operatur, vt omnia cenſeantur expreſſa, prout in relato, quamvis fieret ad ſcripturam inualidam, & non ſolemnem, n. 4. & 8.*

5 *Reuocatio teſtamenti admittitur, non autem contractus in eo celebrati.*

6 *Contractus facti in teſtamento habent ſtatim effectum à die celebrationis illius, non expectata morte teſtatoris, ſi fiant parte præſente, vel notario ſtipulante, quamvis teſtamentum ſit inualidum, & ſufficiet probatio per duos teſtes.*

7 *Omiſſio facta in ſecundo teſtamento habetur pro expreſſa reuocatione diſpoſitorum in primo.*

9 *Diſpoſitio eadem non dicitur reiectis qualitatibus.*

10 *Vniuerſalis inſtitutio non refertur ad res alienas, & hæredi debitas.*

11 *Teſtamenta ſunt inuenta, vt quis diſponat de rebus ſuis, non de alienis.*

12 *Legitimatio operatur, vt filius legitimatus ſit verus legitimus, & non fictus, & tranſmittat legitimam, & habeat omnia, quæ filiis legitimis, & naturalibus competunt.*

13 *Legitima conſideratur inſpecto ſtatu, in quo ſunt bona tempore obitus teſtatoris. Fallit ſi pater fecit donationē inofficioſam, tunc enim inſpicitur tēpus ipſius donationis, n. 14. & 16. Et de illis detrahitur, n. 17.*

15 *Legitima non minuitur per voluntarias alienationes.*

18 *Renunciatio ſpecialis requiritur, vt ſit legitimæ renunciatum, num. 20. 21. 22. & 26.*

19 *Filius quamvis agnoſcat hæreditatem, & conſentiat fideicommiſſo, non tamen excluditur à legitima.*

23 *Donationes plures, & ſeparatæ dicuntur quando fiunt occaſione fideicommiſſi, & primogenituræ de vno in alium.*

24 *Conſenſus, qui poteſt habere diuerſum finem, non includit renunciationem legitimæ, num. 27.*

25 *Renunciatio non præſumitur, ſi alia coniectura poteſt capi.*

28 *Princeps confirmando primogenituram, in qua prohibetur legitima, an cenſeatur etiam confirmaſſe talem prohibitionem, num. 29.*

30 *Bona ſubrogata loco primogenituræ, & fideicommiſſi cenſentur eſſe eadem, & aſſumunt omnes qualitates primordiales eiuſdem primogenituræ.*

31 *Peremptiones, quæ proueniunt à natura abſque culpa hæredis grauati, pertinent ad onus fideicommiſſi, ſicut è contra augmenta ad vtilitatem illius, & omnia, quæ accedunt fundis per alluuionem, cum bonis permutatis, num. 32.*

33 *Pretium quando dicatur ſubrogatum loco bonorum fideicommiſſi venditorum.*

34 *Contrahentes non poſſunt alterare formam reſcripti Summi Pontificis, in quo confirmauit erectionem maioratus cum certis qualitatibus, n. 35. quidquid ſit in teſtamento per eum confirmato, quod poterit reuocari inconſulto ipſo Principe, n. 36.*

37 *Verba* ſaluis reſeruationibus, & firmis remanentibus omnibus in confirmatione contentis, *faciunt vt quæcumque alia diſpoſitio contraria habeatur pro non facta, num. 38.*

39 *Proteſtatio, quod cenſus cenſeatur conſtitutus iuxta formam Bullæ Pij V. facit, vt omnia pacta contra illius tenorem ſint habenda pro non appoſitis.*

40 *Proteſtatio de conſenſu vtriuſque partis ad limitandam diſpoſitionem valet, neque dicitur contraria facto.*

41 *Emptio, & venditio non contrahitur, ſi fiat æſtimatio bonorum ad effectum illa ſubrogandi in locum fideicommiſſi.*

CAPVT DCCLI.

TRia dubia propoſita ſunt decidenda ex infraſcriptis, & quo ad primum, verius eſt, quod fideicommiſſum iniunctum in teſtamento condito de anno 1584. non ſit reuocatum per teſtamentum
1 poſtea factum de anno 1589. † Quamvis enim poſterius præualeat nulla habita conſideratione primi, ita vt ex teſtamento reuocato neque poſſit ſumi aliqua interpretatio, neque repetitio alicuius qualitatis, ſed potius illius reiectio: Bart. *in l. Statius Florus, 48. nu. 2. de iur. fiſc.* quem ab omnibus approbari dicit Clar. *in §. teſtamentum, q. 76. col. 2. in fi. verſ. ſed nūquid præſumitur, n. 8.* Curt. Iun. *conſi. 163. nu. 14. vſque ad 17.* Peregr. *de fideic. art. 25. nu. 35.*
2 *fol. 240.* † Tamen iſta procedunt reſpectu ſecundi teſtamenti, quod ſcilicet ex primo reuocato non ſumatur aliqua interpretatio quo ad ſequens teſtamentum, prout omnes Doctores ſupra allegati loquūtur. Cum aliud ſit in caſu noſtro, in quo primogenitura cum conditionibus, & aliis ſubſtitutionib. per teſtatorem requiſitis non conſideratur tanquam facta in primo teſtamento reuocato, ſed tanquam celebrata in donatione inter viuos, in qua dictæ conditiones, & qualitates ſunt repetitæ per relationem ad primum teſtamentum

3 quæ relatio operatur, † vt tam primogenitura, quam fideicommiſſum, & omnes conditiones, & qualitates cenſeantur ſpecialiter expreſſæ, & inſertæ verè, & propriè in eadem donatione inter viuos: Bart. *in l. 1. in princ. ff. de receptator.* Bald. *conſil. 212. ea qua, lib. 5.* Aym. *conſ. 45. num. 4.* Surd. *conſil. 200. nu. 5. lib. 2. & conſ. 288. num. 24. eod. lib.* Menoc. 4 *conſ. 1. num. 83.* † Quod procedit quamvis eſſet facta relatio ad ſcripturam inualidam, & non ſolemnem, & nullam, cum ſemper omnia ibi contenta cenſeantur ſpecialiter expreſſa in referente: Caſtr. *conſil. 377. ad primum videtur dicendum, in princip. verſic. contrarium eſt verum, lib. 2.* Aym. *conſil. 143. num. 6.* Bec. *conſil. 41. nu. 22. poſt princ. verſic. & procedit etiam.*

Cum igitur reuocatio primi teſtamenti nihil obſit reſpectu donationis, de qua agimus, illa remanebit firma, & irreuocabilis, quamvis etiam eſſet fa-5 cta in teſtamento reuocato, cum permittatur † reuocatio teſtamenti ad libitum teſtatoris, cuius voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem, non autem confeſſionis, vel donationis, ſeu venditionis, aut alterius contractus in eodem teſtamento celebrati, cum omnia iſta retineant naturam ſuam, nec ſortiantur vim teſtamenti, nec irritentur, quamvis teſtamẽtum irritetur, aut reuocetur: Albert. *in l. ſi quis in principio teſtamenti. in fin. ff. de legat. 3.* Bart. *in leg. cum quis decedens. §. codicillis, ff. eod. tit.* Bald. *in l. vltim. ff. de rebus eor.* Caſtr. *in l. non omnis, n. 5. ff. ſi certum petat.* Ruin. *conſil. 169. num. 12. ante med. ver. ſed contrarium eſt verius, & ibi in fin. verſic. & idem dicit, lib. 2.* Bero. *conſil. 45. n. 14. libro 2.* Natt. *conſil. 73. num. 6.* Socin. *conſ. 294. nu. 1. lib. 2.* & quidquid alij diſſentiant, iſta eſt verior opinio, vt per Boer. *deciſ. 353. mulier contraxit. colum. 3.* Mãdoſ. ad Rom. 171. *in verb. veriorem.* Tiraq. *de legibus connubial. gloſſ. 5. nu. 101. & detract. lignag. ad fin. tit. nu. 7.* & latè comprobat Lamberteng. *ſuper ſta-6 tut. de contract. lib. mulier. gl. 22. n. 8.* † vbi etiam, quod tales contractus facti in teſtamento non ſolum non poterunt reuocari, ſed habebunt ſtatim effectum à die cõditi teſtamenti, non expectata morte teſtatoris, ſi fiant parte præſente, vel notario pro illis ſtipulante. Ita vt etiam valeant quamvis teſtamentum eſſet nullum, & inualidum, ſeu reuocaretur tanquam tale, cum agatur ex contractu ſtipulationis, & ideo etiam probabitur per duos teſtes tantum, quamvis teſtamentum requirat ſeptem, cum non ſit alterata natura contractus cum aliis effectibus, de quibus per Dec. *conſil. 195. in caſu propoſito breuiter quæritur, col. pen. in principal. num. 3. & 4.* Caſtr. *conſil. 379. primo videndum eſt, in princ. lib. 1. & conſ. 381. videndum eſt qualis, in princ. eod. lib.* Iaſ. *in leg. cum antiquitas, col. 2. verſic. adde quod ſi in teſtamento, C. de teſtam.*

Nec obſtat, quod quamvis donatio remaneat firma, & irreuocabilis. Tamen conditiones, & primogenitura, & fideicommiſſum, & ſubſtitutiones erunt reuocatæ, tanquam factæ in teſtamento, 7 quod non ſubſiſtit ob illius reuocationem, † & ſic non videtur conſtare de relato, cum etiam tales conditiones fideicommiſſi, & ſimiles poſſent, tacitè reuocari, vnde multò magis, ſi expreſsè reuocantur omnia contenta in primo teſtamento, cum etiam omiſſio facta in ſecundo teſtamento habeatur pro expreſſa reuocatione diſpoſitorum in primo, vt latè omnia prædicta comprobat Menoch. *conſil. 1020. numero 32. & 33. lib. 11.* Quia non poteſt dici, quod non conſtet de relato, quamvis teſtamentum primum reuocetur, cum hoc procedat reſpectu ſecundi teſtamenti, quod ſolum va-8 lebit propter reuocationem primi, † Aliud eſt reſpectu donationis in primo teſtamento factæ, ſeu ad illud relatæ, quia relatio etiam ſubſiſtit, quamvis fiat ad teſtamentum inualidum, vt per Aym. *conſ. 143. nu. 6.* & alios ſupra allegatos *num. 4.* & cum donatio principalis ſit irreuocabilis, vt dictum eſt, etiam conditiones, & qualitates in ea appoſitæ erunt irreuocabiles, cum de eis ſit iudican-9 dum, ſicut de principali diſpoſitione. † Nam remotis qualitatibus non eſſet eadem diſpoſitio, cum illas adiiciens declaret, quomodo actus debet eſſe, & ex illis limitetur, & reſtringatur, itaut non eſſet ſatisfactum menti diſponentis, ſi illæ nõn comprehenderentur in donatione: Imol. *in l. hæredes palam. 12. §. ſi quis poſt. ff. de teſtam.* Surd. *conſ. 179. n. 40. lib. 2. & conſil. 449. num. 19. lib. 3.* Cum etiam ex qualitate in actu appoſita animus agentis colligatur, *l. 1. §. ſed ſi claua. ff. de ſicar.* Alex. *in leg. ſi quis mihi bona, §. ſed quid, ff. de acquir. hæredit.* Bero. *conſ. 198. num. 10. lib. 3.*

Maximè, quia in ſecundo teſtamento reuocante primum nihil teſtator poterat diſponere de bonis 10 donatis, † cum vniuerſalis inſtitutio non referatur ad res alienas, & hæredi debitas: Alexand. *conſil. 91. column. 9. ante med. verſic. fortificatur hæc concluſio. num. 10. lib. 1.* Bald. *in l. precibus, 8. num. 44. C. de impuber. & aliis ſubſtitut.* latè Peregrin. *de fidei-11 commiſſ. art. 6. num. 13. & 14.* † Teſtamenta enim & vltimæ voluntates ſunt inuentæ, vt quis de rebus ſuis non autem de alienis diſponat, *l. verbis legis, ff. de verb. ſignific.*

Quod ad ſecundum poſſet defendi opinio affirmatiua, quod debeatur legitima, cum ſimus in filio legitimato per Summum Pontificem cum legitima-12 tione ampliſſima, † quæ operatur, vt tales filij habeantur pro veris legitimis, & non fictis, ac pro ſuis hæredibus, ita vt tranſmittant ſuam legitimam, ac ſupplementum, & habeant querelam inoffícioſi teſtamenti, & ius contrabulandi, & omnia alia, quæ competunt legitimis & naturalibus. Tiraq. qui omnes ſupradictos caſus latè comprobat. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 77. vſque ad 89. C. de reuoc. donat.*

Et quamvis legitima conſideretur ſecundum tem-13 pus mortis teſtatoris inſpecto ſtatu, † in quo ſunt bona tempore obitus patris: Alexand. *conſ. 103. nu. 15. lib. 1. & in l. in ratione, la 2. ff. ad leg. Falcid.* ita vt ex bonis ſuperuenientibus poſt eius mortem non augeatur, neque diminuatur legitima: Cagnol. *in l. Papinianus, §. quarta, numero 8. ff. de inoffic. teſtam.* 14 Gabr. *conſil. 37. num. 2. & 4. lib. 4. lib. 2.* † Nihilominus quando pater per immenſam donationem ſuum patrimonium exhauſit, tunc attenditur tempus factę donationis & debetur ex bonis donatis, ſicut ex non donatis: Bald. & Caſtr. *in auth. vnde ſi parens, C. de inoffic. teſtam.* Grat. *conſ. 17. num. 4. & 8. lib. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 36. nu. 35.* Surd. *conſil. 473. nu. 3. lib. 4.* & latius *conſ. 432. n. 14.* poſt Caſt. *conſil. 354. dicta Catherina, in princip. lib. 2.* Cuccus *de legitima, §. legitima eſt quota bonorum, num. 22. fol.* 15 *67.* † Et eſt ratio, quia legitima non minuitur per voluntarias alienationes, vt eſt donatio Bartol. *in l. Titia, §. imperator. ff. de legat. 2.* Bertrand. *conſil. 474. nu. 2. lib. 4.* Nam tales donationes ſunt inoffícioſæ tanquã tendentes ad diminuendam legiti-16 mam filiorum, *l. ſi vir. Cod. de inoffic. donat.* † Vnde merito debet inſpici tempus, quo factæ ſunt: Becc. *conſil.*

Rot. coram Sanctiſſimo Greg. XV. Romana legi-
tima 6. Februar. 1612. & in eadem cauſa coram R.
P.D. Remboldo 1617.

Neque obſtat acceptatio donationis factę per filium
in qua cum adſit onus non detrahendi legitimam,
videtur ſibi quo ad eam præiudicaſſe, Quia iſta ſim-
plex acceptatio non inducit approbationem re-
18 nunciationis legitimæ, † niſi ſpecialiter, & in-
diuiduo fuerit etiam ei renunciatum, prout in
propoſito donationis, de qua agimus, concludit
Peregrin. de fideicom. art. 51. nume. 23. ad med. verſ. ſi
vero, & art. 36. num. 81. vſque ad 96. Gabr. conſil. 177.
n. 45. lib. 1.

Prout dicimus de filio grauato per fideicommiſſum
19 vniuerſale in vltima voluntate, † quamvis enim
obligetur ex quaſi contractu agnoſcendo hæredi-
tatem, & conſentiendo fideicommiſſo, non tamen
ex hoc excluditur à legitima: Iaſ. conſil. 162. num. 3.
lib. 2. Alexand. conſ. 69. col. 2. in princip. lib. 1. Bald. in
l. hac edictali. in verb. quam obſeruationem, col. 4. ad
med. num. 15. verſ. iuxta hoc quæro, C. de ſecund. nupt.
Menoch. conſ. 71. n. 42. lib. 1. Peregrin. d. art. 36. num.
20 18. cum ſeq. † Cum ſemper debeat fieri ſpecialis
mentio de legitima, vt filio præiudicetur: Alex.
conſ. 89. col. vlt. ad med. lib. 4. Ceph. conſ. 148. num. 25
& 26. Aret. in §. cum autem, ad fi. inſt. de inoff. teſtam.
Surd. de alim. tit. 9. q. 15. n. 4. Card. Mant. de coniect.
vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 8.

Immo etiam vt præiudicetur filio quo ad ſuam legi-
timam requiritur, vt pater illum grauet, ne aliud
21 † pro legitima petere poſſit. Surd. conſi. 357. numero
33. lib. 3. Menoch. conſ. 209. numero 95. vſque ad 105.
lib. 3. & conſil. 453. num. 10. vſque ad 17. lib. 4. Et vltra
dictum grauamen etiam poſtea eſt neceſſarius
conſenſus filij, qui in tali approbatione volunta-
22 tis expreſsè ſuæ legitimæ renunciet, † quia alias
approbatio ſimplex ſine iſtis requiſitis non præ-
iudicaret: Alex. conſ. 89. num. 13. & 14. ver. nec obſtat
id quod dicitur, lib. 4. & conſil. 8. num. 21. & ibi Nat.
in addit. in verb. diſpoſitio. lib. 3. Addit. ad Dec. conſ.
687. in verb. acceptatio. Pariſ. conſ. 43. num. 35. vſque
ad 39. lib. 3. Roder. Soarez in l. quoniam in prioribus,
ampl. 9. C. de inoffic. teſtam.

Quæ magis procedunt in donationibus factis cum
hujuſmodi fideicommiſſis, & primogenituris,
23 † nam ſunt plures donationes ſeparatæ, principa-
les, non acceſſoriæ, ac dependentes à prima, ita vt
ab ipſo donatore debeant recognoſci per omnes
donatarios vocatos, cum vna donatio ſit reſpectu
primi, cui fuit donatum vſque ad certum tempus,
alia per quam tranſacto illo medio tempore do-
natur ſecundo, tanquam dominia poſſint dari vni
ad tempus, & poſtea illo elapſo alteri, l. fin. C. de
legat. l. donationis, §. ſpecies, ff. de donationibus. & ita
in terminis concludit Caſt. in leg. ſi pecunia. 5. col. 3.
poſt princ. verſic. breuiter mihi videtur. num. 11. q. 4.
ff. de condict. cauſ. dat. Ludou. Molin. de primog. Hi-
ſpan. c. 1. lib. 1. num. 17. latè Menoch. conſil. 1153. num.
1. & 2. & n. 53. lib. 12. cum aliis quos adduxi ſupr. c.
247. num. 10. lib. 2.

Cum igitur ſint plures donationes, vbi dictum eſt,
non eſt dicendum, vt filius approbando ſimplici-
24 ter donationem præiudicet ſibi in legitima † re-
ſpectu illius donationis, quæ tranſit in ſubſtitu-
tum, cum talis conſenſus poſſit habere diuerſum
finem, vnde non intelligetur facta renunciatio,
de qua debet clarè conſtare: Rot. deciſ. 63. ad fin.
verſ. præterea licet de appellat. in nou. Menoch. con-
25 ſil. 1131. num. 5. lib. 12. † Cum regulariter non præſu-
matur renunciatio, quando alia quæuis coniectu-
ra poteſt capi. Io. Andr. in c. accedentibus de priuil.
Dec. in l. cum per errorem. 53. numero 2. de regul. iur.
Aym. conſil. 678. num. 9. lib. 4.

Nec facit narratiua, de qua in breui Clement. VIII.
Quia illa fuit facta in euitandum vitium ſubre-
ptionis, neque ex ea aliud probatur, niſi quod fi-
lius habuit notitiam prohibitionis legitimæ, quæ
de per ſe non ſufficit ad effectum vt ſibi in legiti-
26 ma præiudicet, † cum vt dictum eſt, neque ſatis eſ-
ſet approbatio donationis, in qua talis prohibitio
contineretur, tanquam requiratur indiuidua, &
expreſſa renunciatio legitimæ: Peregr. de fidei-
comm. art. 51. num. 23. ad med. cum aliis ſupra addu-
ductis. Immo dicta narratiua fuit facta ad alium
finem obtinendi facultatem alienandi, vnde non
27 † poteſt operari effectum renunciationis legiti-
mæ, quæ debet ſpecialiter exprimi, vt præiudicet:
Alexand. conſ. 89. col. vlt. ad med. libro 4. Surd. de
alim. tit. 9. q. 15.

Neque obeſt confirmatio donationis per Summum
Pontificem facta, per quam videtur confirmata
dicta prohibitio legitimæ, quæ in ea continetur
ex permiſſione Principis, cui totus tenor donatio-
nis, & teſtamenti fuit narratus vltra clauſulá quo-
rum tenores cum aliis de quibus in dicta confir-
28 matione. † Quia iſta permiſſio prohibitionis le-
gitimæ debet etiam eſſe ſpecialis, & expreſſa ad
hoc vt Princeps dicatur voluiſſe prçiudicare filio
in ſua legitima, quæ tamen non fuit talis in caſu,
de quo agimus, vnde meritò non debet obeſſe, vt
in propoſito noſtro declarauit Rot. corã R.P.D.
Verolpio Romana legitimæ, col. 5. poſt princ. verſ.
nec obſtat ampliſſima facultas, 27. Iunij 1614. & co-
ram Cardin. Sacrato Romana legatorum de Co-
lumna, 16. Iunij 1613. Roder. Soarez in l. quoniam in
priorib. in declarat. leg. regn. limit. 2. num. 16. fol. 423.
verſicul. ſemper etiam aduertas, C. de inoffic. teſt. Lo-
pez ſuper leg. 32. tit. 9. partid. 6. gl. 5. in verb. non val-
dra: poſt princ. & verſic. ſed pone. quos allegat & ſe-
quitur Rot. in d. cauſa Romana legitimæ coram
R.P.D. Verolpio.

Quæ tamen ſunt intelligenda, quando in confirma-
29 tione ſimilium donationum per Papam facta † in
quibus aderat prohibitio legitimæ non poſſet
conſiderari, quod per eum fuit habita notitia ta-
lis prohibitionis, vt quia ſub nube, & non ex-
plicitè narraretur Summo Pontifici, vt confir-
maret primogenituram non facta ſpeciali expreſ-
ſione prohibitionis legitimæ, nam alias ſtante
clara expreſſione illius operaretur confirmatio
quo ad omnia narrata etiam reſpectu legitimæ,
prout in iſtis terminis loquuntur Roder. & alij in
deciſionibus Rot. allegati. Maximè quando do-
natio facta filio eſſet magna, quaſi tunc non poſ-
ſet conſiderari aliqua læſio illius quo ad priua-
tionem, ſuæ legitimæ, tunc enim videtur adeſſe
cauſa ſtatuendi prohibitionem talis legitimæ,
Cuman. conſil. 75. ¶ Et in deciſione Cardin. Sacrati
Roman. legitimæ, ver. minus releuare, 10. Maij
1617. dicitur, quod facultas conceſſa Cardinali
non comprehendebat legitimam quia erat in exe-
cutiuis, & ob alias rationes latius ibidem conten-
tas.

Circa tertium dubium concludendum eſt augmen-
tum pretij caſtri, de quo agimus, proueniens ex
beneficio temporis ſpectare ad vocatos in fidei-
commiſſo, & primogenitura; prout ipſum nec
30 Caſtrum, † cum conſtet illud fuiſſe ſubrogatum

per Clem. VIII. in locum alterius caſtri, quæ ſubrogatio facit, vt efficiatur ipſius maioratus, & primogenituræ cũ omnibus qualitatibus primordialibus, atque accidentalibus primi maioratus, ita vt nihil differat ab aliis rebus, quæ ab ipſo maioratu nunquam fuerunt alienata, *cap.* 1. vbi Affl. *num.* 5. *de vaſall. decrepit. ætat.* Iacob. de Ardizo. *in ſumm. feud.* 2. *p.* 2. *part. princ. tit. quid ſit nouum feud. patern. verſ. ſed quæritur ſi vaſallus.* Iaſ. *conſ.* 231. *nu.* 1. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *num.* 27. Molin. *de primogen. hiſpanor. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 36. *vſque ad* 39.
31 *fol.* 483. Vnde ſicut rerum peremptiones, † & diminutiones à natura procedentes abſque facto doloſo, & culpa hæredis grauati pertinent ad onus fideicommiſſarij, *l. mulier,* 22. §. *ſed enim, ff. ad Trebel.* Ita etiam è contra augmenta rerum à natura
32 procedentia † cedent commodo, & vtilitati ipſius, *l.* 3. *de fund. inſtruct. leg. ſcribit Celſus, ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *n.* 15. *vſque ad* 30. Doctor. *in c.* 1. §. *ſi quis de manſo. &* §. *rurſus, de controuerſ. inueſtit.* Molin. *de primogen. hiſpanor. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 17. *cum ſeq.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 23. vbi de eo, quod per alluuionem acceſſit fundis ſubiectis fideicommiſſo, illud enim debet ad fideicommiſſarium pertinere, provt etiam ad eum ſpectant bona permutata: Decian. *conſ.* 52. *n.* 28. *&* 41. *lib.* 1.

Non obſtat quod dictum caſtrum fuerit ſimpliciter ſubrogatum & datum inſolutum pro pretio limi-
33 tato, & taxato, † cum clauſulis ampliſſimis poſitis in diſpoſitiuis ad habendum, alienandum, donandum, & faciendum, quidquid pro libito voluntaris emptor iudicauerit, & provt venditor liberè poterat diſponere, ex quibus verbis videtur facta emptio, & venditio libera, ita vt ſolum ſpectandum ſit pretium, quod veniet in reſtitutione fideicommiſſi, non autem caſtrum, *l. quoties, C. de iur. dot.* Cephal. *conſ.* 735. *n.* 1. *lib.* 5. Socin. *conſ.* 57. *libro* 1. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *numero* 20. Couarr. *pract. quæſt. c.* 28. Quia dicta datio inſolutum
34 non ſubſiſtit, † cum ſit contra formam reſcripti Summi Pontificis, qui mandauit ſubrogari ipſum caſtrum, quod perpetuo ſtare debeat pro primogenitura, non autem pecuniam, aut illius æſtimationem. Vnde contrahentes non poterant altera-
35 re diſpoſitionem Papæ, † ex quo enim Princeps interpoſuit ſuam auctoritatem, nõ potuit amplius aliquid mutari eodem Principe inconſulto, provt in terminis primogenituræ, & maioratus notat Peregr. *de fideic. art.* 51. *n.* 47. poſt Ludoui. Bologn. *conſ.* 52. *nu.* 10. *cum ſeq.* Dec. *conſ.* 468. *ſuperiori anno, col. penult. ante med. verſ. & ad confirmationem, n.* 27 *in fi. & conſ.* 498. *viſo caſu, col.* 3. Cephal. *conſ.* 12. *nu.* 34. *&* 35. *lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 164. *in præſenti cauſa, col.* 6. *verſic. ſed nos loquimur, lib.* 2. Tiraquell. *de primoge-*
36 *nit. quæſt.* 8. *n.* 5. 6. *&* 7. † Quidquid ſit in teſtamento confirmato à Principe, quod poterit reuocari abſque conſenſu Principis, cum per leges illud ſit mutabile: Tiraq. *de primogen. q.* 68. *n.* 8. *cum ſeq.*

Quamvis etiam in caſu noſtro verè poſſit dici, quod contrahentes non alterauerint in aliquo diſpoſitionem Summi Pontificis, cum ſtatim poſt dictas clauſulas, *& dationem inſolutum*, adſint illa verba *ſaluis tamen reſeruationibus*, & aliis infra dicendis,
37 † provt poſtea inferius ſubiungitur, *firmis remanentibus omnibus expreſſis in breui Clement. VIII. à quibus ipſi contrahentes non intendunt in aliquo recedere, ſed in omnibus, & per omnia illis volunt inhærere pro validitate omnium in inſtrumento contentorum, quia ſic expreſsè conuenerunt*, affirmantes hinc inde dicta caſtra licuiſſe alienare ſtante facultate data in breui eiuſdem Clement. VIII. cum declaratione poſtea expreſſa, quod dictum caſtrum, vt ſupra datum inſolutum perpetuo ſtare debeat in locum alterius caſtri & ſubrogatum, & ſuppoſitum primogenituræ, fideicommiſſo, & prohibitioni alienandi, ac cęteris conditionibus, vinculis, & diſpoſitionibus contentis in teſtamento, & donatione Cardinalis expreſſis in d. breui Clement. VIII. ibidem inſerto, & alias in omnibus & per omnia iuxta formam illius, ad quod ſemper relatio habeatur, quibus ſtantibus apparet, quod
38 non eſt attendenda datio inſolutum, cum fuerit ab ea receſſum propter dictas reſeruationes, provt dicimus de cenſibus, qui imponuntur contra formam Bullę cum proteſtatione poſtea facta de non
39 recedendo ab illius diſpoſitione, † quæ operatur, vt pacta omnia quæ contradicunt Bullæ habeantur pro non appoſitis: Gabr. *conſ.* 47. *nume.* 6. *vſque ad* 10. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 219. *nume.* 3. *&* 4. *in fin. p.* 2. *in*
40 *recentioribus.* † Nam valet hujuſmodi proteſtatio tanquam facta de conſenſu vtriuſque partis ad limitandam, declarandam ſuam diſpoſitionem iuxta formam conſtitutionis Summi Pontificis non ſecus, ac ſi ſecundùm tenorem illius fuiſſet actus celebratus, neque enim poteſt dici talis proteſtatio contraria facto, cum ambo conſenſerint, ideo omnia limitabuntur ſecundum talem proteſtationem: Bart. *in leg. non ſolum,* §. *morte, col.* 4. *&* 5. *num.* 17. *&* 24. & ibi Alexand. *col.* 3. *num.* 13. *&* 14. *ff. de nou. oper. nunciat.* Gabr. *d. conſil.* 47. *nume.* 7. *&* 8. *lib.* 2. Cum etiam dictum pretium fuerit limitatum ad effectum, vt ſciretur valor ipſius, & vt reſiduum pretij, in quo excedebat caſtrum poſſet reinueſtiri in bonis, quæ debebant ſubrogari ad commodum primogenituræ, & fideicommiſſi, quo caſu
41 eſt facta emptio, † & venditio, ſed damnum, & augmentum ſpectabit fideicommiſſariis, tanquam ſit facta ad alium effectum, *leg. ſi inter, Cod. de iur. dot. l. cum poſt.* §. *ſi res in dotem. ff. eod. tit.* Bald. *in l. ex conuentione, oppoſit.* 3. *Cod. de pact. & in l. intereſſe, verſic. alius eſt caſus, Cod. de vſufruct.* Couarr. *pract. quæſt. c.* 28. *col.* 4. *in fin. verſic. horum autem trium, & verſic. quod ſi hæc vera ſunt.* Socin. *conſil.* 56. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Corn. *conſil.* 15. *col.* 1. *lib.* 2. Roland. *conſil.* 92. *numero* 6. *lib.* 2. cum aliis per Schrader. *de feud. par.* 8. *c.* 1. *num.* 36. Alexand. *in l. æſtimatis,* 50. *ff. ſolut. matrimon.*

EPITOME.

Ius congrui quando habeat locum in vineis. ¶ Suſpicio falſitatis in ciuilibus an habeatur pro falſitate. ¶ Socius quo caſu poſſit locare rem communem. ¶ Mandatum ſpeciale an requiratur ad locandum. ¶ Aditio an probetur ex poſſeſſione bonorum hæreditatis. ¶ Et quando ſtetur declarationi poſſidentis. ¶ Vltimus ſtatus an attendatur, vt res poſſit dici ſolita locari. ¶ Vnica locatio an ſufficiat ad effectum retractus vinearum. ¶ Reſponſio an ſit admittenda, quod quis vult vti diſpoſitionibus teſtium quatenus ſint boni, & veritatem dicant. ¶ Et quid in inſtrumentis. ¶ Vicinus an comprehendatur in bulla iuris congrui, vel ſolum procedat in extraneis ementibus. ¶ Cannetum quando ſit de pertinen-

tinentiis vineæ, & augeat pretium illius in retractu. ¶ Incorporatio vnius domus cum alia an impediat manutentionem. ¶ Ædificia an ſint deſtruenda, vel potius ſuſtineantur propter decorem Vrbis, quamvis à principio non potuiſſent fieri. ¶ Pretium iuſtum an ſit illud, cuius fructus in viginti annis æquant ſortem principalem. ¶ Venditio plurium rerum ſub vnico pretio an ſit indiuidua. ¶ Statutum præferens conſortem in venditione partis conſortis an habeat locum, quando duo ex fratribus vendunt res communes de conſenſu aliorum duorum fratrum nolentium poſtea ratificare venditionem. ¶ Et quando ſit intelligendum de contractibus efficacibus, non autem de nullis, aut effectum non ſortientibus. ¶ Vtile per inutile an vitietur in indiuiduis. ¶ Et an diuidua poſſint fieri indiuidua de voluntate contrahentium. ¶ Conſors an præferatur in portione conſortis vendita. ¶ Et an ſtatutum in hoc ſit validum. ¶ Res venalis quę ſit dicenda, & quando præſumatur vendita de communi conſenſu. ¶ Stylus deciſorius quomodo ſit probandus. ¶ Et quando poſſit introduci per Iudices. ¶ Et an ſtante illius varietate ſit recurrendum ad ius commune. ¶ Exiſtens in poſſeſſione ſeruitutis an teneatur probare talem ſeruitutem ad ſe ſpectare. ¶ In feneſtris quando quis poſſit cogi tenere crates ferreas, vel ad eas reponẽdas ſi extabant, & fuerũt amotæ.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas locationis debet probari de tempore, quo petitur retractus vinearum.*

2 *Solitum ad effectum retractus verificatur etiam in vnica locatione.*

3 *Vltimus ſtatus attenditur ad hoc, vt poſſit dici, quod res ſit ſolita locari. & num. 4.*

5 *Suſpicio falſitatis in ciuilibus habetur pro falſitate.*

6 *Qualitates omnes ſunt probandæ copulatiuè per eum, qui ſe fundat in ſtatuto illas requirente quamuis ſint à iure præſumptæ, n. 7. 30. & 40.*

8 *Socius poteſt locare rem communem: Declara vt num. 13. 14. 20. & 21.*

9 *Communio poteſt eſſe ſine ſocietate, non autem ſocietas ſine communione, num. 10.*

11 *Mandatum ſpeciale requiritur ad locandum.*

12 *Quæ conſiſtunt in animo non poſſunt fieri niſi per perſonam ſpecialiter deputatam.*

15 *Locatio vnius valet reſpectu totius, non tamen eſt valida in præiudicium ſocij.*

16 *Ratificatio locationis non trahitur ad ignorata.*

17 *Scientia certa cum omnibus qualitatibus debet eſſe, vt præiudicet. num. 18.*

19 *Dominus nõ præſumitur ſcire geſta per procuratorem.*

22 *Aditio eſt concludenter probanda, & quando arguatur per poſſeſſionem, & locationem bonorum hereditatis, num. 23. Et an ſtetur declarationi poſſidentis, & locantis, num. 24.*

25 *Poſſeſſio præſumitur ex titulo magis proficuo.*

26 *Poſſibile eſt, vt quis fecerit teſtamentum, & quod teſtes deponentes eum deceſſiſſe ab inteſtato non ſint falſi.*

27 *Retractus in vineis, vt detur quæ requirantur, & quando qualitates debeant omnia æqualiter determinare, num. 29.*

28 *Dictio omnis, nihil excludit comprehendendo etiam ea, quæ alias non venirent.*

31 *Valor vineæ an ſit augendus ex canneto non incorporato, & quando dicatur continuum, & de pertinentiis vineæ ad effectum retractus, nu. 32. & 33.*

34 *Proprium vineæ eſt habere arbores, & vites, & arundines.*

35 *Præciſè quis cogitur reſpondere, quando admittatur reſponſio volentis vti depoſitionibus teſtium quatenus ſint boni, & veritatem dicant, numero 36. & 37. quid in inſtrumentis, num. 38.*

39 *Mandatum ſpeciale requiritur ad interrogandum.*

41 *Retractus competit ratione vicinitatis, nec conſors, aut vicinus poteſt transferre hanc facultatem retrahendi, niſi cedat rem vicinam, n. 42.*

43 *Vicinus non comprehenditur in Bulla Gregoriana iuris congrui, quæ ſolum loquitur de extraneis ementibus.*

44 *Statutum debet intelligi, vt minus lædat ius cõmune.*

45 *Exceptio nullitatis venditionis propter non requiſitionem vicinorum non competit, niſi vicinis.*

46 *Oppoſitio iuris tertij non operatur, niſi ille tertius conſentiat.*

47 *Pretium iuſtum dicitur illud, cuius fructus in viginti annis æquant ſortem principalem.*

48 *Paruus ſitus quando præualeat maiori in retractu.*

49 *Peritis in arte ſtandum eſt.* (*num.* 50,

51 *Mutatio conſilij in melius admittitur, maximè ſi fiat propter publicam vtilitatem.*

52 *Temporis lapſus inducit renunciationem.*

53 *Incorporatio vnius domus cum alia, & mutatio faciei ipſius domus impedit manutentionem.*

54 *Ædificia ſuſtinentur propter decorem vrbis, nec debent deſtrui, quamvis non potuiſſent à principio fieri, num. 55. & 56.*

57 *Commodum publicum eſt præferendum priuato.*

58 *Statutum Vrbis præfert conſortem in venditione partis conſortis, & an habeat locum quando duo ex fratribus vendunt res communes de conſenſu aliorum duorum fratrum nolentium poſtea ratificare venditionem, num. 59.*

60 *Statuta ſunt intelligenda de contractibus efficacibus, non autem de nullis, aut effectum non ſortientibus, num. 75. Et quid ſtante fauore publico. n. 77.*

61 *Vẽditio pluriũ rerũ ſub vnico pretio eſt indiuidua.*

62 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*

63 *Curator ſi vendat prædia communia ſibi, & ei cuius curam adminiſtrat, reſcinditur venditio in totum, quando partem emptor non emiſſet, poſtquam adultus declarauit nolle ſtare venditioni, numero 70. & 71.*

64 *Venditor ad nihilum tenetur ſi res vendita euincatur occaſione retractus, quaſi tunc euictio ſequatur ex natura rei, num. 65.*

66 *Dominium rei communis non transfertur, & licitum eſt ſocio vendicare portionem ſuam, n. 67.*

68 *Indiuiduum voluntate contrahentium facit, vt vtile per inutile vitietur in quacumque diſpoſitione.*

69 *Diuiſio eiuſdem voluntatis non eſt admittenda.*

72 *Statutum de præferendo conſortes in venditionibus eſt validum.*

73 *Habens participationem dominij non præfertur de iure communi in re per conſortem vendita. Fallit in venditione portionis caſtri. n. 74.*

76 *Actus validus dicitur nullus ſi non habet effectum.*

78 *Res venalis quæ ſit dicenda, & quando præſumatur vendita de communi conſenſu. n. 80.*

79 *Dos conſtituta arbitrio tertij non vitiatur propter incertitudinem.*

81 *Non poteſt quis cogi ad tenendas crates ferreas in ſuis feneſtris, nec ad eas reponendas ſi extabant, & fuerunt amotæ.*

82 *Exiſtens in poſſeſſione ſeruitutis tenetur nihilominus probare illam ad ſe competere.*

83 *Stylus deciſorius, & contra ius eſt probandus formiter, & plenè.*

84 *Stylus tunc pertinet ad deciſionem, quando tota victoria cauſæ pendet ab iſta probatione.*

85 *Iudices deputati ad ius reddendum non poſſunt introducere ſtylum contra ius, & quæ requirantur ad illum inducendum, num. 86.*

87 *Stylus non dicitur introductus ſtante varia obſeruantia, & ſententiis difformibus.*

88 *Varietas ſtyli facit, vt ſit recurrendum ad ius commune.*

89 *Proſpectus quando habeatur in conſideratione, & numero 91.*

90 *Plus & minus non faciunt differre ſpecie.*

92 *Æmulatio non conſideratur in vicino ædificante ad ſui commodum, licet alteri noceat.*

CAPVT DCCLII.

PEr triennium fuit diſcuſſum an competeret retractus vineæ, de qua agebatur inter Alexandrum, & Angelam, & licèt multa ſatis clara allegarentur pro illius excluſione, nihilominus Iudex ſemper anceps fuit, & nihil per eum concluſum, & cum propter finitum officium, cauſa per ſucceſſorem cognoſceretur viſis allegationibus coram primo Iudice adductis, ſtatim idem ſucceſſor non expectato fine trimeſtris protulit ſententiam ad fauorem Angelæ, in qua declarauit non eſſe locum petito retractui, & quidem rectè, quia non conſtabat, quod vinea eſſet locata tempore monitorij, cum locatio ſolum præſupponatur de anno 1616. & monitorium fuit factum de anno 1617.
1 † de quo tempore præcisè erat probanda locatio, cum iſta qualitas de dicto tempore debeat interuenire iuxta Bullam, & notat. Bard. *de tempor. vtil. & contin. c. 14. num. 8. & in tract. de iure prothomiſ. §.*
2 *3. notab. 4. in fi.* † vbi quod licet ſolitum ad effectum retractus verificetur etiam in vnica locatione, tamen hoc non ſufficit, niſi etiam probetur continuatio locationis tempore, quo intentatur retractus, & idem in materia bullæ dicitur Caroc.
3 *de locat. verſic. de ſolito n. 3. fol. 255.* † Quod etiam eſt de iure communi, ſecundum quod conſideratur vltimus ſtatus ad effectum, vt res dicatur ſolita locari, necne: Alexand. *conſ. 223. col. 2. verſ. ſed bene pono pro conſtanti. lib. 2.* vbi quod licet teſtator ali-
4 quando conſueuiſſet locare ſtantiam, † tamen ſi tempore mortis retinebat illam pro vſu familiæ, non poterit dici locata, qui vltimum ſolitum attenditur. Idem Alex. *conſil. 5. nu. 10. lib. 5.* cum aliis per Felin. *in cap. eam te, col. fi. de reſcript.* Natt. *conſil. 767. n. 18.* Surd. *conſ. 207. n. 10. lib. 2.*

Et quamvis continuatio locationis ex aduerſo prætendatur. Tamen non probatur, cum notarius, qui ſe rogauit de inſtrumento fuerit condemnatus de falſo, tanquam debuiſſet ſcribere laboratorem, non autem mezarolum, provt de ſententia condemnatoria conſtat in actis, per quam tollitur probatio prætenſæ continuationis locationis.
5 † Cum etiam ſufficeret ſuſpicio falſitatis, quæ in ciuilibus habetur pro falſitate: Aym. *conſil. 134. numero 26.* Dec. *in cap. porrecta, de confirmat. vtil. vel inutil. & conſ. 195. n. 2.* Curt. Iun. *conſ. 64. num. 5.* Cardin. Seraph. *dec. 1259. n. 4.* latè Surd. *conſ. 173. num. 1. cum ſeq. lib. 2.* Et quidquid ſit, non eſt præſumenda continuatio in præiudicium domini, ideo opus erat probare concludenter iſtam qualitatem lo-
6 cationis per eum, † qui ſe fundat in ſtatuto, quod non ſimpliciter diſponit, ſed cum dicta qualitate locationis temporis præciſa: Iaſ. *in l. 1. num. 2. Cod. de teſtam.* Ruin. *conſ. 29. nu. 10. lib. 1.* Surd. *deciſ. 57.*
7 *num. 8.* † etiam, quod eſſent plures qualitates, cum omnes ſint probandæ: Felin. *in c. 2. de reſcript.* Dec. *conſil. 520. n. 11.* Surd. *deciſ. 75. nu. 11. & conſ. 45. n. 14. lib. 1.* Becc. *conſ. 5. n. 9. lib. 1.*

Et licet hoc ſolum ſufficeret ad excluſionem retractus intentati, Tamen etiam additur, quod in caſu noſtro non poteſt tractari de aliqua locatio-
8 ne tanquam facta à ſocio, † qui licèt poſſit locare rem communem: Socin. *in l. ſerui electione, §. Labeo, num. 4. ff. de legat. 1.* Tamen non ſumus in ſociis, cum nulla ſocietas adſit inter Matthæum, & Angelam: ſunt enim ſolum coniuncti, & communi-
9 ter viuunt, non tamen ſunt ſocij, † poteſt enim eſſe communio ſine ſocietate: *l. vt ſit. 31. ff. pro ſocio, l. vt in condictionibus, 33. ff. eodem tit. §. item quæritur ſi inter, inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſcunt.* Aymo. *conſil. 875. num. 7. lib. 5.* Quamvis è contra
10 ſocietas non poſſit eſſe † ſine communione, *l. 1. in fi. & l. ſi id quod ver. cæterum, ff. pro ſocio, leg. ſi tibi areæ, 14. in fi. ff. de præſcrip. verb.* Rom. *conſ. 168. nu. 3.*

Excluſa igitur ſocietate, non valuit locatio facta per Matthæum, tanquam non habentem ſpeciale
11 mandatum, † quod requiritur ad locandum: Carroc. *de locat. tit. de locat. per procurator. qu. 2. nu. 40. & nu. 72. & 73. fol. 74.* Brognin. *deciſ. 45. num. 22. p. 1.* iuxta Gloſſ. *in l. 1. in fi. in verb. & per litteras, ff. de contrah. emp. l. conſenſu, 2. ad fin. ff. de actionibus & oblig.* Et eſt ratio, quia in locationibus vinearum, & prædiorum fiunt multæ conuentiones, quæ conſiſtunt in animo ipſius domini, quales debeant eſſe, & cum quibus perſonis, ideo non mirum ſi
12 requiritur ſpeciale mandatum, † cum ea, quæ conſiſtunt in animo non poſſint fieri, niſi per perſonam ad id ſpecialiter deputatam: Alexand. *conſil. 78. num. 14. lib. 3.* Roland. *conſ. 19. n. 3. lib. 3.* Natt. *conſ. 230. n. 8.* Pariſ. *conſ. 31. num. 112. lib. 1.* Rip. *in l. fi. nu. 131. C. de reuocand. donat.* Tiraqu. *de retract. conuent. §. 1 gloſſ. 10. numero 94.* Surd. *conſ. 160. nume. 24. libro ſecundo.*

Amplius quamvis eſſemus in ſocio, tamen cum præſupponatur vineam, de qua agimus, numquam fuiſſe locatam, ſuccedit concluſio veriſſima Do-
13 ctorum, † quod tunc neque conſocius poterit locare: Bald. *in cap. cum omnes, num. 20. de conſtitutionib.* Socin. *conſ. 58. colum. 1. verſic. hanc etiam, lib. 4.* Ruin. *in leg. ſerui electione, §. Labeo, colum. 6. verſic. ſed primum dictum, ff. de legat. 1.* & admittunt omnes *in l. 1. Cod. qui teſt. facer. poſſ.* Menoch. *de arbitr. caſ. 442. nu. 22. fol. 336.* Hector. Felic. *de ſocietat. c. 28. n. 58. per text. in l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur.* Ma-
14 ximè quando, provt in caſu noſtro, † locatio non eſt vtilis domino non ſolum propter deteriorationes vinearum, quæ paſſim occurrunt, quando dantur ad medium, vt notiſſimum eſt, ſed etiam propter periculum amiſſionis vineæ ob retractū, cui ſupponitur, quando locatur, tunc enim ſtante iſto præiudicio, ſeu ſimili, non admittitur locatio facta à conſocio, neque ab alio, qui habet ius in re vt vſufructuario, & ſimilibus, *leg. ſi vſusfructus legatus, 16. §. item Nerua, verſic. item ſi domus vſusfructus:* vbi gloſſ. *in verb. diuerſoria, & in verb. pri-*
15 *ſtino, ff. de vſufruc. & quemad. quis vtat.* † Et quamvis locatio vnius valeat reſpectu totius; tamen nō valet in præiudicium ſocij: Gom. qui multa adducit *var. reſol. tom. 2. c. 3. n. 4. ver. tertius eſt modus.*

Neque probatur aliqua ſpecifica ſcientia, aut ratificatio Angelæ, quia illa eſt probanda cum omnibus ſuis

16 bus ſuis qualitatibus,† ad hoc, vt ratificatio tacita
operetur, cum ratificatio tacita non extendatur
ad ignorata: Surd. loquens de locatione *conſ.* 183.
*num.*32. *&* 33. *lib.*2. Paru. *conſil.*100. *numero* 71. *lib.*1.
Becc. *conſil.*37. *num.*24. *lib.*1.

Maximè, quia nunquam ſcientia præſumpta ſufficit
propter prætenſam cohabitationem, & conſan-
guinitatem, & vicinitatem, aut ſimiles coniectu-
ras, nec aliquid operatur ad effectum ratificatio-
nis, quando inde ſequeretur aliquod præiudicium
ratificanti, prout in caſu noſtro ſequitur ob onus
retractus, cui fit ſubiectio propter locationem,
17 † ſed debet eſſe ſcientia certa cum omnibus qua-
litatibus, & circumſtantiis: Alex. *conſ.* 138. *in fi. lib.*
7. cum aliis per Surd. *conſ.*262. *num.* 7 *&* 71. Becc.
*conſ.*37. *num.*24. Tiraq. *de retract. conſanguinit.* §.36.
18 *gloſſ.* 2. *n.*30. Oſaſc. *deciſ.*176. *n.*3. *&* 4. † Præſertim,
quando tractatur de conſenſu tacito, cum potue-
rit Angela cogitare, quod Matthæus cuſtodiret
vineam iuxta ſolitum, non alterando adminiſtra-
tionem per actum locandi in præiudicium ipſius,
ideo erat certificanda de iſto præiudicio non per
præſumptiones, ſed per veram ſcientiam: Surd.
19 *conſ.*105. *num.*38. *lib.*1. † Et dominus non præſumi-
tur ſcire ea, quæ ſui agentes, & procuratores fa-
ciunt: Ang. *in l. item veniunt, §. petitam, il* 2. *de petit.*
hæredit. Natt. *conſ.* 636. *nu.*19. Alex. *conſ.* 84. *col.*2.
*lib.*1. Surd. *conſ.*28. *n.*1 *lib.*1.

Ex quibus non obſtat Rot. *dec.*543. *nu.*2. *& deciſ.*692.
*num.*3. *in fi. p.* 2. *in recentiorib.* Quia procedit, quan-
do locatio vtiliter fieret, & ad vſum deſtinatum, &
20 quando res eſſet ſolita locari, † tunc enim con-
ſorti licitum eſt locare, alias non admittitur, & ita
loquuntur Doctores per Rot. allegati, videlicet
Bart. *in l. & hæc diſtinctio.* 38. §. *cum fundum. num.* 2.
ff. locat. Aym. *conſ.* 319. *nume.*10. Alex. *in l. ſerui ele-*
ctione, 5. §. *Labeo, ff. de legat.*1. Dec. *conſ.*282. & dixi-
mus *ſupra num* 13. *&* 14.

Quod autem non ſimus in locatione vtili, ſed præ-
iudiciali, dictum eſt ſupra, ideo etiam ſtante hu-
juſmodi præiudicio non ſolum non valebit loca-
21 tio, quo ad conſocium, † ſed neque poterit cogi
ad ratificandum, nec ad conſentiendum: Bal. *in c.*
1. §. *ſi quis de manſo, in fi. verſ. extra quæro, n.* 20. *de*
controu. inueſt. Franc. Aret. *conſ.*126. *poſt princ. verſ.*
*circa ſecundum, & col.*2. *poſt med. verſ. ſecunda ratio*
princip. iuxta *l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præ-*
dior. & notatur *in l. huiuſmodi,* §. *fi. ff. de legat.*1.

Nec poteſt fieri aliqua conſideratio in teſtamento
exhibito. Quia non ſufficit aliquem eſſe inſtitu-
22 tum hæredem, ſi non conſtat de aditione, † quæ
concludenter eſt probanda per eum, qui in tali te-
ſtamento, & aditione ſe fundat, *l. pro hærede. ff. de*
acquirend. hæredit. Grat. *conſ.*46. *num.*9. *&* 10. *lib.*2.
Roman. *conſ.*154. *num.*2. Aym. *conſ.*33. *nu.*2. *& conſil.*
37. *num.* 4.

Non obſtat, quod probetur aditio Matthæi locando
vineam hæreditariam, illamque colendo, & vten-
do. Bart. *in l. gerit, nu.* 24. *verſ. quidam ſunt, ff. de ac-*
quir. hæred. Quia idem Matthæus potuit locare
hujuſmodi vineam etiam tanquam hæres ab in-
teſtato Catherinæ, cui erat æquè proximus, vnde
potuit ex alio titulo percepiſſe fructus vineæ, &
23 non ex titulo teſtamenti, † ſufficit enim talis poſ-
ſibilitas ad excludendam teſtamentariam aditio-
nem, quæ eſt actu poſſeſſionis neceſſario non in-
fertur, tunc enim per locationem, habitationem
& ſimiles actus arguitur aditio, quando nulla alia
cauſa ſubeſt, quàm aditionis ex teſtamento: Bald.
*in l.*1. *C. de repud. hæred.* Aym. *conſ.*33. *nu.*11. *& conſil.*
197. *n.* 4. *&* 5. Menoch. *præſump.*101. *nu.*36. *quæ ad*
24 39. *lib.* 4. † Ita vt in hoc ſit ſtandum declarationi
poſſidentis, quod bona per eum poſſeſſa alio titu-
lo poſſideantur, quam ex teſtamento, prout pro-
bauit Matthæus ſe poſſidere tanquam ab inteſta-
to: Aym. *conſ.*197. *n.*4. *in fin.* Menoch. *præſumpt.*
101. *num.* 35. *in fin.*

Cum etiam magis proficuum eſſet Matthæo habere
25 huiuſmodi bona ex alio titulo, † quam ex teſta-
mento propter legata, & alia onera relicta, quo
caſu præſumitur poſſeſſio ex titulo vtiliori: Caſtr.
*conſ.*351. *pro fundamento, col.*3. *ad med. libro* 1. Aym.
*conſ.*33. *num.*11. Ang. & Imol. *in l. duo fratres ff. de*
acquir. hæred.

Maximè, quia ſumus in teſtamento condito iam ſunt
anni decem, & o[illegible] cuius ſcientiam Matthæus
non habuit, nec præ[illegible]itur habuiſſe, cum etiam
illud eſſet ſigillatum, & non conſtet de eius aper-
tura ad inſtantiam Matthæi facta, ita vt ex iſtis
non poſſit dici, quod teſtes inducti per Matthæum
ad probandum deceſſiſſe Catherinam ab inteſtato
26 ſint falſi, † poſſibile enim eſt, vt quis condiderit
teſtamentum, & de eo nihil teſtes ſciant, vnde ta-
lis falſitas excluditur: Oldrad. *conſil.* 307. *quod*
quando, in fin. Alex. *conſ.*183. *col.*3. *lib.*7. poſt Bald. *in*
l. ſi creditor, C. de pignor. act. Aym. *conſil.*151. *numero*
18. *&* 19.

Et quidquid ſit, ſiue ex aduerſo inſiſtatur ex teſta-
mento, ſiue ab inteſtato, ſemper verum eſt, quod
non competit prætenſus retractus, cum non fue-
rit probatum, quod tempore monitorij vinea eſſet
locata, vt ſuperiùs oſtenſum fuit. Maximè quia
vltra defectum iſtius probationis, deficit etiam
27 aliud requiſitum Bullæ, † ſecundum quam debet
interuenire magna inæqualitas non ſolum reſpe-
ctu quantitatis, & maioris pretij, & menſuræ, ſed
quod iſque omnibus illa tantopere ſuperet, vt
magna inter vtramque adſit inæqualitas, vnde iſta
qualitas reſpiciens plura determinabilia, debet
omnia æqualiter determinare, *l. nam hoc iure. & l.*
Lucius, ff. de vulgar. Ruin. *conſ.*3. *numero* 20. *lib.* 2.
Natt. *conſ.*14. *num.*19. Becc. *conſil.*101. *num.*65. Surd.
28 *conſ.*31. *num.*15. † Concurrente maximè illa dictio-
ne iſque omnibus, quæ eſt vniverſalis, & nihil ex-
cludit comprehendendo etiam ea, quæ alias non
venirent: Bart. *in l. omnia priuilegia, C. de epiſcop. &*
cleric. Aym. *conſ.*294. *num.*1. *& conſ.*308. *numero* 6.
Oſaſc. *deciſ.*94. *num.*10. Surd. *conſ.*73. *numero* 62. *&*
29 63. † Et quando iſta æqualis determinatio proce-
dat, multa idem Surd. *conſ.* 426. *nume.* 41. *&* 42. *li-*
bro 3.

Et de iſta magna inæqualitate non conſtat, quia licet
vinea aduerſarij ſit petiarum 19. & altera, quę
petitur retrahi, ſit ſolum petiarum 17. *& ordin.* 61.
Tamen non ſufficit ad effectum iſtius magnę inæ-
qualitatis, cum propter ornamentum ædificij
concedentis qualitati ſitus, & propter perennem
fontem potius iudicandum ſit, quod iſta ſuperet
illam aduerſarij, maximè ſtante magno canone,
qui per eum ſoluitur, ex quo multum diminuitur
pretium talis vineæ grauatæ, cum tamen altera ſit
30 libera, ita vt omnibus iſtis ſimul iunctis † non ſit
verificata qualitas per Bullam requiſita quo ad
magnam inæqualitatem, prout erat verificanda:
Bart. *in lege* 1. §. *quod autem ait prætor. Digeſt. ne*
quid in flum. publ. Beroald. *conſ.*29. *num.* 29. *libro* 2.
Natt. *conſil.* 474. *numero* 31. Surd. *conſ.* 45. *nume-*
ro 14.

Valor auté vineæ non eſt augendus ex canneto, petiarum quinque, quod licet non ſit incorporatum cum vinea, tamen ex intermedia via non debet impediri, vt non dicatur continuum: Tiraqu. *de*
31 *primogen.q.73.n.44.* † Quia cannetum non dicitur de pertinentiis vineæ ad effectum retractus *l. quia magis,ff.fin.regund.* Cum enim vinea,& cannetum non ſe ſimul iungant, non reſultat iſta inæqualitas
32 petiarum, † præſertim, quia appellatione vineæ non venit cannetum, quamvis etiam dominus vſus fuiſſet dicto canneto ad vſum vineæ. Put. *deciſ.85.lib.3.*& eſt text. *in leg. item ſi fundi,* 10. *ad fin. verſ. inſtrumenti,ff.de vſufr.& quemadm.quis vtat.*
33 † vbi arundinetum ponitur tanquam diuerſum à fundo,& ita per Rot. deciſum fuiſſe teſtatur Mandoſ. *form.3. commiſſ. in gloſſ. in verb. vineas, in fin.*
34 † Proprium enim vineæ eſt habere vites,& arbores non arundines, *l. forma, ff. de cenſib.*

Neque ſunt circumſcribendi teſtes, quia fuit ſufficienter reſponſum,dum Angela dixit velle eorum
35 depoſitionibus vti,† quatenus ſint boni,& veritatem dicant. Nam licet quis præciſè teneatur reſpondere iuxta Bart. *in l. diuus.la 2.ff.ad l. Cornel.de falſ.* Lapus *alleg.*119. Afflict. *deciſ.*189. Boſſ. *de falſ.n.*
36 155. † Tamen talis reſponſio admittitur, donec non detur per petentem ita præciſè reſponderi, aliquis fumus falſitatum, provt ita declarauit in ſpecie Rot. per Caputaq. *deciſ.250.lib. 1.in manuſcript.* & coram R.P.D. Robuſterio Senogallien. frumenti, 8. Octobris 1571.& 3. Decembris ejuſdem anni & coram Card. Capizuccho Portuen. Caſtri Riani, 15. Martij 1555. iuxta adducta per Rub. Alexan. *in l. non ſolum,§,morte,num.314.verſ.pro reſolutione.Digeſt. de nou. oper. nunciat.* Aret. *in cap. præſentium, numero 28.de teſtib.* & ita etiam ſeruari teſtatur Gabr. *de maleſic. libro 7. concluſ. 7. numero tertio in fin.*

Et magis talis reſponſio relenat in caſu noſtro, quia non fuit ab aduerſario interrogante ſpecificè ex-
37 preſſum, † in qua parte depoſitionis teſtium prætendit redarguere de falſo, cum alias ſi hoc generaliter dicat, non facta hac ſpecificatione, non audiatur: Præpoſit. *in cap. in memoriam, colum. 2. diſtinct.19.* Aret. *in §.appellantur, column.5.verſ. ſed pone, inſtit. de exceptionibus.* Gabr. *de maleſic.lib.7. concluſ.7.n.13.* Rip. *in cap.cum m.nu.100. verſ.ſecundum remedium, de conſtitut.* Mandoſ. *de monitor.q.48.nu.2.in fi.verſ. aut ſpeciale exprimendo.* Baiard.
38 ad Clar. *in §.falſum,num.* 131. vbi † quod hæc ſpecialis declaratio procedit ſine aliquo dubio, quando ſumus in materia teſtium, quidquid aliud ſit in productione inſtrumenti: Farinac. *de falſo.q.*
39 159.*par.4.num.78.fol.220.* † Cum etiam vt præſupponitur talis petitio fuerit facta à procuratore, quæ non valet, niſi in indiuiduo doceatur de mandato ad ita interrogandum. Baiard. ad Clar. *in §. falſum,num.129.&* 130. iuxta doctrinam Speculat. *de procurat.§.1.q.14.num.12.*

Hæc omnia dicta ſunt ex abundanti, vt ſatisfieret parti aduerſæ, per quam tot difficultates fuerunt propoſitæ, cum tamen vnica ratio ſufficeret ad excludendum retractum, cui nunquam potuit
40 dari aliqua reſponſio, † videlicet, quòd non ſunt probatæ qualitates requiſitæ in bulla ad hoc, vt quis cogatur vineam vicinam vendere, quæ quidem erant probandæ copulatiuè tam circa maius pretium, quam etiam circa maiorem menſuram, & culturam, & conſpicuitatem ædificiorum, ita vt his omnibus concurrentibus magna inæqualitas adſit: cum tamen ex viſione loci, & relatione peritorum non verificentur illæ qualitates copulatiuè, provt opus erat verificare, iuxta ea, quæ in propoſito dixi *ſupra c.742.num.62. vſque 70.* adeo merito ex prædictis fuit denegatus retractus, vt latius in ſententia continetur, quæ non potuit rectius fieri ex ſupra allegatis.

Obſeruandum eſt etiam, quod in alia cauſa Romana prætenſi retractus dixi illum eſſe denegandum, nam quo ad primam domum emptam, cum apotheca nullum ius competebat aduerſariæ volenti retrahere, cum tempore venditionis non haberet aliquam vicinitatem, quæ requiritur de neceſſitate ad hoc, vt tale remedium detur, tanquam illud
41 oriatur ex coniunctione vnius rei immobilis cum alia, vnde vicinus, ſeu conſors non poteſt hanc facultatem retrahendi conceſſam à ſtatuto alteri cedere, niſi etiam transferat, & cedat rem vicinam, cuius ratione hoc ius competit. Alber. *in l. qui ſolidum,§. præd.a,ff. de legat.2.* Caſtrenſ. *in leg. apud antiquos,C.de furt.* Paril. *conſil.82.nu. 26.lib.3.* poſt Bald. *de iur.prothomiſ.in princ.nu.5.* Afflict. *eodem tit.§.2. incip.vt intra triginta, numc. 35.vor. 11.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.26.gloſ.1. numero 39.*
42 † Quod etiam expreſsè diſponit conſtitutio Gregoriana, in qua ſemper conſideratur iſta qualitas vicinitatis, vnde illa erat probanda per eum qui ſe in ſtatuto fundat, quamvis etiam eſſet talis qualitas, quæ à iure præſumeretur: Aym. *in 1.reſponſ.pro gener.num.31.& 125.* Surd. *conſ.130.numero 1.ad med. libro 1.* Menoch. *conſ. 75. numero 14. cum ſeq. libro primo.*

Idem concludendum eſt, quo ad domum ſecundo loco emptam, in qua neque eſt locus retractui.
43 † Nam emptores ſunt vicini, qui non comprehenduntur in Bulla, quæ ſolum loquitur de extraneis ementibus, non autem de vicinis, vt ſæpe ita reſolutum in Rot. teſtatur Card. Mantic. Romana retractus, 30. Ianuarij 1586. Debet enim iſta conſtitu-
44 tio intelligi,† vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit recipiendo ab eo interpretationem, *l. 2.de noxalib.l.quamvis,de in ius vocand.* Surd. *conſil. 4. numero 49.& conſil. 45. numero 33. libro tertio.*

Neque obſtat prætenſa nullitas primæ venditionis domus cum apotheca tanquam facta abſque re-
45 quiſitione vicinorum. † Quia exceptio iſtius nullitatis non competit, niſi vicinis, ad quorum fauorem Bulla induxit talem requiſitionem, vnde non poteſt allegari per tertium, qui non habet intereſſe coniunctionis domorum,& vicinitatis: Fulgoſ. *in l.2.num.4.verſic.ex qua auctoritate,C.de iur.emphyt.* Crot. *conſil. 119.numero 11.lib.1.* Ruin. *conſ. 35. num.31.lib.1.* Rot. *diuerſ. deciſ.133.numero 12.par. 2.*
46 † Cum etiam oppoſitio iuris tertij non operetur, niſi ille tertius conſentiat, & declaret ſe ita velle: Bartol. *in l.1.§.fi.ff.ſi ager.vectigal.* Theſaur. *deciſ.4. num. 3.& 8.*

Item eſt notandum, quod alias dixi conſtare de iuſtitia ſententiæ latæ ad fauorem Franciſci, cum in ea concedatur retractus ſitus iuxta formã conſtitutionis Gregorij ſuper iure congrui §.6. vbi in ſpecie diſponitur de ſolo, & ſitu, & ſimilibus bonis dandis vicinis pro pretio aucto in duodecima eius parte vltra æſtimationem, quod præciſè fuit ſeruatum in caſu noſtro, nam calculatis Iuliis 45. pro quibus idem ſitus erat ſolutus locari, & provt tempore litis ita reperiebatur locatus, valor illius nõ poterat excedere ſcutos nonaginta

ginta,cùm tamen fuerint ſolnta ſcuta centum vi-
47 ginti,† attendendo opinionem illam a Doctori-
bus approbatam,vt pretium iuſtum dicatur,cuius
fructus in viginti annis aſcendunt,& æquant ſor-
tem principalem,vt tenet Rot.coram Cardin. Sa-
crato Romana annuæ præſtationis 9. Decemb.
1613.iuxta Gloſ.*in auth. perpetua.in fin. in verb. iu-
ſta*.vbi Salic.*q.penult.C.de ſacroſanct.eccl*.dixi *ſup.
c.545.n.13*.& latè Rot.*deciſ.552.n.2.p.1. in recentio-
ribus.*

Nec releuat oblatio ædificandi in ſuo ſolo ex aduer-
ſo facta,cum illa admitteretur , quando vtroque
ſitu inſpecto poſſet vnuſquiſque fabricare ad or-
natum vrbis , ſecus quando , provt in caſu noſtro
ceſſaret huiuſmodi ornatus,nam ſi non fuiſſet da-
tus talis ſitus Franciſco , &incorporatus cum ſuo
non potuiſſent conſtrui viæ , & plateæ, quæ ibi-
48 dem apertæ , & conſtructæ fuerunt † cum paruus
ſitus aduerſarij non reciperet iſtas vias, quæ fiunt
pro ornatu , & decore Vrbis , quod erat contra
mentem Summi Pontificis , qui ſemper proſpexit
vtilitati publicæ,& ornatui ciuitatis,vnde ceſſan-
te hujuſmodi qualitate ædificandi , ceſſat etiam
obiectum,provt declaratur per Rot. *diuerſ. deciſ.
475.numero 11.verſ.quoniam iſtæ qualitates.p.1.*

Conſtat autem per relationem peritorum,quod ceſ-
ſat ornatus Vrbis , ſi non fieret iſta incorporatio,
49 † quibus peritis ſtandum eſt in ſimilibus mate-
riis ædificiorum , §. *quod autem auth. de non alie-
nan. aut permutand. reb. eccleſ.* Bald. *conſ. 233. ad
med.libro* 1.Bero.*conſ.132.numero ſecundo libro ter-
tio*.Boer. *conſ.5. numero* 7.Burſatt. *conſi. 57. numero*
22.Surd.*conſ.126. nume.17.lib.1.* Theſaur.*deciſ. 41.
numero* 24.Abb.& alij,*in c.propoſuiſti. de probatio-
nibus.*

Quamvis neque eſſet conſiderabilis prætenſa obla-
50 tio fabricandi,† quia vigore Bullæ iuris congrui
§.12. competebat Franciſco ſitus aduerſarij , cum
haberet amplum viridarium cultum amœniſſimis
arboribus & plantis,magis amplum & ornatum,
& maioris valoris ac pretij , ita vt non poſſet eis
negari incorporatio minimi ſitus locati ad hor-
ralia cum parua ſepe,propter ſalutarem , ſiue ani-
mi , ſiue corporis refectionem , & nitorem , &
ſplendorem Vrbis,iuxta diſpoſitionem Bullæ,quę
eſt fauorabilis concernens publicam vtilitatem,
& extenditur ad caſus ſimiles:Creſcent.*deciſ.2.nu.
2.de ſucceſſ.*

Et licèt poſtea in progreſſu temporis fuerit per Fran-
ciſcum viridarium cum toto ſitu datum ad ædifi-
candum , non tamen debet ex hoc redargui , ſed
laudari , cùm prouenerit ex eius induſtria & pro-
uidentia ad ornatum Vrbis,& ſalubritatem aëris,
51 & commoditatem Curialium , † cùm licitum ſit
vnicuique mutare conſilium in melius , maxime
ad vtilitatem publicam , quo caſu commendatur
quis de ſapientia,*l.nonnunquam*. vbi Gloſ,*de colla.
bonor*.Surd. *conſ.16 n.10. lib.1.*

Cùm etiam obligatio fuerit facta poſt conſtructas
domos & mutatam faciem loci, quo caſu tãquam
non facta in tempore non iuuat , cùm temporis
52 † lapſus inducat renunciationem:Bald.*in leg. 1. in
prin.C.de reſtit.in integr.& in l.ſi ego.ff.de nego.geſt.*
Tiraq.*de retract.conſanguinit.§.3.gl.4.num.*2.Surd.
conſ.91.n.21.cum.ſeq.lib.1.& deciſ.189.num.8. & 9.
Affl.*de iur.prothomiſ.in verb. vt infra triginta dies,
col.9.verſ.quarto nota.* Alex.*conſ.133.in fi.lib.* 6. Fe-
lin.*in c.2.col.antepenul.verſ.item intellige.de conſti-
53 tut.* Quare dicimus, quod ſtante mutatione faciei
domus, & incorporatione cum alia domo , & vi-
nea, & omnibus ſimul redactis ad ædificium viri-
darij,non poteſt competere manutentio,quæ da-
tur ad ſtatum , qui erat tempore litis motæ : Rot.
coram Cardin. Pamphilio Romana officiorum
plumbi. 4. Iulij 1601. & coram eodem Romana
ſpolij rationis bancariæ 9.Maij 1586. & coram R.
P.D.Vbaldo Romana domorum.23.Ianuarij 1616.
quæ eſt *deciſ.704.la.2.in fi.n.4.par.1.in recentiorib.
fol.* 313.

Præſertim,quia dicta oblatio fuit facta ab eo,qui nõ
habebat poteſtatem fabricandi, tanquam tempo-
re oblationis non eſſet declaratus dominus eiuſ-
dem ſitus , & licet prætendatur , quod poſtea ſu-
peruenerit ius , tamen fuit poſt fabricas conſtru-
ctas,& faciem loci mutatam propter ædificia no-
54 uiter conſtructa , † & ſic poſt rem non amplius
integram,quo caſu ſuſtinentur ædificia,cũ publi-
cè interſit illa non deſtrui,tanquam pertineant ad
decus Vrbis,*leg.prætor.§.hoc interdictum prohibito-
rium.ff.de non.oper.nunciat.l.2.C. de ædific. priuat.*
55 Surd.*deciſ.*168.*nu.*9.& 10. † vbi etiam addit, quod
quamvis non habeatur pro ædificio illud , quod
illicitè fuit cõſtructum,*l.fideicommiſſa.11. §.ſi quis
illicitè.D.de legat.3.*Iaſ.*in l.cætera.n.7.D.de legat.1.*
Tamen ſtante ornatu vrbis potius debet ſuſtineri
56 factum , † quam demolitio ædium , tanquam ſit
fauendum operibus iam perfectis,*leg. 3.§.1.ff.de
alienat.iudic.mutad.cauſ.fact.* Alciat.*in l.1.n. 3.ff.de
nou.oper.nunciat.* Vnde multò magis in caſu noſtro
hoc erit permittendũ,cùm fuerit ædificatum iure
permittente,& de mandato iudicis, adeò vt ſtãti-
bus prædictis non ſit amplius moleſtandus Fran-
ciſcus,qui ædificauit ad vtilitatem publicam , ab-
ſque incommodo prętenſi domini ſitus, per quem
non poterant fieri ſimilia ædificia ob paruitatem
57 ſui ſitus,vt dictum eſt,† adeò vt debeat æquo ani-
mo ferre,quod factum eſt abſque eius præiudicio,
& ad commodum publicum,*l. 2.§. idem varus D.
de aqua plu.arcen.*Dec.*conſ.244.nume.4. verſ.tertio
principaliter*.Marcobrun.*conſ.49.n.* 59.

Item notandum eſt,quod in ſtatuto Vrbis *c.*110.*libro*
1. diſponitur, quod ſi quis rem aliquam cum alte-
58 ro communem habeat,† etiam cum pacto de non
diuidendo , & partem ſuam vendere voluerit, te-
neatur conſortem requirere,ſi velit ſuam partem
emere pro pretio cum alio verè,& non fictè con-
uento : (de quo etiam ſi conſors requiſitus vo-
luerit per vtriuſque iuramentum emptoris ſcili-
cet,& venditoris conſtare debeat ,) vel pro iuſto
pretio , vbi de eo cum alio non conuenerit , & ſi
requiſitus ceſſauerit per dies quinque à die in-
terpellationis numerandos , declarare, & ſe obli-
gare de implenda conuentione,vel ſoluendo pre-
tio , & intra alios ſequentes viginti dies non im-
pleuerit, vel non ſoluerit , tunc poſſit ipſe requi-
rens portionem ſuam cuicumque alteri liberè
vendere.

Stante huiuſmodi ſtatuto fuit dubitatum an illi eſ-
ſet locus in caſu , In quo fuerunt venditæ plures
vineæ communes per duos ex fratribus nomine
etiam aliorum duorum fratrum cum promiſſio-
ne de rato , quæ tamen ratificatio non potuit ha-
beri , quamvis verè præceſſerit commiſſio , &
mandatum de vendendo pro pretio in venditio-
ne conuento , & quidem videbatur reſponden-
dum eſſe negatiuè, quod non competat retractus,
59 † quia ſtatutum ſolum dat prælationem conſor-
tio , quando fuit facta venditio per ſocium de

ſua tantùm parte, & ſic vbi illa potuit habere effectum ſuum, quod non eſt in caſu noſtro, in quo fuerunt venditæ vineæ nomine omnium fratrum cum promiſſione de rato. Vnde cum defectu iſtius ratificationis contractus fuerit redditus inefficax, non intrat ſtatutum, cum illud debeat intelligi de
60 inſtrumentis efficacibus, † & non de nullis, & effectum non habentibus: Bald. *in l. vlt. §. in computatione ad fin. Cod. de iur. deliberand.* quaſi quod caret effectu, nomine etiam careat. *l. cum precibus. Cod. de probat.* & in ſpecie retractus ita concludit, Io. de Arnon. *ſingul. 57. num. 1.* Felin. *in cap. ex tenore 19. col. 4. in prin. verſ. adde quod notat. nu. 6. ante fin. de reſcriptis.* Caſtr. *conſ. 74. in cauſa mota. poſt princip. lib. 2.* Veronenſ. *conſ. ciuil. 44. in quæſtione de præſentatione. col. 2. & conſ. ſeq. verſ. & ſi in aliis.* Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 5. vſque ad num. 10.*

Maxime, quia hic eſt facta vnica venditio plurium
61 rerum ſub vnico pretio, † quo caſu dicitur actus indiuiduus, cùm neque emptor partem emiſſet, neque venditor partem vendidiſſet, *l. quod autem. 1. in fi. & l. quod ſi vno. 19. ff. de in diem addict.* Bart. *conſ. 195. Angelotus. num. 1. l. b. 1.* Imol. *conſ. 39. num. 1.* latè Tiraq. *de retract. lignager. §. 23. gloſſ. 1. nume. 5. cum ſeq.* Vnde quamvis potuiſſet valere alienatio
62 partis conſortis, † tamen in caſu tanquam ſimus in re indiuidua, vtile per inutile vitiatur, & ſic in totum venditio dicitur nulla Ruin. *conſ. 65. num. 7. lib. 5.* poſt Gloſſ. *in l. pecuniæ funebris de vſur.* Bar. *in l. grege. §. illud. de fideiuſſor.* Ruin. *in l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verb. obligat.*
63 † & eſt text. in ſpecie *in l. tutor. 49. §. curator. D. de minorib.* vbi ſi curator adoleſcentis vendiderit prædia communia ſibi, & ei, cuius curam adminiſtrat, reſcinditur venditio in totum, quando partem emptor non emiſſet, quidquid aliàs daretur ſolum reſciſſio contractus pro parte, & pro alia portione eſſet validus: Tiraq. *d. §. 23. gloſ. 1. n. 7.* & facit etiam text. *in l. ſi id quod. §. ſi ex decem. D. de donat. int. vir. & vxor. & in l. ſi libertus. §. ſi quis plures. ff. de iur. patro.* Bart. *in l. & ſi vno. ff. de act. empt.*

Accedat, quod ſumus in venditione rei communis, pro qua fuit promiſſum de rato, alias ad intereſſe: ad quod cum teneantur venditores ſtante defectu ratificationis, non eſt æquum, vt priuentur re
64 ſua, & ſoluant intereſſe, † cum tamen in materia retractus, quando res vendita illius occaſione euincitur, nunquam venditor ad aliquid teneatur, quamvis fuerit promiſſum facere conſentire omnem perſonam habentem intereſſe, & cum aliis clauſulis ampliſſimis, vt per Rot. coram Cardin. Millino Romana retractus 24. Aprilis 1600. Afflict. *de iur. prothomiſ. §. 2. in verb. & infra triginta dies. in fi. n. 57.* Manſuer. *de retract. §. item ſecundum opinionem.* † quaſi tunc euictio ſequatur ex natura ipſius rei latè Menoc. *conſ. 418. per tot. lib. 5.* Becc. *conſ. 24. num. 36.* Surd. *conſ. 70. num. 17.* Aret. *conſ. 3. in princip.*

Ex iſtis colligitur non eſſe locum actioni ſtatutariæ per aduerſarios intentatæ, nam ſatis eſt illis, ſi nolunt ratificare, quod promiſerunt, vt habeant iura eorum ſalua circa portionem eis contingentem,
66 † cuius dominium non fuit tranſlatum, neque potuit transferri, *leg. 1. & 4. Cod. de commun. rer. alien.* provt etiam neque alterius partis ad venditores ſpectantis, cùm emptor neque emiſſet, niſi totam rem, neque venditor vendidiſſet ex ſupra allegatis, Ideo cum ſtatutum loquatur in venditione partis communis debet ſtrictè intelligi non extendendo ad venditionem totius rei commu-
67 nis, vt minus lædat ius commune, † ſecundum quod quando venditur tota res communis, licitum eſt vendicare ſolùm portionem ſuam, non autem partem alterius, *l. portionem. 4.* & ibi Bald. & Salic. *in prin. C. de commun. rer. alienat.* & multa ad intellectum dictæ legis Tiraq. *de retract. lignager. gl. 1. §. 23. num. 32.*

Nec aduerſatur, quod vtile per inutile non vitietur tanquam ſimus in ſeparabilibus, & diuiduis ſtante venditione plurium rerum etiam vnico pretio facta iuxta doctrinam. Bart. *in l. grege. §. illud commune, num. 5. de fideiuſſor.* † Quia facilis eſt reſponſio, nam ſumus in indiuiduis voluntate contrahentium, cùm aliter contractus celebratus non fuiſſet, niſi partes credidiſſent in totum eſſe valiturum, quo caſu non attenduntur plura corpora vendita, ſed ſemper vtile per inutile debet vitiari, ſiue agatur de contractibus, ſiue de compromiſſis, ſiue talis fuiſſet vtriuſque partis intentio, ſiue alterius tantum, ſiue res verè ſit indiuidua, ſiue non ſit, ſed partes credidiſſent, Ita bene explicat, & multis auctoritatibus comprobat Alciat. *in l. 1. § ſed ſi mihi Pamphilum colum. 3. in fin. verſ. indiuidua res voluntate. nu. 16. & 17. ff. de verbor. obligat.* & notat etiam Bart. ex aduerſo allegatus *in d. l. grege. §. illud commune. nu. 4. ff. de fideiuſſ.* per text. *in l. pedius. in fi. ff. de arbitr.* & concludunt omnes *in dict. § ſed mihi Pamphilum,* vbi Imol. *numero 66.*
69 † quaſi non debeat fieri eiuſdem voluntatis diuiſio, vt per Ang. *ibid. n. 3. in gl. in verb. vitiatam.* Feli. *in c. cùm ſuper 23. col. 4. in princ. verſ. & ratio eſt quia iſto caſu intentio, n. 8. de inoff. delega.* poſt Gemin. *in c. 1. in princ. num. 2. de deſponſat. impuber. in 6.* Aym. *conſil. 170. n. 6.* Nat. *conſ. 479. n. 8.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 5. tit. 5. n. 21.* vbi etiam quod ita ſeruatur in Rot. coram Card. Pamphilio Ver. *. cen. exemptionis 27. Ianuar. 1595. vbi de locatione non afferente tantam vtilitatem in parte temporis, quantam in toto, quæ tunc dicetur indiuidua ratione voluntatis contrahentium: licet aliàs eſſet diuidua de ſui natura: Bald. *conſ. 32. præſupponitur in facto, lib. 2.*

Nec ſubſiſtit, quod non potuerit fieri declaratio per emptorem de diſcedendo à contractu, poſt ius
70 † quæſitum aduerſarijs, *l. ſicut. §. vlti. de nouation.* Nam hoc etiam eſt facilis ſolutionis, cum emptor non potuerit antea declarare voluntatem ſuam, niſi poſt actionem contra eum intentatam, Neque in hoc aduerſarijs fit aliquod præiudicium ſtante
71 inefficacia venditionis, † Immo id facere potuit per text. in terminis *in l. tutor. §. curator. ff. de minor.* vbi poſtquam ſocius declarauit nolle valere venditionem factam de re communi, reſcinditur venditio in totum, quando partem emptor non emiſſet, quidquid aliàs daretur ſolum reſciſſio pro parte, & pro alia portione contractus eſſet validus.

Alia multa, quæ adducuntur pro validitate ſtatuti,
72 de præferendo conſortes, † & quod decipiuntur qui contrarium tenent ex Tiraquel. *de retract. in præfat. num. 16.* ſunt extra rem, quia nemo de hoc dubitat, & ſatis erat allegare *text. in c. conſtitutus.* vbi omnes notant *de reſtitut. in integr. & in l. qui Romæ. § coheredes. de verborum obligat.* Bald. *in l. 1. numero 4. Cod. res int. alios acta. & in l. 1. in 1. notab. Cod. commun. diuid.* ¶ Solum diximus huiuſmodi ſtatuta eſſe contra ius, & dum ex aduerſo hoc negatur

negatur præſupponendo contrarium, ſatis eſt pro
73 reſponſione † allegare tex. apertum in *leg. dudum,
C. de contrah. empt.* vbi quod conſortes, qui habent
participationem dominij non ſunt præferendi in
venditionibus factis per alios conſortes cum illis
liberum ſit diſtrahendi partem ſuam cuicumque
velint, & notat Bald. *in d. l. dudum in princ. & nu. 1.
in fi. verſ. ſecundo quod intendit.* Salic. *n. 1.* Aloyſ. de
Leo. *n. 2.* Idem Bald. *in leg. 1. in 1. notab. Cod. commun.
diuid.* ¶ immo eſt ſpecialiſſimum in Domino ca-
74 ſtri, † quod non poſſit vendere partem ſuam alte-
ri propter fauorem iuriſdictionis, quæ eſt de iure
publico introducta, *leg. quicumque, C. de fund. limi-
troph. lib. 10.*

Dum autem exaduerſo præſupponitur nos conten-
dere venditionem, de qua agimus, fuiſſe nullam,
& ſuper hoc multa allegantur pro illius validita-
te, ſatis eſt vnico verbo reſpondere, quod omnia
iſta adduntur proprio motu ſcribentis, cùm de
hoc nullum verbum dixerimus, immo nec qui-
75 dem cogitauimus, ſolum † æquiparauimus caſum
nullitatis contractus cum inefficacia ipſius, ita vt
quemadmodum non intrat retractus ſtante nul-
litate actus, ita etiam neque debet intrare ſtante
inefficacia ipſius, cum ſtatuta ſint intelligenda de
inſtrumentis efficacibus, & non de illis, quæ non
habent effectum: Bald. *in l. vlt. §. in computatione,
ad fi. Co. de iur. delib.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo.
2. n. 9. ad med.* iuxta *l. ſi quis aliquid, §. teſtamentum,
ff. de pœn. l. 2. §. 1. Dig. quemadmod. teſtam. aperiant. l.
76 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque iur.* † Et paſſim nul-
litas, & inefficacia æquiparantur, cum etiam actus
validus dicatur nullus, qui non habet effectum:
latè Surd. *conſil. 3. n. 29. vſque ad 36. & conſil. 183. nu.
24.* iuxta *l. 1. §. nihil, ff. de inoffic. teſtam. leg. ſi quis ſub
conditione, ff. de teſtam. tut. l. ex conſenſu, §. 1. Dig. de
appellat. l. fi. in princ. ff. ſi cert. pet.* Iaſ. *in l. vlt. ff. de
offic. aſſeſſor.* Burſat. *conſ. 82. num. 4.* Et ita ex prædi-
ctis fuit deciſum, quod ſtatutum non habeat lo-
cum in hujuſmodi venditione, quæ non fuit ſor-
tita effectum, prout latius in ſententia, à qua licet
pars aduerſa appellauerit, tamen poſtea melius
conſulendo, ab appellatione receſſit, & vineas in
communi poſſedit, prout anteà, & facta illarum
vera æſtimatione, cum aliis bonis, quæ erant pro
indiuiſo fuerunt omnia æqualiter, & concorditer
vnicuique diſtributa.

Inſuper obſeruandum eſt, quod ſtante ornatu Vr-
bis, & fauore publici decoris, videbatur conclu-
dendum, quod quamvis venditio domus eſſet nul-
77 la, † tamen vicinus non deberet excludi à bene-
ficio retractus, vt in ſpecie concludit Bard. *de iur.
prothomiſ. qu. 13. per tot. fol. 135.* vbi loquitur in caſu
Bullæ Sixti IV. *de ædific. & non. operib. conſtruend.
§. 7.* propter illa verba, loca venalia, de quibus in
78 Bulla, † quaſi tunc ſufficiat rem venalem feciſſe
per venditionem domus, ex quo animum ſuum
aperuit vendendi, quamvis poſtea nulliter fuerit
venditum, locus enim factus vendibilis dicitur
venalis, tanquam per dominum deſtinatus ad ven-
dendum: Gl. *in l. niſi venalem, Digeſtis de rei vendi-
cation. & in leg. 1. Cod. de permutat.* Adeò vt ex tali
voluntate poſſit dici ius quæſitum vicino ad re-
trahendum fauore publici decoris, & ob ſuam, &
ſuorum commoditatem, ita vt actus ſubſequens
non videatur præiudicialis *§. emancipati. inſtitut.
79 de hereditat. quæ ab inteſt. defer.* ¶ † Prout in ſimi-
li dicimus de dote conſtituta arbitrio tertij, nam
licet contractus propter incertitudinem pretij ſit
nullus, tamen aliud eſt in dote propter fauorem
illius: Socin. *in l. ſi quis arbitratu. col. pen. Dig. de
verb. obligat.* dixi *ſup. c. 254. num. 53. & 54.* Hactenus
Bard. cujus tamen opinio non videtur, cum Caſt.
Tiraq. & alij relati *ſupr. n. 60. & 65.* contrarium te-
neant, ideò erit de hoc videndum, & dicemus *in-
80 fra in c. particulari.* † vbi etiam de re expoſita ve-
nali, quando præſumatur vendita de communi
conſenſu Petr. Vbald. *de duob. fratr. p. 11. q. 15. nu. 84.
tom. 6. p. 1. fol. 169.*

Vlterius animaduertendum eſt, quod ſæpè in facto
occurrit, quod de iure communi non poteſt quis
cogi ad tenendas crates ferreas in ſuis feneſtris,
81 † nec ad eas reponendum quatenus prius exta-
rent, & fuiſſent amotæ, niſi probetur contradi-
ctio: & impedimentum, propter quod quis deſti-
tit auferre, & elapſum eſt tempus à die contradi-
ctionis ſufficiens ad præſcribendum iſtam ſerui-
tutem tenendi dictas ferratas, vt in ſpecie conclu-
dit Cæpol. *de ſeruitutib. vrban. prædior. cap. 55. de
ferrat. n. 2.*

Immo in hujuſmodi ſeruitutibus neque ſufficeret eſ-
ſe in poſſeſſione, cum ſemper tali poſſeſſione non
82 obſtante † ſpectet probatio ad eum, qui præten-
dit ſeruitutem, non autem ad illum, qui negat ſer-
uitutem deberi, cum hoc ſit proprium actionis
negatoriæ: Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, n. 7. ff. de itin.
actuque priuat. & in l. ſi prius, n. 14. & 17.* vbi Alex.
n. 7. ff. de non. oper. nunciat. Caſtr. *in l. ſicuti, §. ſi quæ-
ratur, n. 9. ff. ſi ſeruit. vendic.* Nat. *conſil. 23. num. 5. &
conſil. 69. n. 5.* Menoch. *præſumpt. 89. nu. 6. cum ſequ.
lib. 3. & conſ. 75. n. 4. & de retin. remed. 5. nu. 53.* Gabr.
conſ. 145. n. 3. lib. 1. Honded. *conſil. 79. n. 23. li. 1.* Surd.
deciſ. 177. n. 2. Card. Seraph. *deciſ. 1421. nu. 13.* & latè
tenuit Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana ſerui-
tutis 15. Martij 1619. & Bononien. ſeruitutis. 18. Iu-
nij 1618. coram eodem.

Neque dicendum eſt ferratas ponendas eſſe iuxta
prætenſum ſtylum, ſeu conſuetudinem tribunalis
83 Magiſtrorum Viarum, † Quia talis ſtylus tan-
quam deciſorius, & contra ius commune eſt pro-
bandus formiter, & plenè Socin. *conſ. 39. nu. 27. &
28. li. 4. & conſ. 36. n. 1. ad med. eod. lib.* poſt Bart. *in l.
de quib. 5. q. 4. prin. D. de legib.* Rot. *diuerſ. 131. n. 1. &
deci. 1795. n. 4. p. 1.* & coram R. P. D. Coccino Are-
tina ſpolij 9. Iunij 1604. de qua per Rot. *deci. 259.
n. 5. part. 1. in recentiorib.* Dec. *conſ. 402. in cauſa illu-
ſtriſſimi, n. 12.* Rebuff. *de conſuetud. vſu & ſtil. art. 2.
glo. 13. n. 53. & 54. tom. 3.*

Quod autem ſimus in ſtylo deciſorio patet, quia
tota deciſio cauſæ, & victoria pendet ab iſta pro-
84 batione, † quo caſu dicitur deciſorius: Dec. *in c. 2.
n. 103. de probat.* Alex. *conſ. 16. nu. 7. lib. 5.* Ruin. *conſ.
69. n. 6. & 7. lib. 4.* Aſin. *in prax. c. 3. §. 19.* Rot. coram
R. P. D. Coccino Aretina ſpolij 9. Iunij 1604. *poſt
li. 2. conſ. Farinac. deciſ. 215. num. 3.* Prout etiam talis
ſtylus eſt contra ius, ſecundum quod iſtæ ſeruitu-
tes non admittuntur, vt dictum eſt ex Cæpoll. &
aliis ſuprà allegatis.

Amplius quamvis etiam huiuſmodi ſtylus eſſet pro-
85 batus, tamen cùm ſit contra ius † non potuit in-
troduci à Iudicibus deputatis ad ius reddendum,
qui non poſſunt concedere leges contrarias iuri,
vnde hoc caſu non ſufficiet ſtylus, ſed requiritur
conſuetudo, ita vt debeant probari tot, & tales
actus, qui deuenerint ad notitiam populi, vel ma-
ioris partis ipſius, adeò vt dici poſſit conſtare de
tacito eius conſenſu, per quem ſit iuri derogatum:
latè Alexand. *conſ. 36. numero 10. & 11. libro ſecundo*

Dec.*in rubr.de conſuetu.n.2.ad fi.ver.breuiter reſol-
uendo.* Aym.*de antiq.tempor.par.4.in prin.nu.36.fol.*
189.Rot.*diuerſ.deciſ.793.n.2.cum ſeq.p.1.* & coram
R.P.D. Coccino Aretina ſpolij 9. Iunij 1604. Lu-
do.*deciſ. Peruſ.96. num.7. & 8. p.2.* cum aliis per
Grammat. *conſi.1. in materia fori iudicationis im-*
86 *preſſo poſt eius dec.n.18.cum ſeq.*† vbi quod requiri-
tur confirmatio ſuperioris: Iaſ.*in l.1.col.13.C. de*
ſum.trinit. & fid.catholic. Felin.*in c.2.n.18.verſ. &*
non eſt neceſſarium, de reſcrip. Bald.*in l.fi. C.quæ ſit*
long. conſuetud.

Accedat, quod apparet de contrario ſtylo, vt ex ſen-
tentiis productis, in quibus fuit per Magiſtros
Viarum, & per Camerarium, & Præſidentē, & per
totam Cameram iudicatum cōtrarium eius, quod
modò exaduerſo prætenditur, adeo vt ex hoc non
poſſit induci aliquis ſtylus, neque vlla conſuetu-
87 do, † ſtante varia obſeruantia, & actibus, ſeu ſen-
tentiis difformibus: Bart.*in l.2. in princip.ff.ſoluto*
matrim. Dec.*conſ.8.viſo puncto & diligenter.col.3.in*
fin.verſ.ſecundo quia vt enarratur, nu.4. & conſ.11.
col.6.in prin.n.12. Aym.*conſil.96.n.5.* Soc.*conſ.92.n.*
7.in prin. ver.ſed ad hoc fundamentum, lib.3. Alex.
conſ.5.col.2.ad med.verſ.quarto quia epiſcopus, n.7.
& 13.ad med. & ibi Natt.*in addit. in verb. quando-*
que minus, in fin. & in verb. in ſuo robore, lib.5. Idem
Alex.*conſ.127.in fin.eod.lib.5.* Rot.coram Sanctiſſi-
mo Ciuitaten. præſtimoniorum 23. Octobr.1589
poſt lib.2.conſ.Farinac.dec.42.n.3. Calcan.*conſil.121*
col.pen.in fin. Alber. *in l.quæſitum §.ſi quid eodem.*
de fund. inſtrum.

Recurrendum eſt igitur ad ius commune ſtante va-
88 rietate ſtyli & obſeruantiæ, † ac conſuetudinis:
Bart.*in l.2.ad fin.princ.ff.ſolut.matrim.* iuxta *l. nemo*
alieno.§.temporalis, ff.de reg.iur. Bald.*in l.non ſolum*
in leg.antiq.ff.de iur.dot.per text. in l.ſemper in ſti-
pulationibus, ff.de reg.iur. & benè Alex. *conſ.5.n.7*
lib.5.& conſ.127.in fin.eod.lib. Ludou.*dec. Peruſ.96*
num.2.part.2.

Neque obſtat, quod in caſibus, in quibus fuit iudica-
tum contrarium per ſententias productas, fene-
ſtræ erant magis diſtantes à ſolo, quam ſint fene-
89 ſtræ, quæ modò controuertuntur.† Quia non agi-
tur ſuper diſtantia, ſed ſuper proſpectu, & ſatis
eſt, vt non fuerit habitus talis proſpectus in con-
ſideratione in dictis ſententiis, nam quo ad diſtan-
tiam maiorem ſiue minorem, ſemper in vtroque
caſu debent adhiberi ſcalæ ad hoc, vt ingreſſus ſit
90 facilis, † Vnde iſtud plus, & minus non facit actum
differre ſpecie, *l.fin.ff.de fund.inſtruct.* Bart.*in l.1.in*
prin. vbi Iaſ.*n.67.ff.de acqu.poſſ.* Surd.*conſ.305.n.66*
lib.3.& conſ.368.n.13. eod.lib.

Et in ſumma, vt vnico verbo omnia concludantur, ſi
omnes feneſtræ, quæ reſpiciunt in viridaria, &
hortos vicinorum ſunt reducendæ ad lumen, tota
91 ciuitas commouebitur, † quia nullibi adeſt viri-
darium, in quo vicini non habeant huiuſmodi
proſpectum feneſtrarum non ambulaciis vulgo
loggie, ſeu balconi, & tamen omnes acquieſcunt,
& non quærunt iſtas mutationes, provt non ſunt
quærendæ inter bonos vicinos, ſed cum eis con-
corditer viuendum, maximè, quia hic nulla adeſt
æmulatio, cum principalis intentio non ſit ad no-
92 cendum vicino †, ſed ad ſui vtilitatem abſque
damno alterius, quamvis ſola vtilitas ſufficeret,
licèt alteri noceret: Caſtr. *in l.altius, C.de ſeruit.&*
aqu. Doct. *in l.fluminum, §.fin.ff.de damn.infect.* Et
ita, ex prædictis fuit iudicatum pro non appoſi-
tione ferratarum.

EPITOME.

Producens teſtes quando cenſeatur illos ap-
probare. ¶ Mediator an repellatur à teſtificando
etiam in cauſa dotis. ¶ Confeſſio abſente parte per
quot teſtes ſit probanda. ¶ Iudicatum quando poſ-
ſit dici, vt ſit locus actioni, quæ ex ſententia ori-
tur. ¶ Teſtis deponens de facto proprio an pro-
bet. ¶ Et quando cenſeatur de eo deponere. ¶ Ex-
traneus ſtipulans dotem futuro marito, ſeu mu-
lieri, quo caſu illis acquirat actionem, & admit-
tatur eius depoſitio ſuper dote promiſſa, & ſit te-
ſtis idoneus cedens pro ceſſionario. ¶ In cauſa do-
tis quando ſufficiant præſumptiones, & conie-
cturæ. ¶ Correctio & declaratio an ſit admitten-
da in teſte. ¶ Iuramentum in defectum plenę pro-
bationis an debeat deferri ſtante leuiſſima ſuſpi-
cione teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis examinatus in alia cauſa non facit fidem, quamvis ſimus inter eaſdem perſonas.*
2 *Deponens extra articulum, materiam, & cauſam, non probat.*
3 *Producens teſtes approbat ſolùm perſonas, non eorum dicta. Fallit ſi reproducat, n.15. & 16.*
4 *Mediator repellitur à teſtificando, & n.7. etiam in cauſa dotis, n.5. & 6.*
8 *Teſtis redditur ſuſpectus deponens non interrogatus.*
9 *Iudicatum non poteſt dici niſi per tres ſententias executioni demandatas, num.10.*
11 *Actio iudicati dicitur, quæ ex ſententia deſcendit.*
12 *Conditio eſt prius verificanda antequam emolumentum ſit quæſitum.*
13 *Teſtis de auditu non probat.*
14 *Confeſſio abſente parte non attenditur, niſi probetur per duos teſtes.*
17 *Extraneus ſtipulans dotem futuro marito, ſeu mulieri, quando illis acquirat actionem, & de cedente an ſit idoneus teſtis pro ceſſionario.*
18 *In cauſa dotis ſufficiunt leuiores probationes, & in dubio pro ea eſt iudicandum. Intellige vt num.19. & 20.*
21 *Teſtis deponens de facto proprio quando probet, n.22. & quando dicatur de eo deponere, num.23. & 24.*
25 *Depoſitio mixta teſtis continens factum proprium, & alienum non præiudicat tertio.*
26 *Correctio, nedum declaratio permittitur in teſte ſtante mandato Iudicis, num.28.*
27 *Declaratio nihil noui inducit.*
29 *Aſſecuratio idem importat, quod promiſſio ſoluendi.*
30 *Varietas teſtium impedit probationem, & quando attendatur, num.31.*
32 *Iuramentum defertur in ſupplementum plenæ probationis. Fallit ſtante quacumque leuiſſima ſuſpicione teſtium, num.33.*

CAPVT DCCLIII.

DE prætenſa promiſſione dotis dicebam non
conſtare, nam ex tribus teſtibus in quibus ſe
fundat pars aduerſa, primus in ordine non debet
attendi, quia fuit examinatus in diuerſa cauſa,
1 † in qua agebatur de alia re, quàm de illa, de qua
modo tractatur, vnde tales probationes nullam
fidem faciunt in hoc iudicio, quamvis ſimus in-
ter eaſdem perſonas: Alexand. qui de communi
conſ.212.n.15.& 16. lib.6. Put.*dec.362. part.2.* Gabr.
2 *conſ.40.n.43.vſque ad 47.lib.2.* † Cum præſertim
idem

idem teſtis fuerit examinatus extra articulum,
materiam, & cauſam, qui minus probat tanquam
deponens ſine iuramento: Gloſſ. *in cap. de teſtibus.*
Surd. *dec.16.num.*6. Ita vt non obſtet prætenſa ap-
probatio, quia ſtante ſola inductione teſtis abſ-
que reproductione intelligitur ſolum approbata
3 perſona † non depoſitio: Rot. *diuerſ. dec.* 594. *nu.*2.
*p.*2. Burſat. *conſ.*89. *n.*11. *lib.*1.

Maximè, quia etiam talis teſtis eſt mediator, vt ip-
4 ſemet fatetur iuxta quartum, † quo caſu repellitur
& non probat, licet nullum commodum, aut ſala-
rium habeat, vt per Alex. *conſ.*13. *numero* 14. *libro* 1.
Ruin. *conſil.*164. *n.*6. *lib.*4. Surd. *conſ.*327. *n.* 44. *lib.*3.
5 latè Ludou. *deciſ. Peruſ.*95. *per tot. p.*2. † qui etiam
loquitur in cauſa dotis, quæ in hoc non reperitur
priuilegiata, vt tales perſonæ poſſint teſtificari:
Soc. Iun. *conſ.*12. *nu.*11. *lib.* 2. quidquid contrarium
fauore dotis ſequatur Menoch. *conſil.*92. *n.*87. *lib.*
1. Ruin. *conſil.*34. *n.*5. *lib.*4. Benint. *deciſ.*61. *num.* 3. *ad
med. verſ. ſed in promiſſione.* Gozad. *conſ.*42. *num.*10.
6 † Quia contraria opinio eſt verior, vt latè defen-
dit Stracc. *de proxenet. pag.*4. §. *illa etiam quæſtio
ventilata eſt, n.*12. *vſque ad* 22. *tom.* 6. *part.*1. *fol.* 344.
Farinac. *de teſtib. q.*60. *illat.*16. *limit.*17. *nu.* 447. *fol.*
97. Mascard. *concluſ.* 1040. *incip. mediator ſiue pro-
xeneta, n.*14. poſt Alex. *conſil.*154. *viſo themate, lib.*5.
Caſti. *conſil.* 150. *n.*4. *lib.*2.

Quo vero ad alterum teſtem, idem eſt etiam conclu-
7 dendum, † quia vltra quod eſt mediator, qui re-
pellitur, vt ſupra dictum eſt: Honded. *conſ.* 52. *n.*10.
cum ſeq. lib. 1. Et deponit non interrogatus ideo
8 † redditur ſuſpectus: Decian. *conſil.*65. *n.*14. *libro* 3.
Non probat dotem fuiſſe ſimpliciter promiſſam,
ſed in caſu in quo fuerit iudicatum per Rotam,
quod prætenſiones Flauiæ vxoris aduerſarij non
eſſent releuantes, vnde quamvis etiam eſſet ido-
neus teſtis, quod negatur, Tamen prius debet ve-
9 rificari iſta conditio, † cum non dicatur iudica-
tum, niſi per ſententiam, & non quidem vnam, ſed
tres conformes etiam executioni demandatas,
Paril. *conſ.*30. *n.*36. *lib.*4. Mandoſ. *regul. cancell.*34. *q.*
27. *col.*1. *ad med.* Cum antequam Iudex diluat du-
10 bium per ſententiam, † non poſſit dici iudica-
tum: Reb. *in leg. iuris nomen.*36. *col.*2. *in fi. ver. vltimo
quando, ff. de verb. ſign.* & iudicatum dicitur, quod
finem controuerſiæ accepit per pronuntiationem
11 Iudicis, † quæ vulgo appellatur ſententia defini-
tiua, vnde iudicati actio dicitur, quæ ex ſententia
deſcendit, *l. duobus* 18. §. *igitur. de iureiur. l. ſi procu-
rator,* 28. *de procurat.* & Notat Prateius *in lexic. iur.
in verb. iudicatum.* Nimis igitur propere fuit
12 actum, antequam conditio verificetur, † cum de
illius natura ſit, vt prius adimpleatur, quam emo-
lumentum ſit quæſitum, Bart. *in l. quibus diebus.* §.
termiſſus, ff. de condit. & demonſt. Surd. *conſil.* 449.
*num.*49. *lib.* 3.

Idem dicendum eſt de tertio teſte, cuius depoſitio
13 nihil facit, cum ſit de auditu ab altero teſte, † &
non probat: Ayin. *conſ.*112. *num.*13. prout neque fi-
dem aliquam facit dum deponit audiuiſſe à prin-
cipali, cum iſta confeſſio deberet probari per
duos teſtes, alias vnus non facit aliquod iudi-
14 cium, † Non n. deponit de ſubſtantia contractus
promiſſionis dotis, ſed de confeſſione illius ab-
ſente parte, ideo non attenditur: Alex. in ſpecie
*conſil.*13. *n.*18. *lib.*1. & *conſil.*5. *n.*4. *eod. lib.* per Gloſſ.
quam dicit ſingularem *in l. fin. C. de fam. erciſcun.*
Ang. *in l. ſi. ff. quod met. cauſ.* Salic. *in l. vlt. n.* 8. *C. de
quæſtion.* Bart. *in l. fin. ff. eod. tit.*

Accedat, quod idem teſtis, dum conatur probare hu-
juſmodi promiſſionem dotis de ſcutis quingen-
tis, deponit etiam, quod maior pars illorum fuit
ſoluta aduerſario in localibus, & aliis expenſis fa-
15 ctis occaſione matrimonij, † Vnde tanquam te-
ſtis inductus, & per eum reproductus probat con-
tra producentem quamvis ſit vnicus: Bero. *conſil.*
69. *num.*11. *lib.*3. Ceph. *conſ.*65. *n.* 55. vbi etiam quod
16 fidem facit, † quamvis ſit de auditu, & etiam,
quod deponat per verbum *credit.* Surd. *deciſ.* 284.
in fin.

Quibus addendum eſt, quod quatenus etiam om-
nes teſtes probarent, quod negatur, Tamen eo-
rum probatio non releuat aduerſarium, ſumus
enim in contractu, ſeu conuentione celebrata
cum ipſis teſtibus, quo caſu ex ſtipulatione alte-
17 ri facta nulla acquiritur actio, † etiam quod ſi-
mus in extraneo ſtipulante futuro marito alien-
ius mulieris pro dote, quæ in hoc caſu nullum
priuilegium habet vt quæratur vtilis actio, ſiue
verba executiua promiſſionis dotis ſint collata
in ipſos teſtes, ſiue in maritum, ſiue in mulierem,
ſiue in quemcumque alium, ita vt quamvis ſtipu-
latio valeret, nihilominus numquam quæratur
vtilis actio, ſed directa, ſine ceſſione facienda ad
fauorem viri, ſeu mulieris, adeo vt ille, cui eſt
quæſita directa, non poſſit eſſe idoneus teſtis pro
illo, in quem fuit tranſlata vtilis ſuper eo, quod
dicitur competere ceſſionario, maximè ſuper
contractu celebrato cum ipſo teſte, prout eſt ca-
ſus noſter, quamvis ceſſio ſit vera, & quamvis
etiam cedens non teneatur de aliqua euictione,
ſeu periculo, cum ſemper obſtet illa ratio, quod
ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, &
vtitur iuribus cedentis, & reputatur eadem per-
ſona, ita in puncto promiſſionis dotis, de qua agi-
mus latè concludit Alexander qui pro omnibus
ſufficiat *conſil.*13. *num.*11. *vſque ad* 14. *lib.*1. Et de ce-
dente, quod non ſit idoneus teſtis pro ceſſionario
multa Menoch. *de arbitr. caſ.*473. Mascard. *concluſ.*
1358. *num.* 21.

Ex quibus apparet non eſſe aliud quærendum ſuper
his, quæ per partem aduerſam opponuntur,
Quamvis vt plene ſit illi ſatisfactum dicimus non
18 obſtare, † quod in cauſa dotis ſufficiant leuiores
probationes, cum illa etiam probetur per præ-
ſumptiones, & coniecturas: Marſil. *ſing.*442. *nume-
ro ſecundo* Rot. coram R. P. D. Andrea Bononien.
dotis 25. Februar. 1619. cum etiam in dubio pro-
nunciandum ſit pro dote tam in modo proceden-
di quam decidendi. Honded. *conſil.*64. *nu.*33. *lib.*2.
Quia verior eſt opinio, quod in materia proba-
tionis nihil in ea ſpeciale reperiatur, ſed ſicut in
cæteris cauſis, ita in iſta, probationes debeant eſſe
legitimæ, & teſtes idonei abſque exceptionibus,
19 † maximè, quando ageretur contra extraneum:
Bald. *Nouell. de dot. priuileg.*12. *p.*9. *ante fin. ver. non
tamen propter talem ſummarietatem.* Socin. Iun. *con-
ſil.*12. *numero* 15. *lib.*2. Alex. *conſil.*13. *nume.*11. *libro* 1.
Quidquid forſan, quando ageretur ad reſtitutio-
20 nem dotis, † quæ iam prætenderetur data, ſeu
conſtituta, leuiores probationes, & indicia ſuffi-
cerent, vel ex tempore, vel ex patrimonij diminu-
tione, vel confeſſione mariti, ejuſdemque taciturni-
tate, & alimentorum præſtatione facta vxori, &
ex dote aliis filiabus conſtituta, vel ex ſimilibus,
de quibus Natt. *conſil.*581. *n.*12. Surd. *conſil.*194. *num.*
18. *lib.* 1.

Item additur non obſtare, quod ex aduerſo iterum

adducitur eſſe credendum etiam vnico teſti tanquam deponenti de facto proprio, Quia iſtud
21 procedit, † quando teſtificans de facto proprio deponeret ad vtilitatem alterius abſque alicuius præiudicio: Decian.*conſ.93.nu.58.lib.2.*Caſtr.*conſ. 337.primo quæritur poſito.n.3.ad fin.verſ.item non obſtat quod hæc confeſſio.lib.1.* Dec.*conſ.650.in caſu & vulgo,n.9.* Marſil.*conſ.*101.*num.* 4.

Maximè, quia hic agitur de ſumma graui, & magno præiudicio tertij, quo caſu magis excluditur de-
22 poſitio teſtis de facto proprio, nam ſolum, † quatenus admitteretur in ſimilibus probationibus, procederet, vbi ageretur de modico, & leui præiudicio: Soc.*reg.515. verſ.fallit tertio. poſt princip.* Ceph.*conſ.*438.*n.50.lib.*3.Ludou.*concluſ.70.col. penult.ad med.verſ.intellige & declara ſexto.*Caſtren. *in l.iuriſiurandi, 8.in fin. C. de teſtibus.*

Præterea conſiderandum eſt, quod hic non ſumus in depoſitione teſtis de facto proprio, cum enim
23 tractetur † de promiſſione dotis an fuerit conſtituta per tertium necne, agitur de facto alieno, de quo interrogatur teſtis mediator tanquam habens notitiam per ſenſum corporeum, quo caſu non dicitur quis de facto proprio deponere, & non ſufficit vnicus quamvis magna dignitate præfulgeat. Caſtr.*in l.quicumque,4.ad fin.num.*10.*Cod. de ſeruis fugitiu.*

Et facit quia dum teſtis deponit tractaſſe matrimonium, tunc dicitur deponere de facto proprio, dum autem ſubdit, quod ad inſtantiam alicuius illud tractauit, & quod per eum fuit promiſſa talis dos, tunc deponit de geſtis ab alio, ideo non probat contra eum, provt dicimus de teſte, qui
24 dicitur deponere de facto proprio, † dum dicit ſe poſſediſſe, dum autem addit, quod poſſedit nomine alterius eſt in facto alieno, Exemplo notarij dicentis ſe ſcripſiſſe cum ſolemnitatibus, hoc enim vltimum non eſt de facto proprio, vt diſtinguit Achil.*deciſ.191.nu.6.*poſt Gloſ.*in l.ſi quis decurio, Cod. de falſ.* Idem numquam talis depoſitio mixta continens factum proprium, & alienum
25 præiudicat tertio, † contra quem deponit, Caſtren.*conſil.337.primo quæritur.col.3.ante med.verſ. item non obſtat quod hæc confeſſio,num.3.in fin. lib.1.* & bene declarat Alexand.*conſ. 192.numero 13. cum ſeq. lib. 6.*

Inſuper talis teſtis deponens, vt ſupra, non coadiuuatur aliquo alio adminiculo, tam Darius alter teſtis in alia cauſa examinatus, in quo ſe fundabat pars aduerſa pro coadiuuanda iſta depoſitione, declarauit, quod dum dixit per reum conuentum fuiſſe aſſecuratam dotem, intellexit, quod aſſecuratio nō erat facienda de propriis bonis promittentis, ſed in bonis, quæ erant peruentura ad puellam, quæ declaratio potuit fieri, maxime ſtante mandato Iudicis, de quo in actis, cum etiam in
26 teſte permittatur correctio, † nedum declaratio, & quidem facilius, quam in Iudice, & ſimilibus, quaſi depoſitio teſtis ſit verbalis, licet reducatur in ſcripturam, & in ea non requiratur tam magna ſolemnitas, & deliberatio, provt requiritur in ſententiæ prolatione: Felin. *in c.qualiter & quando il. 1.col.20.poſt med.verſ.argumento eorum, & verſicul.*
27 *non obſtat illud de teſte,n.31.de accuſat.* † Cum etiam declaratio nihil de nouo inducat, *leg. hæredes palam.§. ſed ſi notam.de teſt.* Dec. *conſ.8. numero* 211.
28 *lib.* 1. & ſtante mandato Iudicis, † de quo in caſu noſtro, tollitur omnis difficultas Iaſ.*In leg. iuriſgentium,§.quinimmo,nume.7. col.2. ad fin. ff.de pac.*

Ex qua declaratione tollitur obiectum, quod aſſe-
29 curatio idem importet, † quod promiſſio ſoluendi, ita vt ſtatim poſſit conueniri iſte, qui aſſecurauit, vt per Ruin.*conſil.19.nume.3. & 4.lib.4.* & Santern. *de aſſecurat.par.3.num.* 57. ex aduerſo allegatos, cum etiam dos cenſeatur promiſſa verbis interpretatione indigentibus: Card.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.libro 2.tit.10.num.23.* Quia teſtis in dicta declaratione ſubdit aſſecurationem, non eſſe faciendam in propriis bonis, ſed in aliis peruenturis ad puellam, vnde non poteſt talis aſſecuratio importare idem ac ſi quis ſoluere obligaſſet, quia hoc procedit, quando in propriis bonis aſſecuraſſet, quamvis nec Ruin. nec Santern. nec Card. Mantic. aliquid dicant circa illud, ad quod allegantur.

Pro prædictis etiam facit varietas teſtium, cum alius dicat matrimonium fuiſſe concluſum, & dotem promiſſam in Monte Quirinali, alter vero ad S. Petrum, & vnus teſtis vocat arium in contexte m
30 † ita vt ſtante hujuſmodi diſcordia arguatur contra variantes, & non ſit illis credendum, *l. qui falſa vel varia. ff.de teſtibus.* Aym.*conſil.* 178. *numero* 4. Licet hoc dictum ſit ex abundanti ad euitandum diſputationem quando teſtis varius non
31 probet, † de qua latè Idem Aym. *conſ.260. num.6. & conſ.48.n.3.& conſ.65.nume.10.* Anchar.*conſ.*261. *col. 2. ad fin.* Nam ſatis eſt oſtendiſſe non conſtare de aliqua promiſſione dotis, vel ſaltem non de tota ſumma, quæ prætenditur ob multas pecunias ſolutas pro iocabilibus, cum etiam dos non eſſet conſignanda liberè marito forenſi & nihil poſſidenti, nec in Vrbe, nec in ſua patria, ſed deberet
32 reinueſtiri, ne mulier remaneat indotata, † Adeo vt neque obſtet, quod ſit deferendum iuramentum in defectum plenæ probationis, Caſt.*conſ.*, 42. *numero* 3. *libro* 2. Quia cum teſtes ſint mediatores,
33 † & patiantur alias exceptiones ſupra adductas, & non eſt locus iuramento ſuppletorio, cum illud impediatur deferri per quamcumque leuiſſimam ſuſpicionem. Benientend.*deciſ. 61. numero* 3. cum aliis per Maſcard.*concluſ.*1040. *incip. mediator. ſiue proxeneta, num.27.* Quamvis iſtis non obſtantibus in omnibus fuerit contrarium deciſum in huiuſmodi cauſa Romana dotis coram R.P.D. Martino Andrea 11. Maij. 1915. quæ eſt *deciſ.* 688. *part. 2. in recentioribus.*

EPITOME.

Poſſeſſor quando habeat interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis. ¶ Probationes leuiores an ſufficiant, ſi non agitur principaliter de viribus matrimonij, ſed ad effectum ſuccedendī. ¶ Et quid in materia poſſeſſoria. ¶ Legatarius an poſſit implorare officium Iudicis pro conſequenda re legata. ¶ Et quando illud etiam detur filiæ, & nepti ex fratre, cum interdicto vtili quorum bonorum. ¶ Legitimatus ad quam portionem hæreditatis admittatur iuxta ſtatutum Vrbis. ¶ Et de differentia inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum. ¶ Quaſi poſſeſſio filiationis an ſatis ſit, vt filius immittatur in poſſeſſionem bonorum patris, & aliorum. ¶ Et ex quibus præſumptionibus, & coniecturis illa probetur. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an ſufficiant duæ coniecturæ etiam de per ſe imperfectæ. ¶ Matrimonium clandeſtinum quando faciat filios illegitimos. ¶ Iudicium ſummarium an ad-

an admittat exceptiones requirentes altiorem indaginẽ ¶. Fides Parochi an probet matrimonium à ſe contractum, quamvis non ſit iurata. ¶ Probatio præſumptiua legitimitatis an admittatur, vt filius obtineat immiſſionem. ¶ Et quid in legitimatione ſtandi in iudicio, an illa ſit plenè probanda. ¶ Interdictum retinendæ, & rei vendicatio an poſſit ſimul intentari. ¶ Matrimonium quando probetur ex confeſſionibus coniugum. ¶ Et quid in hoc operetur temporis antiquitas: ¶ Et quales debeant eſſe deponentes contra matrimonium. ¶ Pater nominans filium, & illum instituens, an reddat eum legitimum. ¶ Et an ſumatur præſumptio, quod contraxerit matrimonium cum matre eiuſdem filij. ¶ Color, & apparentia legitimitatis an detur in filio, quem conſtat eſſe naturalem.

SVMMARIVM.

1 *Remedium adipiſcẽdæ poſſeſſionis non datur poſſidẽti.*
2 *Poſſeſſor de iure ſpeciali poteſt effici etiam poſſeſſor de iure communi.*
3 *Interdictum retinendæ, & rei vendicatio poſſunt ſimul intentari.*
4 *Probationes leuiores ſufficiunt, quando non agitur principaliter de viribus matrimonij, ſed ad effectum ſuccedendi.*
5 *Matrimonium dicitur magis probatum ſtante enunciatione illius facta in inſtrumento dotali contra enunciantem, & inſtrumentum dotis conficientem, numero 6.*
7 *Succeſſio debetur filiæ, & ei competit vtile interdictum quorum bonorum, & officium Iudicis, num. 8. 9 & 55. Idem in nepte ex fratre, num. 10.*
11 *Legatarius poteſt implorare officium Iudicis pro re legata conſequenda.*
12 *Legitimatus admittitur ab inteſtato ſolum ad dimidiam hæreditatis, iuxta ſtatutum Vrbis. Intellige vt num. 13. & 14.*
15 *Legitimati per ſubſequens matrimonium habent omnes prærogatiuas, quæ competunt legitimis, & naturalibus, quidquid aliud ſit in legitimatis per reſcriptum, num. 16.*
17 *Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit, vt filius immittatur in poſſeſſionem bonorum patris.*
18 *Iudicium ſummarium non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
19 *Matrimonium clandeſtinum quando faciat filios illegitimos.*
20 *Confeſſiones patris, & matris ſuper matrimonio ſufficiunt, vt illud dicatur probatum ad fauorem filiorum, num. 22.*
21 *Fides parochi probat matrimonium à ſe contractum; & an acquiratur iuramentum, & num. 24.*
23 *Temporis antiquitas ſupplet defectum recognitionis.*
25 *Dotatio, & tractatus de maritando, nedum collocatio in matrimonium conſtituunt filiam in quaſi poſſeſſione filiationis. Idem in confeſſionibus, & nominationibus parentum de procreatione filiæ ex matrimonio per eos contracto, & tractatu tanquam de filia, num. 26. 27. 28. & 29.*
30 *Quaſi poſſeſſio filiationis probatur ex duabus coniecturis etiam de per ſe imperfectis.*
31 *In materia poſſeſſoria leuiores probationes ſufficiunt.*
32 *Filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis non ſolum contra parentes tractantes eum vti filium, ſed etiam contra alios tali tractatui conſentientes.*
33 *Confeſſio defuncti præiudicat habentibus cauſã ab eo.*
34 *Legitimatus habet etiam immiſſionem in poſſeſſionem bonorum patris.*
35 *Legitimatio tollit omnem maculam.*
36 *Matrimonium quando probetur ex confeſſionibus coniugum, num. 37. & 38.*
39 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur.*
40 *Confeſſio nocet confitenti.*
41 *Parentes quando poſſunt conſtituere filium in quaſi poſſeſſione legitimitatis, ita vt non ſit probanda veritas matrimonij, num. 42. 47. & 48.*
43 *Tempus quadraginta annorum ſufficit ad præſumendum ſolemnitates, & legitimam filiationem.*
44 *Teſtes deponentes contra matrimonium debent eſſe omni exceptione maiores.*
45 *Probatio præſumptiua legitimitatis matrimonij ſufficit, vt filius obtineat immiſſionem, quidquid ſecus ſit in legitimatione ſtandi in iudicio, quæ eſt plenè probanda, num. 46.*
49 *Matrimonium præſumptum nihil differt à vero quo ad effectum probandi legitimitatem, pro qua ſufficit colorata poſſeſſio ex quaſi poſſeſſione maritali.*
50 *Pater nominans filium, & illum inſtituens reddit eum legitimum, & ſumitur præſumptio quod contraxerit matrimonium cum matre eiuſdem filij, num. 52. & 54.*
51 *Color, & apparentia legitimitatis an detur in filio, quem conſtat eſſe naturalem, & nu. 53.*

CAPVT DCCLIV.

POſt multas diſceptationes factas in cauſa Romana hæreditatis de Fuſchis, & poſt omiſſum
punctum manutentionis, qui remanſit indeciſus
propter varietatem opinionum, vt diximus *ſup.*
c.732. fuit diſputatum dubium an Hortenſiæ eſſet
concedendum mandatum de immittendo in poſ-
ſeſſionem bonorum hæreditatis paternæ & qui-
dem dicebam concludendum eſſe affirmatiuè,
quod deberet dari immiſſio petita, nam quamvis
dixerimus, quod Hortenſia eſſet in poſſeſſione, &
quod in ea eſſet manutenenda, ita vt remedium
1 adipiſcendæ † non detur poſſidenti, *l. 1. in fi. ff. quor.*
bon. Tamen in hoc caſu hæres qui poſſidet vigore
ſtatuti, poteſt intentare ſimilia remedia. Quorum
bonorum, vel legis fin. *Cod. de edict. diu. Adrian.*
2 *tollend.* † vt ſcilicet petat ſe, qui eſt in ea poſſeſſio-
ne ſtatutaria mitti in realem, ſeu naturalem, &
corporalem poſſeſſionem, non ſtatutum eſt intro-
ductum ad fauorem hæredis, in quem transfertur
poſſeſſio ipſo iure, vnde non debet ei nocere, ne-
que operari diminutionem, quod inducitur in
augmentum, & ſic poſſeſſor de iure ſpeciali effi-
citur etiam poſſeſſor de iure communi, vt in
propoſito firmat. Bald. *in c. cum quis, col. 1. de reſtit.*
ſpoliator. Cuman. *conſ. 43. in fin. verſ. etiam conſide-*
randum eſt. Iaſ. *in leg. ſi ſorori ſu 1. fallent. col. 1.* poſt
Caſtr. *ibid. ad fin. C. de iur. de lib.* Affl. *dec. 299. num.*
19. Dec. Alex. Bellon. Aquenſ. Rip. & alij de qui-
bus latè Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit, pag. 6. declar.*
2. num. 1. vſque ad 8. & receptiſſimam opinionem,
& paſſim practicari teſtatur Menoch. *de adipiſ.*
poſſeſſ. remed. 1. n. 45. & latius *remed. 4. num. 337. vſ-*
que ad num. 348.
Amplius non ſolum in hoc caſu conceditur hæredi,
vt poſſit intentare remedium retinendæ, & adipiſ-
cendæ poſſeſſionis ſeparatim, ſed etiam vtrumque
3 ſimul, prout ei placuerit, † vt in ſimili dicimus de
interdicto retinendæ poſſeſſionis, & de rei ven-
dicatione: Glo. & Doctor. *in* [illegible] *ſi de vi. & in leg.*
naturaliter, §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. &
in leg. ordinarij. C. de rei vendicat. & in ſpecie no-

tat Caſtr.*conſil.* 78. *videtur dicendum dictum actorem.ad med.verſic. his tamen non obſtantibus, lib.*2. & *conſil.* 234. *in cauſa appellationis*, *col.* 2. *ad med. verſic. ſed ſuſtinendo cauſam fratrum reſponderi poteſt.eod.lib.* 2.

Et quidem in hujuſmodi remedio adipiſcendæ in interdicto quorum bonorum ſufficit Hortenſiæ probaſſe filiationem ſuam & extare in poſſeſſione ejuſdem legitimæ filiationis, provt etiam firmatum fuit in deciſione hujuſmodi cauſæ 25.Maij 1638.& diximus *ſupr.c.*653. Cum etiam in hoc caſu
4 non tam exacta probatio requiratur,† nam quando non agitur principaliter de viribus matrimonij,ſed ad effectum ſuccedendi,ſufficiunt leuiores probationes ob illam rationem fauoris legitimitatis ſine periculo animæ, ſiue ſimus in facto antiquo, ſiue de recenti, & quamvis etiam interſit eorum, qui prætendebant ſuccedere:Bald. *in l. filium. in* 2. *lect. col.* 2. *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*Salic.*in l.non nudis,ad fi.n.*6. *C.de probat.* iuxta Gemin.*conſil.*27. ſæpius à *Rot.* approbatum, vt in *deciſ.diuerſ.*357.*num.*1.*p.*1.*& deciſ.* 34.*nume.* 19.*p.*2. cum aliis adductis *ſupr.c.*468.*num.*34. *vſque ad* 38. Ferret.*conſil.*353.*n.*4.*&* 5.Rot.*deciſ.*341.*n.*1. *&* 5.*p.*2. *in recentiorib.& deciſ.*407.*n.*8. *& deciſ.* 198.*n.*1. *&*
5 *deciſ.*310.*num.*1.*&* 7.*p.*1.*in recentiorib.*† Stante præſertim inſtrumento dotali ſub die 8.Octob. 1576. vbi enunciatur prædictum matrimonium, quo caſu magis illud probatur propter dictam dotem Bald.*in c.ſeries,col.*2.*verſ. extra nota argumentum, de teſtib.*Roman.*conſ.*401.*in fi.*Rot.*diuerſ. dec.* 150.
6 *n.*5.*in fi.p.*2.*& dec.*357.*nu.*6. *&* 7.*p.*1.Et cum agatur contra eos, qui tale matrimonium enunciarunt, & dotis inſtrumentum confecerunt, magis illud dicitur probatum:Bald.*in auth.ſi quis in aliquo,numero* 6.*C.de edend. & in l.*2.*C. de re iudic.* Alexan. *conſ.* 21.*lib.*1.Butr.*in c. illud.* 9. *de præſump.* Gozad. *conſil.*42.Florian.*in l.ſicut.§.ſed ſi quæratur,ff.ſi ſeruit.vendicet.*

Quare cum Hortenſia veniat vti filia Fabij, ei debe-
7 tur ſucceſſio, † tanquam habenti cauſam ſuccedendi,*§.ſi quis igitur,il* 1.*auth. de hæredib. ab inteſt. veniens.auth. defuncto,Cod. ad Tertullian.* ¶ Provt
8 etiam eidem competit † vtile interdictum quorum bonorum,quidquid ſecus ſit in directo, *leg.*1. *C.quor.bonor.* & ibi Salic.*in rubr. num.* 1. Gloſſ. & Bart.*in l.*1.& ibi Rip.*nu.*1.*ff. eod.titul.* Aretin. *in §. quadrupl.n.*34.*inſtit.de actionib.*Menoch.*de adipiſcend.poſſeſſ.remed.*1.*n.*33.*&* 34.*q.*4.Rot.*deciſ.*115.*nu.*
9 1.*pag.*1.*in recentiorib.* ¶ † Immo etiam eidem filiæ ſubuenitur officio Iudicis,quod poteſt implorari pro reſtitutione rei ad ſe pertinentis, ita vt ſufficiat probare poſſeſſionem,non autem dominium, vel quaſi:Gloſ.*in c.*1.& ibi Bald.& Præpoſ.*de controu.int.maſcul.& fœmin.*Bartol.*in l.de vſu aquæ*, 2. *verſ.ſequitur.in textu ibi tertius caſus, ff.de var. & extraord. cognit.* quem refert, & ſequitur Peregr. *de fideicommiſſ.art.*48.*n.*2.*verſ.officio tamen iudicis, fol.* 443. & multum notandum dicit Roland. *conſ.*
10 1.*nu.*58.*&* 59.*lib.*1. † vbi ampliat ad neptem ex fratre:Guid.Pap.*qu.*362. *vtrum officium,nu.*1. *&* 2. vbi propterea infert,quod legatarius poteſt implora-
11 re officium iudicis † pro re legata conſequenda: Pariſ.*conſ.*60.*col.*1.*lib.*3.Soc.Iun.*conſil.* 75.*n.* 17.*lib.* 3.Campeg.*inter conſ.*Brun.2.*col.* 2.

Nec debet impediri immiſſio petita ſub prætextu, quod medietas hæreditatis, de qua agimus, non
12 poſſit ad eam ſpectare tanquā legitimatam,† quæ ſtantibus nepotibus ex fratre excluditur à tota ſucceſſione, & admittitur ab inteſtato ſolum ad dimidiam,iuxta ſtatutum Vrbis ex aduerſo allegatum *c.* 144. *lib.* 1. Quia ſumus in legitimato per ſubſequens matrimonium, de quo ſtatutum non loquitur, cum illud ſolum procedat in legitimatione per reſcriptum,quæ non eſt ejuſdem poten-
13 tiæ,† ſicut illa per ſubſequens matrimonium,ideo requirebatur de ea ſpecialis expreſſio ad hoc, vt appellatione legitimati veniret in ſtatuto legitimatus per ſubſequens matrimonium: Menoch. *conſil.*799.*nu.*5. *vſque ad* 20.*lib.*9.*& conſil.*227. *per tot.lib.*3.Lup.*de illegitim.commentar.*4. §.3. *numero* 1.*cum ſeq.& comment.*3.§.2.*n*6.0.Vegius *conſ.*95. *numero* 16.*vſque ad* 19.

Quamvis hoc dictum ſit ex abundanti,quia ex lectu-
14 ra ipſius ſtatuti apparet † illud loqui in legitimato ex reſcripto propter illa verba illegitimos legitimatos per habentem poteſtatem legitimandi, quæ non poſſunt adaptari legitimatis per ſubſequens matrimonium, qui ſunt verè,& propriè legitimi,& veniunt etiam in diſpoſitione,& materia ſtricta vocante filios natos, & procreatos de legitimo matrimonio, ideo etiam excludunt ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis,& naturalibus etiam in materia
15 feudali,† & emphyteuſi eccleſiaſtica, cum omnibus effectibus, & prærogatiuis quæ dantur filiis natis ex vero & legitimo matrimonio, quidquid aliud ſit in legitimatis ex reſcripto, quibus iſta non competunt:Menoc.*conſ.*227. *num.*9. *vſque ad* 30.*lib.*3.poſt Dec.*& alios in c.cum in cunctis,num.*9. *de elect.*Cephal.*conſ.*541.*num.*21.*lib.*4. Gabr.*conſil.* 21.*num.*32.*cum ſeq.lib.*1.Abb.*in c.tanta, nume.*7.& ibi Præpoſit. *q.*11. *qui fil. ſint legitim.* Burſatt.*conſ.* 10.*num.*6.*& conſil.*18.*num.*3. *lib.*1.

Immo cum ſtatutum loquatur de ciue Romano ha-
16 bente filios legitimos, & naturales † comprehendit legitimatos per ſubſequens matrimonium, qui veniunt appellatione filiorum legitimorum, & naturalium in quacumque diſpoſitione etiam ſtricta,vt dictum eſt, Menoch. *conſil.* 227. *per tot. lib.*3. Vnde non eſt diſputandum, quod exaduerſo opponitur tanquam ſinus in primo capite ſtatuti loquente de Ciue, qui habet filios legitimos, & naturales, maximè, quia idem ſtatutum loquitur de nepotibus, & pronepotibus deſcendentibus per rectam lineam maſculinam, quorum fauor eſt contemplatus,non fœminarum, ad quas verba ſtatuti non diriguntur, vt clarè ibi legitur *in princ.* Ideo nulla actio datur aduerſariis tanquam fœminis.

Cum igitur Hortenſia non excludatur à dicta medietate hæreditatis, erit ei concedenda immiſſio
17 in totum, † non obſtante, quod prætendatur ex aduerſo non eſſe probatam filiationem plenè,cum ſufficiat conſtare de quaſi poſſeſſione filiationis, Bellon.*conſil.*35.*n.*3.poſt Bart. *in l.*1.*n.*2. *C.quor.bonor.*cum aliis per Card.Seraph. *deciſ.* 1000. *nu.*14. latè Cephal.*conſil.*435.*n.*74.*lib.*3.

Et quæ opponuntur contra matrimonium non de-
18 bent retardare immiſſionem, † tanquam ſimus in iudicio ſummario, quod non admittit cognitionem, & exceptionem requirentem altiorem indaginem, de qua non eſt diſputandum in poſſeſſorio,*l.ſi is à quo.ff.vt in poſſeſſ.legat.*Gloſſ. *in l.*1. *in princ.*& ibi Rip.*nu.*12.*ff.quor bon.*Bald. *conſ.*128. *lib.*3.Dec.*conſ.*467.*col.penult.& conſ.*588.*col.*2.*in fi. & conſ.*424.*n.*20.Aret.*in §.quadrupl. n.*41.*inſt.de action.*Rolā.*cōs.*1.*n.*73.*vſque ad* 77.*lib.*1.*& conſ.* 22. *num.*

num.36.vſque ad 39.lib.3. Afflict. *deciſ.14.numero 4*
Ruin.*conſ.87.ad fin.lib.3.*Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.*
*remed.1.numero 103.*Caputaq.*deciſ.342.num.5. & 4*
lib.2. Decian.*conſil.52.num.11.lib.3.* Bero. *conſil. 57*
num.3.lib.2.

Nec faciunt, quæ dicuntur de matrimonio clande-
19 ſtino, per quod † filij ſunt illegitimi: Lup.*de ille-*
*git.comment.4.§.1.num.49.*Quia omiſſo, quod re-
ſpectu filiorum præſumitur legitimum tale matri-
monium, quando non contrahitur in caſu de iu-
re prohibito, quidquid ſit reſpectu coniugum;
qui non præſumuntur coniuges, ſi clandeſtinè
contrahant, vt per Cardin.Mantic.*de coniect.vlt.*
volunt.lib.11.tit.12. numero 13.ad fin. ¶ Reſponde-
tur, quod cum habeamus confeſſiones patris, &
matris ſuper matrimonio, vt in inſtrumento do-
20 tali, illæ ſufficiunt, † vt ad fauorem filiæ dicatur
probatum matrimonium: Mohed. *dec.181.in fin.*
*tit.qui fil.ſint legit.fol.658.*Cardin.Seraph.*dec.1000*
numero 14.

Præterea nos non ſumus in matrimonio clandeſti-
21 no, ſed celebrato in faciem Eccleſiæ † ſtante fide
parochi, quæ probat circa atteſtationem de ma-
trimonio à ſe contracto: Menoch. *de arbitr. caſ.*
*99.*Surd.*deciſ.70.n.13.* Vltra adminicula, quæ ma-
gis faciunt indubitatam fidem parochi, cum die
8, Octobris 1576. fuerint ſtipulata inſtrumenta
dotalia, in quibus enunciatur matrimonium fa-
ctum præuiis denunciationibus cum inſertione
fidei eiuſdem parochi de tali matrimonio con-
tracto, vltra aſſertiones, & iuramenta Fabij pa-
22 tris, quæ omnia probant matrimonium, † quam-
vis ſint facta incidenter ad effectum conſtituendæ
dotis: Dec.*conſ.35.num.3.*Rot.*diuerſ.dec.131.num.5*
*part.1.*Cephal.*conſ.435.num.74. lib.3.*

Non obſtat, quod fides parochi non ſit recognita,
quia defectus recognitionis eſt ſublatus ob tem-
23 poris † antiquitatem: Put. *deciſ.151. lib.1.* Vltra
quod fuit cognita ad inſtantiam Fabij de anno
1609. vt in atteſtatione notarij, de qua in fide ma-
trimonij.

Minus obſtat, quod fides parochi non probet tam-
24 quam ſine iuramento, † Quia illud non requiri-
tur, & *dec.525.n. 2.in fin.part.1.in recentiorib.* loqui-
tur in fide parochi ad probandam negatiuam,
quod non adſit alia baptizata ſub nomine, de quo
ibi tractabatur, vt dicitur in *d.dec.* quod non ap-
plicatur ad caſum noſtrum, cum non agatur de
iſta negatiua, vnde ſtabitur atteſtationi parochi,
quæ probat in concernentibus ſuum officium:
Surd.*dec.70. num.13.*

Et quoniam exaduerſo multum inſtatur, quod non
ſit concedenda immiſſio, tamquam non conſtet
de filiatione, ideò placuit magis diſtinctè addu-
cere rationes, ob quas dicitur pluſquam probata
25 poſſeſſio talis filiationis, Etenim Hortenſia † fuit
dotata à patre in ſcutis quatuor mille, & cum tali
dote collocata in matrimonium cum Pompeio,
ex quibus actibus dicitur probata filiatio, ita vt
quoque ad iſtum effectum ſufficeret tractatus de
maritando: Rot. *diuerſ. deciſ.238.num.6.part.1.* &
coram R.P.D. Vbaldo Romana de Iauellis 13. No-
uembris. 1613. *col.2. verſ. præterea.*

Accedat publicum inſtrumentum, de quo in actis
26 vbi tam Fabius pater, † quàm Ludouica mater
aſſeruerunt etiam medio iuramento ſe inſimul
procreaſſe Hortenſiam filiam, & matrimonium
ſimul contraxiſſe cum dote ſcutorum mille, quæ
ſibi fuerunt conſignata, ex qua confeſſione filia
dicitur conſtituta in quaſi poſſeſſione filiationis:
Pariſ. *conſ.13.num.25. & 26.lib.2.* latè Boer. *dec.240*
*num.15. & 16.*Cephal.*conſ.435.n.74.lib.3.*Mohedan.
deciſ.181.in fin.tit.qui fil. ſint legitim. fol.658. Card.
Seraph.*dec.1000.num.14.*Iaſ.& alij *in l. neque pro-*
feſſio. C.de teſtam. Aym. *conſ.166.num.12.*

Maximè, quia in pluribus aliis inſtrumentis præſer-
tim ſocietatum officiorum de quarum poſſeſſione
modo agitur ſemper nominauit Hortenſiam fi-
liam legitimam, & naturalem, ſuper cuius peri-
27 culo dictæ ſocietates contractæ fuerunt, † adeò
vt ex iſtis nominationibus tamquam de filia plu-
ries, & pluries factis, magis ipſa ſit conſtituta in
poſſeſſione filiationis: Caſtr.*in l.non epiſtolis,13.n.*
3.poſt med. C.de probation. iuxta doctrinam Bart.*in*
l.cum ſcimus.C.de agricol. & cenſit. lib.11. Cardin.
Palæot.*de noth.& ſpur.c.23.n.2. verſ. adderem ego,*
Menoch.*de arbitr. caſ.89.n.81.* Æmilian. *conſil.94.*
num.9. Roland.*conſ.22.num.27.lib.3.*

Cum etiam vltra prædicta adſit tractatus tamquam
de filia legitima, & naturali, & illius educatio, ali-
28 mentatio, cum aliis in facto, ex quibus † conſtat
de poſſeſſione filiationis ad effectum obtinendi
immiſſionem in bonis patris tales actus facientis:
Alexand. *conſ.88.n.9.cum ſeq.lib.7.* Afflict.*deciſ.25*
*num.1.*Dec.*conſ.54.colum.1.in fin.* Cyn.Bald.Alber.
& alij.*in l.non epiſtolis, C.de probation.*Felin.*in cap.*
per tuas, colum.vlt.verſ.tertium eſt exemplum, n.17
eod.tit. Menoch. *de arbitr. caſ.89. num.69.* Surd.
*conſ.1.num.46.lib.1.*Pariſ.*conſ.50.num.61.lib.2.*Rota
diuerſ. deciſ.238. num. 6. cum ſeq. part.1. & coram
R.P.D. Vbaldo Romana de Iauellis 13. Nouemb.
1613.verſ. accedit ſecundo.

Additur depoſitio teſtium examinatorum pro Hor-
tenſia ſtatim poſt mortem Fabij patris, qui con-
cludenter probant poſſeſſionem filiationis legi-
timæ ad effectum obtinendi immiſſionem, de qua
agitur, & quamvis dicti teſtes ſint ſummariè exa-
minati, Tamen faciunt magnam præſumptio-
nem, & veritatis adminiculum, maximè quia de-
ponunt veriſimilia, & concordant cum inſtru-
29 mentis ſupra relatis, † cum confeſſionibus pa-
rentum factis de filia, & cum tractatibus, dotatio-
ne, ac aliis, quæ conſtituerunt ipſam filiam in poſ-
ſeſſione filiationis, ita vt omnia iſta ſimul iuncta
pleniſſimè probent huiuſmodi filiationem: Surd.
conſ.1.num.53. & 54. lib.1. poſt Anchar.*conſ.225.n.6*
Alexand. *conſ.88.num.9. lib. 7.* latè Menoch. *de*
arbitr.caſ.89. num.65. vſque ad 69. Pariſ. *conſil.10*
*num.68.lib.2.*Roland.*conſ.22.num.27. & 30.libro 3.*
Adeò vt ad faciendam perfectam probationem fi-
liationis ſufficiant duæ præſumptiones, & conie-
30 cturæ, † quæ ad hunc effectum ſimul iunguntur
non ſolum, quando vnaquæque eſt in ſe perfecta,
prout in caſu noſtro, in quo plures adſunt nedum
duæ, ſed etiam quando ſunt de per ſe imperfectæ,
quaſi tendant ad eumdem finem: Surd. *conſil.1*
numero 54.lib.1. Menoch.*de arbitr. caſ.89. num.65.*
in fin. & num.66. iuxta doctrinam Bart. *in l.admo-*
*nendi, num.48.de iureiurand.*Corn. *conſ.1.col.11. in*
princ. lib.3.

Præſertim, quia ſumus in materia poſſeſſoria, in qua
31 leuiores probationes ſufficiunt † Bart.*in l.1. col.2.*
C.quor.bonor. & in l.2.§.fin.in princip. C.vbi in rem
actio. Aym.*conſ.158.num.2.*Decian. *conſ.56. colum.1*
& conſ. 252. colum. 2. verſ. reſtat. Cephal. *conſ.237*
num. 7. & 8. lib.1. & in propoſito noſtro Roland.
conſil.2. num. 29. lib.3. poſt Gozad.*conſ.12. colum.2*
verſ.quibus tamen non obſtantibus. Alexand. *conſ.58*

num.2. & 3.lib.1. vbi quod Aduocati faciunt duos articulos, vnum de proprietate filiationis, in quo dicunt ipſum eſſe filium, alium de communi poſſeſſione filiationis, ſcilicet, quod pro filio habebatur, reputabatur, & tractabatur, & ſufficit probare articulum quaſi poſſeſſionis ad fundamentum illius intentionis: Alciat.*conſil.625.n.2.* Dec. *conſ.54.n.verſ.in huiuſmodi enim tractatu.* Menoch. *præſumpt.54.n.48.lib.6.* Abb.*conſ.83. num. 22. lib. 1* Petr.*de fideicomm. qu.11.n.484.* Rot. coram Card. Seraphin. *deciſ.1282.*

Probatur etiam talis filiatio ex confeſſione Horatij patrui, qui ſe obligauit inſolidum pro dote promiſſa per Fabium fratrem ad fauorem Pompeij mariti Hortenſiæ filiæ legitimæ, & naturalis eiuſ-
32 dem Fabij, † quemadmodum etiam Vincentius alter frater Fabij, & pater aduerſariarum promiſit ſoluere, provt ſoluit, annuum cenſum marito eiuſdem Hortenſiæ, agnoſcendo eam tamquam ſuam neptem, quod facit, vt iſtis nominationibus, & agnitionibus magis ſit conſtituta Hortenſia in poſſeſſione filiationis non ſolùm contra patrem, ſed etiam contra iſtos patruos, qui eam vt filiam legitimam Fabij fratris agnouerunt Alexand.*conſil.25.num.12.lib.4.* Menoch.*præſump.53.numero 22.cum ſeq.lib.6.& de arbitr. caſ.89. numero 72.* Cardin. Palæott.*de noth. & ſpur.cap.22. in fin.*

Et cum prædicta noceant ipſi Vincentio patri ad-
33 uerſariarum, magis præiudicabunt eis † tamquam habentibus cauſam à defuncto maximè in materia filiationis, & agnitionis: Socin.*conſ.13.num.4 in fin.lib.3.& conſ.11.col.1. in fin.eod. lib.* Aym.*conſ. 29.num.1.* Aret.*conſ.112.conſideratis.ad fin.verſ.de ſucceſſore.*

Et licèt prætendatur ex aduerſo radicem eſſe infectam, ideò non poſſe deueniri ad aliquam immiſ-
34 ſionem, † Tamen iſta non procedunt, quando poſt talem maculam adeſt legitimatio, vel quando pro legitimato adſunt præſumptiones, quæ transferunt onus probandi in aduerſarium, tunc enim ad hoc, vt talis filius poſſit conſequi hæreditatem paternam, huiuſmodi coniecturæ ſufficiunt, & non incumbit ei probatio, quod ſit filius legitimus, ſed illa rejicitur in negantem, ita in ſpecie Menoch.*de adipiſcenſ.remed.3. numero 265.* poſt Socin.*conſ.39.in princip. num.1.& 2. lib.1.* vbi quod iſta eſt communis opinio, quam tenent Abb. Butr. Cardin. & alij *in cap. peruenit, qui fil. ſint legitim.*

Et numquam daretur poſſeſſio legitimato, ſi atten-
35 deremus radicem infectam, † cum ſemper inſpecta origine adſit macula in talibus perſonis, quæ tamen eſt ſublata per legitimationem, quidquid aliud ſit per diſpenſationem: Caſtr. *in l. ſed ſi hac §. patronum,* vbi Iaſ.*n.6. ff.de in ius vocand.* Gozad. *conſ.6.num.61.* Bero. *conſ.175. n.14. lib.2.* Lup. *de illegit.comment.3.§.1.n.45. & 46.*

Vnde ſtatim, quod coniuges fatentur, provt in caſu noſtro, ſe inſimul matrimonium contraxiſſe,
36 tales confeſſiones, † & nominationes faciunt, vt præſumatur probatum matrimonium ad fauorem filiorum, qui ſunt legitimati ex tali matrimonio, Contraria autem procedunt, quando adeſſet concurſus alterius matrimonij, vel quando ageretur de validitate matrimonij inter coniuges contracto, tunc enim ſimiles confeſſiones coniugum non probarent matrimonium, ſecus reſpectu legitimationis filiorum, quo caſu ob fauorem taſis legitimationis dicitur probatum matrimonium ad effectum ſuccedendi. F[illegible]in. qui ita diſtinguit *in cap.illud.9.n.21.& 13.de præſumpt.* quem ſequitur Mohed.*deciſ.181.in fin.qui ſil. ſint legitim. fol.659.* vbi quod ita debet intelligi Alexand. *conſ. 150.col.4.ad med.num. 10. & 11.lib.5.* cum aliis qui contrarium tenent, vt Innoc. Hoſt. & Imol.*in cap.*
37 *ex parte, in. de reſtit. ſpoliat.* † Quamvis etiam prædicta non procederent ſtante factò, de antiquo, & non de recenti, provt ita declarat Idem Alex. *conſ.130.num.10.& 11.* & ibi Natt.*in addit. in verb. pro coniuge. lib.1.*

Et vltra Felin. & Mohed. ita concludunt omnes *in l. neque profeſſio. C.de teſtament.* Pariſ.*conſ.13.num.25 & 26.lib.2.* Cephal.*conſ.435. numero 74.lib.3.* Boer. *dec.240.n.15. & 16.* Card. Seraph.*dec.1000.num.14* latè Dec.*conſ.133.viſo proceſſu & ſententia, colum.2* cum aliis per Rot. *dec.41.num.4.ad med.part.2.in*
38 *recentior.* † vbi in ſpecie conſiderantur omnia, quæ in caſu noſtro concurrunt; Abb.*in cap.ſuper eo.col.2.verſ.ſecundo caſu. de eo qui cognou.conſang. vxor.ſuæ & in c.2.& in 2.notab. de ſponſalib.* Hoſt. *in ſumm.eod.tit.§. qualiter contrahatur. verſ. ſed ſi ambo confitentur.* Aym.*conſ.166.n.12.* Ferret.*conſ.353*
39 *num.11.* † Cum enim matrimonium ſolo conſenſu contrahatur, *l. nuptias, ff. de regul.iur. cap.ſufficit. 27. qu. 2.* talis confeſſio præiudicabit parentibus,
40 & ſtabitur eorum confeſſioni. † Bart.*in l. forte, ff.de Caſtr.pecul.* & in propoſito notat Dec.*d.conſ. 133.num.1. ad med.* Pariſ.*conſ.13.n.27. lib.2.* Ferret. *d.conſ.353.num.11.*

Neque eſt vera concluſio ex aduerſo firmata, quod parentes non poſſint conſtituere filium in quaſi
41 poſſeſſione legitimitatis, † cum illorum aſſertioni non credatur, & ideò ſit probanda veritas matrimonij, Quia ſi matrimonium probaretur abſque vlla controuerſia, & dubietate, tunc non eſſet ambigendum de legitimitate, quare etiam quando de illo poteſt aliqualiter dubitari, dicendum eſt, quod quaſi poſſeſſio legitimitatis ſit inducta, & conſtituta ad fauorem filij, quemadmodum etiam poſſeſſio filiationis, provt reprobato Ruin. & aliis ſequacibus de veriori opinione teſtatur Menoch.*præſumpt.54.num.31.cum ſeq. lib.6* vbi *num.31.* ſubdit ſufficere etiam vnius tantum ex parentibus tractatum, & confeſſionem, & denominationem cum ſimilibus: Idem Menoch. *conſil.490.num.12.lib.5.* poſt Iacob. de Beluiſ. *in §. ad hæc verſ.ex hoc.authent. vt liceat matr. & auiæ,* Lucas de Penn.*in l.3.præſumpt.14. C. de apoch. public.lib.10.* Dec. *conſil.54.in cauſa domini, col.2.& 3* & quod iſtæ confeſſiones matrimonij probent legitimitatem ad effectum ſucceſſionis latè Pariſ. *conſ.13.num.15. & 25.lib.2.* poſt Innoc. *in cap. per tuas,* vbi Abb. *n.5.* Præpoſit. *n.16. & 17. qui fil.ſint legitim.* Alex.*conſ.24.col.6.lib.2.* Menoch. *d.conſil. 490.num.13.& 14.*

Neque aduerſatur, quoſt iſti actus ſint enunciatiui, & narratiui geſtorum de præterito, Quia in facto
42 hoc non verificatur, † cum principaliter ita fuerint facta, & propter ſe, non autem incidenter, ideò benè probant: Menoch.*præſumpt.54.num.36 lib.6.*

Nec ſubſiſtit, quod matrimonium non fuerit legitimè contractum, iuxta formam concilij cum aliis, quæ contra illud opponuntur, Quia omnia
43 iſta concernunt petitorium, † vt dictum eſt *ſupr. numero 18.* Cum etiam ſolus curſus temporis quadraginta annorum ante litem motam ſufficeret

ad

ad præſumendam illius ſanationem, & diſpenſa-
tionem quatenus aliquis defectus in eo interue-
niſſet, quod negatur: Imol. *in c. peruenit. num.* 10. *de
empt. & vendit.* Alex. *in l. ſciendum, num.* 19. *de ver-
bor. obligat. & conſil.* 17. *nu.* 8. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 638. *n.*
5. Socin. *conſil.* 46. *n.* 37. *lib.* 4. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.*
6. *num.* 10. *&* 11. *qui fil. ſint legitim.* vbi etiam quod
in hac materia probandæ filiationis legitimæ ſuf-
ficiet tempus viginti annorum, quod dicetur an-
tiquum: Ferret. *conſ.* 48. *num.* 3. Barbat. *conſ.* 68. *col.* 3.
verſic. item nec etiam, lib. 4.

Nec oberunt teſtes ſuper nullitate matrimonij, Quia
44 concernunt cauſam petitorij, † & ſunt exami-
nati poſt deciſionem ſine præiudicio poſſeſſorij,
provt etiam articuli fuerunt admiſſi ſine præiu-
dicio eiuſdem poſſeſſorij, cum etiam nihil pro-
bent ob contrarietates adductas in facto, vltra
quod ſunt viles, ſuſpecti, & inimici marito Hor-
tenſiæ, cum tamen debeant eſſe perſonæ legales,
& omni exceptione maiores tanquam deponant
contra matrimonium, *c.* 1. *ad med. de conſanguinit.
& affinitat.* Couar. *de ſponſalib.* 2. *p. c.* 8. *numero* 7. *&*
8. Hoſt. & Felin. *in c. ſuper eo. de teſtibus.* Abb. *in c.
cum Ioannes, nume.* 44. *de fid. inſtrum.* Aret. *conſ.* 82.
colum. 2.

Provt non eſt admittenda iterata oppoſitio, quod
probatio iſta præſumptiua filiationis non ſuffi-
45 ciat, † ſed requiratur plena, quæ ſemper eſt fa-
cienda in quocumque iudicio quantumcunque
ſummario: Petr. *de fideicommiſſ. qu.* 11. *nu.* 477. Maſ-
car. *concluſ.* 799. *num.* 17. Grat. *conſil. vlt. nu.* 39. *lib.* 1.
Natt. *conſ.* 421. *n.* 1. Quia prædicti doctores, & alij,
qui allegantur debent intelligi de termino legi-
46 timitatis ſtandi in iudicio, † non autem de legiti-
mitate, quæ prouenit à matrimonio, provt in ſpe-
cie reſpondet Menoch. *præſumpt.* 56. *numero* 48. *&*
49. *lib.* 6. vbi quod æquiuocarunt in hoc nomine
legitimitatis, nam quo ad eam, quæ requiritur in
iudicio clarum eſt, quod plenè eſt probanda: Idem
Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numero* 275.
47 ¶ † Cum etiam Natt. *d. conſ.* 421. *num.* 1. non impu-
gnet filium ſubleuari ex quaſi poſſeſſione ab one-
re probandi, ſed quod tenetur probare ſe filium
legitimum, ſi conueniatur ab agnatis, qui negent
extare matrimonium, non autem hoc onus ſuſti-
nent agnati, ſed quomodo id probandum ſit ple-
nè, vel leuioribus probationibus non diſputat.
48 ¶ Quinimmo Natt. *conſ.* 473. *num.* 14. admittit poſ-
ſeſſionem legitimitatis probari ex tractatu paren-
tum, & meritò, quia poſſunt quidem dare ſtatum,
& apparentiam legitimitatis concurrente vehe-
menti coniectura præſumpti matrimonij, per
quam ſubleuentur filij ab onere probandi, ſed
non veritatem ſtatus, cum hoc non ſit in poteſta-
te coniugum, ſed pendeat à veritate matrimonij,
cuius plena probatio videtur deſiderari ſolum,
quando agitur de fœdere matrimonij, aut de ſuc-
cedendo alteri, à quo ſimilem tractatum filius non
habeat, & ita etiam diſtinguendo reſoluit Rot.
coram Cardinal. Sacrato Parmen. ſtatus, 28. Mar-
tij, 1618.

Ex quibus poſt plures propoſitiones concluſum
fuit concedendam eſſe immiſſionem Hortenſiæ,
vt in deciſione in hujuſmodi cauſa Romana hæ-
reditatis de Fuſchis coram R. P. D. Pirouano. 21.
Iunij 1619. & cum pars aduerſa non acquieſceret,
iterum fuit mandatum illam audiri, an eſſet re-
cedendum à deciſis, & quidem negatiuè eſt reſol-
uendum, quia nihil noui adducitur, & ſemper
eadem obiiciuntur, quibus fuit planè ſatisfactum,
49 † maxime circa illam concluſionem, quæ ſupra
fuit firmata tanquam magis vera, & recepta, quid-
quid iterum exaduerſo negetur, quod videlicet
nominatio, tractatus, & reputatio parentum erga
filios velut de filiis legitimis, & naturalibus ſuffi-
ciunt quo ad ipſorum præiudicium ad conſti-
tuendum illos in quaſi poſſeſſione legitimitatis,
cum iſtæ ſint coniecturæ, & præſumptiones à le-
ge approbatæ, & efficaces, quando eſt ſola con-
tentio legitimitatis ad probandum matrimonium
præſumptum, quod nihil differt à vero quo ad hu-
juſmodi effectum probandi legitimitatem, nam
pro legitimanda prole ſufficit colorata opinio ex
quaſi poſſeſſione maritali: Bald. *in auth. ſi quis. Cod.
de naturalib. liber.* Salic. *in l. non nudis, numero* 6.
Cod. de probation. Butr. *in c.* 2. *in* 5. *notab. & in c. ex
tenore, in* 6. *notab. qui fil. ſint legit.* Dec. *conſil.* 152. *in
effectu quæritur. numero* 2. Menoch. *conſil.* 490. *nu-
mero* 3. *cum ſeq. lib.* 5. Pariſ. *conſil.* 13. *numero* 23. *libro*
50 2. Curt. Iun. *conſil.* 52. *numero* 3. ¶ † Quare etiam
ſtatim, quod pater nominat filium, & cum inſti-
tuit in teſtamento, dicitur illum reddidiſſe legiti-
mum, cum inde ſumatur præſumptio iuris, & de
iure, quod ipſe contraxerit matrimonium cum
matre ejuſdem filij, ita vt quoque ſi pater inſtitue-
ret hæredem filium naturalem illum dicatur legi-
timaſſe: Menoch. *d. conſ.* 490. *num.* 14. *lib.* 5. poſt In-
noc. *in c. per tuas*, vbi Abb. *num.* 5. & Præpoſ. *nume.*
16. *&* 17. *qui fil. ſint legitim.* Bald. *in* §. *ad hæc. auth. vt
lic. matr. & auiæ.*

Nec debet attendi, quod denuo obiicitur nos eſſe
in coitu illegitimo, ita vt ad probandum aboli-
tionem maculæ ſint deducendi modi, & beneficia
à iure tradita per oblationem curiæ, vel per reſ-
criptum Principum, vel per ſubſequens matrimo-
51 nium, † quaſi color, & apparentia legitimitatis
non poſſit dari in filio, quem conſtat eſſe natura-
lem, & natum ex illegitimo complexu. Quia vltra
reſponſiones ſupra adductas, dicimus nos eſſe in
caſu legitimitatis, quæ fuit probata ex matrimo-
nio præſumpto per actus nominationis, tracta-
tus, educationis, dotationis, reputationis, & ſimi-
lium, in quorum poſſeſſione filius exiſtit, & per
eos firmatur præſumptio matrimonij, vt dictum
eſt *ſupr. numero* 49. *&* 50. Burſatt. *conſil.* 384. *numero*
52 10. *cum ſeq.* ¶ Quod etiam confirmatur † ex §. *ad
hoc autem, auth. vt lic. matr. & aui.* vbi liberi nati
ex muliere libera, cum qua nuptiæ poterant eſſe,
ſi à patre fuerint nominati filij non adiecto hoc
verbo naturales, efficiuntur legitimi, & matrimo-
nium demonſtratur interceſſiſſe inter patrem ta-
lia verba proferentem, & mulierem, ex qua nati
ſunt, ita vt ſi pater vni ex filiis eadem verba dixe-
rit, proſit omnibus qui ex tali matre orti ſunt, Vn-
de multo magis in caſu noſtro, in quo Fabius pa-
ter vocauit in pluribus inſtrumentis, & præſertim
dotalibus Hortenſiam non ſimpliciter filiam, ſed
53 filiam legitimam, & naturalem, † Contraria au-
tem procedunt, quando ex ore parentum conſtat
de illegitimitate filiorum, vt quia vocaſſent eos
naturales, tunc enim lex dicitur certa de illegiti-
mitate, ideo illa non præſumitur, niſi probetur:
auth. ſi quis liberos. Codice de naturalibus liber.
Præpoſit. *in cap. per tuas. numero* 15. *poſt princ. qui
fil. ſint legitimi.* Quod non eſt in caſu noſtro,
in quo parentes in dotalibus inſtrumentis præ-
ſupponunt ſecutum eſſe matrimonium per
54 verba de præſenti, † vnde multò magis

lex debet coadiuuare teſtimonium patris præſumendo ex nominatione, quod duxerit in vxorem matrem ſuæ filiæ: Menoch. *conſ.* 490. *num.* 14. *lib.* 5. cum aliis adductis *ſupr. nu.* 49. & 50. Et ita ex prædictis iterum fuit deciſum dandam eſſe immiſſionem Hortenſiæ die 13. Ianuarij 1620. confirmando deciſionem in hac cauſa factam die 21. Iunij 1619.

35 vbi etiam additur non obſtare, † quod non ſufficiat Hortenſiæ ſola quaſi poſſeſſio per tractatum, & actus proportionatos, tanquam illa nitatur ſtatuto, & qualitate ſui hæredis, quæ aliunde probari non poteſt, quam per matrimonium, *leg. item in poteſtate, Dig. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Quia omiſſa tali controuerſia an huiuſmodi poſſeſſorium intentatum ex ſtatuto Vrbis *c.* 147. *libro* 1. ſit merum, vel mixtum, reſpondetur non prætendi, per Hortenſiam immiſſionem vigore ſtatuti de continuanda poſſeſſione, ſed ex interdicto quorum bonorum, & iudicis officio, vbi non cadit talis diſceptatio: Gloſſ. & Barrol. *in l.* 1. *ff. quor. bonor.* cum aliis adductis *ſupr. num.* 8. & 9.

EPITOME.

Laudum quando habeat vim pacti, & tranſactionis, ac rei iudicatæ. ¶ Conceſſio piſcandi tempore, quo lacus fuerit affictatus an habeat locum, ſi piſces vendantur. ¶ Beneplacitum quando denotet liberam facultatem abſque alicuius impedimento ¶ Venditio an ſit dicenda, vel potius locatio, ſi vendatur commoditas percipiendi fructus, quamvis etiam vnica penſio ſit conſtituta pro anno. ¶ Conceſſa facultate piſcandi an ſit permiſſus vſus retium, ita vt ſi dicantur eſſe perniciosa, probatio incumbat alleganti illa eſſe talia. ¶ Probatio ab euentu quando concludat. ¶ In ſuo quo caſu permiſſum ſit facere, quod ſibi prodeſt. ¶ Contractus quomodo ſit declarandus, vt excludatur damnum contrahentium. ¶ Locatio, & venditio quando ſint ſimiles contractus. ¶ Limitatio ad actum locationis an dicatur facta reſtrictiuè, ſeu exemplariter, ſi reſultat idem effectus ex venditione. ¶ Locare locum pro certa mercede an idem ſit, quod vendere piſces pro pretio conuento. ¶ Seruitutes an poſſint diuidi per temporum interualla.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes pactionibus acquiruntur, quæ ſunt ſeruandæ ſicut ſententia, num.* 36.
2 *Laudum habet vim pacti, & tranſactionis poſt illius emologationem, num.* 35. & 37. *Et vim rei iudicatæ. num.* 34.
3 *Seruitus non expirat quamvis ſit conſtituta in re feudali domino delata.*
4 *Permiſſum eſt vnicuique facere in ſuo, quod ſibi prodeſt, licet alteri noceat, dummodo non obſit ſeruituti alteri debitæ, num.* 5.
6 *Conceſſio piſcandi quando lacus fuerit affictatus, an habeat locum, ſi piſces vendantur.*
7 *Limitatio ad actum locationis non dicitur facta reſtrictiuè, quando reſultat idem effectus ex venditione. Etiam in diſpoſitione ſtricti iuris, & odioſa. num.* 8. 9. & 10.
11 *Diſpoſitio ampliatur, & reſtringitur, provt æquitas ſuggerit.*
12 *Contractus debet declarari, vt excludatur damnum contrahentium. Idem in ſententia. n.* 14.
13 *Interpretatio reiicitur, quæ cadit in arbitrio vnius ex contrahentibus in detrimentum alterius.*
15 *Beneplacitum an denotet liberam facultatem abſque alicuius impedimento, n.* 16. 17. & 18. & 19.
20 *Inimicitia facit, vt innouatio cenſeatur facta animo damnificandi inimicum.*
21 *Ratio vnica habetur pro expreſſa.*
22 *Ratio veriſimilis dicitur potentior aliis ad eliciendam mentem diſponentis.*
23 *Mens contrahentium attenditur omiſſis verbis, tanquam ſit anima, verba autem corpus.*
24 *Locatio, & venditio ſunt contractus ſimiles.*
25 *Locare lacum pro certa mercede nihil aliud eſt, niſi vendere piſces pro pretio conuento.*
26 *Locatio in dubio præſumitur.*
27 *Commoditas percipiendi fructus, ſi vendatur non dicitur venditio, ſed locatio, quamvis etiam vnica penſio ſit conſtituta pro anno.*
28 *Interpretatio, per quam reſultat æquitas, debet attendi.*
29 *Actus non eſt reddendus eluſorius, & illum interpretari debemus, vt excludatur fraus, ita vt ſatis ſit illam poſſe contingere, num.* 30.
31 *Poteſtas reſtricta ad vnum tempus cenſetur denegata extra illud.*
32 *Verbum* poſſit, *iuncta negatiua, inducit omnem neceſſitatem, & tollit quamcumque potentiam, & plus negat, quàm affirmatiua affirmet, & facit, vt diſpoſitio remaneat irrita.*
33 *Seruitutes poſſunt diuidi per interualla temporum.*
38 *Conceſſa facultate piſcandi cenſetur etiam permiſſus vſus retium, niſi illa probentur perniciosa, numero* 44.
39 *Teſtis deponens de facto proprio facit fidem.*
40 *Teſtis non reddens rationem, & cauſam ſui dicti non probat, & non dicitur deponere tanquam homo, num.* 41.
42 *Retia quæ ponuntur in certa parte lacus, vt ibi fixa permaneant non poſſunt capere piſces, niſi eos, qui illa ingrediuntur, non autem oua piſcium, quæ ſunt inanimata, & immobilia.*
43 *Probatio ab euentu optimè concludit. n.* 45.

CAPVT DCCLV.

FVit conſtituta ſeruitus ad fauorem hominum, & Communitatis caſtri Cinthiani ex laudo, de quo agimus, piſcandi in lacu in eorum territorio exiſtente, quamvis illius dominium dicatur ſpe-
1 ctare aduerſariis, † cum ſimiles ſeruitutes pactionibus acquirantur, §. *ſi quis velit.* vbi Gloſſ. *in verb. pactionibus inſtit. de ſeruitut. prædior.* Azo. *in ſumm. C. de ſeruitut. & aqua. num.* 25. Vnde etiam ex lau-
2 do, † tanquam illud habeat vim pacti, & tranſactionis poſt illius emologationem, vt notat Surd. *conſil.* 447. *num.* 13. & 14. *lib.* 3. Ita vt neque hoc caſu talis ſeruitus expiret, quamvis eſſet conſtituta in
3 re feudali domino delata: † Præpoſ. *in c. ſi vaſallus, verſ. quæro ab extra. ſi de feud. defunct. contr ou. fuer.* cum aliis per Roſental. *de feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concluſ.* 11. *num.* 10. *fol.* 492. *par.* 2.

Qua ſeruitute ſtante, non poſſunt aduerſarij impedire hoc ius piſcandi in præiudicium eorum, qui illud habent, nec aliquid minimum facere, per
4 quod damnum fiat dictæ conceſſioni, † Quamvis enim vnicuique liceat in ſuo facere quod ſibi prodeſt, licet alij noceat, *l.* 2. §. *penultim. D. de aqua*
5 *pluu. arcend.* Tamen non habet locum, † quando faciendo noceret ſeruituti alteri debitæ. Surd. *conſ.* 447. *num.* 23. *lib.* 3. poſt Doctor. *in l. domum, ff. de regul. iur. & in l. fluminum, ff. de damn. infect.* Bero. *conſil.* 139. *num.* 24. *lib.* 3. Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 6. *num.* 113.

Neque

Neque obſtat, quod ſeruitus piſcandi ſit limitata
tempore, quo lacus fuerit affictatus, vnde cum mo-
6 do vendantur piſces, † non erit locus piſcationi,
tamquam actus ſit limitatus, *l. cancellauerat. ff. de*
his quæ in teſtam. delent. Tiraqu. *ceſſant. cauſ. part.* 1
n. 142. Quia cum reſultet idem effectus ex venditio-
7 ne, qui ex locatione, † talis limitatio non dicitur
facta reſtrictiuè, ſed exemplariter: Alex. *conſ.* 74
num. 4. *lib.* 3. *per l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iudic.*
Bald. *in l. de quibus. col.* 12. *verſ. item nota. ff. de legib.*
Tiraq. *ceſſant. cauſ. par.* 1. *n.* 152. *ad med. & in l. ſi vn-*
quam. in verb. libertis, n. 45. *C. de reuocand. donation.*
8 † vbi etiam ampliat ad diſpoſitiones ſtricti iuris:
Iaſ. *in l. à titio. in princ. col. vlt. ff. de verb. oblig. &*
conſ. 63. *col.* 4. *verſ. ſecundo principaliter. lib.* 3. Et in
omnibus diſpoſitionibus etiam odioſis hoc pro-
9 cedere dicit Idem Tiraq. qui multos adducit *d.*
tract. ceſſante cauſa p. 1. *n.* 155. & 159. quaſi tūc hęc in-
10 terpretatio ſit intenſiua, & intellectiua, † non ex-
tenſiua: Abb. *in c.* 1. *colum.* 3. *verſ. nota ibi intentione,*
de iurand. calumn. & in c. vlt. 2. *de reſcript.* Domin.
in cap. ſi ciuitas, §. 1. *in princ. de ſent. excomm. in* 6.

Quod autem idem effectus reſultet ex venditione,
provt ex locatione apparet, quia ex vtraque diſ-
poſitione ijdem redditus perueniunt ad manus
aduerſarij, Vnde eodem modo ſeruitus piſcandi
intelligetur conceſſa tam in vno, quam in alio
caſu, præſertim ad excludendum damnum Com-
11 munitatis, cui debetur ſeruitus, † cum pro damni
excluſione diſpoſitio amplietur, ſeu reſtringatur,
provt æquitas ſuadet: Felin. *in c. ſi quando col.* 8.
ante fin. n. 11. *de reſcrip.* poſt Imol. *in l. ſi vero, §. de*
viro, ff. ſolut. matr. & in l. vbi pure, ff. ad trebellian.
Corn. *conſ.* 193. *colum.* 1. *ad med. lib.* 1. cum aliis per
Tiraq. *ceſſant. cauſ. part.* 1. *num.* 145.

Et ita etiam contractus debemus interpretari, pro-
vt omnes alias diſpoſitiones ſtricti iuris, vt ſem-
12 per † excludatur damnum vnius ex contrahenti-
bus, quamvis etiam verba viderentur repugnare,
& improprietatem inducere, Aym. *conſ.* 145. *nu.* 6.
Menoch. *conſ.* 55. *n.* 23. cum aliis per Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. *tit.* 4. *num.* 81. & 83
13 † vbi etiam, quod reiicitur interpretatio, quæ ca-
dit in arbitrio vnius ex contrahentibus in de-
trimentum alterius, tamquam hoc æquitas non
patiatur: Caſtr. *conſ.* 205. *in lib.* 1. Aym. *conſ.* 245.
numero 9.

Provt etiam ita erit declaranda ſententia Iudicis,
ſeu laudum, quod ſemper debemus interpretari
vt non referatur ad intellectum, ex quo poſſet re-
14 ſultare † aliquod damnum, ſeu iniuſtitia, vt nota-
tur *in l. miles, §. decem. ff. de re iudic.* Socin. *conſ.* 134
col. 3. *lib.* 1. Felin. *in c. ſignificauerunt. col.* 7. *num.* 7. *de*
except. Aldobrand. *conſ.* 139. *num.* 12. *lib.* 2.

Neque obſtat, quod aduerſarij habeant facultatem
15 diſponendi de lacu ad ſui beneplacitum, † quod
denotat liberam voluntatem abſque alicuius im-
pedimento: Guid. Pap. *deciſ.* 475. *poſt med.* Quia
eius opinio non eſt approbata, cum verius ſit,
quod iſta verba non importent hanc liberam vo-
16 luntatem, nam potius † referuntur ad arbitrium
boni viri, ob illam rationem, quia verbum placi-
tum ſignificat, vt quis debeat facere tamquam
bonus vir, *l. Thais, §. ſororem, ff. de fideicomm. liber-*
17 *tat.* † ergo magis, vbi additur aduerbium benè:
Abb. qui ita declarat *in cap. verum,* 7. *num.* 9. *verſ.*
nota. vltimo, de for. compet. quem ſequitur Felin.
in cap. 1. *num.* 31. *ante fin. colum.* 24. *in fin. de conſtitut.*
Bald. *in l.* 3. *§. ſed & ſi quis, num.* 3. *Cod. commun. de*
18 *legat.* † vbi quod ſi ita non intelligeretur, non poſ-
ſet dici fieri bene: Georg. Natt. qui dicit multum
notandum *in clem. ſæpe, §. non ſic tamen numero* 69
de verb. ſignificat. tom. 6. *fol.* 14. & ita in iſtis verbis
19 ſeruandum eſſe, † non habita in ratione propriæ
voluntatis dicit Rebuff. *in l. liberti appellatione,*
173. *ante fin. verſ. & in dubio. ff. de verb. ſignific.* poſt
Maſuer. *in prax. tit. de obligation. §. item ſi offenſor.*
Alex. *in l. ſi ſic. num.* 14. *ff. de legat.* 1.

Non erit igitur in poteſtate habentis beneplacitum
facere quidquid voluerit, relinquendo obſer-
uantiam antiquam locandi, & nouum modum
excogitando, vt excludat ſeruitutem piſcandi per
alios legitimè acquiſitam, cum hoc eis non de-
beat permitti in alterius præiudicium, immo
erunt cogendi locare, maximè ſtante inimicitia
20 capitali, de in facto, † cuius ratione magis præ-
ſumitur, quod iſta innouatio fiat animo damnifi-
candi inimicum, *cap. repellantur de accuſat. l.* 1. *§.*
præterea, ff. de quæſtionibus, l. inimicitia, ff. de his
quib. vt indign. Surd. *conſil.* 382. *numero* 59. *cum ſeq.*
libro 3.

Quibus additur, quod mens arbitratoris videtur
illa fuiſſe, vt homines Cinthiani vterentur fa-
cultate piſcandi, quando Domini lacus ex eo
percipiebant fructus, provt è contrario, ſi iidem
domini fructus non perciperent, vt quia vellent
numerum piſcium augeri, vel ob ſimilem cau-
ſam, tunc neque permitteretur piſcatio eiſdem
hominibus Cinthiani, vnde quamvis in laudo
fuerit facta mentio affictus, ex quo fructus per-
cipiebantur per dominum lacus, tamen eadem
ratio militabat in venditione piſcium, per quam
etiam domini percipiebant fructus, itavt ſtante
eadem ratione, idem ius ſit ſtatuendum in vtro-
21 que caſu, † maximè quia talis ratio videtur eſſe
vnica, quæ tunc habetur pro expreſſa Gloſ. &
Bald. *in l. quamvis, num.* 1. *Cod. de fideicommiſſ. & in*
l. his ſolis. Cod. de reuocand. donation. Becc. *conſ.* 62
num. 10. Crot. *conſ.* 18. *num.* 2. Aym. *de antiq. tempor.*
part. 4. *in princ. num.* 83. Rip. *in l. ſi conſtante, num.* 65
22 *ff. ſolut. matrim.* Surd. *conſ.* 240. *n.* 14. *lib.* 2. † Præ-
ſertim, quia etiam ratio eſt veriſimilis ſecundum
mentem arbitratoris, quo caſu dicitur potentior
aliis ad eliciendum ſenſum diſponentis: Bart. *in*
l. veteribus, num. 5. *Cod. de pact.* Tiraq. *in l. ſi vn-*
quam, in præfat. num. 37. *cum ſeq. Cod. de reuocand.*
donat. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.*
lib. 3. *tit.* 1. *num.* 12. Itavt in quacumque diſpoſitio-
23 ne † ſit potius attendenda mens, omiſſis verbis,
tamquam mens ſit veluti anima, verba autem
tamquam corpus: Bald. *l. ſi quis ſeruo. C. de furt.*
Dec. *in c. ſecundo requiris, de appellation.* Decian.
conſ. 15. *num.* 14. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 550. *num.* 12. *lib.* 4.
Tiraq. *in l. ſi vnquam in verb. libertis, num.* 46. 48
& 60. *C. de reuocand. donationib.*

Cum etiam locatio, & venditio ſint contractus val-
24 de ſimiles, † & eiſdem regulis conſiſtant, *l.* 2. *ff.*
locat. l. 1. *Cod. eod. tit.* Gomez. *var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 3
in princ. Surd. *conſ.* 150. *num* 128. *lib.* 1. & locare la-
25 cum pro certa mercede nihil aliud eſt in effectu, †
niſi vendere piſces pro pretio conuento: Surd.
conſil. 155. *num.* 2. *lib.* 2. poſt Bald. *in l. eadem. n.* 7. *C. lo-*
cat. Non obſtante, quod partes vſi fuerint verbo
26 venditionis, † quia nihilominus eſt locatio, pro-
vt etiam in dubio præſumitur: Gloſ. *in l.* 2. *C. de*
iur. emphyt. Surd. *deciſ.* 326. *n.* 10. *cum ſeq.* vbi etiam
quod ſi alicui concedatur, & vendatur commo-
ditas percipiendi fructus, ſeu redditus vectiga-

27 lis erit locatio, non venditio, † Quamvis etiam
vnica penſio ſit conſtituta pro anno: Rip. de priui-
leg. contract. cauſ. peſt. num. 56. Boer. dec. 249. num. 11
verſ. tertius caſus. Menoch. præſumpt. 104. num. 6
lib. 3. & conſ. 27. n. 42. Boſſ. de remiſſ. merced. publi-
cam. n. 5. in princ. Vnde ſicut in caſu locationis fuit
data per arbitrum licentia piſcandi, ita etiam erit
in caſu venditionis, quæ eſt ſimilis locationi, ve-
28 rius locatio, † cum etiam ex tali interpretatione
reſultet æquitas, quæ debet attendi, c. paratus, 23
q. 1. Aym. conſ. 259. num. 8. Surd. conſil. 383. n. 22. Ne
alias laudum reddatur eluſorium, cum ſemper
29 † poſſet fraudari, l. ſi idem. 11. §. quod ſi mutuæ ſint
actiones. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. in poteſtate. 31. & l.
ſi quis rem. 35. ff. de arbitr. l. 2. in princ. ff. de eo quod
cert. loc. l. 2. §. ſed ſi agant. de iudic. l. in vendentis. C.
de contrah. empt. Albenſ. conſ. 494. num. 11. & 12. lib. 3
30 † vbi etiam quod ſatis eſt, vt hoc poſſit continge-
re, l. 1. in fin. ff. de minorib.

Ex quibus ita fuit concluſum ad fauorem hominum
Cinthiani in huiuſmodi cauſa Albanen. lacus die
Sabbati. 26. Nouembris 1616. vbi etiam fuit addi-
tum, quod extra tempus locationis, & venditio-
nis nulla facultas poterat competere piſcandi in
eodem lacu dictis hominibus Cinthiani in præiu-
31 dicium dominorum eiuſdem lacus, † tamquam
talis poteſtas fuerit reſtricta ad dictum tempus,
vnde extra illud dicitur denegata, l. ſi vnus. 28. §. ſi
cum reo. ff. de pact. Surd. dec. 203. num. 3. Tiraq. de
retract. conuention. §. 1. gloſ. 2. num. 46. vſque ad 48
Bald. Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſi ita quis, ff. de vulg.
& pupillar. Anch. conſil. 331. col. 2. Caſtr. conſil. 256
videtur manifeſte col. 1. lib. 2. Socin. conſil. 19. pro de-
32 ciſione. col. 2. † ſtante præſertim clauſula prohibi-
tiua, quod non exiſtente affictu non poſſint piſca-
ri, quod verbum, iuncta negatiua, inducit omnem
neceſſitatem, & tollit quamcumque potentiam:
Curt. Sen. conſ. 73. ſuper memorata colum. 27. in fin.
verſ. ſeptimo principaliter. num. 30. iuxta Glo. quam
dicit notabilem in c. 1. de re iudic. in 6. Quamvis de
hoc nihil dicat, quod tamen prius voluit Bart. in
l. gallus, in princ. ff. de liber. & poſt. & in l. fin. ff. de
ferijs. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſorib. Bald. in l. col.
vlt. C. qui admit. tamquam negatiua fortius neget,
quàm affirmatiua affirmet, l. hoc genus. ff. de condit.
& demonſtrat. Aym. conſil. 146. num. 4. & conſ. 294
n. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 30. num. 7. Neuiz.
conſ. 31. n. 2. Ita vt denegata potentia, diſpoſitio re-
maneat irrita: Bald. in l. fin. col. vlt. C. de fideicomm.
& in l. 1. ff. de iniuſt. rup. teſt. Butr. in c. propterea, col. 5
33 de dilationib. Curt. Sen. conſ. 73. num. 30. † Maximè,
quia etiam ſeruitutes poſſunt diuidi per interual-
la temporum. l. 4. §. modum. ff. de ſeruitut. l. ſi ſic con-
ſtituta. & l. ſi is cui. in princ. ff. quemadmod. ſeruit.
amittat. l. ſi diuturnarum. & l. cum conſtet. in princ.
de aqu. quotid. æſti. Cæpol. de ſeruitut. ruſt. prædior.
cap. 4. num. 32. fol. 291.

Seruandum itaque erit huiuſmodi laudum tam in
his, quæ ſunt ad fauorem hominum, & communi-
tatis caſtri Cinthiani, quam in his quæ ſunt in
eorum præiudicium ad fauorem Dominorum
34 præfati caſtri, † cum enim fuerit approbatum, &
obſeruatum ab vtraque parte habet vim rei iudi-
catæ, l. cum antea. C. de arbitr. l. ne in arbitris. C. eod.
tit. Bart. in l. 1. n. 6. ff. de re iudic. Pariſ. conſ. 46. num. 13
35 lib. 1. Et vim tranſactionis Gloſ. in l. 2. C. commun.
vtriuſq. iudic. Socin. conſ. 85. in prin. lib. 1. & conſ. 69
n. 6. lib. 4. Bald. in rubr. extr. de arbitr. Caccialup. de
tranſact. q. 3. num. 8. & 9. Decian. conſ. 44. num. 25
lib. 4. Surd. conſ. 447. n. 8. lib. 3. Rot. coram R. P. D.
Vbaldo Romana executionis laudi, 26. Iunij 1613
36 Maximè † in materia ſeruitutum, in qua ſunt ſer-
uandæ conſtitutiones, & ſententiæ, l. certo generi
ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Cæpoll. eod. tit. cap. 4. n. 47
& 48. Couarr. pract. quæſt. cap. 57. n. 9. Præſertim
cum vtraque partium prædicto laudo conſenſe-
37 rit, † quo caſu dicitur tranſactio, nam ſicut requi-
ritur ſimul ſpontaneus conſenſus in conſtituendo
tranſactionem formalem, ita etiam in approban-
do laudum: Calder. conſil. 80. de re iudic. Abb.
conſ. 92. num. 2. verſ. in caſu vero. lib. 1. Surd. conſ. 313
num. 36. lib. 3.

Et quoniam per dominos eiuſdem lacus prætende-
batur vſum retium, cum quibus piſcabantur ho-
mines Cinthiani, eſſe pernitioſum, ideo illum eſ-
ſe prohibendum, dubitatum fuit an talia eſſent
retia vulgariter nuncupata martanelli, quæ poſ-
ſent licitè prohiberi, & quidem verius eſt quod
non ſit licita talis prohibitio, quia ſtante permiſ-
ſione piſcandi, quæ ex laudo reſultat, cenſetur
38 quoque permiſſus vſus talium retium, † niſi ex
aduerſo probentur illa eſſe pernicioſa, quæ præ-
beant iuſtam cauſam prohibitionis: Hern. & Al-
uarot. in cap. 1. §. nemo retia. de pact. tenend. Iaſ. conſ.
119. col. fin. verſ. non obſtant. ergo lib. 2. Purpur. conſil.
392. num. 6. lib. 1.

Iſta autem probatio non fuit ſufficienter facta, cum
teſtes non adducant rationem, niſi quia ex tali
genere retium capiuntur piſces paruuli, quæ ratio
non concludit, cum huiuſmodi piſcatio non ſit
prohibita, prout conſtat ex depoſitionibus mul-
torum aſſerentium cum dictis retibus eſſe ſolitum
piſcari iam ſunt anni triginta, quibus eſt adhi-
39 benda fides tamquam † deponentibus de facto
proprio Felin. in c. cum cauſam. n. 5. de teſtib. Dec.
conſ. 342. n. 3. Aym. conſ. 70. n. 4. Vrſil. & Affl. dec. 36
num. 15. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 166
Vnde cum teſtes non reddant aliquam bonam
40 rationem, † & cauſam circa eorum dictum nihil
probant. Gloſ. in l. ſolam. Cod. de teſtibus. Bald.
conſil. 219. teſtes, lib. 4. & conſil. 385. ex quadam ſcri-
ptura lib. 5. Abb. conſil. 105. col. 2. lib. 1. Iaſ. in l. fin. col.
41 1. C. de offic. procur. Cæſar. Aym. conſil. 115. n. 9. † vbi
etiam quod tales teſtes non aſſignantes rationem
non dicuntur deponere tamquam homines Bald.
in l. edita. col. 2. C. de edend. Alex. conſil. 150. col. fin.
lib. 6.

Neque poſſunt dici retia pernicioſa, quaſi ex eis ca-
piantur oua piſcium vt exaduerſo prætenditur,
42 † Quia cum iſta retia ponantur in certa parte la-
cus, & ibidem fixa permaneant, non poſſunt ca-
pere niſi piſces, qui eadem retia vltrò ingrediun-
tur, non autem oua piſcium, quæ ſunt inanimata:
Ariſtot. lib. 2. de generat. animal. c. 3. & propterea
tamquam immobilia non officiunt lacui: Purpur.
conſil. 392. num. 5. lib. 1.

Immo ex teſtibus vtriuſque partis fuit probatum
redditus eiuſdem lacus in dies magis augeri, ita
vt hoc non poſſit dici talia retia eſſe pernicioſa,
43 † cum probatio ab euentu optimè concludat
Caſtr. in l. debitor. in princ. ff. de trebellian. Ang. in
prohem. inſtit. §. quorum vtramque viam. poſt Bart.
in l. ſi his qui pro emptore. q. 6. princip. ff. de vſucap.
Bald. in c. 1. qu. 9. quib. mod. feud. amit. & conſ. 36. pro-
ponitur. lib. 2. & in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſt.
Salic. in l. 1. in fin. C. quand. non petent. part. Euerard.
loco argument. 21. ab effectu. num. 1. & 2. Et ita ex
prædictis fuit deciſum non conſtare quod iſta

retia

retia ſint pernicioſa, & propterea non poſſe prohiberi, vt in deciſione coram R. P. D. Veroſpio in huiuſmodi cauſa Albanen. iuriſdictionis ſeu la-
44 cus 16. Iulij 1614. † Cum aliàs ſi conſtaret, quod vſus ſimilium rerum eſſet pernicioſus, concederetur facultas dominis illum prohibere, vt in deciſione in hac eadem cauſa facta coram eodem. 16
45 Decembr. 1613. † De venatione autem, & piſcatione, quando illa poſſit interdici, ſeu permitti, & cum quibus retibus, multa per Doctores *in cap. 1 §. nemo autem retia. de pact. tenend.* Franc. *deciſ.* 158 Roſental. *de feud. c. 5. concluſ. 24. & 25.* Fachin. *lib. 1 controuerſ. cap. 1.* Caſſan. *de catalog. glor. mund. part. 11. conſider. 40.* Tiraq. *de nobilit. 57. n. 150.* Menoch. *de arbitr. caſ. 413.* Et de retibus pernicioſis, & prohibito illarum vſu dicam infra Deo dante *in capite particulari.*

EPITOME.

Cenſus ad vitam quando ſint validi. ¶ Et an ſint contractus innominati. ¶ Et an poſſint emi per mulieres abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Et an ſint ſimiles vſufructui. ¶ Vel iactui retis. ¶ Et an computentur inter immobilia. ¶ Etiam quod ſint ad beneplacitum. ¶ Et quando in eis poſſit conſiderari læſio. ¶ Et attendatur obſeruantia. ¶ Et an poſſint conſtitui in rebus incertis, ac in perſona, & inſolidum pro pluribus, ita vt decedente vno totus cenſus acquiratur ſuperſtiti. ¶ Et an licitè vendantur ei, in quo non adeſt probabilis coniectura vitæ iuxta *l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc.* adeo vt non debeat adeſſe læſio vltra dimidiam. Et an conualidentur, ſi talis emens ſuperuixerit per multos annos. ¶ Vſusfructus in dotem datus an pertineat ad maritum. ¶ Et quo caſu per eum ſint reſtituendi annui redditus dotales. ¶ Timor amiſſionis quando compenſetur cum ſpe lucri, & excludat læſionem. ¶ Donatio reciproca an valeat in tempus mortis collata inter coniuges, vt videlicèt ſuperſtes ſuccedat præmorienti. ¶ Statutum quando declaretur ex obſeruantia etiam non bona & variè ſeruata, ſi fauet iuri communi. ¶ Diſpoſitio *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* an habeat locum in quibuſcumque controuerſiis, in quibus tractatur de vita hominis taxanda. ¶ Pecunia quando poſſit alienari per minores abſque ſolemnitatibus. ¶ Et quid in pecunia magnæ quantitatis. ¶ Redditus annui ad vitam an ſint validi, ſi debeant percipi ex fructibus, & prouentibus tam Fiſci, quam Eccleſiæ, vel priuati. ¶ Et an ſit licita venditio ad vitam redditus iam conſtituti ante contractum, ſeu actionem. ¶ Solemnitates ſtatuti an requirantur in commodato, mutuo, & ſocietatibus officiorum factis per mulieres, & minores. ¶ Reſtitutio in integrum an ſit concedenda in contractu, qui ſe habet ad lucrum, ſeu damnum ob incertitudinem vitæ. ¶ Statutum Vrbis *cap.* 151 *lib.* 1. an habeat locum in quibuſcumque diſpoſitionibus læſiuis. ¶ Et quando caſus mixtus ſub eo compræhendatur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus vitalitij ſunt validi, & iuſtiores alijs, n. 2.*
3 *Mulier an poſſit emere cenſus ad vitam abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis, n. 59.*
4 *Statutum Vrbis* cap. 151. lib. 1. *non habet locum in contractibus non læſiuis.*
5 *Annui redditus ad vitam ſunt ſimiles vſufructui, ita vt illos emens dicatur vſumfructum emiſſe.*
6 *Vſusfructus in dotem datus pertinet ad maritum.*
7 *Maritus an teneatur reſtituere annuos redditus datis in dotem.*
8 *Incertitudo vitæ facit, vt contractus ſit validus, tamquam ſe habeat ad damnum & lucrum, neque in eo datur reſtitutio in integrum, n. 9.*
10 *Timor amiſſionis compenſatur cum ſpe lucri, & excludit læſionem, num. 43. etiam in muliere, & alijs priuilegiatis, n. 44.*
11 *Dubius euentus non reddit contractum læſiuum.*
12 *Cenſus vitalitij aſſimilantur iactui retis.*
13 *Donatio reciproca valet in tempus mortis collata inter coniuges, vt videlicet ſuperſtes ſuccedat præmorienti.*
14 *Cenſus ad vitam dicitur contractus innominatus do vt des.*
15 *Caſus mixtus non comprehenditur ſub ſtatuto.*
16 *Conformitas vnius contractus ad alterum facit, vt dicatur quædam recompenſatio hinc inde debita.*
17 *Redditus ad duodecim pro centum eſt exceſſiuus, & magis vtilis recipienti.*
18 *Mulier contrahens tamquam diligentiſſimus paterfamilias non debet adhibere ſolemnitates ſtatuti.*
19 *Vſusfructus habetur pro re immobili.*
20 *Cenſus vitalitij computantur inter immobilia. Idem ſi ſint ad beneplacitum, nam etiam tunc iudicantur non ſecus ac ſi eſſent perpetui, num. 21.*
22 *Statutum declaratur ex obſeruantia etiam non bona, & variè obſeruata; quando fauet iuri communi, num. 23.*
24 *Mulieres de iure communi validè contrahunt ſine ſolemnitatibus.*
25 *Obſeruantia interpretatiua non indiget præſcriptione.*
26 *Confeſſio ſuperat omnem probationem, & nocet hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus.*
27 *Lex præſumit etiam annorum nouem in eo, qui eſt ætatis quinquaginta duorum, ita vt talis non poſſit dici læſus, ſi emat cenſum ad vitam, quamvis ſtatim obierit, & num. 28.*
29 *Diſpoſitio* l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. *habet locum in quibuſcumque controuerſiis in quibus tractatur de vita hominis taxanda, n. 30.*
31 *Pecunia poteſt alienari per minores, & mulieres abſque ſolemnitatibus, n. 32. Et quid in pecunia magna quantitatis, n. 33.*
34 *In mutuo, & commodato facto per mulierem requiruntur ſolemnitates ſtatuti.*
35 *Dominium & poſſeſſio transfertur in mutuo.*
36 *Fructus aliquis non poteſt percipi ex mutuo.*
37 *In commodato eſt conſiderabilis deterioratio, licet in eo non fiat tranſlatio poſſeſſionis, & dominij.*
38 *Minus eſt habere actionem, quam rem.*
39 *Solemnitates an ſint neceſſariæ in ſocietatibus, quæ per mulieres contrahuntur, n. 40. & 42.*
41 *In cenſibus vitalitijs attenditur obſeruantia.*
45 *Cenſus vitalitius an ſit validus ſi ematur ab eo in quo non adeſſet probabilis coniectura vitæ, iuxta* l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. *Ita vt non debeat adeſſe deceptio vltra dimidiam, n. 46. 47. & 48. & an conualidetur, ſi emens ſuperuixerit per multos annos, n. 49. & 50.*
51 *Redditus annui ad vitam ſunt validi, ſi debeant percipi ex fructibus, prouentibus tam fiſci, quam eccleſiæ, ſeu priuati. Intellige vt n. 53.*
52 *Venditio permittitur etiam in fructibus futuris.*
54 *Venditio ad vitam redditus iam conſtituti ante contractum, ſeu actionem venditam eſt licita.*
55 *In cenſibus vitalitiis multa tolerantur; quæ in alijs*

permitterentur, vnde poſſunt conſtitui in rebus incertis, & in perſona.

CAPVT DCCLVI.

DE validitate cenſus vitalitij non poſſe dubi-
tari, cum tales contractus ad viam paſſim
1 frequententur, † & liciti ſint, & iuſtificentur ex
incertitudine humanæ vitæ, & lucri, ac damni,
prout concludunt omnes tam iuriſtę, quam cano-
niſtæ, ac Theologi, quos latè adducit Surd. *de*
alim.tit.9.q.11. n.2. & per tot. Natt. *conſil.498. n.13*
Nauar. *de vſur.q.45.n.128.* Dec. *conſ.123. perlectis, n.1*
Rom. *conſil.302.num.3. & conſil.423.num.* 10. & ibi
Mand. *in verb. tolerantiam.* Roderic. *de ann. red-*
2 *ditib. lib.1.q.5.num.4.cum ſeq.* Gutier. † qui non ſo-
lum licitos, ſed iuſtiores ceteris eſſe teſtatur, *lib.1*
canonic.q.c.39.num. 64. & iuſtiſſimos dicit Couar.
lib.5.var.reſol.c.7.n.3.in fin. Azo. *in ſumm.p.3.lib.10*
cap.17.de cond.in cenſ.contract.requiſ.qu.7.fol.482
& approbat coram Card. Millino Romana ſocie-
tatum, 29. Ianuar. 1601. Boer. *dec.44.col.17. & 18*
n.35.vſque ad 38. Azeued. *lib.5.tit.15.in princ.n.4. &*
lib.9.tit.17.lib.1.num.114. Laurent. de Rodulph. *de*
vſur.q.11.n.42.tom.7.fol.20. Gulielm. Bont. *eod. tit.*
in princ.tom.7.fol.74.

Amplius huiuſmodi cenſus vitalitij eſſent validi,
3 quamvis fierent per mulieres † abſque ſolemni-
tatibus ſtatuti Vrbis *c.151. lib.1.* cum aliis diſpoſi-
tio procedat ſolum in contractibus ibidem ex-
4 preſſis, vel ſimilibus continentibus læſionem, † &
præiudicium mulieris: Pur. *dec.162. num.2. part.1*
Creſcent. *dec.3.de conſtit.* cum aliis relatis in cauſa
Romana releuationis indemnitatis coram R.P.D.
Ortemberg. 22. Martij 1602. ¶ Quando autem ta-
les cenſus emuntur per mulieres, nulla læſio po-
5 teſt conſiderari, † quia iſti annui redditus ad vi-
tam ſunt ſimiles vſufructui, ita vt illos emens cen-
ſeatur vſumfructum emiſſe: Gutier. *de tutel. &*
cur.p.3.c.35.col.2.in princ.verſic.ſecundo quia, & col.
3.in fi.verſ.non obeſt etiam, per tex.in l.ſi quis ita le-
gauit. 23. ff.de vſufruct. & quemadmod. quis vtat.
Garz. *de expenſ. & melioration.c.23.n.6.tom.17.fol.*
6 337. Sarmient. *ſelect. interpr. lib.3.cap.10.num.2.* †
Vnde ſicut vſusfructus in dotem datus pertinet
ad maritum, *l.cum in fundo, ver.diuortio, ff.de iur.*
dot.l.vſufructu. ff.ſol.matr. Ita etiam in his annuis
redditibus, cum eodem iure, quo vſusfructus con-
7 ſtituti cenſeantur, ideo maritus illos † non tene-
bitur reſtituere ſecundum Gutier. *de tutel. part.3*
c.35. col.3. & 4. Rodet. *de ann.redditib. q.3.lib.1.n.16*
Quamvis contrarium in hoc teneat Garz. *d. c. 23*
Sarmient. *d.c.10.num.2.* Spin. *de teſt. gl.13. num.66*
Greg. Lopez. *in l.25.tit.2.p. 4. & in l.27.tit.6.p.4.*

Et magis læſio excluditur, cum ſtante incertitudine
vitæ talis contractus ſe habeat ad damnum, & lu-
8 crum, † vnde non attenditur præiudicium, quod
poſſet contingere, tamquam à caſu, & euentu pro-
ueniat, quod non debet æſtimari, cum poſſit ca-
dere caſus non ſolum damno dantis, ſed etiam re-
cipientis, *l.fideicommiſſo, C.de tranſact.* latè Surd.
de alim.tit.9.qu.11.n.7.vſque ad 16. *& conſ.435. n.14*
lib.3. Aym. *conſ.114.n.16.* Rot. coram R.P.D. Penia
Interamnen. mercium. *verſic. & hanc ſententiam.* 4
9 Iulij 1597. † Vnde neque in iſtis contractibus,
qui ſe habent ad damnum, & lucrum datur aliqua
reſtitutio etiam minori, quamvis poſtea læſio ſu-
perueniat: Natt. *conſ.181.num.9.* Surd. *de alim.tit.9*
q.11. num.11. & 13. Vtil. ad Afflict. *deciſ.340.n.6.poſt*
10 *med.* Aym. *conſ.11.num.47.* † vbi etiam quod timor
amiſſionis compenſatur cum ſpe lucri, & excludit
læſionem, Idem Aym. *conſil.188.num.4.* Guid. Pap.
11 *deciſ.157.* cum dubius euentus † non reddat con-
tractum læſiuum. Surd. *conſil.486.numero 34. lib.4*
12 Honded. *conſil.10.num.35.lib.1.* † Maximè, qui iſti
cenſus vitalitij aſsimilantur iactui retis, ita vt ex
hoc non poſſit conſiderari læſio: Bald. *conſil.291*
quia ex facto ius oritur, col.2.in princ. ver. & huiuſ-
modi contractus, & ver.vnde pro certo, lib.5. Gail.
13 *obſeru.8.lib.2.* vbi etiam *num.4.in fin.* † quod valet
donatio reciproca in tempus mortis collata inter
coniuges, vt videlicet ſuperſtes ſuccedat præmo-
rienti *l. quod autem, §.ſi vir. & vxor. ff.de don.int.*
vir. & vxor.

Præſertim, quia iſti cenſus vitalitij ſunt contractus
14 innominati † do vt des: Roman. *conſil.302. num.4*
& 5.per text.in l.1.de æſtimat.act. & l.ſi gratuitam, in
princ.ff.de præſcript.verb. Nauar. *de vſur.qu.45.ante*
med.verſi.tum quod hic contractus nullatenus, n.128
15 *& in manual.confeſſor.cap.17.numero 222.* † Vnde
tamquam caſus mixtus, non compræhenditur ſub
ſtatuto: Ang. *in l.ſi ita ſcriptum. in princ.de liber.*
& poſth. Iaſ. *conſ.50.n.3.lib.1.* Roland. *conſ.51.num.18*
lib. 3.

Prout etiam magis tollitur læſio in iſtis contracti-
bus, quia quando facta relatione horum reddi-
16 tuum † ad aliud antecedens, reſultat contractus
innominatus, vt facio, vt des, vel vendo aut tra-
do, vt des, vel ſuſcipitur periculum, vt des, vel
adeſt aliqua conformitas vnius ad alterum, dici-
tur quædam recompenſatio hinc inde debita:
Bald. *in l.cunctos populos, col.4.ad med. ver.item do*
quandam regulam, n.4.C.de ſacroſ.eccleſ. Roman.
conſ. 302. numero quarto.

Maximè ſi ex facto conſtaret, quod prudenter, & ſa-
gaciter fuiſſet conſtitutus talis redditus per mu-
17 lierem abſque ſolemnitatibus, videlicet, † quod
ſolutio fructuum fieret ad rationem duodecim
pro centum, qui eſt redditus exceſsiuus, & magis
vtilis recipienti, vt per Roderic. *de ann.reddit.qu.5*
lib.1.n.19. ante med. & quod pro cenſus ſecuritate
eſſet datus fideiuſſor diues, & legalis, quamvis
ſufficeret, quod perſona ementis cenſum eſſet ta-
lis, cum facultate locandi, & diſlocandi bona, ſu-
per quibus fuit impoſitus cenſus, & penſiones
exigendi pro maiori cautela, cum reſeruatione
obitus non naturalis, ac ſimilibus pactis, quæ fa-
ciunt, vt tunc dicatur cautè, & diligenter contra-
18 ctum, † non ſecus ac quilibet diligentiſsimus pa-
terfamilias feciſſet, præſertim quando eſſet mu-
lier nobiliſsima, & ſolita vaſallos, & Caſtra ſibi
ſubdita regere, & negotia ſua peragere, & paſsim
cum omnibus ſimiles contractus facere, quæ om-
nia non ſolum excludunt læſionem, ſed operan-
tur, vt non ſint adhibendæ ſolemnitates ſtatuta-
riæ, quæ non ſolent adhiberi, quando mulier ali-
quid acquirit, prout emendo cenſum vitalitium
dicitur acquiſiuiſſe vſumfructum ſine vlla obli-
gatione, vt ſupra dictum eſt, & ſic rem immobi-
19 lem, cum vſusfructus † inter immobilia compu-
tentur, *l.corruptionem, C.de vſufruct.* Bart. *in l.iuſto,*
§.non mutat.num.2.ff.de vſucap. Alber. *in l.mouen-*
tium, in fin.ff.de verb.ſignificat. & in l.vlt.ad fin.ff.de
requ.reis. Imol. *in clem. 1.col.3.verſic. an autem re-*
20 *ctores.de reb.eccleſ.non alien.* † & de iſtis annuis
redditib. vitalitiis quod inter immobilia compu-
tentur: Rom. *conſ.302.ad fin.ver.ergo erit iſte contra-*
ctus. Rod. *de an.red.lib.1.q.3.n.16.ad med.ver.ius n.*
21 *illud.* Rui. *conſ.82.n.3.li.1.* vbi ampliat quamvis ſint
ad be

ad beneplacitum, de quibus idem iudicatur, ac ſi eſſent perpetui: Bart. *in l. ſufficit, n. 2. de condict. indeb.* Alex. *in l. princ. in fin. n. 6. ff. ſi cert. pet.*

Accedat, quod tam mulieres, quàm minores indiſtinctè ſolitæ ſunt conſtituere huiuſmodi cenſus vitalitios abſque ſolemnitate per ſtatutum requiſita, prout etiam conſueuerunt contrahere ſocie-
22 tates officiorum, † vnde ex obſeruantia ſubſecuta debemus interpretari ſtatutum prædictum non habere locum in iſtis cenſibus, cum ex conſuetudine declarantur omnes diſpoſitiones tam legis, quam hominis, licet etiam obſeruantia non eſſet bona, vt latè explicat Becc. *conſ.* 101. *num.* 49. *vſque*
23 *ad* 52. † vbi etiam ampliat quamvis diuerſimodè eſſet obſeruatum, quaſi attendatur illa conſuetudo, quæ magis fauet iuri communi, ſecundum
24 quod † mulieres ſine ſolemnitatibus validè contrahunt, *l.* 2. vbi Gloſ. *in verb. obligaueris. Cod. ad Velleia. l. ſed ſi eum, l. aliquando in princip. l. nec intereſt, l. debitrix, ff. eod. tit. l.* 1. *in princ.* & ibi Gloſ. *in verb. ſi proprio, C. ne vxor. pro marit. l. contractus,* 24
25 *C. locat.* † Quod etiam procedit quamvis obſeruantia non eſſet tanti temporis, quod ſufficeret ad præſcribendum, tamquam ſit interpretatiua, quæ non indiget præſcriptione: Menoch. *conſ.* 23. *n.* 15. Surd. *conſ.* 111. *n.* 45. *lib.* 1.

Præſertim ſi non adeſſet mala valetudo, & longæua ætas mulieris ementis cenſum, quia in hoc ſtaretur
26 confeſſioni ipſius † quæ ſuperaret inſtrumentum, & depoſitiones teſtium, & omnem aliam probationem, itavt noceat etiam hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus, *l. generaliter, Cod. de non num. pecun.* Aym. *conſ.* 125, *n.* 2. Roland. *conſ.* 82. *n.* 4. *lib.* 2 cum aliis latè per Surd. *conſ.* 60. *n.* 1. *lib.* 1.

Ætas autem annorum quinquaginta duorum eſt habilis ad iuſtificandum huiuſmodi contractum, &
27 cognoſcendum, quod non adeſt læſio, † cum ſit veriſimile, quod exiſtens in tali ætate poſſit diu viuere, ita vt recipiens pecuniam potius ſit in lucro, quam in damno, quamvis etiam ſufficeret quod eadem ſpes lucri, & damni eſſet ab vtraque parte æqualis: Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 11. *n.* 20. *vſque*
28 *ad* 24. † & ſic ceſſat obiectum, quod vita mulieris iſtius ætatis non potuiſſet protrahi niſi ad modicum tempus, cum potius lex præſumat vitam annorum nouem in eo, qui habet annos quinquaginta duos iuxta *l. hæreditatum,* 68. *ff. ad leg.*
29 *Falcid.* † cuius diſpoſitio habet locum in quibuſcumque controuerſiis, & contractibus dum tractatur de vita hominis taxanda: Gloſ. *in l. cum hi §. nihil autem, in verb. iuuene, ff. de tranſact. & in l. omnium, la* 2. *ff. de vſufr.* Alciat. *præſumpt.* 44. *reg.* 1 Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 9. *num.* 8. Roland. *conſ.* 29
30 *num.* 25. *lib.* 4. † & eſt veriſſima opinio, quidquid Affl. & alij contrarium ſentiant, vt teſtatur Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 11. *n.* 23. *&* 28. Pinel. *in l.* 2. *part.* 3. *cap. vlt. n.* 32. *C. de bon. matern.* Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 25. *n.* 4.

Vlterius eſt obſeruandum, quod ſumus in pecunia,
31 quæ poteſt alienari per minores, † & mulieres abſque ſolemnitatibus, tamquam ſit de his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: Bart. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum, num.* 3. & ibi Caſtr. *num.* 5. *ff. ad Trebell.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 105. Surd. *dec.* 287
32 *num.* 13. Præſertim † quia adeſt deſtinatio iſtius pecuniæ in emptionem prædiorum, quo caſu magis illius alienatio permittitur abſque ſolemnitatibus: Idem Surd. *dec.* 287. *num.* 13. Tiraqu. *d. gloſſ. num.* 106.

Neque deberet conſiderari, quod pecunia eſſet ma-
33 gnæ quantitatis, † Quia in illius alienatione requiritur ſolemnitas, quando eſt reinueſtienda vtilitas Eccleſiæ, tunc enim æquiparatur rei immobili prout ita loquitur deciſio coram Card. Pamphilio Veneta pretij bonorum ſeu nullitatis contractus 13. Nouemb. 1062. Surd. *deciſ.* 287. *n.* 13 Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 5. Et ita etiam loquuntur Bero. & Redoan. in d. dec. Veneta allegati coram Card. Pamphilio.

Nec ſubſiſtit, quod in mutuo, & commodato, ac ſi-
34 milibus contractibus † requirantur ſolemnitates: Lamberteng. *de contract. gloſ.* 1. *n.* 40. Quia in illis conſideratur læſio, nam in mutuo transfertur do-
35 minium, † & poſſeſſio, *l.* 2. *§. appellata, ff. ſi cert. petat.* & non poteſt ex eo aliquis fructus percipi,
36 † Luc. 6. *c. ſi feneraueris,* 34. *qu.* 3. Nauar. *de vſur. in*
37 *princ.* & in commodato eſt conſiderabilis † deterioratio, *l.* 3. *§.* 1. *ff. commodat.* Quamvis in eo non fiat tranſlatio neque poſſeſſionis, neque dominij, *l. rei commodata,* 8. *cum l. ſeq. ff. eod.* & quamvis adſit actio ad recuperationem rerum mutuatarum: &
38 commodatarum, † Tamen minus eſt habere actionem, quam rem: *l. minus, de reg. iur.* Cagnol. *in l. qui actionem, n.* 7. *eod. tit.* Quod non eſt in caſu noſtro, in quo emens cenſum vitalitium dicitur emere vſumfructum, ex quo percipit magnam vtilitatem ad ſcuta duodecim pro centum ſine vlla ſua obligatione, itavt dicatur emiſſe rem immobilem cum tales redditus ad vitam computentur inter immobilia, vt dictum eſt *ſupr. n.* 20.

Nec facit, quod non poſſint ſocietates officiorum
39 per mulieres ſine † ſolemnitatibus: Ludou. *dec.* 67 Guter. *de tutel. p.* 2. *c.* 19. *n.* 14. Quia loquuntur in pecunia data ad ſocietatem officij ſuper vita, & perſona alterius, quam minoris, aut mulieris, & in tutore alicuius priuatæ perſonæ, & pauperis, non autem magnatis, & diuitis, tunc enim hoc illis permittitur, vt declarat Idem Lodou. *dec.* 67
40 *numero* 35. † vbi etiam addit id non procedere quando pater eſſet ſolitus tales ſocietates facere, quæ obſeruantia fuit probata in cenſibus vitalitiis, quos paſſim mulieres faciunt abſque ſolemnitatibus, vnde eſt attendenda, vt de ſimili obſer-
41 uantia † iſtorum cenſuum dicit And. Gail. *obſeru.* 8. *numero* 6. *lib.* 2. & cum ſtatutum recepit talem interpretationem ex conſuetudine, illa debet attendi, quamvis non eſſet bona vt dictum eſt latè *ſupr. n.* 22. *&* 23.

Cum etiam ſimpliciter verius ſit, an ſocietates officiorum, & cenſus vitalitij poſſint fieri per mulie-
42 res, † cum non adſit læſio ex ſupra allegatis, ideò neque hoc caſu reſtituuntur vt in ſpecie dicit Odd. *de reſtitut. in integr. art.* 6. *quæſt.* 56. *n.* 52. *verſ.*
43 *præterea.* † Nam timor amiſſionis compenſatur cum lucro, ideò non intrat læſio. Corn. *conſ.* 15. *n.* 9
44 *lib.* 4. Sim. de Pret. *conſ.* 137. *num.* 82. † Quod procedit etiam in minore, & aliis priuilegiatis: Aym. *conſil.* 11. *numero* 17. *& conſil.* 188. *num.* 4. Guid. Pap. qui de communi *quæſt.* 157. Et de minore qui licitè contrahit ſocietatem quo ad fructus, tamquam ſeruando ſeruari non poſſint: Alexand. *conſil.* 49 *num.* 4. *lib.* 1. Vnde etiam in pecunia, quæ eſt talis, vt dictum eſt *ſupr. n.* 31.

Obſeruandum eſt autem, quod ſecundum aliquos non eſſet valida venditio huiuſmodi cenſus vita-
45 litij † ſi inſpecta ætate, & qualitate ementis non adeſſet probabilis, & veriſimilis coniectura vitæ iuxta *l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid.* prout notat

in ſpecie Decian.*in l.de fideicommiſſ.13.ad fin.C.de tranſact.& conſil.123.ſ rlectis,col.2.ad med. verſic. ſecundo loquuntur,n.*1.poſt Bald.*in l.ſi pater puellæ, 12.in fin. C. de inoffic. teſtam. & in l.ſi ea pactione ad med.*vbi etiam Cyn.*num.1.C.de vſur.*Caſt.*in l.item*
46 *quia,4.n.6. ff.de pactis.* Ita vt non debeat interuenire deceptio vltra dimidiam: Gail. *obſeru.* 8. *n.5 & 6.* ¶ Quamvis ſecundum alios contraria opinio ſit verior ſimpliciter abſque iſta probabili coniectura vitæ propter incertitudinem, & dubium euentum, cuius ratione non conſideratur
47 aliqua læſio, ſed conuentio eſt licita, Caſtr. *in l. de fideicommiſſo,11.in fin.C.de tranſact.*Iaſ.*in l.1.col. pen.in princ.ver.quinto quæro, num.*63. *C. de ſumm. trinit.*latè Alber.*in l.iubemus nulli, 14.colum.4.& 5 num.14.& 15.C.de ſacr. eccleſ.* vbi quod tales contractus continuò celebrantur,& tollitur præſum-
48 ptio vſurarum propter incertitudinem vitæ, † Maximè in perſona nobili,& non ſolita fœnerari, ad text.*in l.cum allegas,C.de vſur. & l. Iulianus, §. ibidem,ff.de act.empt.*quod etiam ſequitur Roman. *conſ.*302.*nu.*3.*& conſ.*423.*n.*10.vbi Mandoſ.*in verb. contractus,*poſt Oldrad.*conſil.*209.*aliàs* 207. *incip. vniuerſis,n.*5.*&* 6. 10.de Anan.*in c.in ciuitate,col.*12 *ad fin. verſ. quartus articulus, de vſur.* & melius omnium Bald. qui multis rationibus comprobat *conſ.*291.*quia ex facto, col.*1.*&* 2.*lib.*1
Verum quidquid ſit de prædictis, eſſet excluſa om-
49 nis prætenſa inualiditas contractus † ſi emens ſuperuixiſſet per multos annos vltra præſumptionem, de qua in *l.hæreditatum, ff. ad l. Falcid.* ita vt ſit conualidatus talis contractus in vim huiuſmodi euentus ſubſecuti, adeò vt non poſſit dici de illius inualiditate: Lupus *de vſur. §. 6. in fin. verſ.& quod dictum eſt ſupra,n.*26. poſt Dec.*conſil.* 111.*pro tenui, ad fin.ver.ſecundo non obſtat.num.* 14 Anchar.*qu.*31.*n.*4.*lib.*2. cum aliis per Burſat.*conſil.* 120.*num.*54.*&* 86.*lib.*3.Plot.*in l.ſi quando, num.*453 *ad med.C.vnd.vi.*latè Surd.*conſ.*327.*n.*54.*&* 55.*lib.* 3.*& conſ.*485.*n.*6. *lib.*4. Rot.Ianuens. *deciſ.*9.*in fin. n.*32.Cagnol.*in l.*1.*n.*51.*C.de ſentent.quæ pro eo quod*
50 *inter.* † Et quod attendatur veritas ex euentu declarata, non præſumptio, de qua *in d.l. hæreditatum,*dicit Surd.*conſil.*451.*num.*38.*lib.*3.
Item notandum eſt validos eſſe contractus, quando
51 venduntur ad vitam emolumenta, ſeu † annui redditus,& introitus, qui percipiuntur ex aliquibus prouentibus, & talis venditio, & emptio eſt permiſſa ſiue proueniant à fiſco, ſiue ab Eccleſia, ſiue à priuato, vt notat Gl.*in auth.de non alienand. aut permutan.reb. Eccleſiaſt.§.vult enim,in verb.ciues annonas.*Io.de Anan. *in c. in ciuitate, 6. col.* 12 *in fin.verſ.& concludit quod ille contractus, de vſur.* vbi quod iſtud ius aliquid percipiendi paſſim venditur, & eſt contractus licitus, cum non ſit
52 mutuum, † ſed emptio,& venditio, quæ etiam in iuribus, & fructibus futuris permittitur,*l.nec emptio,ff.de contrah.empt.l.vlt.§.fin.ff.eod.tit.* Fab. de Monte *de empt.& vendit.p.*4.*n.*53.*tom.*6.*fol.*48. latiſſimè Bald.qui omnibus reſpondet *conſ.*292. *quia*
53 *ex facto ius oritur, colum.*1. *&* 2.*lib.*5. † Quidquid aliud ſit, quando ex qualitate perſonarum,& aliis circumſtantiis,& non leuibus argumentis conſtaret de prauitate intentionis volentis facere contractum vſurarium, tunc enim illicitè contraheretur vt latè comprobat idem Bald. *conſil.* 154. *inſtrumentum ſic dicit, lib.*2.
Quod magis procedit, quando ſumus in venditione redditus iam conſtituti ante contractum, ſeu
54 †actionem venditam, tunc enim ſemper conuentio reputatur legitima,& licita cum ſit purus contractus venditionis, adeſt enim pretium, ſcilicet certa pecuniæ quantitas, & annuus redditus iam conſtitutus,qui eſt loco mercis: ex quibus validatur contractus emptionis, ſiue redditus ſit in pecunia, ſiue in aliis rebus, ſiue in facto, ſiue ſit certus, ſeu incertus, ſiue contractus ſit perpetuus, puta quia extendatur ad hæredes vtriuſque contrahentium, ſiue ad vitam ſolum hominis, vt in ſpecie concludit Inno. *in c.in ciuitate,ad med.ver. aliàs videtur & forte melius, n.*2. *de vſur.* quem ibi ſequitur Add.ſubdens etiam idem tenere Anchar. *conſ.*79.*dubitari licet, colum.*1. & Innoc.ſequitur etiam Io.And.*in d.c.in ciuitate,poſt princ.verſ.item ſiue ſit certus,num.*1.
Inſuper animaduertendum eſt, quod in huiuſmodi
55 cenſibus vitalitiis multa debent tolerari, † quæ in aliis non tolerantur, vnde poterunt conſtitui ſuper rebus incertis, & in perſona, & caueri poterit non ſolum de actione reali, ſed perſonali, & attendetur conſuetudo circa æſtimationem redditus, aliàs erit ſtatuendum pretium iuſtum ſecundum arbitrium boni viri, conſiderata ætate, & valetudine ementis: Lup.qui hæc omnia comprobat *de vſur.commentar.*2.*§.*2.*num.*82.*&* 83. *fol.*
56 71. † Prout etiam tales cenſus poſſunt conſtitui pro pluribus perſonis etiam inſolidum, vt videlicet morte vnius non extinguatur redditus pro parte, ſed duret vſque ad vltimum ſuperſtitem:
57 Gail. *obſeruat.*8. *lib.*2. Pariſ. *de commerc. quæſt.*72 Ita vt ſi vir emerit pro ſe, & vxore annuum redditum in vita eorum, mortuo viro, debeatur vxori talis redditus in totum non autem pro dimidio, cum vna pars accreſcat alteri, ſtante contractu ita celebrato, quidquid aliàs in contractibus non eſſet locus iuri accreſcendi, prout in ſpecie concludit Bald.*conſ.*292.*quia ex facto ius oritur, ad fin.*
58 *verſ.ſed nunc pro ſecundo videre reſtat. lib.*5. † Et quando in officiis, & ſimilibus diſpoſitionibus pars vnius accreſcat ſuperſtiti,Rot.coram R.P.D. Penia Romana de Capizucchis, 15. Decemb.1600 & iterum 26. Februarij 1601. quæ eſt *impreſſ. Rot. diuerſ. dec.* 432. *part.*4.
Hæc omnia ſunt notanda, quia ſæpe in praxi occurrunt præſertim ea, quæ ſupra diximus de mulieribus, an per illas poſſint emi cenſus ad vitam abſ-
59 que ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis, † quamvis in prædicto dubio ſepties propoſito in Rot. nihil fuerit deciſum, cum contingeret illud diſputari in cauſa Romana cenſus vitalitij coram R. P. D. Buratto ab anno 1616.vſque ad præſentem annum 1621. Et quidem multum facit pro validitate iſtorum cenſuum obſeruantia, à qua non eſſet æquum recedere, ne omnes cenſus hucuſque conſtituti abſque ſolemnitatibus annullentur,quod eſſet infinitas lites ſuſcitare,maximè propter rationes ſuperius adductas, de quibus in ſimili latè Bald. *d. conſ.*292.*per tot.lib.*5.

EPITOME.

Subſtitutio ad fauorem nepotum an comprehendat filios. ¶ Et quando ſit plus concedendum nepotibus quam filiis. ¶ Diſpoſitio vna quamvis ſeparata, an aliam declaret. ¶ Nepotes quando veniant appellatione filiorum. ¶ Et quid ſi teſtator diſtinctè loquatur de nepotibus tam explicitè, quam implicitè de filiis, & deſcendentibus. ¶ Maſculinum quando concipiat fœmininum

ninum ſi adſit ſeparata locutio de maſculis à fœminis. ¶ Nepótes ex fratribus an ſint verè nepotes. ¶ Diſpoſitio *l.cum auus, ff.de cond.& demonſt. & l.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſſ.* an habeat locum ſtante voluntate contraria teſtatoris tam expreſſa, quam coniecturata.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda præcisè etiam contra cauſam piam, & fauorabilem, num.* 3.
2 *Verba clara non admittunt quæſtionem voluntatis.*
4 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, ſecus ſi appareret quod teſtator ſolùm depoſuit de filijs, n.* 5.
6 *Propoſitum in propoſito idem operatur, quod oppoſitum in oppoſito.*
7 *Pars vna teſtamenti aliam declarat. Idem in quibuſcumque diſpoſitionibus etiam ſeparatis, n.*8.
9 *Teſtator ſi diſtinctè loquatur de nepotibus, & de filijs, tunc nepotes non veniunt appellatione filiorum. Amplia quamvis vocentur filij, & deſcendentes, & ſic implicitè nepotes, num.* 20. *&* 12.
11 *Appellatione generis non venit ſpecies, quæ diſtinguitur à genere.*
13 *Maſculinum concipit fœmininum, dummodo teſtator non loquatur de maſculis ſeparatim à fœminis, numero* 14.
15 *Nepotes ex fratribus non ſunt verè, & propriè nepotes.*
16 *Non eſt concedendum nepotibus pluſquam filijs, ſecus vbi apparet de contraria mente diſponentis, numero* 17.
18 *Diſpoſitio* l.cum auus, 101. ff.de cond. & demonſtr. & l.cum acutiſſimi. C.de fideicommiſſ. *non habet locum ſtante contraria voluntate teſtatoris tam expreſſa, quam coniecturata, num.*19. *&* 20.

CAPVT DCCLVII.

SVbſtitutio de qua agebatur in cauſa Rauennaten. ſucceſsionis eſt clara ad fauorem filiorum Antonij, quia teſtator vocauit Lelium, & ſuos fratres, ac nepotes maſculos poſt obitum Horatij, & fratrum ex vtroque latere ſine filiis, & nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus, vnde eueniente iſto caſu, ſubintrant nepotes Lelij, non autem filij eiuſdem Lelij, & aliorum fratrum, cùm iſti non vocentur, ſed ſolùm nepotes, ideò illis eſt danda ſucceſsio excluſis dictis filiis iuxta teno-
1 rem teſtamenti, & diſpoſitionem teſtatoris, † cuius voluntas eſt ſeruanda ad vnguem, & præcisè etiam contra cauſam fauorabilem, *l.ſi cui purè libertas, in fin.prin.ff.ad Trebell.l.contra voluntatem. C.de teſtam.manumiſſ.* Card. Mantic. *de coniectur. vlt.volunt.lib.*3.*tit.*3.*num.*3. *&* 8. Et talis voluntas colligitur ex verbis, quando ſunt clara, vt in caſu
2 noſtro, † tunc enim non admittunt quæſtionem voluntatis, cùm non debeat fieri aliqua controuerſia quid teſtator ſenſerit, quando nulla adeſt ambiguitas in verbis, *l.ille aut ille, §.cum in verbis, ff.de legat.*3.Bart.*in l.ſi arrogator, num.*27.*de adopt.* Roman.*conſ.*71.*n.*6.Ang.*conſ.*395. *num.*3. cum aliis per Cardin.Mantic.*de coniectur.vltimarum volun-*
3 *tatum lib.*3.*tit.*4.*num.*4. *&* 5. † vbi extendit etiam contra piam cauſam: Aym.*in rubr.ff.de leg.*1.*n.*131 *ad fin.& conſ.*264. *num.*7.
Ideò videmus; quod quamvis nepotes plerumque
4 veniant appellatione filiorum, † *l.iuſta interpretatione, ff.de verb.ſignificat.* Curt. Iun. *conſ.*22. *n.*15 *& conſ.*111.*n.*12.Cephal.*conſ.*262.*n.*9.*cum ſeq.librò* 2 Tamen quando apparet teſtatorem ſolum ſenſiſſe de filiis, numquam nepotes admittuntur, *l.ſi quis ita. in princ. ff. de teſtam.tutel.* Bart.*in l. Gallus, §. inſtituens, ff.de liber.& poſth.* Socin.*conſ.*104.*num.*2 *lib.*3. Ruin. *conſ.*129.*n.*8.*lib.*3.Dec.*conſ.*111.*n.*5.Curt. Iun.*conſ.*161.*num.*3.Card.Mantic. *de coniectur. vlt. voluntar. lib.*8.*tit.*8.*num.*4.*&* 8. Rebuff.*in l.liberorum appellatione*, 220.*§. etenim idcirco, col.*2.*in fin. ff.de verb.ſignif.* Natt.*conſ.*551.*n.*29.*&* 30. Decian. *conſ.*47.*num.*15. *lib.*3. Sim. de Pret. *de interpretat. vltimar.voluntat.lib.*3.*num.*39. *&* 50.*fol.*326. *&* 328
6 Roland.*conſ.*97.*num.*27.*&* 28.*lib.*4. † Vnde idem erit dicendum quando conſtat teſtatorem ſolum vocaſſe nepotes, nam tunc non debet quæri an veniant filij, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, & è contra; *l.fin.C.de ſentent.paſſ.* Neuiz.*conſ.*70.*n* 24. Tiraqu. *de retract.conſanguin.§.*12.*gloſſ.*1.*n.*16. Surd. *conſ.*45 *num.*23.*lib.*1.
Quod magis confirmatur etiam ex mente teſtatoris, qui ſemper in huiuſmodi ſubſtitutione habuit rationem potius ad ſuos deſcendentes iuniores; quàm antiquiores, dum voluit quod deficientibus omnibus ſuis deſcendentibus maſculis, ſucce-
7 dat vna ex fœminis minoris ætatis, † adeò vt ex vna parte teſtamenti poſſit alia declarari, *l. qui non militabat, Lucio. ff. de hæredib. inſtituend. l.ſi ſeruus plurium, §.fin.de legat.*1. Roman. *conſil.*438. *num.*14.Socin. *conſ.*152.*num.*4. *ad med. col.* 3. *in fin.*
8 *lib.*1.*& conſ.*73.*num.*22.*lib.*4. Quod † etiam habet locum in qualibet diſpoſitione, *l. virum, ff. de petit.hæreditat.l.*1.*ff.de reb.dub.* Socin.*conſ.*6.*num.*8 *lib.*3.Pariſ. *conſ.*64.*num.*10.*lib.*2. Ruin. 201. *num.* 5 *lib.*1. Surd.*conſ.*53. *num.* 10. *lib.* 1. Quamvis etiam diſpoſitiones eſſent ſeparatæ: Idem Surd.*conſ.*179 *num.*60. *lib.*2. poſt Socin. *conſ.*51. *colum.*1. *lib.*1. *& conſ.*242.*col.*3.*lib.*2. Aym.*in conſ.pro genero, num.*336 *& n.*338.Zucard.*in l.fin.n.*71.*Cod.de edict.diu. Adr. tollend.*
Præterea teſtator in ſuo teſtamento numquam habuit in conſideratione filios filiorum ſuorum, cum in tota ſerie huiuſmodi ſubſtitutionis ſolùm illos vocauerit in vltimo gradu ſubſtitutionis per eum factæ, nam in aliis gradibus tantummodo
9 fecerit mentionem de filiis, † & pro nepotibus, adeò vt ita diſtinctè, & ſeparatè loquendo de filiis, & nepotibus, numquam vnus veniat appellatione alterius etiam in caſibus, in quibus filij venirent appellatione nepotum, Socin. *conſ.*73.*num.*21 *&* 22.*lib.*4.Nicolen.*inter conſ. eiuſdem Socin. conſ.* 152.*caſus iſte non eſt nouus, colum.*3.*poſt princ. verſ. inſuper dubium hoc non videtur, n.*3. *in fin.lib.*1. cui conſilio ſubſcripſerunt ſe vndecim inſignes Doctores: Aym.*conſ.*677.*n.*3.*verſ.ſecundo reſpondetur.* Sim.de Pret. *de interpret.vlt.volunt.lib.*3.*interpret.* 3.*dubit.*4.*ſolut.*1.*num.*43.*fol.*326.Socin.Iun.*conſ.*128 *num.*70.*&* 71.*lib.*1.Gabr. *de verb.ſignific. concluſ.*1. *num.*93.Surd.*dec.*322.*n.*23.Corn.*conſil.*290.*colum.*2. *lib.*4.Gozad.*conſ.*29.*num.*16.Honded. *conſ.*60.*n.*37 *in fin.& n.*64.*lib.*1. Menoch.*conſ.*110. *num.*26. *lib.*2 Pariſ.*conſ.*86.*num.*47.*lib.*2.Ruin.*conſ.*131. *n.*4. *lib.*2 Sard.*conſ.*403.*n.*21.*lib.*3.Decian. *conſ.*29.*n.*26. *lib.*1. *& conſ.*47.*num.*16. *lib.*3.
Quæ procedunt non ſolum quando facta eſt expli-
10 citè mentio filiorum, & nepotum. † ſed etiam quando ſunt vocati à teſtatore filij, & aſcendentes, & ſic implicitè nepotes, tunc enim apparet quod per iſtam diſtinctionem teſtator non intel-
11 lexit de nepotibus, † cum enim ſpecies diſtinguitur à genere, numquam appellatione generis venit illa ſpecies, *l.doli clauſula, de verb.obligat.l.ſanctio*

12 *legum.ff.de pœn.* † & in terminis ita concludit De-
cian.*conſ.44.n.31.& 32.lib.3.*Ciofus *conſ. 7. num.8.*
Honded.*conſil.60. n.65.lib. 1.*

Provt dicimus de maſculino, quod licèt concipiat
13 fœmininum, † l.*ſi quis ita.in princ. ff.de teſtam. tut. l.ſi ita ſcriptum.ff.de legat.2.* Tamen hoc non pro-
14 cedit, † quando teſtator in aliqua parte teſtamen-
ti locutus eſt de maſculis, & ſeparatim de fœmi-
nis, quia tunc apparet, quod ſub illa voce genera-
li noluit vtrumque compræhendere: Bald. *in l. in multis ff.de ſtat.homin.* Io.de Anan.*conſil.22. n.3.in fin.*Dec.*conſil.15.pro tenui facultate.num.3.& 4.* De-
cian.*conſil.44.n.33.lib.3.*

Neque talis ſubſtitutio poteſt intelligi de nepoti-
bus ex fratribus, quia iſti non ſunt propriè nepo-
15 tes, † cum verè & propriè dicantur illi, qui ſunt
filij filiorum.*l.1.ff.de gradib.affinit.* Rebuff. *in l.iuſta interpretatione. 201.col.1. poſt med.de verbor.ſignif.*Socin.*conſ.152.n.10. & 11.col.8.in princip. libro 2.*poſt Bald.*in l.lege.C.de legitim.hared. & in l.1.C. de ſucceſſ.edict.& in l.nihil. ff.de in rem verſ. & in l. dotali ff.ſolut.matrimonio.*

Neque obſtat, quod non debet plus concedi nepoti-
16 bus, quam filiis, † *leg.ſi viua matre. Cod.de bon.matern.*Bald.*in l.venia.ad fin. Cod.de in ius vocand. & in l.ſi vero,§.de viro.ff. ſolut. matrim.* Quia prædi-
17 cta procedunt in dubio, ſecus † vbi apparet de
contraria voluntate teſtatoris: Roman.*conſ. 438. nu.2.*Gabr.*conſ.96.n.19.& 38.lib.1.* Dec.*conſ. 15.pro tenui facultate.col.vlt.poſt princ.verſ.non obſtant allegata. n.3.* vbi etiam quod ita intelligitur,*leg. cum auus.101. de condit. & demonſtr. & l.cum acutiſſimi.*
18 *C. de fideicommiſſ.* † cum illarum legum diſpoſitio
non habeat locum ſtante contraria voluntate te-
ſtatoris, qui poſuit differentiam inter iſtas perſo-
19 nas, † cum etiam ſufficiant coniecturæ ad tollen-
dam diſpoſitionem dictarum legum, nedum ex-
preſſa verba teſtatorum: Gloſſ.*in d. l. cum acutiſſimi.in verb.vitam ſuam,*Curt.Iun.*conſ.33.n.8.* Pariſ.*conſ.19.n.95.lib.2.*Bero.qui de communi *conſ.116.n.5.lib.2.*Menoch.*conſ. 95.nu.26.lib.1.* latè Ruſtic. *ad*
20 *d.l.cum auus.lib.1.c.4.nu.1. & 14.* † vbi extendit ad
coniecturas etiam à nulla lege approbatas: Gabr.*conſ.97.n.11.lib.2.*

EPITOME.

Iudex an poſſit recipere teſtes circa probationem mortis abſque citatione partis. ¶ Et quomodo illa probetur. Et an ſufficiant coniecturæ, ac leuiores probationes. ¶ Procurator cum libera an poſſit petere renouationem emphyteuſis. ¶ Et quando in ea præferantur proximiores etiam re non integra, & infra triginta annos. ¶ Et quid ſi fuerit conceſſa agnato, non extraneo, an tunc ſufficiat curſus vnius anni. ¶ Et an iſtud tempus currat à die ſcientiæ. ¶ Et an tali prælationi poſſit renunciari. ¶ Et quo caſu dicatur illi renunciatum. ¶ Promiſſio ſimplex quando dicatur continere retentionem beneficij de iure, ſeu ex priuilegio competentis, non autem animo illud nouandi ¶ Obligatio ſoluendi legata, ſeu dotem, & reſtaurum an intelligatur ſalua falcidia, & lucro dotali, & iuxta prouiſionem iuris. ¶ Citatio an ſit facienda ſolum de perſona certa, re, & actu, non in ſpe, & potentia. ¶ Executio ſententiarum an ſit neceſſaria vt dicatur lis finita. ¶ Illegitimi, & legitimati quando admittantur ad emphyteuſim eccleſiaſticam. ¶ Et an habens facultatem liberam ad eam nominandi poſſit nominare inhabiles, & ſpurios. ¶ Onus legatario iniunctum quando reſpiciat commodum hæredis, non legatarij. Et quando per eum ſit obſeruandum præceptum teſtatoris licet onus ſit maius, quam commodum, quod ex legato percipitur. ¶ Prohibitio moleſtiarum, quo caſu extendatur ad moleſtias iuris. ¶ Et quid in hoc operentur verba vniuerſalia tam legis quam hominis.

SVMMARIVM.

1 *Mors probatur per teſtes deponentes, quod coniuncti publicè, & palam luctum fecerunt, & iuſta ſoluerunt.*

2 *Iudex ex officio poteſt recipere teſtes circa probationem mortis abſque aliqua citatione.*

3 *Mors poteſt probari ex coniecturis, & leuioribus probationibus, maximè ſi non ſit de recenti, n.4.*

5 *Proximiores præferentur in conceſſione emphyteuſis infra triginta annos, nu.6. Intellige quando relocatio fieret extraneo, ſecus ſi agnato remotiori, quia tunc renouatio tollitur ſpatio vnius anni, num. 7.*

8 *Tempus ad petendam renouationem non currit proximiori, niſi à die ſcientia.*

9 *Scientia eſt probanda per allegantem.*

10 *Procurator cum libera poteſt petere renouationem emphyteuſis.*

11 *Proximiores ſunt reinueſtiendi etiam re non integra.*

12 *Pactum vt non poſſit peti renouatio emphyteuſis eſt validum.*

13 *Renunciatio prælationis in emphyteuſi debet eſſe expreſſa.*

14 *Promiſſio ſimplex videtur continere retentionem beneficij ſibi de iure competentis, non animo nouandi legalem prouiſionem, & priuilegium ſibi competens.*

15 *Obligatio ſoluendi legata, ſeu dotem, & reſtaurum an intelligatur ſalua falcidia, & lucro dotali, & iuxta prouiſionem iuris.*

16 *Vocatus ad emphyteuſim ſi nominabitur, nullam actionem habet non ſecuta nominatione.*

17 *Citatio non requiritur, ſi non adeſt certa perſona re, & actu, non autem in ſpe, & potentia.*

18 *Petens prælationem in emphyteuſi debet ſtare conditionibus, quæ ab alio reperiuntur.*

19 *Lis non dicitur finita, niſi poſt executionem ſententiarum, num. 20.*

21 *Pendente lite ſuper deuolutione non datur aliqua innouatio, aut ingreſſus poſſeſſionis etiam vacantis.*

22 *Illegitimi non admittuntur ad emphyteuſim eccleſiaſticam, & n.29. Idem in legitimatis per reſcriptum ſecus per ſubſequens matrimonium, num.23.*

24 *Nominatio de inhabili ad emphyteuſim eccleſiæ non valet quamvis ſit facta per habentem facultatem liberam nominandi. Amplia vt num.25.26. & 27. Intellige vt num.28.*

30 *Onus legatario iniunctum per viam cauſæ finalis reſpicit commodum hæredis, non legatarij.*

32 *Præceptum teſtatoris adimplendi cauſam ob quam fuit legatario iniunctum legatum, debet per eum obſeruari ſtante illius acceptatione, quæ illum obligat licet onus eſſet maius, quam commodum legati, numero 32.*

33 *Prohibitio moleſtiarum non extenditur ad moleſtias iuris, & iudiciales.*

34 *Moleſtia non poteſt dici iuſta, quæ datur contra præceptum teſtatoris.*

35 *Promiſſio ſoluendi legatum excludit omnem vexationem.*

36 *Verba generalia de non moleſtando ex quacunque occaſione cum ſimilibus comprahendunt etiam iudicialem vexationem, num.37. & 39.*

38 *Verba*

38 *Verba vniuerſalia hominis non recipiunt reſtrictio-
nem de habilitate, quidquid aliud ſit in verbis
legis.*

CAPVT DCCLVIII.

PRobatur mors omnium, de quibus in articu-
lis productis in cauſa Romana prælationis
domus emphyteoticæ, Cum teſtes ſuper quinto
1 deponant non confuſè, ſed nominatim, † quod
omnes obierunt ſubdentes cauſam ſcientiæ, quia
coniuncti publicè, & palam luctum fecerunt, &
veſte lugubri induti iuſta ſoluerunt, qui eſt opti-
mus modus probandi obitum alicuius: Bart. *in l.
genero in fin. ff. de his qui notant infam.* Corn. *conſil.
204. col. 2. poſt princ. verſ. item probaretur mors n. 6
lib. 3.* Aym. *conſ. 127. in fin.* Menoch. *de adipiſc. poſ-
ſeſſ. remed. 4. num. 674.* Boer. *dec. 288. colum. 2. in fin.
verſ. & etiam per coniecturas.* Alex. *conſil. 27. num. 4
verſ. præterea quod dicta probatio lib. 7.* Rebuff. *de
regiſt baptiſm. & ſepultur. art. vlt. gloſ. vnic. in fin.*
Neque obſtant prætenſæ nullitates examinis dicto-
rum teſtium, cum appareat illos fuiſſe examinatos
cum interrogatoriis datis à parte, & ſeruatis ſer-
2 uandis, vt in facto oſtenditur, † maximè, quia
circa probationem mortis etiam Iudex ex officio
poſſet recipere teſtes abſque aliqua citatione:
Bald. *in c. quoniam frequenter. §. porro.* vbi Felin.
*col. penult. in fin. n. 24. verſ. & dicit. vt lit. non conte-
ſtat.* Gabr. *de citation. concluſ. 1. num. 499. limit.* 104
3 Nicellus, *in concord. gloſſ. 52. fallent.* 106. † Cum
etiam adſit noua inueſtitura in perſonam Michae-
lis per Dominos proprietarios domus, de qua agi-
tur, tamquam deuolutæ, ita vt omnibus iſtis ſimul
iunctis, poſſit apertè colligi, quod ſit probata
mors eorum, qui prius fuerunt inueſtiti, cum
etiam ſimus in probatione obitus non de recenti
reſpectu Hieronymi, quo caſu magis probatur
4 mors per leuiores probationes. † Aym. *conſil.* 127
num. 17. poſt Bald. *conſ. 368. per ſolam famam lib. 2.*
Quo obitu ſtante, & proximitate probata, & noua
inueſtitura ſubſecuta, ſunt præferendi proximio-
5 res in emphyteuſi, † de qua agimus, iuxta doctri-
nam Bart. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. æſtiu.*
Caſtr. *conſ. 159. in fin. lib. 2.* vbi etiam quod proce-
dit in feudo, & in fœmina, quamvis etiam inue-
ſtitura eſſet facta pro maſculis: Fulgoſ. *conſ.* 4. &
ex multis Rotæ deciſionibus comprobaui *ſupr. c.*
88. *num. 24. vſque ad* 27.
Nec facit, quod petitio prælationis non ſit in tem-
pore, cum extraneus non fuerit inueſtitus infra
annum, relocatio autem eſt facta elapſo quin-
6 quennio à die primæ locationis finitæ, † Quia
hoc nihil refert, cum enim domus ſit relocata ex-
traneo, durat facultas talem relocationem reuo-
candi per ſpatium triginta annorum, qui cum non
exceſſerint in caſu noſtro, merito eſt concedenda
prælatio: Dec. qui de communi *conſil. 395. in cauſa
magnifici. in fin. verſ. ſecus ſi alienatio.* & ibi Addit.
in fin. poſt Gloſ. ab omnibus receptam *in c. 1. §. Ti-
tius ſi de feud. ſit contr. int. domin. & agnat.* Alex.
conſ. 15. num. 10. vbi Addit. *in verb. extraneum, lib. 5*
Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. n. 8. & 9.* Card.
Seraph. *deciſ. 630. n. 1. & 2.* Gabr. *de iur. emphyteot.*
7 *concluſ. 1. num. 12.* † Et contraria procedunt, quan-
do concederetur agnato remotiori, nam tunc re-
nouatio tollitur per ſpatium anni, tamquam res
remaneat penes agnatos: Dec. *conſ. 327. in caſu pro-
poſito non videtur. col. 2. in fin. num.* 4. Card. Seraph.
dec. 610. num. 8.
Et in omnem caſum, quamvis annus attenderetur,
8 illud tempus anni † currit ſolum à die ſcientiæ:
Alex. *in l. ſi mihi & Titio. colum. ſi ff. de verb. obligat.*
& concludunt omnes *in capite primo, §. Titius ſi
de feud. fuer. controuerſ. int. domin. & agnat.* latè
Dec. *conſil. 327. colum. 3. poſt med. verſ. ſecundo prin-
cipaliter reſpondetur. num. 5. in fin.* Gabr. *de emphyt.
concluſ. 1. numero* 11. Card. Seraphin. *deciſ. 610. nu-
mero* 7.
De qua ſcientia non conſtat, immo eſt probanda
9 per eum qui ſe † in illa fundat: Bart. *in l. omnes, in
fin. num. 2. verſ. item eſt vtilis. C. de agricol. & cenſit.
lib. 11.* Ang. *in §. iubemus, in fin. auth. de eccleſiaſt. tit.
& in l. 1. C. de Nili agger. non rumpend. per l. verum,
ff. de parricid.* cum aliis per Dec. *d. conſ. 327. n. 6. &
in cap. de except.* Bald. *in l. 1. verſ. ſuper ſecundo pun-
cto quæ crimina. C. qui accuſ. non poſſ.* Anan. *in rubr.
de accuſat. in fin.*
Quod autem non adſit mandatum ſpeciale ad peten-
dam iſtam prælationem, prout requiritur, ſtante
augmento canonis, tollitur ex lectura mandati
exhibito in actis, in quo adeſt iſta particularis
commiſſio ad petendam huiuſmodi inueſtituram
cum omnibus conditionibus in ea contentis, tan-
10 quam mandanti debitam vti proximiori, †
Quamvis etiam ad iſtum effectum ſufficeret fuiſſe
conſtitutum procuratorem cum libera, & clau-
ſulis idem importantibus, quæ adſunt in mandato
noſtro, cum paria ſint habere mandatum ſpeciale,
ſeu generale cum libera tam in contractibus,
quam in iudiciis, *l. nam & nocere,* vbi Bald. *ff. de
pact.* Salic. *in l. illud, §. de minoribus.* Caſtr. *in l. per
procuratorem. in fin. ff. de acquirend. hæredit.* Abb.
in cap. petitio poſt med. de procurat. Alex. *in l. ſi pro-
curator. col.* 1 *eod. tit.* cum aliis per Tiraq. *de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 18. num. 32.*
Et dum dicitur non eſſe rem integram ſtante inueſti-
tura aliis facta, non debet attendi ex receptiſſi-
ma opinione omnium doctorum concluden-
11 tium, quod ſemper proximiores ſunt reinueſtien-
di, ſiue res ſit integra, ſiue non, vt latè concludit
Rimin. Iun. *conſ. 414. n. 49. vſque ad 52. lib.* 4. quem
approbauit Rot. *diuerſ. deciſ. 98. num. 3. p. 2.* Gozad.
conſil. 86. n. 24. ad med. quem etiam ſequitur Rot.
coram R. P. D. Oradino Lucana emphyteuſis 6.
Iunij 1567. quæ eſt *in impreſſis diuerſ. deciſ. 791. p. 4*
& fuit confirmata coram R. P. D. Orano Ceruien.
bonorum 4. Iulij 1590. Mandoſ. ad Roman. *conſ. 22.
in verb. communis. col. 2. ad med. verſ. ſed ego credo.*
Alex. qui omnibus reſpondet *in l. ſi mihi & Titio.
ff. de verb. oblig.*
Nec aduerſatur, quod fuerit renunciatum huiuſ-
modi prælationi, ita vt non poſſit peti amplius re-
12 nouatio † ſtante validitate iſtius pacti: Soc. Iun.
conſ. 9. num. 14. lib. 3. Card. Seraphin. *dec. 610. num. 2*
Quia loquuntur quando adeſſet expreſſa conuen-
tio per emphyteutam appoſita, vt finito tempore
locationis Eccleſia poſsit pro ſe retinere, &
13 cuicumque voluerit concedere, † tunc enim di-
citur renunciatum huiuſmodi iuri prælationis.
Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non adeſt iſtud
pactum, ſed ſolùm ſimplex promiſſio reſtituen-
di domum liberam cum renunciatione genera-
li, quæ non extenditur ad tale ius prælationis,
cum de eo eſſet facienda particularis mentio, &
expreſſa renunciatio, nam aliàs illi non cenſe-
retur renunciatum, & ſemper poſſet peti re-
nouatio, & prælatio: Rot. coram Cardin. Sa-
crato Romana penſionis domus 24. Nouem.

btis 1605. vbi etiam loquitur ſtante iuramento
14 poſt Put. deciſ.166.num.7.lib.1. Nam † quælibet
ſimplex obligatio, & promiſſio videtur continere
retentionem beneficij ſibi de iure competentis,
non autem animo nouandi legalem prouiſionem,
& priuilegium ſibi competens, l.4.§.ſi ex conuen-
tione, ff.de re iudic. Surd.conſ.34.num.34.& 35.lib.1
Bald.conſil.329.colum.2. lib.1.cum multis ſimilibus
adductis per Rot.coram R. P. D. Pirouano Ro-
15 mana nullitatis obligationis, 27. Februarij † vbi
de promiſſione ſolutionis legatorum, quæ intelli-
gitur ſaluo beneficio legis Falcidiæ, & de pro-
miſſione reſtitutionis dotis, quæ debet declarari
ſaluo priuilegio lucri dotalis, & de pacto facien-
di teſtamentum, quod etiam intelligitur iuxta proui-
ſionem iuris communis: Card. Mantic. de tacit.
& ambig.conuent.lib.3.tit.7.num.16. Affl. deciſ. 399
num.13.& 14.Nat.conſ.416.n.4.vſque ad 7.Roland.
de lucr.dot.qu.37.

Nec agitur de aliquo intereſſe nepotum Michaelis,
ita vt eſſent citandi in caſu, & ad effectum de quo
agitur, Quamvis enim fuerint inſtituti vſufru-
ctuarij, cum perſona à Michaele nominanda, non
propterea ſunt compræhenſi in inueſtitura, ita vt
defuncto Michaele abſque nominatione ſucce-
dant in emphyteuſi, Non ſolum ſunt vocati cum
expreſſa conditione, quatenus Michael nomina-
16 ret, † Vnde non ſecuta nominatione, nulla eo-
rum ratio eſt habenda, neque illis eſt aliqua actio
quæſita, l. Thais ancilla. §. Stichus, ff.de fidecom-
miſſ.libertat. Bart.in l. quibus diebus, §. Termilius,
num.6. ff.de condit.& demonſtrat. Alex. conſ.119.n.1
lib.1. Ruin.conſ.182.num.2.lib.1. Natt. conſ.372.n.4
Surd.dec.144.num.12. Et per conſequens non re-
17 quiritur citatio, † cum debeat eſſe certa perſona,
quæ debet citari re & actu, non autem in ſpe, &
potentia: Purpur.in auth. ſi quis in aliquo, num.22
verſ.ſexto limitatur, C.de edend. poſt Bald.in l.nec
quidquam, §.vbi decretum, col.antepenult. ff.de offic.
proconſ. Alex.in l.filiusfamilias, §.diui.col.& ibi Iaſ.
col.8.ff.de legat.1.

Et in omnem euentum petitur prælatio cum eiſdem
pactis, & conditionibus appoſitis per Eccleſiam
in emphyteuſi aliis conceſſa, inter quas conditio-
nes adeſt illa, vt dicti nepotes in caſu nominatio-
nis faciendę debeant frui dicta domo cum eadem
perſona nominanda, vnde nihil deperit parti, quæ
ſemper eſt tuta de ſuis iuribus in quemcumque
18 transferatur emphyteuſis, † quæ eſt accipienda
cum eiſdem conditionibus, quæ ab alio reperiun-
tur: Rip.in l.1.col.3.verſic.quinto intellige, ff.de pri-
uileg.creditor. Gabr.de emphyt.concl.1.in fin.num.28
Card.Serap.dec.610.num.11.

Neque pendente lite ſuper prætenſa caducitate, ac
aliis deductis dicitur deuoluta emphyteuſis, cum
19 non ſufficiat adeſſe litem, † ſed requiratur ſenten-
tia, non quidem vna, ſed plures, quæ faciant rem
iudicatam, & habeant vim trium conformium,
immo etiam eſt neceſſaria illarum executio ad
hoc, vt dicatur lis finita: Pariſ.conſil.30.numero 36
lib.4. Mandoſ.reg.33.qu.27.col.1.ad med. Lancell.
20 de attent.lit.pend.numero 234.tom.6.fol. 306. † vbi
etiam quod durat lis poſt ſententiam tranſactam
in iudicatum propter executionem: Saruenſ. dec.
14. & cum ſint dubij euentus litis, interim, donec
pendet lis, non poteſt dici, quod adſit aliqua de-
21 uolutio, cum neque illa pendente detur aliqua in-
nouatio aut ingreſſus poſſeſſionis etiam vacantis,
cum aliis effectibus, de quibus latè Lancell. de
attent.lit.pend.numero 298.cum pluribus ſeq. tom 6
fol.309.

Quo vero ad nominationem dicendum eſt illam
fuiſſe inualidam, cum fuerit facta de illegitimo,
qui tamquam inhabilis non admittitur ad bona
22 emphyteotica eccleſiaſtica, † neque enim eſt ve-
riſimile, quod eccleſia de talibus cogitauerit pro-
pter ſuam dignitatem, quaſi iſti non poſſint prō-
creari ſine peccato: Bald.in cap.quæ in eccleſiarum,
n.42.de conſtit. Rip.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, il.1
num.62.ff.ad Trebell. latè Cardin.Mantic.de tacit.
& ambig. conuent.lib.22.tit.10.numero 1.vſque ad 6
cum aliis quos adduxi ſupra cap.218. n.35.cum ſeq.
23 † vbi etiam quod neque legitimari, niſi per ſub-
ſequens matrimonium admittuntur: Felin in c. in
præſentia.num.24.colum.14.in princ. verſ. quinto in
quantum, de probation. Gabr.conſ.83.num.3.& 4.lib.
2. Rot. diuerſ.dec.474.num.2.p.1. ¶Non obſtante,
quod ſit data facultas libera nominandi, ſeu eli-
gendi, quem aliquis voluerit, non enim ſuſtine-
24 bitur nominatio † de inhabili, quia iſta verba
non inducunt liberam voluntatem, ſed referun-
tur ad arbitrium boni viri, l.Thais, §.ſororem, ff.de
fideicommiſſ.libertatib. dixi latè ſupra c.755. num.15
Ideo erit intelligenda iſta facultas de habilibus,
non de illis, quos abhorret Eccleſia, & de quibus
non cenſetur ab initio cogitatum, maxime in
25 bonis eccleſiaſticis, † in quibus minus veniunt
inhabiles propter naturam rei, quamvis aliàs eſ-
ſent capaces hæreditatis, & licèt etiam talia bo-
na potuerint alienari in extraneos, puta ſi adeſ-
ſent clauſulæ, quibus dederit, vel quibuſcumque,
cum ſimilibus: Pariſ. conſ.71.n.42.& 43.lib.3. vbi
ita declarat Dec. conſ.170. in cauſa venerabilium,
num.6.& per tot. Bald. conſ.206. quæſtio eſt ſpurius,
n.3.lib.2. Honded. conſ.37. n.24. vſque ad 30. lib. 2
Gabr.conſ.83. num.3. vſque ad 12. lib.2. & conſil.84
26 numero 46. & 58. cum ſeq. eod. lib. † vbi etiam
quod hoc eſt indubitatum ſtante Bulla Pij V. edi-
ta de anno 1570. in Bullar. numero 129. per quam
redduntur ſimiles perſonæ incapaces bonorum
eccleſiaſticorum: Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig.conuention. libro 22.titul.10.in fin. Honded.
conſil.37.num.23.lib.2. Rot. diuerſ.deciſ.214. per tot.
part. 2.

Et ita etiam emphyteuſis eccleſiaſticæ, quod in ea
27 non poſſit nominari naturalis, & ſpurius † aut
aliàs indignus etiam ab habente liberam faculta-
tem nominandi concludit Caldas de nominat.em-
phyteuſ. q.19.n.28.vſque ad 32.fol. 223.& qu.num.39
& quæſt.20. num.7. Contraria autem procedunt,
quando in conceſſione emphyteuſis dominus
28 conceſſit ſpurium poſſe nominari, † quia tunc
talis dicitur habere emphyteuſim à domino, non
autem à nominante, vt concludit idem Caldas d.
quæſt.19.numero 26 & 27. iuxta l.cum quidam, 24.ff.
de legat. 2. Vnde ceſſante iſta clara, ſeu veriſimili
mente concedentis, non erit intelligenda facul-
tas de inhabilibus, cum non deceat in loco hone-
29 ſto collocare perſonas inhoneſtas, de quibus Ec-
cleſia in dubio dicendum eſt non cogitaſſe: Felin.
in c.in præſentia.num.24. vbi Dec.n.26 Abb. n.25.de
probation. Caſtr. in l.ſi mihi & Titio, ff. de verbor.
obligat.& in l.generaliter, §.cum autem, vbi etiam
Alex.Salic.& Iaſ.C.de inſtit.& ſubſtit. Bald.in auth.
ſi quis ruinas, n.3.verſ.ſed quæro, C.de epiſc.& cleric.
& conſ.70.lib.1.aliàs eſt conſ.207.lib.2. Afflict.in c.1
§.naturales, in fin.ſi de feud.content.fit. Card.Palæot.
de not.& ſpur.c.31.in prin. Alciat.conſ.39.lib.2.quid-
quid

quid contrarium ſequatur Gamma.*q.2.nu.4.& q.*
*377.n.7.& q.149.num.3.*quia contra eum eſt verior
opinio, vt per Cald.*de nominat.emphyt.qu.19.num.*
29.vſque ad 32.

Quo ad alterum dubium, ex teſtamento tranſmiſſo,
& facto ſerie propoſita colligitur, quod fuit lega-
tum prædium Paulo per Hieronymum cum pro-
hibitione expreſſa, ne vexaret ſuos filios, & hære-
des inſtitutos in bonis etiam emphyteoticis ex
quauis cauſa etiam inhabilitatis, prout idem Pau-
lus acceptando legatum promiſit non contraue-
nire præcepto teſtatoris quauis occaſione, Qui-
bus ſtantibus non poſſunt dicti filij, & hæredes
moleſtari ab eodem Paulo ſub prætextu, quod
hujuſmodi bona emphyteotica ad eum ſpectent
excluſis filiis, & hæredibus Hieronymi tanquam
30 inhabilibus, † Etenim ſumus in onere legatario
iniuncto per viam cauſæ finalis cum reſpiciat
commodum, & fauorem hæredis, non ipſius lega-
tarij: Bart.*in leg. 2.§. vlt.col. 2.in princ.ff. de donat.*
Aym.*conſil.243.num.2.& 3.* Ang.*conſil.124. num.3.*
Surd.*deciſ.38.nu.4.in fi.*Cardin. Mantic.*de coniect.*
31 *vlt.col.lib.6.tit. 14.num.14.in fi.* † Vnde parendum
eſt per legatarium præcepto teſtatoris adimplen-
do cauſam, ob quam fuit ſibi factum legatum, ſtan-
te præſertim acceptatione illius & promiſſione
ſubſecuta, quæ operatur, vt debeat ſeruare onus
ſibi iniunctum, *l.imperator.verſ.enimuero, de leg.2.*
Caſtr.*in leg.ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſolut. matrim.*
Dec.*conſil.425.colum.penul.n.*8. Aym.*conſil.174.nu-*
32 *mero* 9.† Quamvis etiam onus appoſitum eſſet ma-
ius commodo legati, & illius valorem excederet,
ſemper enim iſta acceptatio obligat legatarium
ſtante ſcientia oneris iniuncti, de qua in caſu no-
ſtro: Ruin.*conſil.79.nume.2. & 11.lib.2.* Natt.*conſil.*
*186.num.1.*Soc.Iun.*conſil.18.n.8.lib.4.* Surd.*conſ.7.*
num. 41.lib.1.& de alim.tit. 9. qu.26. num.101. poſt
Alex.*conſil.132.nu.2.ante fi.lib.2. & l. ſi cum dotem,*
§.ſi pater. vbi Caſtr.*ff.ſolut. matrimon.* Cagn. *inter*
conſil.Port.conſ.26. num.1.

Neque obſtat, quod iſta moleſtia ſit iudicialis, &
33 iuridica, de qua non videtur teſtator ſenſiſſe, † ſed
ſolum de illa, quæ inferretur de facto: Gloſ. *in l.ſi*
*ſeruum prætor,ff.de acquir.hæredit.*Menoch. *conſil.*
*230.num.16.& 19.lib.3.*Quia etiam iudicialis vexa-
tio, & moleſtia non poteſt dici iuſta, quando fit
34 contra præceptum teſtatoris, † per quod efficitur
iniuſtum, quod, eius prohibitione circumſcripta,
fuiſſet iuſtum: Soc. Iuin.*conſ. 113.num. 36. vſque ad*
*48.lib.1.*Bero.*conſ.56.numero 44.lib.3.* Tiraq.*de re-*
tract.lignag.§.35.gloſ.4.nu.40. Menoch. *de recuper.*
*poſſeſſ.remed.1.num.284.*Rim.Iun.*conſil.249.nume.*
14.lib.3.& conſil.330.nu.6.cum ſeq.eod.lib. & conſil.
375.numero 7.lib. 4. Simon. de Pret.*de interpretat.*
vltimar.voluntat.libro quarto,interpretat.2. dub.4.
*nu.25.& dub.10.num.89.fol.417.*Alex.*conſil.52.n.2.*
35 *lib.2.& conſ.195.n.8.lib.6.*† Cum etiam in caſu no-
ſtro, vltra prohibitionem teſtatoris adſit quoque
promiſſio legatarij, quæ magis ſimul iuncta om-
nem vexationem etiam iudicialem excludunt: So-
cin.Iun.*conſil.113.num. 45.lib.1.*

Maximè, quia non fuit ſimpliciter prohibita mole-
ſtia, ſed fuerunt addita verba ex quacumque cau-
ſa, prout etiam in promiſſione de non contraue-
36 niendo fuit dictum ex quauis occaſione, † tunc
enim venit etiam moleſtia iuris, cum terminus
cui adiicitur iſta dictio aliqua, quauis, quacum-
que, & ſimilis intelligatur latè etiam contra pro-
priam ſignificationem: Ipſ.*conſil.224.colum.2.in fi.*
*verſic.tertio iſtud ſtatutum,libro 2.*Corn. *conſil.245.*
col.2.verſic.nec obſtant allegata.lib.3.& *conſi. 33. col.*
vltim.lib.4. Franc.*in c. indemnitatibus,§. cæterum.*
*in princ.de elect.in 6.*Soc.*conſil.3.col.3.ad med.verſ.*
*tamen in primis expreſsè dicitur,n.10.lib.3.*Bertrād.
conſil.100.nu.8.lib.1.p.1. cum aliis per Tiraq.*in l. ſi*
vnquam,in verb.omnia vel partem aliquam,nu.14.
37 *cum ſeq. Cod.de reuoc.don.* † Cum etiam iſta verba
ſint generalia, & vniuerſalia, ac multum prægnan-
tia, ideo intelliguntur de quacumque moleſtia
etiam iudiciali: Ruin.*conſil.77.n.8. lib.2.* Dec.*conſ.*
*613.col.1.poſt med.nu.1.*Abb.*conſil.43. col.pen.verſic.*
*ſecundo principaliter,lib.1.*Soc.Iun.*conſ.13.num.52.*
*lib.1.*Surd.*deciſ.194.nu.12.& de alim.tit.9.q.26. nu.*
*27.*vbi *n.32.cum ſeq.* teſtatur de veriori opinione,
38 cum multis ſimilibus ibi adductis, † quaſi verba
hominis vniuerſalia nullam recipiant reſtrictio-
nem de habilitate, quidquid ſit in verbis legis:
Bart.*in l.generali.§.vxori de leg.3.*Bald.*in l.vlt.nu.*
*1.verſ.doctrina,C.ſine cenſ.vel reliq.*Natt. *conſ.159.*
*n.7.*Ceph.*conſil.199.n.24.lib.2.*Bec.*conſil.28.nu. 10.*
39 † Maximè quia in ſpecie teſtator expreſſit cau-
ſam inhabilitatis, ob quam prohibuit moleſtiam,
ita vt ex hoc clarè colligatur eius mentem fuiſ-
ſe, vt filij non vexarentur occaſione prædicta in
iudicio, vnde tunc præceptum erit magis obſer-
uandum, ne contraueniatur voluntati teſtatoris,
quamvis ſufficerent dicta verba generalia, vt di-
ctum eſt: Rimin.Iun.*conſ.575. num.8.lib.4.*

EPITOME.

Fructus quando debeantur ex pecunia ſubro-
gata loco ſtabilium debitorum pro legitima.
¶ Actio de dolo an detur contra eum, qui non
expreſſit qualitates, quæ debebant exprimi, ex
quibus contrahens cum illo fuit deceptus. ¶ Et
quomodo in odium tacentis ei ſubueniatur.
¶ Datio inſolutum doloſa quando liberet debito-
rem, & requiratur reſciſſio. ¶ Et quid in cauſa do-
tis an ſit ipſo iure nulla, ita vt remaneat primæua
actio ¶ Obligationes correſpectiuæ quando ha-
beantur pro vnico contractu. ¶ Et an debeant in-
telligi quatenus hinc inde obſeruetur, & non
ceſſet obligatio. ¶ Et an talis actus correſpecti-
uus faciat, vt ceſſet ipſa delegatio, ſi ceſſat cauſa
delegationis. ¶ Fructus an debeantur ex pecuniis
promiſſis pro dote, & ſuſtentatione onerum ma-
trimonij, ſiue ſimus in ſocero promittente do-
tem, ſiue in alio extraneo. ¶ Et ad quam ratio-
nem ſint taxandi fructus dotales. ¶ Dolus præ-
ſumptus an ſufficiat ad effectum reſciſſionis con-
tractus.

SVMMARIV .

1 *Obligatio dotare non conſequitur liberationem, ſi do-*
tem dederit de pecuniis mulieris.
2 *Pecunia ſubrogata loco bonorum, quæ erant debita*
pro legitima, habet priuilegia ipſius legitimæ quo
ad fructus, qui erunt ſoluendi, prout de ea ſolue-
rentur.
3 *Actio de dolo datur contra eum, qui non expreſſit*
qualitates, quæ debent exprimi, ex quibus contra-
hens potuit decipi, & ſubuenitur in odium tacen-
tis ei, qui ita fuit inductus ad contrahendum cum
refectione omnium damnorum n.4. & 5.
6 *Datio in ſolutū doloſa liberat debitorē, licèt ratione do-*
li poſſit inde cōueniri: Fallit in debitore ex cauſa dotis

tamquam ſit ipſo iure nulla, & competat prima-na actio dotis, num. 7.

8 *Obligatio prima non dicitur extincta, ſi acquiſitio non fuit perfecta, & irreuocabilis. Amplia etiam extra cauſam dotis, n. 9.*

10 *Obligationes correſpectiuæ habentur pro vna, & in eis non eſt dare prius, aut poſterius, ſed dicuntur vnicus contractus.*

11 *Correſpectiua obligatio facit, vt ſi ceſſat cauſa delegationis ceſſet quoque ipſa delegatio.*

12 *Promiſſiones correſpectiuæ intelliguntur quatenus hinc inde obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectiua cauſa.*

13. *Condemnatio debet dari in reſtitutione acceptorum, ſi ceſſet effectus promiſſionis.*

14 *Error ſtatim dicitur probatus, ſi apparet rem ſe aliter habere, quam dictum fuit.*

15 *Errans non conſentit, neque ei cenſetur in aliquo præiudicatum.*

16 *Fructus debentur ex pecuniis promiſſis pro dote, & ſuſtentatione onerum matrimonij, ſiue ſimus in ſocero promittente dotem, ſiue in alio extraneo, numero 19.*

17 *Taxatio fructuum dotalium admittitur ad ſeptem, aut octo pro centum, & ſtatur in hoc conſuetudini locorum, num. 18.*

20 *Dolus præſumptus, nedum verus ſufficit ad effectum reſciſſionis contractus.*

CAPVT DCCLIX.

QVo ad renunciationem de qua agebatur in
cauſa Ariminen. cenſus ex facti ſerie tranſ-
miſſa apparet, quod loco bonorum ſtabilium pa-
ternorum, & auitorum, & maternorum renun-
ciatorum fuerunt per Franciſcum promiſſa Ful-
uiæ renuncianti, & Equiti eius viro ſcuta 1800.
pro dote in tot cenſibus, ſeu pecunia pro commo-
diori ſuſtentatione onerum matrimonij, prout
latius in inſtrumento exhibito, Vnde cum cen-
ſus aſſignati eſſent proprij ipſius Fuluiæ, & em-
pti de ſuis pecuniis, talis agnatio nó valuit, nec li-
berauit debitorem, quia perinde eſt, ac ſi nihil de-
1 diſſet, † cum ad effectum conſequendi liberatio-
nem dos eſſet danda de patrimonio, & bonis ip-
ſius debitoris, nam aliud eſt quando datur ex re-
bus ſpectantibus ad mulierem, tunc enim ſi per
eum detur, dicitur ab illo dari tanquam à ſuo mi-
niſtro, & perinde eſt, ac ſi ipſa mulier dediſſet, qui
enim dat pro alio illum repræſentat, & idem eſt ac
ſi per illum datum eſſet cum tali pacto, & ſic ſem-
per hujuſmodi dos emanauit ex patrimonio mu-
lieris, Bald. *in l. generaliter, §. in prin. n. 1. verſ. & hoc
nota. Cod. de ſecund. nupt. & in l. hac edictali, 6. col. 4.
ante med. verſ. ſed pone quod ſecundo viro non dat
mulier. num. 20. C. eod. tit. & in auth. in donatione ad
med. verſ. ſed pone quod vir non dedit.* & ibi Addit.
in verb. dediſſe, Cod. eod. tit. de ſecund. nupt. iuxta *l.
ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.*
dixi latè *ſupr. c. 504.*

Quo ſtante debentur ex hæreditate Franciſci non
ſolum pecuniæ petitæ pro reſiduo dotis promiſ-
ſæ, ſed etiam fructus, nam tales pecuniæ fuerunt
2 ſubrogatæ loco bonorum ſtabilium, † quæ erant
in fructu, & loco legitimæ debitæ renuncianti in
bonis paternis, maternis, & auitis, vnde ſunt ſol-
uendæ cum fructibus, quaſi tunc reſultet quidam
contractus permutationis ſeu emptionis, & ven-
ditionis cum renunciante, quæ acceptauit quan-
titatem loco bonorum, ita vt debeat habere fru-
ctus in recompenſationem diuiuorum, exemplo
venditoris, juxta *l. curabit. C. de act. empt.* prout in
ſpecie concludit Alex. *conſ. 69. n. 3. & 4. lib. 1.* Capr.
conſ. 6. n. 8. & conſ. 153. per tot. Ruin. *conſ. 55. nu. 1. verſ.
& contra prædicta male allegatur, lib. 2. & conſil. 56.
nu. 4. verſic. & iſtud in terminis, eod. lib.* Franc. *deciſ.
16. n. 11.* Peregr. *de fideic. art. 36. nu. 69. verſic. vbi ſic
voluit. & verſic. & ſic in legitima quantitate, ſol.* 336.

Immo debitor per aſſignationem hujuſmodi rerum
alienatarum, & ad ipſam renunciantem ſpectan-
3 tium dicitur eſſe in dolo, † cum debuiſſet expri-
mere qualitates omnes cenſuum inſolutum da-
torum, de quibus ſi creditor fuiſſet certior factus,
numquam illos acceptaſſet, ex qua taciturnitate
datur actio de dolo, quia contra eum præſumitur,
quód animo decipiendi contrahentem tacuerit:
Alex. *conſil. 14. col. fi. lib. 5. & conſil. 95. eod. lib.* Aym.
conſil. 192. n. 14. Surd. *conſ. 15. n. 14. & conſ. 145. num. 8.
& 9. lib. 1.* latiſſimè Becc. *conſ.* 106. *nume. 11. cum ſeq.*
Vnde in odium tacentis ſubueniendum eſt ei, qui
4 ita fuit inductus ad contrahendum, † & liberan-
dum: Alex. *conſil. 109. col. pen. verſic. plus dico, lib. 4.*
Dec. *conſil. 110. verè vt puto, col. fi. num. 9. & conſil. 48.
pro reſolutione, n. 16.* Aym. *conſil. 192. nu. 14.* Bec. *conſ.*
106. *num.* 12. vbi quod hæc taciturnitas facit, vt ta-
5 cens teneatur ad omnia damna, † quæ inde proue-
nire poſſent iuxta *l. quæro, ff. de act. emp.* Alex. *conſ.
14. num. 8. lib. 5. & conſ. 63. diligenter, n. 6. lib. 6.*

Amplius eſſet facultate mulieris renunciantis alle-
gare nullitatem contractus, cum ſtante dolo li-
beratio ſit ipſo iure nulla, Quamvis enim regula-
6 riter † datio inſolutum, doloſa liberet debitorem,
licet ratione doli poſſit exinde conueniri, *leg. ſub
prætextu, la 1. C. de tranſact. l. dolo. Cod. de inutilib.
ſtipulat.* Bald. Imol. & Caſtr. *in leg. ſi cum dotem, §. ſi
7 mulier, ff. ſolut. matrim.* † Tamen cum ſimus in de-
bitore ex cauſa dotis, non liberatur per aſſigna-
tionem doloſè factam, tamquam ipſo iure nul-
lam, & competit primitiua actio dotis: Surd. *conſ.
145. nu. 32. lib. 1.* poſt Ang. *in d. §. ſi mulier.* Bald. *No-
uel. de dot. par. 8. priuil.* 10.

Cum etiam paſſim in donatione inſolutum facta ex
8 cauſa dotis detur regreſſus ad primæua iura, † ſi
contingat res inſolutum datas euinci, vbi enim
acquiſitio non eſt perfecta, & irreuocabilis non
eſt extincta prima obligatio, *l. qui rem 98. ff. de ſo-
lutio.* Bald. *Nouell. de dot. priuil. 19. par. 8.* Surd. *conſ.
145. num. 34. in fi. lib. 1.* poſt Bart. *in leg. ſi quis aliam.
nu. 2. in fi. verſ. prædicta quæ dixi, ff. de ſolution.* Boer.
deciſ. 337. nu. 2. Barboſ. *in l. ſi æſtimatis, n. 20. ff. ſolut.
matrim.* Aloyſ. de Leo *in l. 1. nu. 6. C. ſi aduerſ. tranſ-
act.* Theſaur. *qu. 88. n. 13. p. 2.* † vbi etiam *n. 4. & per
tot.* idem tenet extra cauſam dotis, cum perinde
ſit ac ſi ſolutum non eſſet, *l. qui concubinam, § ſi hæ-
res, ff. de legat. 3.* Albenſ. *conſ. 2. num. 12.* prout etiam
tenet Ant. Faber *in Cod. Fabr. lib. 8. tit. 29. de ſini.
49. & tit. 30. definit.* 20.

Et non ſolum hoc conceditur marito, cui fuerunt
dati iſti cenſus inſolutum reuocabiliter, ſed etiam
erit concedendum mulieri renuncianti, cui com-
petit regreſſus ad bona renunciata, cúm renun-
ciatio per eam facta fuerit ex cauſa dotis ſibi pro-
miſſæ, & ſubrogatæ loco bonorum, quibus fuit
9 renunciatum, † adeo vt iſtæ obligationes ſint cor-
reſpectiuæ, ita vt vna dicatur inita contempla-
tione alterius, & altera ineſſe videatur alteri, adeo
vt in iſtis actibus non ſit dare prius aut poſterius,
ſed dicatur vnicus contractus: Felin. *in cap. paſto-
ralis, numero 7. de reſcript.* Dec. *in c. petens, in 2. no-
tab. de pact.* Corn. *conſ. 36. numero 14. & conſ. 117.
num. 14.*

*n.*14. *lib.*2.Socin.*conſ.*273.*n.*4.*lib.*2. Card. Seraph.
*dec.*359.*num.*14.*& deciſ.*541.*num.*4. Tiraq. *in l.vm-*
*quam,in verb.donatione largitus, num.*117.*C.de re-*
*uocand.donat.*Gabr.*de præſumptiõ.concl.* 15.*num.*17
Et ita etiam in terminis reſoluit Rot. coram R.
P.D.Coccino Parmen.datij 27. Iunij 1612.quæ eſt
11 *dec.*428.*part.*1.*in recentiorib.* † vbi ſtante iſta cor-
reſpectiua obligatione, ſi ceſſat cauſa delegatio-
nis,ſeu dationis inſolutum, ceſſat quoque ipſa de-
legatio, & ſimilis diſpoſitio: Dec. *conſ.*421. *plenè*
*& ſubtiliter. n.*14. *in fin.* cum omnes promiſſiones
12 correſpectiuæ intelligantur, † quatenus hinc in-
de obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectu
cauſæ: Aym. *conſ.*461.*num.*39.*&* 63.*lib.*5. Rot. co-
ram Sanctiſſimo Romana cenſuum ſcutorum 18
millium, 2. Iunij 1609.cum aliis concordantibus
adductis *in d.dec.*428.*num.*2.*vſque ad* 5. *part.* 1. *in*
recentiorib.

Neque obſtat, quod fuerit expreſſum in aſſignatione
huiuſmodi cenſuum, quod illi erant conſtituti ad
fauorem Fuluiæ renunciantis. Quia non ex hoc
ſequitur, vt illa habuerit notitiam, quod fuiſſent
empti de pecuniis propriis, cum potuerit cogita-
re, quod Franciſcus illos emerit ad eiuſdem Ful-
uiæ fauorem, ſed de pecuniis ipſius Franciſci,
prout tenebatur ad effectum ſe liberandi ab obli-
gatione, & promiſſione conuentá,prout expreſsè
idem Franciſcus aſſignauit dictos cenſus tanquam
factum proprium gerens pro extinctione ſui cre-
diti obligando ſe & ſua bona pro euictione, &
13 exigibilitate illorum, † qua obligatione ſtante te-
netur ad damna, & intereſſe in caſu contrauen-
tionis, & cum ceſſet effectus promiſſionis, ſequi-
tur condemnatio in reſtitutione acceptorum, *l.*
cum ſucceſſores,C.de euiction.l.ſi controuerſia,C.eod.
tit. Alex.*conſ.*67.*num.*2.*lib.*2. Ruin.*conſ.*141.*num.*8
*in fin.lib.*1.Rim.Sen.*conſ.*297.*n.*12.*li.*2. Rot.*diuerſ.*
741.*num.*1.*part.*1.

Neque eſt præſumenda aliquà donatio, aut remiſſio
Fuluiæ per acceptationem iſtorum cenſuum, tan-
quam illa neſciret, quod eſſent facti de propriis
pecuniis, cum immo ſemper crediderit fuiſſe em-
ptos de pecuniis Franciſci patrui,ad quem ſpecta-
bat talis ſolutio, itavt modò conſtet de errore,
14 † qui ſtatim dicitur probatus, quando apparet
rem ſe aliter habere,quàm dictum fuit; *l.de ætate,*
§.fin.ff.de interrogat. action.l.cum de indebito, §.1.ff.
de probat.l.poſt diuiſionem,Cod.de iur. & fact. igno-
rant. Aym.*conſil.*157.*num.*8. Stante autem errore
15 † non dicitur erranti aliquo modo præiudicatum
in iuribus ſuis, cum errans non conſentiat,*l. ma-*
ter,ff.de inoffic.teſtam.l.in repudianda, ff. de acquir.
*hæred.l.ſi per errorem, ff.de iuriſd.omn.iudic.*Alex.
*conſ.*9.*num.*11. *in fin. lib.*5.

Ex iſtis colligitur multis modis eſſe ſuccurſum mu-
lieri, & Equiti eius viro pro eorum indemnitate,
inter quos præcipuus erit agere ad ſolutionem
ſcutorum quingentorum pro reſiduo dotis pro-
16 miſſæ, † qui debentur vna cum fructibus, vt di-
ctum eſt ex rationibus ſuperius adductis,maxime
cum etiam tales pecuniæ fuerint promiſſæ pro
dote, & ſuſtentatione onerum matrimonij, quo
caſu magis fructus ſunt debiti, *cap.ſalubriter.*vbi
Io.Andr. Butr. Cardin. Abb. & alij communiter
*de vſur.*Bart.Caſtr.Imol. & Alex. *in l. in inſulam,*
§.vſuras,ff.ſolut. matrimon. Bald.*in l.pro oneribus.*
*Cod.de iur.dot.& in l.fin.§.præterea.C.eod.tit.*Alex.
*conſil.*120.*in fin.lib.*2.Angel. & Iaſ.*in §.fuerat. inſt.*
de actionib. Cagnol.*in l.curabit, num.*41. *Cod. de*
*action.empt.*latè Surd.*de aliment. tit.*1. *quæſt.*42. *n.*1
*cum ſeq.*Cephal.*conſ.*485.*n.*12.*lib.*3.Bero.*conſil.*129
17 *n.*11.*lib.*3.Rot.*dec.*471.*n.*2.*part.*1.*in recentiorib.*† vbi
admittitur iſta taxatio fructuum dotalium ad ſe-
ptem, & octo pro centum iuxta ſtylum, & con-
ſuetudinem locorum: Magon.*dec. Florent.*83. *n.*3
Cum in hac materia ſtetur conſuetudini: Ruin.
*conſ.*224.*num.*14.*lib.*1. Rot.*deciſ.*474.*num.*2.*part.*2
*in recentiorib.& d.deciſ.*471.*num.*2.*in fin.* vbi quod
ita eſt tenendum, quidquid contradicat Iaſ. *in §.*
*fuerat,num.*19.*inſtit.de actionib.* prout etiam tenet
Surd. *de alim.tit.*1.*qu.*41. *num.*27.*in fin.* vbi etiam
*num.*30. quod hæc procedunt ſiue ſumus in ſocero
19 promittente dotem, ſiue in alio extraneo, † cum
in vtroque militet ratio ſuſtentationis onerum
matrimonij ſuper qua fundata eſt diſpoſitio, *cap.*
*ſalubriter, de vſur.*Fortun.*in tract.de vltim.fin.n.*71
verſ.vnde rurſus infertur. Corn.*conſil.vlt. colum.*2
*verſ.quæ ratio non videtur cadere, lib.*2.

Præſertim, quia contractus donationis inſolutum
ſtante dolo fuit à principio nullus, vt ſupra di-
20 ctum eſt, † Cum etiam ad effectum reſciſſionis
contractus ſufficeret dolus præſumptus, nedum
verus: Cephal.*conſ.*34.*num.* 24. *& conſ.*62.*num.* 18
*lib.*1.Bertazol.*conſ.crim.*229.*n.*9.*lib.*1. vbi de com-
muni Honded.*conſ.*35.*num.*49. *lib.*1. iuxta *l.*1.*in fin.*
*de dol.except.l.ſi quis cum aliter,de verb.oblig.*Dec.
*conſil.*39.*num.*9.*& conſ.*70.*col.penult.ad fin.* Socin.
Iun.*conſ.*50.*n.*6.*lib.*3.

EPITOME.

Tutor,& quilibet adminiſtrator,quando obli-
getur ad rationes reddendas. ¶ Et quid in eius
hæredibus. ¶ Et quanto tempore præſcribatur ta-
lis actio. ¶ Et quando illa cenſeatur remiſſa inter
ſocios, qui communiter adminiſtrarunt. ¶ Vel
ſtante conſanguinitate, & longinquitate tempo-
ris. ¶ Et an requiratur compenſatio ſæpius facta,
& ratio reuiſa, & reddita. ¶ Debitum volunta-
rium quale dicatur. ¶ Et quando cenſeatur debi-
tor reliquiſſe animo compenſandi. ¶ Reuiſio ra-
tionum an poſſit peti per ſocium alteri conſocio,
niſi prius offerat ſe paratum reddere de his, quæ
per eum fuerunt adminiſtrata.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quilibet ſiue voluntarius, ſiue neceſ-ſarius tenetur rationem reddere, & num.*2.

3 *Hæredes cuiuſcumque adminiſtratoris tenentur ad reddendam rationem de adminiſtratis. Intellige vt num.* 13. *&* 14.

4 *Redditio rationis inter ſocios petitur actione pro ſocio, & non præſcribitur niſi triginta annis.n.*5.*&* 6.

7 *Reuiſio rationum cenſetur inducta inter ſocios, qui communiter adminiſtrarunt. Declara vt n.*8.

9 *Reuiſio rationis non poteſt peti per vnum ex ſocijs alteri, niſi prius petens offerat ſe paratum reddere rationem eorum, quæ ipſe adminiſtrauit.*

10 *Rationum redditio quando cenſeatur remiſſa ſtante coniunctione ſanguinis, & longinquitate temporis, & an habeat locum in ſociis.n.*11. *Et an requiratur compenſatio ſæpius facta, & ratio reuiſa, & reddita. num.*12.

15 *Hæres non debet duplici onere grauari.*

16 *Debitum voluntarium dicitur quod habet originem à voluntate, licet poſtea efficiatur neceſſarium.*

17 *Debitor voluntarius non præſumitur reliquiſſe animo compenſandi.*

CAPVT DCCLX.

PRæſuppoſita ſocietate, de qua agimus, inter
Tranquillum, & Petrum à die 1. Maij 1592.
vſque ad totum annum 1611. concludendum eſt
hæredes eiuſdem Petri teneri ad reddendam ra-
tionem adminiſtrationis de omnibus emolumen-
1 tis per eum perceptis, † & exactis, ac reſpectiuè
ſolutis occaſione officij communiter conducti.
Nam quilibet adminiſtrator, ſiue neceſſarius, ſiue
voluntarius à lege, Iudice, vel homine conſtitutus
ad huiuſmodi rationem reddendam cogitur, *l.1.§.*
ex officio, ff. de tut. & rationib. diſtrahend. quæ lex li-
2 cet loquatur in tutore. † Tamen etiam locum ha-
bet in quocumque alio adminiſtratore: Dec. *conſ.*
464. *placet concluſio in princ.* Ruin. *conſil.* 29. *num.* 10
cum ſeq. lib. 5. Boer. *deciſ.* 59. *num.* 1. Bero. *q.* 15. *n.* 1. *&*
2. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 4. *n.* 3. cum aliis per Roman.
conſ. 414. *num.* 1. & ibi Mandoſ. *in verb. extendit, in*
3 *princip.* † Ita vt etiam hæredes adminiſtratoris te-
neantur Boer. *deciſ.* 59. *numero* 1. Munnoz. *de*
ratiocin. adminiſt. cap. 3. *in fin.* iuxta *l. heredes, ff. de*
reg. iur. l. 3. *§. hac actio, ff. de negot. geſt. l. tutela. & l.*
omnes tutores, C. de arbitr. tut. l. 2. *C. de hered. action.*
quod etiam notat Rot. Genuenſ. *dec.* 203. *n.* 2. Dec.
conſ. 110. *verè vt puto, num.* 7. *poſt med.* Rom. *conſ.* 413
num. 2. *verſ. certum eſt autem.*

Non obſtat temporis diuturnitas. Quia cum non
4 ſint lapſi triginta anni, illa non attenditur. † Nam
inter ſocios redditio rationis petitur actione pro
ſocio, *l. quidam, ff. de edend.* Bero. *conſ.* 191. *num.* 40
lib. 1. cui actioni pro ſocio non præſcribitur mi-
5 nori ſpatio, quam † triginta annorum §. 1. *inſt. de*
perpet. & temporalib. actionib. l. ſicut in rem, Cod. de
præſcriptionib. triginta annor. Bero. loquens de ſo-
ciis. *conſ.* 191. *n.* 25. *&* 40. *lib.* 18. vbi teſtatur de ve-
riori opinione, quidquid alij ſentiant de minori
tempore, cum eorum ſententia non approbetur,
6 † prout etiam notat Munnoz. *de ratiocin. adminiſt.*
c. 5. *n.* 27. *ad fin. verſ. ex quibus etiam cauendum eſt.*
Maſcard. *de probat. concl.* 1257. *num.* 9. *vſque ad* 13.
Hect. Felic. *de ſocietat. c.* 38. *n.* 56. Rot. Genuenſ. *dec.*
20. *n.* 12. *&* 13. *& dec.* 103. *num.* 5.

Nec facit, quod ambo ſocij adminiſtrauerint, quo
7 caſu cenſetur hinc inde facta compenſatio, † &
remiſſa rationum redditio, *l. ſi ambo, ff. de compen-*
ſationib. Caſtr. *conſ.* 156. *non ſequendo ordinem, poſt*
princ. verſ. ex quo ſequitur, lib. 2. Alex. *conſ.* 47. *num.*
11. *lib.* 1. Quia prædicta procedunt, quando ſocij
pariformiter adminiſtraſſent, ſecus autem quan-
do, prout in caſu noſtro, conſtat, quod vnus ex ſo-
8 ciis plus adminiſtrauit, quam alius, † & quando
vnum pecuniæ, & res ſocietatis peruenerunt in
maiori quantitate, quam ad alterum, tunc enim
non cenſetur inducta compenſatio, nec dicitur
remiſſa rationis redditio, ſed quilibet tenetur red-
dere rationem eorum, quæ recepit, & illa com-
municare ſocio. Ita in ſpecie declarat idem Caſt.
dict. conſ. 126. *ad med. ver. ſi tamen ad maius vnius,*
lib. 2. iuxta *l. verum, §. ſi cum tres, ff. pro ſocio, l. actio-*
ne, 66. *ante fin. §. ſi communis, ff. eod. titul.* & notat
etiam Angel. *conſ.* 285. *col.* 6. *verſic. & ſi inter dictos.*
Beroald. *conſil.* 191. *num.* 34. 35. *&* 39. *lib.* 2. Maſcard.
de probation. concl. 1256. *num.* 6. *vſque ad* 9. Felic. *de*
ſocietat. cap. 57. *num.* 14. Rim. Iun. *conſ.* 280. *num.* 15.
lib. 3.

Maximè, quia in caſu noſtro ſocius, qui petit ab al-
9 tero ſocio ſibi reddi rationes † ex parte ſua offert
etiam reddere computa, & ad illa reddenda eſt
paratus, ita vt non poſſit ei opponi, quod nolit
adimplere nam ſi hoc negaretur, tunc ei obſtaret
implementum ex parte ſua, & non poſſet per eum
peti reuiſio rationis alteri conſocio iuxta *l. Iulia-*
nus, ff. offerri, ff. de act. empt. l. cum proponas, C. de pact.
cap. peruenit, §. 2. *de iureiur.* & ita in propoſito de-
clarat Rimin. Sen. *conſil.* 300. *num.* 54. *cum ſeq. libro*
ſecundo. Rimin. Iun. *conſil.* 280. *numero* 15. *&* 16
libro 3.

Nec eſt facienda vis, quod ſimus inter ſocios, qui di-
10 cuntur fratres, † adeo vt ſtante fraternitate, &
longinquitate temporis præſumatur facta remiſ-
ſio rationis iuxta *l. procula,* 26. *ff. de probationib. &*
præſumpt. Quia diſpoſitio illius legis procedit in
vera fraternitate, & conſanguinitate, non autem
11 ficta, † prout eſt ſocietas, *l. verum, in princ. ff. pro*
ſoc. & in ſpecie ita declarat Bero. *conſ.* 191. *n.* 41. *lib.* 1
vbi etiam ſubdit; quod ad effectum prædictum
neque ſufficit longinquitas temporis, & conſan-
12 guinitas, cum vlterius requiratur tertium, † vide-
licet ſæpius facta compenſatio, ſeu ratio reuiſa, &
reddita: Bart. *in l. libertis. la ſeconda, §.* 1. *ff. de alim.*
& cibar. legat. & in dict. l. procula, ff. de probationib.
Alexand. *conſ.* 56. *num.* 14. *lib.* 4. *& conſ.* 46. *in fin. n.* 12
& ibi addit. in verb. ſine tertio, lib. 1. Dec. *conſil.* 79
pro tenui facultate, num. 4. *& conſil.* 266. *non excedit*
memoria, colum. 2. *in verſic. & non eundo per mendi-*
cata, num. 4. Ruin. *conſ.* 139. *n.* 8. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 13.
num. 2. Socin. Iun. *conſ.* 128. *numero* 129. *lib.* 1. Alciat.
præſumpt. 32. *num.* 6. *reg.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 88
num. 17. *ad med.*

Minus obſtat, quod non videtur æquum hæredes
teneri ad iſtam rationem reddendam, cum non
13 ſint informati, † neque inſtructi eorum, quæ geſta
ſunt per defunctum, ideo erit imputandum ſocio,
qui tamdiu diſtulit ſimilem redditionem ratio-
num: Cephal. *conſ.* 8. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Quia iſta ha-
bent locum quando ſtetit per eum, cui eſt redden-
da ratio, ſi videlicet alter ſocius obtulerit conſo-
cio rationem reddere, & alius recuſauit, & diſtu-
14 lit, † tunc enim ſtante huiuſmodi mora præſumi-
tur fictè ratio reddita, & in iſtis terminis loquitur
Cephal. *dict. conſ.* 8. prout illud ita declarat idem
Cephal. *conſ.* 466. *num.* 24. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 988
num. 7. *lib.* 10. cum aliis per Felic. *de ſociet. cap.* 27
num. 3. *vſque ad* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1257
num. 13.

Neque obſtat, quod teſtator in ſuis codicillis diſpo-
ſuerit, vt Tranquillus poſſit exercere officium
ipſius teſtatoris durante vita ſua ſi voluerit, &
pro reſponſione non teneatur ſoluere niſi ſcuta
viginti quolibet menſe, cum tamen in teſtamen-
to prius expreſſerit de ſcutis viginti tribus, adeò
vt hoc legatum cenſeatur relictum animo com-
15 penſandi, † quatenus in aliquo teſtator reman-
ſiſſet debitor in calculis faciendis ipſi legatario,
ne duplici onere grauetur hæres, *l. vnum ex fami-*
lia, §. ſi rem, ff. de legat. 2. Pariſ. *conſ.* 79. *num.* 25. *lib.* 2
Quia obligatio reddendi computa, & ſoluendi
reliqua eſt voluntaria procedens à facto ipſius
16 ſocij, dum ſocietatem contraxit, † cum illud di-
catur debitum voluntarium, quod habet initium
voluntarium, licet poſtea efficiatur neceſſarium:
Imol. *in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrim.*
Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *num.* 52. *cum ſeq. & conſ.*
56. *num.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 195. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Oſaſc.
dec. 167. *num.* 24. *&* 29. Tiraq. *de retract. conſang. §.*
1. *gloſſ.* 14. *num.* 15. poſt Bald. *conſ.* 20. *libro* 2. Corn.
conſ. 292. *num.* 5. *lib.* 2. Roncheg. *in l.* 1. *num.* 21. *C. de*

duobus

duob.reis,Dec.Iaſ.& alij *in auth.præterea,Cod.vnd. vir.& vxor.*Albenſ.*conſ*.17.*n*.8. Sim.de Pret. *conſ*. 161.*n*.53.*cum ſeq.& de interpr.vlt.volunt.lib*.3.*dub*.6 *n*.31.*fol*.385.

In debito autem voluntario numquam præſumitur,
17 quod debitor reliquerit † animo compenſandi, *l. ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſolut.matr.l.1.§.ſciendum, C.de rei vxor.act.l.creditor,C.de legat.l.creditorem, ff.de legat*.2.Cuman. *conſil*.22.*col*.1.*ad med.verſ.his non obſtantibus*,Bald.*conſ*.58.*in reſtitutione, col. pen. verſ.ſuper ſecundo puncto, lib*.2. Signorol. *conſ*.176 *n*.4.& 5. Aret.*conſ*.93.*col*.1.Alex.*conſ*.12.*num*.5.*lib*.2 Ruin.*conſ*.80.*n*.8.*lib*.2.&*conſ*.137.*n*.8.*lib*.5.Menoc. qui de communi *conſ*.56.*n*.16.& 17.*lib*.1.& *conſ*.195 *n*.11. & 12.*lib*.2.Alban.*conſ*.6.*n*.6.*vſque ad* 9.Pariſ. *conſ*.66.*n*.226.*lib*.2.Sim.de Pret.*de interpr. vlt.vol. lib*.3.*dubit*.6.*n*.33.*fol*.385.Iaſ.*conſil*. 123.*col*.3.*verſ. ſecundo facit, & col.penult.lib*.4.Surd.*conſ*.112. *num*.1 *cum ſeq.lib*.1.*& in tract.de aliment.tit*.5.*q*.3.*n*.27.

EPITOME.

Liberatio facta per minorem tutori de adminiſtratis quando valeat. ¶ Et quo caſu per eum ſit iterum reddenda ratio. ¶ Et quid ſi appareat de magna læſione minoris ſiue adſit dolus, ſiue error, ſiue ſit iurata, & cum decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus, & per modum ſindicationis, & interuenerit confirmatio per ſententiam. ¶ Pactum de ſtando calculatis an ſuſtineatur, ita vt amplius non poſſit peti reuiſio. ¶ Soluens minori abſque interuentu Iudicis, & tutoris quando liberetur. ¶ Et an ſit probandum minorem factum locupletiorem. ¶ Clauſulæ multæ, quæ ſolent adhiberi in renunciationibus, & de earum efficacia. ¶ Et an quo plures ſunt redoleant dolum, & fraudem maximè ſi apponatur per minores. ¶ Et an per eos tacitè, & expreſsè poſſit renunciari reſtitutioni in integrum. ¶ Hæredi an competat facultas allegandi nullitatem actus geſti per defunctum. ¶ Minor an poſſit ſtare in indicio abſque conſenſu patris in illis, in quibus ei non quæritur vſusfructus.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio facta per minorem tutori non valet ſi fiat non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti.*

2 *Tutor non poteſt cogi ad iterum reddendum rationem adminiſtratis. Fallit ſi liberatio ei facta per minorem fuit nulla, n*.3.

4 *Redditio rationis eſt iteranda, quando apparet de magna læſione minoris ſiue adſit dolus, ſiue error non obſtante quacumque liberatione etiam iurata, & facta cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus,& per modum ſindicationis,& quamvis error eſſet confirmatus per ſententiam, n*.5.& 7.

6 *Naturalis æquitas prohibet, vt nullus locupletetur cum alterius iactura.*

8 *Pactum an valeat, vt ſit ſtandum calcularis, & non poſſit peti reuiſio reſpectu erroris, & quid ſi fuerit geminatum, n*.9.& 10.

11 *Decreta perfunctoriè interpoſita non impediunt reſtitutionem.*

12 *Curator non poteſt dari minori ad donandum, n*. 14.

13 *Donare eſt perdere.*

14 *Soluens minori abſque auctoritate Iudicis, & tutoris non liberatur, niſi probetur,quod ille ſit factus locupletior,quidquid aliud ſit quando ſolueret cum eorum auctoritate,tunc enim non pertinet ad debitorem cura reinueſtiendi pecuniæ ſolutas num*.16.

17 *Proximior ex parte patris præſumitur magis idoneus in negotijs pupilli,quam alius minus propinquus.*

18 *Solutio facta perſonæ illegitimæ non liberat debitorem.*

19 *Primum inſtrumentum, & decretum nullum non confirmatur per ſecundum, ſi vitium,quod erat in eo, perſeueret in confirmatione.*

20 *Clauſulæ multa, quæ ſolent adhiberi in renunciationibus, & de earum efficacia,& an quo plures ſunt redoleant in fraudem,& dolum maximè ſi ponantur in liberatione facta per minores, num*.21.22.23. & 24.

25 *Geminatio actus non operatur in minore, qui tanto magis læditur, quo pluries ſuo beneficio renunciat, cum nec tacitè, nec expreſsè poſſit renunciare reſtitutioni in integrum.*

26 *Actio doli extinguitur biennio.*

27 *Petitio redditionis adminiſtrationis tutelæ poteſt peti infra triginta annos.*

28 *Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus liberationem factam tutori,& eius hæredibus,n*.29.

30 *Hæredes minoris poſſunt allegare cauſas nullitatis liberationis tutoris per eum factæ,ſicut poſſet minor.*

31 *Pater qui renunciauit vſumfructum aduentitiorum filij an cenſeatur etiam dediſſe ei facultatem agendi, & recuperandi omnia bona ad vſumfructum pertinentia, vel requiratur nouum mandatum patris,vt poſſit ſtare in iudicio etiam in his,in quibus illi non quæritur vſusfructus.*

CAPVT DCCLXI.

De legitima liberatione tutricis concludendum eſt non conſtare. Nam primum inſtrumentum in quo prætenditur plenè fuiſſe illam liberatam eſt nullum ob non ſeruatam formam ſtatuti mandantis in redditione rationis cuiuſlibet tutoris eſſe dandum curatorem pupillo, ſeu adoleſcenti, qui curator ſit proximior ex parte patris ſi extat, alias ex parte matris,& ſi aliter ratio reddatur, liberatio non valeat etiam ſi iura-
1 mentum interuenerit. † Vnde quia præſupponitur in facto deputatum fuiſſe curatorem ex latere matris, & remotiorem,cum tamen adeſſet proximior ex parte patris, qui commodè tunc temporis poterat interuenire, non mirum ſi tutrix non poteſt ſe tueri ex iſta liberatione nulla, & inualida, & per conſequens poterit cogi ad iterum reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis: Ruin. *conſil*.95.*n*.7.*in fin.verſ.non eſt etiam ex alio ſerua-*
2 *ta, lib*.5.† Quamvis enim redditio rationis reiterari non debeat rationibus ſemel diſpunctis, *l. ſemel,C.de apoch.public.lib*.10. Io. Monach.Archid. & Io.Andr.*in c.vnic.de clerio.ægrotant*. Pariſ.*conſ*. 89.*n*.1.*lib*.1. Tamen intelligitur quando legitimè
3 fuit reddita ratio, † & ſeruatis ſeruandis, *l. cum ſeruus,*81.*ff.de cond.& demonſtr*.Bero.*conſ*.191.*num* 14.*lib*.1.& *conſ*.128.*num*.8.*lib*.3.Socin.*conſ*.112.*nu*.8 *cum ſeq.lib*.4. Rimin.Iun,*conſ*.338.*num*.31. *vſque ad* 42.*lib*.3.Gutier.*de contract.iurat.part*.1.*q*.40.*num*.7 *vſque ad* 26. Munnoz.*de ratiocin. adminiſtr. cap*.2. *num*.5. & *cap*.40.*num*.6. *vſque ad* 18. Rot. coram R.P.D.Penia Bononien.redditionis rationis, 12 Iunij 1606.

Amplius quamvis etiam eſſet reddita ratio perſonæ legitimæ, iuxta formam ſtatuti, tamen liberatio non prodeſt, quia præſupponitur in facto, quod rationes fuerint calculatæ tamquam ſolum ad tutricem peruenerint libræ viginti nouem mille 5.

cum tamen verè, & realiter poſſit probari valo-
rem bonurum adminiſtratorum aſcendere ad li-
bras quinquaginta mille, ub quam diuerſitatem,
4 ſummarum reſultat magna læſio pupillæ, † adeò
vt ſiue fuerit per dolum, ſiue per errorem ſemper
competat actio ad iterum reddendam rationem,
ſeu officium Iudicis, ad retractandam talem cal-
culationem, & denuò repetendum, quod ſibi de-
betur, non obſtante, quod quietatio fuiſſet iurata,
& generalis, & cum decreto Iudicis, & cum clau-
ſula ex certa ſcientia, cum ſimilibus: Roland. *conſ.*
49. num. 62. vſque ad 66. lib. 1. Anchar. Soc. Pariſ. &
alij de quibus per Theſaur. *deciſ. 74. num. 6. & 7*
Munnoz. *de ratiocin. adminiſtr. cap. 5. n. 10. & c. 40. n.*
5 *13. vſque ad 17. & cap. 41. num. 4. vſque ad 30.* † vbi
ampliat quamvis quietatio fuerit facta per mo-
dum ſindicationis, ſiue ſimus in errore facti, ſiue
iuris, & quamvis error eſſet confirmatus per ſen-
tentiam Iudicis, licet enim talis confirmatio ex-
cludat retractationem etiam ex cauſa erroris pro-
pter auctoritatem rei iudicatæ. Nihilominus hoc
habet locum quando error eſſet paruus, ſecus
quando prout in caſu noſtro, eſſet magnus, & Iu-
dici ponderoſus, & nimis conſiderabilis, tunc
enim conſiderata qualitate damnum paſſi, & illius
contra quem error reſultat, ſemper datur retra-
6 ctatio officio eiuſdem Iudicis † ex naturali æqui-
tate, quæ prohibet vt nullus cum alterius iactura
locupletetur, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb.*
7 & cum hac diſtinctione, ita iudicatum fuiſſe †
teſtatur Munnoz. *de ratiocin. adminiſt. c. 41. num. 12*
¶ *& conſil. Ceph. 192. lib. 2.* loquitur quando libe-
ratio tutoris eſt facta à maiore, quæ tunc valet,
quod non applicatur ad caſum noſtrum cum ſi-
mus in minore.

Neque obſtat, quod fuerit inter partes initum pa-
8 ctum, vt talibus calculis perpetuò ſtetur, † ita
vt aduerſus illud nullo modo veniri poſſit etiam
prætextu erroris: Menoch. *de arbitr. cuſ. 209. num.*
36. & 37. Quia contraria opinio eſt verior, quod
non obſtante tali pacto liberatio irritetur, & re-
tractio erroris concedatur, tanquam illud pactum
ſit fallax, & fraudulenter præſumptum, eo enim
ipſo, quod erratum fuit in calculis, ſtipulationes,
conuentiones, renunciationes, & pacta in quie-
tationibus ſcripta, cenſentur per eundem erro-
9 rem appoſita, † quamvis etiam interuenerit au-
ctoritas Iudicis, cum renuncians cenſeatur indu-
ctus eodem dolo, & cauillatione ad ponendas
iſtas clauſulas, quibus iudicis decretum cum ſi-
milibus cautionibus, maximè quando decretum
fuit interpoſitum abſque cauſæ cognitione ſolùm
comprobando geſta, & rationes redditas per tu-
torem nullo dato temporis interuallo præſertim
ſi talis paciſcens erat minor, vel ſimilis perſona,
quæ poſſit facilè circumueniri ex ſua facultate,
& ignorantia, vt latè omnia prædicta comprobat
Munnoz. *de ratiocin. adminiſtr. cap. 41. n. 35. vſque*
ad 37. poſt Pariſ. *conſil. 89. num. 39. vſque ad 51. lib. 1*
10 † vbi ampliat quamvis pactum eſſet geminatum:
Couarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 4. num. 3. & 4.* Gutier.
de iuram. confirmat. part. 1. cap. 23. num. 3. Damauder.
de tutor. cap. 1. de tutor. & curator. liberat. Maſcard.
11 *concluſ. 253. num. 17.* † & nunquam iſta decreta per-
functoriè & interpoſita impediunt reſtitutionem:
Old. *de reſtit. in integr. q. 22. n. 62.* poſt Corn. *conſil.*
98. n. 2. lib. 1.

Minus obſtat, quod fuerit donatum illud plus in
quo tutrix remanſiſſet debitrix. Quia minor non
poteſt donare neque cum decreto Iudicis, nec
12 cum auctoritate curatoris, † ideò non poteſt dari
curator ad auctorizandum in donatione, cum in
hoc caſu non ſit interponendum decretum, *l. ab*
agnato. de curator. furioſ. l. fin. ff. eod. tit. Nam cura-
tor dandus eſt cauſà cognita, id eſt ex cauſa, quæ
non adeſt, nec poteſt eſſe in dando curatorem ad
13 donandum † cum donare ſit perdere, *l. contra iuris,*
§. ſi filius, ff. de pact. l. prohibere, §. plane, ff. quod vi
aut clam. l. filius, ff. de donat. & bene declarat Alex.
in l. 1. in princ. col. 2. n. 14. verſ. tamen dico quod illa,
ff. de verb. oblig. poſt Bald. *in l. 1. ad med. C. ſi aduerſ.*
14 *dona.* † Et quod nihil operetur decretum, & au-
ctoritas tutoris in donationibus factis per mino-
res eſt text. *in l. 1. in princ.* & ibi Gl. *in verb. & ita,*
eſt, de tutel. & ration. diſtrah. l. vlt. de curat. furioſ.
Ruin. *conſ. 200. n. 2. lib. 1.* quos latè adduxi *ſupr. cap.*
233. num. 5. vſque ad 12.

Quibus additur quod ſumma librarum decem mil-
le octingentorum, in qua tutrix remanſit debi-
trix in redditione rationis fuit ſimpliciter ſoluta
minori abſque eo, quod conſtet de reinueſtimen-
to, vel de conuerſione in vtilitatem mulieris mi-
15 noris. † Non enim poteſt ſolui minori abſque de-
creto Iudicis, & ſine auctoritate tutoris, & debi-
tor non liberatur, niſi quatenus minor reperiatur
factus locupletior, *l. pupillo,* vbi Caſtr. *num. 2. in fin.*
de ſolution. §. ex contrario, inſt. quib. alien. lic. vel non
Ruin. *conſ. 159. n. 2. lib. 5.* Boccac. *ad conſtit. March.*
gloſ. 8. n. 52. Lamberteng. *de contract. mulier. ad fin.*
16 *num. 174.* † Et quamvis prætendatur in caſu noſtro
interueniſſe auctoritatem curatoris, qua ſtante
cum decreto Iudicis non pertinet ad debitorem
cura reinueſtiendi pecunias: Gutier. *de tut. part. 2*
c. 22. n. 13. & 14. Munnoz. *de ratiocin. adminiſtr. cap.*
40. n. 2. Tamen iam ſupra oſtenſum eſt non fuiſſe
adhibitum legitimum curatorem ob non ſerua-
tam formam ſtatuti mandantis, prius adhiben-
dum eſſe in curatorem proximiorem ex latere pa-
17 terno, † quam lex præſumit fore diligentiorem
& magis cautum, & conſideratum in tractandis
negotiis minoris, quam non eſſet minus propin-
quus: Bart. *in l. tranſactionem, num. 3. C. de tranſact.*
Honded. *conſ. 5. num. 24. lib. 2.* poſt Creſcent. *deciſ. 4*
18 *num. 9. de conſtitutionib.* † Vnde ſolutio non libera-
uit debitorem tamquam facta perſonæ, non legi-
timæ, *l. 3. ff. ſolut. matrim. l. qui hominem, §. ſi gener. ff.*
de ſolutionib. l. vero procuratori, eod. tit. l. 2. ff. vt legat.
tor. nomin. cauent. Alex. *conſil. 4. num. 3. ad med.*
lib. 2.

Idem dicendum eſt, quo ad ſecundum inſtrumen-
tum confirmatorium primi, nam quemadmodum
primum eſt inualidum, & nullum cum omnibus
ibi contentis, vt dictum eſt, ita etiam ſecundum
ſubiacebit eiſdem nullitatibus, quibus primum
19 erat obnoxium, † cum vitium, quod erat in eo
perſeueret in confirmatione, ſeu decreto, & ſen-
tentia, ſicut enim vitiatur cauſa, ita etiam decre-
tum, & confirmatio cum eo ſubſecuta: Dec. *conſ.*
475. in cauſa qua Mantua, colum. 3. ad med. verſ. &
breuiter conſiderandum, num. 13. vſque ad 17. Socin.
Iun. *conſ. 41. num. 17. vſque ad 20. lib. 2.* dixi *ſupr. cap.*
669. num. 6.

Verum eſt quod in dictis inſtrumentis adſunt clau-
ſulæ ampliſſimæ. Nam fuit renunciatum exce-
ptionibus doli, etiam commiſſi in actu præſentis
20 liberationis, † nec non metus, & fraudis, in factum
actionis non numeratæ pecuniæ, erroris calcu-
li, clauſulæ generalis ſi qua iuſta cauſa, recurſus

ab

ad arbitrium boni viri, deceptionis vltra, vel in-
fra dimidiam, falſæ cauſæ, falſæ aſſertionis, ſeu
ſuggeſtionis etiam [illegible] bitæ notitiæ exceptio-
num, & certiorationis, [illegible] iter dictum, vel plus, ſeu
minus ſcriptum, quam dictum, & è contra, cum
renunciatione beneficij minoris ætatis, reſtitu-
tionis in integrum, ac aliorum priuilegiorum,
ſtatutorum, indultorum conceſſorum, & in fu-
turum concedendorum, quorum notitiam habe-
ri voluit ac ſi inſerta, &c. cum remiſſione omnium
iurium etiam futurorum ſibi competentium oc-
caſione dictæ adminiſtrationis etiam ſi prorſus
illa ignorarentur, ſiue ignorantia ſit in genere,
ſiue in ſpecie, ſiue ſint incognita, & inexcogitata,
etiam ſi dolo, & fraude alicuius eſſent incognita
tam in genere, quam in ſpecie, auferendo poteſta-
tem vlterius non petendi; quod ratio non ſit ple-
nè reddita, & non allegandi nullitatem dictorum
inſtrumentorum tam ex forma iuris, quam ſtatu-
torum ciuitatis Ariminen. conſentiendo cancella-
tioni omnium ex quibus appareret illam eſſe de-
bitricem in plus, quod totum remittit ex dona-
tione irreuocabili inter viuos cum aliis clauſulis,
quas longum eſſet recenſere, ita vt ex eis potius
prima facie quilibet concluderet pro validitate
præſentis liberationis.

Non eſt tamen recedendum à ſupra firmatis. Nam
21 quo plures clauſulæ ponuntur, † eo magis redo-
lent fraudem, & dolum: Bald. *conſ. 245. col. 1. lib.* 1.
Aym. *conſil. 241. col. 10. poſt princip. verſic. poſtremo.*
Menoch. *conſ. 1. num. 435.* & in ſpecie ſimilis libera-
tionis factæ per minorem ad fauorem tutoris,
22 † quod non obſtet iſta amplitudo clauſularum:
Coſta *de fact. ſcient. & ignor. iuris inſpect. 6. in reſpon-*
23 *ſo ibi inſerto, num. 9.* † vbi in fine ampliat etiam ſi
allegaretur, quod liber rationum factis calculis
fuit lac ratus: Pedroc. *conſ. 3. n. 47. & 154.* Et omni-
24 bus iſtis, & ſimilibus clauſulis reſpondent † latè
Rimin. Iun. *conſil. 338. num. 49. vſque ad* 89. *lib.* 3
& Socin. *conſil. 92. per tot. lib. 4. & conſil. 159. libro* 2
Anchar. *conſil.* 330. Iaſ. *conſil. 219. lib. 2.* Ruin. *conſ. 95
colum. 2. in fin. lib. 5.* Coſta *in d. reſponſo, inſpect. 6.
per tot.* Roland. *conſil. 49. lib.* 1. Ita vt neque obſtet
geminatio actus, quæ licèt debeat aliquid opera-
25 ri, † Tamen aliud eſt in minore, qui tanto magis
læditur, quo pluries ſuo beneficio renunciat, &
pluries ratificat malè geſta, ideò actus geminatus
minoris nihil operatur, cum etiam ipſe, nec ta-
citè, nec expreſſè poſſit renunciare beneficio re-
ſtitutionis in integrum, vt latè prædicta omnia
cóprobat: Odd. *de reſt. in integ. q. 25. n. 2. vſque ad* 9

Ex prædictis ſequitur, quod non eſt quærendum an
26 doli actio ſit extincta, † quæ biennio finitur, *l. fin.
C. de dolo mal.* Quia modò ſolum agitur de actio-
ne tutelæ, quæ per liberationem nullam, & in-
ualidam non fuit extincta, cum etiam adſint alia
remedia proueniendi ad petitam redditionem ra-
27 tionis † intra terminum triginta annorum, *l. ad-
uerſus, Cod. de negot. geſt.* puta officium Iudicis in
ſumma æquitate conſiſtens, aut reſtitutio in inte-
28 grum, † quæ paſſim datur minori aduerſus libe-
rationem factam tutori, & curatori, etiam quod
putauerit ſibi ab eo facto calculo ſatisfactum, &
bene rationem redditam, Bart. *in l. cum minor, ff. de
minorib.* Maurit. *de reſtitut. in integr. cap.* 134. Odd.
eod. tit. q. 85. num. 6. & 9. Pariſ. *conſ. 89. num. 28. cum
29 ſeq. lib.* 1. Cuius † reſtitutionis beneficium tranſit
etiam ad hæredes, *l. non ſolum, ff. de reſtit. in inte-
grum, l. minor autem magiſtratus, §. fin. ff. de minorib.*
Gomez *variar. reſol. to. 2. c. 14. num. 6.* Prout etiam
per dictos hæredes poterit allegari nullitas præ-
30 tenſæ liberationis † ex cauſis ſupra adductis, ſicut
poſſet per minorem: Ro. *diuerſ. decis. 1* [illegible] *in princ.
part. 2.* Socin. *conſ. 79. num. 47. lib. 4.* Aym. *conſ. 200
num. 7.* Alb. *l. deciſ. 240. num. 8.* Non obſtante aliò
conſenſu patris, qui cum renunciauerit vſumfru-
ctum bonorum aduentitiorum filio, cenſetur
etiam idem conceſſiſſe facultatem agendi, & re-
cuperandi omnia ad vſumfructum pertinentia.
31 Quamuis † tutius eſſet adhibere nouum conſen-
ſum, & mandatum eius, in cuius poteſtate eſt fi-
lius, ad euitandam ſaltem illam quæſtionem an re-
quiratur auctoritas patris ad effectum, vt filius
poſſit ſtare in iudicio etiam in caſibus, in quibus
eidem patri non quæritur vſusfructus bonorum
filij, de qua latè per Menoch. *de recuperand. poſſeſſ.
remed. 15. n. 298. vſque ad* 316. poſt Bart. & alios *in
l. fin. §. neceſſitate, de bon. quæ liber.* Caſtil. *de vſufr.
cap. 3. num. 13. cum ſeq.*

EPITOME.

Pronunciatio ſuper reſtitutione in integrum an requiratur, vel procedendum ſit ad vlteriora. § Et quando per talem proceſſum cenſeatur reiecta exceptio oppoſita. § Et an opus ſit cognitione, vt huiuſmodi decretum ſit iuſtum, vel poſſit incontinenti illud fieri. § Et quando ſit neceſſaria appellatio ab iſta tacita reiectione per progreſſum ad vlteriora. § Mandatum ſpeciale an debeat adeſſe ad petendam reſtitutionem in integrum. § Et quando executio retardetur, donec fuerit cognitum an illi ſit locus. § Et an ſit probanda cauſa, ſiue illa petatur iure minorum, ſiue maiorum. § Et quando ſufficiat ſolus lapſus fatalium ad probandam læſionem. Petens reſtitutionem, vt calumnioſè differat ſoluere an ſit audiendus. § Et quid in calumnia præſumpta. § Et an Iudex arbitretur quando ſit talis, ſiue ſimus in actore, ſiue in reo. Et quo caſu ad eius officium ſpectet lites abbreuiare, & circuitus euitare. § Cognitio ſummaria an ſufficiat in reſtitutione in integrum incidenter, ſeu principaliter petita.

SVMMARIVM.

1 *Pronunciatio ſuper reſtitutione in integrum non requiritur, & per proceſſum ad vlteriora cenſetur illa denegata.*

2 *Exceptio non reiecta ſtatim per Iudicem, ſed cognita cum interuallo temporis facit, vt per proceſſum ad vlteriora dicatur non admiſſa, & non poteſt dici nullum tale decretum.*

3 *Appellatio requiritur quando Iudex tacitè reijcit exceptionem procedendo ad vlteriora, & n. 4.*

5 *Contradictio partis parum, aut nihil operatur contra factum Iudicis ſi non appelletur.*

6 *Stylus quod ſit præciſè pronunciandum ſuper reſtitutione in integrum, & quod non ſufficiat progreſſus ad vlteriora, eſt probandus per allegantem, & Iudex omiſſo illo poteſt procedere, ſi non fuerit appellatum, & n. 7.*

8 *Iudex non debet pronuntiare ſuper reſtitutione in integrum, ſed ad vlteriora procedere ad euitandum circuitum, & remouendam appellationem.*

9 *Mandatum ſpeciale requiritur ad petendam reſtitutionem in integrum principaliter, & numero decimo.*

11 *Nullitates non attenduntur, niſi iuriſdictionis, mandati, & citationis.*

22 *Lites ſunt abbreuiandæ, & Iudex ex officio hoc debet facere.*

23 *Executio retardatur, donec cognoſcitur an ſit concedenda reſtitutio, cuius petitio non ſufficit, niſi doceatur de læſione, n.15.*

24 *Læſio non præſumitur, niſi probetur.*

16 *Cauſa ſuper qua fundatur reſtitutio eſt probanda ſiue petatur iure maiorum ſiue minorum. Et talis probatio debet fieri, ſeu offerri incontinenti, n. 17.*

18 *Solus lapſus fatalium non inducit læſionem, niſi etiam probetur, quod ſi illa non eſſent decurſa, ſententia fauorabilis fuiſſet lata pro petente reſtitutionem, n.19.20.& 21.*

22 *Petens reſtitutionem, vt calumnioſè differat executionem non eſt audiendus, n.23. Amplia etiam in calumnia præſumpta, n.24. quam Iudex arbitratur, n.25. & 26.*

27 *Executio contra maiorem facilius admittitur non obſtante reſtitutione per eum petita, niſi adſit præſumptio ſinceritatis cum alijs iuſtis cauſis, ita vt non vrgeat veſtigium præſumptionis retardandi executionem ſiue ſimus in actore, ſiue in reo, n.28. & 29.*

30 *Summaria cognitio non ſufficit in reſtitutione in integrum incidenter, ſecus in ea, quæ principaliter petitur.*

CAPVT DCCLXII.

QVamvis in cauſa Romana hæreditatis non fuerit pronunciatum ſuper reſtitutiune ex aduerſo principaliter petita an videlicet illa eſſet concedenda, vel potius deneganda, Tamen ſufficit, quod fuerit proceſſum ad vlteriora circa electionem peritorum ad effectum declarandi quantitatem legitimæ aduerſario debitæ in bonis, Sil-
1 uiæ matris ſibi tangentis, † vnde non requirebatur aliqua pronunciatio ſuper cauſa reſtitutionis, & quatenus requireretur, fuit tacitè denegata per proceſſum ad vlteriora, & per dictum decretum electiunis peritorum, quod potuit rectè fieri: Caſtr. *in l. vlt. in princ. colum. 2. in fin. verſic. ſi vero appoſita fuit replicatio, num. 7. ff. ſi cert. pet.* Corn. *conſ. 85. col. pen. ante med. ver. ſi vero iudex non proceſſit, n. 13. ad med. lib. 4.* Card. Seraph. *deciſ. 383. n. 8* poſt Ioan. Andr. & alios *in c. inter monaſterium, 20 de re iudicat.* Menoch. *conſ. 24. n. 9. lib. 1.* Rim. Iun. *conſ. 105. n. 8. lib. 1.* Gabr. *de except. concluſ. 5. n. 1. cum ſeq.* Mancin. *de iuram. part. 6. effect. 20. n. 2.*

Maximè, quia iudex in caſu noſtro non reiecit incontinenti talem exceptionem, neque contempſit
2 admittere, † aut noluit recipere, vel recepit, & nulla replicatione facta ad vlteriura proceſſit, ſed quando fuit petita huiuſmodi reſtitutio adhibuit cognitionem, & conſuluit, quos debebat conſulere, & adfuit interuallum temporis, & non modica diſtantia inter obiectum exceptionis, & progreſſum ad vlteriora, ita vt potuerit veriſimiliter vidiſſe & cognouiſſe exceptionem oppoſitam, tunc enim cenſetur ſuper illa tacitè pronunciaſſe per proceſſum ad vlteriora, adeò vt numquam talis pronunciatio poſſit dici inualida, nec alicui vitio iniuſtitiæ, & nullitatis ſubiaceat, non enim videtur in contemptum legis feciſſe, ſed eam repuliſſe cauſa cognita, cum non ſemper reſtitutio ſit concedenda: Corn. *d. conſil. 85. num. 13. ad med. lib. 4.* Caſtr. *in d. vlt. in princ. num. 7. ff. ſi cert. petat.* iuxta notata per Imol. *in c. cum ex litteris, 5.* vbi Abb. *n. 6. de reſtitut. in integr.* vbi ita declarant doctrinam Bart. *in l. prolatam, C. de ſentent.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 1. n. 171.* [illegible] de communi *conſ. 5. n.* [illegible] *cum ſeq. lib. 1.* [illegible] *parte n. 10. verſ. ſuper hac d*[illegible]*tate, de appe*[illegible]. Mancin. *de iuram. qu. 20. part. 6. n.* [illegible] *ſuborta, n. 4. verſ. ſed in contrarium, de re iud.*

Ideò ad hoc, vt in tali caſu ſente[illegible] nulla,
3 requiritur appellatio, † quia n[illegible] netur, & non ſubiacet alicui vitio n[illegible] in ſpecie reſoluit Rot. coram Card. Seraph. Romana domus, 14. Maij 1571. quæ licet non fuerit plene extenſa, tamen eius compendium habetur *in deciſ. eiuſdem Seraph. in. 227. in impreſſ.* vt ibi notatur *in addit. & d. deciſio.* fuit etiam confirmata in eadem cauſa coram eodem, 29. Martij 1574. in impreſſ. *deciſ. 227.* de qua etiam meminit idem Card. Seraph. Romana cenſus, 10. Decemb. 1578
4 in impreſſ. *dec. 383. n. 8.* Et paſſim † ab illo vlteriori proceſſu Iudicis neceſſaria eſt appellatio: Ruin. *conſ. 61. n. 96. lib. 5.* Abb. *in c. ex parte, n. 2. de appell.* Corn. *conſ. 85. col. 3. verſ. ideo per proce*[illegible] *lib. 4.*
5 Mancin. *de iuram. p. 6. q. 20. n. 3. & q. 21.* [illegible] † Nam vbi non appellatur, parum, aut nihil facit contradictio partis aduerſus factum Iudicis: Ancharan. *conſ. 192. n. 4. ver. confirmatur hæc reſponſio.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 1. n. 166.*

Non obſtat prætenſus ſtylus, ſecundum quem debet iudicari præcisè an ſit concedenda, vel deneganda
6 reſtitutio, † Quia de huiuſmodi ſtylo non conſtat, cum tamen debeat probari per allegantem. Soc. *46. num. 51. lib. 4.* Bero. *conſ. 46. num. 5. lib. 3.* Io. Andr. & alij *in cap. fin. de conſuetud.* Guid. Pap. *conſ. 119. num. 4.* Ang. *in §. ex non ſcripto inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* Pariſ. *conſil. 168. numero 15. libro quarto.*

Et quatenus de tali ſtylo conſtaret, quod negatur; Tamen illo non obſtante potuit Iudex procedere
7 ad vlteriora, † cum ex hoc videatur tacitè reieciſſe exceptionem, neque enim eſt maioris roboris ſtylus, quam ius ſecundum quod licèt requiratur in aliquo caſu pronunciatio, Tamen poteſt Iudex tacitè procedere ad vlteriora, cum per huiuſmodi progreſſum dicatur tacitè denegaſſe reſtitutionem, & repudiaſſe exceptionem, & ſi pars non appellat, non datur de nullitate ſimilium decretorum, vt dictum eſt: Cardin. Seraphin. *d. deciſ. 383. num. 8.* Gabr. *de fideiuſ. concluſ. 2. num. 54. vſque ad 61.*

Maximè, quia per non admiſſionem huiuſmodi ſtyli, & receſſum ab eo, euitantur circuitus, quos Iu-
8 dex debet reſecare, † ſi enim pronunciaretur quem eſſe reſtituendum in integrum, daretur materia appellandi, & ſic tres ſententiæ darentur ſuper reſtitutionem in integrum, & tres ſuper reſtitutione rei, quod per Iudicem non eſt admittendum, vt per Rot. *deciſ. 7. alias 191.* vbi Add. *n. 5. de reſtit. in integr. in nou.* cum aliis coram R.P.D. Litta Conchen. Archipreſbyteratus, 1. Maij 1599 quæ in impreſſis eſt *deciſ. 13. num. 1. part. 2. in recentiorib.*

Et magis potuit Iudex procedere ad vlteriora denegando tacitè pronunciare ſuper prætenſa reſtitutione, tanquam fuerit petita per procuratorem
9 non habentem ſpeciale mandatum, † quod tamen requiritur ad hoc, vt ſuper illa admittenda poſſet cognoſci, *l. illud, ff. de minorib.* Gloſſ. *in cap. qui ad agendum, de procurator, in 6.* Bald. *conſ. 118 col. vlt. lib. 3.*, Iaſ. *in l. indebitam. in fi. ff. de cond. indeb.* Abb. *in c. cum, col. 2. de reſt. in integr.* Cæſar. de Craſ. *dec. 23. in fin. eod. tit.* Anan. *conſ. 49.* Rol. *conſil. 26. n. 1 lib.*

*lib.*2.cum aliis per Cald.*in l.ſi curatorem, in verb.*
*implorandum,num.*4.*C.de in integr.reſtit.minor.*vbi
10 quod hoc procedit, † provt in caſu noſtro,quan-
do fuit principaliter petita: Bart.Alex.& Iaſ.*in l.*
*cum procurator.in princ.ff.de nou.oper.nunciat.*Caſ-
ſador.*deciſ.*1.*de procurat.*Couarr.*lib.*1. *var.reſolut.*
*c.*6.*verſ.primo.*Bero.*conſ.*151.*numero* 18. *lib.*1.Ruin.
*conſ.*119.*n.*16.*lib.*5.Menoch.*conſ.*100.*n.*298.*lib.*1.

Accedat, quod neque poſſet opponi de huiuſmodi
nullitate quatenus adeſſet, licet non adſit ex ſu-
perius adductis,ſtante conſtitutione Summi Pon-
11 tificis, † quod non attendantur niſi ſolæ nullita-
tes iuriſdictionis, mandati, & citationis, quarum
nulla eſt iſta,de qua agitur,adeo vt ſemper dicen-
dum ſit bene feciſſe Iudicem in procedendo ad vl-
teriora tamquam cauſa cognita rectè inſpexerit
fuiſſe petitam reſtitutionem ad protelandum iu-
12 dicium, † & faciendam litem immortalem, quo
caſu debet ex officio prouideri, cum illæ ſint ab-
breuiandæ, *l.terminato,C.de fructib.& lit.expenſ.l.*
quidam exiſtimauerunt,in fin.ff.ſi cert.petat. Neuiz.
*conſ.*5.*n.*35.Surd.*conſ.*271.*n.*15.*lib.*2.

Et quo ad reſtitutionem incidenter, quæ iterum in
eadem cauſa petitur, illa non eſt concedenda,ſed
procedendum eſt ad vlteriorem executionem,
13 † Quamvis enim retardetur executio, donec co-
gnoſcitur án ſit locus reſtitutioni, *l.*1.*C.de in in-*
*tegr.reſtit.*Put.*deciſ.*7.*eod.tit.*Bero.*conſil.*85.*num.*11
*lib.*3. Tamen non ſola petitio reſtitutionis habet
14 vim impediendi executionem, † ſed prius opor-
tet docere de læſione, cum illa non præſumatur,
niſi probetur, *l.verum,§.ſciendum,ff.de minoribus.*
Gozad.*conſ.*44.*n.*8. Cephal.*conſil.*3.*n.*135.Ideò non
ſufficit læſionem allegare niſi prius de ea conſti-
15 terit, † vt latè in propoſito reſtitutionis ad appel-
landum comprobat Lancellot. *de attentat. reſtit.*
*pendent. num.*24. *vſque ad* 32.*tom.*5. *fol.*400. poſt
Port.*conſ.*134.*n.*30.Bero.*conſil.*121.*n.*12.*lib.*3.Burſat.
*conſ.*27.*num.*17.*lib.*1. Miſinger. *obſeru.*49. *centur.* 1
16 *in fin.* † Vbi quod ſemper eſt probanda cauſa,ſu-
per qua fundatur reſtitutio, ſiue iure maiorum,
ſiue minorum petatur Alciat. *conſil.*18. *n.* 11. *lib.* 3
Adeò vt in tantum debeat doceri de læſione,quod
iſta probatio debet fieri,aut ſaltem offerri incon-
17 tinenti, aliàs † non impeditur executio: Canat.
*de execut.inſtrument.part.*3.*q.*21. Lancell. *de attent.*
*reſtit.pendent.num.*52.*fol.*400.*tom.*5.

Nec ſufficiet allegare in hoc caſu, quod ſolus lapſus
18 temporis inducat læſionem, † cum nedum in ma-
iore, ſed etiam in minore requiratur ad effectum
illum reſtituendi, vt non ſolum ſint lapſa fatalia,
ſed etiam quod vlterius probetur minorem,quod
ſi non eſſent lapſa tempora omnino reportaret
ſententiam pro ſe, cum aliàs fruſtra concederetur
reſtitutio,ſi fauorabilis ſententia non fuiſſet data,
vnde antea de hoc debet conſtare,ne quid fruſtra-
torium fiat, ita in ſpecie concludit Caſtr.*in l.vlt.*
*num.*5.*in fin.C.in quib.cauſ.in integr. reſtitut.non eſt*
19 *neceſſar.* † vbi quod ita ſeruatur in Curia Ro-
mana iuxta doctrinam Bart. *in l. nam & poſtea,§.*
ſi minor, col.fin.& ibi Bald.*de iureiur.* provt etiam
latè teſtatur Grat. *conſil.*119. *num.* 44. *vſque ad* 48
*lib.*1. Natt.*conſil.*343.*num.*5.Bellam.*deciſ.*38.*eccleſia*
& minor.poſt med.verſ. fallit vbi tale factum in pro-
batione. Alex.*conſil.*55.*num.*18.*ad med.* vbi Natt. *in*
*addit.in verb. ergo eſt læſus, lib.*5.Odd.*de reſtitut.in*
*integr.part.*2.*qu.*69.*art.*2.*in fin.num.* 15. & latius *p.*1
*quæſt.*36.*num.*40.*ad med.verſ.in contrarium,fol.*287
vbi de magis communi Roland. *conſ.*53. *n.*42.*cum*
*ſeq.lib.*2. Ferret.*conſ.*11.*n.*7. cum aliis per Lancell.
*de attentat.p.*2.*cap.*14.*n.*2.*vſque ad* 14.*tom.*3.*fol.*386
20 vbi de receptiori opinione teſtatur,† & de obſer-
uantia Rotæ iuxta deciſ. coram R.P.D. Rubeo
Vliſbonen.2. Februar. 1557.& per Caputaq.*dec.*11
incip.fuit impetrata, cum dec.ſequent.incip. fuit pro
21 *vlteriore,par.*2. † Maximè in reſtitutione aduerſus
rem iudicatam: Benintend. *dec.*85. *dubitabatur* à
*n.*9.Lancell.*d.c.*14.*n.*10. Omiſſa diſtinctione rei,
ſeu actoris,de qua per Alex.*conſ.*115.*n.*4.*lib.*5.Odd.
*de reſtit.in integr.part.*1.*q* 36.

Quibus additur,quod in termino decem dierum vti-
lium datorum parti aduerſæ admiſſæ ad huiuſmo-
di beneficium reſtitutionis in integrum petendum
& aliorum quinque vltimo loco protogatorum,
nihil fuit doctum de cauſis dictæ reſtitutionis,
22 † quibus non deductis in tali termino præfixo
colligitur manifeſta calumnia contra volentem
impedire executionem, ita vt amplius non ſit au-
diendus, vt in ſpecie concludit Lancell. *de attent.*
*part.*2.*cap.*18.*de attentat.reſtit.in integr. pend. n.*67
*tom.*5.*fol.*401.poſt Corn.*conſ.*111.*licet videatur.lib.*1
iuxta *dec.Put.*7.*incip. reſtitutione conceſſa, in princ.*
de reſtitut. in integr.

Et paſſim quando contra petentem reſtitutionem
23 eſſet præſumptio,quod id faceret calumnioſè †&
animo litem protogandi, relaxantur litteræ exe-
cutoriales:Doctor.*in cap.ſuſcitata,de reſtit.ſpoliat.*
Bero.*conſ.*85.*n.*11.*lib.*3.Auffr.*ad dec. Capell. Tholoſ.*
54.*ad med.*Benintend.*deciſ.*85.*n.*12.*ad med.* Thob.
*conſ.*68.*num.*10. Bellon.*conſ.*18.*n.*22.*poſt med.verſi.*
præterea. Cephal.*conſil.*116.*n.*11.*lib.*1. cum aliis per
24 Odd.*de reſtitut.in integr.part.*1.*quæſt.*43.*n.*76.† vbi
ampliat etiam in calumnia præſumpta, & ibi te-
ſtatur de communi,provt concludunt Bald.Caſtr.
Ang.& alij *in l.vnic.Cod.de in integr.reſtit.poſtulat.*
*ne quid nou.fiat.*Franc.Marc.*dec.*53.*num.*15.*ad med.*
part. 2.

Et in caſu noſtro tollitur omnis difficultas, cum ſa-
tis appareat de iuſtitia ſententiæ latæ contra ad-
uerſarium, adhibita pleniſſima cognitione per
multum temporis ſpatium, & poſt tot propoſi-
tiones, ita vt non ſit dubitandum, quod omnia
25 fiant † ad dilatandam executionem,& litem pro-
rogandam, & effugiendam ſolutionem, quo caſu
Iudex debet arbitrari huiuſmodi præſumptam ca-
lumniam, cum totum hoc remittatur illius arbi-
trio, ſtante præſertim religione, & qualitate per-
ſonarum, quia ita iudicarunt,quibus magis defer-
26 tur in rectitudine ſententiæ per eos latæ, † provt
ad hunc effectum omnia iſta multum facere ad ex-
cludendum petentem talem reſtitutionem con-
cludit Odd. *de reſtitut. in integr.part.*1. *qu.*43.*n.* 68
& 77.poſt Bero.*conſ.*85.*n.*14.*lib.*3. Benintend.*dec.*
81.*n.*14.Lancellot.*de attent.cap.*18.*n.*69.*&* 70.*tom.*5
*fol.*401.Bard.*de tempor.vtil.vel.inutil. cap.*5. iuxta
doctrinam Bald.ad Speculat.*de reſtitut.in integr.§.*
nunc videndum reſtat, in verb. præſumptio ſtatuta-
ria,verſ.minor poſt ſententiam.

Maximè, quia ſumus in maiore, contra quem faci-
27 lius admittitur executio † non obſtante reſtitu-
tione per eum poſtulata,niſi præcedant omnia re-
quiſita ad illam concedendam,vt præſumptio ſin-
ceritatis, cum aliis cauſis ſupra adductis:Theſaur.
*dec.*181. *num.*3.*ante fin.& num.*4.*poteſt med.verſ. &*
facilius. Doct.*in c.ſuſcitata,de reſtit.ſpoliator.* Ca-
putaq.*dec.*330. *part.*1. Ita vt non vrgeat veſtigium
quidem præſumptionis retardandi proceſſum
28 contra † poſtulantem:Coſt.*de iur.& fact.ignorant.*

centur.1.diſtinctio 55.num.8. Peregr. Coler. *de pro-*
29 *ceſſib. execut.part.4.cap.2.n.23.* † Nulla habita di-
ſtinctione, quod ſit reus, ſiue actor: Laderch. *conſ.*
108.*n.*4. Cum ſemper debeat conſtare de cauſis re-
ſtitutionis, ob quas impediatur executio rei iudi-
catæ: Theſaur. *dec.*181.*num.*4. Et ita ex prædicti
fuit denegata petita reſtitutio In integrum inci-
10 denter, in qua ſufficit ſummaria cognitio, † cum
ſecus eſſet, ſi principaliter peteretur: Miſing.
obſeru.12.in fin.centur.4.

EPITOME.

Primum teſtamentum quando reuocetur per ſecundum factum animo condendi aliud teſtamentum. ¶ Et quid ſi adſit fauor liberorum, & geminatio verborũ cum clauſulis ampliſſimis, *omni meliori modo*, & ſimilibus etiam iuris. ¶ In reuocatione teſtamenti ſolemniter facta per teſtatorem an ſint neceſſaria verba illa, quod volebat inteſtatus decedere, quamvis illud eſſet minus fauorabile liberis eiuſdem teſtatoris. ¶ Iuramentum quando habeat vim ſpecialis expreſſionis. ¶ Reuocatio teſtamenti facta coram tribus teſtibus cum perſeuerantia longi temporis decem annorum an inducat reuocationem primi. ¶ Et an curſus dicti decennij computetur à die conditi primi teſtamenti. ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur conſtito de bono iure etiam non docto de notoria Iniuſtitia. ¶ Imperfectio voluntatis, vel ſolemnitatis an obſtet teſtamento inter liberos, ſeu ad piam cauſam. ¶ Voluntas nuda reuocandi primum teſtamentum an operetur, vt inſtitutus in primo nihil poſſit capere in foro conſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum conceditur conſtito de bono iure, & non docto de notoria iniuſtitia.*

2 *Primum teſtamentum non reuocatur per ſecundum, ſi reuocatio non eſt facta ſimpliciter, ſed animo conficiendi aliud teſtamentum, neque in hoc attenditur fauor venientium ab inteſtato, n.7. nec aliqua geminatio verborum, n.8. nec clauſula* omni meliori modo, *nec iuramentum, n.9. & 12.*

3 *Reuocatio teſtamenti ſolemniter facta per teſtatorem non valet, niſi apponantur illa verba, quia volebat inteſtatus decedere, num.4. Amplia quamvis illud eſſet minus fauorabile liberis teſtatoris, num. 5.16. & 17.*

6 *In locis, in quibus ſeruatur ius ciuile, reuocatio ſimplex teſtamenti non inſtituto alio hærede nihil operatur in præiudicium illorum, qui fuerunt inſtituti in primo teſtamento, & n.15.*

10 *Iuramentum habet vim ſpecialis expreſſionis. Intellige quo ad defectum ſolemnitatis, ſecus vbi deficit actus per conſenſum, & n.11.*

13 *Clauſula etiam ampliſſima, & iurata nullam vim habent in actu, in quo deficit conſenſus, vel quando adeſt error, aut ignorantia.*

14 *Reuocatio teſtamenti facta coram tribus teſtibus cum perſeuerantia longi temporis decem annorum inducit reuocationem primi teſtamenti, ita vt curſus dicti decennij computatur à die conditi primi teſtamenti.*

18 *Imperfectio voluntatis facit, vt nullus actus valeat etiam inter liberos, & ad piam cauſam, quidquid aliud ſit in imperfectione ſolemnitatis, n.19.*

20 *Voluntas nuda reuocandi primum teſtamentum an operetur, vt inſtitutus in primo nihil capere poſſit in foro conſcientiæ, & n.21.*

CAPVT D[illegible]LX[illegible]

(Adde *ſupr. ad cap.* 558.

NOn acquieuit pars [illegible], quæ in ſuperiori ca-
pite deciſa fuerunt [illegible] a denegationem pe-
1 titæ reſtitutionis, † ſub prætextu, quod [illegible] con-
cedatur conſtito de bono iure [illegible] abſque eo, quod
non doceatur de notoria iniuſtitia ſententiæ latæ
contra eum, qui petit [illegible] reſtitui. Cardin. Seraph.
deciſ.251.num.2. Cardin. Mantic. *deciſ.*106.*n.*2. Ve-
rum non eſt recedendum à deciſis, nihil enim no-
ui adducitur, ex quo poſſit conſtare de iſto bono
iure, & limitatio ex aduerſo propoſita non appli-
catur ad caſum noſtrum, quia non quæritur mo-
dò an in reuocatione teſtamenti ſit neceſſaria il-
la clauſula, quod teſtator voluerit inteſtatus de-
cedere, ſed an reuocatio fuerit perfecta, quam di-
2 ximus, & iterum dicimus non fuiſſe talem, † cum
in caſu noſtro non ſit reuocatum primum teſta-
mentum ſimpliciter, ſed cum illa conditione con-
dendi aliud teſtamentum, tunc enim iſta adiectio
facit actum imperfectum, per quem non eſt impo-
ſitus finis reuocationi, donec aliud teſtamentum
condatur: Alexand. in ſpecie *conſil.* 159. *numero* 5
vſque ad 9. *lib.* 7. cum aliis latius adductis *ſupra*
*cap.*558.

Et vt clarius in huiuſmodi articulis procedatur, pro
reſponſione ad ea, quæ ex aduerſo adducuntur,
firmandæ ſunt infraſcriptæ concluſiones, quarum
3 prima eſt, † quod ſi teſtator coram ſeptem teſti-
bus reuocauit primum teſtamentum, numquam
talis reuocatio etiam ſolemniter, & validè facta
aliquid operaretur, niſi adiiciantur etiam illa ver-
ba, quia volebat inteſtatus decedere, nam aliàs ſi
teſtator reuocaret ſimpliciter non additis iſtis
verbis, primum teſtamentum firmum remanet,
& inſtitutus in eo admittitur ad hæreditatem:
Bart. *in l. ſi iure*, 18.*n.*3.*ff. de legat.* 3. & eſt commu-
nis opinio, quidquid alij malè contrarium ſe-
quantur, vt latiſſimè dixi *ſupr. c.*558.*n.*3.*vſque ad* 7
4 † vbi etiam addidi ita ſeruari in Rota iuxta deci-
ſiones ibidem adductas, & vltra eos comprobat
etiam multa adducens Peregr. *dec.*43.*n.*2. cum aliis
per Magdalen. *de n. teſt. in teſtam. requiſ. part.*1.*c.* 17
*limit.*2.*n.*22. *cum ſeq. fol.*236.

Secunda concluſio. Teſtamentum primum non cen-
ſetur reuocatum per ſimplicem reuocationem
abſque illis verbis, quia vult inteſtatus decedere
5 † etiam quod illud eſſet minus fauorabile libe-
ris teſtatoris: nam iſte ſpecialis fauor liberorum
non conſideratur, niſi in reuocatione apponatur
cauſa expreſſa, quod ſcilicet velit decedere inte-
ſtatus, ad hoc, vt cenſeantur vocati liberi, cum ad
iſtum effectum requiratur voluntas diſpoſitiua,
quæ non poteſt conſiderari talis, quando alius
non inſtituitur, ſimplex enim reuocatio non diſ-
ponit, ſed adimit, vnde tamquam voluntas adem-
ptiua nihil confert, & non poteſt aliquid operari,
niſi ſit etiam diſpoſitiua. Ita in terminis latè con-
cludit Natt. *in auth. hoc inter liberos, quæſt.*5. *num.*9
& 10. *de teſtam. volum.* 8. *fol.* 227. cum aliis per
Magdalen. *de num. teſt. in teſtam. requiſ. part.* 1
*cap.*17.*numero* 23.*ad med. limit.*2. Peregrin. *dec.*44
numero 5. qui omnes teſtantur de veriori opinione
contra Caſtr. *in d. auth. hoc inter liberos*, *num.*3. *C.*
de teſtam.

Tertia concluſio. In locis, in quibus ſeruatur ius ci-
6 uile prout in Vrbe † ſemper verior eſt opinio, vt
reuocatio ſimplex teſtamenti non inſtituto alio
hærede

hærede nihil operetur in præiudicium illorum,
qui fuerunt inſtituti iu priori teſtamento, cum
illa non ſit teſtamentum ſecundùm rationem iu-
ris ciuilis, tamquam non contineat inſtitutionem
hæredis: Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt.*
tit.15. lib.2. n.19. cum aliis, quos adduxi *ſupra c.558*
num.6.

Quarta concluſio. Teſtator quando reuocat teſta-
mentum primum animo condendi aliud teſta-
7 mentum, † non attenditur fauor venientium ab
inteſtato, neque liberorum, ita vt illi poſſint ſuc-
cedere ex iſta reuocatione conditionali, cum re-
uocatio non ſit perfecta, niſi poſtquam fuerit fa-
ctum aliud teſtamentum, & per conſequens talis
reuocatio remanet nulla: Alex. *conſ.159. n.5. vſque*
ad 9. lib.7. dixi *ſupra cap.558. n.7.*

Quinta concluſio. Geminatio verborum appoſita
in reuocatione teſtamenti facta non ſimpliciter,
8 † ſed cum conditione, & animo aliud condendi,
non operatur aliquem effectum. Quia licet iſta
verba oſtendant maiorem expreſſionem volun-
tatis, tamen non alterant diſpoſitionem, nec ali-
quid operantur, niſi circa illud, quod validè fuit
diſpoſitum: Pariſ. *conſil.110. n.45. & 48. lib.1.* Gabr.
conſil.106. num.35. lib.2. cum aliis latè adductis *ſupr.*
cap.558. num.10. & 11.

Sexta concluſio. In reuocatione teſtamenti facta
9 animo condendi aliud teſtamentum † non ſo-
lum nihil operantur verba geminata, vt dictum
eſt, ſed etiam nullum effectum producent clauſu-
læ omni meliori modo, & ſimiles, immo neque
ipſum iuramentum, ſi fuerit in reuocatione ad-
hibitum, quod nihil poteſt operari quando defi-
10 cit actus ex defectu conſenſus, † quamvis etiam
dicatur, quod iuramentum habet vim ſpecialis
expreſſionis: Bald. *in l.2. q.2. C. commodat.* Tamen
illud procedit quo ad defectum ſolemnitatis, vt
ſcilicet illa ſuppleatur per iuramentum, ſecus au-
11 tem vbi deficit actus per conſenſum, † tunc enim
nihil poteſt operari, prout enim nihil operabitur
clauſula omni meliori modo, quæ virtualiter di-
citur adeſſe in iuramento, & per conſequens, ſi
non conſtat, quare fuerit facta reuocatio, & cu-
ius contemplatione, & ignoratur vtrum ſic teſta-
tor fecerit intuitu venientium ab inteſtato, vel
quia voluerit alios hæredes inſtituere, vel ad effe-
ctum, vt hæreditas auferretur hæredi inſtituto, vel
vt ab indigno, ſemper remanet incerta perſona,
12 ideo, non poteſt valere reuocatio, † & iſta ratio
militat quibuſcumque verbis ſit concepta eadem
reuocatio, etiam cum clauſulis ampliſſimis, & ver-
bis omni meliori modo, & iuramento, ac ſimili-
bus. Ita in ſpecie latè concludit Ruin. *conſ.6. col.2*
& 3. numero 7. vſque ad 10. *lib.2.* & ſi virtus iſtarum
clauſularum nihil operatur in reuocatione facta
ſimpliciter non addendo verba, quia voluit inte-
ſtatus decedere, vt dictum eſt, multò magis nul-
lus effectus reſultabit ex dictis clauſulis in reuo-
catione non perfecta, & non conſummata, quæ
fuit facta animo aliud teſtamentum condendi,
13 † quaſi tunc magis deficiat conſenſus, quo defi-
ciente nulla geminatio, aut clauſula etiam ampliſ-
ſima, & iurata habet aliquam vim; ſicuti quando
adeſt error, ſeu ignorantia, *l. fi. C. de non num. pecun.*
Aym. *conſ.151. n.32.* poſt Romana *conſ.391.* Dec. *in l.1.*
col.2. in 4. notab. C. de error. calcul. Menoch. *conſ.918.*
num.30. lib.10. Socin. *conſil.228. col.2. lib.2.* Sciaph.
priuil. iuram. 106. n.16. Tiraq. *leg. connub. vlt. gloſ.7*
num.154. & 355.

Septima concluſio. Si cum reuocatione teſtamenti
facta coram tribus teſtibus concurreret perſeue-
14 rantia longi temporis, † id eſt curſus decem anno-
rum, cenſebitur reuocatum primum teſtamentum, ita
tamen vt curſus, & tempus decennij computetur
à die conditi primi teſtamenti, adeò vt ſi talis re-
uocatio fiat intra decennium à die conditi primi
teſtamenti, nihil operetur: Gloſ. *in l. ſancimus, in*
fin. vbi Iaſ. *n.15. C. de teſtam.* Idem Iaſ. *conſil.131. lib.2.*
Alciat. *conſil.111. lib.9.* Clar. qui de communi *in §.*
teſtamentum, quæſt.91. n.3. & 4. Ruin. *conſ.6. n.2. lib.2.*
Peregr. *deciſ. 43. numero 3.* Gulielm. Bened. *in cap.*
Raynutius. in verb. teſtamentum, il ſecundo, num.8. de
teſtament.

Iſtæ ſunt concluſiones approbatæ per Doctores, &
magis veræ, ex quibus apparet, quod ſententia, de
qua agimus, fuit iuſtiſſimè lata, ita vt ex ea nulla
læſio poſſit per partem aduerſam adduci, cum ſi
denuo eſſet ferenda ſententia, non poſſet variari,
15 ſed in totum illa confirmari, † nam in reuocatio-
ne teſtamenti non adeſt illa clauſula, quod voluit
inteſtatus decedere, quæ eſt magis neceſſaria
quando ſumus in Vrbe, in qua attenditur ius ci-
uile, vt dictum eſt in prima, & tertia concluſione:
¶ Non obſtante geminatione verborum, & clau-
ſula *omni meliori modo*, & iuramento, & aliis clau-
ſulis ampliſſimis, quæ in hoc caſu nihil operan-
tur, vt in quinta, & ſexta concluſione: ¶ Maximè
in caſu noſtro, in quo non agitur ſimpliciter an
adſit clauſula, quod voluerit teſtator decedere in-
teſtatus, ſed tractatur de reuocatione imperfecta,
& conditionali tamquam facta animo condendi
aliud teſtamentum, quæ nihil operatur ob defe-
ctum conſenſus, vt dictum eſt in tertia conclu-
16 ſione: ¶ † Nulla habita conſideratione, quod ad-
ſit fauor liberorum, ſi reuocatio haberet locum,
cum ille non attendatur, vt dictum eſt in ſecunda
concluſione. ¶ Immo etiam dato, & non conceſ-
ſo, quod propter talem fauorem liberorum ſuſti-
neretur reuocatio, iuxta opinionem Caſtrenſ. &
aliorum ex aduerſo adductorum. Tamen iſta opi-
17 nio procedit quando reuocatio fuit valida, & per-
fecta, tunc enim operabitur, vt primum teſtamen-
tum non habeat locum, quamvis in reuocatione
non adſint illa verba, quia vult inteſtatus decede-
re, nam propter fauorem liberorum cenſerentur
talia verba appoſita, prout ita loquuntur Caſtr.,
Rot. & alij allegati: Aliud eſt in caſu noſtro, in
quo non adeſt aliqua reuocatio perfecta, & con-
ſummata, cum ſit facta ſub conditione, & ob cau-
ſam finalem condendi aliud teſtamentum, vt di-
18 ctum eſt in tertia concluſione. † Nam ſtante im-
perfectione voluntatis, nullus actus valet neque
inter liberos, neque ad piam cauſam, neque ad fa-
uorem alicuius, cum ſolum in iſtis priuilegium
operetur quando adeſt imperfectio ſolemnitatis,
non voluntatis, *l. ſi quis cum teſtamentum*: vbi Bart.
& Caſtr. *n.3. & 5. &* Aret. *in fin. ff. de teſtam.* Bald.
in l. vlt. num.6. Cod. famil. erciſc. Alex. *conſ.76. num.*
19 *13. lib.3.* Ruin. *conſ.15. num.2. lib.2.* † Cæteros con-
ſultò omitto, quia eſt opinio, à qua nullus diſcre-
pat, vt latiſſimè teſtatur Magdalen. *de num. teſt. in*
teſtam. requiſit. part.1. cap.16. numero 260. vſque ad
num.263. fol.231. & par.2. cap.5. numero 1. cum ſeq. fol.
411. Cephal. *conſ.294. num.3. vſque ad* 9. Doctor. *in*
l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. vbi Natt. *nu.139*
C. de teſtament. ¶ Prout neque conſiderabitur la-
pſus decennij, cum in caſu noſtro non verificetur
ex adductis in ſeptima concluſione, præſertim

quia reuocatio eſt imperfecta, quæ non attenditur ex ſupra allegatis.

Neque obſtat, quod nuda voluntas reuocandi pri-
20 mum teſtamentum operetur, † vt in foro conſcientiæ inſtitutus in primo non poſſit capere iuxta Bald. de quo Gomeſ. *in l.3.taur.nu.103.in fin. verſ.quarto limita.* Quia ſumus in foro fori iudiciali, non in foro poli, & quatenus etiam in hoc eſſemus, Tamen neque in eo attenditur voluntas imperfecta, & non completa, cum ad effectum, vt quis teneatur in foro conſcientiæ, debeat eſſe certus de voluntate teſtatoris, quæ attenditur quamvis deficerent ſolemnitates, non autem quando
21 deficit voluntas, † vanum enim eſſet, vt quis ſeruet, quod non eſt ſibi certum, & quod in voluntate deficit, provt ita declarant omnes *in l.* 1. vbi Bart. *n.9.ff.de condict.indeb.* Anchar. *in c.poſſeſſ.n.17 de reg.iur.in 6.* Couarr. *in c.cum eſſes, n.4. de teſtam.* Vaſqu. *de ſucceſſ.creat.part.1.lib.1.n.23.& de ſucceſſ. progreſſ.§.fi.n.30.* Card.Mant. *de coniect. vlt.volunt. lib.2.tit.14.n.9.* Sylueſt. *in ſumm.in verb. teſtamentum, ll 1.qu.5.& in verb.hæreditas, il 3.n.9.* latiſſimè Magdalen. *de num. teſt.in teſtament. requiſit. part.* 3 *cap.1.num.45.vſque ad 53.fol.475.*

Hæc omnia addidi his, quæ prius ſcripſi, vt ſatisfacerem parti, quamvis non eſſent neceſſaria, cum in informationibus aliàs datis fuerit reſponſum cunctis, quæ denuò allegantur, & pro defenſione ſententiæ pleniſſimè multa adduxi *ſupra cap.* 558 *par.3.* vbi fuit latè concluſum, quod iſta reuocatio eſt imperfecta, & conditionalis, & quod nihil operatur, non ſecus ac ſi facta non fuiſſet, cum reſponſione ad omnia, quæ ex aduerſo adducuntur.

EPITOME.

Teſtamentum primum quando reuocetur per ſecundum imperfectum cum clauſula caſſans, & omni meliori modo. ¶ Et qualis actus inducat talem imperfectionem. ¶ Et an illa reſultet, ſi apparet, quod teſtator poſt nominationem hæredis volebat aliquid addere, vel minuere, & non fecit, ita vt tunc dicatur teſtamentum nullum, etiam ſi eſſemus inter liberos, & adeſſet clauſula codicillaris. ¶ Cauſa finalis quæ dicatur. ¶ Voluntas teſtatoris an ſit imperfecta, ſi ordinauit teſtamentum coram teſtibus, & mandauit vocari notarium, qui illud publicaret, ſi obierit ante illius aduentum. ¶ Verba, *caſſans, & annullans,* an habeant implicitam conditionem quatenus, vel poſtquam ſecundus actus fuerit validus. ¶ Clauſula, *omni meliori modo*, an comprehendat quoſcumque caſus, ex quibus actus poſſit valere etiam vltra expreſſos, ſi non præcedit dictio *&*. ¶ Et quando virtus eiuſdem clauſulæ tollatur in actu imperfecto, & ſtante illius limitatione, vel implicatione contrarietatis, vel ſenſu claro diſponentis. ¶ Sola voluntas teſtatoris elicita ex reuocatione teſtamenti an ſufficiat vbi agitur de fauore filiorum, & piæ cauſæ, quamvis nullus fuerit inſtitutus hæres. ¶ Geminatio verborum an faciat actum validum, & augeat diſpoſitionem, & mutet ſubſtantiam negotij. ¶ Et quo caſu reſtringatur ratione adiuncti. ¶ Vel quando ineſt illa ratio, quæ erat in ſimplici. ¶ Vel vbi deficit conſenſus. ¶ Differentia qualis ſit inter verba, *quia volebat decedere inteſtatus*, vel *quod reuocauit teſtamentum animo aliud condendi.* ¶ Voluntas imperfecta imperfectione voluntatis an valeat. ¶ Et quid in teſtamento ad pias cauſas, & inter liberos, & in defectu ſolemnitatis. ¶ Verba *facere teſtamentum*, an ſignificent cum effectu teſtari, vel decedere ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum primum ſolemniter conditum non re-* † *uocatur ex ſecundo imperfecto, & qualis actus inducat talem imperfectionem, n.2. & 3.*

4 *Imperfectio voluntatis reſultat, ſi apparet, quod teſtator poſt nominationem hæredis volebat aliquid addere, vel minuere, & non fecit, & teſtamentum eſt nullum etiam ſi eſſemus inter liberos, & adeſſet, clauſula codicillaris.*

5 *Per teſtamentum ſecundum non perfectè celebratum, non tollitur primum, quamvis in ſecundo adſit clauſula caſſans, & omni meliori modo cum ſimilibus.*

6 *Voluntas teſtatoris dicitur imperfecta, ſi ordinauit teſtamentum coram teſtibus, & mandauit vocari notarium, qui illud publicaret, ſi obierit ante illius aduentum.*

7 *Reuocatio teſtamenti reſtringitur ad cauſam, ob quam illa fuit facta, & n. 13.*

8 *Cauſa poſita in procemio reuocationis cenſetur finalis.*

9 *Cauſa finalis dicitur illa, ſine qua quis non eſſet facturus, vel eo modo, niſi illa fuiſſet.*

10 *Verba* animo condendi aliud teſtamentum *ſunt conditionalia.*

11 *Verba* caſſans, & annullans *habent implicitam conditionem quatenus, vel poſtquam ſecundus actus ſit validus.*

12 *Conditio debet purificari, vt actus conditionalis operetur.*

14 *Clauſula,* omni meliori modo, *comprehendit quoſcumque caſus, ex quibus actus poſſit valere etiam vltra expreſſos, quando tamen præcedit dictio &. num.15. 16. & 17.*

18 *Virtus clauſulæ,* omni meliori modo, *vel ſimilis non attenditur in actu imperfecto.*

19 *Geminationes verborum, & clauſulæ quæcumque ampliſſimæ non habẽt vim deficiente conſenſu, & n.34*

20 *Clauſula,* omni meliori modo, *nihil operatur ſtante limitatione actus.*

21 *Implicatio contrarietatis tollit effectum clauſulæ omni meliori modo.*

22 *Senſus clarus diſponentis non variatur ex clauſula omni meliori modo.*

23 *Sola voluntas teſtatoris elicita ex reuocatione teſtamenti an ſufficiat, quando tractatur de fauore filiorum, & piæ cauſa, quamvis nullus ſit inſtitutus hæres, & num. 24.*

25 *Voluntas imperfecta imperfectione voluntatis incompleta non valet nec ad pias cauſas, nec ad fauorem liberorum, quidquid aliud ſit in defectu ſolemnitatis.*

26 *Differentia qualis ſit inter verba,* quia volebat decedere inteſtatus, *vel* quod reuocauerit teſtamentum animo aliud condendi.

27 *Reuocatio ambigua, & non perfecta non inducit aliquam reuocationem.*

28 *Dictio* aliud *intelligitur de ſimili.*

29 *Verba* facere teſtamentum, *ſignificant cum effectu teſtari non autem decedere ab inteſtato.*

30 *Geminatio verborum non facit actum validum, nec aliquid operatur, niſi circa illud, quod fuit validè diſpoſitum.*

31 *Verba geminata reſtringuntur ratione adiuncti ad cauſam expreſſam.*

32 *Geminationes verborum nullum habent effectum, quando in eis ineſt illa ratio, quæ erat in ſimplici.*

33 *Verba*

33 *Verba geminata non augent diſpoſitionem.*
35 *Subſtantia negotij non mutatur per quamcumque multiplicationem verborum.*

CAPVT DCCLXIV.

NOn eſſet amplius aliquid ſcribendum in cauſa Romana hæreditatis, quia nihil modò opponitur, cui non fuerit plenè ſatisfactum, ita vt ſuperfluum ſit ſemper idem repetere, verum, quia agitur de cauſa graui, & ſuſcepi defenſionem nobilis, & pauperrimæ viduæ, annis, & ægritudine graui, contra quam in ſingulos dies inſurgunt noui patroni, quibus ex ſolita benignitate iudicum datur aditus, non potui, nec debui munus ſuſceptum deſerere. Pro reſponſione igitur eorum quæ denuo adducuntur obſeruandum eſt quod in caſu noſtro non tractatur de opinione:
1 Bart. *in l.ſi iure*, 18. *num.3.ff.de legat.3.* † dum voluit, quod numquam cenſeatur reuocatum primum teſtamentum per ſimplicem pœnitentiam etiam coram ſeptem teſtibus expreſſum, niſi teſtator addat ſe ideò reuocare, quia vult decedere ab inteſtato. Nam modò ſolùm agitur an reuocatio fuerit perfecta, quæ non eſt iudicanda talis, cùm non ſit reuocatum primum teſtamentum ſimpliciter & abſolutè, ſed cum illa conditione
2 condendi aliud teſtamentum, † tunc enim iſta adiectio facit actum imperfectum, per quem non dicitur impoſitus finis reuocationi, donec aliud teſtamentum condatur: Alex.*conſil.159. numero 5 vſque ad 9.lib.7.* quibus additur Aym.*conſ.689.numero 5.cum ſeq.*

Et paſſim ex iſtis, vel ſimilibus verbis reſultat imperfectio voluntatis, dum enim apparet, quod te-
3 ſtator vult aliquid adiicere ſuæ diſpoſitioni, † vel minuere, aut referre ſe ad teſtamentum ordinandum, ſemper dicitur actus imperfectus, adeò vt ex eo nullus effectus poſſit ſortiri. Ita in ſpecie Menoch.*conſ.42.num.16. lib.1.* Pariſ. *conſil.27. n.17 lib.2.* iuxta *l.ſi quis cum teſtamentum*, 25. vbi Bart. *n.2.& 3. ff.de teſtam.* Bolognin. ad Anan. *conſil.28 colum. 1. verſ.preterea quod plus eſt talis ſcriptura*, Alex.*conſil.73. col.2. ad fin.n.4. verſ. & ad prædicta facit, lib.1.* poſt Iacob.de Aren. *in l.iure ciuili,ff.de condit. & demonſtrat.*

Amplius non ſolùm non reſultat ex prædictis im-
4 perfectio voluntatis, † ſed etiam idem eſſet ſi teſtator faciendo teſtamentum nominaſſet hæredes, nam ſi aliquo modo appareret tacitè, vel expreſſè, quod vltra talem inſtitutionem, & nominationem, quod volebat aliquid addere, ſeu minuere, non valeret huiuſmodi teſtamentum, etiam ſi eſſemus inter liberos, & nulla habita conſideratione clauſulæ codicillaris, vel ſimilis, vt latè concludit Surd. *conſ.258.n.19. vſque ad n.24. lib.3* poſt Bart.*in l.ſi quis cum teſtamento, ff. de teſtam.* Menoch.*conſil.250.n.4.& 5.* Cephal. *conſil.294.n.9 lib.2.* dixi latè *ſupra c.550.num.9. poſt med.vſque ad verſ.& ita.*

Et per conſequens numquam primum teſtamentum poterit dici reuocatum, ſi non fuerit ſecundum
5 perfectè celebratum, † etiam quod in ſecundo adſit clauſula ceſſans & clauſula codicillaris, cum ſimilibus: Socin. Iun.*conſ.106.num.36.vſque ad 39 lib.1.* Peregrin.*conſil.38.n.6.in fin.lib.2. & conſil. n.2 lib.5. & conſ.49.n.2. eod. lib.* Roland. qui de communi *conſil.35.n.3.& 4. lib.3.* Rot. *diuerſ. deciſ.795 num.14.vſque ad 18.par.1.* Cephal.*conſ.32.in fin.lib.1* iuxta opinionem Bart.*in l.ſi iure,col.vlt.ff.de legat.3.* Pariſ.*conſ.46. n.77. lib.3.* Ruin. *conſ.16. n.21. lib.2* Bertrand.*conſ.281.num.2.lib.2.part.1.*

Quare etiam dicimus, quod erit imperfecta voluntas teſtatoris quando ordinauit teſtamentum co-
6 ram teſtibus, † & mandauit vocari notarium, qui illud publicaret, ſi enim antequam notarius veniat, teſtator obierit, teſtamentum non valebit, & primum non erit ſublatum, cum ex vocatione notarij ſemper arguatur voluntas imperfecta, quę neque ad fauorem piæ cauſæ operabitur validitatem, niſi clarè ex verbis ipſius teſtatoris, & negotij circumſtantiis inſpectis conſtet de contrario, quod teſtator voluerit omni mora poſtpoſita teſtari, & habere voluntatem ſuam pro perfecta, & abſoluta, & non ſuſpenſa, propter acceſſum notarij, prout ita concordantur opiniones doctorum: Couarr.*in c.relatum, il.1.n.9. verſ.ſeptimus,& n.11 verſ.tertia concluſio, de teſtam.* Oldrad. *conſil.119* Abb.*conſ.98.in fin.lib.2.* Ang.*in l.contractus,num.4 C.de fid.inſtrum.* Cardin.Mantic.*de coniect. vltim. volunt.lib.2.tit.4.n.4.* Gabr.*de teſtam.concl.2.num.3 & 4.* latiſſimè Magdal.*de num.teſt.in teſtam. requiſ. part.2.c.5.n.8.vſque ad 17.fol.416.*

Quemadmodum igitur non eſſet reuocatum primum teſtamentum, ſi teſtator feciſſet ſecundum inualidum, & imperfectum ex ſupra allegatis, ita etiam multò magis non dabitur talis reuocatio, ſi in nihilo teſtatus fuerit, cum ſtante reuocatione cum illa clauſula animo conficiendi aliud teſtamentum, requireretur celebratio alterius teſta-
7 menti, ad hoc, vt reuocatio haberet locum, † nam aliàs remanet imperfectus ille actus reuocationis non adimpleta conditione, ob quam teſtator voluit reuocare, cum ſemper reuocatio reſtringatur ad cauſam, ob quam fit reuocatio, neque vltra extendatur. *l. cancellauerat, 2. ff. de his quæ in teſtam. delent. l.qui ex liberis, 11.§. teſtamento, ff. de bonor. poſſeſ.ſecund.tab.* Pereg.*conſ.49.n.2.lib.5.* Bertrand. *conſ.285.n.2.lib.2.part.1.& conſ.151.n.5. lib.3.part. 1* Rot. *diuerſ.dec.797.n.512.part.1.*

Et quidem iſta cauſa condendi aliud teſtamentum,
8 ob quam fuit facta reuocatio, eſt finalis, † cum ſit poſita in proœmio reuocationis, adeò vt ſemper cenſeatur repetita in omnibus ſequentibus: Aym. *conſ.192.num.21.* Cephal. *conſ.548. num.2. cum ſeq.* iuxta doctrinam Bart.*in l.vltim.num.3. ff.de hæredib. inſtituend.* cum aliis, de quibus *ſupra cap. 558 num.24.& 25.*

Cum etiam dicta verba animo, & intentione condendi aliud teſtamentum explicent cauſam, ob quam teſtatrix volebat reuocare, tunc enim dici-
9 tur finalis † cum ſine ea quis non eſſet facturus, vel eo modo, niſi illa cauſa fuiſſet: Bald. *conſil.340 col.2.lib.3.* Surd.*conſ.164.n.31.& 32. lib.2.* dixi *ſupra cap.558.num.21.vſque ad 24.*

Immo etiam dicta verba, *animo, & intentione condendi aliud teſtamentum*, ſunt conditionalia tanquam ha-
10 beant conditionem tacitam, † nempe quatenus teſtamentum validum de nouo conderetur, quæ verba conditionem inducit Bart.*in l.1.col.6. verſ. quæro de duob.ff.de cond.& demonſt.per l.Stichum, ff.de leg.1.* Rebuff.*in l.littus publicum,112.col.2. poſt princip.ff.de verborum ſignification.* Prout dicimus
11 de verbis, *caſſans, & annullans*, † quæ habent implicitam conditionem quatenus ſecundus actus valeat: Rot.*diuerſ.deciſ.795.n.13.part.1.* Vel poſtquam ſecunda diſpoſitio erit valida, cum etiam iſta dictio importet conditionem, *l. inter illam 217.Digeſt.de verborum ſignificationibus.* Menoch.

12 *conſil*.1103.*num*.3.*lib*.12. † Vnde cum talis conditio non ſit purificata, non poteſt dici reuocata prima diſpoſitio, quæ debet firma remanere, *l.pecuniam*. 36.*ff.ſi certum petatur*. Aym. *conſil*. 170. *numero* 8 Surd.*conſil*.503. *numero* 4.*lib*.4. Quamvis hoc dictum ſit ex abundanti, quia ſiue ſit conditio,
13 necne, ſufficit, † quod ſit cauſa finalis, qua non exiſtente, reuocatio non operatur: Aym. *conſ*.142. *num*.9. Alexand.*conſil*.159.*num*.5.*cum ſeq. libro* 7.

Stante igitur tali imperfecta voluntate reuocationis ex ſupra allegatis, non obſtat clauſula, *omni*
14 *meliori modo*, † quæ operatur comprehenſionem omnium, & quorumcunque caſuum, ex quibus actus poſſit valere etiam vltra modos expreſſos: Quia verior eſt opinio, & à Rota ſæpius approbata, quod talis clauſula tunc operetur vltra narrata, & includat alios modos vltra expreſſos, ex
15 quibus poſſit diſpoſitio ſuſtineri, † quando in ea fuiſſet poſita dictio illa coniunctiua, & videlicet ſi dictum fuerit, & omni meliori modo, ſecus autem quando, provt in caſu noſtro, non adeſt iſta dictio *&*, tunc enim reſtringitur quo ad expreſſa tantum, & non vltra: Caputaq.*dec*.124.*part*.1. Put. *dec*.230.*num*.1. *&* 2.*lib*.2. Achil. *deciſ*.1. *de clauſul. alias eſt deciſ*.373.*ſeu* 1.*de verb.ſignificat*. Rot.*diuerſ. deciſ*.738. *num*.8.*&* *deciſ*.329.*numero* 3. *part*.1. vbi
16 allegantur † concordantes deciſiones atteſtando, quod ita paſſim ſeruatur: Gonzal. *ad reg*. 8. *gloſſ*.3 *num*.8. & ita ſecundum prædictam diſtinctionem ſunt intelligendi omnes Doctores, qui allegantur, videlicet Alexand. *conſil*.112.*lib*.3. Felin. *in cap.cum ſuper*, *num*.8.*&* 9. vbi Dec. *num*.57. *de offic.deleg.* Gabr.*conſil*.132.*n*.17. *quæſt*. 2. *lib*.1. Honded. *conſil*.
17 40. *num*.39.*lib*.2. Et ſi aliter intelligerentur, † eorum opinio non ſubſiſteret, vt ex deciſionibus ſupra relatis apparet, & latè etiam declarat Ludouic. *dec.Peruſ*.127.*n*.22.*vſque ad* 30.*part*. 2. Gozad, *conſil*.78.*num*.12. *ad med*. Cephal.*conſil*.23.*num*.119 *lib*.1. Natt.*conſ*.402.*n*.36.*&* 37. Pariſ. *conſil*.12.*n*.68 *&* 69.*lib*.2.

Et quatenus etiam admitteretur, quod talis clauſula debeat extendi vltra expreſſa, ad quæ tamen non trahitur, vt dictum eſt. Nihilominus in caſu no-
18 ſtro non eſt agendum de virtute, & † efficacia iſtius clauſulæ, *omni meliori modo*, vel ſimilis, quia ſtantibus verbis reuocationis animo, & intentione condendi aliud teſtamentum, ſatis apertè colligitur imperfectio voluntatis reuocationis, quà exiſtente, nunquam prædicta clauſula aliquid operatur: Menoch. *conſil*. 415.*num*.22.*cum ſeq. libro* 5 Ruin.*conſil*.6.*n*.7.*vſque ad* 10.*lib*.2. Socin. Iun.*conſ*. 91.*n*.26.*lib*. 3. Syluan.*conſ*.97.*n*.27. Laderch.*conſil*.8 *n*.7. cum aliis per Surd.*dec*.7.*n*.26.*in fin.verſ.tertio reſpondetur*. Roman. *conſil*.294.*num*. 4. *in fin*. vbi latè Mandoſ.*in verb.cogitatum*. Cephal.*conſil*.23.*n*. 123.*lib*.1. vbi quod ita concludunt omnes *in l*.1.*§.ſi quis ita*.& ibi Niger.*num*.45. Alciat.*n*.24. *ff.de verborum obligat*. Dec.*in cap. cum ſuper*, *num*.12.*verſ. & prædicta concluſio*.& ibi Felin.*in fin.de offic.deleg.* Aret.*conſ*.24. *quatuor dubia*, *n*.5. iuxta ſingularem doctrinam Bart.*in l.ſi quis pro eo*, *in princ.ff.de fide-*
19 *iuſſoribus*. † Ita vt nullæ geminationes verborum, aut quæcumque clauſulæ etiam ampliſſimæ habeant aliquam vim deficiente conſenſu: Menoch. *conſ*.918. *num*.30.*lib*.10.

Cum præſertim talis reuocatio ſit limitata ad caſum
20 intentionis faciendi aliud teſtamentum, † qua limitatione ſtante, nunquam clauſula, *omni meliori modo*, quid operatur: Surd. *deciſ*.7.*num*. 27. *verſ. pro quo facit, quod dicunt doctores*, Dec.*in cap.cum ſuper*, *num*.12.*verſ.item concluſio ſupradicta, de offic.de legat*.& concludunt omnes *in l*.1. *§.ſi quis ita ff.de verb.obligat*.

Maximè, quia implicaret contrarietatem, quod quis velit reuocare teſtamentum animo aliud facien-
21 di, † & quod illo non facto reuocatio valeret, quo caſu nullum effectum producit clauſula, *omni meliori modo*: Ludou.*dec*.127. *num*.23.*pars*.2. Cum illa
22 † non variet ſenſum clarum diſponentis: Bero. *conſ*.180.*num*.7.*lib*.1. poſt Bald.*in l.quoties*,*§.fin.C. de hæredib.inſtit*. Soc.*in c*. 2.*art*.13.*qu*.2.*verſ.ſextus, de libell.oblat*. Surd.*dec*.7. *num*.25. *verſ. ad hoc tamen reſponſum fuit*.

Neque obſtat, quod doctores tenentes non valere reuocationem factam animo condendi aliud teſtamentum in præiudicium primi mouentur ex eo, quia in tali voluntate reuocatoria, nullus inſtituitur hæres, cum teſtator non dixerit ſe velle decedere inteſtatum quaſi tunc reuocatio nullius aditione confirmetur, provt in propoſito hanc rationem adducit Alexand.*conſ*.119.*n*.5.9.*&* 12.*lib*.
23 7. Quæ ratio non militat in caſu noſtro, † in quo reſultat fauor filiorum, tunc enim ſufficit ſola voluntas teſtatoris elicita ex reuocatione, ſicut dicimus de ea, quæ fit ad fauorem piæ cauſæ: Caſtr. *in auth.hoc inter liberos*, *num*.3. *C.de teſtam*. Alex. *conſ*.164. *num.lib*.2.

Quia omiſſa veritate iſtius opinionis, cum contra-
24 rium teneat † Natt. *in d.authent.hoc inter liberos*, *quæſt*.5. cum aliis per Magdal.*de numero teſt. in teſtam.requiſ.part*.1.*c*.17.*n*.23. *ad med*. Peregr. *dec*.44 *numero* 5. Reſpondetur, quod non eſt illa ſola ratio, quia in reuocatione nullus inſtituitur hæres, ex cuius aditione talis voluntas confirmetur, provt conſiderat Alex.*d. conſ*.159.*num*.5. *lib*.7 Nam vltra iſtam rationem: adeſt alia ratio magis vrgens, videlicet quia reuocatio facta animo, & intentione faciendi aliud teſtamentum non eſt perfecta, nec abſoluta, nec conſummata, nec explicita, ita vt poſſit dici, quod teſtator voluerit omnino reuocare primum teſtamentum, ſed ſo-
25 lum poſtquam aliud condiderit. † Vnde non verificata, & ad perfectionem non producta iſta voluntate, ſumus in actu, & reuocatione imperfecta imperfectione voluntatis incompletæ, quæ non valet neque ad pias cauſas, neque ad fauorem liberorum, cum ſit defectus procedens à iure naturali, in quo nullus diſpenſat, quidquid aliud ſit in defectu ſolemnitatis, de qua modò non agimus: Caſtr.*in l.ſi quis cum teſtamentum*, *num*.3.*&* 5.& ibi Cuman. *n*.2. Aret.*in fin.ff.de teſtam*. Boer. *deciſ*.93 *num*.10.*&* *dec*.240.*num*.5. vbi de communi Imol. *conſ*.91.*in* 2.*dub*. Abb.*conſ*.105. *n*.2.*&* 3.*lib*.2. Alex. *conſ*.105.*n*.9.*lib*.7. Iaſ.*conſ*.155.*col*.2.& 3.*lib*.4. Pariſ. *conſil*.24.*n*.11.*lib*.3.*&* *conſ*.146.*n*.6.*vſque ad* 10.*lib*.4 lariſſimè Magdal.*de num.teſt.in teſtam.requiſ.cap*.5 *part*.2.*num*.1.*cum ſeq.fol*.412.*&* *part*.1.*cap*.16.*n*.260 *fol*.230. Benedict.*in cap. Raynutius, in verb. teſtamentum, il* 1.*n*.72. *de teſtam*. Socin. Iun. *conſil*.147 *num*.29.*cum ſeq.lib*.2.

Et multum differt, quod teſtator reuocauerit teſtamentum ſimpliciter abſque illa clauſula, *quia vo-*
26 *lebat decedere inteſtatus*. † Et *quod reuocauerit animo condendi aliud teſtamentum*. Nam in primo caſu videtur ſaltem in genere cogitaſſe de venientibus ab inteſtato, tamquam reuocato teſtamento voluerit illos eſſe hæredes. Cum aliud ſit in ſecundo caſu,

caſu in quo eſt magis incerta illius voluntas, nam
ex quo dixit ſe velle condere aliud teſtamentum,
non ſe reſtrinxit ſolum ad venientes ab inteſta-
to, ſed ad alios extraneos, quos forſan volebat fa-
27 cere hæredes, vnde non mirum, † ſi in hoc caſu
reuocatio tanquam ambigua, & non perfecta non
inducit reuocationem, quæ in primo caſu indu-
cebatur: Alex. *conſi. 30. conſideratis, col. penult. ante
med. verſi. nec obſtat dum in contrarium, num. 5. lib. 3.*
poſt Raph. Cuman. *in l. 1. filius qui in poteſtate. 7. nu.
42. ff. de liber. & poſthu. & in l. militis, §. veteranus,
poſt med. de militar. teſta.* Idem Alex. *conſ. 104. pau-
cis vtar. ad fi. verſic. nec huic reſponſioni, lib. 2.* Corn.
conſ. 149. nu. 6. col. 2. in fi. lib. 2. Anchar. *quaſt. famili.
70. n. 6. lib. 2.*

Et cum teſtator dixerit ſe velle facere aliud teſta-
mentum, non poteſt intelligi de obitu ab inteſta-
28 to, † propter illam dictionem *aliud*, quæ intelligi-
tur de ſimili: Abb *in c. ſedes de reſcript.* Ceph. *conſ.
414. nu. 12. & 13. lib. 3.* Oraſc *deciſ. 107. num. 7.* Surd.
conſil. 21. num. 13. & 14. lib. 1. & conſil. 364. nu. 38. libro
29 *3.* † Maximè quia verba, *facere teſtamentum*, ſigni-
ficant cum effectu teſtari, non autem decedere ab
inteſtato *l. cum is qui teſtamentum, 23. ff. de donation.
cauſ. mort.* cum aliis per Rebuff. *in l. verbum facere.
208. col. penult. in princip. D. de verb. ſignificat.*

Minus obſtat geminatio verborum, quia illa non fa-
30 cit actum validum ſi non eſt, † nec aliquid opera-
tur, niſi circa illud, quod validè fuit diſpoſitum:
Pariſ. *conſi. 110. nu. 45. & 48. lib. 1.* Corn. *in l. ſi idem
Cod. de codicil.* Gabr. *conſ. 106. num. 35. lib. 2.* Stante
31 præſertim reſtrictiua, de qua in caſu noſtro, † quæ
appoſita in verbis geminatis in illa reſtringunt ra-
tione adiuncti ad cauſam expreſſam: Bart. *in l. 1. §.
nunciatio, ff. de oper. nou. nunciat.* Bero. *conſ. 20. num.
15. lib. 3.* Honded. *conſil. 63. n. 44. lib. 1.*

Et paſſim geminationes verborum nihil operantur,
32 † quando in geminatione ineſt illa ratio, † quæ
erat in ſimplici: Thob. Non. *conſil. 7. n. 9.* iuxta *l. a.
C. ad velleian.* Iacob. Niger. *in rubr. ff. de verb. oblig.*
33 *numero 47.* † Ideo verba geminata non augent:
Aym. *conſil. 160. nume. 6. per tex. in l. qui hic idem, ff.
de verb. oblig.* Bellam. *conſil. 24. col. 4. in fi. ver. non*
34 *curo etiam, n. 5.* Cum præſertim, † vt dictum eſt de-
ficiat conſenſus reuocantis, qui reuocauit imper-
fectè ſi aliud teſtamentum fecerit, tunc enim ſtan-
te huiuſmodi defectu nulla clauſula etiam ampliſ-
ſima, & geminata aliquid operatur: Seraph. *priui-
leg. iuram. 106. n. 16. & 17.* Menoch. *conſ. 918. n. 30. li-*
35 *bro 10.* † Cum etiam nunquam mutetur ſubſtantia
negotij per quamcumque geminationem, & mul-
tiplicationem verborum: Cardin. Mantic. *de tacit.
& ambig. conuent. lib. 13. tit. 32. n. 14.*

Nec reſiſtit, quod teſtatrix non ſe mouit ad reuocã-
dum teſtamentum ex hac cauſa ſolum, quod ha-
beret intentionem condendi aliud teſtamentum,
ſed etiam ex aliis cauſis animum ſuum mouenti-
36 bus, † Vnde licèt ceſſet vna cauſa, remanent aliæ:
Bart. *in l. demonſtratio. §. quod autem, n. 13. de condit.
& demonſtrat.* Quia cum aliæ cauſæ non ſint ex-
preſſæ, fuit facta ſola vis in voluntate faciendi
aliud teſtamentum, prout hæc cauſa in indiuiduo
37 ſpecificata, † quæ ideò dicetur finalis, & per con-
ſequens illa ſolum erit attendenda, tanquam prin-
cipaliter eam teſtatrix expreſſerit occaſione ad-
dendi, vel minuendi, cum aliæ præſumantur im-
pulſiuæ, quæ nihil operantur: Surd. *conſ. 143. nu. 52.
lib. 1.* Boc. *conſil. 20. num. 5.* Roland. *conſ. 44. num. 7.
lib. 4.* Aym. *conſ. 137. num. 14. & conſil. 142. numero 9.*
Albenſ. *conſil. 52. nu. 7.* Dec. *conſil. 49.* Bald. *conſ. 115.
col. 2. lib. 1. & conſ. 340. col. 2. lib. 3.*

EPITOME.

Diſpoſitio loquens de filiis quando extendatur ad nepotes. ¶ Et quid ſi habuit effectum in filijs. ¶ Et in fideicommiſſo inducendo, ſeu excludendo. ¶ Et in ſubſtitutione reciproca. ¶ In tranſuerſalibus. ¶ In nepotibus natis poſt mortem patris. ¶ Vel non ſucceſſuris ab inteſtato. ¶ In reuocatione per verba perſonaliſſima. ¶ Vel in infinitum, & in perpetuum. ¶ Et ſtante prohibitione alienationis pro conſeruanda agnatione. ¶ Subſtitutio compendioſa facta filio impuberi per verba directa an extinguatur poſt pupillarem ætatem quamvis adſint dictiones aptæ importare infinitatem. ¶ Et de ſignificatione talium dictionum. ¶ Bona ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi quando efficiantur fideicommiſſaria. ¶ Et debeant eſſe eiuſdem valoris, & qualitatis. ¶ Et an ſufficiat ſubrogatio generalis, vel debet eſſe ſpecialis de certis bonis. ¶ Immiſſio quando retardetur ex titulo, & poſſeſſione contradictoris, donec de ſuis iuribus diſcutiatur. ¶ Via executiua an ſit vulnerata per ſententiam derogationis fideicommiſſi. ¶ Et quid ſi declaretur nulla, an ſufficiat vnica ſententia, vel requiratur res iudicata. ¶ Surreptio ex quibus euitetur. ¶ Apertitio oris quando remoueat effectum clauſulæ ſublatæ, & det facultatem impugnandi gratiam, & adſtringat ad verificationem narratorum. ¶ Narratiua proueniens ex errore iuris an attendatur. ¶ Inuentarium tutoris, & hæredis in quibus æquiparetur. ¶ Et quando probet aduerſus illud conficientem. ¶ Et non admittatur probatio in contrarium. ¶ Sententia ſine actis an fidem faciat. ¶ Poſſidens tempore obitus an præſumatur retro poſſediſſe. ¶ Et in quibus caſibus ſit præſumenda continuatio poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio loquens de filiis non extenditur ad nepotes quando habuit effectum in filiis.*
2 *In fideicommiſſo inducendo nepotes non veniunt appellatione filiorum, ſecus in eo excludendo.*
3 *Nepotes non comprehenduntur in ſubſtitutione reciproca filiorum, quæ licet aliquo reſpectu ſit fauorabilis, eſt tamen oneroſa.*
4 *In tranſuerſalibus nepotes non veniunt appellatione filiorum, & num. 5. Contrarium, n. 35.*
6 *Nepos natus poſt mortem patris non intelligitur vocatus in diſpoſitione loquente de filio, etiam ſi conferatur in aliquem futurum euentum, n. 7.*
8 *In vocatione filiorum ipſius teſtatoris excluduntur nepotes, tanquam iſta verba, ſint perſonaliſſima, & ad oculum demonſtratiua, num. 9. Contrarium, numero 33. & 34.*
10 *Nepotes, ſi non ſunt ſucceſſuri ab inteſtato cum filiis, non intelliguntur vocati in diſpoſitione filiorum.*
11 *In hæreditate tranſuerſalis quando detur repræſentatio.*
12 *Vocatio filiorum in infinitum, ſeu in perpetuum comprehendit nepotes, & numero 24. 26. 27. 28. & 29.*
13 *Dictiones,* in infinitum, *& ſimiles faciunt fideicommiſſum durare vſque ad centum annos.*
14 *Plures coniecturæ vincunt vnam.*
15 *Verba,* in infinitum, *& ſimiles aliquando non inducunt perpetuitatem, ſed reſtringuntur iuxta ſub-*

ie˜tam materiam ad triginta annos, & donec quis vixerit, maxime ſi non ſit expreſſa cauſa agnationis conſeruandæ, n. 18.

16 Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba directa extinguitur, poſt pupillarem ætatem, quamvis adſint dictiones aptæ importare infinitatem.

17 Verba, in perpetuum. & in infinitum idē ſignificāt.

Prohibitio alienationis facta filiis ob conſeruandam agnationem facit, vt nepotes veniant ſub nomine filiorum, cum alias ad eos non extenderetur, numero 20.

21 Prohibitio alienationis ſine cauſa non valet, quamvis eſſet facta pluribus, num. 22.

23 Nepotes regulariter non includuntur in diſpoſitione loquente de filiis.

25 Verba, ne vllo vmquam tempore bona alienari poſſint, inducunt perpetuam prohibitionem alienationis.

30 In prima ſubſtitutione ſi fuit expreſſè diſpoſitum de filiis primi gradus, non poteſt ſecunda vocatio de eis intelligi, ſed de nepotibus.

31 Dictio, in infinitum, quando ſit reſtringenda ad filios primi gradus, & num. 32.

36 Bona ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi efficiuntur fideicommiſſaria, & n. 63.

37 Cauſa contradictoris habentis verum, & liberum dominium prævalet, non conſiderato quaſi dominio hæredis.

38 Titulus habitus à Principe non retardat immiſſionem.

39 Habens parem titulum facit ceſſare immiſſionem, ita vt ſit ordinariè cognoſcendum de iuribus contradictoris, exemplo teſtamenti hinc inde producti.

40 Licentia de ingrediendo, ſeu iuſſus de immittendo ſuſpenditur ex duplici iure contradictoris habentis titulum, & poſſeſſionem, donec de ſuis iuribus diſcutiatur.

41 Commodum poſſeſſionis multum operatur.

42 Via executiua dicitur vulnerata per ſententiam derogationis fideicommiſſi.

43 Sententia lata inter alios non vulnerat obligationem cameralem.

44 Sententia derogationis fideicommiſſi tollit viam executiuam, quando illa fuerit declarata nulla, donec non adſit res iudicata.

45 Sententia executoris, & Commiſſarij Papæ præſumitur iuſta, & num. 66.

46 Aperitio oris ſolum remouet effectum clauſulæ ſublatæ, & dat facultatem impugnandi gratiam, non autem illam tollit, nec aſtringit partem ad verificationem narratorum.

47 Princeps inſtructus ex narratiua facti poteſt cognoſcere quid ſit ſtatuendum.

48 Surreptio non inducitur ſine dolo, nec dolus ſine ſcientia.

49 Factum, aut dictum ſub verbo credulitatis, abſque præciſa aſſertione nihil operatur, & non præiudicat facienti, aut dicenti.

50 Satis eſt demonſtrare Principi quid, & quale, & quantum ſit ad hoc, vt ſcientia illius non fallatur.

51 Princeps non poteſt dici deceptus, ex narratiua proueniente ex errore iuris, quæ non attenditur.

52 Scientia Principis in genere tollit ſurreptionem.

53 Surreptio non inducitur ex his, quæ habent ſe ad eſſe, & non eſſe.

54 Cauſa impulſiua ſi non exprimatur, ſed taceatur, non nocet conceſſioni Principis.

55 In dubio præſumitur potius cauſa impulſiua, quam finalis.

56 Surreptio quando non attendatur.

57 Incertitudo bonorum non nocet, ſi poteſt reddi certa ex bonis, quæ tempore ſubrogationis aderant.

58 Teſtis etiam vnicus fidem facit contra producentem.

59 Inuentarium plenè probat contra eum, qui illud confecit, & an poſſit probari contrarium, & æquiparetur inuentario tutoris, n. 60. 61. & 75.

62 Subrogatio in genere quando valeat.

64 Sententia ſine actis non probat. Intellige vt n. 65.

67 Subrogatio bonorum in locum eorum, quæ ſunt alienata debet eſſe eiuſdem valoris, & qualitatis.

68 Exceptio eſt probanda per excipientem etiam, quod ſit negatiua, n. 69.

70 Index poteſt ſe extraiudicialiter informare ſuper notorio.

71 Tempus exiſtentiæ bonorum eſt probandum.

72 Poſſidens tempore obitus præſumitur retro poſſediſſe.

73 Cōtinuatio poſſeſſionis præſumitur. Intellige vt nu. 74.

CAPVT DCCLXV.

AD fauorem filiorū Alexandri videbatur non conſtare de prætenſo fideicommiſſo, quia in teſtamento fuit inſtitutus hæres Sabba frater teſtatoris, & poſt illius mortem vocantur ad hæreditatem filij eiuſdem Sabbæ cum ſubſtitutione re-
1 ciproca, † Vnde non debent comprehendi nepotes, cum ad illos diſpoſitio non extendatur, quando habuit effectum in filiis: Bart. in l. liberorum. col. pen. ver. quæro quid ſi in aliqua diſpoſitione, ff. de verb. ſignif. Decian. conſil. 95. & pro tenu. col. pen. ad med. verſ. quarto & vltimo n. 8. Ruin. conſil. 96. n. 6. lib. 2. & conſ. 63. col. pen. in prin. nu. 5. in fi. lib. 3. Pariſ. conſ. 86. nu. 25. lib. 2. Roland. conſ. 43. nu. 36. lib. 4. Gozad. conſ. 36. nu. 6. Soc. conſ. 104. poſt prin. verſ. & hoc de plano. lib. 3.

Maximè, quia hic agitur de inducendo fideicommiſſo, in quo tanquam oneroſo appellatione fi-
2 liorum non veniunt nepotes, † nec ex proprio ſignificatu, nec ex interpretatione in quacumque diſpoſitione tam legis, quam hominis, cum aliud ſit in excludendo fideicommiſſo, in quo propter cauſam fauorabilē venirent nepotes appellatione filiorum: Curt. Sen. conſ. 45. vbi quod hæc opinio nullum habet contradictorem, Roland. qui idem dicit conſ. 43. num. 26. lib. 4. Dec. conſ. 218. in caſu ad me tranſmiſſo, col. 5. ante med. n. 12. Cephal. conſ. 1.7. n. 16. & 17. lib. 1. Bero. conſ. 122. col. 2. num. 2. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 111. nu. 29. lib. 1. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 6. nu. 27. Honded. conſ. 60. nu. 1. vſque
3 ad 64. lib. 1. † Quamvis ſimus in ſubſtitutione reciproca, quæ licet aliquo reſpectu ſit fauorabilis, tamen, quia etiam eſt oneroſa, facit vt non veniant nepotes: Idem Honded. conſ. 60. n. 71. lib. 1. Rimin. Iun. conſil. 75. num. 49. lib. 1. Albenſ. conſ. 29. num. 12. Dec. conſil. 465. perſcrutatis, num. 10.

Accedat, quod ſumus in tranſuerſalibus, in quibus
4 non veniunt nepotes appellatione filiorum, † quaſi in iſtis ceſſet ratio, in qua ſe fundat diſpoſitio leg. iuſta. & l. liberorum, ff. de verb. ſignif. quæ videtur eſſe, quia nepotes noſtri non poſſunt per aſcendentes vocari dulciore nomine, quam filiorum, quæ conſideratio non cadit, quando fieret mentio de filiis ab extraneo, ſeu collaterali, ideo non mirum, ſi tunc non veniunt nepotes: Socin. Iun. conſ. 30. num. 18. col. 3. & 4. lib. 3. vbi refert hanc diſtinctionem fuiſſe approbatam per Franc. Accur. in ſuo conſilio relato per Cyn. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthu. & per Marian. in ſubſcriptione ad conſ. Othon. inter conſ. eiuſdem Ma-
5 rian. 152. libro 1. † quod etiam ſequitur, & refert Alex. conſ. 1. col. 7. n. 12. ante fin. verſ. & quod propria li. 1. Bero. conſ. 122. n. 2. lib. 2. Barbat. in add. ad Bald. in d.

*in d.§.Inſtituens,& conſ.76.lib.4.*cum aliis per Ro-
land. *conſ.43.n.38.lib.4.* & de communi omnium
tam modernorum, quam antiquorum opinione
teſtatur Soc. *conſ.73.col.6.in fin.verſ. ſed tamen his
non obſtantibus, n.19.lib.4.*
Præterea nepos, de quo agimus, natus eſt poſt mor-
6 tem teſtatoris, † quo caſu in fideicommiſſis ap-
pellatione filiorum non veniunt nepotes poſthu-
mi, *l.qui filiabus, in princ.ff.de legat.*1.& multò mi-
nus ſi talis nepos eſſet conceptus poſt mortem te-
ſtatoris, *l.1.§.ſi quis proximior.ff.vnd.cogn.l.Titius,
ff.de ſuis & legitim.* & ita concludit Ortho. *inter
conſ.Socin.152. lib.1.* cui ſe ſuſcripſerunt vndecim
inſignes Doctores, quos etiam refert, & ſequitur
Bero.*conſ.122.n.2.lib.2.* Gozad.*conſ.56.n.7.* Corn.
*conſ.290.num.7.lib.4.*Dec.*conſ.95.& pro tenui, col.3
ad fin.verſic.tertio principaliter, num.7.* cum aliis
per Mandoſ.ad Rom.*conſil.438.in verb.& opinio,
ante med.* quidquid contrarium ſenſerit Rom.
7 Iun.*conſ.23 num.70.lib.1.* † Quod procedit non
ſolùm quando diſpoſitio teſtatoris reſpicit tem-
pus præſens, ſed etiam quando confertur in ali-
quem futurum euentum quidquid contrarium
ſenſerit Alex.*conſ.37.num.11.& 19.lib.6.* & Cephal.
*conſ.262.n.8.& 14.lib.2.*Quia contra eos eſt verior
opinio, vt per Alciat.*conſ.31.n.39.lib.9.& in l.filius
familias, §. Diui. num.47.verſic. & licet. ff. de leg.* 1
Socin.Iun.*conſ.30.num.37. lib.3.* quos refert Card.
Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.8.n.9.in fin.verſ.
quamquam hac etiam declaratio.* Rom. *conſil.* 408
*ante fin.verſi.vnde eſt ibi caſus apertus,*per text.*in l.
cum pater, §.hæreditatem, il.1.ff.de legat.*2.latè Ri-
min.Iun.*conſ.246.n.42.& 43.lib.3.*
Vlterius fuerunt vocati filij ipſius Sabbæ, per quæ
verba tanquam perſonaliſſima excluduntur ne-
8 potes, † cum ſimiles dictiones reſtringant diſpo-
ſitionem ad perſonas expreſſas tamquam ſint ad
oculum demonſtratiuæ tam rerum, quam perſo-
9 narum, † ita vt excludant alios etiam de iuré ve-
nientes: Roland. in ſpecie *conſil.97.n.20.vſque ad
23.lib.4.*Rip.*in l.filiusfamilias.* 118.§.*Diui.il.2.n.111*
vbi Iaſ. *in 2.lectur.col.pen. verſic.pro ampliatione,
ff. de leg.*1.Decian.*conſ.2.num.32.lib.2.*Quod etiam
eſt in ſimilibus verbis, vt per Aym. *conſ.98. num.9*
Rimin. Iun.*conſ.173.num.23.lib.2.*Honded. *conſ.60
num.68. lib.1.*
Quibus additur, quod nepotes non veniunt appella-
tione filiorum, quando non eſſent ab inteſtato
10 ſucceſſuri cum filiis, † quaſi tunc teſtator potius
voluerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris
communis, cum præſertim concurrat etiam pro-
prietas ſermonis, ſecundum quam nepotes non
dicuntur filij, provt in terminis concludit Aret.
*conſ.145.in fin.*Curt.Iun. *conſ.57. n.5.* vbi quod ferè
nullus contradicit Card. Mant. qui idem teſtatur
de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.8.n.7. Soc.Iun.*conſil.149
n.4.vſque ad 9.lib.2.*
In caſu autem noſtro nepotes cum potuiſſent ſucce-
dere ab inteſtato cum filiis, nam teſtator vnà
cum Sabba fratre hærede inſtituto habebat
11 etiam ſorores, † cum etiam ſimus in hæreditate
tranſuerſalis, in qua ſolum datur repræſentatio
quando agitur de ſuccedendo patruo, amitæ,
auunculo, vel matertcræ, qui ſunt fratres, aut ſo-
rores patris, vel matris prædefunctæ iuxta *auth.
poſt fratres, la 2. C.de legit. hæredib.* & declarat in
ſpecie Socin. Iun.*conſ.149.num.5. & 6.* Curt. Iun.
conſ.57. col. 5.
Non obſtat prætenſa vocatio filiorum in infinitum
12 † per quam videntur comprehendi nepotes. Ruin.
*conſ.113.n.11.lib.3.*Rimin.Iun.*conſil.23.num.68.lib.*
vbi idem dicit de vocatione in perpetuum Pari.
conſil.37.num.23.& 24.lib.2. Pereg.*de fideicom.ar.*
13 *2.n.54.* † Ita vt ſtantibus huiuſmodi dictionibus,
fideicommiſſum duret etiam poſt centum annos,
vt contra Dec. & Cephal.concludit Sim. de Præ.
de interpr.vltim.volunt.lib.3.dubit.6.ſolut.1.fol.36.
14 † Quia iſta ſola coniectura non debet plus ope-
rari, quam plures ſupra relatæ, quibus tanquam
fortioribus hæc vna debet cedere. Bart. *in l. cum
de indebito.de probat.*Aym. *conſil.8. n.9.* & in pro-
poſito de nepotibus conſiderat Surd.*conſ.314.n.14.
in fin. lib.3.* Cum etiam iſta verba *in infinitum, in
perpetuum*, & ſimilia non ſemper importent infi-
15 nitatem, † ſed reſtringantur ſecundum ſubiectam
materiam, *l. inſulam. de præſcript. verb.* cum aliis
per Surd.*dec.2.n.12.& 13.* Ideò aliquando impor-
tant tempus trigiuta annorum, aliquando donec
quis vixerit, & plus ac minus ſecundum, quod
diſpoſitio poteſt verificari: Bero. *conſ.102. num.3.*
16 *lib.1.& conſil.27.n.7. & 8.lib.3.* † Vnde ſubſtitutio
compendioſa facta filio impuberi per verba di-
recta extinguitur poſt pupillarem ætatem, nec
vltra eam extenditur, vt valeat tamquam fidei-
commiſſaria, quamvis adſint in ea dictiones mul-
tiplicatiuæ temporum, & aptæ infinitatem im-
portare propter ſubiectam materiam: Idem Bero.
*conſ.155.num.23.ad med. verſic. & facit id quod vo-
lunt.lib.1.*poſt Caccialup.*in l.precibus, concluſ.3. C.
de impub.& aliis ſubſtitut.* Quod etiam eſt in ſimi-
libus fideicommiſſis, in quibus reſtringuntur iſta
17 verba *in perpetuum*, ſeu *in infinitum*. † cum talia
verba idem importent, vt per Cephal.*conſ.268.n.
25.vſque ad 33.lib.2.* Dec.*conſ.378.viſo motiuo.ad fi.
verſic. quarto & vltimo.*
Quæ magis procedunt, quia in caſu noſtro nulla fuit
18 expreſſa cauſa agnationis conſeruandæ: † Card.
Seraph.*deciſ.1486.num.16.part.2.*Cardin. Mantic.
*de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.15.num.5.& 6.*Socin.Iun.
conſ.13. n.14. lib.3. Provt dicimus de prohibitione
alienationis facta filiis, vt bona perpetuo rema-
19 neant in familia, † quo caſu ob talem expreſſio-
nem venirent nepotes ob rationem conſeruan-
dæ agnationis, cum aliàs non admitterentur:
Gabr.*de verb.ſignific.concluſ.1.num.79.vſque ad* 82
Pariſ.*conſ.92. num.51. lib.2.*
Nec obſtat prohibitio alienationis, quia cum ſit fa-
20 cta quo ad filios † non extenditur ad nepotes, *§.
nos igitur, auth.de reſtit.fideicommiſſ.* Cyn. *in l. vo-
lumus, C.eod.tit.* Gabr.*concl.1.n.79.de verb.ſignific.*
Alex.*conſ.140.num.1. lib.6.* Cum etiam prohibitio
21 ſit nulla † tamquam facta ſine cauſa, *l. filiusfa-
milias,* 118. *§. Diui, il 2.de leg.1. l.pater filium,* 36
§.Iulius Agrippa.& l.Lucius. 91. *in princip.ff. de
legat.3.*Roland. *conſ.43.n.43.lib.4.* Grat.*conſil.21.in
princip.lib.2.*Eugen.*conſ.81. num.48.& 49.* Quam-
vis talis prohibitio eſſet facta pluribus, cum
22 † etiam tunc nihil operaretur, tamquam non adſit
cauſa ſecundum magis veram opinionem, de qua
per Gabr.*conſ.140.num.45.& 46.lib.1.* Iaſ.*conſil.96
colum.2.poſt med.lib.4.* Odd. *conſ.66. num. 40. &
conſil.67.num.8.* Cardin.Mantic.*de coniect.vlt.vol.
lib.7.tit.5.n.16.poſt princ.ver. ſed dubitat.*Surd.*dec.
238.in fin.num.18.*
In huiuſmodi cauſa Romana caſalis Pazzaletti non
obſtantibus ſupra adductis concluſum fuit con-
ſtare de fideicommiſſo, vt in deciſione coram
R.P.D.Manzanedo 10.Iunij 1615. quæ iu impreſ.

eſt deciſio 618. part. 2. in recentioribus. Ratio fuit
23 † quia licet appellatione filiorum non veniant
nepotes, *l. filium cum diffinimus, ff. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur. l. quid ſi nepotes, ff. de teſtam. tutel.*
Cum aliis adductis coram R. P. D. Veroſpio &
Dunozet. Ariminen. fideicommiſſi. 31. Ianuarij. &
23. Martij 1614. Tamen ſecus eſt in caſu noſtro,
24 † in quo cum teſtator vocauerit filios vſque in
infinitum, eius diſpoſitionem non videtur re-
ſtrinxiſſe ad certos, & determinatos filios, ſed il-
lum in incertum futurum perpetuumque euen-
tum contuliſſe iuxta Surd. *conſ. 336. n. 9. & 10.* Card.
Seraph. *dec. 409. num. 11.* Maximè ſtante prohibi-
tione vllo vnquam tempore bona alienari poſ-
25 ſent, † quæ verba important alienationis prohi-
bitionem in perpetuum, *l. prouidendum*, vbi Gl.
C. de poſtul. Decian. *conſil. 44. num. 36. lib. 3.* Cephal.
conſ. 131. num. 15. Et proinde etiam de nepotibus in-
26 tellexiſſe dicendum eſt, † Gozad. *conſil. 36. num. 1*
Cephal. *conſ. 194. n. 21.* Gabr. *concl. 1. num. 36. de verb.
ſignific.* Craſſ. *in § fideicommiſſum, qu. 10. n. 6.* Card.
Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. n. 20.* Pereg. *de
27 fideic. art. 22. n. 50.* † Ex quo. n. perpetuitatem deſi-
derauit, ea capienda eſt interpretatio, ex qua per-
petuitas ipſa in omnes deſcendentes conſeruetur,
non autem illa, ex qua ſtatim ſubſtitutiones in
primo gradu filiorum finiantur: Molin. *de primog.
28 Hiſpan. lib. 1. c. 6. num. 28.* † Vnde in terminis, quod
ſub vocatione filiorum in infinitum veniant ne-
potes, voluerunt Ruin. *conſ. 115. num. 11. & conſil. 139
n. 21. lib. 3.* Surd. *d. conſ. 336. n. 9. & conſil. 403. num. 21*
Pereg. *conſ. 14. num. 2. lib. 1.* & melius *in conſil. 59. n. 3
lib. 4.* vbi hanc dicit eſſe propoſitionem indubita-
29 tam, † Et nimirum, quia fruſtra teſtator addidiſ-
ſet dictam dictionem *in infinitum*, ſi fideicommiſ-
ſum in filiis primi gradus expirare voluiſſet, vt in-
quit Rub. *in rubr. de donat. int. vir. & vxor. § 69. n.*
21. Card. Seraph. *d. deciſ. 409. num. 11.* ¶ Cum etiam
in prima ſubſtitutione fuerit expreſſè diſpoſitum
30 de filiis primi gradus Sabbæ, † ideò iſta ſecunda
vocatio non poterat de eis intelligi; ſed de nepo-
tibus, & deſcendentibus, quia primum fidei-
commiſſum ad fauorem dictorum filiorum, cum
iam eſſet perfectum, non indigebat iſta ſecunda
vocatione ad illius robur, & perfectionem quare
non eſt referenda ad contentos in prima ſubſti-
tutione, & ſic ad filios primi gradus, quia tunc ni-
hil adderet, & eſſet ſuperflua, quod non debet
admitti, vt conſiderat Bald. *conſil. 354. num. 7. lib. 3*
Patiſ. *conſ. 90. num. 33. lib. 2.* Berett. *conſil. 115. num. 4
verſic. amplius.* Surd. *dec. 84. num. 14.* Decian. *conſ. 33
numero 93. libro primo.*

Hactenus deciſio, in qua cum non fuerit reſponſum
aliis adductis pro non exiſtentia fideicommiſſi,
& ſolita benignitate Rotæ fuit mandatum ite-
rum proponi an eſſet recedendum à deciſis, & die
11. Decembris 1615. concluſum pro negatiua, con-
firmando deciſionem prius factam, addendo,
31 † quod dictio *in infinitum*, non debet reſtringi ad
perſonas expreſſas, & ſic ad filios primi gradus
iuxta Ruin. *conſil. 136. num. 10. & 11. lib. 3.* Surd. *conſ.
448. num. 16. lib. 3.* Quia loquuntur quando dictio
in infinitum, propter ſubiectam materiam poterat
32 reſtringi abſque vitio ſuperfluitatis, † vt decla-
rat idem Ruin. *d. conſ. 136. num. 11.* Quod non eſt in
caſu noſtro, in quo ſi vocatio filiorum in infini-
tum reſtringeretur ad filios primi gradus, redde-
retur penitus ſuperflua, cum illis iam eſſet proui-
ſum per reciprocam ſubſtitutionem, quæ perpe-
tuabat fideicom[illegible] per[illegible] donec
ipſi eſſent [illegible]

Et quo ad ob[illegible] cum [illegible] ipſius,
quæ tamquam perſon[illegible] nepotes,
33 † dicebatur iſtam opi[illegible] dubiam ex tra-
ditis per Ruin. *conſ. 11[illegible] n. 11. lib. 3.* P[illegible]tr. *de fideicom-
miſſ. qu. 11. n. 240. verſic. vigeſimo quinto.* Gabr. *de
verb. ſignific. concl. 1. num. 45.* Et quidquid ſit de ve-
ritate iſtius quæſtionis, in caſu noſtro ſufficit re-
34 ſponſio, † quod talis dictio ipſius legitur ſolùm
in ſubſtitutione reciproca inter filios Sabbæ, non
autem poſtea, quando poſt perpetuam prohibi-
tionem alienationis vocantur filij legitimi, & na-
turales maſculi vſque in infinitum, vnde cum
Franciſcus, & Tiberius prætendant venire ex iſta
vltima vocatione, illa eſt conſideranda, & cum
in ea non reperiatur dictum pronomen ipſius,
non eſt reſtringenda ad filios primi gradus eiuſ-
35 dem Sabbæ. ¶ † Et quamvis ſimus in fidei-
commiſſo tranſuerſalium, Tamen non debet at-
tendi in hac materia an teſtator fuerit tranſuer-
ſalis, ſeu aſcendens: Alex. *conſ. 5. num. 9. lib. 5. &
conſ. 37. num. 15. lib. 6.* Gozad. *conſil. 59. num. 10. 12. &
22.* Gabr. *de verbor. ſignificat. concluſ. 1. numero
quarto.*

Hucuſque ſecunda deciſio, à qua non fuit reclama-
tum, licet multa poſſent adduci, maxi[illegible] circa il-
lud pronomen *ipſius*, vt latius in facto, [illegible] conſtante
declaratione prædicta exiſtentiæ fideicommiſſi
ad fauorem nepotum, prætendebatur per eos im-
miſſio in poſſeſſionem partis caſalis, de quo in
actis, & videbatur petitio adeo clara, vt nullam re-
ciperet difficultatem, Verum quia aderant quam-
plures exceptiones, per quas impediebatur talis
immiſſio, ideo fuit reſeruatum in deciſione du-
bium, an ſit locus prætenſæ immiſſioni, Et quidem
pro negatiua opinione faciebat derogatio fidei-
36 commiſſi conceſſa per Summum Pontificem † qui
mandauit prædictum caſale poſſe alienari trans-
ferendo omne onus in eo exiſtens in a[illegible]is bonis
Pauli, & Alexandri, ita vt iſta bona ſubrogata
loco eiuſdem caſalis fuerint effecta fideicommiſ-
ſaria, & ſuccedant in locum rei fideicommiſſo
ſubiectæ, *l. imperator. 72. in fin. cum l. ſeq. ff. de legat.
1. l. ſi donata. § 1. ff. de donationib. int. vir. & vxor.* Iaſ.
conſ. 131. num. 1. lib. 2.

Propter quam derogationem fideicommiſſi fuit ac-
quiſitum caſale tanquam liberum, ita vt per talem
acquiſitionem dicatur acquirens legitimus con-
tradictor ad effectum impediendi proceſſum ex-
cutiuum, donec enim non fuerit in[illegible]atum [illegible]on-
tra ſententiam, & breue derogationis, non poteſt
37 dici adeſſe aliquod fideicommiſſum, & per con-
ſequens debet præualere cauſa contradictoris,
qui dominium verum, ac liberum obtinet, non
conſiderato prætenſo quaſi dominio hæredis:
Caſtr. *in fin. num. 7.* & ibi Dec. *num. 42.* & Zuccard.
num. 37. C. de edict. diu. Adr. tollend. Menoch. *de
38 adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. n. 605. & 606.* † Quidquid
alias titulus habitus à Principe non retardet im-
miſſionem: Afflict. *dec. 119. in fin.* & an titulus de-
beat eſſe ex eodem fonte. Caputaq. *dec. 3[illegible]9. part. 1*
Et quid in titulo habito poſt mortem teſtatoris.
Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 604.*

Maximè, quia habens parem titulum facit ceſſare
immiſſionem, ita vt ſit ordinarie [illegible] oſtendum
39 de iuribus contradictoris, † quamvis tali[illegible] titulus
ab alio proceſſerit, exemplo teſtamen[illegible] inde
producti: Ruin. *conſ. 28. n. 2. poſt prin. ver.* [illegible] *ſubd
lib.*

lib.5. & conſ.151. num. 5. poſt princ. lib.2. ſecundum opinionem Bart.communiter receptam *in l.fin.21. ad med.col. vlt.in princ.verſ. quandoque quis venit poſt iuſſum,C.de edict.diu. Adr.tollend. & in leg. penult.num.1.ff. de petit. hæred.* iuxta doctrinam Innoc.*in c.veniens.il.2.nu.1.de teſtibus.* Menoch. *de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.n.581.poſt med.*Card.Seraph. *deciſ.253. n.1.*

Vnde multò magis hoc erit dicendum in caſu noſtro, via vltra dictum titulum adeſt etiam poſſeſ-
40 ſio contradictoris, † qui legitimè detinet, ita vt ex hoc duplici iure tanquam potentiore faciat ſuſpendere licentiam de ingrediendo, ſeu iuſſum de immittendo donec ſecum diſcutitur de iuribus ſuis:Zuccard.*in d.l.fi.num.391.*Peregr.*de fideic.*
41 *art.48.nu. 23.24. & 40.* † Cum etiam commodum poſſeſſionis debeat aliquid operari,*c.ſi à ſede,de probend.in 6.§. commodum inſtit.de interdict.* Tiraquell.*de iur.primogen.qu. 17. opin.11. numero 1.cum ſeq.*

Accedat, quia ſtante ſententia derogationis fideicommiſſi eſt vulnerata via executiua exemplo
42 obligationis cameralis,† ita vt ordinariè ſit agendum, & requirantur tres ſententiæ conformes: Rot. *diuerſ. deciſ.132. poſt princ.p. 2.* cum aliis per Gonzal.qui multas deciſiones refert *ad reg.8.gl.6.*
43 *n. 202.* † Quidquid alias ſententia lata inter alios non vulneret dictam obligationem: Rot. coram R.P.D.Penia Romana dotis 17.Decemb.1607.impreſſ.*poſt tract.oblig.cam.deciſ.65.*

Neque obſtat prætenſa notoria iniuſtitia ac nullitas ſententiæ derogationis, Quia ſuper hoc erat neceſſaria declaratio per aliam ſententiam, quæ
44 tamen nunquam fuit lata, † Immo etiam requiritur, quod ſuper iſta ſententia declarationis nullitatis adſit res iudicata, quamdiu enim illa non adeſt, ſemper prima ſententia vulnerans ſtat in ſuo robore, & tollit viam executiuam:Gonzal. *ad*
45 *reg.8.cancel.gl.6.nu.221.& 236.*† Maximè, quia ſumus in ſententia executoris, & Commiſſarij Papæ,quæ præſumitur iuſta:Dec. *conſ. 341. viſo puncto,n.12.*Capic.*deciſ.16.num.4.*Card.Seraph. *deciſ. 11[illegible].n.2.*Rot.coram Cotta Senogallien. ſyluæ.24. Maij 1577.Abb.*conſ.41.n.5.lib. 1.*

Et quamvis fuerit facta deciſio ſuper ſubreptione breuis, Tamen hoc fuit incidenter dictum pro
46 aperitione oris, † quæ ſolum tollit effectum clauſulæ ſublata, & remouet illius obſtaculum, & dat facultatem impugnandi gratiam, non autem tollitur gratia in reliquis, nec virtus derogationis, nec conſequenter adſtringitur pars ad verificationem narratorum, ſed onus probandi incumbit alleganti gratiam non ſuffragari, cum in hoc opus ſit reductione ad viam iuris: Rot. coram R.P.D. Orano Romana domorum.29. Maij.1595. cum aliis deciſionibus latè adductis *in tract. de clauſ.154.n. 36.*

Præterea fundamenta adducta ſuper prætenſa ſurreptione breuis derogantis fideicommiſſo tolluntur ex ipſamet deciſione. Nam in ea præſupponitur fuiſſe narratum Papæ, quod dictum fideicommiſſum expirabat per mortem filiorum Sabbæ,quod tamen in facto non verificatur; quia ſolum Summo Pontifici fuit expreſſus totus tenor teſtamenti, & dictum, quod ex eius lectura videbantur tantum comprehendi filij Sabbæ, & nihilominus ad tollendum omne dubium, ſup-
47 plicatum fuit pro opportuna prouiſione † ex quibus verbis nulla oritur deceptio, cum Papa tamquam plenariè inſtructus ex tali narratiua potuiſſet cognoſcere, quid de iure eſſet ſtatuendum:Bald.*in cap. cum ordinem, 6.numero 17. de reſcript.*Felin.*in c.ſuper litteris,20.col.6. poſt princip. verſ.ſecunda regula,nume.8.eod.tit.*Roman.*ſing.37. verum nobilis,in fi.* cum aliis, et Gonzal. *ad reg.8. §.4.procem.num.83.& 84.*Maxime, quia ſupplicantes hoc narrarunt ex eorum credulitate, & dubitatiuè, dum dicunt eos credere fideicommiſſum
48 ex pluribus non obſtare, † quo caſu non eſt dicendum eſſe inductam aliquam ſubreptionem, quæ non poteſt eſſe ſine dolo,nec dolus ſine ſcientia,Ægid.*dec.4.n.2.*Cardin. Seraph.*deciſ. 20.nu.4. & deciſ.956.n.3. & deciſ.1009.num.6.* Cum factum,
49 † vel dictum ſub verbo credulitatis abſque præciſa aſſertione nihil operetur, & non præiudicet facienti, aut dicenti:Bald.*in l.1.in 2.lect. §.item ſolent. ad med. verſ. item nota quod contra proprium,*
50 *ff. de off. præfect. vrb.* † ſatis eſt enim fuiſſe demonſtratum,quid,& quale, & quantum ſit: *l.cum aliquis, C.de iur.deliber.l. filio, D. de condition. & demonſtrat.c.ſtatutum,19.q.1.*& cum ſcientiam Principis hoc non fefellerit, ſed plenariè inſtruxerit, adeſt illius voluntas,& poteſtas ſubeſt: Bald. *in c. cum ordinem,nu.17.in princ. de reſcript.*

Minus obſtat alia prætenſa ſubreptio breuis, quod ſupplicantes narrauerint eſſe deſtitutos ſpe procreandi filios, Quia hoc fuit expreſſum à Summo Pontifice dum dixit, quod gratiam faciebat attento etiam, quod ipſi Paluzzelli filiis carebant, & in futurum illos procreare deſperabant,ex quo alter erat in ſacris, alter vero ferè quinquagenarius, in qua narratiua non poteſt conſiderari ali-
51 qua ſubreptio, † neque enim ex ea fuit Papa deceptus,cum ſciret an ferè quinquagenarius poſſet procreare,Vnde tanquam hoc proueniat ex errore iuris, non attenditur Felin. *in c. ſuper litteris, 20.col.6.in princ.num.8.de reſcript.* Cum etiam ſuf-
52 ficiat, † quod Princeps ſaltem in genere hoc ſcire potuerit ad euitandam ſubreptionem: Aym.*conſ. 79.n.8.*poſt Corn.*conſ.201.ad fi.n.14.lib.3.*Maximè
53 quia iſta ſe habent ad eſſe, & non eſſe,† ex quibus minus ſurreptio inducitur:Felin.*in c.noſtra,32.col. 14. ad med. verſ. ſeptimum corollarium, de reſcrip.* Rot.*deciſ.25.ad fi.eod.tit. in nou.*

Præſertim, quia iſta narratiua non fuit cauſa finalis ad concedendam ſubrogationem fideicommiſſi, cum poſt factam gratiam Summus Pontifex addiderit iſtam qualitatem ætatis annorum ferè quinquaginta, quæ erat ſibi nota an per eam ex-
54 cluderetur filiatio, vnde ſtante † tali ſcientia potius præſumendum eſt illam fuiſſe cauſam impulſiuam,cuius vitium in ea exprimenda,ſeu tacenda non nocet conceſſioni Principis:Glo. *in cap. poſt tranſlationem,11.in verb.ceſſante,in fin.de renunciat.* Couar.*lib.1.var.reſol.c.20.nume.1.verſ.contrariam*
55 *ſententiam.* Sur.*conſ.143.nu.52.lib.1.*† Prout etiam in dubio potius præſumenda eſt cauſa impulſiua, non finalis:Gloſ.*in l.2.§.Titio decem,de donat.* Oldrad.*conſil.5.poſt med.*Roland.*conſ.44.num. 7.libro 4.* Cum etiam non eſſet neceſſaria expreſſio ca-
56 rentiæ filiorum, † Quia Papa conceſſit gratiam derogationis fideicommiſſi propter alia bona, quæ mandauit ſubrogari in locum Caſalis, ita vt ex illis eſſet plenè conſultum filiis quatenus contingeret eos naſci, vnde minus iſta ſubreptio debet attendi,vt in ſimili dicit Couar.*lib.1.var.reſol. cap. 20. ad fin.*

Nec facit, quod non fuerit facta ſubrogatio parti-

cularis in aliis bonis cum expreſſione corporum,
Quia iſta ſpecificatio bonorum non erat facien-
da, cum ſolum Summus Pontifex committat in
genere, quod onus fideicommiſſi transferatur in
aliis bonis ſupplicantium prout Iudex vigore
iſtius commiſſionis tranſtulit in aliis eorum bo-
nis, Vnde non poteſt dici de nullitate ſententiæ,
cum fuerit ſeruata forma breuis, ita vt non obſtet
prætenſa incertitudo bonorum, quia ſufficit ſu-
beſſe certitudinem in vniuerſo ad hoc, vt diſpoſi-
57 tio locum habeat, † maximè, quia poteſt reddi
circa ex bonis, quæ tunc temporis aderant, quo
caſu incertitudo non nocet: Socin. *in l. 3. §. incer-
tam ff. de acquir. poſſeſſ.* Pariſ. *conſil. 59. num.* 23. *lib.* 1.
Surd. *conſil.* 128. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 1. *& conſ.* [illegible] *nu-
mero* 56. *&* 57. *lib.* 2.

Conſtat autem de exiſtentia iſtorum bonorum, quæ
ad hunc effectum potuerunt ſubrogari, & fuerunt
58 ſubrogata ex teſtibus ex aduerſo productis, † qui-
bus ſtandum eſt, cum fidem faciant quamvis eſſet
vnicus: Iaſ. *in l. admonendi, col.* 46. *de iureiur.* Pariſ.
conſi. 88. *n.* 12. *lib.* 3. Gabr. *de teſtib. concluſ.* 1. *n.* 13. *ver-
ſi. contrarium tenet.*

Quod etiam comprobatur ex inuentario ab ipſiſmet
aduerſariis facto de hæreditate Alexandri, in quo
inter alia bona ponitur domus, de qua in actis,
59 † quod inuentarium plenè probat contra eum,
qui illud confecit, adeo vt non admittatur pro-
batio in contrarium *l. fi.* vbi Bald. & Salic. *in prin.
C. arbitr. tutel.* Bart. *conſi.* 239. *proponitur. num.* 1. *lib.*
1. Socin. *conſ.* 62. *in princ. lib.* 1. Affl. *deciſ.* 13. *nu.* 25. *in
princ.* cum aliis per Valaſc. *conſult.* 52. *num.* 12. *&* 13.
60 † Cum in hoc æquiparetur inuentarium hæredis
& tutoris: Ang. *in repet. l. vltim. in princ. num.* 20. *ad
fi. C. de iur. delib.* & quatenus hæres poſſet probare
contrarium, & non tutor propter fauorem mino-
61 ris, provt aliqui diſtinguunt, † Tamen interim in-
uentarium per hæredem confectum plenam fi-
dem contra ipſum facit, donec non probauerit er-
rorem: Bald. *in l.* 1. *in* 2. *lect.* §. *item ſolent. poſt med.
ver. ſed hæres ſuo non obligatur. ff. de offic. præfect.
vrb.* poſt Speculat. *de fid. inſtru.* §. *dicto de impugna-
tione, n.* 1. *&* 2. Valaſc. *conſult.* 52. *n.* 14. *&* 15.

Ita vt ſtante hujuſmodi exiſtentia bonorum valeat
62 ſubrogatio etiam in genere facta, † & non poſſit
dici, quod ſententia ſit nulla, tanquam conformis
menti Summi Pontificis, qui non expreſſit ali-
quam particularem corporum ſubrogationem,
ſed ſolum commiſit genericam tranſlationem bo-
norum, quæ videtur ſufficere iuxta ea, quæ in ſi-
mili ponit Menoc. *conſ.* 287. *nume.* 8. *&* 11. *in fi. cum
ſeq. lib.* 3. de quo tamen Rot. coram R. P. D. Duno-
zet Ferrarien. bonorum. 10. Nouembr. 1614. Ita vt
alia bona ſubrogata ſuccedant in locum caſalis
63 fideicommiſſo ſubiecti, † cum omnibus qualita-
tibus primordialibus, & accidentalibus, ita vt ni-
hil differant ab aliis rebus non alienatis, *c.* 1. *de va-
ſall. decrep. ætat.* Iacob. de Ardiz. *in ſumm. feud.* 2. *p.
2. part. princip. tit. quid ſi nou. feud. & patern. ver. ſed
quærite ſi vaſallus.* Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 4. *c.
4. nu.* 36. *cum ſeq.* vbi multa de huiuſmodi ſubroga-
tionibus: Tiraq. *de retrac. lignag.* §. 32. *gl.* 1. *nume.* 27.
in fi. Greg. *in leg.* 6. *tit.* 11. *p.* 6. *in gl. in verb. che la non
pudieſſe vender. col. penult. ver. aduerte etiam* iuxta
le. generali. §. *hæres.* & ibi Bart. *Digeſtis de vſufruct.
legat.*

Nec ſubſiſtit, quod ſententia lata per Commiſſa-
64 rium Apoſtolicum non probet † ſine actis: Rot.
diuerſ. deciſ. 104. *in fin. p.* 1. Quia cum lapſi ſint tot

an [illegible] an [illegible] temp[illegible]is, [illegible]m pro ca
præ[illegible] [illegible] actis, quamvis d[illegible] non
esset [illegible] m[illegible] [illegible]o i[illegible] [illegible]a, vnde multo ma-
65 gis in caſu noſt[illegible] [illegible] o[illegible] aſſ[illegible] [illegible], † ita vt
etiam ſuffi[illegible] [illegible] plus [illegible] ad huiuſmodi præ-
ſumptionem [illegible] [illegible]. Alex. *conſ.* 56. *nu.* 14. *&*
15. *lib.* 2. po[illegible] [illegible] & alios *in c. cum inter. de* [illegible] *in-
dic.* latè Calcan. *conſ.* 16. *nu.* 1. *&* 2. Oſa[illegible] *deciſ.* 15. *in
fin.* & de ver[illegible] opinione teſtatur Grammat.
deciſ. 24. *nu.* 7. *vſque ad* 11. Maximè, quia ſumus in
66 ſententia executoris, & Commiſſarij Papæ, quæ
magis præſumitur iuſta, & lata ſeruatis ſeruandis,
Dec. *conſ.* 341. *viſo puncto, nu.* 12. Card. Seraph. *deciſ.*
1125. *num.* 2.

Nec facit, quod iſta bona non ſint eiuſdem valoris,
67 & qualitatis, provt erat caſale, † in cuius locum
ſubrogabantur ad hoc, vt poſſit dici rectè fa[illegible]
ſubrogatio, *l. ſi eum,* §. *qui iniuriarum, ff.* [illegible] *quis cau-
tio.* Quia ſatis eſt oſtendere exiſtentiam bonorum,
68 de quorum valore ſi excipiatur, † hoc [illegible] pro-
bandum per excipientem, *leg.* 1. *de except.* [illegible] *quin-
quaginta, de probat.* Bald. *in l. fruſtra oppo*[illegible] *odice
eod. tit.* Aym. *conſ.* 226. *nume.* 9. Rot. *diuer*[illegible] *dec* 190.
69 *nu.* 2. *par.* 2. Provt paſſim iſta negatiua, [illegible] quod bo-
na ſint ſufficientia iuxta valorem caſalis eſt [illegible]
banda per excipientem, Alex. *conſ.* 42. *col* [illegible] 6.
Dec. *in c.* 2. *col.* 6. *de reſcript. & conſ.* 19[illegible]
conſ. 112. *nume.* 6. Cum etiam ſit noto[illegible] do-
70 mus, quæ ponitur in inuentario, † ita [illegible] eo
poſſit Iudex ſe extraiudicialiter inform[illegible]
prædictorum comprobatione, Al[illegible] *con*[illegible]
prin. lib. 5. cum aliis per Aym. *conſil.* 1[illegible]
per Decian. *conſil.* 274. *in cauſa quæ Luc*[illegible]
med.

Minus obſtat non probari per teſtem tem[illegible]
71 ſtentiæ bonorum, † vt requirebatur Sur[illegible]
75. *num.* 10. Quia vltra diſpoſiti[illegible] d[illegible]
adeſt inuentarium per ad[illegible]
quod tempore mortis Alexa[illegible]
bonis illius domus, de qua [illegible]
ſtandum eſt contra confi[illegible]en[illegible] vt
72 *ſupr. numero* 59. *cum ſeq.* A[illegible] vt x[illegible]
ſione tempore obi[illegible] Ale[illegible]
lum retro poſſed[illegible] *leg. liberis* §. *fi. de*
ſibi qui ad leg. Iu[illegible] *de adulter* Euerard.
73 90. *nume.* 19. *&* 20. † Cum in huiu[illegible]
præſumatur continuatio poſſeſſi[illegible]
Pomponius, §. *fin. de acquir. poſſ*[illegible]
uerſo allegatus *conſ.* 31. *numero*
quando poſſeſſio non eſſ[illegible]
74 ta, niſi ſemiplene per vnum t[illegible] tu
non licet præſumere iſtam con[illegible]ion
ſeſſionis, Corn. *conſ.* 13[illegible] *numer* [illegible] 4. Q
eſt in caſu noſtro, cum [illegible]
rij, qui plenè probat co[illegible] cu[illegible]
75 *nendi, col.* 46. *de iureiur.* [illegible] m[illegible]d
uentarium, ex quo ind[illegible] p[illegible]
aduerſus conficien[illegible] So[illegible]in.
lib. primo ¶ In huiuſmodi [illegible] p[illegible]e
dubio nihil fuit deciſum, ſed [illegible]
mari ſuper derogatione fi[illegible]or[illegible]
valida, ex quo non fue[illegible] br[illegible]
cularia, ſed ſolum in [illegible]
ni, quod hæredes ali[illegible]
quibus poſſit eſſe con[illegible]
deicommiſſariis [illegible] quæ o[illegible]
quentibus capitulis.

EPITOME

Titulus tertij poſſeſſo[illegible] quo caſ[illegible]
[illegible]

titulo habito à teſtatore, ita vt excludatur immiſſio, & via executiua. ¶ Expreſſio quando dicatur fieri in genere, in ſpecie, & in indiuiduo. ¶ Epiſcopus concedens licentiam vendendi rem eccleſiæ minus damnoſam non ſpecificando illam, an malefaciat, adeo vt annulletur alienatio. ¶ Conſenſus quando poſſit eſſe in genere in diſpoſitione illum requirente ad effectum integrandi perſonam alicuius, vel ſimilia faciendi. ¶ Executor merus an poſſit ſumere informationem extraiudicialem non obſtante clauſula conſtito. ¶ Hæres an habeat actionem contra tertium, in quem ſunt alienata bona fideicommiſſi, vel teneatur ſtare facto defuncti, quamvis confecerit inuentarium. ¶ Et quando bona in eo deſcripta, præſumantur æquiualentia rebus alienatis. ¶ Affectio ſola ad bona maiorum an ſufficiat ad reuocandum alienata per defunctum. ¶ Et quæ dicantur bona maiorum, & parentum ſuorum. ¶ Euictio proueniens ex natura rei, & præordinatione teſtatoris an debeatur. ¶ Datio inſolutum quando extinguat obligationem. ¶ Æſtimatio an ſit facienda iuxta tempus præteritum, vel ex præſenti ſtatu ad hoc, vt probetur iuſtum pretium rei. ¶ Pupilli, & minores an ligentur lege inuentarij facti per tutorem, ita vt aſtringantur obligationibus hæreditariis. ¶ Et quando eis competat reſtitutio in integrum. ¶ Deſcriptio facta per tutorem in inuentario dubitatiuè per verbum *credit* de bonis pupilli an æquiparetur deſcriptioni præciſæ. ¶ Confeſſio adminiſtratoris quando præiudicet non docto de numeratione. ¶ Proteſtatio in inuentario, quod quæ apponuntur non habeantur pro appoſitis, ſi non ſunt ponenda, quid operetur. ¶ Et quomodo ſit probandus error. ¶ Et quando debeat fieri ademptio per Iudicem citatis citandis & cauſa cognita.

SVMMARIVM.

1 *Titulus etiam coloratus ad fauorem tertij poſſeſſoris habitus à Papa æquiparatur titulo habito à teſtatore, per quem excluditur immiſſio, & via executiua, num. 2. & 7.*

3 *Nullitas tituli debet eſſe clara ad hoc, vt non retardetur immiſſio, ſecus ſi fuerit turbida, de qua tunc eſt videndum in alio iudicio, num. 4.*

5 *Dicto aliis repetit omnes qualitates.*

6 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*

8 *Incertitudo [illegible] nocet quando poteſt reduci ad certitudinem.*

9 *Expreſſio [illegible] fieri tribus modis in genere, in ſpecie, & in indiuiduo.*

10 *Generalis expreſſio eſt illa, quæ fit ſub generalitate verborum.*

11 *Genus quo ad [illegible] idem operatur, quod ſpecies quo ad ſpeciem.*

12 *Epiſcopus concedens licentiam vendendi rem eccleſiæ minus damnoſam malefecit, cum debeat illam ſpecificare, non tamen annullabitur alienatio.*

13 *In diſpoſitione requirente licentiam, ſufficit illam eſſe generalem.*

14 *Actor conſtitutus à tutore poteſt alienare bona pupilli, ſi habeat mandatum ſpeciale, ſeu generale.*

15 *In conſenſu requiſito ad integrandam perſonam alicuius, ſufficit quod ille præſtetur in genere.*

16 *Notorium eſt probanda per excipientem.*

17 *Iudex poteſt ſe informare ex officio de notorio.*

18 *Executor merus ſumit informationem extraiudicialem non obſtante clauſula conſtito.*

19 *Commiſſarius præſumitur ſeruaſſe formam reſcripti, ita vt allegans contrarium debeat vti fortioribus probationibus.*

20 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

21 *Hæres nullam habet actionem contra tertium, in quem ſunt alienata bona fideicommiſſi, & tenetur ſtare facto defuncti quamvis confecerit inuentarium, ita vt bona in eo deſcripta præſumantur æquiualentia, donec per hæredem non probetur contrarium, n. 22. 23. 34. & 50. Amplia vt n. 24.*

25 *De affectione ad bona maiorum remiſſiuè, & quando illa ſola ſufficiat ad reuocandam alienata per defunctum, & quid in feudis, num. 26. 27. 28.*

26 *Bona vt poſſint dici maiorum ſuorum debent eſſe vltra tritauum, cum à tritauo infra dicantur bona parentum.*

30 *Debita deſcripta in inuentario ſunt iuſtificanda per hæredem.*

31 *Euictio proueniens ex natura rei, & præordinatione teſtatoris non debetur niſi fuerit ſpecialiter promiſſa.*

32 *Hæredes obligantur inſolidum ex obligatione inſolidum facta per defunctum.*

33 *Domus poſita in inuentario per hæredem præſumitur tota hæreditaria, num. 54. & 55.*

35 *Datio inſolutum extinguit obligationem, n. 36. & 39.*

37 *Subrogatum aſſumit naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio.*

38 *Anterior creditor etiam in hora, & in puncto præfertur poſterioribus.*

40 *Æſtimatio non eſt facienda iuxta tempus præteritum, ſed ex præſenti ſtatu, ex quo probatur iuſtum pretium rei.*

41 *Curſus temporis variat æſtimationem in melius, & in deterius.*

42 *Præſumptio valoris temporis præteriti cum præſenti non admittitur, maxime ſi magnum interuallum temporis præcedat.*

43 *Augmentum proueniens ex corporibus hæreditariis debitis ſpectat ad creditorem.*

44 *Deſcriptio bonorum in inuentario facto per tutorem an præiudicet pupillis, numero 45. Et quando ſit docendum de errore, num. 46. & 47.*

48 *Proteſtatio in inuentario, quod quæ apponuntur non habeantur pro appoſitis, ſi non ſunt ponenda, & è contra non operatur, niſi docto de errore, & quod ſiat ademptio cauſa cognita per Iudicem citatis citandis, num. 49. & numero 62.*

51 *Æſtimatio fruſtratoria, & ſine ſpe obtinendi non eſt facienda.*

52 *Cognitio partis non datur abſque ſcientia totius.*

53 *Reprehenſio inanis non attenditur.*

56 *Confeſſio tutoris, & adminiſtratoris de recepto non præiudicat pupilli, niſi conſtet de numeratione.*

57 *Pupilli & minores ligantur lege inuentarij, & adſtringitur obligationibus hæreditariis, nu. 58. licet habeant reſtitutionem in integrum, num. 59.*

60 *Deſcriptio in inuentario nocet quamvis ſit facta dubitatiuè per verbum* credo, *quod in iudicio operatur ac ſi eſſet præciſum. Declara vt num. 61.*

CAPVT DCCLXVI.

IN eadem cauſa Romana caſalis Palazzetti, de qua in præcedenti capite, circa diſcuſſionem exceptionum, quæ fuerunt propoſitæ ad effectum impediendi immiſſionem petitam, concludendum eſt conſtare de validitate decreti Vicegerentis, nam ſtante derogatione fideicommiſſi facta per Summum Pontificem † adeſt titulus vali-

1

dus ad fauorem tertij poſſeſſoris, qui æquipara-
tur titulo habito à teſtatore, per quem excludi-
tur prætenſa immiſſio,& via executiua, vt in cau-
ſa Carpen. bonorum coram Cardin. Sacrato.
Cum etiam ſufficeret titulus coloratus habitus ab
2 eo, qui illum dare potuit, † quo caſu ſuffragatur
etiam ſi alias prætenderetur nullus: Caſſador.de-
ciſ.1.nume.10. de reſtit.ſpoliat. Put.deciſ. 76.libro 1.
Maximè quia nullitas tituli debet eſſe clara, &
3 euidens † ad hoc vt non retardetur immiſſio: Card.
Seraph.deciſ.256.n.1.p.1. Et cum derogatio ſit cla-
ra non attenditur ſi quod turbidum ex aduerſo
replicetur, tanquam veniat ex replicatione par-
4 tis, † de cuius veritate erit videndum in alio iudi-
cio: Socin.conſ.59.n.2.lib.3.Rot.diuerſ. deciſ. 57.n.
6.p.2. Put.deciſ.233.n.2.lib.3.
Neque obſtat, quod decretum ſit nullum, tanquam
in eo fuerit facta ſubrogatio verbalis, cum tamen
5 deberet fieri in aliis bonis, † ita vt per talem di-
ctionem aliis repetantur omnes qualitates, quæ
erant in caſali, cuius loco iſta bona ſunt ſubro-
ganda: Surd. conſ.21.num.13. & 14. Quia hoc pro-
cederet, ſi non conſtaret de exiſtentia illorum, de
quibus fuit doctum ex teſtibus, & ex inuentario
6 producto,† quod plenè probat contra conficien-
tem, l.fi.C.arbitr.tutel.Bart.conſil.239. num.1. lib.1.
cum aliis de quibus ſupra c.765.num.59. Vnde ſu-
7 mus in ſubrogatione reali, † & per conſequens
titulus eſt validus, & excludit viam executiuam:
Natt.conſ.352.n.2. Menoch.de adipiſcend.poſſeſſ.re-
med.4.num. 624.
Nec facit, quod debebat fieri ſpecialis expreſſio bo-
norum ſubrogatorum loco Caſalis alienati. Quia
hoc non requiritur, cum Papa non commiſerit
talem particularem ſubrogationem, quæ neque
8 poteſt dici incerta, † ſufficit enim adeſſe certitu-
dinem in vniuerſo ad hoc, vt diſpoſitio locum
habeat, maximè, quia poteſt reddi certa ex bonis,
quæ tunc temporis aderant, quorum exiſtentia
fuit probata, vt dictum eſt, quo caſu incertitudo
non nocet: Pariſ.conſ.59.numero 23.lib.1.Surd.conſ.
128.num.19.& 20.lib.1.& conſ.221.numero 56.& 57.
libro 2.
Quibus additur, quod expreſſio ſolet fieri tribus mo-
9 dis in genere, vel in ſpecie, † vel ſingulariter, & in
indiuiduo: Bart.& Iaſ.in l.1.in princip. vbi Rip.nu-
mero 49.& 64. & 75.ff.de vulg.& pupill. Menoch.
conſ.287.num.7.lib.3.vbi etiam, quod generalis ex-
10 preſſio dicitur, quæ fit † ſub generalitate verbo-
rum, l. vltim. Cod. quod cum eo. & idem operatur
genus, quo ad genus, quod ſpecies quo ad ſpeciem,
11 † l.ſi duo.in fin.de adminiſtrat.tutor.l. omnes.C.de
præſcript.3. annor. Alexand. conſ.189. numero 6.in
fin.lib.7.
Hoc ſtante apparet valuiſſe decretum, quamvis in
ſpecie, & in indiuiduo bona non fuerint ſubro-
gata; Nam Papa ſolum mandauit in genere fieri
tranſlationem bonorum,& ſatis dicitur adimple-
uiſſe Commiſſarius mentem Papæ, quando gene-
raliter ſubrogauit, cum etiam expreſſio dicatur
in genere, vt dictum eſt, & facit doctrina Bart. in
leg.ſi pupillorum, 7.§. ſi prætor.alias.§. ſi pupillus, in
12 fin.ff.de reb.eorum. † vbi concludit, quod ſi Epiſ-
copus concedat licentiam vendendi rem minus
damnoſam eccleſiæ malè fecit, quia debebat ſpe-
cificare, tamen valebit decretum ſi hoc fecerit,
quamvis non fuerit deuentum ad ſpeciem circa
pretium, & electionem rei, & per conſequens
alienatio non annullabitur per tex.in d.§.ſi prætor:
ad med.& ſequitur Alex.conſ.189.num. 5.lib.7. Io.
Andr. & Laurent.de Rodulph. & aliis de quibus
Menoch.conſ.287.num.13.& 14.lib.3.
Ideo etiam ſi in aliqua diſpoſitione eſſet promiſum,
quod requiratur licentia, ſufficeret illam eſſe ge-
13 neralem, † neque requireretur ſpecialis, niſi ad-
deretur iſtud verbum ſpeciale: Alex. conſil.189.nu.
6.ad fin.verſ. & ſic apparet ex ibi dictis, libro 7. vbi
etiam nu.7.& 8. addit ſimile de actore, qui conſti-
14 tutus à tutore poteſt alienare bona pupilli, † ſi
habeat mandatum ſpeciale, & tamen ſufficiet ge-
nerale mandatum ad alienandum, quamvis non
dicatur, quæ res debeat alienari, cum habeatur
pro ſpeciali: Bart.in l.Titius, in princ. ff.de liber. &
poſthum.Bald. Ang.& Salic. in l.1.C. etiam per pro-
curator.cauſ.in integr. reſtitut.agi poſſ. Imol.in leg.
ſi quis mihi bona, 25.§.iuſſum, de acquirend.hæredit.
15 Provt etiam dicimus de licentia, † ſeu conſenſu
requiſito ad integrandam perſonam alicuius, qui
ſufficit, quod in genere præſtetur, abſque eo, quod
deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorum:
Alex.qui de communi d.conſ.189.num.9.lib.7. poſt
Bald.Fulgoſ.& alios in l.vltim. §. neceſſitatem. vbi
Cyn.q.3.C.de bon.quæ liber.Bart.in l.ſi quis mihi bo-
na.§.ſed vtrum, ff.de acquir.hæredit.
Et quamvis non probetur æquiualentia bonorum
ſubrogatorum cum caſale alienato. Tamen ſatis
eſt probare exiſtentiam illorum, de quorum valo-
16 re ſi excipiatur, † iſta negatiua erit probanda per
excipientem: Alex.conſ. 42.col. 2.lib.6. Aym.conſ.
112.n.6. Dec.in c.2.col.6.de reſcript.& conſ. 192.ad
fin. Cum etiam ſit notorius valor domus poſitæ
17 in inuentario, † de quo poterit Iudex ſe extraiu-
dicialiter informare pro prædictorum compro-
batione: Alex.conſ.14.in principal.lib.5. Aym. conſ.
104.n.9.Dec.conſ.274.col.5.poſt med.n.5.
Accedat, quod ſumus in executore mero non ob-
18 ſtante, quod adſit clauſula conſtito, † qui poterat
ſe extraiudicialiter informare, vt per Rot. coram
Card. Sacrato Hiſpalen. Canonicatus 10. Aprilis
1606.& coram R.P.D.Manzanedo Pacen. putra-
tis.11.Decemb.1609.Cum etiam pro iſtis c[illegible]n ad-
19 ſariis præſumatur,† ita vt ſtante tali præſumptio-
ne, efficacioribus probationibus doc[illegible] ſit
non fuiſſe ſeruatam formam reſcripti: Menoch.
conſ.287.num. 40.vſque ad 44.lib.3. poſt Dec.conſ.
175.num.5.verſ.vnde ex præmiſſis.Abb.conſ.41.nu.1.
verſ.ſed in caſu noſtro.lib.1.
Nec aduerſatur nullitas decreti tanquam interpoſiti
ad inſtantiam Alexandri abſque mandato Pauli,
Quia cum ſimus in fratre cum pro[illegible]ſſione d[illegible]
20 to, non attenditur iſta nullitas † ſtatim, quod eſt
ſecuta ratificatio, provt in caſu noſtro, etiam in
requirentibus ſpeciale mandatum, leg. nec ſi mu.
vbi Bald. Cod.de reb.credit. Iaſ.in l.exigendi.12. nu-
mero 9.verſ.quarto fallit. C. de procur[illegible]r. Quam-
vis de hoc ſit inanis quæſtio, quia apparet in actis
de conſenſu vtriuſque, & adeſt clarum manda-
tum Pauli in perſonam Alexandri, Ideo cum op-
poſita nullitas non verificetur in facto, fruſtra al-
legatur.
Præterea quidquid ſit de prædictis, non fundatur in-
tentio noſtra ſolum in derogatione fidei[illegible]
ſi,& tituli ex ea prouenientis, ſed [illegible]n aditio-
21 ne hæreditatis, † qua ſtante aduerſarij tanquam
hæredes nullam habent actionem contra tertium,
in quem fuerunt alienata bona fideicommiſſi,
cum immo teneantur præcisè talem alienatio-
nem ratificare, & ſtare facto defuncti, quam-
vis fue-

vis fuerit confectum inuentarium, in quo [illegible] ad-ſint a [illegible] bo [illegible] hæreditaria alienantis, [illegible] hæredi in di[illegible] bonis quo ad ſuum prætenſum intereſſe, abſque eo quod tertius moleſtetur: Mar-zar. *de fideicommiſſ. par. 2. qu. 46. numero 61. & 6[illegible].*
22 Gabr. *conſ. [illegible] 2 num. 14. vſque ad 13. lib. 1.* † & eſt ma-gis vera opinio, & ſæpius per Rotam approbata vt in cauſa Rauennaten. ſaluiani inte[r]dicti coram Sanctiſſimo Gregorio XV. die 28. Iunij 1602. quæ eſt *deciſ. 61. nu. 4. par. 2. in recentiorib.* & coram eo-dem Meſſanen. baroniæ, 10. Iunij 160[illegible]. quæ eſt *de-ciſ. 256. num. 5. p. ead.* cum aliis latè adductis *ſupr. c. 511. nu. 24. vſque ad 35.* vbi adduntur multæ aucto-ritates, & rationes, ex quibus firmatur veritas hu-iuſmodi concluſionis, quæ applicantur caſui no-ſtro, neque opus eſt illa iterum adducere, ne eadē repetantur, quod etiam comproba: Ludouic. Mo-lin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 4. c. 1. nu. 22. vſque ad 26.* Menoch. *conſil. 89. nu. 60. cum ſeq. lib. 1.* Pinellus *l. 1. p. 3. num. 82. ante fi. verſic. amp[l]iatur ſeptimo. C. de bon. matern.* latè Roſental. *de feud. c. 2. concluſ. 35. nu. 32. & c. 9. membr. 2. concl. 72. nu. 14. & ibid. in addit. in littera. l, fol. 623.* Piſtor. *qu. iur. lib. 2. par. 1. qu. 9. nu. 88.* Burſatt. *conſil. 9. nu. 31. & conſi. 31. num. 13. lib. 1.* Craſſ. *in §. hereditas, qu. 12. num. 25.* Suarez *in l. quo-niam in prioribus. amplias. 7. nu. 11. C. de inoffic. teſta-ment.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 6. num. 46.*

Et licet non appareat bona deſcripta in inuentario eſſe æquiualentia cum parte caſalis alienati, Ta-men ſtatim, quod tertius, in quem fuit alienatum, oſtendit adeſſe aliqua bona in inuentario, trans-fert onus probandi in hæredem, qui tenebitur iuſtificare valorem bonorum in eodem inuenta-rio deſcriptorum præuia æſtimatione, & ſeruatis
23 ſeruandis, † & interim non poteſt contrauenire facto defuncti, neque vllam habet actionem con-tra tertium, qui poſſidet bona alienata, cum præ-ſumantur alia hæreditaria eſſe æquiualentia: Mar-zar. in ſpecie *de fideicommiſſ. q. 46. n. 62. verſic. nono quod heres.* He[illegible] *de negat. proband. num. 26. verſi. nono quod heres.* Natt. *conſil. 2[illegible]4. nu. 4.* Aym. *conſil. 225. nu. 12. verſic. ſed hoc probatum non fuit.* Rot. co-ram Cardin. Sacrato Romana cenſus, 9. Decem-bris 1616.

Immo non ſolum ſufficit, vt ad hæredem aliquid per-
24 uenerit ex inuentario de bonis alienantis, † ſed etiam ſufficeret ſi peruenire potuiſſet, ſemper enim in vtroque caſu impeditur agere contra ter-tium, & tenetur præciſè ſtare facto defuncti. Bald. in terminis *in c. 1. §. hoc quoque, ante fi. verſic. [illegible] non legitime, n. 20. de ſucceſ. feud.* Imol. *in c. ex parte. nu-mero 23. col. 8. ad med. verſic. hoc tamen limitat niſi faceret. de feud.*

Nec poteſt prætendi, quod detur iſta auocatio caſa-lis ob affectionem ad res ſuorum maiorum, de qua multa Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. numero 36. cum ſeq.* Quia non ſufficit iſta ſola affectio; cum ſemper hæ[res] poſſet dicere, quod ob iſtam cauſam
25 ſua intereſſi[t] [v]endicare rem alienatam, † Ideo in ſpecie eſt p[robandum] damnum, & intereſſe hæ-redis, & [illegible] magna & vrgens, ob quam nolit ſtare præciſe facto defuncti, & alienationi ſecu-tæ, cum hoc non probato, prout in caſu noſtro fa-ctum non fuit, numquam debeat moleſtari tertius emptor, vt circuitus euitetur: Gabr. *conſil. 125. nu-*
26 *mero 12. [illegible] fi. verſic. ideo in feudis, lib. 1.* † qui ideo declarat ita procedere in feudis propter digni-tatem & iuriſdictionem, & alia ſimilia priuile-gia, quæ non cadunt in bonis, de quibus agimus, & notat etiam Ludou. Molin. *de primogen. hiſpa-nor. lib. 4. c. 1. num. 3[illegible].* Maxi[m]e, quia huiuſmodi ca-ſale non poteſt vendicari in totum, prout erat an-tiquitus, cum medietas non ſit ſub fideicommiſ-ſo, & ſpectet ad tertium emptorem liberè abſque vlla controuerſia, vnde patet, quod non poteſt adeſſe talis affectio, quæ præſupponitur, cum ſtan-
27 te dicta diuiſione res non ſit in eo ſtatu, † vt poſ-ſit conſiderari ratio iſtius affectionis, quæ etiam in multis caſibus non militat, vt per Gloſſ. *in l. ſi in emptione, 36. in verb. maiorem, in fi. Dig. de mino-ribus.*

Opinio autem Alber. *in l. fi. §. in computatione, colu. 2.*
28 *Cod. de iur. deliber.* non eſt tuta † dum voluit, quod propter iſtud intereſſe affectionis detur auocatiō rerum alienatarum, prout in ſpecie illa non ſer-uari in practica teſtatur Ludou. Molin. *de primo-gen. hiſpan. lib. 4. c. 1. n. 29. ad med. verſic. nec in hac re ſequenda eſt fol.* 448.

Amplius ad hunc effectum vt res dicatur maiorum ſuorum, & competat reſtitutio ratione affectio-
29 nis, † deberet probari, quod bona eſſent vltra tri-tauum, vt in ſpecie notat Theſaur. *deciſ. 99. nu. 6.* cum appellatione maiorum intelligantur maio-res vltra tritauum, nam à tritauo infra dicuntur parentes, *leg. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradib. affinit.* Bon. *deciſ. 13. n. 28. & 29.* poſt Gloſſ. & Alber. *in l. quicunque, §. parentes, ff. de in ius vocand.*

Et quod ex calculo inuentarij appareat æs alienum ſuperare bona hæreditaria non obſtat, Quia ex facto colligitur non eſſe veram deſcriptionem debitorum, cum conſtet omnia debita eſſe deſcri-pta manu aduerſariorum, quæ non ſunt iuſtifica-
30 ta, † & ex inuentario per nos producto cum adi-tione hæreditatis non adſunt iſta debita, ideo non poteſt ex aduerſo obiici, quod ſit acceptandum inuentarium cum omnibus qualitatibus, quia non fundatur intentio noſtra in inuentario ad-uerſarij, ſed in noſtro, Vnde non intrat conſ. La-derch. 138. *in fi.* quod loquitur quando quis fundat ſe in inuentario a parte producto, & legitimè fa-cto iuxta *leg. fin. §. cum igitur. Codice de iur. delib-ber.*

Nec releuat, quod non debeatur euictio, cum ex na-tura rei illa ſequatur ſtante fideicommiſſo præ-
31 tenſo, † Quia quando, prout in caſu noſtro, fuit ſpecialiter, & expreſsè promiſſa, tunc debetur, & pro ea datur actio quamvis procedat ex natura rei, & præordinatione auctorum: Cyn. Bart. Caſtr. Salic. & alij *in l. ſi familiæ. C. famil. erciſcund.* Ro-man. *conſil. 503. num. 14.* Alex. *conſil. 21. nume. 6. & 7. lib. 5.* Roland. *conſil. 51. num. 10. cum ſeq. lib. 4.* Surd. *deciſ. 243. nu. 3. & 4. & conſil. 67. nume. 53. & conſ. 70. num. 17. lib. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod aduerſarij non ſint hæredes Pau-li, ſed ſolum Alexandri, Quia ſatis eſt, quod Pau-lus, & Alexander fecerint alienationem inſoli-dum, & de euictione etiam inſolidum ſe obliga-
32 uerint, † Vnde etiam hæredes Alexandri erunt obligati inſolidum, & per conſequens non pote-runt impugnare alienationem pro aliqua portio-ne, ſed in totum illam tenebuntur approbare. Ruin. *conſil. 25. nu. 11. lib. 2.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 1157. nume. 2.* Non obſtante prætenſo inuentario: Aym. *conſil. 225. nu. 12.* Ludou. Molin. *de primogenit. hiſpan. lib. 4. tit. 1. num. 17. vſque ad 25.* cum aliis ad-ductis *ſupr. num. 21. & 22.*

Erit igitur æſtimanda domus in inuentario deſcri-pta tanquam pertinens ad Alexandrum, & ad

eius hæreditatem, non attenta prætenſa euictione partis eiuſdem domus, quia non plenè de ea docetur, immo cum prætendatur talem euictionem fuiſſe ſecutam de anno 1593. & ſic longè ante obitum Alexandri, potius colligitur, quod Alexander poſtea dictam domum liberauerit, alias non fuiſſet talis domus per eum inuentariata tan-
33 quam tota eſſet hæreditaria, † cum huiuſmodi deſcriptio illi præiudicet: Ang. *in repet. l. vlt. in princ. num. 20. ad fi. Cod. de iur. deliber.*

Nec facit, quod fuerit ceſſa pars dictæ domus Lucretiæ, quia concordia facta inter eam, & Paulum tam proprio nomine, quam ipſorum aduerſariorum comprehendit ſolum ceſſionem trium partium ex quinque portionibus dictæ domus pro
34 extinguendo credito prætenſo ſuæ dotis, † vnde ſaltem remanſerunt duæ partes, quarum ratione domus eſt æſtimanda, cum ſtatim, quod oſtenditur adeſſe aliquam partem bonorum in inuentario transferatur onus probandi in hæredem, qui tenebitur iuſtificare valorem dictorum bonorum in inuentario deſcriptorum qualiacumque illa ſint præuia æſtimatione, & ſeruatis ſeruandis, tanquam interim præſumatur, quod illa ſunt æquiualentia, donec dicta æſtimatio fiat: Maraar. *de fideicommiſſ. qu. 46. numero 62. verſic. non quod hæres,* cum aliis de quibus *ſupr. num. 23.*

Quamvis hoc dictum ſit ex abundanti, cum in facto præſupponatur non conſtare, nec de ceſſione, nec de euictione, nec quod illæ habuerint effectum, & quod fuerit capta aliqua poſſeſſio, prout requiritur. Præſertim, quia talis ceſſio non potuit emptoribus præiudicare tanquam facta de anno 1605 cum tamen emptio ſit de anno 1587. & licet prætendatur, quod ceſſio ſit pro ſolutione dotis de-
35 bitæ: de anno 1566. † Tamen in eadem concordia apparet, quod obligatio fuit extincta per dationem in ſolutum vnius domus impoſito à pozzo bianco, *l. eleganter. in princip. ff. de pignor.* Gloſ. Cyn. Bart. Bald. & Caſtr. *in l. ſi prædium. Cod. de euictionib.* Gabr. *conſ. 36. num. 69. lib. 1.* Dec. *conſ. 449 num. 38.* Surd. *conſ. 145. num. 20. lib. 1. & deciſ. 51. numero 4. & 20.* Neguſ. *de pignorib. membr. 1. part. 6 numero 43.*

Nec debet attendi, quod Lucretia & eius vir retroceſſerint iſtam domum à Pozzo bianco datam ſibi inſolutum pro ſua dote, Quia ex lectura inſtrumenti apparet, quod iſta retroceſſio fuit facta in recompenſationem medietatis alterius domus exiſtentis in communione cum Mario, quæ fuit ſubrogata loco dictæ domus prius da-
36 tæ inſolutum, † Vnde ſemper remanet extincta prima obligatio, vt dictum eſt: Surd. *deciſ. 51. numero 4.* Nam ſtante huiuſmodi ſubrogatione, datio inſolutum habuit effectum, & per eam reſultat extinctio hypothecæ, ſicut reſulta-
37 bat ex prima, cum ſubrogatum † ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur etiam in materia ſtricta, & correctoria, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cantion. §. reliquum, verſic. vnde conſequens, authent. de hæredibus & Falcid.* Surd. *conſil. 42. numero 11. lib. 1.* Natt. *conſil. 346. numero 3.*

Idem dicitur de obligatione fratrum de Paluzellis
38 facta ad fauorem Lucretiæ, † Quia cum ſit de anno 1593. poſt venditionem caſalis non potuit in aliquo præiudicare emptoribus habentibus anteriora, & potiora iura etiam quod prioritas eſſet in hora, & in puncto: Gloſſ. *in l. ſi ex pluribus, §. fin. ff. de ſolutionib.* Bal. *in l. imperator. col. 2. ff. de ſtat. homin.* Felin. *in c. paſtoralis, n.* & ibi Dec. *n. 7. de reſcript.* Tiraq. *de primogen. q. 2. n. 2.* cum aliis per Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 35*

Cum etiam ſe vera conſtet ex lectura concordiæ,
39 quod Lucretia fuit ſatisfacta de ſuis dotibus, † prout etiam reſoluit Rot. coram R. P. D. Litta Romana fructuum dotis. Præſertim, quia in ſpecie apparet ex inſtrumento venditionis caſalis, quod fuerunt per emptores exburſata ſcuta 390. eidem Lucretiæ, & alia ſcuta 725. vt in apocha, ad effectum redimendi multa bona per eam pignorata, ita vt ex iſtis multum reddatur ſuſpecta ceſſio, vt latius dicitur in facto.

Et licet prætendatur fuiſſe factam æſtimationem domus, de qua agitur, & verificatum illius valorem ex iſtis ceſſionibus, & dationibus inſolutum,
40 † Tamen talis æſtimatio non eſt facienda iuxta tempus præteritum, ſed ex præſenti ſtatu, ex quo probatur iuſtum pretium rei, *l. 3. §. diuus, de iure fiſc.* Caſtr. *in l. lege Falcidia. 62. §. corpor. 1. n. 2. ff. ad leg. Falcid.* Pantal. Cremenſ. *in l. 2. n. 210. & 221. C.*
41 *de reſcind. vend.* † Cum æſtimatio varietur ex curſu temporis, vel in deterius, vel in melius, *l. pretia rerum, §. fin. ff. ad leg. Falcid.* Boer. *dec. 68. num. 6 in fin.* Bald. *in l. 2. col. penult. in fin. n. 29. C. de reſcind. vendit.* Ita vt ex iſta mutatione, quæ in huiuſmodi
42 rebus poteſt contingere, † numquam admittatur præſumptio valoris præteriti cum præſenti: Cyn. *in l. minorem, C. de reſtit. in integr.* Natt. *conſ. 353. n. 4* Quando præſertim magnum interuallum temporis præceſſit, *cap. ad aures, de reb. eccleſ. non alienand.* Surd. *conſil. 151. n. 71. lib. 2.* Et cum ſint debita corpora hæreditaria, & ipſa bona, & illa ſint in
43 obligatione, augmentum prouenienſ ex eis † debet cedere lucro eorum quibus ſunt obligata: Bertrand. *conſ. 141. n. 15. & 16. lib. 2. part. 1.* Cæſar. de Graſ. *dec. 6. alias 156. n. 4. de teſtam. & deciſ. 1. alias 160. n. 1. eod. tit.*

Et licet prætendatur deſcriptionem domus, de qua in inuentario non præiudicare pupillis, quibus
44 tutor † non obeſt: Rot. *diuerſ. deciſ. 177. n. 1. part. 2.* Tamen cum inuentarium fuerit ratificatum per
45 minores, & illud productum, debet eis obeſſe † ſicut ſententia: Bart. *in l. certum, 5. §. ſed an & ipſos, in princip. & num. 2. de confeſſ.* Maxime, quia ad hoc vt iſta non præiudicent minoribus, debet doceri de errore, tunc enim deſcripta in inuenta-
46 rio non nocent, † nam ſi apertè, & plene de eo non doceatur, interim ſtandum eſt inuentario, & omnibus in eo deſcriptis: Speculat. *de ed. inſtrument. §. dicto de impugnatione, n. 1. & 2.* Bald. *in l. 1. in 2. lect. §. item non ſolent. poſt. med. verſic. ſed hæredes*
47 *ſuo non obligatur, ff. de offic. præfect. vrbis.* † Immo non ſolùm docendum eſt de errore, ſed etiam in ſpecie eſt deducenda cauſa erroris: Cur. Sen. *conſ. 56. col. 5. in fin.* Aym. *conſ. 255. col. 2. in fin.* Surd. *dec. 104. num. 18.*

Non obſtat proteſtatio appoſita in inuentario, quod
48 non habeantur pro appoſitis, † quæ non ſunt apponenda, & è contra, quæ clauſula eſt multum ſalutaris, vt per Ang. *in l. fin. numero 21. C. de iur. delib.* cum aliis per Valaſc. *conſult. 52. numero 16. & 17.* Quia iſta verba non operantur, niſi poſtquam
49 fuerit doctum, quod bona deſcripta † non erant deſcribenda, nam interim ſtatur deſcriptioni in præiudicium deſcribentis: Bald. *in l. 1. in 2. lect. §. item non ſolent. poſt med. ff. de offic. præfect. vrb.*

De

De errore autem non fuit doctum, & quamuis multa allegentur ad illius probationem, Tamen ſola ſufficiat reſponſio, quod omnia, quæ exhibentur, non ſunt in forma probanti, neque in actis producta, & quatenus etiam eſſent authentica, Nihilominus in facto fuit late oſtenſum, quod concordia concedit ſolum tres partes domus, vnde pro reliquis duabus portionibus erit facienda æ-
50 ſtimatio, † cum interim donec videatur illius valor, non admittatur hæres contra factum defuncti, quamuis etiam confecerit inuentarium, tunc enim admittetur, quando facta æſtimatione appareat nullum lucrum ſibi ex hæreditate remanere, vt concludunt omnes *in l.fi. §.in computatione. C.de iur.deliber.* Decian.*in l.ex qua perſona.nu.2.ff. de regul.iur.* Valaſc.*conſult.52.nu.44.ad med.* & dictum eſt *ſupr.num.23.*

Neque eſt fruſtratoria, & inanis, & abſque intereſſe, & ſine vlla ſpe obtinendi hujuſmodi æſtimatio,
51 prout exaduerſo redarguitur † ex *leg.1.ff.de inoffic. teſtam.* Quia ſi non negatur, immo conceditur, quod ſolum pro quinta parte dicta domus ſpectat ad Alexandrum conſequens eſt, quod pro tali portione competit actio, & pro verificatione valoris iſtius partis erit æſtimanda tota domus, cum non poſſit haberi cognitio partis abſque ſcientia
52 totius † tanquam pars in toto contineatur, *leg.ſi cum totum.ff.de except. leg. in toto.113.ff. de reg.iur.* Dyn. *in c.in toto.80. num.1. eod. tit.in 6.* Erit igitur
53 ex ipſamet confeſſione partis inanis, † & fruſtratoria reprehenſio, ideo non attendenda, *l.1.in fi.ff. ad municipal.* Surd.*deciſ.260.num.7.* Aym.*conſ.83. numero 5.*

Et dum prætenditur deſcriptionem domus poſitæ in inuentario intelligi debere pro dicta parte,
54 † non pro tota, *leg. quod in rerum,§.1.ff.de legat.1.* Tamen hoc non contradicit intentioni noſtræ cum etiam dicta pars præſumatur æquiualens, donec facta æſtimatione non appareat contrarium: Natt.*conſil.214.num.4.* cum aliis adductis *ſupr. numero 23.* licet verius ſit, quod quando ponitur in inuentario domus, intelligatur de tota domo,
55 † non de parte, prout idem eſt in aliis quibuſcumque rebus etiam incorporalibus: Zaſ. *in leg.ſi quis cum totum. ff. de except. rei iudicat.* cum aliis per Rebuff. *in l.locus,60. colum.1. & 2.ff.de verbor. ſignificat.*

Neque eſt omittendum, quod Doctores allegati ad probandum, quod inuentarium tutoris non no-
56 cet pupillis, nihil faciunt, † quia loquuntur in tutore, & curatore, & adminiſtratore, aut executore, qui per ſimplicem ſuam confeſſionem faciunt fidem de recepto in præiudicium pupilli, minoris, hæredis, & aliorum, talis enim confeſſio illis non præiudicat, niſi conſtet de numeratione, & ita declarat Bartol.*in l.ſi debitorem,* & ibi Imol. *numero 1.ff.de nouat.* prout etiam dicit Rot.*diuerſ. deciſ. 177.numero primo pag.2.* & coram Sanctiſſimo Gregor. XV. Marſilien pecuniaria. 6. Iunij 1611. cum aliis quæ exaduerſo allegantur, & latiſſimè ponit Tiraquell. *de retract. conuention. §. 4.*
57 *gloſſ.6.numero 12.* † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo clarum eſt, quod pupilli, & minores ligantur lege inuentarij, *§.pupillus, authent. de hæredibus, &*
58 *Falcid.* Phanuc.*de inuentar.pag.2.numero 24.* † vbi etiam, quod interim adſtringuntur obligationibus hæreditariis: Pariſ.*conſil.61.numero 45.libro 3.* licet reſtituantur aduerſus omiſſum inuentarium à tutore, vel malè ab eo confectum, ſeu aduerſus omiſſam hæreditatem, † vel eius aditionem etiam inuentario confecto: Bero.*conſil.68.numero 83. libro primo.* Interim tamen ſtatur deſcriptis in inuentario ita & taliter, vt hoc procedat, quamuis tutor non aſſertiuè, ſed dubitatiuè lo-
60 cutus fuerit, puta dicendo † quod credit talia bona deſcripta eſſe pupilli, cum enim iſta confeſſio fiat quaſi in iudicio apud acta, idem operatur verbum *credo*, quod verbum præciſum Bald. in ſpecie *in l.vltim.numero primo in fi. verſic.ſed quid ſi tutor. Codice de arbitr. tutel.* cum aliis per Surd.
61 *deciſ.17.numero 14.* † Contraria autem procedunt quando confeſſio tutoris de huiuſmodi bonis eſſet facta extra inuentarium, tunc enim non noceret pupillis: Cyn.*in l.fi.in princ.in 1.notab.C.arbitr. tutel.*

Amplius neque releuabit proteſtatio, quod ſi poſuit
62 non ponenda habeantur pro non appoſitis, † niſi auctoritate Iudicis poſtea bona deſcripta adimantur de inuentario cauſa cognita, & citatis citandis, & ſeruatis ſeruandis, quia ex eo, quod fuerunt appoſita, præſumendum eſt, quod debuerint apponi, vnde proteſtatio non iuuabit proteſtantem: Bald. in puncto *in l.fi.num.1.verſic. ſed quid ſi tutor.C.arbitr.tutel.*

EPITOME.

Inuentarium quot ſolemnitates requirat. ¶ Et quando poſſit eis derogari per conſuetudinem. ¶ Et an illa ſit valida. ¶ Et quomodo probetur. ¶ Et per quem licitè introducatur. ¶ Et an ſit conficiendum per notarium publicum. ¶ Et quando pars inuentarij poſſit ſcribi per vnum & alia pars per alterum. ¶ Et an ſufficiat ſcriptura priuata defuncti cum teſtibus abſque eo, quod Tabellio inuentarium ſcribat. ¶ Inſpectio ocularis bonorum deſcribendorum in inuentario an ſit neceſſaria. ¶ Conſuetudo non apponendi diem, & locum in inſtrumento an ſuſtineatur. ¶ Decretum Iudicis quando ſuppleat defectus inuentarij. Et an illud requiratur in inuentario tutoris. ¶ Forma inducta ad rigorem iuris conſeruandum an liget ruſticos, mulieres, & minores. ¶ Decreta interpoſita ad vnum actum, an extendantur ad alium. ¶ Inuentarium tutoris in actu ſuſceptionis tutelæ an iuuet ad effectum poſtea adeundi hæreditatem. ¶ Et quando ſufficiat illud verbaliter reproducere. ¶ Legatarij, & creditores quomodo ſint citandi ad conficiendum inuentarium. ¶ Et an loco abſentium debeant requiri agnati. ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus aditam hæreditatem, & inuentarium non confectum, vel malè, & legitimè confectum. ¶ Et quid ſi res non eſt integra poſt bona diſtracta, & alienata. ¶ Et quando illa ſint per minorem reſtituenda, vel de eis ratio reddenda, vt poſſit reſtitui. ¶ Et an ſola vexatio, & exiſtentia debitorum ſufficiat, vt rectè concedatur reſtitutio, quamuis hæreditas ſit opulenta, & nihil diminuatur de patrimonio minoris. ¶ Libri mercatorum an probent contra tertium. ¶ Declaratio lite pendente quando poſſit fieri. ¶ Indicatio penes quem ſint bona an ſatis ſit pro redditione rationis per tutorem facienda. ¶ Gratificatio in ſoluendo potius vni, quam alteri quo caſu ſit admittenda. ¶ Clauſulæ multæ quæ debent apponi in tranſactione facienda propter receſſum à lite,

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non eſt validum, ſi non conficiatur manu notarij, ita vt neque ſufficiat priuata ſcriptura defuncti cum teſtibus, num. 2. 20. & 21.*

3 *Pars inuentarij an poſſit ſcribi per vnum notarium, & alia per alterum.*

4 *Viginti requiſita in inuentario relatiuè.*

5 *Teſtes debent videre bona deſcribenda in inuentario vſque ad illius perfectionem: & quando talis inſpectio ocularis requiratur, num. 32.*

6 *Per conſuetudinem derogatur ſolemnitatibus, quæ ſunt adhibendæ in inuentario.*

7 *Productio ſola inſtrumentorum, in quibus non ſunt ſeruatæ ſolemnitates inuentarij, non probat conſuetudinem, niſi etiam probetur, quod illis fuit data fides in iudicio, & extra.*

8 *Notarij an poſſint inducere conſuetudinem remittendi ſolemnitates inuentarij.*

9 *Probanda eſt conſuetudo in ſpecie quo ad ſolemnitatem deſcribendi inuentarium abſque teſtibus, prout in aliis ſimilibus diſpoſitionibus.*

10 *Conſuetudo non deſcribendi qualitates bonorum in inuentario non attenditur, tanquam inducens occaſionem delinquendi.*

11 *Inualida eſt conſuetudo non apponendi locum, & diem in inſtrumentis.*

12 *Decretum Iudicis ſupplet ſolemnitates à iure requiſitas in inuentario. nu. 17. Intellige ſi fuerint enunciatæ, num. 13. & 14.*

15 *Deciſiones Rotæ quo ad materiam ſolemnitatum inuentarij quomodo concordentur, & n. 35.*

16 *Forma inducta ad iuris rigorem conſeruandum ligat ruſticos, mulieres, & minores.*

18 *Inuentarium factum per tutorem in actu ſuſceptionis tutelæ non iuuat ad effectum adeundi hæreditatem, cum vtrumque ſit per eum conficiendum, quamvis verbaliter illud repetat in aditione, n. 19.*

22 *Decretum non requiritur in inuentario tutoris, quod ſolum eſt neceſſarium, vt eidem decernatur adminiſtratio.*

23 *Decreta, quæ interponuntur ad vnum actum, non poſſunt extendi ad alium, & num. 27.*

24 *Poſitum in cancellatione ſubrogatur loco illius, quod antea ibidem aderat.*

25 *Inuentarium eſt ſolẽniter conficiendũ, ſi apparet, quod Iudex, & partes ita confici voluerunt. n. 26. & 28.*

29 *Legem imponimus rebus, non verbis.*

30 *Productio inuentarij prius facti debet eſſe realis, non verbalis, vt poſſit ſuper eo ſtatui illud, quod petitur ad eius validitatem, & n. 33.*

31 *Aliud eſt inuentarium producere, aliud allegare.*

34 *Teſtamentum requirit ſeptem teſtes, ſecus ſi fiat apud acta.*

36 *Non entis nullæ ſunt qualitates, quæ non poſſunt ſtare ſine ſubiecto.*

37 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*

38 *Legatarij, & creditores ſunt citandi nominatim, non per proclama ad inuentarium conficiendum, immo etiam illorum agnati, ſi ipſi non adſint, num. 39.*

40 *Verbalis productio inuentarij nihil operatur.*

41 *Reſtitutio in integrum non conceditur non probata læſione, ſiue petatur aduerſus aditionem hæreditatis, ſiue ob inuentarium malè confectum, ſiue non confectum, num. 42. & 44.*

43 *Minor reſtituitur ſi non confecit inuentarium, vel ſi illud non legitimè fuerit factum, etiam poſtquam effectus eſt maior, ſi non ſit lapſum quadriennium, num. 48.*

45 *Reſtitutio datur quando res non eſt integra, & poſt bona diſtracta, & alienata, & num. 46.*

47 *Minor ætas probatur ex fide baptiſmi.*

48 *Inuentarium etiam legitimè factum non impedit reſtitutionem.*

50 *Minor non reſtituitur, niſi prius reſtituat accepta, vel rationem de eis reddat. nume. 52. & hoc tacitè ſubintelligitur, quamvis in reſtitutione conceſſa non fuerit expreſſum, & num. 67.*

51 *Sola vexatio, & exiſtentia debitorum ſufficit ad concedendam reſtitutionem minori, non obſtante opulentia hæreditatis, num. 52.*

54 *Iura producta, & admiſſa fidem faciunt contra producentem, & admittentem, ita vt non poſſit error allegari.*

55 *Libri mercatorum non probant contra tertium.*

56 *Priuata ſcriptura non recognita non probat.*

57 *Quietantia facta manu tertij nullam fidem facit non conſtito de mandato.*

58 *Declaratio lite pendente quando poſſit fieri.*

59 *Indicatio penes quem ſint bona an ſufficiat pro redditione rationis per tutorem facienda, n. 60. & 61.*

62 *Gratificatio in ſoluendo potius vni, quam alteri quo caſu admittatur.*

63 *Verba* reſtitutis acceptis, *ſunt conditionalia, & cui incumbat probatio acceptorum, num. 64.*

65 *Deſcriptio bonorum in inuentario præiudicat deſcribenti.*

66 *Productio inuentarij nocet producenti, ſicut ſententia.*

68 *Clauſulæ multæ, quæ debent apponi in tranſactione facienda propter receſſum a lite ad hoc vt non poſſit reſcindi.*

CAPVT DCCLXVII.

SEquendo progreſſum cauſæ, de qua in ſuperioribus capitibus, omiſſis exceptionibus propoſitis, ſuper quibus nihil fuit reſolutum, cum ſemper fuerit dilata expeditio fuit deuentum ad aliam diſputationem an conſtaret de legitimo inuentario in caſu, & ad effectum, de quo agitur, Et quidem dicebam reſoluendum negatiuè, cum non habeat requiſita, quæ ad illius validitatem ſunt ne-
1 ceſſaria, inter quæ deficit illud principale, † quod non fuit confectum manu publici notarij iuxta *l. fi. verſ. ſub præſentia tabulariorum. Cod. de iur. deliber.* Notarius enim debet ſcribere totum inuentarium manu propria, & integraliter ſe de eo rogare: Caſtr. *in d. l. fi. §. cum igitur.* & ibi. Bald. *nu. 10. C. de iur. deliber.* Theſaur. *q. 10. num. 8.* Franc. *deciſ. 206. nu. 1. per text. in l. tutores, 24.* vbi Gloſ. *in verb. publicarum. Cod. de adminiſtrat. tutor.* latè Luc. de Penn. *in l. 1. col. 2. C. de canon. frumentar. vrb. Rom. lib. 11.* Decian. *conſ. 633. conſului ſuperioribus diebus. col. penultim. poſt med. verſ. quinto requiritur. nu. 12.*
2 † vbi addit, quod adeo eſt neceſſaria præſentia, & auctoritas Tabellionis, vt priuata ſcriptura etiam defuncti cum teſtibus non ſufficeret, vt poſt Bald. & Nicol. Mat. concludit Caſtr. *in d. l. fi. §. cum igitur. col. 3. n. 5. ante med. verſ. tertium quod requiritur. C. de iur. delib.* Natt. *conſil. 114. nu. 14.* poſt Ang. *in l. 1. §. hac ſtipulatio. col. 3. ff. ad leg. Falcid.* Quod etiam
3 ampliatur, † vt neque vna pars inuentarij poſſit ſcribi per vnum Tabellionem, & alia pars per alterum, niſi propter rerum abſentiam, vel latè diffuſum patrimonium: Bald. *in d. §. cum igitur. nu. 11.* & ibi Barbat. *in verb. ſed numquid.* per text. *in l. 1. C. de ſportul. & in l. propter. 3. C. in quib. cauſ. tutor. habent. tut. dar. pot.*

Deficiunt etiam in inuentario, de quo agimus, alia
4 requiſita, de quibus plenè in facto, † & viginti eſſe neceſſe-

neceſſaria refert Theſaur. *quæſt.* 10. *num.* 3. *vſque ad*
26. & præcipuè carentia teſtium, nam fuit factum
per ipſummet tutorem abſque interuentu alicuius,
ſed prius ſcriptum manu aliena in quodam folio,
5 quod folium poſtea fuit datum notario, † ita vt ex
hoc colligatur, neque teſtes vidiſſe bona in inuen-
tario deſcripta, neque illius confectioni interue-
niſſe, prout debent videre, & interuenire à prin-
cipio vſque ad perfectionem: Natt. *conſil.* 214. *n.* 14.
poſt Bart. *in l. fin.* §. *cum autem* & ibi Iaſ. *in octauo re-*
quiſito, *C. de iur. deliber.* Gloſſ. *in* §. *ſi vero abſint*, *in*
verb. inuentarium, *auth. de heredib. & falcid.* Ang. *in*
l. 1. §. *hac ſtipulatio*, *col.* 3. *ff. ad leg. falcid.*

Non obſtat, quod per conſuetudinem ſit derogatum
6 huiuſmodi ſolemnitatibus. † quæ in cófectione in-
uentarij requiruntur: Aym. *in conſ. pro genero*, 1. *n.*
476. Quia de tali conſuetudine in actis non con-
ſtat, cum tamen illa eſſet probanda, ita vt neq; ſuf-
ficeret, quamuis adducerentur multa inuentaria
7 ſub iſta forma confecta, † cum etiam requirarit,
quod illis fuerit data fides in iudicio tanquam legi-
timè confectis. Nam huiuſmodi ſimplex productio
inſtrumentorum, in quibus non eſt ſeruata ſolem-
nitas iuris, non probat conſuetudinem derogati-
uam ad ius commune, cum ad effectum, vt indu-
catur conſuetudo, quod ſcripturæ non authenti-
cæ detur fides, oporteat probare, quod illi fuerit
data fides in iudicio & extra. vt in ſpecie inuentarij
omnia prædicta comprobat Natt. *conſil.* 574. *n.* 14.
& 15. *& conſ.* 575. *nu.* 10 *vſque ad nu.* 20. poſt Abb.
conſ. 73. *col. & conſil.* 33. *lib.* 2. & ſequitur Rot. *diuerſ.*
deciſ. 72. *num.* 21. *vſque ad nu.* 32. *p.* 1. Rimin. Iun. *conſ.*
417 *in fi. num.* 50. *lib.* 4.

Maxime, quia notarij tanquam vnum genus perſo-
narum non poſſunt inducere conſuetudinem, vt
8 populus ligetur, † ideo non permittitur eis omit-
tere aliquam ſolemnitatem à iure requiſitam in
inſtrumentis, cum ſit neceſſarius vſus populi, vel
maioris partis, vt in ſpecie inuentarij concludit
Natt. *conſil.* 474. *in fin. & conſil.* 475. *numer.* 11. poſt
Abb. *conſ.* 53. *lib.* 2. Roc. *in cap. vlt. in* 8. *requiſito, de*
conſuet. Iaſ. *in l. de quibus, in fin. ff. de legib. & conſue.*

Cum etiam conſuetudo eſſet probanda in ſpecie, vi-
delicet, quo ad ſolemnitatem deſcribendi inuen-
9 tarium abſque teſtibus, † & abſque interuentu, &
rogitu notarij, vt in puncto voluit Rot. *diuerſ. dec.*
71. *num.* 30. *&* 31. *par.* 2. iuxta *conſil.* Natt. 575. *num.*
15. *vſque ad* 19. & paſſim talem probationem in
ſpecie eſſe faciendam concludunt communiter
Doctores, de quibus per Aym. *conſ.* 96. *col.* 2. Alex.
conſil. 196 *viſo teſtamento. col.* 2. *verſ. ſecundo reſpondeo*
quod dicti teſtes, *lib.* 2. Oldrad. *conſ.* 137. *col.* 1. Anchar.
conſ. 339. *col.* 5.

Immo etiam ſecundum opinionem magis veram, iſta
conſuetudo non eſſet attẽdenda tanquam inducens
ad delinquendum, & propinquitatem ad peccan-
10 dum, † quæ propinquitas adeſt, ſi liceret deſcri-
bere res pretioſas in inuentario abſque deſcriptio-
ne qualitatum, & groſſo modo, & indiſtinctè,
cum ſic eſſet parata via hæredibus, & tutoribus
fraudare creditores, legatarios, & pupillos, tol-
lendo eis defenſionem aduerſus talem improbita-
tem, prout latè explicat Natt. *conſ.* 575. *numero* 21.
11 † Exemplo conſuetudinis, non apponendi locum,
nec diem in inſtrumentis, quæ non valet quaſi aper-
tiam viam fraudibus, & tollat defenſionem parti:
Rot. *deciſ.* 440. quam refert, & ſequitur Rom. *in*
l. in illa, *ff. de ver. oblig.* Bart. *conſ.* 3. *col.* 2. *li.* 5.

Minus obſtat decretum Iudicis, per quod ſuppleo-
12 tur ſolemnitates inuentarij à iure requiſitæ, † ſi
fuerint omiſſæ: Bald. *conſ.* 147. *inuentarium*, *nu.* 2. *verſ.*
item quia, *lib.* 4. Aym. *in reſponſ. pro gener.* 1. *n.* 475. *in*
fin. Theſaur. *quæſt.* 10. *nu.* 3. Maſcard. *concluſ.* 940. *lib.*
2. latè Oſaſc. *deciſ.* 68. *nu.* 11. Quia omiſſo, quod in
caſu noſtro non fuit interpoſitum decretum ſuper
tali inuentario, vt dicam infra, ſed ſuper actu adi-
13 tionis hæreditatis. † Reſpondetur, quod tunc præ-
ſumuntur per decretum Iudicis ſolemnitates inter-
ueniſſe, quando illæ fuerunt enunciatæ, de qua
enunciatione nullibi conſtat in caſu, de quo agi-
mus, nulla enim fit mentio de interuentu teſtium,
& notarij, & de aliis requiſitis, quæ deficiunt in
prætenſo inuentario, qua enunciatione non exi-
ſtente, nihil præſumitur pro decreto: Felin. *in cap.*
quoniam contra n. 37. & ibi Dec. *nu.* 42. *de probation.*
Achil. Alciat. Gabr. & alij per Rot. *diuerſ. deciſ.* 72. *n.*
14 31. *vſque ad* 40. *p.* 1. † vbi loquitur in ſpecie inuen-
tarij, & ita declarat opinionem Bald. *d. conſ.* 147. *lib.*
4. quod etiam in terminis voluit Phanuc. *de inuentar.*
p. 3. *nu.* 78.

Hæc omnia dicta ſunt ex abundanti, cum ſufficeret
ſolum allegare deciſionem Rot. nouiter factam
coram R.D.P. Dunozet. Romana fructuum do-
15 tis, 2. Aprilis 1618. † vbi in caſu ſimilis inuentarij
fuit concluſum illud eſſe inualidum, & ibi plene
reſpondetur deciſioni coram R.P.D. Penia Ro-
mana cenſus de Carauaſchinis, 22. Iunij 1609. nec
non aliis deciſionibus antiquis, quæ ex aduerſo al-
legantur, prout obiectis decreti, conſuetudinis, &
aliorum, quæ adducebantur pro ſuſtinendo tali
inuentario, quidquid Honded. *conſil.* 53. *nu.* 3. *lib.* 1.
teneat, quod ſtetur conſuetudini notariorum circa
confectionem inuentarij. Cum *ibid. n.* 4. *&* 14. præ-
ſupponat inuentarium fuiſſe factum coram Iudice
& teſtibus, vbi etiam ponit quomodo talis conſue-
tudo probetur.

In prædicto dubio nihil fuit deciſum, licet pluries
fuerit illud propoſitum, & quoniam hinc inde
inſtabatur pro reſolutione, iterum pars aduerſa
multa appoſuit, quæ tamen ſunt eadem ſæpius
allegata, quibus fuit plenè ſupra reſponſum, præ-
ſertim circa illud, quod non attendantur in inuen-
tario tot ſolemnitates tanquam nimis rigoroſa;
Nam quidquid dicatur, verius eſt, quod forma
introducta per legem circa confectionem inuenta-
rij ſit ſeruanda ad vnguem tanquam pertinens ad
16 ſubſtantiam negotij, † & cum ſit inducta ad iuris
rigorem conſeruandum, nulli parcitur etiam mu-
lieri, minori, & ruſtico, vt in ſpecie latè com-
probat Natt. *conſil.* 574. *num.* 7 *vſque ad* 11. quem ſe-
quitur, & egregie loqui dicit Rot. *diuerſ. deciſ.* 72.
nu. 10. *vſque ad* 19 *part.* 2. ¶ Contraria autem proce-
17 dunt, † quando inuentarium eſſet factum coram Iu-
dice, & teſtibus, tunc enim præſumitur per legem,
quod ceſſet dolus, & fraus, & non requiruntur tot
ſolemnitates, & ita loquitur deciſ. Cardin. Seraph.
361. *num.* 3. cum aliis deciſionibus, quæ ex aduerſo
adducuntur, & declarat etiam Honded. *conſil.* 53. *nu.*
3. *&* 4. *lib.* 1. vbi vult, quod bona fide fiat inuenta-
rium coram Iudice, & teſtibus, & citatis citandis,
tunc enim cum iſtis præſuppoſitis receditur à di-
ſpoſitione iuris, & eius rigore: Aymo. *conſil.* 1. *pro ge-*
nero, *num.* 476.

Quibus additur, quod nec in ipſo actu aditionis hæ-
reditatis, nec poſtea fuit factum aliquod inuen-
tarium. Nam illud, quo vult ſe tueri aduerſarius,

28 † fuit confectum per tutorem in actu ſuſceptio-
nis tutelæ, quod non iuuat ad effectum adeundi
hæreditatem, cum duo inuentaria debeat confice-
re tutor, vnum ad legitimandam perſonam ipſius
tutoris, & negotia pupillorum peragenda, Alie-
rum ad hæreditatem adeundam, ad quæ gemina-
ta inuentaria tenetur tutor, ita & taliter, vt vnum
non proſit pro alio, neque illud cedat pro dupli-
ci inuentario tutelæ, & hæreditatis, cum multum
differant inter ſe, & in forma, & in cauſa, & in fi-
nali effectu: Bald. *in l. vlt. §. cum igitur, col. pen. poſt
med. verſ. ex qua patet, num. 19 C. de iur. deliber.* Bart.
*in l. in ratione. la 1. § quod vulgo, col. 4. in princ. ver-
ſic. quera tutar fecit, nu. 8. ff. ad leg. falcid.* Gutier. *de
tutel. par. 2. c. 1 num. 109.* & notant omnes *in l. tutor
qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutor.* Cæpoll. *caut.
226. n. 2.* Caualcan. *de tutor. & curat. nu. 108.*

In caſu autem noſtro nullum fuit confectum inuen-
tarium in actu aditionis hæreditatis, neque ad-
19 uerſarius † poterit ſe iuuare folio inuentarij prius
tradito notario dum ſuſcepit tutelam, quia ſolum
repetiit dictum folium dum adiit hæreditatem,
per quam repetitionem, neque Iudex, neque teſtes,
neque ipſe notarius potuerunt habere aliquam no-
titiam bonorum in eo deſcriptorum, cum tamen
validitas inuentarij requirat iſtorum præſentiam,
maximè teſtium, & notarij, qui de eo ſe debet
20 † integraliter rogare, *leg. tutores, 24.* vbi gloſſ. *in
verb. publicare, C. de adminiſtr. tutor.* & latè dictum
eſt *ſupra n. 1. & 2.* Præſertim, quia alius Iudex fuit,
qui interpoſuit decretum in ſuſceptione tutelæ, &
alius, qui fuit adhibitus in actu aditionis hæredi-
tatis coram quo nullum inuentarium tutor confe-
cit, ſed ſolum repetiit illud folium inuentarij manu
21 aliena ſcriptum & traditum notario, † in quo folio,
neque adeſt aliqua ſubſcriptio partis, neque aliquo-
rum teſtium, quæ tamen erat neceſſaria pro validi-
tate iſtius inuentarij: Theſaur. *quæſt 10. n. 3.* cum aliis
adductis *ſupra num. 2.*

Nec decretum interpoſitum per alium Iudicem in
actu ſuſceptionis tutelæ poteſt prodeſſe aduerſa-
rio, quia illud fuit interpoſitum pro decernenda
adminiſtratione tutori, & ſic ad alium actum, vnde
non ſufficit, quod tutor tunc dederit folium in-
uentarij ipſi notario, cum in inuentario tutoris
22 † non requiratur decretum, quod ſolum eſt ne-
ceſſarium ad effectum, vt eidem tutori decerna-
tur adminiſtratio, non autem quod id exigat in-
uentarium ex ſe, vt latè poſt multos relatos conclu-
dit Simoncell. *de decret. lib. 2 titu 6. inſpect. 6. num 63.
23 vſque ad 66. fol. 93.* Et paſſim decreta, † quæ in-
terponuntur ad vnum effectum, & ad vnum actum
non poſſunt extendi ad alium, cum ſint ſtricti iuris,
vnde debent eſſe certa, & clara, ſuper quibus in-
terponuntur: Bald. *in l. ſi debitorem meum, ff. de no-
uation,* Alber. & Cuman. *in l. ſicut, §. ſed ſi permiſe-
rit, Digeſt quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* Iaſ.
in l. in ſuis, n. 27 de liber. & poſthum Felin. *in ca. vlt.
n. 8. de accuſ.* Simoncel. *de decret. lib. 1. tit. 1. inſpect.
4. n. 92 vſque ad 96 fol. 41.* Pariſ. *co. ſil. 100. nu. 23 lib. 1.*
Crot. *in l. pluſ familiæ, §. diui, n. 120 ff. de leg. 1.*

Quod autem inuentarium fuerit ſolum verbaliter re-
petitum, & non viſum, neque lectum, neque o-
ſtenſum, neque realiter productum patet ex ipſa-
met atteſtatione notarij oſtenſa omnibus Dominis,
in qua prius ſcripſerat verba illa § quod facto
produxit tenoris, &c. § quæ poſtea fuerunt caſſa,
& loco illorum appoſita alia verba videlicet,
§ quod alias mihi tradidit tempore ſuſceptionis
tutelæ, § ex quibus apparet illum fuiſſe tantum
repetitum, & verbaliter reproductum, cum per
24 iſtam cancellationem retineat, † quod eius loco
poſitum per eundem notarium qui de actu rogatus
eſt: Bero. *conſ 91. n. 11. lib. 3.* per doctrinam Bart. *in
l. in fraudem, § 1. in fin ff. de teſtam. milit.* Abb. *in c. cum
venerabiles, in fi. de relig. &. domib* Bald. *in rubr. C. de
fid. inſtrum. n. 29.* Iaſ. *in l. ſi vnus. C. de teſtam.* Surd. *conſ.
16. num. 18. lib. 1.*

Accedit, quod in caſu noſtro apparet Iudicem man-
daſſe fieri citationes contra creditores, & alios
intereſſe habentes, vt certa die deberent compare-
re ad videndum confici ſolemne inuentarium, &
illud inchoari, & adiri hæreditatem cum benefi-
cio legis, & inuentarij, prout executum fuit præ-
uiis citationibus, & relationibus & aliis in actis
25 exhibitis, † ex quibus verbis clarè colligitur, quod
tam ipſe Iudex, quam ipſamet pars, & alij quicum-
que intellexerunt, quod inuentarium eſſet ſolem-
niter de nouo conficiendum, & realiter produ-
cendum, vt poſſet ſuper eo decretum interponi,
prout in puncto reſoluit Rot. *diuerſ. dec. 72. n. 17. in
fin. verſ. tertia & vltimo, par. 2.* & coram R.P.D. Du-
nozet. Romana fructuum dotis, 3. Aprilis 1618.
26 † vbi quòd ex iſtis verbis tollitur omnis difficultas,
cum appareat de mente Iudicis, & partium volen-
tium ſeruare ſolemnitates in inuentario nouiter
conficiendo, ita vt ex hoc non poſſit dici, quod
decretum operetur, tanquam non adſit aliquod in-
uentarium, ſuper quo illud eſſet interponendum,
27 † cum tamen debeat adeſſe aliquid certum & cla-
rum, ſuper quo illud interponitur, neque enim illud
extenditur ad ſimilia, vel maiora: Azo. *in ſumm. C. de
præd. minor. n. 6.* Natt. *conſ. 63. n. 37* Bero. *conſ 181. n.
9. & conſ 185. n. 5. lib 1.* Rimin. Iun. *con. 5. n. 116. cum
ſeq. & conſ. 54. n. 60 lib 1.* Euerard. *in loco argum. 79 à
ration. leg. larg. ampl. ſeu general nu. 12. verſ. primo e-
nim.* Rom *ſing. 117. an in decreto, num. 1* cum aliis
de quibus *ſupra num. 23.*

Ex quibus etiam tolluntur ſubſcriptiones prætenſæ
teſtium, cum Iudicis decreto, & aliis oppoſitis.
Quia cum non fuerit factum aliquod nouum inuen-
tarium, neque realiter productum folium primi
inuentarij, iſtæ ſubſcriptiones non poſſunt deter-
28 minare pro eo, † ſed pro actu aditionis hæreditatis,
ſuper quo verè teſtes ſe ſubſcripſerunt, & iudex
decretum interpoſuit, tanquam non poſſit fieri
extenſio ad illud, quod non fuit factum, ſtante præ-
ſertim citatione ad videndum fieri inuentarium, &
aliis ſupra adductis, prout in ſpecie reſpondet Rot.
coram R.P.D. Dunozet Romana fructuum dotis,
5. Aprilis, 1618.

Et cum ſuper prædictis nulla fuerit facta reſolutio,
iterum pars multa oppoſuit, quæ tamen ſemper
in eadem recidunt, prout illa, quæ denuo addu-
cuntur, ſolum enim tendunt ad oſtendendum,
quod non ſubſiſtat dict. deciſio R.P.D. Dunozet.
quæ tamen non obſtant caſui noſtro, cum non
tractetur modò de ſaluando inuentario ab infini-
tis defectibus in eo exiſtentibus, quia circa hoc
ſatis ſupra dictum fuit, quod non poſſunt dicti
defectus ſanari, ſed dato, & non conceſſo, quod
defectus oppoſiti non officiant, nunc tractatur non
de inuentario inualido, ſed de non exiſtentia ali-
cuius inuentarij, quia verè in actu aditionis hæ-
reditatis nullum inuentarium fuit confectum,
vt ocularitet ex ipſomet originali fuit oſtenſum
omnibus

omnibus Dominis, qui in ſpecie inſpexerunt, quod quando tutor voluit adire hæreditatem pro pupillis cum benefi io legis, & inuentarij præuia prætenſa citatione creditorum prod xit, & repetiit ſolum verbo, & non realiter inuentarium per eum prius confectum coram alio Iudice, quando cepit tutelam, & quando fuit ſibi per eundem Iudicem decreta adminiſtratio, quæ productio verba-
29 lis non ſufficit, † cum deberet eſſe realis, & cum effectu, ad hoc vt iuuet, tanquam legem imponamus rebus, non verbis, *l. 2. in fin. C. commun. de legat.* Bald. *in rubr. ff. de rer. diuiſ. in fin. verſ. ita pudor. & mens legum, n. 52.* & ita in ſpecie productionis, quod
30 debeat eſſe realis, † non verbalis concludit Aym. *de antiq. tempor. p. 1. §. quæritur etiam in hac materia, num. 7. vſque ad n. 10.* vbi quod hoc maximè procedit, quando, prout in caſu noſtro, non ſit aliquis actus ad confirmationem primi, quod etiam voluit Roman. *conſil. 76. in cauſa nobilis viri, col. fin. verſ. non obſtat.* Aſin. *in prax. §. 22. c. 5. nu. 3.* Rot. Gen. per Carthar. *dec. 31. n. 3. verſ. contrarium tamen verius, fol.* 81. poſt Bald. *conſil. 110. decreto domini, ad fin. lib. 1.* vbi quod in iſta verbali productione non poteſt dici, quod ſit facta aliqua productio, neque oſtenſio iurium aut inſtrumentorum cum ſolum illa dicantur
31 allegata, † quæ allegatio non iuuat, cum aliud ſit inuentarium producere, aliud allegare, *l. 1. §. edenda ſunt omnia, ff. de edend. l. produci. ff. de teſtib. l. non ex omnibus ff. de arbitr.*

Cum igitur non fuerit productum realiter inuentarium, non potuit per iſtam verbalem repetitionem Iudex habere aliquam notitiam bonorum in eo deſcriptorum, prout neque teſtes, aut notarius, vel creditores, quamuis enim non requiratur inſpectio ocularis bonorum deſcribendorum in
32 inuentario, vt ex aduerſo præſupponitur, † licet etiam multi contrarium teneant, de quibus per Roland. *de inuentar. quæſt. 64. & conſ. 73. n. 49. cum ſeq. lib. 2.* vbi etiam quod requiritur ſpecificatio per pondus, numerum, & menſuram: Rot. *deciſ.* 150. *num. 3. ad med. p. 1. in recentiorib.* Natt. *conſil. 574. per tot.* Tamen non poteſt negari, quod ſaltem requiratur inuentarium, in quo iſta bona ſint deſcripta, non per relationem ad aliud, ſed per realem productionem, ita vt hæres, qui illud de per ſe confecit, debeat poſtea idem inuentarium exhibere, &
33 tradere notario præuio eius iuramento, † & ita loquuntur Doctores ex aduerſo allegati videlicet Monticul *de inuentar. verſic. ſcimus tam duas eſſe, nu. 47. & 66. tom. 8 pa. 2. fol.* 240. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed. 34. illat. 1. n. 11.* Cagnol. *in l. ſi quis maior, nu. 210. C. de tranſact.*

Ex quibus non obſtat, quod à forma inuentarij poſſit recedi, quando inuentarium ſit penes acta,
34 † exemplo teſtamenti, quod requirit ſeptem teſtes, ſecus quando fieret apud acta: Bart. *in l. omnium, C. de teſtam.* Boer. *deciſ. 228. n. 3.* Quia ſemper in idem reincidimus, cum iſta procedant, quando fuiſſet factum aliquod inuentarium, licet non ſeruetur forma, cum aliud ſit quando nullum inuentarium fuit confectum, prout eſt in caſu noſtro in quo fuit verbaliter productum illud quod erat realiter reproducendum: Bald. *conſ. 210. decreto domini, ad fin. lib. 1.*

Neque obſtat Bart. *conſ. 154. nu 5. lib. 1.* Quia loquitur de ſanandis defectibus in inuentario com-
35 miſſis, † nos autem non opponimus iſtos defectus, ſed dicimus non adeſſe exiſtentiam inuentarij, vnde non eſt quærendum an detur ſanatio
36 eius, quod non eſt, † cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius. qui in prouincia. 41. §. quod ſi ſtipulatus, ff. ſi certum petatur.* Becc. *conſil. 37. numer. 16.* Surd. *conſil. 393. nu. 27. lib. 3.* tanquam qualitas interpretationis non poſſit ſtare ſine ſubiecto interpretando, *l. nullam, §. ſi abſentis,* vbi Angel. *ff. de petit. hæredit.* Bald. *in l. 2.* & ibi Alex. *num. 4. Cod. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* Corn. *conſ. 197. num. 5. lib. 2.* Dec. *conſi. 147. & pro tenus, in fi. & conſ. 183. iuridi-*
37 *cam, col. vlt.* & vbi opus eſt facto † verba non ſufficiunt, *l. domicilium ff. ad municip. l. alimenta, Co. de negot. geſt. l. acceptam Cod. de vſur.* & in materia productionis. Aymo *de antiquit. tempor. part. 1. §. quæritur etiam in hac materia nu. 8. & 9.*

Immo Bart. *dict. conſil. 154. lib. 1.* concludit eſſe citan-
38 dos nominatim legatarios, † non autem per proclama, immo etiam agnatos legatariorum, ſi ipſi non adſint, cum loco abſentium debeat adhiberi certus, qui aſpiciat, & interſit inuentario, cum alias non valeret, *auth. ſed cum teſtator, Cod. ad leg.*
39 *falc.* Quod etiam eſt in creditoribus, † & aliis, de quibus per Bart. *in dict. conſil. 154. lib. 1.* vbi etiam *num. 9. & 10.* addit, quod ſunt adhibendi teſtes, cum notario, & aliis requiſitis, ex quibus ſemper præſupponitur, quod exhibeatur, & producatur in-
40 uentarium realiter, & non verbaliter, † cum alias ex verbali productione nullus effectus ſequatur. *l. 3. §. 1. ff. quod quiſque iur.* Carthar. *deciſ. Genus, 32. num 5.*

Nihil ſuper prædictis fuit concluſum, nam pluries propoſita cauſa, cum pars aduerſa cognoſceret nullum bonum ius fouere, non expectauit deciſionem, ſed petiit reſtitutionem in integrum aduerſus aditionem hæreditatis, & inuentarium non confectum, vel male confectum, ideo fuit datum dubium, an illa eſſet concedenda. Et quidem videbatur negatiuè concludendum, quod reſtitutio petita non deberet concedi, cum non fuerit pro-
41 bata aliqua læſio, † ſine qua nunquam datur in quacumque reſtitutione ſimus *l. verum, §. ſciendum, ff. de minorib.* Bart. *in l. fin. Cod. eod. tit.* Bero. *conſ. 112. n. 9. & 10. lib. 3.* Ruin. *conſ. 88. n. 4. lib. 4.* Menoch. *conſ. 321. n. 53. lib. 4. & conſ. 1142. nu. 15. & 16. lib. 12.* latè Giurb *deciſ. 33. n. 4.*

Et in reſtitutione, quæ petitur aduerſus aditionem hæreditatis, quod ſit probanda læſio eſt magis
42 communis opinio, † quam latè defendit Cyn. *in authent. ad hæc* alias incip. *ſi omnes, num. 3.* & ibi Fulgoſ. *num. 6. in fin.* Alber. *nu. 2. & 2. Cod. ſi min. ſe ab hæredit. abſtin.* Alexan. *conſ. 11. num. 6 lib. 1.* Guid. Pap. *deciſ. 141. nu. 2. & 3* Natt. *conſil. 214. num. 10. in fin.* Roland. *conſ. 10. nu. 15. verſ. quarto facit, in fin. lib. 4.* Bellam. *in cap. auditis, num. 3. verſ. ſed aduerte, de reſtit. in integr.* Mauit. Bolan. *eod. tit. c. 278* Doctor. *in l. neceſſarius.* & ibi Imol *ff. de acquir. hæredit.* & ita ſeruat Rot. coram R. P. D. Coccino Viterbien. fideicommiſſi, 19. Ianuarij 1605 quæ eſt *deciſ. 132. n. 1. in fin. q. 2. in recentiorib.*

Quod etiam eſt in inuentario non confecto, vel le-
43 gitime non confecto, † in quo licet minor reſtituatur, *§. pupillus. auth. de hæred. & falcid.* Ang. *in l. auxilium, ff. de minorib.* Bertrand. *conſ. 103. n. 58. lib. 2. par. 1.* Rebuff. *de reſtitutionib. & releuament. art. 1. glo. 1. n. 32. tom. 2. fol. 110.* Migon. *deciſ. Lucenſ. 68. n. 16. & 17.* Tiraquell. *de mitigand. pœn. cauſ. 44. nu 43.*
44 Natt. *conſil. 17. num. 5. poſt med.* † Nihilominus non reſtituitur in hoc caſu, niſi prius probet læſionem: Bald. *in l. denique, in fin. Digeſt. de minorib.*

Alciat.*conſ*.160.*num*.20.*&* 21. Roland. *conſ*.10.*nu*. 17.*verſ.ad quintum lib* 4 Nair.*conſ*.314.*num*.9. Porr. Imol.*conſ*.169.*nu*.5. Guid.Pap.*deciſ*.141.*in princ.&* *deciſ*.571.Sforz.*de reſtitut.in integr.par.2.q.89.art.8.* *num*.58. Roland. *de inuentar. in princip. verſ. quinto quæro numquid minor teneatur in fin.fol.6.* Bero. *conſi*. 80.*num*.63.*lib*.1.

Quibus additur, quod per minores fuerunt multa bona alienata, & conſumpta, & factæ plures exactiones etiam ab auctoribus tertij poſſeſſoris, ita vt illis extantibus eſſet facile conſultum eorum creditis, quæ modò non poſſunt ſolui facto, & culpa alienantium, quæ non debet redundare in
45 præiudicium creditorum, † adeo vt ex hoc appareat rem non eſſe amplius integram, qua non exiſtente, non datur reſtitutio, *l. quod ſi minor.* §. *Sceuola.ff.de minorib.* Bart.& alij *in l. ait prætor. in princ.ff eod. tit.* Iaſ.*in l. gallus.*§. *& quid ſi tantum. nu.* 72 *ff de liber. & poſthum.* Rebuff. *de reſtitution.*
46 *arg.*1.*gloſ.*2.*nu*.2.Aym.*conſi*.151.*nu*.29.† vbi in ſpecie loquitur de reſtitutione non concedenda poſt res diſtractas, & alienatas, tanquam non ſit res integra, & ſequitur Menoch.*conſ*.714.*nu*. 4. *lib*. 8. *& conſ*.100 *nu*.293.*lib*.1.*& conſ*.103.*n*.25.*eod.lib.&* *conſ*.275.*nu*.37.*lib*.1.Salic.*in l.ſi vno*.17.§. *interdum. ad med ff.locat.*Rimin.Iun.*conſ*.655.*n*.87.*lib*.6.

In huiuſmodi cauſa 11. Martij 1619. coram R.P.D. Manzanedo, fuit concluſum eſſe locum reſtitutioni aduerſus aditionem hæreditatis, reſtitutis tamen habitis per minorem, vel eorum reddita
47 ratione.† Probatur enim minor ætas ex fide baptiſmi. Felin.*in c.audientiam.num.* 12. *de præſcript.* Caputaq.*deciſ*.314.*par*.1.Rot. *deciſ*. 647.*part*.2. *in recentiorib.* Et quamuis Franciſcus ſit factus ma-
48 ior, † tamen cum non ſit lapſum quadriennium, adhuc illi eſt danda reſtitutio: Pariſ. *conſ*. 65.*nu*. 53. *lib*.3.Surd.*conſ*.95.*n*.8.*lib*.1.

Conſtat etiam de læſione, quia per aditionem inconſultò factam, cogerentur minores ſoluere
49 plura debita paterna, † non obſtante inuentario, per quod non impeditur reſtitutio: Surd. *conſi*. 95. *num*.11.Rot.*deciſ*.125.*nu*.2.*p*.1.*in recentior*. Odd. *de reſtitut.in integr.q*.62.*nu*.22.Maximè, quia hucuſque ſemper fuit controuerſum in Rota an tale inuentarium ſit legitimè confectum.

Verum, quia antequam concedatur reſtitutio in integrum minori aduerſus aditionem hæreditatis,
50 † ſunt per eum reſtituenda quæcumque accepit ex bonis hæreditariis, *l. ait prætor.* §. *penult. ff. de minorib.* Ideo concluſum fuit eſſe locum reſtitutioni in integrum, reſtitutis tamen habitis per minorem, vel eorum reddita ratione.

Hactenus deciſio, quia fuit hinc inde acceptata, cum
51 ſit conformis iuri, † ſecundum quod minor reſtituitur aduerſus aditionem hæreditatis cum legitimo inuentario ſi adſint vexationes creditorum, quæ non euitantur, quamuis hæreditas ſit pinguis, & ſoluendo, cum ſola vexatio ſufficiat, vt minor reſtituatur, licet ex huiuſmodi litibus, & moleſtiis nullam ſentiat diminutionem ſui patrimonij, tanquam multum interſit minoris non habere lites: Bald. *in l*.1.*num*. 4.*C.ſi min.ab hæredit ſe abſtin.* Salic. *in auth. ſi omnes.alias incip. ad hæc.num*.7.poſt Caſtr.*ibid.nu*.3.*C.eod.tit*. iuxta *l. minoribus*.25.vbi Gloſ.*ff.de minor*. Rom. *in l. cum hæreditatem,n*.5.vbi Aret.*col*.3.*in fin.ff. de acquirend. hæreditat.*Bero.*conſi*.68.*nu*.33. *lib*. 1. Phanuc. *de inuentar.par*.2.*num*.25.35. *&* 45.*fol*. 32. Guid. Pap. *quæſt*.160.*in fin.*Franc.Marc.*deciſ*.301. *num*. 4. *par*.5.
52 † & quidquid alij contrarium ſentiant, iſta eſt verior opinio, & ſequenda, vt latè concludit Surd. *conſ*.75.*num* 9.*vſque ad* 18.*lib*.1.

Et quod debeant reſtitui omnia accepta per minorem, qui vult vti beneficio reſtitutionis in inte-
53 grum † eſt text.*in l*.1.*Cod. de reputationib.quæ fiunt in iudic.reſtitut.in integr.* Gloſ. *in c*. 1. *in fin.in verb. defraudare de reſtitut. in integr.* Odd, *eod. tit. quæſt*. 47.*numer*.6.*fol*.353.*& conſ*. 60. *num*. 15. poſt Salic. *in l.ſi vno*,17.§.*interdum.n*.11.*ff.locati*.& latè quomodo hæc procedant dixi *ſupr.c*.720.*n*.12.*vſque ad* 18.

In executionem prædictæ deciſionis pars aduerſa obtulit ſeparatam rationem reddere de receptis, prout ad iſtum effectum exhibuit multa, ex quibus prætendebat conſtare de ſufficienti redditione rationis. Verum contrarium concludendum eſt, nam conſtat quod in hæreditate, de qua agimus, non fuerunt reperta alia bona, niſi ea,
54 quæ ſunt deſcripta in inuentario, † vnde cum ad talem effectum illud producatur, & admittatur facit fidem contra producentem, & admittentem, ita vt neque error aliquis poſſit allegari *cap. cum olim,de cenſib.* Natt.*conſil*.365. *nu*. 3. Aym.*in reſponſ. pro gener.num*. 222. Albenſ. *conſ*. 59 *nu*.11. Surd.*conſ*.5.*nu*.37.*&* 38.*lib*.1.Oſaſc. *deciſ*.38.*nu*.13. Becc.*conſ*.3.*nu*.38.Rimin. Iun.*conſ*.78.*nu*.4.*lib*.1.

Neque obſtat, quod prætendatur reddita ratio de aliquibus partitis iuxta libros mercatorum.
55 † Quia tales libri non probant contra tertium:Dec. *in cap.cum cauſam, col*. 2. *in princ. de probat.* Aym. *de antiq.tempor.p*.1.§.*quarto limitatur,num*. 71. Menoch.*de arbit.iudic.caſ*.91.*num*. 25. *&* 26. Munnoz. *de ratiocin.c*.11.*nu*. 28. *&* 29.Cardin. Seraphin. *deciſ*.450.*nu*.1.Bald,*in rubr.C.de fid.inſtrum. numer*.35. Imol& Butr.*in c*.2. vbi Felin.*nu*.32.*&* 33. *extr. eod. tit.*latè Cardin. Mantic.*deciſ*.216.*nu*.2.

Nec eſt facienda vis in quietantiis productis, quia
56 ſunt ſcripturæ priuatæ, & non recognitæ, † quo caſu non probant:Aym.*conſ*.73.*num*.15.*in fin.*Caſtr. *conſi*. 312. *ad primum reſpondetur, in* 2. *dub. lib*. 2. Bald.*conſ*.477.*col*.2.*ad fin.lib*. 2. Vltra quod ſunt factæ per manus tertiæ perſonæ, neque conſtat,quod ſint ſcriptæ de mandato principalium, quibus fuit
57 ſolutum, † prout requiritur ad hoc, vt fidem faciant: Felin.*in c*.2.*n*.5.*de fid.inſtrum.* Imol. *conſ*.91. *n*.1.*verſ.& ſic reſpectu inſtitutionis.*

Idem dicendum eſt de declaratione facta per Mattiam circa bona, veſtes, & alia mobilia ab ea recepta
58 tanquam ſua. † Quia cum ſit facta lite pendente, & poſt deciſionem, de qua agitur, non poteſt aduerſariis in aliquo ſuffragari, *toto titu. vt lit. pend. nihil innouet.* Quidquid enim fit in declaratione. quæ lite pendente poteſt fieri: Bellam. *conſ*.19.*col*. 2.*verſ.alias vero pars, & verſ. nunc quæritur.* Tamen hoc procedit in declaratione conſona verbis, nam alias non diceretur declaratio, ſed potius noua diſpoſitio,quæ lite pendente non poteſt fieri: Feli. *in c.cum olim,col*.3.*de re iudic.* Dec.*in l.edita, nu*.49. *C.de edend.*Gabr.*de re iudic.concl*.4.*nu*.45.

Neque ſufficiet pro redditione rationis indicare pe-
59 nes quem ſint bona diſtracta: † Bart. *conſ*. 239. *lib*.1.Rot.coram R.P.D. Coccino Romana de Magdalenis, 25. Iunij 1610. cum aliis ex aduerſo adductis. Quia prædicta procedunt, quando in inuentario talia bona ſunt, poſita tanquam reperta in hæreditate iure dominij, vel quaſi, licet non iure poſſeſſionis, cum enim non fuerit dictum in in-

60 in inuentario, quod poſſiderentur, † vel quod
fuerint inuenta in bonis hæreditariis, vel quod ad
tutorem peruenerint, ſatis eſt in redditione ratio-
nis oſtendere iura, & inſtrumenta, per quæ appa-
reat dicta bona eſſe de pertinentibus ad hæredita-
tem, cum aliud ſit quando, prout in caſu noſtro,
bona fuerunt poſita tanquam poſſeſſa, tunc enim
non ſufficit talis indicatio, vt declarat Bart. *conſ.* 219.
61 *ad med. verſ. ſed ſi bene dicti inuentarij*, *lib.* 1. † vbi
etiam ſubdit idem eſſe quando fuerunt talia bona
occupata caſu fortuito, tunc enim ſufficiet tutori,
quod indicet, penes quem illa exiſtant facta fide
occupationis, quaſi tutor de caſu fortuito non te-
neatur, *l. quidquid, Cod. arbitr. tutel.*
Ideo ſi conſtat quod fuerit potius gratificatum ali-
cui ex creditoribus, ſoluendo magis vni, quàm
62 alteri, † ita vt in præiudicium anteriorum credi-
torum hæreditas ſit facta non ſoluendo, tunc eſt
præiudicatum prædictis anterioribus, qui non te-
nentur talia geſta rata habere, & debent omnia
in priſtinum reponi: Odd. *de reſtitut. in integr. q.* 62.
art. 6. *num.* 71. *&* 72. *fol.* 59. iuxta *l.* 3. *& l. tutores*, 61.
vbi gloſſ. *in verb. dolo, & in verb. ſui debiti. ff. de
condict. indebit. l. non expedierit*, §. 1. *ff. quæ in fraud.
creditor. l. qui autem*, § *ſciendum, & l. pupillus. ff. eod.
tit. l. ſi mulier, ff. de minorib.*
Minus obſtat, quod verba deciſionis ſint conditiona-
lia propter illud participium reſtitutis habitis,
63 † & acceptis vel eorum reddita ratione: Bart. *in
l.* 1. *num.* 34. *ff. de condit. & demonſtrat.* Vnde de-
bent intelligi quatenus habuerint, & receperint,
adeo vt iſta probatio incumbat allegant, docen-
64 do, † quænam bona ad eos peruenerint: Aym.
conſil. 231. *nu* 14. Rot. coram R. P. D. Iuſto Romana
de Lante, 24. Ianuarij 1603. cum aliis ex aduerſo ad-
ductis.
Quia ſatis dicitur probata exiſtentia bonorum ex
65 deſcriptione facta in inuentario, † quæ præiudi-
cat hæredibus, *l. fin. Cod. arbitr. tutel.* Pariſ. *conſil.*
45 *num.* 20. *lib.* 2. Maximè, quia inuentarium fuit
ratificatum per minores, & illud productum quo
66 caſu magis illi nocet, † ſicut ſententia: Bart. *in l.
certum*, §. *ſed an & ipſos in princip. & num.* 2 *ff. de
confeſſ.* Speculat. *de fid. inſtrument.* § *dicto de impu-
gnatione, num.* 1. *&* 2. Bald. *in l.* 1. *in* 2. *lectur.* §. *item non
ſolent, poſt med. verſ. ſed hæres ſuo non obligatur. ff. de
offic. præfect. vrb.*
Immo dicta verba *reſtitutis habitis, & receptis*, vel
67 reddita de eis ſufficienti ratione, † quamuis non
eſſent ſpecialiter in deciſione appoſita. Tamen
de iure ſubintelliguntur, & habentur pro expreſ-
ſis, tanquam veniant ex natura ipſius iudicij reſti-
tutionis in integrum, quaſi ius ipſum reſtituat:
Bart. Faber. Fulgoſ. & Bald. *in l.* 2. *ad fin. Cod. ſi ad-
uerſ. tranſact.* Anchar. *in c.* 1. *nu.* 4. *de in integr. reſtit.*
Odd. *eod. tit. par.* 1. *art.* 1. *qu.* 47. *num.* 5. *& art.* 9. *num.*
40. *fol.* 353. *&* 357. Maurit. *etiam eod. tract. de reſtit. in
integr. c.* 216 Caldas *in l. ſi curatorem, in verb. per
quod priſtinum ius nu.* 2. *C. eod. tit.*
Ex prædictis, & aliis in præcedentibus capitibus
adductis, ſatis colligitur parti aduerſæ nullum ius
competere ſuper bonis fideicommiſſi per tertium
poſſeſſis, & in eum rectè alienatis, quamuis in
principio cauſæ prætenderetur eſſe concedendam
immiſſionem abſque vlla difficultate, ita vt ſingu-
lis quibuſcumque diebus expectaretur expeditio
mandati, Verum melius conſulendo pars ceſſit
liti præuia tranſactione ſolemniter facta, &
poſtea confirmata per Sanctiſſimum, in qua fuit
data retentio bonorum fideicommiſſi tertio poſſi-
denti, tanquam illa rectè emerit, ſoluta tamen per
eum, propter talem ceſſionem, quadam pecunia-
rum ſumma, quæ non fuit gratis ſtante magna
prætenſione tam ſortis principalis, quam fructuum,
prout latius in inſtrumento, & confirmatione con-
68 tinetur, † præuiis clauſulis ampliſſimis, ad hoc vt
amplius non poſſit de validitate tranſactionis dubi-
tari, renunciatio enim fuit facta expreſsè totius li-
tis, cauſæ, & inſtantiæ, actionis, proceſſus, quorum-
cumque iurium, dominij, obligationis, & omnium
exceptionum, & tam de iure principaliter intenta-
to, quam incidenter, cum omnibus connexis, & an-
nexis &c. reali, & perſonali iudicio, & de iure fu-
turo fundato tam ſuper iure præſenti, quam ſi ſit
principale de futuro, cum finali exitu controuer-
ſiæ, cum pacto de non adeundo iudicem, de non
agendo, neque aliqua faciendo, quæ poſſent im-
pedire præſentem tranſactionem, renunciando
etiam ſtatutis, reſcriptis impetratis, & impetran-
dis, ſententiis latis, & ferendis, probationibus fa-
ctis, & faciendis, & dilationibus quibuſcumque, &
exceptionibus peremptoriis, & declinatoriis iudi-
cij, terminis tam legalibus, quam iudicialibus,
itaut nullo iure ſuccurratur, neque per aliquam
reſtitutionem in integrum, aut aliud beneficium
commune, ſiue ſpeciale, excluſo omni exerci-
tio, & toto iure renunciantis competente, eli-
dendo omnem actionem, & impediendo inſtan-
tiam de futuro moueri. Quæ omnia ſunt no-
tanda, quia ſæpe occurrunt, & multum operan-
tur pro validitate ſimilium renunciationum, pro-
ut obſeruat Bald. *in l. poſtquam litis Cod. de tranſ-
action.*

EPITOME.

Perſona contemplata an attendatur in ſocie-
tate, & aliis contractibus, non illius, in quem
verba conferuntur. ¶ Et ad quem commodum,
vel damnum pertineat. ¶ Contractus geſtus in
limine decoctionis an reprobetur tam per ſtatutum
Vrbis, quàm per ius commune. ¶ Et quando de-
coctio dicatur ſubſecuta breui tempore, ſtatim, vel
incontinenti. ¶ Ratificatio incerta, & facta tem-
pore inhabili, & re non integra an debeat attendi,
¶ Et an requiratur ſcientia diſtincta cum omnibus
qualitatibus. ¶ Pactum reſtrictum inter ſocios ad
particulare damnum an ſubducatur à contractu ſo-
cietatis, firma illa remanente in aliis, & facta re-
ductione ad æqualem communicationem lucri, &
damni,
¶ Et quando tales conuentiones inducentes in-
æqualitatem inter ſocios ſint validæ, ita vt vnus
non patiatur aliquam partem damni, & tamen
lucrum communicetur. ¶ Et quomodo æqua-
litas requiſita in ſocietate debeat eſſe propor-
tionabilis cum illis, quæ conferuntur. ¶ Con-
tractus ſocietatis an ſequatur iuſtitiam, & æqui-
tatem arbitrio boni viri. ¶ Et qualiter per eum
ſit arbitrandum. ¶ Socij an poſſint paciſci, vt
percipiant parem portionem lucri, quamuis im-
paria conferant tam in ſocietate vniuerſali, quàm
particulari. ¶ Et quid operetur induſtria ſocij
plus conferens ſocietati, quam pecunia ad hoc,
vt conuentio dicatur iuſta in admittendo illum
ad meliorem conditionem.

SVMMARIVM.

1 *Nomen illius, qui fuit poſitus in ſocietate, non attenditur, quando alius in veritate eſt particeps negotij, & ex quibus colligatur iſta participatio. n. 1.*

2 *Perſona contemplata in quolibet actu eſt inſpicienda, non illius, in quem verba conferuntur, & commodum & damnum pertinet ad repræſentatum. nu. 4.*

5 *Pactum reſtrictum inter ſocios ad particulare damnum ſubducitur à contractu ſocietatis, firma illa remanente in aliis, & facta reductione ad æqualem, communicationem lucri, & damni. numero 15. 16. & 17.*

7 *Contractus geſtus in limine deceſſionis non valet tam ex forma ſtatuti Vrbis, quàm iuris communis. nu. 8.*

9 *Ratificatio non debet attendi, ſi fiat tempore inhabili, & re non integra.*

10 *Deceſſio quando dicatur ſubſecuta breui tempore, ſtatim, vel incontinenti.*

11 *Ratificatio incerta non valet tanquam non adſit conſenſus.*

12 *Scientia diſtincta, & ſpecificata requiritur cum omnibus qualitatibus ad hoc, vt ratificatio ſubſiſtat.*

13 *Contractus non debet claudicare in perſonis non priuilegiatis.*

14 *Contrahentes non ſunt ad imparia iudicandi.*

18 *Pactum inæqualitatis licet valeat inter ſocios iure pacti, non tamen valebit iure ſocietatis, neque erit ſeruandum tam in expreſſa, quam in tacita ſocietate. nu. 19.*

20 *Societas habet ius quoddam fraternitatis.*

22 *Æqualitas ſeruanda eſt inter fratres, & ſocios. n. 22.*

23 *Pactum inducens inæqualitatem inter ſocios, quando valeat, ita vt alter non ſentiat aliquam partem damni, & lucrum communicetur. n. 24. & 25.*

26 *Æqualitas requiſita in ſocietate debet eſſe proportionabilis cum illis, quæ conferuntur.*

27 *Societas eſt contractus, qui exigit bonam fidem in ſummo gradu.*

28 *Contractus ſocietatis requirit iuſtitiam, & æquitatem arbitrio boni viri, & qualiter per eum ſit arbitrandum num. 19.*

30 *Induſtria ſocij plus conferens ſocietati, quam pecunia facit, vt clementia ſit iuſta in admittendo illum ad meliorem conditionem ſocietatis.*

31 *Pactum eſt validum, vt vnus ex ſociis habeat onus adminiſtrationis, & alter nullum laborem ſuſcipiat, ſed ſolam pecuniam ponat.*

32 *Socij an poſſint paciſci, vt percipiant parem portionem lucri, quamuis imparia conferant. num. 33. & 34. Et quid in ſocietate omnium bonorum. n. 35.*

CAPVT DCLXVIII.

IN Capitulis ſocietatis, de qua agimus, apparet, quod Octauius, & Petrus habuerunt facultatem obligandi totum negotium, prout eis videbitur, & quod omne commodum, & incommodum pecuniarum poſitarum in ſocietate, de quo
1 deberet participare Ioan. Antonius filius Octauij, ſpectare debeat ad eundem Octauium patrem, tanquam ipſius propriæ ſint pecuniæ prædictæ, & quod ex ſpeciali gratia idem Octauius concedit quintam partem vtilium prouenientium ex dicta ſocietate ipſi Io. Antonio filio ob ſpem, quam habet, vt virtuosè debeat ſe gerere, & ob particularem affectionem, qua eum proſequitur, cum declaratione, quod per mortem Octauij, ſeu eius abſentiam ab vrbe, ratio bancaria debeat reſidere penes Petrum tantum, non apud Ioan. Antonium, cum aliis latius in eiſdem capitulis contentis.

Quibus ſtantibus ſequitur, quod quamuis ſocietas fuerit renouata inter Petrum, & Io. Antonium, Tamen verè fuit contemplata perſona Octauij
1 patris, non autem Ioan. Antonij filij, † cuius nudum nomen fuit ſolum poſitum in ſocietate ad effectum, vt eſſet merus miniſter, cum tamen ſocius, & particeps negotij fuerit Octauius, ad quem fuit declaratum ſpectare omne commodum, & incommodum ipſius ſocietatis, vt dictum eſt, & per conſequens ipſe tenebitur non ſolum pro adminiſtrandis, ſed pro integro ære alieno in toto negotio cō-
2 tractus, † cùm in omnibus diſpoſitionibus tam vltimarum voluntatum, quam etiam contractuum, non attendatur perſona, in quem verba conferuntur, ſed in quem effectus dirigitur, ita vt in actu ad alium pertinente non ſit inſpicienda perſona tertij illum facientis, ſed eius, ad quem ſpectat tanquam in eo contemplati, ob quam contemplationem omnes actiones tam actiuæ, quam paſſiuæ in ipſum diriguntur, quaſi omnia cenſeantur cum eo geſta, *l. fideicommiſſa, §. interdum, ff. de legat. 3. l. ſi cui legetur, §. fina.* vbi Iaſ. *n. 3. ff. de legat. 1.* Imol. *in l. filiofamilias, num. 2. ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *conſ. 407. viſis & diligenter conſideratis, vol. 3. in princip. verſ. quarto ad idem benefacit, n. 9.* Mannell. *conſ. 404. n. 4. & 5. lib. 3. & conſil. 658. nu. 6* Aymon. *conſ. 91. nu. 6 & 11. ad med. verſ. ſolum ſupereſt.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 4. num. 7. vſque ad* 12. latè Mozzet. *deciſ. 36. n. 4. cum ſeq.* & multa ſimilia adducit Surd. *conſ. 140. nu 16. lib. 1. & deciſ. 295. nu. 3.*

Quæ magis procedunt in caſu, de quo agimus, quia geſtio ſolum pertinet ad Octauium patrem, cuius
3 gratia geritur negotium, † cum ad Ioan. Antonium filium gerentem nihil ſpectet, etenim vtilia, quæ illi dantur ſunt ex mera gratia & liberalitate patris, & affectione paterna, non ex aliqua obligatione, immo ipſi Ioan. Antonio eſt ademptum complementum, & Octauio, & Petro æqualiter reſeruatum, vt expreſsè dicitur in capitulis, vnde tunc perſona repræſentantis in nihilo attenditur, ſed ſolum perſona repræſentata, quæ habet
4 commodum, & incommodum ſocietatis: Mozzet. *deciſ. 36. n. 66.* poſt Gabr. *conſ. 15. nu. 23. lib. 1.* iuxta doctrinam Ang. *in l. ſi pupilli, §. item ſi procurator, n. 1. ff. de negot. geſt.* Natt. *conſ. 641. nu. 2.* Socin. *conſ. 154. n. 2. vſque ad 5. lib. 1.*

Non obſtat, quod fuerit conuentum Octauium non teneri ad damna prouenientia ex dicta ſocietate, niſi ſolum pro rata ſcutorum duodecim mille per eum collatorum. Quia cum ſupra firmatum fuerit illum eſſe conſocium Petri & ad eum ſpe-
5 ctare omnia vtilia, & commoda ſocietatis, † huiuſmodi pactum reſtrictum ad particulare damnum tanquam inæquale debet ſubduci à contractu ſocietatis firma illa remanente in iis, & facta reductione ad æqualem communicationem tam lucri, quam damni, cum alias eſſet iniuſta ſocietas, & vt dicitur Leonina, vt Petrus ſocius integrū damnū pateretur, & Octauius pro rata tantum, quod non eſt permittendū, cum de natura ſocietatis ſit omnia commoda, & incommoda æqualiter diſtribuere, adeo quod pacta contraria omnino reprobentur, *l. ſi non fuerint, 29. §. 1. ff. pro ſocio.* Bald. *in l. 1. q. 9. C. eod. tit.* Abb. *conſil. 77. lib. 1.* Corn. *conſil. 139. col. 1. lib. 1. & conſil. 243. col. 2. eod. lib. & conſil. 311. col. 2. lib. 3.* Aymo. qui de communi *conſil.* 141. *nu. 5. & conſ. 173. num. 1.* Surd. *conſil. 150. num. 40. lib. 1. & conſil. 389. num. 6. cum ſeq. lib. 2.* Card. Anchar. & alij

5 & alij *in cap.vlt.de vſur.* Salic. *in auth.ad hæc,q.c 4. C.eod.tit.& in l. Mutius,ff. pro ſocio.* Rom.*conſ.*238. Card.Mantic.*de tacit. & ambig.conuent.lib 6.tit.8.n.*
6 2. Couarr.*lib.3.var.reſolut.cap.2.num.3.* † Et paſſim ſubduci iſta pacta inæqualia,firmo remanente contractu, dicit Gomeſ. *var.reſolut.tom.2 c.5.nu.5.verſi. ex qua regula, & verſ ſecundo infertur fol.* 184. poſt gloſ.*in l.ſi non fuerint ff.pro ſoc.* Azo. *in ſumm C.eod. tit.col.2 nu.9.* Cyn Bald.& Salic.*in l.1.C.eod.tit.pro ſoc.*de quo multa Felin *de ſocietat.c.2.nu.19.*

Maximè . quia ſumus in filiofamilias minore , pro quo pater ſe obligauit vſque ad tempus perfectæ ætatis , & ratificationem ab eo tunc temporis faciendam , de qua ratificatione non conſtat. Nam illa quæ prætenditur eſt nulla, & inualida tanquam
7 facta in limine decoctionis, † quæ tunc non potuit fieri pro eximendo Octauio à ſua propria obligatione in præjudicium creditorum juxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis *cap. 114. lib* 1. Quod etiam eſt de jure communi , ſecundum quod non poſſunt fieri iſti contractus per decoctos,vel ſuſpectos de deco-
8 ctione, † paulo antequam ſequatur decoctio: Bald. *conſi 432.lib 1. & conſi.249 numero 1 col.n in princ. & ad med. eod. lib. 1. alias eſt conſil.400. ſuper libris theſaurariæ,lib.5.* Stracc.*de decoctorib.par.vlt.tit. qui potior. in bon.decoctor.haboant.num.*17. Vnde talis ra-
9 tificatio † non debet attendi tanquam facta tempore inhabili,& re non integra,*leg.bonorum,ff.rem rat. haber.*Paris *conſi 77.num.39 lib.*1.vbi quod ideo non præjudicat creditoribus:Bald.*in leg ſi vxor,§.ſi quis vxorem,ff.de adulter.& in l.vlt.C.ad Macedon.*Dec. *conſi.215 magiſter Ioannes,in fin.& conſi.426.in cauſa magnifici,num.5.col.3.in fin.verſ.tertio bene facit.* Iaſ. *in leg filio,quem pater,num 17 ff.de liber. & poſthum.* Surd.*conſi.157.num.18 lib* 2.

Neque obeſt , quod decoctio non fuerit ſecuta , niſi poſt decem dies Quia ſatis eſt, quod illa immine-
10 ret † Nam licet Doctores loquantur de breui tempore, vel ſtatim,aut incontinenti. Nihilominus iſta verba verificantur etiam in pluribus diebus arbitrio judicis:Gloſſ.*in l.ſi is à quo,3.in verb hodie,ff. vt in poſſeſſ.legator.* Bald.*in l.3.§ ibidem,ff. ad exhibend.& in l.vlt.Cod.de ord.cognit.*Marſill.*in l.quæſtionis,nu.35. ff.de quæſtionib.*Socin Iun.*conſi.67.num.9.lib.*1.Natt. *conſi.502.num* 7.Menoch.*de arbitr.caſ.9.nu.5.*Tiraq. *in l.ſi vnquam,in verb.omnia vel partem, num.* 31. *poſt med.de reuoc.donat.*

Accedat , quod non apparet , quid fuerit ratificatum, ſolum enim dicitur in contractu ratificationis,quod Octauius habens præ manibus capitula dedit notario,qui de verbo ad verbum illa legit Io. Antonio, & deinde eadem capitula dicto Octauio ita mandanti reſtituit tenoris,provt in eis,quæ quidem verba non ſufficiunt,debebat enim tenor capitulorum regiſtrari,vt conſtaret,quæ capitula fuerint in indiuiduo ratificata,ne poſtea illis exhibitis detur occaſio partibus contradicendi ſuper illorum identita-
11 te, † ita vt ſtante hujuſmodi incertitudine ratificatio nihil operetur tanquam remoueat conſenſum à toto,& à parte, *l.decem ff.locat.l.cum duo,ff.de in diem addict.l.cum poſt,§.gener.de iur.dot.l.2.ff.de his qua pro non ſcribt.*Bart.*in l.quidam relegatus.*vbi Caſtrenſ & Socin.*ff.de reb.dub.*Marſill.*in rubr.C.de probat n.*382. *cum ſeq.*Socin.*conſi.24 nu.36.lib.1.* Abb. & alij *in c. ſacerdos,in fin.de offic.ordin.*Surd.*conſi.39.nu.27.lib.*1. *& conſ.168.nu.29.lib.2.& conſ.204.num.*1.

Cum etiam non ſufficiat ſimplex ratificatio, ſed etiam
12 requiratur ſcientia diſtincta,† & ſpecifica,& plena, & expreſſa juris,& facti cum omnibus ſuis qualitatibus: Gloſſ.*in cap.concertationi, in verb.ſciuerit, de appellat.in 6.*Aym.*conſ.197.nu.14.*Gabr.*conſ.36 nu 6. lib.1.*Oſaſc.*deciſ.176.num.4* Oldrad.*conſ.328.col.fin.* Bald.*conſi.176.præmittendum.lib.2.*Paris *conſil.47.nu. 97.lib.1.*Rot.*dec.280.nu.9.& 10.p.1.in recentioribus.* Becc.*conſi.37.n.13.*Surd *conſi.328.num.27.& 28.lib.3.* Tiraq.*de retract.lignag.§ 36.gloſſ.1.num 30.*

Quibus additur , quod obligatio Octauij magis ſuſtinebitur pro cambiis in vltimis nundinis contractis. Cum enim mercatores crediderint rationi in tempore , quod idem Octauius tenebatur , & litteris tranſmiſſis , non potuiſſent ipſi vendicare pecunias creditas ante reditum, vt dicitur di fiera. Ita neque è contra Octauius potuit per prætenſam ratifica-
12 tionem ſe eximere ab obligatione, qua ante medio tempore eiſdem mercatoribus tenebatur,alias enim creditor teneretur expectare implementum contractus, & debitor poſt acceptas pecunias poſſet ſe
13 ſubtrahere à ſua obligatione , † & ſic contractus claudicaret , quod non permittitur in perſonis non priuilegiatis: Surd. *conſ.9.num 10.lib.1.& conſi.431. num.44 lib.3.*Vnde quantumvis Octauius per ratificationem filij diceretur liberatus , provt verè non dicitur,vt ſupra firmatum fuit,Tamen hoc debet intelligi præterquam in contractibus cœptis tempore ſuæ obligationis,quæ durat vſq;ad implementum &
14 perfectionem contractus,† ne contrahentes ad impatia judicentur:Purpurat.*conſil.557.numer.7.*Surd. *conſi.431.nu.44 lib 3.*

In prædicto caſu ita conſului , provt etiam quamplures alij primarij Vrbis patroni in eadem ſententia concordes fuerunt , quod videlicet Octauius ſit ſocius, & particeps negotij, non autem Io.Antonius filius. Verum circa pactum, quod idem Octauius non teneatur ad damna prouenientia ex dicta ſocietate , niſi ſolum pro rata ſcutorum duodecim millium per ipſum collatorum , dum concluſum
15 fuit illud eſſe ſubducendum,† cum debeat fieri reductio ad æqualem communicationem tam lucri, quam damni , vnus ex patronis diſſentiebat , ſub prætextu , quod talis conuentio valeret , tanquam poſſet reſtringi ad particulare damnum : Quæ tamen opinio non fuit approbata , quia pactum continens inæqualitatem inter ſocios non valet , vt dictum eſt *ſup num.5.*& de magis communi teſtantur omnes *in leg.ſi non fuerint,§.1.*vbi Fulgoſ *ff pro ſocio.* Idem Fulgoſ.*in leg.ſi ſocietatem mecum coieris.ff. eod.*
16 *tit.* Socin.*conſi..265.numere 9.& 10. lib.* 1. † Quidquid aliud ſenſerit Dec. *in leg. ſi paſcenda pecora, col. 2. Cod. de pact.* Cum verior ſit contraria ſententia , prout reſpondendo omnibus per Dec. adductis teſtatur Curt.Iun *in dict.leg. ſi paſcenda,col.*1. & hanc eſſe frequentiſſimam dicit etiam Cardin. Martin. *de tacit. & ambig.conuen.lib.6.tit.4. numero*
17 *7.cum ſeq.* vbi etiam,† quod omnes Theologi, qui verſantur in caſibus conſcientiæ , paſſim concludunt,quod ſi ita ſocietas contrahatur,vt vnius conditio ſit melior,quam alterius, non erit tutus in foro animæ ille , cujus eſſet melior conditio , vt refert Corn. *conſi. 187. num.* 1.*lib.3.*& ita etiam ſenſit Hoſt.*in ſumm.tit.de vſur § an aliquo,ſeu §.in aliis autem caſibus,col.2.verſ. quod ſi periculum, & col 3. ad*
18 *med.verſ.hanc etiam ſocietatem fol.*1626.† vbi ſubdit, quod licet pactum inæqualitatis valeat jure pacti, non tamen valebit jure ſocietatis , ideo non erit ſeruandum , tanquam iſta inæqualis diſtributio ſit contra naturam ſocietatis *l.ſocius pro ſilio.*vbi Caſtr.

19 *ff pro ſocio* Card. Mantic. *dict. tit. 4. num. 7. & 8.* † vbi
etiam, quod hoc magis procedet in tacita ſocieta-
te, in qua non admittitur iſta inæqualitas: Petr. de
Vbald. *de duob. fratrib. p. 6. numero 24. quæſt. 23. verſ.*
20 *decimo ad idem facit.* † Nam ſocietas habet jus
quoddam fraternitatis, *l. verum, in princ. ff. pro ſoc.* Et
21 inter fratres ſeruanda eſt æqualitas, *§. illud quoque*
in fin. auth. de nupt. leg. cum pater, §. dulciſs. ff de legat. 2.
22 *leg. vlt. Cod. commun. vtriuſque iudic.* † Vnde etiam
inter ſocios eadem æqualitas debet ſeruari, *l. ſi non*
fuerint, in princ. ff. pro ſoc. & §. quidem ſi nihil, inſtit. de
ſocietat.

Neque obſtabit; quod etiam inter ſocios valeat pa-
23 ctum inducens inæqualitatem, † veluti quod vnus
ex ſociis percipiat plus commodi, quam alius, vel
quod alter habeat duas, aut tres partes, & conſocius
vnam, *leg. ſi non fuerint, in princ. & §. 1. ff. pro ſoc.* Provt
valebit conuentio, † vt alter non ſentiat aliquam
24 partem damni, † & lucrum communicetur, *dict. leg.*
ſi non fuerint, & § ita coiri, & §. de illa, inſtit. de ſocie-
tat. ¶ Quia prædicta jura, & ſimilia, quæ poſſent
adduci, procedunt quando ſocij inæqualia confe-
25 runt, tunc enim poterit admitti † etiam pactum
inæquale, tanquam non ſit rationabile, quod ille,
qui minus contulit habeat æqualem portionem
cum eo, qui plus erogauit Corn. *conſil. 196. numero 3.*
26 *lib. 3.* juxta Philoſoph. *lib. 3. politic. cap. 6.* † nam æ-
qualitas requiſita in ſocietate debet eſſe proportio-
nabilis cum iis, quæ conferuntur: Gloſſ. *in leg. ſi non*
27 *fuerint, in princ. in verb. partes, ff. pro ſoc.* † Cù ſocietas
ſit contractus, qui exigit bonam fidem in ſummo
gradu: Bald. *conſi. 143. examinanda ſunt capitula, nu-*
mero 3. lib. 1. Corn. *conſil. 639. num. 3. lib. 1. & conſil.*
139. numero 2. & 3. lib. 4. Cardin. Mantic. *de tacit. &*
28 *ambig. conuention. lib. 6. tit. 4 numero 10. & 11.* † vbi
etiam quod contractus ſocietatis debet habere ju-
ſtitiam, & æquitatem arbitrio boni viri, *l. quod enim,*
§. 1. ff. pro ſoc. leg. propoſita, & leg. ſi ſocietatem mecum
coieris, ff. eodem titul. Qui bonus vir tunc arbitrabi-
29 tur, † quod hujuſmodi pacta inæqualia inter ſocios
ſint valida, cum vnus ex conſociis contulerit in ſo-
cietatem majorem partem ſortis, ſeu induſtriæ, *leg. ſi*
non fuerint § 1 vbi communiter omnes notant, ff pro
ſocio. Conarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 2. num. 3. verſ. ſe-*
cundo conſtat.

Quare ſi opera ſocij, & ejus induſtria plus conferat ſo-
30 cietati, quam pecunia, † juſtum erit, vt conditione
meliori in ſocietatem admittatur, veluti ſi ſolus na-
uiget, ſolus peregrinetur, ſolus pericula ſubeat, cum
ſimilibus, ex quibus poſſit colligi operam eſſe pre-
tioſam, adeo vt præualeat pecuniæ in ſocietate per
31 conſocium poſitæ, *§. de illa, inſtit. de ſocietat.* † Et va-
lent hujuſmodi pacta, vt vnus ex ſociis habeat onus
adminiſtrationis, & alter nullum laborem ſuſcipiat,
ſed ſolam pecuniam ponat, *l. ſocietas contrahitur, in*
fin. cum leg. ſeq. ff pro ſocio. Pariſ. *conſil. 83. nu. 5. lib. 1.*

Amplius pactum inæqualitatis inter ſocios non ſolum
improbatur quando omnes ſocij paria contribuût,
32 vt dictum eſt, † ſed etiam quando imparia confe-
runt, & paciſcuntur, vt percipiant parem portionem
lucri cum in vtroque caſu ſit iniqua partium diſtri-
butio, quæ non congruit partibus in ſocietatem
collatis. Purpur. *in l. ſi paſcenda pecora, nu. 37. Cod. de*
pact. Conar. *lib. 3. var. reſol. cap. 2. num. 3. verſ. tertio ex*
hoc dubia redditur. Card. Mantic. *de tacit. & ambig.*
33 *conuentionib. lib. 6. tit. 4. nu. 18. & 19.* † vbi tamen in-
telligit, dummodò inæqualitas eorum, quæ fuerunt
collata non ſit incognita contrahentibus, ita vt non
poſſit dici deceptus ille, qui plus côtulit, ſed magis
videatur voluiſſe donare, quaſi tunc liberalitas
conferentis tollat iniquitatem pacti, maxi mè inter
34 fratres, † & ita concordatur opinio contraria,
quam ſequitur Aym. *conſi. 173. numero 1.* & Menoch.
de arbitr. caſ. 125. in fin. Declarando tamen quate-
nus partes non eſſent valde inæquales, quia tunc
tale pactum erit alienum ab omni ratione, & æqui-
tate, provt ita loquitur Aymo. *conſil. 173. n. 1 verſ. ſed*
tamen puto. Cardin. Mantic. *dict. lib 14. tit. 6. numero*
35 *19. in fin.* † Quidquid aliud ſit in ſocietate omnium
bonorum præſentium, & futurorum, in qua non
conſideratur aliqua inæqualitas, quamvis vnus
plus poſſideat, quam alius, cum in ea omnia ſint
communia, maximè quia poteſt contingere, vt quis
multa acquirat ex proſpera fortuna, & induſtria,
leg. ſi ſocietatem vniuerſarum, cum leg. ſeq ff. pro ſoc.
Bald. *in leg ſi patruus, num. 16. Cod. commun. vtriuſque*
iudic. Caſtr. *conſ. 404. n 5. lib. 2.* Iaſ. *in leg. vt nemini,*
num 4. Cod. de collat. diximus *ſupr.*... ¶ In hujuſmodi cau-
ſa Romana ſocietatis, non expectauit Octauius li-
tem, ſed concordarunt omnes creditores habita di-
ſtinctione depoſitorum, & habentium obligatio-
nem cameralem, ſeu perſonalem tantum, cum aliis,
de quibus latius in inſtrumento concordiæ, quæ
fuit acceptata, licet non cum modico damno credi-
torum, & maximo lucro ipſius ob multas cauſas,
quas longum eſſet receuſere.

EPITOME.

Frater, & patruus an habeantur pro extraneis quo ad dotem dandam ſorori, & nepti. Et quando poſſint ſtipulari, vt illa ad eos reuertatur, vel ad alterum ſoluto matrimonio tam incontinenti, quam ex interuallo. ¶ Et quid ſi dotata excluditur ab hæreditate paterna propter dotem, quæ tunc ſuccedit loco legitimæ. ¶ Subſcribens quo caſu videatur approbare omnia in ſcriptura contenta, ſiue ſubſcriptio fiat ad probationem, ſiue ad ſubſtantiam, & validitatem actus. ¶ Stipulatio ſtricti juris an ſortiatur naturam bonæ fidei, ſi interponitur pro dote. ¶ Mulier quando poſſit teſtari de dote, quam habuit cum pactu, vt reuertatur ad dotantem. ¶ Dictiones *ſimiliter, nec non, item, pariter, idem, amplius, vt præmittitur*, & ſimiles in quibus caſibus repetant antecedentia, & de vario earum ſignificatu. ¶ Dos data viro an dicatur dos vxoris. ¶ Et an ex promiſſione dotis facta marito poſt ejus mortem detur vxori facultas illã exigendi. ¶ Statutum Vrbis mandans dotem datam per fratrem eſſe illi reſtituen-dam poſt ſolutum matrimonium an habeat locum tam ſi vxor prædecedat viro, quam ſi vir prædeceſſerit vxori. ¶ Pater ſi relinquat dotem filiæ an poſſit filius ſtipulari, vt illa ad eum reuertatur poſt obitum ipſius filiæ. ¶ Pacta circa reſtitutionem dotium quomodo ſint intelligenda ad fauorem mulierum. ¶ Promittens pro ſe, & de facto ſuo an videatur etiam promiſiſſe pro hæredibus. ¶ Extraneus dotans mulierem etiam diuitem an præſumatur dotem donaſſe, ita vt neque eam poſſit repetere ab illis, qui tenebantur dotare. ¶ Et ex quibus conjecturis colligatur animus donandi dotem abſque ſpe repetitionis. ¶ Adminiſtrator dans dotem puellæ cujus negotia geſſit, an dicatur illam donaſſe. ¶ Et quid ſi plus ſoluit pro dote, quam erat debitor ex adminiſtratione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia inter alios lata alteri non præiudicat.*

2 *Frater, & patruus dicuntur extranei quo ad dotem dandam ſorori, & nepti.*

3 *Extraneus dans dotem mulieri poteſt ſtipulari illam ſibi, vel alteri reſtitui, nam alias non daretur repetitio num. 6. 7 8. 59. & 60. Intellige dummodo incontinenti, non ſi ex internallo ſtipulatio fiat. nu. 9. & 77. Declara vt nu. 11. 12. 53.*

4 *In traditione rei ſuæ poſſunt apponi conditiones, quas tradens voluerit.*

5 *Qui poteſt actum facere, poterit etiam illum qualificare.*

10 *Promiſſio nuda dotis habetur pro veſtita, & efficax ad agendum.*

14 *Subſcribens videtur approbare omnia in ſcriptura contenta. Fallit ſi ſubſcriptio fiat ad probationem, non ad ſubſtantiam, & validitatem actus, num. 15.*

16 *Stipulatio in vno caſu non trahitur ad alium.*

17 *Pacta circa reſtitutionem dotium ſunt intelligenda ad fauorem mulierum propter bonum publicum, vt ciuitates repleantur liberis.*

18 *Dos data mulieri cenſetur deſtinata etiam pro ſecundo matrimonio.*

19 *Stipulatio eſt ſtricti iuris, ſed ſortitur naturam bonæ fidei, cum interponitur pro dote. nu. 20.*

21 *Mens contrahentium præualet verbis etiam in materia ſtricta, & habet locum arbitrium boni viri. nu. 22.*

23 *Dos data per fratrem ſorori reuertitur ad fratrem, ſi decedat abſque liberis iuxta ſtatutum Vrbis.*

24 *Statutum vbi adeſt, non eſt vlterius quærendum, tanquam ſit caſus legis.*

25 *Acceptans inſtrumentum debet illud approbare cum ſuis qualitatibus.*

26 *Vna pars contractus recipit interpretationem ab alia.*

27 *Frater obligatus ad dotandum non poteſt etiam incontinenti apponere pactum, vt dos ad eum reuertatur. num. 28. & 32. Maximè ſi dotata excluditur ab hereditate paterna propter dotem, quæ tunc ſuccedit loco legitimæ nu. 29. & 30.*

31 *Pater ſi relinquat dotem filiæ, non poteſt filius illam ſoluens ſtipulari, vt ſibi reddatur ſoluto matrimonio.*

33 *Mulier quando poſſit teſtari de dote, quam habuit cum pacto, vt reuertatur ad dotantem, nu. 34. 35. 36. & 37.*

38 *Dictiones* nec non, ſimiliter, item, pariter, idem, amplius, vt præmittitur, *& ſimiles repetunt omnes qualitates prius expreſſas num. 39. 40. 43. 44. 45. 46. 52. & 58. Declara vt nu. 48. 49 50. 51. 56. & 57.*

41 *Verbum* ſimiliter, *non reſtringit, ſed oſtendit ſimilitudinem facti, & modi ad præcedentia, & denotat quandam æqualitatem. nu. 42.*

47 *Dictio* pariter *idem importat, quod* ſimiliter, *denotando identitatem iuris, & modi, ſicut temporis, ſecus in ſtatutis, in quib. ſolum iuris, & modi, non temporis.*

53 *Dictiones* item, nec non, *& ſimiles non repetunt quando ſit mutatio perſonarum, & adeſt perfectio in vnoquoque capitulo, quamvis eadem conditio, & qualitas omnibus conueniret. n. 54. & 55.*

61 *Qualitates ſtatuti ſunt probandæ per eum, qui ſe in illo fundat.*

62 *Dos data viro dicitur dos vxoris cum qualitatibus in ea contentis.*

63 *Ex promiſſione dotis facta marito, poſt eius mortem datur vxori facultas illam exigendi.*

64 *Promittens pro ſe videtur quoque promittere pro hæredibus, quamvis de ſuo tantum facto promittat. numero 65.*

66 *Extraneus dotans mulierem, etiam diuitem an cenſeatur illi dotem donaſſe, ita vt neque eam poſſit repetere à patre, vel aliis qui tenebantur dotare. nu. 67. 68. 69. 72. 73. 76. & 80.*

70 *Coniectura quales ſint, ex quibus poſſit colligi, quod dotans mulierem voluerit dotem donare abſque animo illam ab alio repetendi, & num 71.*

74 *Adminiſtrator dotans puellam, cuius bona adminiſtrat, quando cenſeatur dotaſſe animo donandi. nu. 75.*

78 *In re ſua quilibet moderator, & arbiter.*

79 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

81 *In contractibus fit ſtricta interpretatio.*

82 *Imputandum eſt ei, qui potuit ſibi apertius præcauere, & non fecit.*

83 *Statutum Vrbis* lib 1. c. 130. *diſponens, vt dos reuertatur ad fratrem dotantem habet locum prædecedente vxore, non autem ſi vir prædeceſſerit.*

84 *Extenſio non eſt facienda de vno caſu ad alium.*

CAPVT DCCLXIX.

COnſtitutio dotis, de qua agimus, habet originem à tribus perſonis, videlicet à Cardinale, Marchione & Abbate, & quo ad Cardinalem non eſt vlla quæſtio circa reſtitutionem, cum de ea ſibi non proſpexerit, ſed ſolum ſimpliciter dotauerit, & ita procedit deciſio Romana de Ceſis corã R. P. D. Iuſto, 9. Iunij 1604. quæ licet ſit facta in hujuſmodi cauſa, tamen eſt ſolum quo ad perſonam Cardina-
1 lis, † non quo ad alios, de quibus non agebatur, vnde illis non præjudicat, *l. ſæpe, 63. de re iudic. l. 1. Cod. res int. alios act. l. 2. in fin. C. de fid. inſtrum. l. Modeſtinus,* 10. *Cod. de except. l. 1. & 2. Cod quib. res iudic. non noc.*

Sublata igitur dicta deciſione, quo ad dubium propoſitum concludendum eſt eſſe locum reſtitutioni dotis, de qua agimus, ſumus enim in fratre, & patruo
2 dotantibus, † qui in hac materia dicuntur extranei tanquam mulierem dotandam non habeant in poteſtate, *l. vnic. §. accedit, in fin C. de rei vxor. act.* Aret. *in §. fuerat, num. 13.* vbi Iaſ. *nu 30. inſtit. de action.* Surd. *conſil. 131. num. 30. lib. & conſil. 534. nu. 4. lib. 4.* Honded. *conſil. 19. num. 28. vſque ad num. 85. lib. 1.*

Quo ſtante potuit in caſu noſtro per dotantes inter-
3 poni pactum, & ſtipulatio ſibi dotem reſtitui, † ſi dotata obiret ſine filiis, quidquid alias, ceſſante hujuſmodi ſtipulatione, cenſeretur dos donata, nec competeret repetitio. Bald. Ang. & Salic. *in d. l. vnica, §. accedit, Cod. de rei vxor. action.* Rimin. Iun. *conſ. 567. nu. 1. & 2. lib.* Cephal. *conſ. 398. nu. 10. lib.* Neguſ. *de pignor. par, 2. nu. 4 n 27* Cum in traditione rei ſuæ
4 † poſſit quis omnia pacta apponere ſibi magis bene viſa, & poſſibilia, & à legibus non improbata, *leg. in traditionibus, 49.* vbi gloſſ. *in verb. in traditionibus, ad med. ff. de pact. l. ſi vnus, §. pacta, & l. contra iuris ff. eod. titu. leg. impoſſibilium ff. de regul. iur.* Cardin. *in clem. quia contingit. de relig. domib.* & qui poteſt pactum
5 facere, † poterit etiam illud qualificare, *l videamus, §. penultim, & leg. in actionibus, in princ. ff. de in lit. iurand.* Surd. *conſil. 513. num. 3 lib 5.* Becc. *conſil. 501. numero 25.*

Quæ adeo vera ſunt, vt non ſolum poſſit interponi ſtipulatio, vt dos reuertatur ad extraneum dotan-
6 tem, † ſed etiam ad alterum, quem ipſe voluerit, cum ſemper in vtroque caſu militet ratio illa, vt quis poſſit rei ſuæ legem dicere, nulla habita conſideratione, quod videatur adeſſe major ratio, quando interponitur ſtipulatio ad proprium commodum dotantis, quam ad vtilitatem alterius: Surd. *in l. 2. in princ. numero 6* & ibi Iaſ. *num. 8. in fin. verſ. extraneo credo quod veritas, ff. ſolut. matrimon.*

Surd.*co ſi.* 155.*numero* 23.*li.*2.Quidquid contrarium
7 † ſequatur Bart *conſi.*26.*numero* 1.*lib.*1. Rip.*in d.l.*1.
in princ.in 3.*dub.verſ.ſed certè,num.* 16.& ibi Barboſ.
8 *ff ſolut.matrim.* Quia contra eos eſt verior,† & magis communis opinio, vt latè teſtatur Card.Mantic. *de tacit. & ambig.conuent.lib.*12.*tit.*33.*nu.*45. *vſque ad num.*48.

Neque obſtat, quod in caſu,de quo agimus,præceſſerit apocha matrimonialis, in qua nulla fuit appoſita conditio , aut ſtipulatio, ſed ſolum conſtituta, &
9 promiſſa dos ſimpliciter ad fauorem mulieris,† vnde non poterat poſtea ex interuallo in inſtrumento paciſci de dicta dote reſtituenda in præjudicium ejuſdem mulieris , quæ acquiſiuit liberè dotem abſque vllo onere reſtituendi: *leg. quoties.ff.ſolut.matrim.*Gabr.*conſil.*58. *numero* 4.*lib.*1. Surd. *conſil.* 113. *numero* 2.*&* 3.*lib.*1. Bald. Nouell. *de dot priuil.*11.*li-*
10 *mit.* 10. *p.* 7. † Ita vt etiam ſi eſſet nuda promiſſio, cum ex ſpeciali dotis priuilegio habeatur pro veſtita,& efficaci ad agendum,*leg.exactionem,Cod.de dot. promiſſ.*

Quia reſpectu fratris , & Abbatis patrui non apparet in apocha fuiſſe conſtitutam aliquam dotem , cum illam totam ſolum promiſerit Cardinalis alter pa-
11 truus. † Vnde rectè potuit in inſtrumento apponi hujuſmodi pactum, cum reſpectu eorum, qui prius nihil promiſerunt,tunc incipiat promiſſio,tanquam voluntaria , non regulata ab aliqua antecedenti conuentione , & ſimili actu præambulo, neque ab eo aliquam neceſſariam cauſam habente: Salic. *in leg.vnic.§.accedit,numero* 39 *verſic.& confirmatur.* & ibi Bald.*in fin.verſ.preterea lex eſt expreſſa,numero* 1. *Cod.de rei vxor.action.* Idem Bald.*in leg.ex morte,ad med.verſ.ſecunda pars.*& ibi Petr.de Bellapertic. *in fin.Cod.de pact.conuent. tam ſuper dot. quam ſuper donat.* Salic.*in leg.legem,*10.*col.*2. *poſt princ.verſ.oppono ad idem.*& ibi Bald.*in princ.* & Corn.*nu.*6.*poſt med. Cod.de pact.*

Et ita intelligunt omnes Doctores , dum volunt,
12 quod poſt promiſſionem dotis † non poſſit fieri pactum in præjudicium mulieris,cum promiſſio faciat dotem,& fiat ad obligandum,traditio autem ſit ad liberandum, *leg. traditionibus,Cod. de pact.leg.ex morte,in fin.Codic.de pact.conuention.* & notat Cyn.*in*
13 *dict.§. accedit , ad med.*† Quia loquuntur quando dos habuit initium à promiſſione , ſecus ſi à traditione, à qua ſi incipiatur, poteſt apponi pactum,vt dos redeat ad dotantem:Surd.*conſil.*155 *numero* 23. *lib.*4.Neguſ.*de pignor.numero* 4 *p.*2 *numero* 27. & latius declarat Salic.*in leg.legem,num.* 3.*col.*2. *in princ. verſ.oppono ad idem.Cod.de pact.*

Nec facit ſubſcriptio facta per Abbatem in dicta apo
14 cha matrimoniali , † per quam videntur approbata omnia in ſcriptura contenta,*leg.pluribus.ff de verb. obligat.*Natt.*conſil.*18.*n.*4.Quia ex lectura ejuſdem apochæ apparet ſolum fuiſſe promiſſam dotem per Cardinalem,& ſubſcriptionem Abbatis fuiſſe adhi-
15 bitam pro teſtimonio veritatis , † vnde cum ſolum interuenerit ad probationem , & non ad ſubſtantiam,aut validitatem actus,non poterit talis ſubſcriptio aliquod præjudicium afferre, *l. Caius, de pignorat.act.l.ſi deceſſor,§ pater de pignorib.* Socin.*conſi.*43. *viſo teſtamento. col.vlt.nu.*20.*verſ.ſed ad hæc dicta reſpondetur,lib.*4.Caſtr.*in l emptor,*48.*§ Lucius,num.*4. *verſ.ex præcedenti nota duo,ff.de pact.& in leg ſi ita ſtipulatus fuero,*126.*§.Chryſogonus,col.*1.*in princ.num.*2. *verſ.quod eſt verum,ff.de verb.oblig.*Menoc.*præſumpt.* 66.*num.*20.*lib.*3.

Minus obſtat , quod etiam præſuppoſita validitate dictæ ſtipulationis , tamen non videbatur habere lo-
16 cum in caſu , de quo agimus , † cum iſta ſtipulatio fuerit concepta in euentum,quod dotata præmoreretur ſine filiis ejus viro , quaſi tunc prouiſio fuerit ſolum facta in vno caſu, adeo vt in aliis non expreſſis cenſeatur dos donata ipſi mulieri, *leg. ſi cum dotem,ff. ſolut. matrim.* Quia ſecundum mentem contrahentium non fuit conſideratus obitus mulieris ante virum , ſed ſolum, quod ipſa deceſſerit ſine liberis, ne alias ſequatur abſurdum, quod ſi prius vir moreretur, mulier remaneat indotata, & impediatur ſecundum matrimonium,cum ſemper hujuſmodi pacta circa reſtitutiones dotium debeamus in-
17 terpretari in caſu ſoluti matrimonij † per mortem vxoris ad fauorem publicum, vt repleantur ciuitates liberis,quamvis etiam ſi nus in extraneo dotante,*leg.Caius ſeius.*46.*ff ſolut.matrim.l.*2. vbi Bald.*in in* 1 *lectur.ff.de pact.dotalib.* poſt gloſſ.*in leg.ſi dotali.* 48. *in verb. interpoſita, ad fin. verſ. item caue,ff. ſolut. matrim.& in leg.*1. *in verb.interueni, de dot. prælegat.* Afflict.*ſuper conſtit. regn. libr.* 3. *rubr.* 14. *numero* 5. cum aliis, de quibus per Girz Maſtrill. *deciſ. regn.*
18 *Sicil.* 74.*p.*1. † vbi etiam quod quam talis dos fuiſſet reſtituta dotanti , adhuc ei remaneret jus ad illam repetendam,quaſi eadem dos ſit deſtinata pro alio matrimonio Bald. *nouell. de dot.*7.1. *in princ. nu.* 21.
19 Et facit,quia licet ſtipulatio ſit ſtricti juris,† *l.quidquid adſtringendæ, in princ.ff. de verb. oblig.* Tamen cum pro dote interponitur , tunc ſortitur naturam
20 bonæ fidei: † Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig conuent.lib.*1.*tit.*9.*numero* 3. Ita vt magis in ea inſpiciatur, quod actum eſt,quam quod verbis exprimitur,
21 † cum mens præualeat etiam in ſtipulationibus ſtricti juris, ex quibus verba declarantur, & extenduntur: Idem Card.Mantic. *ibid lib.*12 *titul.*4.*num.*
22 13. *cum ſeq.* Adeo vt ſemper intret † arbitrium boni viri,*l.*3 *§.ſi legatarius.ff ſi cui plus quam per leg falcid.*
Accedat ſtatutum Vrbis *cap.* 130. *lib.* 1. vbi dos data à
23 fratribus ſorori † de bonis propriis fratrum ſoluto matrimonio ſine liberis debet reuerti ad dictos fratres dotantes,illorumque hæredes; Vnde cum adſit
24 ſtatutum † dicitur adeſſe caſus legis , & non eſt vlterius inueſtigandum:Bald. *in leg.gallus,§.ſi eius,in* 2.*notab.ff.de liber. & poſthum.* Surd. *conſi.* 58.*numero lib.* 1. Et conſtat hujuſmodi pecunias fuiſſe datas de bonis propriis Marchionis fratris ex inſtrumen-
25 to dotali, † quod cum fuerit per partem aduerſam acceptatum, debet etiam approbari cum iſta qualitate:Bald *conſi* 15.*lib.*2. Surd *conſil.*52.*num.*36. *vſque ad* 44.*lib.*1.Tiraq.*de retract.conuent. in fin.nu.*5 *vſque ad* 10.

Et quamvis hoc ſtatutum ſolum deſeruiat pro acconcio , ſeu portione dotis data à fratre , non pro alia tradita per Abbatem patruum, cum de illo non loquatur ſtatutum , Tamen quo ad eum agitur ex conuentione , cum Abbas expreſsè ſtipulatus ſibi fuerit reſtitutionem dotis in caſu mortis mulieris ſimpliciter abſque vlla clauſula præobitus. Maximè,quia etiam in aliis partibus inſtrumenti, in quibus promittitur reſtitutio ejuſdem dotis , non adeſt caſus reſtrictus ad mortem viri,ſed ſolum ſimplici-
26 ter in obitu mulieris ſine filiis , † cum poſſit idem contractus recipere interpretationem ex his , quæ ſequuntur, tanquam vna pars illius declaretur per aliam:Ruin.*conſi* 15.*num* 7.*lib.*1.Rom.*conſ.*231.*nu.*2. Socin.*in l.*1.*n.*1.*ff.de reb.*Surd.*conſ.*77.*nu.*23.*lib.*1.

Alia

Alia,quæ poſſent opponi, non obſtant , quia proce-
duut in caſu,in quo frater,quamvis ſit extraneus te-
27 neretur dotare ſororem , † tunc enim non poſſet
per eum apponi pactum, vt dos ad eum reuertatur,
ſeu ad alium neque incontinenti in ipſa dotis con-
ſtitutione , cum enim dotet ex neceſſitate, & ad id
poſſit cogi, non valet hujuſmodi pactum ad ſui fa-
28 uorem in præjudicium mulieris,† omnia enim quæ
ſupradicta ſunt procedunt , quando extraneus, qui
dotem promiſit,non poterat cogi ad dotem conſti-
tuendam , provt eſt caſus noſter,tunc enim poſſet
ſibi,vel alteri reſtitutionem dotis ſtipulari,ita in ſpe-
cie diſtinguit Anchar. *conſil* 434. *ex narratis,num*.1.
Rip.*in l*.1.*num*.84.& ibi Barboſ.*par*.4.*num*.135.*poſt
med.verſ. vltimo amplia.ff.ſolut.matrimon.* Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 41. *&* 51. Surd.*de aliment. tit*. 1.
quæſt.25.*num*.10. Add.ad Bart.*in l.vnic.§.accedit,in
verb.ſtipulatus,Cod. de rei vxor.act.* Caſtr *conſi*.351.
pro fundamento,in prin.verſ.ſed contrarium dico,lib.1.
29 † Et ita limitatur diſpoſitio d §. *accedit*. Maximè ſi
filia dotata excluditur ab hæreditate paterna , quia
tunc dos ſuccedit loco legitimæ , juxta ea,quæ latè
adduximus *ſupra cap*.700 Vnde multo minus pote-
30 rit apponi ſtipulatio, † vt illa mortua dos reuerta-
tur ad fratrem, argumento *leg. quoniam in prioribus,
Cod.de inoffic.teſtam* & ſequitur Barboſ.*in l*.1.*p*.4 *nu*.
136.*verſ.conſonat,ff.ſolut.matrim*.Surd.*conſi*.113.*num*.
31 3 † Provt etiam ſi pater relinquat dotem filiæ in
teſtamento, non poterit filius illam ſoluens ſtipula-
ri, vt ſibi reddatur ſoluto matrimonio: Bald. *in leg.
auia,num*.10.*C.de iur.dot*.

Immo ſtantibus prædictis, quamvis fuiſſet tradita dos
per fratrem cum iſta ſtipulatione , & pacto , vt ſibi
32 dos reſtituatur. Tamen eueniente caſu reſtitutionis
dotis teneretur frater dictam ſtipulationem remit-
tere , cum enim eſſet obligatus ad illam dotan-
dam , videtur perſoluiſſe naturale debitum , vnde
non obſtante dicta ſtipulatione dabitur retentio
dotis , & competet actio ad ejuſdem ſtipulationis
remiſſionem: Anchar. in ſpecie *conſi*.434.*col*.2. *in
princ.num*.3.

Et per conſequens in caſibus prædictis ſtante inuali-
ditate pacti, mulier poterit de hujuſmodi dote te-
33 ſtari, † vt latè concludit Luc.de Pen. *in leg.deſcri-
ptionis,col*.13.*&* 14.*Cod. de impon. lucrat. deſcrip. lib*.
10. quem ſequitur Afflict. *ſuper conſtit. regni lib*. 3.
rubr. 14. *numero* 5. *in fin*. quod etiam voluit Caſtr.
conſ.351.*in princ.verſ.ſed contrarium dico,lib*.1.Quid-
34 quid ſecus ſit,† quando,provt in caſu noſtro,frater
non teneretur dotare , tunc enim valeret pactum
ex ſupra allegatis, & mulier non poſſet de tali dote
diſponere , aut teſtari , cum enim ex ſtipulatione
dos ſit alteri applicanda , non permittitur aliqua
diſpoſitio in illius præjudicium: Bald. *in l*. 2. *numero*
8.*Cod.de hæredit.action.per text.in leg.cum maritus*.§.
35 *fin.ff.de pact.dotalib*. † quem ſingularem in propoſi-
to dicit Aret.*conſil*.74. *diligenter & maturè,col*.5.*in
fin.verſ. pro iſta concluſione, numero* 9. Oſaſc.*deciſ*.20.
numero 6.cum alijs per Surd. *conſi*. 113. *numer*.4.*lib*.
1 Socin.*conſil*.137.*in fin*.Roland *de lucr.dot.quæſt*.82.
Cagnol.*in l vlt*.n.225.*C.de pact*.

Et ſecundum prædictam diſtinctionem intelligitur
Bald. *conſil*. 49. *quæſtio iſta eſt de apicibus* , *numero* 1.
36 *lib*. 2. † vbi concludit , quod mulier non obſtante
paterna ſtipulatione poſſit de dote teſtari. Quia
illud verum eſt , quando filiæ deberetur legitima.
Nam ſi hæredes volunt vti pacto , & ſtipulatione
ſuper dotis reſtitutione , poterit mulier legitimam
37 petere,† ſi vero volunt dicti hæredes,quod dos im-
putetur in legitimam , tenentur pactum remittere,
vt dos penes eam ſit libera , provt eſſe debet legiti-
ma: Surd.qui ita poſt alios declarat *conſil*.313.*num*.
3.*&* 4.*lib*.1.

Neque eſt attendendum,quod nouiter opponitur con-
tra Abbatem , vt etiam ſtipulatio dotis per eum fa-
cta quamvis ſit ſimpliciter abſque illa clauſula præ-
obitus mulieris , tamen debeat intelligi cum dicta
38 clauſula,provt fuit ſtipulatio Marchionis † propter
illas dictiones *necnon, ſimiliter, item, ſeu pariter*,quæ
ſtatim poſt ſtipulationem Marchionis ſubſequun-
tur in ſtipulatione Abbatis, quarum dictionum na-
tura eſt repetere omnes qualitates expreſſas in ſti-
pulatione Marchionis & ſic etiam caſum præobitus
39 mulieris, † provt in verbis *ſimiliter*. Ladetch.*conſil*.
57.*num* 4 vbi allegat gloſ *in leg.cum* 18.§.*ſi vnus,in
verb.obligatus,de tranſaction*.& Bald.*conſil*.94.*num*. 2.
40 *lib* 3. qui tamen loquuntur in dictione *idem*. † quæ
omnia repetit: Ruin.*conſil*.3.*numer*.4.*lib*. 1. § Quod
etiam in verbis *ſimiliter*,voluit Ponte.*conſi*.19.*nu*.6.
poſt gloſſ *in leg. non omnes*, 5 *in verb.ſimiliter,de re
militar. & in §. hinc autem, auth.de monach*. & talis
41 dictio † *ſimiliter*,non reſtringit, ſed oſtendit ſimili-
tudinem facti, & modi ad præcedentia: Innoc. *in
cap.ex reſcripto*,9.*ad med.de iureiur*.Socin *conſi*.181.
42 *num* 3.*lib*.2. Honded *conſi*.4.*num*.85.*lib*.1. vbi etiam
quod denotat quandam æqualitatem,gloſ.*in l fin*.§.
penult Cod commun.de legat Menoch.*conſil* 114.*num*.
43 60.*lib*.2. § Et in dictione *nec non*; † quæ idem ſigni-
ficat,quod *amplius*, repetendo omnes qualitates, &
conditiones præcedentis orationis , ſeu diſpoſitio-
nis: Bart.*in leg.Seio,§.Caio,ff.de fund.inſtruct* dixi *ſu-
pra cap*.70.*numero* 32.*& cap*.147.*num*. 18 Gonzal.*ad
reg*.8.*gloſſ*.3.*num*.5.*& gloſſ*.5.§ 7.*num* 78. Ponte *conſil*.
19 *num*.2. vbi allegat *l.ſi ſic*,13.*& l.ſub: pure*,52 *ff.de
44 legat*.3. † quæ tamen jura loquuntur in verbis *am-
plius*. § Et in dictione *item*,quæ eſt repetitiua ante-
45 cedentium:† Bart.*in leg. in repetendis*,61.*ff. de legat*.
3. Ruin. *conſil*. 162. *numero* 18 *lib*.5 vbi etiam quod
repetit cauſam , de qua in principio inſtrumenti,
46 † & in præcedenti capitulo, adeo vt promiſſio di-
catur facta ex cauſa dotis. quia ſine ea illa non eſſet
valida: Rebuff.*in leg. labeo*, 14. §. *item ſi dominus,col*.
47 2.*poſt med verſ.aliquando, ff.de verbor.ſignific*. § † Et
de verbo *pariter* , quod idem importat , quod *ſi-
militer* , denotando identitatem ; & ſimilitudi-
nem juris , & modi ; ſicut temporis, quidquid ſit
in ſtatutis,in quibus ſolum juris, & modi,non tem-
poris: Gabr.*conſil*.9.*numero* 14.*lib*. 1.*& conſil*.96.*num*.
10.*eod.lib*.

Quia reſponderetur,quod in facti ſpecie,de qua agimus,
habemus claram mentem Abbatis , qui ſimplici-
48 ter ſibi proſpexit in caſu mortis, † vnde non intrat
præſumptio repetitionis qualitatum per iſtas di-
ctiones repetitiuas: Bald. *in l*.1. *numero* 5.*Cod.de le-
gitim. hæredib*. Dec *conſil* 646. *in caſu propoſito,num*.
5.cum ſatis ſit mentem diſponentis poſſe verificari
49 etiam qualitate † non repetita: Butr. *in clem*. 1. *ad
fin. de ſuppl.neglig.prælator*. quem refert, & ſequitur
Alex. *conſi*. 48.*ſuper extractione, column. penult. poſt
med numero* 9.*verſ. poſtremo fortificantur,lib*.1. Ruin.
50 *conſil*.176.*numer*. 12.*lib*.2. † vbi quod iſtæ dictiones
item,& ſimiles non repetunt,vbi mens poteſt verifi-
cari in omni caſu,& in quolibet diſtributiuo ſine
repetitione qualitatis *cap.cum ſingula, de prebend.in*
6. § Provt etiam verbum *ſimiliter* repetit omnia ex-
preſſa in caſu ſuperiori , dummodo non repugnet

51 mens diſpo-ētis, † & non adſit cōtrarietas: Saphil.
*de grat.expectatiu.verſ.circa tertium. in princ tom.*1 52
*par.*1.*fol.*287.vbi allegat gloſſ.*in cap.ſapientes,* 16.§.
inſuper,in verb.præſentauerint.& ibi Gemin.*numer.*3.
52 *de elect.in ſexto.*† ſed loquitur in verbis, vt præmit-
titur.
Præſertim, quia iſtæ dictiones non repetunt, quando
53 provt in caſu noſtro,fit mutatio perſonarum:† Bart.
*conſi.*39.*cola requirit,lib.*1.Dec.*conſil.*189. *circa pri-
mum dubium,num.*1. Cum etiam non adſit imperfe-
54 ctio orationis in iſtis duobus capitulis, † ſed in
vnoquoque perfectio,quæ facit,vt non detur repe-
titio: Alexan.*conſi.*117.*col.*2.*in verſ.non obſtat quod di-
cebatur lib* 1.juxta *leg.qui fundum,ff.de contrah empt.*
Iaſ.*in §.æque,nu* 45.*inſtit. de action.* Cephal.*conſ.*527.
55 *numero* 22. *&* 23. *lib.*4. † Quamvis eadem qualitas,
ſeu conditio omnibus conueniret:Honded.*conſi.*91.
numero 6.*vſque ad* 10. *lib.* 1. Maximè, quia ſumma
promiſſa per Marchionem eſt modica de ſcutis mil-
le tantum. Iſta autem eſt magna in ſcutis quinque
56 millibus, † ita vt ex hoc magis excludatur qua-
litas repetitionis.Dec.*conſi.*636.*numer.*3. Vltra quod
Marchio erat frater, Abbas autem patruus, & ſic
minus conjunctus, & ad quem non ita ſpectabat
57 dotem dare,ſicut ad fratrem, † quod magis excludit
donationem dotis, & repetitionem ſimitis qualita-
tis: Doct.*in leg.in repetendis,de leg.*3. Dec. *conſil.* 189.
numero 1. § Quidquid alias dictio *nec non*, repetat,
& affirmet,& ſignificet idem quod, *&* §.*cumque hoc.*
vbi gloſſ.*in verb.nec non.* Atet.*num* 11 Io.Faber.*nu.*1.
in proœm. inſtitut. Bertazzol *clauſul* 7.*gloſ.*1. Rebuff.
qui multas leges concordantes allegat *in leg. duobus
negatiuis.*237.*in princ ff.de verb.ſign. & in l.locus,*60.
58 *ad med ff eod.tit.*† & de iſtis dictionib. *item, pariter,
ſimiliter,nec non,*latè Barboſ.*in dictionibus.& clauſul.
dict.*159.210.316.*&* 178.
Nec aduerſatur, quod Abbas, & Marchio cenſeantur
ſoluiſſe animo repetendi à Cardinale, pro quo ſol-
59 uerunt, & à quo dos erat danda. † Quia ſatis eſt,
quod in ſolutione dotis facta per Marchionem, &
Abbatem ſibi ita proſpexerunt quo ad reſtitutio-
nem ejuſdem dotis. Vnde ſoluendo cum iſta quali-
tate cenſentur voluiſſe excludere donationem, &
per conſequens habuiſſe animum repetendi etiam
ab ipſa muliere, provt ſtipulatio fuit interpoſita,
quæ poterat fieri, cum non adſit interuallum tem-
poris vt ſupradictum eſt, ſed incontinenti facta
fuerit: Bald.*in leg.legem,in princ.* & ibi Corn.*numero*
6.*Cod.de pact.* Neque animus repetendi à Cardina-
le implicat, quod vigore dicti pacti, & ſtipulationis
non detur etiam repetitio ab hæredibus mulieris,
60 cum non ſufficiat, quod expreſsè fuerit facta ſolu-
tio pro alio cum dicta qualitate reſtitutionis, quæ
magis excludit donationem: Menoch *de arbitrar.
caſ.*888.*numero* 42.poſt Bald.*Nouell.in l.*1.*num.*138.
ff.ſolut.matrim.
Licet verè dicendum ſit,quod tam Marchio,quam Ab-
bas ſint principales dotantes, & tanquam tales do-
tem ſoluerint cum pactis reſtitutionis, cum non
eſſet effectuatum matrimonium ex promiſſione
Cardinalis,ſed tam Marchio,quam Abbas dederint
dictam dotem, vt illud haberet effectum, vt clarè
dicitur in inſtrumento dotali, ita vt non adſit con-
tradictio,vt prius fuerit promiſſa dos ab vno,& po-
ſtea illius poſſit etiam promitti & dari ab alio.& ſic
61 reſpectu iſtorum erit vera dos,† & verificabitur ſta-
tutum,quaſi qualitates in eo rèquiſitæ ſint verifica-
tæ, provt opus eſt: Alexand. *conſil.* 88. *numero* 2.
lib. 4. Dec. *conſil.* 125. *numero ſexto.*
Nec ſubſiſtit, quod talis dos ſic conſtituta, & conuen-
tio non præjudicet mulieri tanquam ſi facta viro.
62 † Quia cum dos detur pro ea ipſius marito dicitur
dos vxoris, quæ illi tenetur ſtare reſpectu extranei,
quæ in eam dotauit, & ex confeſſione viri inconti-
nenti acquiritur mulieri jus perfectè quæſitum, ita
vt periculo ejus incipiat eſſe dos cum qualitatibus
in ea contentis. Brun.*de ſtatut.exclud. fœmin. art.* 6.
numero 229.Campeg.*eod.tractat.quæſt.*55.*numero* 129.
& in tract.de dot. par. 5. *quæſt* 75. *&* 76. poſt Ang.
63 *conſil.* 145. *col.* 1. † Cum etiam ex tali promiſſione
facta viro poſt ejus mortem detur vxori facultas il-
lam exigendi: Guip.Pap.*deciſ.*375. intentando quo-
que jus executiuum; Anna.*allegat.*129.*lib.*2.
Et quod dicitur de ſtatuto requirente etiam ſtipula-
64 tionem hæredum non obſtat. † Quia promittens
pro ſe videtur quoque promiſiſſe pro hæredibus:
Bart.*in leg.ſic ſtipulatus,*133.*num.*2.*de verbor.obligat.*
Alexand. *conſil.*13.*lib.*5. Dec.*conſil.*261. *in cauſa ma-
65 gnifici.numero* 6.† vbi etiam, quod procedit, quam-
vis de ſuo tantum facto promittat: Bald *in leg.fin.
Cod.de action.empt.*Alexand.*conſil.*18. *attentis narra-
tis,lib* 5.
Ex prædictis clarè apparet non poſſe dici in caſu no-
ſtro fuiſſe donatas dotes traditas per Abbatem, &
Marchionem, ſtante pacto per eos incontinenti ap-
poſito de reſtituendo ex ſupra allegatis, ita vt non
ſit diſputandum,an extraneus dotans cenſeatur do-
tem donaſſe,vel potius ſit præſumendum,quod ha-
buerit animum repetendi ab illis, qui tenebantur
66 dotare. † In qua quæſtione ſecundum aliquos ve-
rior eſt opinio, quod ſi extraneus dotem pro mulie-
re dederit, nec ſpecialiter ſibi illam fuerit ſtipula-
tus, cenſeatur donaſſe mulieri, quæ fingetur ſtipu-
lationem in perſonam ſuam interpoſuiſſe, nec
enim hoc caſu præſumendum eſt extraneum ſibi
ſtipulatum fuiſſe, ne quod fauore mulierum indu-
ctum eſt in earum odium retorqueatur: Gloſſ. *in
leg. vnic.* § *accedit, in verb. præſumatur, Cod. de rei
vxor. act.* Caſtr. *in leg. Caius*, *numero tertio*, & ibi
Alexand.*in* 1.*nou.b ff.ſolut.matrimon.*Idem Alexand.
*conſil.*13.*numero* 14.*libro primo, alias eſt conſil.*19.*nu-
67 mero* 12. *lib.* 4 † Quod procedit quamvis mulier eſ-
ſet dines,quia hoc eſt priuilegium dotis, vnde ei iſta
tacita actio ex ſtipulatu dabitur: Cardin. Mantic.
*de tacit. & ambig. conuent.tit.*9 *lib.*14. *numero* 31. Et
68 generale eſt, † vt extraneus dotans videatur dona-
re: Ruin.*conſil.*223.*numero* 9. *lib.*1. Surd. *conſil.* 196.
numero 26.*lib.* 2. Adeo vt nullum jus ſibi videatur
reſeruare, ideo neque poterit repetere à fratre, ſeu
69 patre mulieris, ſeu ab alia perſona, † quæ teneba-
tur dotare, nam ſi hoc poſſet facere, aliquod jus
ſibi reſeruaſſet, quod eſt contra text. *in leg. vnic.* §.
*accedit, Cod.de rei vxor.act.*provt de veriori opinio-
ne latè teſtatur Surd. *conſil.* 514. *numero* 5. *vſque ad*
70 *numero* 9. *lib.* 4. † vbi ſubdit hoc magis procedere
ſtantibus multis conjecturis ibidem relatis,ex qui-
bus colligebantur voluiſſe in totum donare abſque
71 animo ampliùs repetendi, † & inter alias eſt illa,
quando extraneus dotans dixit dotare de ſuis pro-
priis pecuniis, cum non diceretur de ſuo ſoluere, ſi
poſſet ſolutum à fratre repetere, ſeu ab aliis,qui te-
nebantur dotare: Soc.Iun.in terminis *conſil.*79 *num.*
54.*lib.*3.
Verum contrariam ſententiam,quando extraneus do-
tans præſumatur habuiſſe animum repetendi ab
72 illis, † qui tenebantur dotare, tenet latè Cardin.
Mantic.

Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionibus, tit. 13. lib. 13.*
nu. 14. vſque ad nu. 18. vbi quod hoc eſt magis rece-
ptum, *& ibi* intelligit. *§. accedit.* procedere quando
non ſupereſſet alius, ad quem pertineret onus do-
tandi ipſam mulierem, pro qua extraneus dedit do-
tem: Caſtr. *conſil. 96. ad fin. verſ. nec obſtat, lib. 2.* Natt.
conſi. 100. n. 14. Ruin. *conſil. 171. n. 12. & conſi 223. n. 9.*
lib. 1 Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 8.* & hanc opi-
nionem videtur tenere Rot. in hac cauſa, *vt infra*
num. 80. Vbald. *de duob. fratr. part. 6. numero vndeci-*
mo, Alciat. *conſi. 48. numero ſecundo, libro octauo.*
73 † Neque in hoc præiudicatur mulieri, ſi repetitur
ab illis, qui eam tenebantur dotare: Mantic. *ibid.*
n. 17. ad med. Quamuis idem Mantic. *de tacit. lib. 13.*
tit. 9. nu. 17. & 18. aliud ſentiat, quod videatur do-
74 naſſe abſque animo repetendi, † niſi talis extraneus
gereret negotia ipſius puellæ: Socin. *conſ. 291. nu. 8.*
cum ſeq. lib. 2. Cum donatio dotis non præſumatur,
75 quando dotans erat adminiſtrator, † intelligendo
quatenus eſt debitor ex adminiſtratione, ſecùs
quando plus ſoluit, quam debebat, tunc enim illud
plus videtur donaſſe: Surd. *conſi 324. num. 15. lib. 3.*
Sed vt dictum eſt, talis quæſtio non facit ad ca-
ſum noſtrum, in quo habemus prouiſionem cla-
ram dotantium in ſibi proſpiciendo de dotis reſti-
tutione, ita vt ex hoc excludatur donatio ex ſuprà
allegatis.

In huiuſmodi cauſa Romana reſtitutionis dotis, ſeu
Romana de Celſis omnia iſta fuerunt pluries propo-
ſita, & diſcuſſa de anno 1614. coram R.P.D. Piro-
uano, arbitro à partibus electo, licet nulla reſo-
lutio vnquam facta fuerit, & cum poſt expira-
tum compromiſſum cauſa cognoſceretur coram
Cardin. Sacrato, factis pluribus propoſitionibus die
1. Iunij 1615. fuit deciſum, quod hæredes mulieris
non teneantur reſtituere aliquam dotem Marchio-
ni. Ratio deciſionis fuit, quia Cardinalis non erat
de illis, qui tenerentur dotare Flaminiam, tanquam
illam non haberet in poteſtate: Bald. *in l. vnica, §.*
76 *accedit, Cod. de rei vxor. action.* † & conſequenter
in eo, quod dotauit, videtur liberè donaſſe: Idem
Bald. *in d. §. accedit, in ſummar.* Corn. *conſ. 124. n. 1.*
lib. 1. Menoch. *de arbitr. caſ. 88. n. 36.* Dec. *conſi. 35.*
num. 1. Atque exinde non potuerunt opponi nouæ
77 conditiones † poſt temporis interuallum in præiu-
dicium ipſius mulieris *l. ex morte*, vbi Gloſ. *in verb.*
oblationes, Cod. de pact. conuent. & in dict. §. accedit,
in verb. fecerit. & ibi Bald. *numero ſecundo. verſicul.*
quæris. Idem Bald. *conſ. 179. in princip. lib. 2.* Cam-
peg. *de dot. part. 3. qu. 138.* Petr. de Rauen. *ſingul.*
78 *165* ¶ † Non obſtante, quod Marchio ſoluerit ta-
lem dotem de propriis pecuniis, qui licet poſſit di-
cere nouam legem ad notata *in l. in re mandata, 21.*
C. manda. Tamen hoc procedit, ſi elegiſſet de pro-
prio conſtituere hanc dotem, ita vt potuerit rema-
nere actio contra Cardinalem pro alia dote per
eum promiſſa, ſed cum Marchio elegerit ſoluere
illammet dotem, quam promiſit Cardinalis, non
potuit nouam legem dicere, ſicut non potuiſſet ip-
ſemet Cardinalis, pro quo ſoluebat iuxta regulam
79 † ſubrogatum, de qua in *l. ſi eum, §. qui iniuriarum,*
ff. ſi quis cautionibus, cum aliis per Gabr. *conclu. 2.*
80 *per tot. de regul. iur.* Et ſatis eſt, † quod Mar-
chioni remaneat vtilis actio negotiorum geſto-
rum contra hæredem Cardinalis, cuius debitum
ſoluit, *l. ſoluendo, & l. ſi pupilli, ff. de nego. geſt. l. ſolu-*
tionum, ff. de ſolutionibus. Dec. *conſ. 284. num. 4.*
verſ. dicendum breuiter. Gabr. *conſi. 444. n. 2. verſ. con-*
cludes ergo, & n. 3. Rimin. Iun. *conſil. 132. per tot. lib. 2.*

Et præſuppoſito etiam, quod Marchio potuiſſet no-
uam legem dicere, Tamen neque illi deberet dos
reſtitui, quia ſtipulatus eſt reſtitutionem dotis, caſu
quo Flaminia præmoreretur Troili ſine filiis, qui
caſus non euenit, cum non ſit præmortua Flaminia
81 Troilo, ſed Troilus ipſi Flaminiæ, † & in contra-
ctibus ſit ſtricta interpretatio, ita vt ſtipulatio com-
miſſa in vno caſu non ſuffragetur in alio, *l. quid-*
quid aſtringenda D. de verbor obligationib. Bald. *conſi.*
226. verſi tamen quæro in ſtipulatione, lib. 3. & ſibi
82 debet imputare, † qui potuit apertius cauere, *d. l.*
quidquid aſtringenda. eo magis, quia inter vtrumque
caſum poteſt conſiderari aliqua ratio diuerſitatis,
nempe quod prædecedente Flaminia ſine filiis, no-
luit Marchio, quod Troilus omnino extraneus frue-
retur ſuis pecuniis, & præmoriente Troilo non erat
verisimile, quod Marchio permiſerit ſorori tan-
quam magis dilectæ, quam Troilus, vt de hac ſum-
ma ad libitum diſponere poſſet.

Quo vero ad ſtatutum *c.* 130. fuit viſa accommodari
83 eadem reſponſio, † quod ſcilicet loquatur præde-
cedente vxore, non autem prædecedente viro, &
quod poteſt dari ratio diuerſitatis inter vtrumque
caſum, vt dictum eſt, cum etiam ſit exorbitans à
iuris communis diſpoſitione, ſecundum quod dos
non reuertitur ad extraneum dotantem, *l. vnic. §.*
accedit. C. de rei vxor. actien. vnde ſequitur, quod
84 non ſit facienda extenſio de vno caſu ad alium, *l.*
fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio, vbi Gloſſ.
in verb. vſuras, ff. de fideiuſſoribus, Bald. *in c. 4. in*
princ. in verb. pone quod emphyteuta. tit. qual. olim.
dum. prop. feud. priuet. ¶ Hactenus deciſio, in qua,
cum non fuerit, plene ſatisfactum difficultatibus
propoſitis, fuit ex ſolita Rotæ benignitate manda-
tum iterum diſtinctè videri ſuper intellectu dicti
ſtatuti, & pacti tam interpoſiti per Marchionem,
quam per Abbatem, de quo Abbate nihil deciſio
loquitur, & præſertim an dos per eos data pro effe-
ctuatione matrimonij nulla præcedente promiſſio-
ne potuerit habere nouas leges, & conditiones,
quamuis prætendatur illam eſſe ſubrogatam loco
dotis promiſſæ per Cardinalem, tanquam non ſem-
per ſubrogatio procedat cum eiſdem qualitatibus,
& poſſit quis dotem dare, vt citius ſequatur matri-
monium, quamuis ab alio prius dos fuerit promiſſa
cum nouis conuentionibus, non habita ratione
ſubrogationis, quæ omnia latius diſcutientur in-
fra Deo dante in capite particulari, ex quibus pote-
rit haberi clara reſolutio difficultatum, quæ propo-
nuntur.

EPITOME.

Pactum, quod contraueniens tranſactioni re-
ſtituatur accepta an ſit conforme iuri communi,
& cenſeatur adiectum quamuis non fuiſſet ex-
preſſum. ¶ Et an ſit obligatus etiam ad reſtitutio-
nem fructuum. ¶ Lex, ſeu ſententia mandans ac-
cepta reſtitui an ſit intelligenda de plenaria re-
ſtitutione, ita vt comprehendat etiam fru-
ctus. ¶ Iuramentum an extendatur ad acceſſo-
ria, & ad fructus. ¶ Et an habeat vim clauſulæ
rato manente pacto, operando effectum petitio-
nis cumulatiuæ in fauorem eius, qui ſeruat con-
tractum. ¶ Verba, *pœna reſtituta*, de quibus in

l. ſi quis maior, C. de tranſaction. an ſint interpretanda pro data. ¶ Repetitio datorum an habeat locum ſtante exceptione oppoſita contra tranſactionem. ¶ Statutum Vrbis prohibens exigi pœnas conuentionales an procedat in pœnis legalibus in conuentionem deductis. ¶ Caſus mixtus quando comprehendatur in diſpoſitione loquẽte de ſimplici. ¶ Executio an competat pro virtualiter comprehenſis, ¶ Reſtitutio acceptorum facienda per eum, qui non ſeruat contractũ an dicatur pœna legalis, & in quo differat ab aliis, quæ talis contrauenientes incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod contrauenientes tranſactioni reſtituat accepta idem continet, quod ius commune, & cenſetur adiectum, quamuis non contrauenientium fuiſſet, n.3.*

2 *Conuentio conformis iuri communi dicitur naturalis, ita vt illius expreſſio nihil operetur, tanquam tacitè inſit, & non inducit pœnam.*

4 *Lex mandans aliquid acceptum reſtitui intelligitur de plenaria reſtitutione vna cum fructibus.*

5 *Sententia eſt ſtricti iuris.*

6 *Fructus veniunt in ſententia præcipiente reſtitutionem rei.*

7 *Iuramentum licet non extendatur, tamen porrigitur etiam ad omnia acceſſoria, & ad fructus.*

8 *Contrauenient transactioni tenetur etiam ad reſtitutionem fructuum.*

9 *Reſtitutio dicitur eſſe de re aliena, non de propria, n.10.*

11 *Verba,* pœna reſtituta, *de quibus in* l. ſi quis maior. C. de tranſact. *ſunt interpretanda pro data.*

12 *Repetitio datorum non habet locum ſtante exceptione oppoſita contra tranſactionem.*

13 *Iuramentum habet vim clauſulæ* rato manente pacto.

14 *Clauſula* rato manente pacto, *operatur effectum petitionis cumulatiuæ in fauorem eius, qui ſeruat contractum, non autem illius, qui contrauenit, in cuius odium nullam vim habet, n.15.*

16 *Reſtitutio datorum facienda per eum, qui non ſeruat tranſactionem dicitur pœna legalis, & inquo differat ab aliis pœnis, quas illam inobſeruans incurrit.*

17 *Statutum Vrbis prohibens exigi pœnas conuentionales, non habet locum in pœnis legalibus in conuentionem deductis.*

18 *Pœna legalis poteſt in quadruplum tranſcendere, ſecus in pœna conuentionali.*

19 *Caſus mixtus non comprehenditur in ſtatuto loquente de ſimplici.*

20 *Contrauenient tranſactioni debet reſtituere omnia, quæ accepit.*

21 *Impugnans actum non poteſt aliquod commodum accipere in his, quæ continẽtur in diſpoſitione impugnata.*

22 *Executio competit pro virtualiter contentis, non ſecus ac ſi eſſent expreſſa.*

CAPVT DCCLXX.

PActum in tranſactione oppoſitum, quod contrauenient teneatur reſtituere bona accepta
1 Idem continet, quod ius commune ſecundum quod petens reſcindi actum per tranſactionem definitum, opus eſt, vt prius reſtituat omnia quæ accepit. *l. diuerſa,* 14. *C. de tranſact. l.* 1. *C. ſi ſeru. exter.* Bald. *in c.* 1 §. *notandum eſt autem, num.* 1. *de his qui feud. dar. poſ.* Afflict. *deciſ.* 220. *n.* 4. Grammat. *deciſ.* 66. *nu.* 22. Aym. *conſ.* 7. *nu.* 14. Felin. *in c. cum cauſa, n.* 10. *de re iudic.*

Quo ſtante non poteſt dici, quod huiuſmodi pa-
2 ctum ſit pœna, † cum enim ſit conforme iuri communi, dicitur naturale, ita vt illius expreſſio, tanquam tacitè inſit, nihil operetur, *l. nonnullè, C. de fideiuſſor.* & in ſimilibus conuentionibus: Bald. *in rubr. C. de contrah. empt.* Rip. *in l.* 3 *de legat.* Surd.
3 *deciſ.* 220. *nu.* 12. *&* 13. † Cum etiam ſi conuentum non fuiſſet, cenſeretur tamen adiectum: Idem Surd. *deciſ.* 171. *n.* 21.

Nec obſtat, quod vltra reſtitutionem promiſſam de bonis acceptis, additum etiam ſit de reſtituendis
4 fructibus, Quia neque hoc inducit pœnam, † cum eo ipſo, quod lex mandat aliquid acceptum reſtitui, intelligatur de plenaria reſtitutione, in qua veniunt fructus, *l. videamus, la* 2. §. *in fauiana, in fin. ff de vſur. c. grauis. de reſtit. ſpoliat.* Decian. *in l. condemnatione,* 133. § *cum verbum, n.* 1 *de reg. iur.* Mattul. *ſing.* 17. Luc. de Peon. *in l. ſi colono, quæſt.* 9. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Couar. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 3. *n.* 1.
5 *&* 2. † Quod etiam eſt in materia ſtricta, prout in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris: Alexand. *conſ.* 108. *nu.* 2. *lib.* 5. & tamen ſi præcipit reſtitutionem rei,
6 † includit etiam fructus: Bald. *in rubr. C. de fruct. & lit. expenſ.* Innoc. *in c. ex conqueſtione, de reſtitu. ſpoliator.* Iaſ. *in l. ait prætor, §. ſi debitor. nu.* 10. *verſic. ſecundo & notabilius, ff. de in integr. reſtitut.* Surd. *deciſ.* 212. *nu.* 11. *vſque ad* 14. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in præ-*
7 *lud. n.* 6. ¶ † Prout etiam in iuramento, quod quamuis non extendatur, nihilominus porrigitur ad omnia acceſſoria, & ad fructus: Bald *in l. ſed & ſi poſ-*
8 *ſeſſori. col. fin.* & ibi Roman. *nu.* 5. *ff. de iureiur.* † Et in contrauenientem tranſactioni, quod contrauenientes teneatur etiam ad fructus: Curt. Ion. *in l. ſi quis maior, nu.* 48. *ad fin.* & ibi Claud. Bertaz. *n.* 694. *vſque ad* 696. *C. de tranſact.* poſt Gloſ. & Ang. *in auth. de ſucceſ. nupt. in princ.*

Et minus tale pactum poteſt dici pœna, cum per illud
9 mandetur fieri reſtitutionem rei acceptæ, † vnde iſta reſtitutio dicitur eſſe de re aliena, non de propria, cum proprium non poſſit dici reſtitui, ſed
10 dari, † alienum enim reſtituitur, *l. qui reſtituere, de rei vend. &* §. *ſic itaque inſt. de act.* Ideo quamuis in
11 *l. ſi quis maior.* 41. *C. de tranſact.* dicatur † *reſtituta pœna,* Tamen doctores interpretantur illud verbum *reſtituta,* id eſt data cum alias non eſſet pœna, quia ibi pro pœna ſuum datur, & non alienum, quod proprie cadit in reſtituente: Salic. *in d. l. ſi quis maior, col.* 2 *in princ. nu.* 7. *& col.* 5. *in fi. n.* 15. & ibi Alciat. *nu.* 68. latè Parpal. *nu* 48. *&* 49. per tex. *in l.* 1. *ad fin.* vbi Gloſ. *in verb. hoc interdictum.* & Bart. *num.* 5. *ff. quor. bonor.* Bald. *in l. cum etiam, in* 2. *notab.* & ibi Add *in verb. reddi C. de reb. credit. & in l. mancipia. in fin. C. de ſeru. fugitiu.*

Neque oberit, quod ſtante exceptione tranſactio-
12 nis oppoſita, † non habet locum repetitio datorum, *l. eleganter.* 23. §. *ſi quis poſt. in fi. ff. de condict. indeb. l. reſcriptum,* §. *ſi pactis. ff de pactis.* Quia aliud eſt quando hoc actum eſſet, vt vtrumque peti poſſit, prout dicitur tunc de hoc actum, quan-
13 do vt in caſu noſtro adeſt iuramentum, † quod habet vim clauſulæ, *rato manente pacto*: Alex. *conſ.* 206. *col.* 2. *in princ. lib.* 7 Seraph. *priuil. iuram* 85.
14 *nu.* 2. † quæ operatur effectum petitionis cumulatiuæ in fauorem eius, qui ſeruat contractum, non autem illius, qui contrauenit, in cuius odium nullam vim habet: Gloſ. *in l. eleganter,* § *ſi quis poſt tranſactionem, in verbo non habet, D. de condict. indebit.* per

debit. per text. *in l. cum propo ıas, C. de tra-ſact. & in l. qui fidem,* vbi Glo(. *in verb. cogetur. ad med. ff. eod. tit.* Affl. *deciſ.* 320. *n.* 5. latè Vital. *de clauſul. poſt prin-*
15 *cip. in verb. rato ma ente pacto, fol.* 4. † & concludunt omnes *in l. ſi quis maior.* 41. Caſtrenſ. *num.* 3. *ad fin.* Claud. Bertaz. *nu.* 741. *cum ſeq.* Iaſ. *nu.* 22. Fugoſ. *n.* 6. Parp-l. *notab.* 19. *&* 25. *nu.* 71. *&* 81. *C. de tranſact.* Corn. 179. *nu.* 1. *lib.* 2. *& conſ.* 40. *nu.* 9 *lib.* 4. Imol. *in l. ſi inſulam*, 34. *num.* 49. *poſt med. de oblig.* Bero. *conſi.* 200. *nu.* 13. *in fin. lib.* 1. cum aliis per Aſin. *de executio.* §. 29. *c.* 122. *nu.* 2. *cum ſeq. fol.* 116.

Vnum tamen videbatur prædictis obſtare, quod reſtitutio datorum dicitur pœna legalis, prout
16 omnia, † quæ inobſeruans incurrit, *in d. l. ſi quis maior.* dicuntur etiam pœnæ legales, cum hac tamen differentia: quod priuatio actionis, & infamia incurritur ipſo iure, cum ſecus ſit in reſtitutione acceptorum, & ſolutione pœnæ extrinſecæ, quæ non incurruntur ipſo iure: ſed requiritur ſententia condemnatoria. Bart. *in d. l. ſi quis maior. nu* 10. & ibi Bald. *in fi. nu.* 13. Caſtr. *n.* 3. *ante fin.* Aloyſ. de Leo. *n.* 4. *in princ.* Salic. *nu.* 9. Claud. Bertazol. *nu.* 656. *vſque ad* 660. Iaſ. *nu.* 22. *&* 25. *ad fin.* Aret. *num.* 4. *poſt princip.* latè Curt. Iun. *num* 43. *vſque ad* 94. *C. de tranſact.* Alex. *conſil.* 92. *perſpectis*, *n.* 3. *lib.* 1.

Quidquid tamen ſit de prædictis, ſatis eſt nobis, quod
17 tale pactum non dicitur pœna conuentionalis, † & per conſequens non intrat ſtatutum mandans huiuſmodi pœnas non deberi, quod non poterit intelligi de pœna legali, nam quamuis idem pactum ſit in conuentionem deductum, tamen continet, quod ius commune, & illi eſt conforme, vnde non alterat diſpoſitionem legis, vt ſupra dictum eſt, ſed tanquam habens corroborationem legalem ab ea
18 denominabitur, † & erit debita pœna, quæ poteſt in quadruplum indiſtinctè tranſcendere, quidquid ſit in pœna conuentionali, vt notat in ſpecie Curt. Iun. *in l. ſi quis maior. notab.* 13. *nu.* 53. *C. de tranſact.* poſt Roman. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri, ff. de verbor. obligat.* latè Rot. *diuerſ. deciſ.* 279. *n.* 1. *&* 2. *par.* 2.

Maximè cum ſimus in caſu mixto continente pœ-
19 nam legalem, † & conuentionalem, in quo ſtatutum non habet locum, tanquam loquatur ſolum de pœna conuentionali: Ang. *in l. ſi ita ſcriptum, in princ. de liber. & poſthu.* Iaſ. *conſ.* 30. *n.* 3. *lib.* 1. Roland. *conſil.* 51. *num.* 18. *lib.* 3. & per conſequens ſemper erit debita pœna legalis, per quam mandantur reſtitui
20 accepta, † quæ regulariter reſtituuntur per eum, qui contrauenit, *l. ſi diuerſa*, 14. *C. de tranſactio.* Alex. *conſi.* 76. *viſis dubitationibus, col. pen. in fin. verſic. poſtremo indubitanter li.* 6. per text. *in l. ſi quis maior. verſi. emolumento, C. de tranſact.* Gabr. *conclu.* 1. *in princip. eod. tit.*

Prout regulare eſt, quod impugnans actum non poſ-
21 ſit commodum reportare, † aut aliquam vtilitatem percipere in contentis in compoſitione impugnata, ideo prius ſemper debet reſtituere omnia accepta, & quæcunque ad illius manum peruenerunt, *l. ſi à te, C. de pact. int. empt. & vendit. l. quod ſi minor. §. reſtitutio, ff. de minor.* Abb. *conſ.* 62. *in fi. lib.* 1. Aym. *conſi.* 7. *n.* 14.

Et cum in ſententia declararetur concordiam eſſe exequendam, ſatis dicitur expreſſum, quod debet
22 concedi executio pro contrauentione, † & ſic pro reſtitutione acceptorum, licet etiam ſufficeret, quod virtualiter hoc comprehenderetur, cum executio pro eis competat non ſecus ac ſi eſſent expreſſa: Alex *conſ.* 1 6. *n.* 4 *lib.* 6. Surd. *deciſ.* 154. *nu.* 39. *& conſ.* 245. *n.* 19. *&* 20. *lib.* 1. Imol. *in l.* 1. *n.* 9. *ff. quæ in teſtam. delen.* ¶ In huiuſmodi cauſa Signina bonorum fuit de prædictis dubitatum corã R. P. D. Vbaldo 3. Ianuarij 1616. & inclinatũ bona cum fructibus eſſe reſtituenda, ſtante contrauentione ex ſuperius allegatis, quamuis non fuerit extenſa aliqua deciſio, nec facta finalis reſolutio, cum partes amplius non inſtiterint.

EPITOME.

Maioratus, & primogenium an veniat appellatione legatorum, ſeu laſſitarum, ita vt illis reuocatis ſit etiam reuocata primogenitura. ¶ Et an ſit dignitas quamuis non habeat annexam dignitatem. ¶ Et an habeat ſimilitudinem cum feudis, & fideicommiſſis. ¶ Et quando poſſit dici legatum, ſeu prælegatum, vel inſtitutio hæredis tam ſi fiat ſuper omnibus bonis, quam ſuper particularibus, vel in quota. ¶ Et an reuocetur tacitè propter inimicitias, ingratitudinem, diſpoſitionem rerum relictarum, & illarum alienationem, vel ob ſimiles cauſas. ¶ Et quando requiratur expreſſa illius derogatio, vel ſufficiat generalis & tacita. ¶ Hæres in re certa quo caſu habeatur loco legatarij. ¶ Incertitudo quando reddat actum conditionalem. ¶ Et an in vltimis voluntatibus ſit conſiderandum, quod tempus incertum adiiciatur ſubſtantiæ vel executioni. ¶ Verba aduer atiua, quod non ſoluantur legata, niſi poſt exactionem an faciant, vt derogetur puritati eius, quod relinquitur inducendo totalem conditionem. ¶ Et quid in dictionibus conditionalibus. ¶ Implementum exactionis, ſi debet præcedere emolumentum legati, an operetur, vt dilatio importet conditionem. ¶ In relictis conditionalibus, & in die quando fructus ſpectent ad hæredem. ¶ In feudis, & maioratibus vocatio ſequentis an pendeat à vocatione præcedentis, vel quælibet per ſe ſubſiſtat, ita vt à principio tot ſint ſubſtitutiones, quot perſonæ vocatæ, quarum quælibet acquirat dominium eodem momento, quo purificatur conditio, vel cedit dies ex iure proprio, non ſibi tranſmiſſo. ¶ Plures gradus ſubſtitutionum, ſeu donationum an poſſint cauſari ex vno actu, & contextu verborum in perſonis diuerſis originem habentium. ¶ Subſtitutiones quando poſſint dici ſubordinatæ quatenus ad primum vocatum bona vinculata perueniant, ita vt illo decedente, antequam fideicommiſſum habeat initium, euaneſcant. ¶ Et quid in maioratibus, & feudis. ¶ Primus gradus, ſi fuerit peremptus, quando ſubſtitutio poſſit incipere à ſecundo gradu. ¶ Res ſubiectæ maioratui, quo caſu ſint capiendæ de manu hæredis, ſeu prius vocari tam quo ad poſſeſſionem actualem, quam illam, quæ eſt iuris. ¶ Subſtitutio in defectum filiorum, & deſcendentium an habeat locum etiam non natis filiis, & deſcendentibus. ¶ In primogeniis an ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine liberis deficiat illis extantibus tempore mortis, quidquid poſtea de eis contingat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione legatorum, ſeu laſſitarum an veniat maioratus, ita vt reuocatis legatis ſit reuocata primogenitura, n.* 4. *&* 12.

2 *Maioratus idem eſt, quod primogenitura.*

3 *Inſtitutio primogenituræ inducit conſeruationem agnationis, & familiæ teſtatoris.*

5 *Perſona loquentis cenſetur excepta in quacunque diſpoſitione generali.*

6 *Maioratus eſt dignitas, quamuis non habeat annexam dignitatem, nu 7. ſiue conſtituatur in omnibus bonis, ſiue in parte bonorum, n. 8.*

9 *Verba generalia debent reſtringi ad ſimilia expreſſis.*

10 *Feuda, & maioratus ſunt ſimilia.*

11 *Maioratus æquiparatur fideicommiſſis, quæ dicuntur perpetua pro conſeruanda agnatione.*

13 *Non eſt præſumendum, quod quis voluerit facere fideicommiſſum euentuale.*

14 *Maioratus eſt quoddam legatum, ſeu prælegatum factum primo ſucceſſori, ita vt illo mortuo deferatur ſequentibus primogenitis, ſi fiat ſuper bonis particularibus, ſecus ſi ſuper vniuerſis, ſeu in quota, quia tunc eſt reſtitutio hæredis. n. 15. & 18.*

16 *Hæres inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, quamuis inſtituatur in quota bonorum date hærede vniuerſali, n. 17.*

19 *Legata, & maioratus tacitè reuocantur propter inimicitias, ingratitudinem, diſpoſitionem rerum relictarum, & illarum alienationem, vel ob ſimiles cauſas.*

20 *Expreſſio ſpecialis quo ad derogandum maioratui non requiritur, ſed ſufficit generalis, per quam conſtet de voluntate derogantis, n. 21. etiam tacita, n. 27.*

22 *Relictum pro anima eſt fauorabilius cunctis rebus, quibus illa eſt præferenda.*

23 *Minus dilectus non poteſt eſſe melioris conditionis quam magis dilectus, & ad hoc abſurdum euitandum receditur à proprietate verborum.*

24 *Interpretatio voluntatis teſtatoris poteſt ſumi de primo codicillo ad ſecundum.*

25 *Ex verbis prolatis in vna ſcriptura declaratur mens diſponentis, quid voluerit in alia.*

26 *Diſpoſitio debet eſſe vniformis, ita vt diuerſo iure non cenſeatur.*

28 *Incertitudo ſemper reddit actum conditionalem, ita vt in vltimis voluntatibus nihil referat an tempus incertum adſciatur ſubſtantiæ, ſeu executioni, numer. 29.*

30 *Tempus incertum appoſitum per verba aduerſatiua, quod non ſoluantur legata niſi poſt exactionem, facit vt derogetur puritati eius, quod relinquitur, inducendo totalem conditionem. Amplia in dictionibus conditionalibus, n. 31.*

32 *Implementum exactionis, ſi debet præcedere emolumentum legati, operatur vt dilatio importet conditionem.*

33 *Fructus ſunt hæredis quando ſumus in relictis in diem, vel ſub conditione, quorum dominium non tranſit, niſi illa purificata, vel adueniente die, quamuis conditio ſit tacita proueniens ex teſtamento, n. 34.*

35 *In maioratibus, & feudis vocatio ſequentis non pendet à vocatione præcedentis, ſed quælibet de per ſe ſubſiſtit, ita vt à principio tot ſint ſubſtitutiones, quot perſonæ vocatæ quarum quælibet acquirit dominium eodem momento, quo purificatur conditio, vel venit dies ex iure proprio, non ſibi tranſmiſſo, n. 36. & 37.*

38 *Plures gradus ſubſtitutionum, ſeu donationum poſſunt cauſari ex vnico actu, & contextu verborum in perſonis diuerſis originem habentium.*

39 *Subſtitutiones omnes videntur ſubordinatæ quatenus ad primum vocatum bona vinculata peruenerint, ita vt illo decedente, antequam fideicommiſſum habeat initium, euanaſcant. Fallit in maioratu, & de ratione differentia, n. 40. & 41. Intellige, vt n. 44.*

42 *Subſtitutio ſi deceſſerit ſine filiis deficit illis extantibus tempore mortis, quidquid poſtea de eis contingat, ſecus in primogenitis, n. 43.*

45 *Primus gradus ſi fuerit peremptus, quando poſſit ſubſtitutio incipere à ſecundo gradu. & n. 50.*

46 *In ſucceſſione maioratus res illi ſubiecta eſt capienda de manu hæredis, ſeu prius vocati, quo ad actualem poſſeſſionē, non in ea, quæ eſt iuris. Intellige vt n. 48.*

47 *Interdictum adipiſcendæ competit ei, in quem ipſo iure poſſeſſio eſt tranſlata.*

49 *Legatarius non poteſt capere propria auctoritate poſſeſſionem rei legatæ, ſecus ſi hæredi nihil debetur occaſione falcidiæ.*

51 *Deſcendentes non poſſunt dici verè defeciſſe quando non ſunt nati.*

52 *Subſtitutio facta in defectum filiorum, & deſcendentium an habeat locum etiam non natis filiis, & deſcendentibus, n. 53.*

CAPVT DCCLXXI.

Dilatio conceſſa per teſtatorem hæredi in ſecundo codicillo vſque in diem exactionis pecuniarum an comprehendat etiam maioratum in teſtamento conſtitutum, ita vt talis maioratus ſumat initium non à die obitus teſtatoris, ſed à die
1 eiuſdem exactionis. † Huiuſmodi quæſtio pendet ab illa inſpectione, an appellatione legatorum, ſeu laſſitarum, de qua in codicillis, contineatur conſtitutio maioratus, nam ſi continetur, non erunt debiti redditus ſucceſſori in maioratu, niſi à die, quo erant exactæ pecuniæ, ſi autem non continebitur, non erit expectanda aliqua exactio, ſed ſtatim attendetur obitus teſtatoris.

Et prima facie videbatur concludendum negatiuè, quod talis maioratus non veniat appellatione legatorum, ſeu laſſitarum, & per conſequens in reuocatione, ſeu modificatione legatorum generaliter facta non comprehendetur reuocatio maioratus, niſi expreſsè de eo fiat mentio, vel ex euidentibus coniecturis appareat de tali mente teſtatoris, qui il-
2 lum inſtituit. † Nam maioratus idem eſt, quod primogenitura, & ſunt verba ſynonyma eandem ſignificationem habentia: Menoch. *conſil.* 1127. *n.* 6. *lib.* 12. *& conſil.* 1171. *n.* 2. *eod. lib.* poſt Marc. Salon. Burgoſ. *in commentar. ad leg. Taur. Hiſpan. n.* 101. Præpoſit. *in c. ius naturale, col.* 4. *in fi. diſt.* 1. Oldrad. Barbat. Liciet. Soc. & alij per Pariſ. *conſil.* 72. *n.* 80. *in fi. lib.* 4. Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 2. *cum ſeq.*

Cum igitur ſimus in primogenitura, illius ordinatio, & inſtitutio ſignificat conſeruationem agnationis,
3 † & familiæ teſtatoris: Socin. *conſil.* 47. *nu.* 6. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 72. *n.* 81. *&* 82. *lib.* 4. Molin *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. Menoch. *conſil.* 1171. *n.* 7. *lib.* 11.
4 † & per conſequens non eſt credendum quod in diſpoſitione facta de legatis, quę concernunt fauorem, & vtilitatem legatariorum, voluerit teſtator comprehendere reuocationem primogenituræ inſtitutam ad decus, honorem, & commodum diſponentis, cum tamen ipſius perſona ſemper intelligatur
5 excepta, † in qualibet materia etiam generali, *l. inquiſitio. C. de ſolutionib. c. quiſquis de præbend.* Gozad. *conſil.* 76. *n.* 14. Surd. *conſil.* 152. *n.* 45. *lib.* 2.

Maximè, quia maioratus eſt dignitas: Bald. *in l. cum*
6 *antiquioribus.* † 19. *col.* 5. *poſt med. num.* 11 *verſi. erant autem primogenita. Cod. de iur. deliber.* Archid. & Præpoſit. *in c. quàm periculoſum.* 7. *quæſt.* 1. Cirier. *de primo-*

*primog.quæſt.1.lib.1.*Couar.*lib 3.var.reſol.c 5.n.5.col.*
7.verſi.ſexto, alia item ratione. Menoch. *conſi.* 809.
7 *nu. 4. lib.9.* † vbi ampliat quamuis non habeat an-
nexam dignitatem, cum maioratus ipſe dicatur
dignitas: Burgenſ. *quæſt.ciuil.p.1.q.3.nu.1.* Tiraqu.
de iur. primogenior. in præfat. n.17. cum ſeq.& quæſt.
8 *34. nu.37.in fin.* † ſiue conſtituatur in omnibus bo-
nis, ſiue in aliqua parte bonorum: Soc. *conſil.* 47.
n.5. lib.3. Paril. *conſ.71.n.69. lib.4.* Vnde tanquam
9 dignitas non veniet in generali diſpoſitione, † ſed
opus erat in ſpecie exprimere, quamuis etiam
adeſſent verba generalia, quia debent reſtringi ad
ſimilis expreſſis: Gloſſ. *l.3. in verb. qualibet alia,*
C. de ſeru. fugitiu. Rimin. Iun. *conſil.46. nu.111. ad*
med. lib.1.

Cum etiam feuda, & maioratus ſint ſimilia: Bald. in
10 *l. cum antiquioribus.* † 19. *col.9. Cod.de iur. deliber.*
Socin. *conſi 47. num.6. & 7. lib.3.* vbi quod magis
hoc procedit, quando tractaretur de ſucceſſione,
ſeu reuocatione primogenituræ, & maioratus: Ar-
chidiac.& Præpoſit. *in c.quam periculoſum.7.quæſt.1.*
Couar. *lib.3. var.reſol.c 5.col.7. ante med.verſ.quanto*
feuda. nu. 5. poſt Caſtr. *conſil. 164. in præſenti cauſa*
quæ vocatur, colum. 1. lib. 2. Roſental. *de feud. c. 9.*
membr. 1. concl.27. in fin. Pariſ. *conſil.72.n.74. lib.4.*

Prout etiam maioratus æquiparantur fideicommiſſis,
11 quæ dicuntur perpetua † ad fauorem conſeruandæ
agnationis latè Molin. *de primog. Hiſpan. lib.1.c.1.*
num.7 Valaſc. *de emphyt. quæſt.50.n.26.* Corduhenſ.
in l ſi quis a liberis, §. ſi vir.num.51.ff.de liber. ag-
noſcend. Surd. *conſi.241. nu.5. lib.2. & conſ.405. n 4.*
lib.3. Petr. *de fideic.quæſt.8.n.500.* poſt Plot. *conſi 87.*
n.8. Rim.Iun. *conſ.544.n.1.lib.5.* Menoch. *conſ.803.*
n.2. lib 9 & conſ.957.n.3.lib.10. Lup. *in c.per veſtras,*
§.44. n.4. & 5. de donat.int. vir.& vxor. Aldobrand.
conſ.8. n.14. lib.2.

Adeo vt ſtantibus omnibus iſtis prærogatiuis, quæ
competunt maioratui, non ſit præſumendum,
12 † quod teſtator voluerit poſt conſtitutionem de eo
factam, ſtatim illum reuocare in præiudicium ſui
ipſius, ac ſuæ familiæ, ideo non veniet in reuoca-
tione generali legatorum, in quibus non adeſt ea-
dem ratio, quæ in maioratu, poſſet enim contin-
gere, quod exactio non ſequatur, & ſic in totum
euaneſceret primogenitura, quam cum teſtator inſti-
tuiſſet pro conſeruatione agnationis, ſi non ſortia-
tur effectum, erit in facultate hæredis diſponere
de huiuſmodi bonis ad ſui arbitrium, relinquendo
etiam extraneis, quod eſt contra mentem diſponen-
tis, qui voluit illa vinculata relinquere ſuo hæredi,
13 non autem libera, † & per conſequens dicendum
eſt noluiſſe maioratum, ſeu fideicommiſſum euen-
tuale facere, prout eſſet tale ſi exactio erit expectan-
da: Rot. coram R.P D. Orano Romana bonorum.
23. Octobris. 1585.

Verum, quamuis iſta videantur titulum facere pro
non comprehenſione maioratus, Tamen pro
14 alia opinione affirmatiua poteſt conſiderari, † quod
maioratus in effectu non eſt aliud, niſi quoddam
legatum, ſeu prælegatum factum primo ſucceſ-
ſori, ita vt illo mortuo deferatur ordine ſucceſ-
ſiuo ſequentibus ſucceſſoribus primogenitis ex fa-
milia teſtantis, in quo primogenio ſequentes ſuc-
ceſſores non ſuccedent propriè tanquam fidei-
commiſſarij, nec ad propriam reſtitutionem te-
nebuntur, ſed abſque aliqua reſtitutione domi-
nium, ac poſſeſſio tranſiuit de vno in alium, vt latè
explicat Molin, *de primog. Hiſpanor. lib.1. c.1. n.16.*
15 *ad med.* vbi licet addat, quod erat etiam quæ-
dam inſtitutio hæredis, Tamen quando ſumus
prout in caſu noſtro, in maioratu inſtituto ſuper
bonis particularibus: tunc non habet vim inſtitu-
tionis, ſed legati, ſtante vniuerſali inſtitutione hæ-
redis, quæ facit, vt talis hæres inſtitutus in re certa
16 habeatur loco legatarij. † qui non detrahit falci-
diam, neque Trebellianicam, ſed potius ab eo de-
ducitur falcidia, ſicut dicimus de legatario particu-
lari, ita vt omnia diſpoſita in legatis habeant locum
in iſtis inſtitutionibus particularibus cum omnibus
effectibus, quæ competunt legatis, vt latè decla-
rat Peregrin. *de fideic. art. nu.7. vſque ad 12. fol.21.*
17 † vbi ampliat quamuis etiam eſſemus in hærede in-
ſtituto in quota bonorum, tertia, aut quarta, dato
vniuerſali hærede: Molin. *de primog. Hiſpan. lib.1.*
c.17.nu. 2. poſt Bald. Iaſ. Corneſ. & alios *in l. filium*
quem habentem, C.famil. erciſcund. Quamuis in hoc
18 eſſet conſiderandum † an in maioratu, de quo agi-
mus, ſit inſtitutus hæres in quota hæreditatis, quia
ſi eſſet talis haberetur loco hæredis vniuerſalis, non
legatarij, vt per Molin. *de primog. Hiſpan. c. 17.*
n.21. in fi.lib. 1.

Ex prædictis ſequitur dilationem factam pro ſol-
uendis legatis comprehendere etiam maioratum,
cum illis æquiparetur, vt dictum eſt, Maximè, quia
reſpectu reuocationis, ſeu modificationis maiora-
19 tus idem ſtatuitur, quod in legatis, † quæ ſicut ta-
citè reuocantur propter inimicitias, ingratitudi-
nem, diſpoſitionem rerum legatarum, & illarum
alienationem, vel alias ſimiles cauſas ſuperuenien-
tes, ita etiam reuocabitur maioratus, & illius effe-
ctus modificatur, prout omnia ſupradicta latè com-
probat Melchior Palacz. *de maiorat. p. 1. quæſt.43.*
n.5. vſque ad 20. tom 10. par.1.fol.384. Adeo vt non
ſit neceſſaria ſpecialis expreſſio quo ad derogan-
20 dum maioratui, cum ſufficiat derogatio generalis,
† nam in omni materia, ſi per verba derogatoria
generaliter prolata apparet de voluntate deroganr-
tis, quod generaliter voluit derogare, talis genera-
litas ſufficiet: Alexand. *conſi.3.n.13.lib.6.* doctrinam
Io. Andr. *in c. 1. de exceſſib. prælator in 6.* Idem Ale-
xand. *conſi.7.lib.4.& conſ.226. n.26.lib.2.& conſi.155.*
num. 12 li.6. Rip. *reſponſ.6. nu. 1. & 2.* & in ſpecie
21 maioratus, † quod non ſit neceſſaria ſpecialis de-
rogatio, ſed ſufficiat generalis: Melchior Palacz.
de maiorat. p.1. quæſt.43. numer.20.in fin.tom.10.p.1.
fol.344.

Et in caſu noſtro non ſolum adeſt iſta generalitas,
cum teſtator locutus fuerit de omnibus perſonis
tam coniunctis, quam extraneis, quibus fuerunt
legata relicta, ſed etiam poteſt dici, quod con-
currat maior ratio in modificatione maioratus,
quam legatorum, etenim mandauit, vt etiam le-
gata pia relicta pro anima differantur in diem
exactionis, vnde multò magis dicendum eſt vo-
luiſſe talem dilationem opponere etiam in maio-
22 ratu, † cum fauorabilius ſit relictum pro anima,
quæ cunctis rebus eſt præferenda etiam liberis,
& cuicumque ſucceſſioni pro conſeruatione fa-
miliæ, *l. ſancimus. la 2. in fi.C. de ſacroſ. eccl.* Bald. *in*
l.1.num 74. C.de eod. tit. Cardin. Mantic. *de coniect.*
vltimar. volunta. lib. 10. titul. 7. numer 9. Et qui-
dem iſta eſt potentiſſima, & euidens coniectura
voluntatis teſtatoris, ne ſequatur abſurdum, vt
23 minus dilectus ſit melioris conditionis, † quam

magis dilectus, ad quod abſurdum euitandum in
hac materia etiam receditur à proprietate verbo-
rum,& fit extenſio de vno caſu ad alterum,quamuis
alias non eſſet facienda, vt latè comprobat Cardin.
Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 11. n. 13.* poſt
Bart. *in l. ſi mater. §. 1. ff. de vulg. & pupil.* Bald *in l.
non dubiū, oppoſ. 8. C. de teſtam.* Alex. *in l. heredes mei,
§. cum ita, n. 15 ff. ad Trebellian. & conſ. 93. n. 4. lib. 3.*

Quæ voluntas teſtatoris comprobat etiam ex primo
codicillo, in quo diſpoſuit, vt omnes pecuniæ, &
ſcuta aurea, & quæcumque aliæ monetæ cuiuſcum-
que generis, quas reliquit, ſeu legauit, certis perſo-
nis, & monaſteriis pro annuis redditibus præſten-
tur tantummodo ex ſcutis octo mille, quæ habebat
in annuis redditibus in ſua Ciuitate, in qua diſpo-
ſitione eſt comprehenſus etiam maioratus, cum
mentio ſcutorum aureorum in nullo alio legato
poſſet verificari præterquam in ipſo maioratu, qui
diminuebatur propter dictam diſpoſitionem, tan-
quam teſtator mandauerit legata ſolui in redditu
ſcutorum octo mille, non autem trium millium,
quæ ſupererant ſcutis quinque mille relictis pro
maioratu, & per conſequens, cum in ſecundo co-
dicillo per eadem ferè verba, & ad inuicem cor-
reſpectiua dixerit, quod legata facta non præſten-
tur, niſi ſecuta exactione, videtur etiā voluiſſe, quod
in huiuſmodi dilatione comprehendatur quoque
24 maioratus, tanquam poſſit ſumi † interpretatio vo-
luntatis teſtatoris de primo codicillo ad ſecundum,
cum omnes iſtæ vicinæ ſcripturæ, ex quibus ambi-
guitas debet declarari: Caſtr. *in l. heredes palam,
§. 1. nu. 5. ff. de teſtam.* Anchar. *conſi. 152. n. 2. & 3.*
Roman. *in l. ſi vero, §. de viro, n. 75. ff. ſolut. matrim.*
Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 13. n. 1. &*
25 *3.* † Et paſſim ex verbis prolatis in vna ſcriptura
declaratur, quid ſenſerit diſponens in alio actu, vel
in alia ſcriptura: Bart. *in l. vxori, §. fi. ff. de legat. 3.*
Alex. *conſil. 69. nu. 3. lib. 6.* Aym *conſi. 231. n. 12.* Curt.
Sen. *conſi 49. col. 6.* & in propoſito codicillorum, eſt
text. *in l. 1. ff de fund. inſtruct.* Alex. *conſi. 104. n. 13. lib. 6.*
Curt. Iun. *conſ. 70. n. 3.*

Confirmatur iſta mens teſtatoris, dum diſpoſuit,
quod decima pars maioratus debeat detrahi pro
legatis piis diſtribuendis pauperibus ſingulis annis,
quod facit, vt ſicut iſta pars relicta locis piis com-
prehenditur in dilatione conceſſa præſtationi lega-
26 torum piorum, vt expreſsè teſtator diſpoſuit, † ita
etiam dicendum eſt totam diſpoſitionem compre-
hendi ſub nomine legatorum, vt diſpoſitio ſit vni-
formis & æqualis, & diuerſo iure non cenſeatur, &
ſic dilatio reſpiciet tam legatum pro eleemoſyna,
quam pro maioratu: Menoc. *conſ. 201. nu. 57. & 58.
lib. 3.* poſt Dec. *conſ. 226. num. 10.* Curt. Iun. *conſ. 70.
nu. 1.*

Neque obſtant contraria, Quia ſiue maioratus ſit
dignitas, ſiue primogenitura, ſiue æquiparetur
fideicommiſſo, ſiue legato, ſiue prælegato, ſiue
feudo, ſiue cuicumque priuilegiatæ diſpoſitioni
non requiritur aliqua particularis, & expreſſa de-
27 rogatio, † ſed ſufficit quoque in genere conſtare
de voluntate teſtatoris etiam tacita quo ad illius
derogationem, ſeu modificationem, vt dictum
eſt, & in ſpecie concludit Melchior Palaez *de
maiora. par. 1. qu. 43. nu. 20. in fi. to. 10. par. 1. fol. 344.*
Azeued. *ad leg. 5. Tau. lib. 5. tit. 7. de los mayoraz. gloſ.
nu. 1. & 2.*

Cum autem huiuſmodi dilatio comprehendat ma-
ioratum ex ſupra allegatis, ſequitur, quod illa in-
ducat conditionem, cum enim eſſet incertum an
28 & quando exactio ſequeretur, † talis incertitudo
ſemper reddit actum conditionalem, adeo vt in vl-
timis voluntatibus nihil referat, vtrum tempus in-
certum adiiciatur ſubſtantiæ, ſeu executioni, *l. qui-
bus diebus. 40. §. quidam Titio, ff. de condit. & de-
monſtr. l. ſi quis à filio, §. 1. ff. de leg. 1.* Gloſſ. *in l.
Seius Saturninus, in princ. ff ad Trebell.* & eſt ma-
29 gis communis opinio, † vt teſtatur Gabr. *conſi. 150.
num. 3. cum ſeq. lib. 2.* Cardin. Mant. *de coniect. vlt.
vol. lib. 11. tit 18. n. 21. in fi.* Theſaur. *q. 68. n. 8.*

Præſertim, quia in caſu noſtro tempus incertum eſt
appoſitum per verba aduerſatiua, cum dictum fue-
rit, quod non ſoluantur legata, niſi poſt exactionem,
30 † tunc enim eſt omnino derogatum puritati eius,
quod relinquitur, & eſt inducta totalis conditio:
Bald. *in l. ambiguitatem, nu. 4. C. de uſufr.* cum aliis,
31 quos adduxi *ſupr. c. 136. nu. 33. cum ſeq.* vbi etiam
n. 40. idem firmaui, † quando tempus adiicitur per
aliquam dictionem, quæ importet conditionem
ſiue principaliter, ſiue ſecundariò, prout eſt in caſu
noſtro, in quo teſtator mandauit, vt non præſtentur
legata donec, & quouſque non recuperentur pe-
cuniæ debitæ, & poſtquam recuperabuntur, tunc
mandat illa ſolui, tunc enim ſemper eſt inducta
conditio, tanquam talia verba ſint appoſita ad in-
choationem alicuius beneficij, quidquid alias tem-
pus denotarent, *l. legatum. ff. de ann. legat. l. pater,
§. fi. ff de condit. & demonſt* Bart. *in l. 1. nu. 15. ff. eod.
tit.* Caſtr. *in l. 1. nu. 1.* vbi Alex. *nu. 2. C. de legat* Soc.
conſil. 68. nu 3. & 8. lib. 1. Ceph. *conſi. 71. n. 17.* cum
32 aliis per Sur. *conſ. 186. n. 16. lib. 2.* † Cum etiam in
caſu noſtro implementum exactionis debeat præ-
cedere emolumentum legati, quod facit, vt dilatio
importet conditionem: Idem Surd. *conſ. 268. n. 48.
lib. 2.* Molin. *d. primog. Hiſpan. lib. 5. c. 12. num. 5.*
Menoch. *conſ. 10. n. 47. & con. 78. n. 16.* Bero. *conſ 30.
n. 6 lib. 2. & conſ. 66. n. 5. eod. lib.* Nat. *conſ. 373. n. 28.*
Ruin. *conſ. 16. n. 9. cum ſeq. lib. 2.*

Spectabunt itaque iſti redditus ante euentum condi-
tionis maturati ad hæredem tanquam fructus hære-
33 ditarij, non vt fructus maioratus, † prout regulari-
ter tales fructus ſunt hæredis, quando ſumus in re-
lictis in diem, vel ſub conditione, nam dominium
eſt alius, cum ſimilia legata conditionalia, & in diem
non tranſeant in legatarios, niſi purificata conditio-
ne, & adueniente die, nam ante illum nulla eis actio
datur: Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 9. nu. 5. ante fi. verſi.
nam licet legatarius,* Iaſ. *in l. 1. n. 115. col. antepenul. ad
med. ff. de legat. 1.* Bened. *in c. Raynutius, in verb. ſi
abſque liberis. d. 2. n. 150. de teſtam.* cum aliis, quos
34 adduxi *ſupr. c. 250. n. 13. vſque ad 18.* † vbi etiam ad-
didi idem eſſe in conditione tacita, quæ prouenit
ex teſtamento, *l quod purè. 6 ff quand. dies legat. vel.
fideicommiſſ. ced.* Menoch. *præſumpt. 199. n. 13. lib. 4.*

An autem iſte maioratus conſtitutus in perſona hæ-
redis, in quo non potuit habere effectum pro-
pter exactiones non factas tempore quo vixit,
poſſit incipere in perſona eius, qui fuit vocatus
deficiente ipſo hærede, & ſuis deſcendentibus,
videtur concludendum affirmatiuè, quod poſſit
35 incipere, † quia in maioratibus non pendet voca-
tio ſequentis à vocatione præcedentis, ſed quæli-
bet vocatio de per ſe ſubſiſtit, & à principio cen-
ſentur factæ tot donationes, ſeu ſubſtitutiones,
quot perſonæ vocatæ inueniuntur, Ita in puncto
conclu-

concludit Molin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 11. n. 39.* poſt Gregor. Lopez. *ad leg 31. gloſſ. 6. in verb. non valdra. col. 9. verſi. quod tamen ſi vigore regie licentie, tit. 9. p. 6.*

Et cum in quemlibet primogenitum ex vocatis reſultent tot donationes ad eiuſdem primogenij ſucceſſionem, quot ſunt perſonæ vocatæ, ac ſi vnicuique
36 nominatim facta fuiſſet donatio, † ſequitur vt abſque aliqua reſtitutione quilibet vocatus conſequatur dominium in eodem inſtanti, ac momento, quo purificatur conditio, vel venit dies vocationis ex propria perſona, ſublato de medio præcedenti ſucceſſore, non autem ex iure ab eodem ſibi tranſmiſſo: Caſtr. *in l. ſi pecuniam, 5. n. 11. qu. 4. ff. de condict. cauſ. data.* Menoch. *conſil. l. 153. n. 1. & 2. & n 153. lib. 12.* cum aliis de quibus *ſupr. c. 237. nu. 10. & 11.*
37 *tom. 2.* † vbi etiam, quod idem eſt in feudo, & ſimilibus diſpoſitionibus: Roland. *conſ. 15. n. 13. lib. 4.* Menoch. *conſ. 99. nu. 113. lib. 1.*

Neque eſt nouum, vt ex vnico actu, ſeu verborum contextu poſſint cauſari plures gradus ſubſtitutio-
38 num, † ſine donationum in perſonis diuerſis originem habentium, cum id paſſim admittatur, *l. coheredi, §. qui diſcretas* vbi Aret. & Iaſ. *n. 5 ff de vulgar. & pupill. l. iam hoc iure, eod. titu. l. 1. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Molin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 1. n. 17. in fi. & c. 4. n. 16 eod. lib.*

Et quamuis maioratus æquiparetur fideicommiſſo, ita vt omnes ſubſtitutiones videantur ſubordinatæ,
39 † & factæ ſub conditione, quatenus ad primum vocatum bona vinculata perueniant, adeo vt ſi conditio defecerit, ex quo ipſe obiit, antequam maioratus initium habuerit, omnes ſubſtitutiones ab eius acquiſitione dependentes euanuerint: Menoch. *conſ 1103. n. 14. lib. 12.* Tamen in fideicom-
40 miſſis aliter iudicatur, quam in maioratibus, † & vocationibus perpetuis, cum in omnibus non conueniant, Nam fideicommiſſarius non admittitur vſque ad mortem naturalem hæredis ob illam rationem, quia idem fideicommiſſarius poteſt prius mori, & ſubſtitutio euaneſcere iuxta *l. vnic. §. ſecundo, C. de caduc. tollend.* Socin. *in l. cum auus, nu. 104. verſi. probo antecedens, ff de condit. & demonſtrat.* Coſt. *in l. gallus. §. & quid ſi tantum, p. 2. n. 12.*
41 *D. de liber. poſthum.* † Secus eſt in bonis maioratus, in quibus ceſſat iſta ratio, quia licet vocatus poſt mortem ante eum decedat, nihilominus iſta ſubſtitutio facta in maioratu non remanet caduca, ſed bona maioratus ad alios vocatos deferuntur, ita vt ob huiuſmodi differentiam aliud ius ſtatuendum in fideicommiſſo, quam in maioratu, ita in ſpecie diſtinguit Melchior Palaez *de maiorat. p. 2. q. 1. n. 19. tom. 10. p. 1. fol. 418.* poſt Peralt. *in l. 3. §. qui fideicommiſſum libertatem, n. 39. de heredib. inſtit.*

Quare etiam dicimus, quod licet ſubſtitutio facta
42 alicui ſub conditione, † ſi deceſſerit ſine liberis maſculis deficiat illis extantibus tempore mortis, quidquid poſtea de liberis contingat iuxta conſ. Oldrad 21. Tamen hoc non procedit in primogeniis, cum immo ex eorum natura, & perpetuitate hæc conditio in ipſis filiis, ac etiam nepotibus, cæteriſque deſcendentibus cenſeatur repe-
43 tita, † tanquam aliter non poſſit conſeruari perpetuitas maioratus, ſi enim deficientibus filiis ſtatim expiraret ſubſtitutio, quamuis ipſi filij non haberent liberos, maioratus ipſe, qui ex ſui natura debet eſſe perpetuus, illico deficeret, & bona remanerent libera, quod eſſet directè contra mentem inſtitutoris, vnde vt eius memoria conſeruetur, & primogenium duret, talis conditio perpetuò intelligitur repetita, cum alias non poſſit voluntas inſtituentis maioratum curare, vt latè firmat Molin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 6. nu. 18. & 19.*

Eſſet tamen in prædictis conſiderandum, quod præſupponitur in facto, teſtatorem expreſsè declaraſſe, quod hæres, & prius nominatus ad ſucceſſionem maioratus actualiter ſuccederet, & ad eum emolumentũ illius ſpectaret, ita vt tam ipſe, quam eius filij, & ſucceſſores omnino exiſterent hæredes in dicto maioratu, & mediante eorum perſona vocaretur poſtea altera linea in defectum lineæ hæredis, qua ceſſante idem teſtator progreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum, cum declaratione, vt inter vocatos procedatur ordine ſucceſſiuo de maiore in maiorem, quod clarè oſtendit teſtatorem omnino voluiſſe, vt ſucceſſor ingrederetur lineam hæredis prius vocati, cum alias non poſſet talis ordo ſeruari,
44 niſi præſupponatur ipſius ſucceſſio, † neque enim poterat procedi de vna linea in alteram, niſi data ſucceſſione primæ, & ſic tota illa ſubſequens vocatio facta fuit, dummodo hæres primogenitus ſucceſſiſſet, quo non ſuccedente, non eſt curandum de aliis ſubſtitutionibus, quia omnes corruunt tanquam dependentes à prima: Surd. qui loquitur in ſpecie ſimilis primogeniture *conſ. 405 nu. 73. vſque ad 76. lib. 3.* Prout paſſim quando teſtator voluit cum effectu primum inſtitutum eſſe hæredem, &
45 ſeruari legem teſtamenti, † numquam poteſt incipere ſubſtitutio à ſecundo gradu, ſi primus gradus fuit peremptus, cum enim teſtator ſupponat illum eſſe hæredem, ſubſtitutio non procedit, prima defecta, tanquam hoc eſſet contra mentem teſtatoris, prout concordando opiniones communiter diſtinguunt Doctores, & conſuluit Alexand. *conſil. 1. lib. 1.* Corn. *conſil. 199. in præſenti conſultatione, lib. 2.* Roland. *conſ. 58. num. 57. lib. 3.* Ang. *in l. qui habebat, in gloſſ. vltim. ff de vulgar. & pupill.* Burſatt. *conſ. 97. nu. 7. & 8.* & latè dixi *deciſ. March. 140. n. 1. vſque ad 12.*

Neque obſtat, quod ſequentes vocati in maioratu non capiant à primo ſed ab ipſo inſtitutore, cum tot videantur donationes, & legata, quot perſonæ vocatæ, in quas abſque aliqua reſtitutione dominium
46 tranſit, vt ſuperius dictum eſt, † Quia etiam in maioratus ſucceſſione, res ſubiecta maioratui eſt capienda de manu hæredis, ſeu prius vocati, intelligendo de actuali poſſeſſione, quia in facto conſiſtit quidquid aliud ſit in ea, quæ eſt iuris, & ſic ſemper hoc reſpectu reſtitutio eſt facienda de bonis maioratus, quorum dominium, & poſſeſſio, licèt ipſo iure ſit acquiſita ſucceſſori, tamen ipſa actualis poſſeſſio non acquiritur, niſi mediante reſtitutione facienda per hæredes primi ſucceſſoris, vt in ſpecie concludit Molin. *de primogenit. hiſpanor. lib. 1 c. 14. nu. 15.* † vbi etiam, quod iſta actualis poſſeſſio eſt multum conſiderabilis, cum pro illa conſequenda competat interdictum adipiſcendæ ei, in quem poſſeſſio ipſo iure eſt tranſlata, cum aliis effectibus, de quibus idem Molin. *de primogen. Hiſpan. 15. lib. 1. & c. 12. & 13. lib. 3.*

Licèt in hoc eſſet animaduertendum, quod quando conſtat quæ, & qualia ſint bona ſubiecta maiora-
47 tui, & quorum liquidatio non eſt facienda, † non

eſſet opus aliqua reſtitutione, cum poſſet vocatus ad maioratum capere poſſeſſionem talium bonorum, ſeu redituum propria auctoritate, vt in propoſito firmat Soarez *in l. quoniam in prioribus, in declarat. leg. regn. limit. 13. quæſt. 7. colum. 10. ad med. verſ. prædictam concluſionem, n. 17. fol. 474.* ob illam
49 rationem, quæ conſideratur in legatario, † qui licet non poſſit occupare propria auctoritate poſſeſſionem rei legatæ etiam ante aditam hæreditatem, & poſſeſſionem captam per hæredem, Tamen hoc non procedit, quando eſſet certum, quod hæres nihil poſſet prætendere in te legata occaſione falcidiæ, ſtante enim iſta certitudine datur licita apprehenſio poſſeſſionis etiam propria auctoritate: Gloſ. Cyn. Bald. Salic. & alij *in l. 1. C. quor. legator.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. n. 72. vſque ad 79.*

Sed hoc non obſtat in caſu noſtro, cum firmum remaneat motiuum ſupra adductum, quod teſtator voluit vocatum omnino eſſe hæredem, & ſucceſſo-
50 rem in maioratu, † quod facit, vt non attendatur, quod ſubſtitutus poſſit capere propria auctoritate poſſeſſionem bonorum certorum maioratus, cum ſecundus gradus non procedat, primo defecto, ſtante iſta voluntate teſtatoris: Alexand. *conſi. 1. lib. 1.* cum aliis ſupra allegatis. *nu. 45.*

Immo non ſolum teſtator voluit maioratum radicari in perſona hæredis, ſed etiam eius filiorum, & ſuc-
51 ceſſorum, † vnde licet defecerit hæres, non tamen defecerunt ipſius deſcendentes, qui non poſſunt verè dici defeciſſe, tanquam non fuerint nati: Surd. *conſi. 336. n. 1 lib. 3.* & quamuis hinc inde ſint opiniones an ſubſtitutio facta in defectum filiorum,
52 atque deſcendentium habeat locum etiam non natis filiis, & deſcendentibus, vt per Menoch. *conſi. 1061. nu. 21. & conſi. 1063 lib. 11.* Tamen quidquid ſit de prædictis, ſatis eſt, quod iſta verba in defectum filiorum non poſſunt verificari in non natis, quando, prout in caſu noſtro, † apparet teſtatorem intellexiſſe de naſcituris: Rimin. Iun. *conſi. 117. n. 58. lib. 2.* poſt Alciat. *conſ. 44. n. 26.* quem ſequitur etiam Menoch. *conſ. 326 n. 3. lib. 4. & conſ. 1602. n. 21. in fi. lib. 11.*

EPITOME.

Prioritas hypothecæ an proſit tam agendo quã excipiendo. ¶ Et quando ad effectum retentionis requiratur ceſſio. Declaratio ex interuallo an poſſit fieri in præiudicium iuris per tertium acquiſitum. ¶ Creditum ſocij an ſit prius ſoluendũ quam alterius creditoris. ¶ Promiſſio de reſtituendo prioribus ad omne mandatum domini an admittat appellationem, ſi non adſit copula, & ad omne mandatum. ¶ In venditione officij cum reſeruatione dominij, quo caſu damna ſpectent ad emptorem, ſeu venditorem. Et quando talis reſeruatio impediat perfectionem contractus ¶ Et quid in arrendatariis exercentibus officia nomine aliorum. ¶ Sententia lata contra ſubſtitutum contumacem, ſeu præſentem, & ſe defendentem an præiudicet tertio non citato etiam in conſequentiã ¶ Statutum mandans emendari damnum an intelligatur, vt prius conſtet de damno verè, non ſictè per contumaciam. ¶ Pactum, & ſtatutum an ſit validum, quod circa damna ſtetur aſſertioni partium. ¶ Et an intelligatur ſolum quo ad quantitatem damni, non autem de damno paſſo, ita vt aliunde illud ſit probandum. ¶ Et an talis facultas extendatur ad hæredes, & cauſam habentes. ¶ Et an poſſit iurari per procuratorem ad id ſpecialiter deputatum. ¶ Et quid in reſponſione ad poſitiones, ſeu illas dante an requiratur ſpecialiſſimum mandatum ad ſic, & ſic reſpondendum, & ponendum.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore debet eſſe potior in iure.*

2 *Prioritas hypothecæ prodeſt non ſolum agendo, ſed etiam excipiendo.*

3 *Subrogatus quo ad anterioritatem hypothecæ habet retentionem, quamuis non obtineat ceſſionem, quæ ſolum requiritur ad effectum agendi, non retinendi.*

4 *Declaratio, & conuentio ex interuallo non poteſt fieri in præiudicium creditoris habentis iura anteriora, quidquid alias in ſponte actu valeret.*

5 *Creditum anterioris ſocij eſt prius ſoluendum quam alterius creditoris.*

6 *Promiſſio cum obligatione camerali de reſtituendo ad omne mandatum domini non operatur effectum reſtitutionis, niſi præcedat decretum reſtitutionis, quod admittit appellationem quando non adeſt actio, & ad omne mandatum domini.*

7 *Vendens officium cum reſeruatione dominij, donec fuerit ſolutum pretium, non tenetur ad damna ex illo prouenientia, quæ ſpectant ad emptorem, & nu. 8.*

9 *Dominium reſeruatum per venditionem donec ſibi pretium ſoluatur, dicitur ius proprium, quod operatur prolationem in re vendita.*

10 *Reſeruatio dominij non impedit perfectionem contractus, n. 12. & 16.*

11 *Arrendatarij exercentes officia nomine principalium non tenentur de damnis ex eo prouenientibus, quæ ſpectant ad titulares, & dominos officiorum.*

13 *Damna illata per animalia vendita cum reſeruatione dominij an pertineant ad emptorem ſeu venditorem, ſtante ſtatuto quod domini teneantur pro damnis ab eis illatis. Et quando ſcientia ad illum effectum ſit probanda, n. 14. & 15.*

17 *Sententia lata contra ſubſtitutum in officio contumacem non præiudicat tertio non citato etiam in conſequentiam, quidquid alias noceret, ſi fuiſſet lata contra præſentem, & ſe defendentem.*

18 *Statutum mandans emendari damnum intelligitur, vt prius conſtet de damno verè, non ſictè per contumaciam accuſati.*

19 *Pactum eſt validum, quod circa damna ſtetur aſſertioni iuratæ partis, quæ paſſa eſt damnum tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. Idem etiam in ſtatuto. nu. 20.*

18 *Conuentio, vt ſtetur iuramento dãnum paſſi, intelligitur ſolum circa quantitatem damni, ideo non habebit locum, niſi aliunde prius damnum formiter probetur.*

22 *Pacta concedentia facultatem iurandi parti circa damna paſſa non extenduntur ad hæredes, aut cauſam habentes, & quid in procuratore ſpecialiter deputato, nu. 23. Fallit in facultate iurandi conceſſa per ſtatutum, ſeu legem. nu. 27.*

24 *Reſponſio ad poſitiones non admittitur per procuratorem ſpecialem, ſed requiritur mandatum ſpecialiſſimum, & in indiuiduo ad ſic reſpondendum, quamuis deberet extendi iuxta formularium Romanum, nu. 25. Idem in dando poſitiones, n. 26.*

CAPVT DCCLXXII.

Obligatio ad fauorem Cæſaris fuit contracta die 4. Ianuarij 1616. Altera vero Ioannis di-

die 10. Februarij eiuſdem anni, & ſic per triginta
ſex dies ante vnde tanquam anterior in tempore de-
1 ber etiam eſſe potior in iure,† non autem poſterior,
prout declarauit Index in ſua ſententia, quæ ex hoc
redditur iniuſta & per conſequens renocanda, tan-
quam lata abſque conſideratione iſtius anterioritatis,
ris, *l. quoties.98. ff. de regul. iur.* Dyn. *in c. qui prior.*
2 54. *eod.tit.in* 6. Honded. *conſil.12. n.14.lib.1.*† Quæ
quidem prioritas hypothecæ prodeſt non ſolum
agendo, ſed etiam replicando, & retinendo, & ex-
cipiendo, *l. creditor in princ. ff. qui potior. in pign. ha-
beant.* Neguſ. *de pignoribus p.4. membr.2. n.3.*

Non obſtat, quod obligatio ad fauorem Ioannis quam-
nis ſit poſterior, tamen debeat præualere, cum
pecuniæ illius deuenerint ad manus Valen-
tini, in cuius locum fuit ſubrogatus idem Ioan-
nes quo ad prioritatem in officio empto ex pecu-
niis ipſius: Quia hoc magis excludit talem præ-
tenſam prioritatem, cum prius pecuniæ Cæſaris
ad effectum emendi dictum officium fuerint da-
tæ Vincentio emptori, & Valentino venditori,
cum expreſſa conuentione, quod deſeruirent pro
ſatisfactione partis pretij eiuſdem officij, & ſic
Cæſar, cui fuerunt poſtea reſtituta ſcuta mille,
ſemper erit ſubrogatus quo ad prioritatem hy-
3 pothecæ etiam abſque aliqua ceſſione, † quæ non
requiritur ad effectum excipiendi, & retinendi,
cum ſufficiat pretium rei emptæ perueniſſe ad
priores creditores quamuis non interuenerit ceſ-
ſio, quæ ſolum erit neceſſaria ad effectum agendi
hypothecaria, *l. qui a debitore. ff. qui potior. in pignor.
habeant.* Bart. *in l. 1. in princip.* poſt Gloſſ. *ibid. in
verb. deſiderabit ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolut.*
Benintend. *deciſ. 50. per tot.* tanquam veriorem opi-
nionem, magis æquam, & receptiorem ſequitur
Rot. coram Cardin. Mantic. Placentina ſaluiani,
13. Iunij 1589. & coram R.P.D. Pamphilio Spo-
letana ſaluiani 2. Aprilis. 1607. Fulgoſ. *in l. cum
prior. ff. de diſtract. pignor.* Neguſ. 1. *de pignorib.
membr. 3. par. 5. in princ. n.3.*

Neque obſtat, quod Ioannes prætendat contraxiſſe ſo-
cietatem ea intentione, vt pecuniæ ſoluerentur Va-
lentino in ſatisfactionem pretij officij emendi, Quia
etiam Cæſar ita contraxit, & cum tali intentione,
& declaratione dedit pecunias, quæ peruenerunt
ad manus Valentini ad computũ pretij officij per eũ
vendendi, & per Vincentium emendi, ideo ſem-
per debet eſſe potior, Maxime, quia declaratio,
qua ſe tuetur Ioannes non fuit facta ab eo; ſed à
Vincentio ipſo abſente, & abſque aliqua conuen-
tione de ſuccedendo in locum Valentini prioris
creditoris quæ conuentio requirebatur in ipſo actu
ſocietatis, quando pecuniæ fuerunt traditæ per
Ioannem Valentino, ita vt non ſufficiat, quod idem
Ioannes in inſtrumento depoſiti facto ex interuallo
poſt duos dies à contracta ſocietate declarauit, &
conuenerit de ſuccedendo in locum Valentini, &
tunc reportauerit ſpecialem hypothecam à Vin-
centio ſuper officio reſignando cum ceſſione iu-
4 rium, † Quia iſta declaratio, & conuentio ex inter-
uallo non iuuat, tanquam non potuerit fieri in præ-
iudicium Cæſaris anterioris creditoris propter
generalem hypothecam prius acquiſitam in primo
ſuo inſtrumento ſocietatis contractæ cum eo-
dem Vincentio ad fauorem Cæſaris, Quamuis
enim declaratio, & conuentio retrotrahatur ad
principium actus tanquam illa adhærens, tamen
intelligitur reſpectu partium, non autem tertij, in
cuius præiudicium nunquam retrotrahitur propter
ius illi prius acquiſitum, quod ſemper debet eſſe
exceptum, ideo nunquam ei obeſt, niſi fiat in ipſo-
met actu: Caſtr. *in l. hæredes, §. 1. col. 2. in fin. ff. de te-
ſtament.* Anchar. *conſ. 398. col. vlt. n. 4.* Ang. *conſ. 209.
n. 1. in fi.* Roland. *conſ. 46. n. 18. lib. 2.* Dec. *conſ. 114.
pro tenus facultate, col. vltim. in princ. n. 5.* Aym. *cõſ. 112.
n. 12. & conſ. 106. n. 13.* Socin. *conſi. 160. nu. 10. lib. 2.*
Surd. *conſi. 196. n. 40. lib. 2. & conſ. 188. n. 6. eod. lib.*

Cum igitur talis conuentio facta ex interuallo non
obſtet iuribus prius quæſitis per Cæſarem, non
erit locus reſtitutioni pecuniarum, cum enim per
eum fuerit contracta ſocietas contemplatione of-
ficij emendi, & ſint ſolutæ pecuniæ pro pretio eiuſ-
5 dem officij, † antequam aduerſarius aliquid ſolue-
ret, ex capitali ipſius ſocietatis prius debet ſatisfieri
creditum ipſius Cæſaris ſocij anterioris, quam al-
terius: Bald. & Salic. *in l. eius Cod. de compenſat.*
Corn. *conſ. 111. poſt princip. verſ. ad idem quod. lib. 4.*
Socin. *conſi 73. nu. 9. & 10. lib. 1.* Magon. *deciſ. Lu-
ceꝛſ. 3. num. 13. & 31.* Roncagall. *in l. ſi duo rei. 10.
num 6. ff. de duob. reis.* Caualcan. *de tuter. num. 120.*
Tindar. *de compenſat. art. 7. n. 7.* Rot. coram R.P.D.
Ortemberg. Romana dotis. 13. Nouembris. 1602.
in fin. vbi etiam quod procedit quamuis eſſemus in
cauſa dotis, cuius priuilegium in hoc caſu non at-
tenderetur, vt per Rot. coram eod. in d. Romana
dotis, 2. Decembris 1601.

Ex quibus patet eſſe concedendam appellationem, &
retardandam executionem, nam licet ſimus in pro-
miſſione cum obligatione camerali de reſtituendo
prioribus, & potioribus ad omne mandatum do-
6 mini, † Tamen iſta promiſſio non operatur effectum
reſtitutionis, niſi quando pecuniæ eſſent reſtituen-
dæ prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum
domini, ſi enim in decreto non adſit iſta copula, &
admittitur appellatio ab iſta declaratoria anteriori-
tatis, & potioritatis. Et contraria procedunt, quan-
do in decreto apponitur dicta copula, tunc enim
reſcribitur cum clauſula ſine præiudicio legitimæ
executionis, quia ſtatim ſecuto mandato Iudicis
intrat reſtitutio, prout cum prædicta diſtinctione
ſæpe ita fuiſſe ſeruatum in Signatura teſtatur R. P.
D. Marcheſanus *de commiſſione appellat. de oblig. ca-
meral. p. 1. §. 1. n. 171. vſque ad 176. fol. 709.*

Alterum dubium decidendum eſt negatiuè, quod
venditor non teneatur ad prætenſa damna, quia
7 illa ſpectant ad emptorem officij, † quod licet
fuerit venditum cum reſeruatione dominij pro
rata pretij non ſoluti, tamen talis reſeruatio non
impedit perfectionem venditionis, cum contra-
ctus ſit perfectus, ita vt omne commodum, &
periculum ex illo proueniens ſit ipſius emptoris,
non autem venditoris reſeruantis prædictum
dominium, non obſtante etiam, quod poſt talem
venditionem cum huiuſmodi reſeruatione emens
rem venditam, conduxerit promittendo ſoluere
certum quid, donec pretium integrum fuerit ſo-
lutum, tanquam iſta accidentalia non conſide-
rentur, ſed ſolum attendatur perfectio venditio-
nis principaliter factæ, prout eſt text. *in l. ſicut
emptio. 23.* vbi Gloſſ. *in verb. exoluat. D. locat.* Boſſ.
8 *de remiſſ. merced. conduct. numer.* 102. † vbi
quod eſt multum notandum, nam quilibet non
viſo dicto textu contrarium diceret, & ſequitur
Surd. *deciſ. 198. numer. 28.* poſt Curt. Iun. *conſil. 82.*

numer. 3. *col.* 2. *in princip.* Decian. *conſil.* 312. *licet*
hactenus, numer. 4. *col.* 2. *in fin. verſ. tertio idem com-*
probatur. Alexand. *conſi.* 121. *num.* 2. *lib.* 5. Ruin. *con-*
ſil. 73. *nu.* 3. *lib.* 1. Cæpoll. *cautel.* 125. *num.* 1. *ad med.*
Cardio. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 4.
tit. 24.

Quare dominium in hoc caſu poteſt dici ius pro-
prium, quod quis in re habet vigore præfatæ reſer-
9 uationis, † quæ vt dictum eſt operatur talem præla-
tionem, cum paſſim accipiatur dominium pro ſi-
milibus iuribus, quæ alicui competunt, *l. recté dici-*
mus, 25. *l. bonorum*. 49. *l. ſciendum* 90. *in fi. l. verbum*
illud pertinere, 81. *habere* 188. *l. pronunciatio*. 191. §. 1.
verſ. pater autem familias. l. poteſtatis, 215 *ff. de verb.*
ſignificat Rebuff. *in l. alienarum*. 76. *col.* 2. *in prin. ff.*
eod. tit. l. 1. *in fi. ff. de pecul.*

Quibus additur, quod emptor officij ſoluit ſcuta bis
mille, & trecentum, vnde effectus eſt verus domi-
nus, & poſſeſſor, & titularis verus non de vento, vt
ex aduerſo præſupponitur, cum tale pretium fuerit
pluſquam ſufficiens pro valore eiuſdem tituli, qui
erat in perſona emptoris, ſub cuius nomine inſtru-
menta rogabantur cum exercitio omnium, quæ ad
verum titularem ſpectabant, & pro rata pretij non
ſoluti, pro qua fuit reſeruatum dominium, adeerant
ſcripturæ, in quibus venditor dominium, & hypo-
10 thecam retinuit, † cum pacto expreſſo, quod non
eſſet licita illarum tranſportatio, donec totum
pretium non fuiſſet ſolutum, vt latius in
inſtrumento, de quo in actis, adeo vt ſtante
vero dominio acquiſito tituli officij, iuxta pretium
ſolutum, ad eum pertineat periculum, & commo-
dum eiuſdem officij tanquam ad verum dominum,
iuxta Bullas Clement. VII *in ordine* 47. & Pij IV.
nu. 85. de quibus per Cardin. Seraphin. *deciſ.* 537 &
11 576. quæ non obſtant caſui noſtro, dum loquuntur
in arrendatariis, in quos nullum dominium fuit
tranſlatum, ſed officium exercebatur nomine
principalis domini quod non eſt in tempore, de quo
12 agimus, qui erat titularis. & verus dominus, † ideo
ad eum ſpectabat periculum, & commodum rei
emptæ, non autē ad venditorem, ſtante venditione
vndequaque perfecta: Surd. *decis.* 196. *nu.* 28. poſt
Boſs. *de remiſſ. mer. ced. conductor. nu.* 102. cum aliis
ſupra allegatis.

[Adde *ſupr. ad c.* 354. *n.* 48 & *cap.* 514. *n.* 17.]

Non obſtat Decian. *conſ.* 440. *ſuperioribus, in princip.*
13 Quia licet ibid. concludat, † quod damnum illa-
tum per animalia vendita cum reſeruatione domi-
nij pertineat ad venditorem ſtante ſtatuto, quod
domini teneantur pro damnis ab eis illatis. Tamen
hoc intelligitur probata ſcientia eorum, quæ acta
ſunt, nam alias propter ignorantiam non teneretur
venditor, quamuis dominium ſibi reſeruauerit ſu-
per animalibus, quæ quidem ſcientia non fuit in
14 caſu noſtro allegata, nedum probata, † Ita ſe de-
clarat idem Dec. *d. conſil* 44 *col.* 1. *in princ verſ. de*
venditore qui reſeruauit, nu. 4. iuxta *l. totum ferro.* §.
dominus ff de publican. l. fraudari. in fin. eod tit. l.
metrodorum. ff. de pœn l. vlt. ff de decret. ab ordin. fa-
ciend c apoſtolico, de cleric. excommunicat. miniſtrant.
c. ſi non ab homine, de ſentent. excommunicat.

Immo idem Dec. *conſ.* 311. *licet hactenus, nu.* 4. contra-
15 rium tenet, † quod videlicet damnum contingens
in rebus venditis, cum ſimilibus reſeruationibus,
donec impleatur, & ſoluatur pretium, pertineat
ad emptorem cum locatione in tali contractu
factæ tanquam accidentales non attendantur, &
16 quia poſt venditionem perfectam, † & traditionem
ſecutam periculum eſt emptoris, *l. ex empto. in prin-*
cip. ff. de act. empt. l. pignus. Cod. de pignorat. action.
Quaſi illa penſio præſtetur pro intereſſe pretij non
ſoluti: Bartol. *in l. ſi cum emptio.* §. *interdum. ff. locat.*
Alexand. *conſil.* 121. *nu.* 4. & *per tot lib.* 5.

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, quia ſatis erat
allegare, quod nullibi conſtat de prætenſo damno,
17 † nam ſententia, quæ prætenditur lata contra
ſubſtitutum contumacem, non debet nocere
tertio non citato etiam in conſequentiam, quam-
uis alias ſi fuiſſet lata contra præſentem, & ſe de-
fendentem debuiſſet nocere tertio, Vnde multò
minus nocebit in caſu noſtro, in quo nulla adeſt
conſequentia, vt præiudicet venditori, *l. qui repu-*
diatus. §. *fi.* & *l. Papinianus.* § *meminiſſe, ff. de inof-*
fic. teſtam. l. ſi ideo. ff de euictionibus l. præſes. C. de pi-
gnoribus. Bart. *in l. cum filius. in fin ff. de verbor. obli-*
gationib. Alexand. *conſi.* 84. *num.* 4. *ad med* vbi Ad-
dit. *in verb. tertio.* & Natt. *in verb. ſe non defenden-*
tem. lib. 3. Butr. *conſi.* 5. Roman. *conſi.* 154. *numer.* 5.
vbi plenè Mandol. *in verb. lata.* & *in verb. noceret.*
Felin. *in c. cum Bertoldus. col* 8. *numer.* 20. *verſ vn-*
de conſulit. de re iudicat. & *in c. ex literis. col.* 12. *de con-*
ſtitutionibus Matheſil *notab.* 26. Alciat *præſumpt.* 22.
num. 8. *reg.* 3. *fol.* 323. Marſil. *in l. infans, nu.* 21. *verſ.*
tertio dicit. ff. de ſicar. & *in l. de vnoquoque, n.* 174. *ff. de*
re iudicat.

Et regulare eſt, vt ſtatutum mandans damnum e-
18 mendari debeat intelligi, † vt prius conſtet verè
de damno illato, non autem fictè per contuma-
ciam accuſati: Alciat. *præſumpt.* 21. *numer.* 6. *regul.* 3.
poſt Rayn. de Forl. *in l.* 2. *ad fin. ff. ad Syllanian.*
quem refert & ſequitur Bald. *in l. ſi quando. C. vn-*
de vi.

Prout dicimus de pacto, quod circa damna paſſa, &
intereſſe credatur dicto partis cum iuramento,
19 † quamuis illud valeat tam in contractibus, quam
in vltimis voluntatibus: Surd. *decis.* 259. *nu.* 7. poſt
Bald. Albert. & Iaſ. *in l. iuſiurandum quod ex con-*
uentione. ff. de iureiur. Cagnol. *in l.* 1. *n.* 114. *C. de ſen-*
tent. quæ pro eo quod inter. Abb. *in c. dilecti filij. col. fin.*
de for. compet. Natt. *conſil.* 450. *per tot.* Seraphin. *pri-*
uileg. iuram. 31. *n.* 8. *cum ſeq.* latè Maſtrill. *decis.* 60. *n.* 1.
20 *vſque ad* 4. † Exemplo ſtatuti, quod etiam valebit,
vt credatur damnū paſſo cum iuramento: Menoch.
conſ. 217. *num.* 8. *vſque ad* 11. *lib.* 3. Plot. *de in lit. iur.*
§. 47. & 48. ¶ Tamen iſtud pactum intelligitur,
vt credatur circa quantitatem damnorum tantùm,
21 non autem de damno in genere paſſo, † nam tunc
in eo requiretur extrinſeca probatio, nā ex quo pars
eſt teſtis in cauſa propria contra regulas iuris, ideo
prius liquidè verificandum eſt damnum eſſe paſ-
ſum, & poſtea pars iuret ſuper quantitate: Bart.
conſ. 168. *lib.* 1. Grat. *conſ.* 10. *n.* 7. & 12. *lib.* 2. Lup. *de*
vſur. § 6. *in fin.* Imol *in l. Paulus. ff de ſolution.* & de
communi teſtatur Maſtrill. *decis.* 60. *n.* 4. *vſque ad* 9.
22 † vbi etiam addit, quod in ſimilibus pactis, in qui-
bus conceditur facultas iurandi circa quantitatem
damnorum, non eſt recedendum à perſona, cum qua
fuit facta conuentio, nam qui dat facultatem iu-
randi poteſt confidere de eo, non autem de hære-
de, aut de alio cauſam ab illo habente, ideo talis fa-
cultas ſolum reſtringetur ad eum, non ad alium: Iaſ.
in l. ſi quando. nu. 52. *C. vnde vi.* Natt. *conſ.* 450. Alex.
Rom. & Socin. *in l. penult.* §. *fin. ff. ne quis eum qui*
in ius vocat.

in ita. Rot. Ianuenſ. *deciſ.* 78 Grat. *conſ.* 28. *n.* 10. *lib.* 1.
23 † vbi extendit, quod neque per procuratorem ad
id ſpecialiter deputatum poteſt tale iuramentum
24 præſtari: Maſtrill. *deciſ.* 60 *n.* 9. † dummodo tamen
mandatum non ſit ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic iu-
randum, prout dicimus de poſitionibus, quibus non
poteſt reſpondere procurator etiam ſpecialiter con-
ſtitutus niſi habeat mandatum ſpecialiſſimum ad
ſic, & ſic reſpondendum, vt per Rot. coram Cardin.
Lancelloto Bononien, fideicommiſſi de Rubeis 6.
Martij 1596 iuxta opinionem Bar. *in l. vlt. in fi. C.
de procuratorib.* Imol. *in l. penult § ad crimin. col. pe-
nult. verſ ſed per complementum. ff. de public. iudic.* Co-
uar. *pract. quæſt.* 6. 10. *verſi, eſt tamẽ hac in re.* Luc. Pet.
25 *in ſua prax. in de poſitionibus, n.* 13. *in fin.* † Ita vt ne-
que ſufficiat, quod fuerit datum mandatum amplum
iuxta formularium Romanæ Curiæ, in quo licet
continuatur talis facultas, tamen non poteſt dici,
quod dominus dederit mandatum ſpeciale ad ſic
reſpondendum poſitionibus, cum non conſtet de
ſcientia, aut certioratione eiuſdem domini, quod
hoc contineretur in dicto formulario: Rot. coram
Card Lancellotto in d Bononien. fideicommiſſi 6.
26 Martij 1596. † Et quod requiratur mandatum in
indiuiduo tam in dandis poſitionibus, quam in reſ-
ponſione ad illas latè Rot. coram R.P.D. Pirouano
Mediolanen. penſionis. 8. Februarij 1616 quæ eſt
deciſ. 779. *n.* 3. *vſque ad* 6. *par.* 2. *in recentioribus.* poſt
Nenizan. *conſi* 7. *n.* 12. Honded *conſ* 66 *n.* 73. *lib.* 1.
Menoch. *conſi* 84. *nu* 64. Quidquid ſit in poteſtate
iurandi conceſſa per ſtatutum, ſeu legem, quæ non
27 reſtringetur iuxta terminos pacti: Plot. *in l. ſi quan-
do. nu.* 619. *verſ. vigeſimoquarto amplia. C. vnd. vi* ſe-
quitur Maſtrill. *deciſ.* 66. *nu.* 10.

EPITOME.

Verbum *linea*, quando ſit collectiuum, & includat diuerſos gradus. ¶ Et quo caſu attendatur altera linea in defectum primæ vocatæ tam in fideicommiſſis, quam in feudis, & primogenituris, ita vt debeat intelligi de vniuerſali deficientia. ¶ Vocatio poſitorum in conditione an ſit neceſſaria ad excluſionem tranſuerſalium. ¶ Dictio *tunc* an deſignet extremitatem temporis, & reſtringat diſpoſitionem ad illa, quæ ſunt expreſſa. ¶ Verbum *deficere*, an ſignificet caſum nõ exiſtentiæ, vel ſolum quando natus deſiit eſſe in rerum natura. ¶ Repetitio qualitatum an ſit facienda quando ſunt capitula ſeparata, & fuit oratio perfecta, & adeſt diuerſitas perſonarum non obſtantibus dictionibus repetitiuis. ¶ Et quid in ſubſtitutionibus correſpectiuis, & continuatiuis de vna in aliam. ¶ Probatio omnium qualitatum quando ſit neceſſaria. ¶ Liberi poſiti in conditione quamuis non cenſeantur vocati, an excludant vocatum ſub conditione liberorum.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* linea *eſt collectiuum, & includit multos gradus, n.* 13.
2 *Teſtator præſumitur voluiſſe ſe conformare iuri communi*
3 *Succeſſio ſi deuenit ad vnam lineam, non attenditur altera, niſi deficientibus omnibus, qui ex eadem linea proceſſerunt tam in fideicommiſſo, quam in feudo, & primogenitura.*
4 *Verba* deficiente linea, *inducunt conditionem.*
5 *Conditio, ſub qua fuit quis ſubſtitutus, debet purificari.*
6 *Dictio* tunc, *ſignificat extremitatem temporis, reſtringendo diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*
7 *Vocatio poſitorum in conditione non eſt neceſſaria ad excluſionem tranſuerſalium.*
8 *Liberi poſiti in conditione non cenſentur vocati, ſed tamen excludunt vocatum ſub conditione liberorũ, n.* 9.
10 *Deficientia lineæ intelligitur de vniuerſali.*
11 *Verba* dicta, *ſignificant perſonalitatem.*
12 *Vocatio intelligitur, prout ſuadet ordo charitatis, & naturæ.*
14 *Fideicommiſſum quando habeat locum in tranſuerſali, & deficiente linea fœminina, & à quo tempore incipiat, n.* 15. *&* 16.
17 *Dictio, &, repetit omnes qualitates, & inducit ordinem, & continuationem ad præcedentia.*
18 *Vocatio ceſſat ob defectum conditionis non aſſumpti nominis, & inſignium teſtatoris, prout ob eandem cauſam ceſſabit ſubſtitutio ab ea procedens, n.* 19.
20 *Probatio vnius qualitatis non ſufficit, vbi plures qualitates requiruntur.*
21 *Plura copulatiuè requiſita faciunt, vt omnia ſint probanda.*
22 *Deficere tunc quis propriè dicitur quando natus deſiit eſſe in rerum natura. Contrarium, quod etiam dicatur quando nunquam natus, nu.* 23. *& ita ſeruatur in Rota Romana, nu.* 24.
25 *Repetitio qualitatum non eſt facienda quando ſunt capitula ſeparata, & adeſt diuerſitas perſonarum, quamuis adſit copula. &, neque tunc infertur ab vna diſpoſitione ad aliã, n.* 26. *Fallit in ſubſtitutionibus correſpectiuis, & cõtinuatiuis de vna in aliã, n.* 28. *&* 29.
27 *Copula, &, non repetit qualitates præcedentes quando oratio eſt perfecta.*

CAPVT DCCLXXIII.

NEgatiuè videbatur concludendum eſſe pro
non purificatione fideicommiſſi, de quo in
cauſa Maceraten. hæreditatis. Etenim tranſuerſa-
les non ſunt vocati, niſi in caſu deficientiæ lineæ
fœmininæ, quæ cum adhuc extet, non debet fieri
1 tranſitus in aliam. † Nam verbum *linea* eſt colle-
ctiuum, & multorum graduum incluſiuum conti-
nens filios, nepotes, & deſcendentes: Doctor, *in l.
cum ita. §. in fideicommiſſo, de legat.* 2. latè Menoch.
conſ. 585. *nu.* 30. *lib.* 6. *& præſumpt.* 187. *nu.* 38. *lib.* 4.
cum aliis per Surd. *conſi.* 344. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 3. Cum
præſertim hæc interpretatio ſit conformis iuri
2 communi, † cui teſtator præſumitur voluiſſe ſe
conformare: *l. heredes mei, §. cum ita. nu.* 74. *ff. ad
Trebellian.* Menoch. *conſi.* 588. *nu.* 7. *lib.* 6. *& conſ.*
427. *nu.* 4. *lib.* 5. Socin. *conſ.* 51. *nu.* 35. *lib.* 4. Ruin.
conſ. 168. *nu.* 15. *lib.* 2. Alciat. *præſumpt.* 32. *regul.* 3.
Gomeſ. *in §. in perſonam, nu.* 25. *inſtit. de action.* ſe-
cundum quod ſi ſucceſſio ad vnam lineam deuenit,
3 † nunquam attenditur altera, niſi deficientibus
omnibus illis, qui ex ea linea proceſſerint, quaſi
conſideretur perſeuerantia, vt non debeat exire ex
illa, in quam ſemel ingreſſa eſt, ſiue ſimus in ſuc-
ceſſione fideicommiſſi, ſeu feudi, ſeu primogeni-
turæ, ſiue ſimilium: Ludouic. Molin. *de primogen.
hiſpanor. lib.* 3. *&* 6. *nu.* 32. Couar. *pract. quæſt. c.* 38.
num. 6. *col.* 12. *poſt princ. verſ ad hæc accedit, quod per
inſtitutionem.* Becc. *conſi.* 128. *n.* 46 *& conſi.* 143. *n.* 41.
in fin. lib. 2. Rimin. Iun. *conſi.* 108. *nu.* 32. *lib.* 1.
Præſertim, quia verba *deficiente linea fœminina*, im-
4 portant conditionem † tanquam prolata per

ablatiuo abſolutus *l. cum tit. ff. de cond. l. à testatore de condict. & demonſtrat.* Becc. *conſil.* 39. *numer.* 18. Adeo vt tranſuerſales non admittantur, niſi poſt-
5 quam defecerit linea fœminina, † vel moriantur omnes deſcendentes ex ea, & ſic purificata conditione, ſub qua fuit quis ſubſtitutus: Cephal. *conſil.* 549. *numer.* 28. *&* 29. *lib.* 5. Surd. *conſi.* 147. *numer.* 5. *lib.* 2. Aym. *conſil.* 183. *col.* 1. *in fin. verſ. quia præmiſſa.* Zanch. *in l. heredes mei.* §. *cum ita p.* 2. *num.* 37. *ff. ad Trebellian.*

Maxime ſtante illa dictione, *ante*, appoſita in caſu de-
6 ficientiæ lineæ fœmininæ, † quæ ſignificat extremitatem temporis, reſtringendo hanc vocationem ſubſtitutorum ad caſum expreſſum: Ruin. *conſi.* 209. *num.* 9. *lib.* 2. cum aliis per Roland. *conſil.* 56. *nu.* 10. *lib.* 3. Surd. *conſi.* 274. *nu.* 9. *lib.* 2. *& conſil.* 244. *n.* 3. *& conſi.* 347. *n.* 3. *lib.* 3. Aym. *conſi.* 98. *nu.* 5. *ad med.* Nat. *conſi.* 667. *num.* 4. Menoch. *conſil.* 106. *nu.* 316. *lib.* 2. *& conſi.* 117. *num.* 6. *eod. lib.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 19. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 29. *nu.* 28. Molin. *de primogenit. hiſpan. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 67. cum aliis per Barboſ. *de diction. & clauſul. dict.* 354. *nu.* 1. *&* 4.

Neque obſtat, quod fœminæ deſcendentes ex filiabus
7 teſtatoris non ſint vocatæ: † Quia ad excluſionem tranſuerſalis non eſt neceſſaria vocatio poſitorum in conditione, cum ſufficiat ſolum illarum exiſtentia, quaſi hoc caſu conditio non poſſit aliud operari, niſi effectum vocationis: Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 28. *nu.* 15. poſt Cuman. *in l. Lucius, ff. de heredib. inſtit.* Bero. *conſi.* 77. *nu.* 13. *lib.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 141. *nu.* 16. *&* 17. *lib.* 2. *& conſi.* 174. *n.* 24. *&* 25. *eod. lib.* Cum poſſit ſimul ſtare quod poſiti in conditione non ſint vocati, & quod ſubſtitutum
8 excludant, † vt dicitur de liberis in conditione poſitis, qui licet non dicantur vocati, *l. ſi quis ſub conditione ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Gloſ. *in l. Lucius, ff. de heredib. inſtit. per d.* Gabr. *de fideicomm. concluſ.* 4. *in princ.* Clar. *in* §. *teſtamentum, q.* 77. Roland. *conſil.* 51. *num.* 5. *lib.* 3. Couar. *in c. Raynutius,* §. 3.
9 *nu.* 2. *de teſtament.* Surd. *conſil* 91. *num.* 10. † Tamen excludunt vocatum ſub conditione liberorum, *l. filius,* §. *cum quis, ff. de leg.* 1 Bald. *in l.* 1. *nu.* 1. *C. de condit. inſert.* Socin. *in l. heredes mei,* §. *cum ita, col. pen. in fi. ff ad Trebell.* Bero *d. conſi.* 77. *nu.* 14. *lib.* 2.

Minus obſtat, quod illa verba *deficiente linea fœminina* debeant intelligi de illis fœminis deſcendentibus ex fœminis agnatis, quæ ſuperextitiſſent tempore deficientiæ lineæ maſculinæ, & vna cum eorum viris aſſumpſiſſent nomen teſtatoris, quaſi illæ ſolum prætendantur vocatæ poſt extinctam lineam maſculinam. Quia verius eſt, quod teſtator vocauit tranſuerſales ſolum poſt extinctam lineam fœmininam, non autem poſt deficientiam illarum agnatarum, cum non dixerit *deficientibus dictis fœ-*
10 *minis,* ſed *deficiente linea fœminina,* † quæ verba debent intelligi de deficientia vniuerſalis lineæ tanquam indefinita, quæ in vltimis voluntatibus ſemper æquipollent vniuerſali, & omnem, & totam lineam comprehendunt: Bart. *in l. ſi pluribus, de leg.* 2. Cuman. *conſ.* 3. *n.* 3. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 12. & in propoſito notat Surd. *conſi.* 336. *n.* 6. *&* 7. *& conſi* 352. *n.* 19. *lib.* 4. Curt. Iun. *conſi* 43. *n.* 3. *&* 5. latè Menoch. *conſ.* 173. *lib.* 2. Cum præſertim teſtator non vſus fuerit aliqua dictione
11 reſtringente orationem indefinitam, † puta dicendo *dictis fœminis,* aut ſimilibus, ſed ſimpliciter dixerit *deficiente linea,* abſq. vlla reſtrictione; quo caſu non ſignificatur aliqua perſonalitas, quidquid aliud ſit, ſi reſtrictio appoſita fuiſſet: Menoc. *conſ.* 585. *n.* 32. *ad med. verſ. & comprobatur, lib* 6.

Accedat, quod teſtator prætulit tranſuerſalibus deſcendentes ex fœminis ponendo omnes de dicta linea in conditione ad excluſionem dictorum tranſuerſalium. Vnde nil aliud voluit niſi quod bona huiuſmodi fideicommiſſo ſubiecta prius conſeruarentur penes maſculos, & deſcendentes ex maſculis, poſtea penes fœminas, & deſcendentes ex eis,
12 vltimo apud tranſuerſales, vt ordo naturæ, & charitatis ſuadet: Anchar. *conſil.* 120. *num.* 4. Iaſ. *in l.* 1. §. *hoc autem. in* 2. *lect. n.* 3. *ad Trebellian.* Surd. *conſ.* 378. *n.* 18. *lib.* 3.

Ideo teſtator conſulto ceſſari fecit illa verba *deficiente linea maſculina fœminina,* mandando ſolum, vt legeretur deficiente linea fœminina, abſque illa dictione *maſculina,* prout reſoluit Rota in huiuſmodi
13 cauſa ſub die 10. Decembris 1612. † Et quod clarè colligitur, quod noluit intelligere de ſupradictis fœminis maſculinitatis, ſed de tota linea fœminina, cuius appellatione veniunt omnes ex ea deſcendentes: Menoch. *conſil.* 497. *nu.* 1. *lib.* 5 poſt Salic. *aut conſ.* Anchar. 95. *num* 7. Textor. *de gradib. cognat. q.* 9. Ruin. *conſ* 98. *nu.* 4. *lib.* 2. latè Peralt. *in l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo, nu* 15. *ad fi. ff. de leg* 2.

Verum pro contraria opinione, quod immo ſit factus locus fideicommiſſo ad fauorem Aſcanij faciebat,
14 † quia ipſe erat maſculus tranſuerſalis deſcendens à fratre Matthæi teſtatoris, vt fuit deciſum in hac cauſa Maceraten. hæreditatis coram R. P. D Iuſto 28. Maij. 1608. & coram R. P. D. Manzanedo. 17. Februar. 1609. Vnde erit vocatus in locum deficientis lineæ fœmininæ, de qua deficientia conſtabat, quia ſolum ad huiuſmodi fideicommiſſum fuerunt
15 vocatæ fœminæ agnatæ, † videlicet filiæ teſtatoris, & filiæ filiorum, & deſcendentium maſculorum, quæ futuræ erant de agnatione teſtatoris, iuxta deciſionem Card. Pamphilij in hac cauſa. 20. Februar. 1598. & R. P. D. Manzanedi. 17. Decembris 1610. Quarum agnatarum vocatio cepit à die purificati
16 fideicommiſſi per obitum vltimi maſculi, vt reſoluit Rot. coram R. P. D. Iuſto 10. Maij 1606. & coram R. P. D. Manzanedo, 18. Iunij 1609. Et cum de illo tempore iſtæ fœminæ agnatæ non extarent, quia præmortuæ fuerant maſculo vltimo morienti tempe Franciſco, nec adimpleuiſſent onus per teſtatorem iniunctum aſſumendi vna cum ſuis viris nomen, & arma ipſius, ceſſauit vocatio illarum, & per conſequens maſculorum cognatorum ſucceſſiuè ab eis deſcendentium, quæ dictio ſucceſſiuè propoſita in vocatione eorumdem deſcendentium ab eiſdem fœminis denotat ordinem, & continuationem ad præcedentia, & repetitionem omnium qualitatum, ſub vniformi terminorum
17 qualitate, † prout dictio, *& l. Seia,* §. *Caio, ff de fund. inſtruct.* Gloſſ. *in l. item lapilli. inſtit. de rer. diuiſion. & in l ſi ſic. ff quemadm. ſeruit. amit.* Iaſ. *conſ.* 128. *n.* 12. *lib.* 2. Honded. *conſi.* 49. *n.* 19. *lib.* 2. Surd. *conſi.* 365. *n.* 9. *lib.* 3. Rip. *in c.* 2. *n.* 46. *de reſcript.* dixi *ſupr c.* 147. *nu.* 16. cum aliis per Barboſ. *de diction. & clauſul. diction.* 93. *n.* 12.

Deficiente igitur vocatione iſtarum agnatarum propter non exiſtentiam illarum de tempore purifi-
18 cati fideicommiſſi, † ad quod fuit reſtricta talis vocatio, & propter non aſſumptionem nominis,

& inſignium teſtatoris, ceſſauit vocatio deſcen-
dentium ex ipſis agnatis nempe illorum de Ritiis
& litis conſortium, vt reſoluit Rot. in hac cauſa
coram R.P.D. Iuſto 18. Iunij. 1607. Prout etiam
defecit linea fœminina proueniens ex dictis agna-
tis. Nam ſicut Ritij, & conſortes, qui deſcendunt
verè, & realiter ab eiſdem agnatis filiabus teſtato-
ris, & ſic à teſtatore per lineam fœmininam non
ſunt vocati ab eodem teſtatore, prout neque ipſę
agnatæ non exiſtentes de tempore obitus vltimi
19 maſculi, † Ita etiam ob eandem rationem ceſſauit
vocatio lineæ fœmininæ, quæ procedit à di-
ctis agnatis, cum defecerit ipſa linea, videlicet
ad effectum, quod ſit factus locus tranſuerſalibus
maſculis ſubſtitutis in caſu deficientiæ eiuſdem
lineæ fœmininæ, Vnde non ſufficit Ritiis pro
exiſtentia talis lineæ fœmininæ probare, quod
ipſi ſunt de eadem linea, tanquam deſcendant ab
agnatis filiabus teſtatoris, niſi etiam probent ta-
les agnatas ſupernixiſſe vltimo maſculo, & aſſum-
pſiſſe nomen, & inſignia teſtatoris, ad quas quali-
tates fuit reſtricta vocatio iſtarum agnatarum, &
ſucceſſorum illarum, & ſua linea fœminina in
conditione poſita, alias non poteſt dici conſtare
de duratione, & exiſtentia, & non deficientia e-
iuſdem lineæ, prout latius omnia prædicta expli-
20 cantur in facto, † & paſſim in diſpoſitione plures
qualitates requirente, non poteſt quis ſe in ea
fundare, niſi probet omnes interueniſſe: Bart. *in
l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. ne quid in flum. publ.*
Iaſ. *conſi. 9. nu. 13. in fi. lib. 1.* Bece. *conſi. 53. num. 9.* Surd.
conſ. 403. n. 29. lib. 3. Cum etiam plura copulatiuè re-
21 quirantur, † omnia probari debent: *l. heredes plures,
ff. de condit. inſtitu. l. ſi is qui ducenta, 14. §. vtrum, ff de
reb. dub.* Surd. *conſ. 45 n. 15 lib. 1.*

Nec obeſt, quod iſta linea fœminina, cum nunquam
ceperit, vt ſupra dictum eſt, non poteſt per conſe-
22 quens dici, quod defecerit, † tunc enim quis pro-
priè dicitur deficere, quando natus deſiit eſſe in
rerum natura: *l. Titio vſuſfructus, ff. de condit. &
demonſt. l. non poteſt videri deſiiſſe, ff de regul. iur. l. ſi
extraneus, ff. de condit. cauſ. dat.* Alciat. *de verbor.
ſignific. lib. 3. in 1. axiomat. & conſ. 492. nu. 9.* latè Ri-
min. Iun. *conſ. 17. n. 57. cum ſeq lib. 2.* Ruin. *conſ. 175. n.
5. lib. 2. & conſ. 104. numero ſexto, eod. lib.* Surd. *conſ.
336. n. 1 lib. 3.* Suc. Iun. *conſ. 100. n. 28. li. 3. & conſ. 169.
n. 5. lib. 5* Natt. *conſ. 667. n. 9. &* 10. Mazzol. *conſ. 2. n.
27.* Decian. *conſ. 1. n. 33 cum ſeq. li. 1.* Cephal. *conſ. 326.
per tot. lib. 3.* Honded. *conſ. 49. n. 50 lib. 2.*

Nam quidquid dicant prædicti Doctores, & alij,
qui poſſent allegari, verius eſt quod verba *deficien-
23 te linea fœminina,* † comprehendant tam caſum
mortis filiarum præmorientium, quam non
exiſtentium, aut quia præmortuæ, aut quia num-
quam natæ, tanquam deficere non ſolum impor-
tet mori, ſed etiam deeſſe, ſiue non eſſe: Bero.
conſ. 66. num. 16. lib. 2. & conſ. 102. num. 18. eod. lib.
iuxta *l. vnic. Cod. de indict. viduit. tollend. l. petitis
num. 7. C. adactat. diuerſ. iudicior.* Gloſ. *in l. vnic. §.
vbi autem, & §. ſin autem ad deficientes, C. de caduc.
tollend.* Socin. Iun *conſi 181. num. 23. & 25. lib. 5.* Dec.
24 *conſi. 125. per tot.* Surd. *deciſ. 57. num. 6.* & ita ſeruat
Rot coram Card Lancellotto Bononien. fideicom-
miſſi de Canobiis, 8. Iunij 1611. & de veriori
opinione latè teſtatur Menoc. *conſ. 1063. numero 4.
vſque ad 14. lib. 11.* Laderch. *conſ. 72. num. 5. cum ſeq.*
Sim. de Pret. *de interpr. vlt. vol. lib. 3. ſolut. 1. num 48.
vſque ad 58. fol. 291.* Corn. *conſ. 276. nu. 16. lib. 2.* Iaſ.
conſil. 148. n. 23. & 24. lib. 5. Boer. *deciſ. 38. nu. 13.* Sa-
lamon. *in l. omnes populi, v. 48 ff de iuſt. & iur.* Alciat.
*in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 52. ff de liber &
poſthu. & conſ. 41. nu. 11. cum ſeq. lib. 9.* Dec. *conſ. 1. n.
128. & 129. lib. 1.* Rip. *in l. 1. n. 46. ff. de vulg. & pupill.*
Ceph. *conſ 349. n. 58. lib. 3. & conſi. 649. n. 1. & 5. li. 5.*

Nec facit, quod iſta clauſula tranſuerſalium ſtet de
per ſe, & contineat ſubſtitutionem ſeparatam à
25 præcedentibus, † adeo vt non ſit facienda repe-
titio qualitatis adiectæ præcedenti gradui ſepara-
to in ſequenti, maxime ſtante diuerſitate perſo-
narum vtriuſque ſubſtitutionis, quamuis adeſſet
copula, & Pariſ. *conſil. 58 nu. 23. vſque ad 56 lib. 2.*
26 Dec. *conſi. 17. n 34. lib. 1.* † Ideo non eſt inferen-
dum de vna ad aliam, ſed ſeparatim de eis iudica-
tur: Bart. *in l. iam hoc iure, §. vlt. ad fin.* & ibi Caſtr.
n. 7. ff. de vulg. & pup. Gab *conſ. 95 nu. 2. lib. 1.* Hon-
ded. *conſ. 78. num. 46. lib. 1. & conſ. 48. num. 49. lib. 2.*
27 † Cum præſertim copula, *&*, non repetat qualita-
tes præcedentes, quando oratio eſt perfecta, *l. qui
fundum. ff. de contrah. empt* Bart. *in l. Seia §. Gaio, D de
fund inſtruct.* Rip. *in c. ex parte, n. 56. de reſcript.* & di-
ctum eſt *ſupr. c. 769.*

Quia reſpondetur, quod in ſubſtitutionibus factis
28 diuerſis perſonis † etiam in orationibus ſeparatis,
& diſtinctis cenſetur facta continuatio de vna ad
aliam ſtante copula, *&*, tanquam vna ſubſtitutio
fiat in defectum alterius, & omnes habeant inter
ſe aliquam correſpectiuitatem: Rebuff. *in l. coniun-
ctionem. 29. verſ. ſeptimo. ff. de verbor. ſignific.* iuxta
l. & quia ff. de iuriſdict. omn. iud. & per conſequens
29 † qualitates expreſſæ in prima oratione, & ſubſti-
tutione cenſentur repetitæ, vt latè voluit Rot. co-
ram R.P.D. Manzanedo Florentina fideicommiſſi,
3. Decembris 1607. iuxta conſ. Bald. 17. *li. 1.* Anchar.
conſ. 361. n. 2. ¶ Et ita ex prædictis præualuit iſta opi-
nio pro exiſtentia fideicommiſſi, vt latius in deci-
ſione in huiuſmodi cauſa Maceraten. hæreditatis:
29. Maij 1613. quæ eſt *dec. 453. part. 2. in recentiorib.*
vbi etiam reſpondetur aliis obiectis partis aduerſæ
præcedentis, non eſſe locum fideicommiſſo, &
quoniam in iſta cauſa fuerunt factæ multæ, & di-
uerſæ deciſiones, de eis erit agendum in capitibus
particularibus, in quibus omnia latius Deo dante
diſcutientur.

EPITOME.

Verba directa *inſtituit, fecit heredes*, & ſimilia,
quo caſu trahantur ad fideicommiſſum. ¶ Et quid
ſi in eis admixtum ſit verbum commune *reliquit*. ¶
Primo gradu perempto quando alij deficiant. ¶
Clauſula *tunc, & eo caſu*, an deſignet extremitatem
temporis. ¶ Conditio obitus ſine filiis, ſi deficiat ob
illorum exiſtentiam an inducat fideicommiſſum,
quamuis filius momento vixerit, vel poſthumus
fuerit de ventre extractus. ¶ Filij poſiti in conditio-
ne an cenſeantur vocati, & paſſiuè grauati. ¶ Con-
ſeruatio agnationis an conſideretur non aduenien-
te caſu à teſtatore expreſſo. ¶ Vocatio filiorum, &
deſcendentium an intelligatur de pluribus gradibus
ſubſtitutionum in infinitum, ſi non adſint verba
perpetuitatem ſignificantia. Et quid ſi fuerit con-
templatus futurus euentus. ¶ Et quando ille poſſit
deſignari per coniecturas. ¶ Prohibitio aliena-
tionis an procedat in caſibus, in quibus habet lo-
cum ſubſtitutio, ſiue illa præceſſerit, & prohibi-
tio ſubſequatur, ſiue è conuerſo. ¶ Fideicom-

fecerit caſus conditionis obitus ſine filiis, qui exti-
terunt,† non eſt locus fideicommiſſo iuxta vulgare,
ſed ab omnibus approbatum conſ. Old. 21. Aym.
*conſi.98.num.4.*Honded.*conſi.60.n.10.lib.1.*latè Ber-
tazol.*conſi ciuil.69.n.4* Menoch. *conſil.85.n.46 cum*
3 *ſeq.lib.* 1. Quod procedit, † quamuis filius poſtea
deceſſerit, & licet momento vixerit.Ceph.*conſ.221.*
n.3.lib.2 Card.Mant.*de coniect.vltim.vol.li.11.tit.6.*
4 *nu.16.*† Et quamuis eſſemus in poſthumo extracto
ex ventre matris tali tempore,quo viuere potuiſſet:
Tiraq.*in l.ſi vnquam, in verb.ſuſceperit liberos, num.*
88.*ad med. C.de reuocand. donation.* latè Ruſtic. *ad l.*
cum auus,lib.4.c.14.nu.21.cum ſeq ff.de condit. & de-
monſt.

Et quamuis teſtator collectiuè, ac ordine ſucceſſiuo
plures vocauerit per diuerſos ſubſtitutionum gra-
5 dus, † Tamen primo perempto omnes defecerunt,
quaſi cenſeantur facta limitatè, dummodo ſubſti-
tutionis conditio eueniret:Alexan.*conſ.139.n.3.lib.*
6 Menoch.*conſ.85.n.46 vſque ad numerum.48 lib.1.*
6 Ceph.*conſil.138.n.13.lib.2.*† cum d. fecerint ob de-
fectum conditionis adiectæ: Imol.*in l.qui habebat,*
*ff.de vulg.& pup.*Bald.*conſi.162.lib.1.*Surd.*dec.144.*
*nu.14.*Menoc.*conſi.325.n.48.l.b.4.*

Stante præſertim clauſula *tunc & eo caſu*, de qua in
7 teſtamento, † cum per eam de ſui natura extre-
mitas temporis deſignetur, reſtringendo ad illud
ſubſtitutionem:Bald.*conſi.57.num.3.lib.2.*Iaſ.*in l.in*
*ſubſtitutione,nu.8.de vulg.& pup.*poſt Glo.*in l.Gallus,*
*in princ.in verb.tunc. ff de liber.& poſthum.*Molin.*de*
*primog.Hiſpan.lib.3.c.5.num.67.*Card Mantic. *de*
coniect.vltim.vol.lib.3.tit.14.num.10. Menoch *conſ.*
117.*n.6.*Surd.*conſ.344.nu.3.& conſ.347.num.3. lib.3.*
latè Barbol.*de diction. & clauſul.dictio.* 354. *num.1.*
vſque ad 6.

Nec facit, quod liberi cenſeantur diſpoſitiuè vocati
tanquam in conditione poſiti iuxta ſtatutum Vi-
8 bis, † Quia adhuc per eorum exiſtentiam, ſubſtitu-
ti excluduntur, nec quo ad eos cenſentur grauati,
cum enim vocentur actiuè, non infertur, vt paſſiuè
videantur grauati:Rip.*in l.Centurio col.51. in fi.verſi.*
circa tertium an valeat.num.68.de vulgar.& pupillar.
*ſubſtit.*Soc.Iun.*conſ 57.n.4.li.4.*Peregr.*de fideicomm.*
art.29.n.26.

Neque etiam eſt facienda vis in altero onere ſubſti-
9 tutionis reciprocæ, † Quamuis enim ex ea indu-
catur grauamen, tamen præſupponit exiſtentiam
inſtitutionis, quæ cum non habuerit effectum,
multò minus poteſt habere locum ſubſtitutio: *l.ſi*
mater,§.1.ff.de vulg & pupil.l qui habebat,ff. eod. tit.
Ceph.*conſ.17.nu.11.*Ruin.*conſ.153.nu.5. lib.2.*Alex.
conſ.139.col.1. verſic. & ſic.ſi deficit conditio. Pariſ.
conſ.87.n.37.lib.2.

Nec ratio conſeruandæ agnationis eſt conſideranda,
cum illa militet adueniente caſu à teſtatore expreſ-
10 ſo, † de quo hic non conſtat: Pariſ. *conſ.72. num.*
35.*lib.3.*latè Menoch. *conſ.327.num.21.& 22.cum*
ſeq. & conſ. 328.*num.21.& conſ.376.num.57. & 58.*
lib.4. Decian.*conſ. 26.num 86.lib.2* Alex. *conſ.* 59.
*col.vlt.verſi.non obſtat etiam lib.3.*Ceph.*conſ.17.num.*
28.*in fi.lib.1. & conſ.269. num.46.& 47.lib. 2.* Soc.
*conſ.116.col.3.lib.3.*Ruin *conſ.153.n.5.verſi.& ſubſti-*
tuti,lib.1. Dec.*conſ. 291.col.4.verſ. nec obſtant allega-*
ta & conſ.646.n. 12.

Minus obſtat quod teſtator vocauerit filios, & eo-
rum deſcendentes, & ſic intelligatur vocaſſe o-
mnes in infinitum, quo caſu dicitur feciſſe plures
11 gradus ſubſtitutionum, † ſignificans ſe velle non
ſolum grauare filios ipſos reſtituere filiis ſuis
ſed etiam ipſos filios filiorum, hoc eſt nepotes
reſtituere pronepotibus; atque ita ſingulatim:
Soc.Iun.*conſ.150.num.5.& 6.lib.2.*Curt.Iun.*conſ.87.*
nu.2.

Quia in caſu noſtro non poteſt illud verbum *deſcen-*
dentes applicari, niſi ad filios filiorum, qui extarent,
& primum locum obtinerent per prædecedentiam
eorum patris, cum illos vocet inſimul cum filiis
ipſius teſtatoris pro æquali portione, prout etiam
facit in ſequenti ſubſtitutione reciproca,quod vnus
alteri, & alter alteri ſuccedat, in qua etiam ſubſti-
tuit æqualiter filios, & eorum deſcendentes, ſtante
præſertim clauſula *non obſtante, quod ſint de diuerſis*
matrimonijs, quæ non poterat verificari,niſi in filiis
ipſius teſtatoris,qui erant procreati ex duob.thoris,
Maximè, quia poſt ſubſtitutionem factam inter
ipſos primo loco vocatos,& ſubſtitutos,diſponitur,
quod ſi dicti ſui filij hæredes, & deſcendentes om-
nes decederent ſine filiis, ſuccedat Macibales, qui
non poterat perpetuò viuere, Adeo vt ex iſta ſe-
quuti ſubſtitutione facta de deſcendentibus filio-
rum teſtatoris declaretur præcedens inſtitutio,quod
12 vocando deſcendentes † non intellexit de omni-
bus deſcendentibus in infinitum, ſed de illis, qui
procrearentur ex dictis filiis immediatis teſtato-
ris, cum non ſit inconueniens, vt nomen *deſcen-*
dentes ſignificet ſolum nepotes, vt latè declarat
Menoch.*conſ.* 327.*nu.46. vſque ad numerum* 49. *lib.*
4. ¶ Quemadmodum etiam dicimus de liberis,
13 † quorum appellatione, quamuis veniant omnes
deſcendentes vſque ad itinepotem, Bart. *in l. libe-*
14 *rorum,num. 19. ff de verb ſignific.*† Tamen accipitur
aliquando pro filiis ſtrictè, & non pro deſcenden-
tibus: Surd.*conſ.554.n 6.vſque ad 10.li.4.*

Nec aduerſatur prohibitio alienandi facta hæredi-
15 bus, & ſucceſſoribus, † Quia intelligitur ſolum
facta in caſibus, in quibus locum habet ipſa ſubſti-
tutio, ita vt reſtringatur tantum ad perſonas in
ſubſtitutione comprehenſas, nam eodem modo
expirat prohibitio, ſicut expirauit ſubſtitutio:
Decian.*conſi.634.viſo copioſo,num.17. & 18. & conſ.*
635.*prima facie nu.11.& 12.*Ruin.*conſi.134.n.16.lib.*
16 3. ſiue ſubſtitutio præceſſerit, † & prohibitio ſub-
ſequatur,ſiue è conuerſo cum in eodem teſtamento
17 non detur prius, † aut poſterius, vt declarat Ceph.
conſi.282.n.32.vſque ad numerum 35. & conſ.17.n.11.
cum ſeq.

Vlterius in caſu, de quo agimus, teſtator prohibuit
ne hæredes poſſint alienare nulla ratione, & cau-
18 ſa aſſignata, † Vnde tunc non dicitur inductum
ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, ſeu ſolum
in caſu contrauentionis, hoc eſt ſi alienentur bona
extra familiam:Curt.Iun.*conſ.43.col.antep. poſt med.*
*non inficior tamen,n.10.lib.1.*Dec.*conſ.481. in caſu, n.*
*2.verſi. his tamen non obſtantib.*Socin. Iun. *conſ. 112.*
*col.1.lib.1.*Menoch.*conſ.327.n.96.l.b.4.*

Contraria autem procedunt, quando eſſent prohi-
bita alienari bona extra familiam, & agnationem
ſuam,in qua deberant conſeruari,& perpetuo mane-
19 re † Tunc enim dicitur eſſe fideicommiſſum ſim-
plex,& abſolutum:Aym.*conſ.103.n.10.* Poſt Caſtr.
con.447.ſi iſte maſculus,col.1.poſt med.ver.cum velim
*quod infra ſcripta.lib.1.*Curt.Iun.*conſil.22. col. 7. ad*
med.ver.aggredior. itaque. in 2. dub. num. 18. lib. 1.
20 † Ita vt generalis clauſula per modum rationis ex-
preſſa inducat etiam fideicommiſſum ſimplex,
& abſolutum, quando videlicet teſtator voluit bo-

na remanere in deſcendentibus: Surd. qui de communi *deci.* 84 *n.* 1. *& conſ.* 57. *&* 96. *lib.* 1.

Accedat, quod alienatio eſt facta in illum, qui eſt æqualis in gradu cum eo, qui alioquin eſſet ſuc-
21 ceſſurus, † quo caſu eſt valida, cum etiam poſſet fieri in remotiorem: Caſtr. *in l. peto,* 71. *§. fratre, amesi. verſ. ſed contra de leg* 2. quando, prout in caſu noſtro fideicommiſſum eſt inductum in caſu alie-
22 nationis tantum, † quia videlicet teſtator prohibuit alienationem ſimpliciter, non adiecta ratione, aut cauſa, tunc enim poterunt alienari bona per grauatum etiam in remotiorem ex ipſa familia,
23 † quidquid aliud ſit, quando teſtator voluit bona gradatim deuenire de vno proximiore in alium, & quod admitteretur proximior, prout quiſque fuit, tunc enim erit fideicommiſſum ſimplex, & non poterit fieri alienatio in remotiorem in præiudicium proximioris, prout latè diſtinguit Socin. *conſil.* 127 *præſens conſultatio col.* 6. *ad med. verſi. hoc etiam ex alio concludentiſſime lib.* 2. Dec. *conſil.* 286. *in ciuitate, col.* 7. *n.* 11. *&* 12. *& conſil.* 377. *viſis & diligenter, col.* 7. *n.* 7. *&* 8. cum aliis plenè per Menoch. *conſil.* 327. *n.* 97 *vſque ad nu.* 103. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 127. *nu.* 13. *in fi. lib.* 2. Surd. *conſi* 29. *n.* 7. *lib.* 1.

Verum quamuis iſta viderentur multum facere pro excludendo fideicommiſſo, Tamen multa adducebantur valde vrgentia pro contraria opinione, quod immo conſtaret de fideicommiſſo, nam fuerunt inſtituti Hieronymus, & Vicinus filij, &
24 eorum deſcendentes, † qui propter neceſſitatem, eos inſtituendi cenſentur vocati non copulatiuè, ſed ordine ſucceſſiuo: Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè, n.* 4. & ibi Bal. *n.* 5 Alex. *num.* 6. *ff. de liber. & poſthum.* Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 4. *tit.* 7. *n.* 1. Menoch. *preſumpt.* 70. *nu.* 4. *lib.* 3
25 § † Vnde dicuntur vocati in vtroque caſu tam ſubſtitutionis vulgaris, quam fideicommiſſariæ propter verbum *deſcendentes*, quod eſt collectiuum plurium perſonarum, & graduum, *l. vltim. C. de ſuis & legitim.* Ceph. *conſi.* 153. *n.* 3. *lib.* 3. Petr. *de fideicom. q.* 5. *n.* 77. Menoch. *conſ.* 636. *nu.* 17. *& conſi.* 640. *nu.* 9. *& præſumpt.* 71. *nu.* 10 *lib* 4. Decian. *conſi.*
26 41 *nu.* 66. *lib.* 1. Cum idem ſit, † quando adeſt verbum collectiuum, vel quando appoſita ſunt verba reſpicientia futurum tempus: Couar. *in c. Raynutius, §.* 2. *n.* 7. *de teſtament.*

Nec facit, quod verbum *deſcendentes*, poſt aditionem primorum vocatorum non trahatur ad fideicommiſſum, niſi concurrant verba denotantia tempus
27 futurum, † vel ſit facta mentio hæredum, vel fuerint additæ dictiones ſemper, in infinitum, perpetuò, quandocumque cum ſimilibus ſignificantibus perpetuitatem: Cuman. *in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, n.* 4 *ff. de legat* 2. *& in l. Gallus, §. quidam rectè, n.* 7. vbi Socin. *n.* 5. Aret. *nu* 7 *ff. de liber. poſth.* Alex. *conſ.* 24. *nu.* 5. *lib.* 3. Aym. *conſ.* 22. *nu.* 5. Menoch *præſumpt.* 71. *nu.* 10. *lib.* 4. Decian *conſ.* 26. *n.* 37 *lib.* 2. latè Surd.
28 *deciſ.* 346. *nu.* 18. † & ita ſeruat Rot. coram R. P. D. Manzanedo Florentina fideicommiſſi de Detis. 3. Decembr. 1607. & coram R. P. D. Marcomontio. Bononien. fid. icommiſſi de Panomlis, 10. Decembris 1610. & coram Cardin. Seraphino Vrbeuetana caſtri ſepij. 15. Iunij 1579.

Quia prædicta procedunt, quando teſtator faciendo ſubſtitutionem vſus fuiſſet ſolum verbis dire-
29 ctis, † videlicet *fecit heredes, inſtituit*, cum ſimilibus, tunc enim attenditur propria natura iſtorum verborum, & non trahuntur ad fideicommiſſum, tanquam poſſint valere iure directo: Bar. *in l. Centurio, col. pen. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* iuxta *l. verbis ciuilibus, & l. in ſubſtitutione. ff. eod. tit. l. non codicillum, de teſtam.* prout declarat Aret. *in l. Gallus, §. quidam rectè, n.* 7. *ver. nam hoc videtur impoſſibile, ff. de liber. & poſth.* Soc. *conſ.* 113. *n.* 6 *lib.* 1. Dec. *conſi.* 228. *n.* 3. Rimin Iun. *conſil.* 50. *n.* 7. *&* 33. *lib.* 1. §
30 † Aliud eſt quando teſtator, prout in caſu noſtro, vſus eſt verbis communibus dicendo *inſtituit fecit, atque reliquit*, quod verbum *relinquo* eſt commune Bart. *in l. his verbis, n.* 3. *ff. de hæredib. inſtituend. & in l. Centurio, n.* 33. *D. de vulgar.* Alex. *in l. apud Iulianum. §. non omnes, n.* 7. *D. ad Trebellian* Franc. *in c. ſi*
31 *pater, n.* 85. *de teſtam.* † Tunc enim non tenditur directò ad impropriandam naturam verborum, vnde non erit inconueniens, ſi ſubſtitutio obliquetur, tanquam in ea adſint verba apta recipere talem formam, quæ fideicommiſſum inducat. Rim. Iun. *conſil.* 10. *n.* 36. *&* 38. *lib.* 1. Sim. de Pret. *lib.* 3. *interpretat. vltim. vol. dub.* 1. *ſolut.* 5. *nu.* 46. Beiret. *conſi.* 33 *nu.* 2. Dec. *conſi.* 248 *n.* 3. *verſi. ſecundo reſpondetur.*

Stante præſertim clauſula codicillari appoſita in te-
32 ſtamento, de quo agimus, † cuius natura eſt obliquare etiam verba ciuilia, & inducere fideicommiſſum, quando ſubſtitutio non poteſt valere iure directæ ſubſtitutionis: Anchar. *conſ.* 27. *in princ.* Aym. *conſil.* 22. *nu.* 8. *& conſi* 11. *n.* 4. *& conſ.* 131. *n.* 10. Pariſ. *conſi.* 41. *nu.* 53. *lib* 2. Menoch. *præſumpt.* 71. *nu.* 36. *lib.*
33 4 Prout eſt in caſu noſtro † in quo filij filiorum inſtitutorum non poſſunt venire ex ſubſtitutione vulgari, quæ expirauit per aditionem hæreditatis factam per eorum parentes, vnde virtute dictæ clauſulæ codicillaris dicentur vocati ex fideicommiſſo: Cagno. *in l. precibus, n.* 197. *poſt Fulgoſ. ibid. col.* 10. *C. de impuber.* Ruin. *conſil.* 174. *num.* 13. *lib* 2. Neuizan. *conſ.* 53 *nu.* 14. Grat. *conſi.* 8. *n.* 13. *li.* 2. Socin. *conſ.* 144. *lib.* 1.

Nec facit, quod clauſula codicillaris habeat relatio-
34 nem ad illud, † quod diſpoſuit teſtator conſeruando illius voluntatem: Bal. *l. fi. col.* 4. *ver. nunc aliqua, Cod. de codicill.* Vnde non poteſt de ſui natura confirmare, quæ non ſunt apta recipere robur, & fomentum, tanquam veniat acceſſoriè ad diſpoſi-
35 tionem, non autem ad illam † principaliter ampliandam, & per conſequens non dabitur iſta obliquatio verborum, inductio fideicommiſſi contra voluntatem teſtatoris iuxta *conſi. Dec.* 105. *n.* 9. *& conſi.* 248. *nu. & in l. precibus, nu.* 18. *verſi. vlterius tamen, C. de impuber. & aliis ſubſtitution.* Soc. Iun. *conſil.* 180. *n.* 77. *lib.* 2. Petr. *de fideicomm. q.* 5. *n.* 168. Rimin. Iun. *conſi.* 50. *n.* 66. Rip. *in l. heredes, §. peto. ff. ad Trebellian.*

Nam reſpondetur prædicta habere locum ob defe-
36 ctum intentionis, † numquam enim teſtamentum imperfectum ratione voluntatis poteſt ſuſtineri per clauſulam codicillarem: Oldrad. *conſ.* 71. *n.* 28. Bart. *in l.* 1. *n* 8. *D. de iur. codicil.* Dec. *in l. precibus, nu* 18. *C. de impuber. & aliis ſubſtitution. & conſ.* 204. *diuino. n.* 10. Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 2. *n.* 9. *& lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 15. Surd. *conſ.* 211. *n.* 20. *li.* 2. *& conſ.* 258. *n.* 25. *eod. lib.* Turret. *de effect. & defect. clauſ. codicillar. qu.* 22. *la.* 1. *n.* 2. Qui defectus in caſu noſtro non verificatur, cum verbũ commune reliquit additum inſtitutioni poſſit vtramque formam recipere abſque aliqua verborum improprietate, vnde conueniunt ad inuicem termini compendioſæ ſubſtitutionis,

propter

propter aptitudinem obliquationis, tanquam non
37 ſint verba, quæ clarè contineant vulgarem, † ſed
potius dubia, quæ etiam poſſint continere fidei-
commiſſariam: Curt. Iun. *conſi.* 48 *nu.* 6 *verſic. nam vt*
ſupra diximus, Aym. *conſ.* 62. *nu.* 8. ¶ Cum etiam in
caſu, in quo verba continerent vulgarem, ſi de
intentione teſtatoris appareret, quod voluerit con-
ſiderare futuram ſucceſſionem, tunc etiam clauſula
38 † codicillaris trahit ſecum fideicommiſſum: Rimin.
Iun. *conſi.* 111. *n.* 87 *lib.* 2. *& conſil.* 50. *n.* 66. *lib.* 1. ¶ Vbi
ſubdit, quod conſtabit de huiuſmodi intentione
teſtatoris, quando, prout in caſu noſtro, idem teſta-
tor voluit hoc eſſe ſuum teſtamentum, quod ſi iure
teſtamenti non valeret, valere voluit iure codicillo-
rum, quod verbum *valeret* eſt præteriti imperfecti
ſubiunctiui modi, & partim deſignat ex ſui natura
præteritum continuatiuè ad perfectionem actus,
quidquid aliud ſit quando talis clauſula codicilla-
ris eſſet concepta per verba præſentis temporis quę
non trahuntur ad futurum: Franc. *in c ſi pater*, *nu.* 75.
verſic. quinto quæritur de teſtament. in 6. Rip. *in l Cen-*
turio, 15. *n.* 85 *ff. de vulg. & pup.* Socin. Iun. *conſ.* 166.
ad fin. lib. 2. Gab. *conſi.* 115. *num.* 8. *lib.* 1. *& conſi* 7. *nu.*
25. *lib.* 2. Honded. *conſi.* 74. *nu.* 18. *lib.* 1. Sim. de Pret.
de interpr vlt vol. lib. 2. *ſolut.* 1. *nu.* 43. *fol.* 130. *& conſi.*
67. *nu.* 2. Capr. *conſil.* 106. *nu.* 11. cum aliis per Turret.
de effectib. & defect. clauſul. codiciliar. q. 22. *la* 2. *nu.* 3.
fol. 44 Cum idem ſit dicere *ſi non valeret iure teſta-*
39 *menti voluit valere iure codicillorum*, † ac ſi dictum
fuiſſet, *ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti*: Burſat.
conſi 89 *num.* 44 *lib* 1. poſt Bald. *in l vlt. nu.* 22. *C. de*
codicill.

Cum etiam concurrat conſideratio futuri temporis,
tanquam non eſſent in rerum natura tempore te-
ſtamenti alij deſcendentes, præter filios natos, &
inſtitutos, qui poſſent concurrere, vnde vide-
tur diſpoſitio habere relationem ad mortem inſti-
40 tutorum, † ita vt fuerit habita ratio de deſcenden-
tibus poſt mortem teſtatoris, qui habent implicitum
tractum temporis, prout verbum *hæredes*: Soc. *conſ.*
43. *col.* 5. *lib.* 3. Rimin. Iun. *conſi.* 50. *n.* 10. *lib.* 1. Cum
41 etiam implicitus tractus temporis † poſſit per con-
iecturas deſignari: Socin. *conſi.* 12. *col.* 3. *in* 3. *dub. lib.*
3. Sim. de Pret. *de interpr. vlt. vol. lib.* 5. *ſolut.* 5. *num.* 46.
verſic. ſed ceſſat ratio, *fol.* 219.

Nec ſubſiſtit, quod quamuis eſſet inductum fidei-
commiſſum, tamen non erit ſublata facultas ipſis
42 deſcendentibus, † & vocatis inſtituendi aliquem
hæredem ex familia, ſtantibus illis verbis, quod
deferatur hæreditas ad proximiores agnatos maſ-
culini generi, vel ex teſtamento per ſuos poſteros
faciendo, vel ab inteſtato: *l. pater filium*, *§. quindecim*,
43 *ff. de leg.* 3. † vbi ſi permittatur alienatio inter
collibertos legatarios, illa ſuſtinebatur, ſi fiat in
vnum ex eis: Menoch *conſ.* 327. *num.* 99. *lib.* 4. Quia
reſpondetur, quod talis licentia conceſſa poſteris
44 deferendi hæreditatem in proximiores † non
limitauit fideicommiſſum reſpectu perſonarum
exiſtentium in eodem gradu, cum enunciatio
proximiorum faciat, vt omnes in eodem gradu
exiſtentes cenſeantur ſimul vocati: Bald. *in l.*
peto, *§. fratre*, *num.* 1. *verſi. ſecunda quæſtio. ff. de*
legat. 2. Crot. *in l. filiusfamilias*, *§. Diui. num.* 173. *ff.*
de legat. 1. Oldrad. *conſi* 178. Cardin. Mantic. *de*
coniect. vlt. vol. lib. 8. *tit.* 12. *nu.* 2. Alciat. *in l. pronun-*
ciatio in verb. agnatorum, *in fin. ff. de verb. ſignificat.*
& conſ. 561. *nu.* 3. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1 *r. gl.* 6.
n. 2. *&* 7. Surd. *conſi.* 29. *n.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 247. *num.* 8.
45 *lib.* 2. † vbi etiam *nu.* 10. ampliat hoc procedere
quamuis hæreditas eſſet deferenda in proximio-
rem, nam etiam tunc iſte numerus ſingularis con-
tineret pluralitatem, ita vt venirent eodem tem-
pore omnes proximiores exiſtentes in pari gra-
du, iuxta *§. ſed ſi plures*, *inſtitu. de legit. agna. ſucceſſ.*
Anchar. *conſ.* 180. *nu.* 3. Roland. *conſ.* 38. *num.* 46. *lib.*
4. Aym. *conſi.* 180. *num.* 3. Iaſ. *conſ.* 215. *num.* 1. *lib.* 2.
46 † Nam quando adeſt eadem ratio numeri ſin-
gularis, & pluralis, illud quod dicitur de vno ve-
rificatur in pluribus, & è contra Dec. *conſi.* 362.
punctus de quo quæritur, *nu.* 2. iuxta *l falſa. §. ſi.* vbi
Bart. *ff. de condition. & demonſtr. l.* 1. vbi Caſtr. *C. de*
condit. inſert. Roland. *conſ.* 38. *nu.* 48. *lib.* 4. vbi multis
finalibus comprobat poſt Aym. *conſ.* 180. *n.* 3. *cũ ſeq.*

Neque obſtabit *l. pater filium*, 36. *§. quindecim*, *ff. de*
47 *legat.* 3. Quia ibi venditio ſuſtinetur † iuxta iudi-
cium, & voluntatem teſtatoris tanquam permi-
ſerit, quod quilibet ex libertis poſſet emere par-
tem colliberti, ideo qui prohibetur alienare par-
tem ſuam, non videtur prohibitus alienare par-
tem, quam redemit, tanquam deficiant verba pro-
hibitoria, & cum teſtator permiſerit ei vendi,
48 † dicendum eſt permiſiſſe etiam, vt liberè ven-
datur, ex natura contractus cuius obligatio eſt
ad rem liberè tradendam: *l. ex eis prædiis*, *Cod. de*
euictionib l. in venditione, *de action. empt.* Glo. *in l.*
cum venderes, *ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. quoniam*
C. de compenſat. Tiraq. *de retract. lignag. §* 1. *glo* 9. *num.*
57. *ad med.* Imol. *in c. cum Ioannes*, *in l. notab. de fid.*
inſtrum. Cyn. *in l. ſi pro fundo. in fin. C. de tranſaction.* &
49 ita illum *text. in §. quindecim.* † latè declarat Tiraq.
de retract. lignag § 32. *n.* 5. *vſque ad* 9. poſt Bald. *conſi.*
85. *præmiſſis*, *lib.* 3. *alias* 460. *eod. lib.* Menoch. *de ar-*
bitr. lib. 1. *qu.* 54. *n.* 25. *cum ſeq.* Bellon. *lib* 4. *ſuppus. c.*
12. Dec. *conſi* 88. *pro tenui facultate*, *ad fin. & conſ.* 182.
col. vlt. Iaſ. *in l. voluntas*, *C. de fideicom.* Bart. *in l. filius-*
familias, *col.* 3. *verſ. circa materiam*, & ibi Crot. *col.*
15 *verſ. prima ſit concluſio* Ferdin Loaz *nu.* 410. Rip.
n. 66 *ff. de legat.* 1. ¶ Aliud eſt in hæreditate, de qua
50 agimus, nam illa fuit deſtinata proximioribus, † qui
ſinguli in eodem gradu exiſtentes non poſſunt ad
eandem hæreditatem venire, ſed omnes ſunt ad-
mittendi: Surd. *conſ.* 247. *n.* 8. *lib.* 2. cum aliis adductis
ſupr. n. 44. *&* 45. iuxta *c.* 1. *ad fi. de natur. ſucceſſ. feud.*
vbi quod omnes lineæ æqualiter vocantur, vt ſcili-
cet proximus quiſque cenſeatur primo loco voca-
51 tus, † intelligendo illud verbum *æqualiter*, vt non
ſignificet æqualitatem vocationis, ſeu diſtributio-
nem inter vocatos, vt veniant in capita, non in
ſtirpes argumento *l. libertus*, *§. præterito*, *in fin ff. de*
bon. libertor. prout declarant Iac. Beluiſ. Iſern. Al-
uarot. Laudenſ. Cardin. Alex. & alij *in d. c.* 1. Iaſ.
conſi. 182. *in præſenti conſultatione*, *col.* 3. *verſic. iſta*
concluſio. lib. 2. Albert. Brun. *conſ.* 72. *tota*, *poſt med.*
Tiraq. *de retract. lig. §* 11. *gl* 6. *n.* 2.

Hæc omnia ſcripſi requiſitus, vt hinc inde adduce-
rem difficultates, quæ poſſent excitari tam pro
exiſtentia fideicommiſſi, quam pro illius exclu-
ſione, prout latius in diſcurſu in hac cauſa facto,
quem ponam infra Deo dante in alio capite parti-
culari, cum contingat iterum tractari de ſimili
caſu, & ſatis fuit hic breuiter attigiſſe, quæ ma-
gis pertinebant in huiuſmodi cauſa Romana
fideicommiſſi de Vrſinis, in qua poſtea fuit
per Rotam concluſum, quod conſtaret de fidei-

commiſſo Io. Corradi in caſu, & ed effectum, de
quo agebatur, vt latè in deciſione coram R.P.D.
Pirouano. 9. Mei 1611. quæ eſt inter impreſſas *de-*
ciſ. 300. *p.* 1. *in recentiorib.* vbi etiam conſideratur
52 mens teſtatoris. † ea qua reſultat fideicommiſſum
propter digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum,
& ob rationem conſeruandi bona in agnatione, quę
non poterant conſeruari, niſi vnus ſit grauatus alte-
ri reſtituere, tanquam teſtator conſidereuerit ectum
ſucceſſiuum: Soc. *conſi.* 250. *n.* 14. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 140.
col. 4. verſic. mens autem, lib. 2. Curt. Iun. *conſ.* 16. *nu.* 6.
Aym. *conſ.* 25. *n.* 1. Card. Seraph. *deciſ.* 579. *nu.* 9. cum
aliis relatis *in d. deciſ.* 550. *n.* 15. *vſque ad num* 24. vbi
conſiderantur multæ coniecturæ ad inducendum
fideicommiſſum.

EPITOME.

In legato habitationis totius domus quando comprehendantur apothecæ exiſtentes ſub eadem domo, & ſub illius confinibus. ¶ Et quid ſi fuerint ſeparatæ reſpectu vſus, & locationis. ¶ Totum an reſpiciat omnes partes ſine ſit vniuerſale ſiue generale, ſiue integrale. ¶ Teſtator legando totum prædium, an cenſeatur legaſſe etiam partem, quam habet iure pignoris obligatam. ¶ Habitatio an poſſit cedi, donari ſeu locari ſiue fuerit relicta in vltima voluntate, ſeu inter viuos, ſiue per viam reſeruationis, vel alio quouis modo. ¶ Et quid in conceſſione vſus & commoditatis habitationis. ¶ Vel in facultate habitandi. ¶ Vſusfructus domus an conſiſtet in habitatione, vel locatione. ¶ Et an valeat illius venditio, ſeu donatio. ¶ Expreſſio confinium an faciet vt ſit donatum, legatum, & conceſſum quidquid intra tales confines fuit demonſtratum.

SVMMARIVM.

1 *Apothecæ exiſtentes ſub domo, & ſub illius finibus comprehenduntur in legato habitationis totius domus, quamuis ſint ſeparatæ reſpectu vſus, & locationis. nu. 2. 4. & 5.*

3 *Legatum domus continet etiam apothecas eiuſdem domus.*

6 *Totum reſpicit etiam partes, ſine quibus non poteſt dici corpus integrum, & vna res, ſiue ſit vniuerſale, ſiue ſit generale, ſiue integrale, n. 7.*

8 *Dictio tota in legato ſignificat omnimodam qualitatem in ſubiecto.*

9 *Teſtator non cenſetur legaſſe niſi partem, quæ ſua eſſet, niſi tota res legaretur, quo caſu erit legata etiam portio, quam habet iure pignoris obligatam.*

10 *Habitatio poteſt cedi, locari, & donari in parte, & in totum, ſiue relinquatur inter viuos, ſiue in vltima voluntate, ſiue per viam reſeruationis. vel alio quouis modo n. 11. & 17.*

12 *Facultas habitandi eſt conceſſio perſonalis, & non poteſt locari, & differt à legato habitationis. n. 13.*

14 *Habens vſum, & commoditatem habitationis prohibetur illam alteri concedere.*

15 *Legatum habitationis æquiparatur legato vſusfructus quo ad facultatem cedendi, & vendendi.*

16 *Vſusfructus domus conſiſtit in habitatione, ſeu locatione.*

18 *Expreſſio confinium facit, vt cenſeatur donatum, legatum, & conceſſum quidquid intra dictos confines fuit demonſtratum.*

CAPVT DCCLXXV.

Legatum habitationis totius domus, de qua agimus, comprehendit etiam apothecas,
1 † Nam cum tales apothecæ ſint ſub domo, & ſub
eiſdem finibus regantur, dicuntur partes domus,
& veniunt in legato, & ſimili diſpoſitione facta
de domo, Ita in ſpecie legati habitationis con-
cludit latè Gabr. *conſ.* 94 *num.* 7. *vſque ad num.* 15. *&*
2 *per tot. lib.* 2. vbi etiam ampliat, † quamuis huiuſ-
modi apothecæ eſſent ſeperatæ ab ipſa domo reſpe-
ctu vſus, & locationis, & vt conductores non poſ-
ſint ingredi in domum, & quamuis etiam in apo-
thecis non verificetur quartus finis datus à teſtato-
re, cum ſufficiet alios fines verificari iuxta *l. ſi quis*
in fundi vocabulo, ff. de legat. 1.
Et faciat, quia paſſim in legato domus venit apothe-
3 ca, quando eſt ſub domo, † & ſub eiſdem con-
finibus, vt concludit Natt. *conſi.* 117. *num.* 5. Anchar.
Crot. Socin. Iaſ. Alex. Rub. & alij, de quibus per
Bertaz. *clauſul.* 19. *glo.* 7. *n.* 3. latè Cardin. Mantic. *de*
coniect. vltim. voluntat. lib. 9. *tit.* 2. *nu.* 37. *&* 38. vbi re-
ſpondet omnibus qui contrarium tenent: Idem
Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 1. *tit.* e3. *c.* 31.
Vegius *conſi* 54. *n.* 32. *cum ſeq.*
Neque obſtat, quod in caſu noſtro fuerit legata ha-
4 bitatio domus, non autem domus, † Quia etiam
in legato habitationis domus venit apotheca
quando eſt ſub eodem tecto etiam quod aliunde
habeat aditum propter vſum conductorum, vt
dictum eſt ex Gabr. *conſi* 94. *n.* 8. *cum ſeq. lib.* 2. qui
loquitur in caſu magis dubitabili, quam ſit no-
ſter, cum in legato habitationis domus in quo ipſe
5 conſuluit, non adſint illa verba *totius domus*, † quæ
in caſu noſtro fuerunt appoſita per teſtatorem, per
quam dictionem *totius* magis eſt dicendum venire
in domo etiam apothecas, cum illæ ſint partes do-
6 mus, † ideo iſtud totum reſpiciet etiam partes, ſine
quibus non poteſt dici corpus integrum, & vna res,
prout ſignificat verbum *totum*, quod debet verifi-
cari in omnibus ſuis partibus: Rebuff. *in l. nomine &*
rei, 6. *in fin. prin. ff de verb. ſign.* Rot. *dec.* 144. *n.* 3. *poſt*
7 *princ. p.* 2. *in recentior.* † Siue totum ſit vniuerſale,
ſiue generale, ſiue integrale. Surd. *deciſ.* 78. *num.* 12.
iuxta *l. Lucius*, vbi Gloſſ. *ff. de fund. inſtruct. l. Grege.*
vbi Bart. Bald. Caſtr. & Alex *ff. de legat.* 1. *l. cum pater,*
§. menſe, ff. de legat. 2. Euctard. *loco argument.* 80. cum
aliis per Barbol. *de diction. & clauſul. dict.* 353. *nu-*
mero primo, & ſecundo, Bertaz. *clauſul.* 27. *gloſſ.* 19.
8 *numero ſecundo.* † Et in legato, † quod ſtante iſta
dictione *tota* ſignificetur omnimoda totalitas in
ſubiecto, eſt tex. *in leg. Iulianus reſpondit,* 66. *in*
princip. ff de legat. 3. vbi ſi teſtator legauit totum fun-
dum cenſetur etiam legaſſe partem, quam habet
9 iure pignoris obligatam, † quidquid alias in ſim-
plici legato non veniret, niſi pars, quæ ſua eſſet, *l.*
ſextertio. 59 *ff. de lega.* 3. quod multum notandum
propter ſimiles dictiones dicit Imo. *in l. ſi domus,* 74.
§ ſi fundus, col. 2. *in princ. ff. de legat.* 1.
Maximè, quia in caſu noſtro teſtator non conſide-
rauit perſonalem habitationem legatariæ, ita vt
ille teneretur in tota domo legata permanere,
ibique habitare, ſed reliquit habitationem totius
10 domus † quæ poteſt locari, cedi, & donari in to-
tum, vel in parte, prout placuerit legatario, *l. cum*
antiquitas. C. de vſufr. cuius tex. diſpoſitio proce-
dit indifferenter, ſiue habitatio relinquatur in
vltima voluntate, ſiue inter viuos, ſiue per viam
11 reſeruationis, † ſiue alio quouis modo, vt notat
Caſtil. *de vſufruct. c.* 28. *numer.* 32. *&* 24. poſt Affli.
deciſ. 405. *numero* 7. ¶ Contrariæ autem proce-
12 dunt † quando aliquis haberet facultatem ha-
bitan-

bitandi domum, tunc enim non poſſet locare, cum talis facultas ſit conceſſio quædam perſonalis & differat à legato habitationis, provt in terminis diſtinguit latè Decian. *conſi.355. diſpoſite per tot.* Mar. Muta. *ſuper conſuetud. Panormit.c.35.nu.19.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.9.tit.4 numer.9.*
13 *poſt med.* † vbi etiam quod de hac facultate loquitur text. *in l. Aquilius ff. de donation. & in leg. damnas eſto in princ. ff. de vſufruct. legat.* & ſequitur Caſtill *de vſufr.c.28.num.27.* Socin. *conſil.281.nu.1.cum ſeq.lib.*
14 *2.* ¶ † Provt etiam contraria intelliguntur in vſu, & commoditate habitationis relicta, quæ non poteſt alteri concedi, aut locari, *§. item is qui adium.* vbi Picard. *numer.1.cum ſeq. inſtit. de vſu & habitat.* Ricciard. *in rubr. inſtit. de vſufr nu.133.verſ. tertio differt.* Caſtill. *eod. tit. c.28 nu.23.& 17.* latè Card Mant. *de coniectur. vltim. voluntat lib.9.tit.4.num.8. vſque ad 12* poſt Alexand. *conſ.213.col.2.verſ & ſi quæratur.*
15 *lib.2.* ¶ † Et in hoc legatum habitationis æquiparatur legato vſusfructus, qui poteſt cedi, & vendi, vt latè per Caſtill. *de vſufr.c.29.per tot. & c.28. num.*
16 *22. in fin.* † Et vſusfructus domus conſiſtit in habitatione, vel locatione: Menoch. *conſ.392 nu 13.lib.4.*
17 Et quando liceat † legatario habitationis locare Surd. *de aliment. tit.2.qu 1.nu.25.& tit.4 qu.14.n.14. cum ſeq.* Et quando relictum habitationis debeat intelligi, provt habitabat teſtator. Idem Surd. *de aliment. tit.4.quæſt.19.nu.7.*

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, cum ſufficeret in
18 caſu noſtro ſpecificatio confinium, quæ facit, † vt cenſeatur donatum, legatum, & conceſſum quidquid intra dictos confines fuit demonſtratum, provt ſunt apothecæ, de quibus agimus: Rom. in ſpecie *conſi.3.num.1.in fin.* juxta *l. ſi fines. C. de emptionib l. forma. ff. de cenſib.* Dec. *conſ.146.pro tenui.nu.14* Aym. *conſi.103.nu.1.* Rub. Alexand. *conſil.91.num.10.& 12.* dixi latè *ſupr.c.657.n.26.vſque ad num.29.*

EPITOME.

Liberi poſiti in conditione an cenſeantur vocati. ¶ Et quid ſtantibus coniecturis. ¶ Et an ſufficiat vnica. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an ſtandum ſit arbitrio Iudicis. ¶ Verbum *volo* an importet diſpoſitionem. ¶ Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum tam in caſum alienationis, quam mortis quando cenſeatur inductum ſi teſtator mandat bona non alienari priuando inſtitutos, & ſubſtitutos contravenientes, quia voluit, quod hæreditas remaneat ad ſupraſcriptos hæredes, & fideicommiſſarios. ¶ Prohibitio alienandi veſtita à cauſa, vel ex qualitate rei, puta de domo teſtatoris, in qua habitabat, quando ſit realis, & operetur ſimplex fideicommiſſum. ¶ Teſtator quando dicatur vocaſſe naſcituros. ¶ Fideicommiſſum an ſit deferendum proximiori tempore mortis grauati, ita vt ſi poſtea naſcatur alius in eodem gradu, ei quoque communicetur ſucceſſio. ¶ Et quid in eo, qui natus eſt poſt alienationem. ¶ Verba *quod non poſſint bona alienari, niſi in caſu neceſſitatis*, an importent prohibitionem, non ſecus ac ſi dictum fuiſſet, ne alienentur extra familiam. ¶ Voluntas tacita conſeruandi bona in agnatione an operetur idem quod expreſſa. ¶ Facultas alienandi in familia propter neceſſitatem an faciat, vt alienatio poſſit fieri etiam in remotiorem ex familia. ¶ Et quando in illius vocatione debeat ſuccedere proximior.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè vocati. Et de ratione num.2. Fallit ſtantibus coniecturis, & ſufficit vnica dummodo concludens. numero 3.*

4 *Liberi poſiti in conditione ſub qualitate ſi ſint legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati, dicuntur etiam vocati ad ſucceſſionem teſtamentariam, cum non poſſint ſoli ſuccedere ab inteſtato, quia concurrerent cum legitimatis, nu.5.*

6 *Qualitas maſculinitatis adiecta cum filiis in conditione poſitis facit, vt illi cenſeantur vocati.*

7 *Iudex arbitratur quæ coniectura ſufficiat, vt liberi in conditione poſiti ſint vocati, & nu 8.*

9 *Verbum* volo *importat diſpoſitionem.*

10 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum an ſit inductum tam in caſu mortis, quam alienationis, ſi teſtator mandauit bona non alienari priuando inſtitutos, & ſubſtitutos contrauenientes, quia voluit, quod hæreditas remaneat apud ſupraſcriptos hæredes, & fideicommiſſarios, num.11.*

12 *Extenſio non eſt facienda de perſona ad perſonam.*

13 *Clauſula relatiua ad præcedentes ſubſtitutiones amplectitur ſolum nominatos.*

14 *Prohibitio alienandi veſtita à cauſa, vt bona remaneant in familia, inducit ſimplex fideicommiſſum, ſecus ſi permittatur alienatio bonorum inter eos de familia, & non in alios. Amplia vt num.15.*

16 *Fideicommiſſum familiæ relictum eſt deferendum proximiori tempore mortis grauati, ita vt ſi poſtea naſcatur alius in eodem gradu, ei quoque communicetur ſucceſſio. Intellige vt nu.19 & 20.*

17 *In fideicommiſſo in caſu alienationis ad fauorem deſcendentium admittitur, qui natus eſt non ſolum poſt mortem fideicommittentis, ſed etiam poſt ipſam alienationem, non vt ex tunc, ſed vt nunc, numero 18.*

21 *Teſtator dicitur expreſſè vocaſſe naſcituros, quando tempore teſtamenti nullos habebat nepotes.*

22 *Simplex fideicommiſſum, & abſolutum reſultat ex prohibitione alienationis veſtita ex qualitate rei, puta de domo teſtatoris, vbi habitabat, & num.24. Contrarium, num.27.*

23 *Prohibitio facta vni cenſetur facta alteri, ita vt inuicem dicantur vocati in caſum alienationis.*

25 *Verba quod non poſſint alienari bona, niſi in caſu neceſſitatis, important prohibitionem non ſecus ac ſi dictum fuiſſet, ne alienentur extra familiam. numero 26.*

28 *Facultas alienandi in familia propter neceſſitatem operatur, vt poſſit fieri alienatio etiam in remotiorem ex familia.*

29 *In vocatione familiæ debet ſuccedere gradatim vnus poſt alium, provt eſt proximior.*

30 *Prohibitio dicitur realis ex qualitate rei, ſeu domus, & inducit fideicommiſſum inter illos de agnatione. Contrarium, numero 32. Declara vt numero 33.34. & 35.*

31 *Voluntas tacita teſtatoris conſeruandi bona in familia idem operatur quod expreſſa.*

CAPVT DCCLXXVI.

Filij poſiti in conditione non cenſentur diſpo-
1 ſitiuè vocati, † ſed reſeruatum eſt eis jus ſuccedendi ab inteſtato: Gloſſ. *in leg. Lucius, la 1. ff de hæred. inſtitu.* quam ſequuntur communiter omnes, de quibus latè Surd. *deciſ. 162. numero 1.* Theſaur. *deciſ.96. numero 3.* Poteſt enim ſimul ſtare, quod filij
2 maſculi nati deficere faciant conditionem, † & tamen non ſint vocati, quia potuit teſtator eos ponere in conditione ad excludendum ſubſtitutum,

non antem ad ſuccedendum , quaſi conditio nihil
ponat in eſſe , & quæ ſunt in conditione non ſunt
in diſpoſitione, facile fuiſſet teſtatori illos honora-
re ſi voluiſſet, & cum non fecerit,non creditur vo-
luiſſe:Menoch. qui multis argumentis comprobat,
& de communi teſtatur *conſil.* 252. *numero* 1.*vſque*
ad 24.*lib*.2.

Ex conjecturis tamen receditur à dicta communi opi-
3 nione,quamvis ſit vnica, † dummodo concludens:
Aym.*conſil*.62.Cephal.*conſi*.517.*numero* 66.Petr.*de*
fideicommiſſ quæſt.9.*numero* 190. *in princ*. Surd.*deciſ*.
162.*numero* 7. ¶ Quare admittitur illa conjectura,
quod in omnibus caſibus , in quibus poſiti in con-
ditione non poſſent ſoli ſuccedere ab inteſtato,
4 tunc dicuntur vocati ex teſtamento , † Ideo ſi filij
ponantur in conditione ſub illa qualitate, ſi ſint le-
gitimi,& naturales,& ex legitimo matrimonio pro-
creati , datur expreſsè intelligi , quod teſtator eis
non reſeruauit ſolam ſucceſſionem ab inteſtato,ſed
voluit , quod ſuccedant ex teſtamento, & ſic erunt
vocati ad ſucceſſionem teſtamentariam,quia in iſto
caſu legitimati etiam per ſubſequens matrimonium
potuiſſent ſuccedere ab inteſtato , & ſic filij legiti-
mi , & naturales nati ex legitimo matrimonio non
poſſent ſoli ab inteſtato ſuccedere, quia concurre-
rent cum legitimatis: Socin. Iun. *conſil*. 110. *numero*
25.*lib*.3. Menoch. *conſi*.348. *numero* 2.cum aliis per
Surd.*deciſ*.162.*numero octauo*.Cardin.Mantic.*de con-*
iectur. vlt. voluntat. lib.11.*tit*. 3. *numero* 7. Honded.
5 *conſi*. 65. *numero* 42.*lib*.1. ¶ † Stante præſertim qua-
litate maſculinitatis poſita in conditione cum filiis,
per quam illi cenſentur vocati: Dec.*in l*.1.*num*.16.
Cod.de pact. Theſaur.*deciſ*.96.*numero* 21. Surd.*deciſ*.
8 162.*nu*.10.latè Menoch.*conſ*.152.*n*.2.*cum ſeq*.† Præ-
ſumitur enim , quod tunc teſtator voluerit conſer-
uare agnationem:Surd.*conſi*.96.*nu*.30.*lib*.1.Roland.
conſi.6.*nu*.29.*lib*.4 Card.Mantic. *de conieclur.vltim.*
voluntat.lib.11.*tit*.3.*nu*.3.

Arbitrio tamen Iudicis ſtatur in judicando , quæ ſit
7 conjectura ſufficiens † ad hoc , vt poſiti in condi-
tione cenſeantur vocati: Socin.*in leg cum auus.in fi.*
de condit.& demonſtrat Menoch.*de arbitrar.caſ*.148.
Surd. *deciſ*. 162. *num*. 11. & ad iſtas conjecturas pro-
8 cliuior debet eſſe Iudex † quia non poteſt negari,
quod teſtator , qui voluit excludi ſubſtitutum pro-
pter filios poſitos in conditione, eos magis dilexe-
rit , quam ſubſtitutum , ita vt hæc tacita voluntas,
quamvis non tranſeat in diſpoſitionem, tamen ſuf-
ficiet, vt haberi debeat pro diſpoſitione, ſi quid ad-
datur , per quod poſſit conſtare , quod non fuerit
nuda,& pura mente retenta præcipuè,cum ſola vo-
luntas in teſtamento ſufficiat, ſi fuerit certa, quam-
vis diſpoſitio aliter non ſit facta, vt dicitur de ver-
9 bo *volo*,† quod importat diſpoſitionẽ *l*.2.*C.commun.*
de legat l.cum ita § in fideicommiſſo.ff.de legat.2.Surd.
conſi.96.*nu*.13.*lib*.1.*& deciſ*.162.*in fin* & ita reſpon-
dendo ad primum dubium tranſmiſſum,dixi verio-
rem opinionem eſſe pro vocatione filiorum in con-
ditione poſitorum.

Quo ad ſecundum dubium videbatur dicendum,quod
10 ſi teſtator poſt factum expreſſum † fideicommiſ-
ſum, vt hæredibus ſuis inſtitutis, vel ſubſtitutis non
liceat alienare bona hæreditaria, & ſi contra fece-
rint priuat , quia ſua eſt intentio , quod hæreditas
remaneat apud ſupraſcriptum hæredem,& ſubſtitu-
tos, ac fideicommiſſarios, ex hac clauſula cenſetur
inductum perpetuum fideicommiſſum , & abſolu-
tum non ſolum in caſu alienationis , ſed etiam in
caſu mortis:Aret.*in l.qui Roma.§.coheredes.col*.3.vbi
Socin *num*.18.*ff.de verbor.obligationibus*. Molin.*de*
primogenit.Hiſpanor.lib.1.*c*.5.*num*.16. Petr. *de fidei-*
commiſſ.qu.5.*num*.43.*cum ſeq*. Simon.de Pret. *de in-*
terpret.vltim volunt.lib.3.*dubit*.1.*ſolut*.10.*num*.8.*fol*.
283. cum aliis per Surd.*conſi*.96.*lib*.1.

Verius tamen eſt,quod ex dicta clauſula nullum reſul-
tet fideicommiſſum , ſed confirmetur ſolum præce-
dens , quia non dixit teſtator ſimpliciter ſe velle,
quod bona conſeruentur in ſua familia , vel agna-
11 tione, † ſed apud ſupraſcriptos hæredes, aut ſubſti-
tutos, & ſic iſta clauſula eſt limitata ad certas per-
ſonas, ita vt voluerit teſtator , quod bona conſer-
uentur apud ſupraſcriptos inſtitutos , quod idem
eſt,ac ſi dixiſſet , quod his modis, & formis perue-
niat ad eos , de quibus dictum eſt in ſubſtitutioni-
bus , & loquendo de ſubſtitutis intelligi debet in
caſibus , & temporibus, quibus illi ſunt ſubſtituti,
non autem in aliis,iſta enim qualitas ſubſtitutionis
videtur conſiderata , vt ſcilicet teſtator velit apud
eos bona conſeruari , quatenus tantum ſunt ſubſti-
tuti,non autem in caſibus , in quibus non eſt facta
ſubſtitutio, vnde ſi non ſunt ſubſtituti, niſi vbi gra-
uatus decederet ſine filiis,nullum inſurget in eo ca-
ſu fideicommiſſum per illam clauſulam , neque in
eo caſu dicentur vocati, quare ſi teſtator prohibuit
alienari bona per ſuos hæredes , quia voluit illa in
eos conſeruari , non datur extenſio , & doctores,
qui volunt ex dicta clauſula induci fideicommiſ-
ſum abſolutum,loquuntur quando clauſula eſt ge-
neralis,ita quod poſſit extendi, non autem quando
limitata eſt ad perſonas , quibus prohibita eſt alie-
natio , vel quando limitata eſt ad caſus, quibus fuit
facta ſubſtitutio,Ita omnia prædicta declarat Surd.
12 qui pro omnibus ſufficiat *deciſ*. 85. *per tot*. † ob il-
lam rationem , quia non debet dari extenſio de
perſona ad perſonam.*leg.ſi quis ita §.penultim ff.de*
teſtam.tut. Natt.*conſil*. 47. *numero* 9. Roland *conſil*
56.*numero vigeſimo quarto,libro ſexto* Card.Mantic.
de coniectur.vltim.voluntat.lib. 3.*titul*. 19. *numero* 8.
13 † Et quia adeſt clauſula relatiua ad præcedentes
ſubſtitutiones, quæ eos ſolos amplectitur, qui ſunt
nominati: Bart.*in leg.qui liberis.§. hæc verba.in pr. ff.*
de vulgar.Menoch.*conſi*.86.*num*.43.Surd.*conſil*.123.
num.13.*lib*.1.

Circa tertium dubium concludendum eſt, quod fidei-
commiſſum ſimplex inducatur ex prohibitione a-
14 lienandi veſtita à cauſa , † quando adjecta eſt clau-
ſula apta ad importandum fideicommiſſum, videli-
cet ſi dicatur prohibeo alienationem extra fami-
liam,vt bona remaneant in familia, aut quid ſimile,
Aliud ſi dictum eſt , quod bona alienari poſſint in-
ter eos de familia,& non in alios,quia non infertur,
quod denegetur alienatio extra familiam, ergo vo-
luit bona remanere in familia,nam per ſimilem pro-
hibitionem voluit teſtator prohibere non relin-
quendo , ſed imputando , & præcidendo vias per
quas impediretur tranſitus bonorum in poſteros,
cogitauit enim teſtator ſufficere, vt bona tranſeant
ad poſteros , & ſic prohibitio alienationis extra fa-
miliam non importat ſimplex fideicommiſſum,
quando aliud non concurrit: Surd. *deciſ*.238.*nu*.16.
juxta *l.pater,§.fundum ff. de legat*.3. Socin.*conſi*.251.
num.6.*verſ.nam tunc teſtator.lib*.2.

Ideo fideicommiſſum non oritur ex prohibitione
15 alienandi facta de caſtro , † niſi inter filios , &
deſcen-

deſcendentes,licet interueniat qualitas rei,& fauor
deſcendentium, quia prohibitio facta fuit filio, &
non extenditur ad nepotes, & quia decedendo ab
inteſtato non contrauenit prohibitioni,& tantum-
modo inducitur fideicommiſſum in caſu alienatio-
nis: Alciat.*conſil.*184.Socin.Iun.*conſil.*13.*lib.*4. Bero.
*conſil.*84 *lib.*2. Surd.*deciſ.*238.*num.*16. *ad med* Rim.
Iun.*conſil.*371.*num.*124.*&* *num.*132.*lib.*4.

Quartum dubium eſt decidendum affirmatiuè, quod
fideicommiſſum familiæ relictum ſit deferendum
16 illi, † qui reperitur proximior tempore mortis gra-
uati,ita vt ſi poſtea alius naſcatur in eodem gradu,
ei quoque communicetur ſucceſſio: Glo. *in leg.pe-
to, §.fratre.* vbi Bald. & Imol. *ff de legat.* 2. Ludou.
Molin. *de primogenit. Hiſpanor lib.*3.*cap.*10.*numero*
20.adeo vt ſi fuerit factum fideicommiſſum in caſu
alienationis in fauorem deſcendentium, tunc ad-
17 mittatur,† qui natus eſt,nedum poſt mortem fidei-
committentis, ſed etiam poſt ipſam alienationem:
Ruin.*conſi.*22.*numero* 9.*lib.*2. poſt Caſtr. *conſil.*242.
numero 3.*&* 5.*lib.*1.Surd.*deciſ.*230.*numero* 6.*& conſi.*
125. *numero* 34.*lib.*1. quamvis enim aditio ejus, qui
non erat natus, non poſſit trahi ad tempus mortis,
18 † tamen ille admittitur non vt tunc, ſed vt nunc:
Natt.*conſi.*675.*nu.*8. ¶ Contraria autem procedunt
quando non apparet de voluntate teſtatoris tunc
enim debent eſſe nati,vel ſaltem concepti tempore
19 euenientis conditionis, † provt loquitur Io. Andr.
ad Speculat.*in rubr de teſtam.col.penultim verſi.item.
Lambertinus.* juxta *l.*1.*§. cum triplici. Cod. de caduc.
tollend* Alexand.*conſil* 26.*col fin.lib.*3. Dec.*conſil.*38.
*col.*4. Ruin.*conſi* 110.*num.*5.*lib* 2. Pariſ *conſi.*31.*num.*
41.*lib.*2.Crot.*in leg.filiusfamilias,§ diui.num.*164 *ff.
de legat.*1. Tiraq.*de retract.lignag.§.*1:*gloſſ.*9. *numero*
82.*&* 93.Cephal *conſi.*16.*num* 63. Iaſ.*conſi.*206 *num.*
20 1.*lib.*1. ¶ † Aliud eſt quando, provt in caſu noſtro,
teſtator vocauit expreſsè naſcituros, tunc enim ad-
mittuntur nati,poſtquam ceſſit dies fideicommiſſi,
tanquam habuerit parem affectionem ad natos, &
naſcituros,ideo non eſt quærendum an eſſent in re-
rum natura,quando euenit conditio fideicommiſſi:
Ruin.*conſi.*22.*numero* 12.*lib.*2.Natt.*conſi* 675.*numero*
4 Roland.*conſi.*70.*num.*47.*cum ſeq.lib.* 3. Surd.*conſil.*
21 125. *numero* 34.*lib.*1. † vbi etiam,quod tunc dicetur
teſtator expreſsè vocaſſe naſcituros,quando tempo-
re conditi teſtamenti nullos habebat nepotes: Caſt.
*conſi.*247.*numero* 3.*verſi illud autem conſtat.& num.*5.
*verſ. item allegatur quod dict.lib.*1. Alciat. *conſi.* 495.
*num.*1.Ruin.*d.conſ.*22.*num.*11.*in fi.lib.*2.juxta *l.fun-
dus.qui.ff locat.*

Quintum dubium videbatur eſſe reſoluendum affirma-
22 tiuè videlicet, quod fideicommiſſum ſimplex, † &
abſolutum in caſum mortis reſultet ex prohibitio-
ne alienationis veſtita ex qualitate rei, puta de do-
mo teſtatoris, vbi habitabat: Gloſſ.Cyn. & Bald.*in
leg.quoties*,11. *Cod. de fideicommiſſ.* Maxime quando
23 res prohibita alienari eſſet pluribus relicta, † tunc
enim prohibitio vni facta cenſetur ad fauorem al-
terius, ita vt inuicem videantur vocati in caſum
alienationis: Gloſſ.*in l.Codicillis,§.inſtituto.*vbi Imol.
*ff.de legat.*2.cum aliis per Petr.*de fideicommiſſ.queſt.*
24 1.*numero* 27.*&* 28. † vbi etiam quod quando pro-
hibitio eſt veſtita,tunc adjectio illa extra familiam
operatur fideicommiſſum etiam in caſum mortis:
Socin.*conſil.*251.*lib.*2.

Quæ procedunt, quamvis non ſit dictum,ne alienetur
extra familiam, ſed quod non poſſit alienari, niſi in
caſum neceſſitatis, tunc enim licita erit alienatio
inter ipſos,vel alios de familia,non autem aliter, &
25 aliis perſonis, † cum hæc verba importent prohi-
bitionem non ſecus, ac ſi dictum fuiſſet,ne alienen-
tur extra familiam: Socin.*conſ.*251.*num.*6.*verſi & in
primis oſtenditur,lib.*1.Bero.*conſil.*84.*numer.*46 *lib.*2.
Crot.*conſ.*13.*ad fin lib.*4.Ruin.*conſi.*208.*num.*17.*lib.*1.
26 † vbi quod abſolutum fideicommiſſum inducitur,
quando vltra tacitam cauſam adeſt clauſula illa ex-
tra familiam, vel alia ſimilis: Simon. de Pret. *de in-
terpret.vltim.voluntat.lib* 3.*dubit.*6.*ſolut.*10.*numer.*8.
*fol.*284.Petr.*de fideicommiſſ.qu.*5.*nu.*28.

Contrarium tamen verius eſt, quod immo non ſit in-
27 ductum fideicommiſſum, † niſi in caſu alienatio-
nis.Nam quando alienatio eſt prohibita extra illos
de familia, ratio prohibitionis eſt expreſſa in fauo-
rem illorum de familia, ideo ceſſat illa tacita cauſa,
quæ reſultat ex qualitate rei, nam illa tacita cauſa
nil aliud continet, quam fauorem agnationis, & fa-
miliæ, & per conſequens deſinit illud tacitum,cum
exprimitur,& ſic ceſſat ſuperfluitas,quæ conſidera-
tur ad inducendum fideicommiſſum: Surd.qui om-
nibus reſpondet, & multis rationibus comprobat
deciſ. 238.*num.* 3 *vſque ad* 10. ¶ Maxime quando,
28 provt in caſu noſtro, † fuit conceſſa facultas pro-
pter neceſſitatem alienandi in familia, iſta enim li-
centia operatur,quod alienatio fieri poſſit in remo-
tiorem, qui latis eſt, quod ſit de familia: Gloſſ. *in
leg.vnum ex familia,§.itaque. ff. de legat.*1.Caſtr.*in l.
peto,§.fratre,eod.titul* Tiraquel.*de retract.lignagier.§.*
11.*gloſſ.*6.*numero* 7. Surd *conſil.* 147. *numero* 2.*lib.*2.
¶ Ex quo colligitur, quod teſtator non voluit ſim-
plex fideicommiſſum inducere, quia ſi hoc voluiſ-
29 ſet, † vtique illi de familia cenſerentur vocati, vt
ſuccederent gradatim ordine ſucceſſiuo vnus poſt
alium, provt quiſque eſſet proximior alienanti:
Bald.*in l.peto.§.fratre.queſt* 2 *ff.de legat.*2 Crot.*in leg.
filiusfamilias,§.diui,num.*173.*ff.de legat.*1.Ruin *conſ.*
127.*num.*13.*lib.*2.Surd.*conſi.*247.*num.*8.*& deciſ.*238.
*num.*13.*&* 14.

Sextum dubium prima facie videbatur decidendum
30 eſſe affirmatiuè, † quod prohibitio dicatur realis
ex qualitate rei, ſeu domus, ex qua nedum veſtitur
prohibitio, quæ alioquin nuda,& inualida eſſet,ſed
etiam inducitur fideicommiſſum inter illos de a-
gnatione, nam qualitas rei arguit affectionem te-
ſtatoris, & cenſetur prohibitio facta,ne res exeat
de familia ob talem qualitatem,& ſic extendetur ad
alios vltra eos, quibus facta fuit prohibitio, provt
concludunt omnes *in leg.quoties.* vbi Bald.*numero* 8.
Caſtr.*numero* 4. Corn.*numero* 6.Iaſ.*numero* 11.*C.de
fideicommiſſ* Roland.*conſi.*23.*numer.*24 *lib.*4.Cardin.
Mantic. *de coniect.vltim.voluntat.lib.*6.*tit.*12.*numero*
7.Alex.*in leg.filiusfamilias, §. diui. in princ.* vbi Rip.
numero 4. Socin.Iun.*num.*16.*ff.de legat.*1. Rub.*conſi.*
55.*num.*5. Simon.Pret.*de interpretat.vltimar.volunt.
lib.*3.*ſolut* 10.*num.*3.*fol.*282. Petr. *de fideicommiſſ.qu.*
1.*num.*85.*cum ſeq.*Capic.*deciſ.*108.*num* 4 *&* 5.Ita vt
31 non referat, † quod teſtator expreſſerit velle con-
ſeruari agnationem,vel quod talis voluntas ex con-
jecturis colligatur, cum idem operetur tacita vo-
luntas conſeruandi agnationem, quod expreſſa:
Surd.*conſi* 96.*nu.*16.Aym.*inter conſ. Marzar.*5.*num.*
54.Pariſ.*conſ* 50.*nu.*22.*lib.*3.

Prædictis tamen non obſtantibus contrarium conclu-
dendum eſt, quod quamvis qualitas rei veſtiat pro-
32 hibitionem, † tamen non faciat illam eſſe realem,
vnde prohibitio facta hæredi nominatim non trāſit
ad hæredes hæredis, licet ſit de domo, & ſepulchro

majorum,ad quod aderat affectio teſtatoris, & cum
prohibitio ſit nuda,ſatis eſt quod tacita cauſa illam
conualidet abſque eo, quod fideicommiſſum indu-
33 catur,† ſecus quando prohibitio eſt valida de ſe,vt
quia prohibetur alienari extra familiam, tunc enim
inducitur fideicommiſſum ſimplex:Socin.*conſi.*227.
*lib.*2.Curt.Iun.*conſi* 43.*nu.*9.*verſi.ego tamen omnibus.*
Surd.*deciſ.*125.*nu.*7.*&* 8. vbi etiam ſubdit,quod il-
lud de tacita ratione,vel cauſa procedit,quando eſt
34 expreſſa à teſtatore,† ſecus quando eſt omnino ta-
cita, nam tunc neq; prohibitio ſuſtinetur. exceptio
enim exẽplo de turri,requiritur cauſę expreſſio,alias
ſufficeret ſemper quod res eſſet majorum ſuorum:
Caſtr.*in l.filiusfamilias,§.diui.numer.*3.&ibi Opizo.
num 9.Ferdin.Loaz.*numer.*60. *in princ.ff. de legat.*1.
Rimin.Iun.*conſil* 132.*num.*110.*lib.*6. Iaſ.*conſi.*96.*col.*
35 *vltim. verſ.ſecundo reſpondetur. lib.* 4. † Et quamvis
aliqui teneant contrarium,de quibus per Tiraquel.
*de retract.lignag.in præfat.num.*39.Tamen prima opi-
nio eſt verior, & ſecundum eam fuit reſolutum, vt
teſtatur Surd. *d.deciſ.*125.*num.*9. *in fin. & conſi.*116.
numero 16.*lib.*1. Bero.*conſi.*84.*num.*72.*lib.*2. Iuxta *l.
pater,§. Iulius Agrippa.ff.de lega.*3.*leg. Lucius,ff.eod.
tit.*Natt.*conſi.*506.*nu.*8. Dec.*conſ.*23. *pro tenui facul-
tate,col.* 3.

EPITOME.

Conuentio an valeat,vt emptor cenſus conducat bona cenſuata, ita vt facta redemptione illius ſit finita locatio, quæ duret, quovſque durat cenſus. ❡ Pactum quod non eſt contra formam cenſus, ac illius ſubſtantiam an vitietur, ſeu vitiet contractum. ❡ Proteſtatio, quod cenſus cenſeatur factus juxta conſtitutionem Pij V. quid operetur. ❡ Remedium *l.*2.*Cod.de reſcind.vendit.* an habeat locum etiam in rebus locatis ad ſimilitudinem emptionis, & venditionis tam manente, quam finito contractu vſque ad triginta annos. ❡ Pignus an maneat in bonis debitoris,ita, vt ex eo nullum dominium acquiratur creditori. ❡ Et quando per illum poſſit alienari niſi debitor ſit in mora. ❡ Et quo caſu dicatur procurator debitoris. ❡ Non habens dominium an habeat facultatem illud transferendi in alium. ❡ Et quid in Iudice,tutore,curatore,creditore, & ſimilibus. ❡ Statutum vt ſoluatur gabella pro omnibus ſtabilibus, quæ alienabuntur alio modo, quam pro fundo dotali an habeat locum in pignore dato in dotem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum eſt illicitum, vt emens cenſum conducat bona cenſuata,ita vt duret locatio,quovſque durat cenſus, non tamen vitiabit contractum,ſed vitiabitur. num.* 4.5 6.*&* 9.

2 *Conuentio, quæ non eſt contra formam Bullæ cenſus, & illius ſubſtantiam non inualidat contractum cenſus.*

3 *Vtile non vitiabitur per inutile in ſeparabilibus.*

7 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus prædiis certis finibus deſignatis valet, quamvis ſuper aliquo ipſorum non eſſet bene conſtitutus.*

8 *Proteſtatio de conſtituendo cenſum iuxta formam Bullæ facta de conſenſu vtriuſque partis operatur,vt omnia appoſita contra illius diſpoſitionem habeantur pro non adiectis, ita vt tunc cenſus non poſſit dici nullus.*

10 *Remedium* l.2.C.de reſcind.vendit. *procedit etiam in rebus locatis ad ſimilitudinem emptionis, & venditionis, tam manente, quam finito contractu vſque ad triginta annos.num.*11.*&* 12.

13 *Pignus manet in bonis debitoris,nec ex eo aliquod dominium tranſit in creditorem,cuius periculo non perit,ſi aliqua culpa ei non poſſit imputari.*

14 *Creditor poteſt alienare pignus,& dominium illius in alium transferre.*

15 *Non habens dominium habet facultatem illud alteri dare, prout in tutore, curatore, Iudice, & ſimilibus nu.*19.20.*&* 21.

16 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat.*

17 *Creditor in pignore dicitur procurator debitoris.*

18 *Venditio pignoris facta à creditore habetur ac ſi fieret à debitore.*

22 *Pignus non poteſt alienari per creditorem, niſi debitor ſit in mora, quamvis habuerit facultatem illud vendendi,num.*23 *& quæ alia requirantur remiſſiuè,numero* 24.

25 *Factum creditoris in vendendo pignus dicitur factum partis.*

26 *Statutum, vt ſoluatur gabella pro omnibus ſtabilibus, quæ alienabuntur alio modo,quam pro fundo dotali, an habeat locum in pignore dato in dotem.*

27 *Extenſio fit in ſtatutis ex maioritate rationis.*

28 *Pro non ſolutione gabellæ in dubio eſt pronunciandum.*

CAPVT DCCLXXVII.

ILlicita eſt conuentio, de qua agebatur in cauſa
Tudertina cenſus ſeu locationis, nam fundus
cenſui obnoxius fuit locatus domino, & emptori
cenſus per venditorem illius cum expreſſa condi-
1 tione, † quod quotieſcumque idem venditor vellet
redimere cenſum, quod facta redemptione intelli-
gatur completa locatio, quæ debeat durare quo-
vſque durabit cenſus, adeo vt pari paſſu ambulent
inſtrumentum cenſus, & inſtrumentum locationis,
ex quibus verbis videtur, quod per quandam viam
indirectam venditor cenſus compellatur ad illum
redimendum, quod eſt contra naturam ipſius cen-
ſus,& de jure non permittitur,prout in ſpecie con-
cludit Felician. *de cenſib.tom.*2.*lib.*1.*c.*10.*num.*1. re-
cedendo à contraria ſententia, quam fuerit ample-
xus *tom.*1.*eod.lib. & c.*10.*num.*13. quod etiam ſequi-
tur Ludouic.Cencius.*de cenſib.par.*2.*c.*1.*quæſt.*3.*art.*
8 *num* 41.*& fol.*132.
Verum iſtud pactum non reſpicit formam traditam in
Bulla Pij V. neque eſt contra ſubſtantiam cenſus,
2 † ſed cõtra naturam illius,cum non reſpiciat ipſum
contractum cenſus,ſed locationem, vnde talis con-
uentio non vitiabit contractum, ſed ipſa vitiabitur:
Bald.*in l.*1.*num.*4. & ibi Caſtr.*nu.*3.*C.de pignoribus.*
Plot.*conſil.*17.*nu.*17. Rimin.Cen.*conſ.*91.*nu.*33.*lib.*1.
Intrigliol.*ſuper bull. de cenſib.quæſt.*8.*num.*1. *cum ſeq.*
Ludouic.Cenc. *de cenſib p.*2.*c.*1.*q* 3.*art.*1.*nu.*3. *&* 41
3 *fol.*111.† juxta regulam,quod in ſeparabilibus vtile
per inutile non vitiatur,*c.ſi confirmationẽ,*39.*de elect.
in* 6.*l.ſancimus.C.de donat.l.ſed & ſi decem.de conſtit.
pecun.c.vtile.*37.vbi Dyn.*n.*1.*&* 2.*de regul.iur.in* 6.
Et ita in ſpecie iſtius pacti, quod illud, quamvis ſit
4 parum licitum, & honeſtum, † non tamen vitiet
contractum cenſus reſoluit Rot. coram R. P. D.
Caruccio Romana nullitatis cenſus 4. Februarij
1583.juxta notata per Bart.*in leg. vbi ita donatur, ff.
de donat. int. vir. & vxor.* & in propoſito noſtro per
Couar.*lib.*3.*var.reſolutio.cap.*8.*num.*7.*verſ.verum eo*

quod

5 *quod emptio iſta annui redditus fol. 275.*† vbi quod licet talis pactio ſit odioſa,& ſuſpecta,tamen erit rejicienda ex contractu, qui ex ea non erit judicandus vſurarius, neque pœnis vſurarum obnoxius, ideo ipſo jure non vitiabitur contractus, & venditor poterit redimere redditum, non obſtante hujuſmodi pacto,quod vitiabitur,& non vitiabit con-
6 tractum cenſus, † provt etiam ita ſæpè judicatum fuiſſe teſtatur Covarr.*d.lib.c.8.num.7. in fin.verſic.ſic ſane in hoc Granatenſi fol. 275.* & ſequitur Ludovic. Cenc.*de cenſib.par.1.c.1.quæſt.3.art.8.num.41.& 42.* vbi etiam eſt impreſſa d.deciſ. R.P.D. Cantucc. *in fin.tract.deciſ.91.fol.78.*

Maximè, quia in caſu noſtro cenſus fuit impoſitus ſu-
7 per duobus prædiis, † quorum vnum tantum fuit locatum emptori cenſus, ita vt magis poſſit ſubſiſtere contractus cenſualis ſuper prædio non locato, cum ſit certis finibus deſignatum, quod facit, vt cenſus remaneat validus,quamvis ſuper aliis bonis non valeret:Rot.*deciſ.571.numero 3.par.1.in recentior.& deciſ.610.num.3.in fin.p.2.in recentioribus.* vbi allegantur concordantes deciſiones coram Card. Pamphilio Beneuentana cenſus 29. Martij 1593. & coram Cardin.Sacrato Romana cenſus.14.Ianuarij 1601.juxta *leg.vt pomum.§.1.ff.de ſeruitut.* Bart. *in l. pro parte.ff.eod tit.*

Stante præſertim proteſtatione, quod contractus cenſualis cenſeatur celebratus juxta formam bullæ,
8 † quæ proteſtatio de conſenſu vtriuſque partis operatur, vt omnia pacta appoſita contra illius diſpoſitionem,& formam habeantur, pro non adjectis,ita vt cenſus tunc non reddatur in totum nullus: Rot. *deciſ.219.num.3.& 4.in fin.part.2. in recentioribus.* & coram R. P. D. Orano Foroliuien. cenſus 13. Nouembris 1589.& coram R.P. D. Manzanedo Anagnina vſurarum.13.Martij 1607.Gabr.*conſil.47.nu.7.vſque ad 10.lib.3.*

Poterit igitur venditor cenſus redimere cenſum quãdocumque voluerit, non obſtante pacto ſuperius
9 appoſito,† & ſi non voluerit redimere,non poterit cogi continuare in locatione prædij cenſuati, immo cum prætendatur, quod penſio pro dicta locatione conuenta ſit multum modica,ita vt adſit læſio vltra dimidiam, erit locus remedio *l.2.Cod. de*
10 *reſcind. vendit.* † cujus diſpoſitio procedit etiam in rebus locatis, ad ſimilitudinem emptionis, & venditionis,tanquam locatio ſit bonæ fidei,& emptioni vicina,*l.2.ff locat.*provt in ſpecie notat Roman.*conſ. 423.pro pleniori diſcuſſione,numero 1. & 2.* poſt Gloſ. *in leg ſi ea pactione de vſur. & in leg. ſi olei.Cod.locat.* Bald Cagnol & Cremenſ.*in dict.l.2.* vbi Pinell.*p.1. cap.1.numero 1.& 17.Cod. de reſcind.vendit.* Alciat. *conſil.12. numero 14. poſt med. libro octauo, tom. 3. fol. 159.* Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.5.*
11 *tit.2.numero 11. & lib.22.tit.2.num.16.* † ita vt talis actio detur etiam finita locatione, & ſic poſt effectum conſummatum,& poſt contractum confirmatum,& approbatum à partibus,provt latè concludit Pinell.*in dict.l 2.p.1.cap.3.numero 18. ad med.* poſt Alex. *conſil.107.nu.18.verſ. & ſi fructus qui ſuperſunt non aſcendunt. lib 3.* quicquid contrarium ſenſerit Dec.*conſi.583. iuridicam eſſe arbitror. numero 8.& 9.*
12 † cum verius ſit,vt remedium *dict.l.2.* comprehendat locationem,& conductionem ad excipiendum, & repetendum, & ſic tam manente, quam finito contractu vſque ad triginta annos,vt per Pinell. *in d.l.2.p.1.c.3.n.20.*

Quo ad alterum dubium concludendum eſt non debere aliquam gabellam ex contractu, de quo agimus, quia prædium fuit datum pro reſiduo dotis florenorum 2850.ad habendum,& tenendum loco pignoris,& donec fuerit ſolutum dictum reſiduum
13 dotis,† quo caſu non dicitur facta aliqua alienatio ejuſdem prædij, cum pignus maneat in bonis debitoris,nec ex eo aliquod dominium tranſit in creditorem, tanquam illud ſit ipſius debitoris,& ejus periculo, & incommode pereat, niſi creditori aliqua culpa poſſit imputari:*leg.pignus 8.*vbi Gloſſ.*in verb. in bonis.& in verb.perire.Cod de pignorat.action.leg ſi nulla.7.Cod.eod.titul.leg.reſcriptum.in princip ff. de diſtract.pignor.leg.ſi quis ſit fugitiuus.§ pignor ff.de ædilit.edict.l.generaliter,ff.qui & à quib.manumiſſ l.b. non fiant.*Rimin.Iun.*inſtit.quib.alienar.lic vel no.in princ.num.4.& §.1.num.1.*

Neque obſtat, quod creditor poſſit alienare pignus,&
14 dominium illius † in alium transferre, *d.§.1. inſtit. quib.alienar.lic.vel non.*Quia non ex hoc dicitur habere aliquod dominium, cum paſſim admittatur,vt etiam qui dominium non habet, nihilominus
15 † poſſit illum alteri dare, *leg. non eſt nouum.ff.de acquir.rer.domin.*& iſto caſu fallit regula, quod nemo
16 plus juris in alium poteſt transferre, † quam ipſe habeat, *leg. traditio.ff. de acquir.rer.domin.leg. nemo plus iuris,*vbi Decian.*numero 1.cum ſeq.de regul.iur.*
17 Et eſt ratio, quia creditor in pignore † dicitur procurator teſtatoris: Bartol. *in leg. ſi pignori. colum. 1. item verſ ſequitur noua pars ff famil.erciſcund.* Caſtr. & Iaſ. *in leg.creditori,ff.de nou.oper.nunciat.* Bald *in l. 1.§. item nota.Cod. creditor euict.pignor. non deber.*
18 † ita vt quando creditor vendit pignus, cenſeatur ipſe debitor illud vendere:Idem Bald. *in l. 1. col 2. verſ.ſed contra quia lege.* & ibi Cyn.& Caſtr. *Cod. ſi ſeru.exter.* Neguſ.*de pignoribus,memb.1.part 6 nu.11. & 13.fol.116.*Rimin.Iun.*in §.1.num.13.inſtitut.quib. alien.lic.vel non.*

Quod etiam eſt in tutore, & curatore, & ſimilibus perſonis, qui habent facultatem alienandi bona pu-
19 pilli, † & adulti, quamuis ipſi dominium non habeant:*leg. lex quæ tutores & leg.fin.Cod.de adminiſtr. tutor.*Dec.*in leg.nemo plus iuris.54.numero 3. & 4. ff. de reg.iur.*vbi etiam de procuratore,*§.nihil autem. inſtit.de rer.diuiſ.* provt quoque in Iudice, qui adju-
20 dicando rem alicui, † transfert dominium, quod ipſe non habet.*§.ſi inſtit de offic.iudic.*Dyn.*in cap.nemo poteſt plus iuris,79.n.6.de reg.l.iur.in 6.*Alexand. *in leg Pomponius.§. ſi iuſſu. numero 10.ff. de acquir.* Bald.*in l.1.Cod.commun.vtriuſque iudic.* Iaſ. *in leg. ex hoc iure,numero 44.* & ibi latè Claud. Aquenſ. *num.*
21 *52.ff.de iuſtit.& iur.* † cum declarationibus de quibus per Rimin.Iun.*in §.1.num.23.vſque ad 29.inſtit. quib.alien.lic vel non.*

Maximè.quia non ſtatim permittitur creditori aliena-
22 re pignus, cum requiratur,† vt debitor ſit in mora ſoluendi debitum:Bart & Salic *in leg.cum ſoluendæ: ff.de diſtract.pignor.* Neguſ.*de pignorib.membr.1.par. 6.numero 1. fol.115.* vbi etiam quod iſtud procedit, quando eſſet data licentia creditori quod poſſet
23 vendere pignus, quia intelligitur conceſſa ſub iſta conditione,ſi debitor fuerit in mora ſoluendi debitum:Gloſſ.*in leg.creditor hypothecas. Cod. de diſtract. pignor.* Caſtr. *in leg. ſi conuenerit. la 1.ff. de pignorat.*
24 *action.*Cum etiam multa alia requirantur, † ad hoc vt creditor habeat facultatem alienandi pignus, de quibus per Neguſ.*de pignorib.membr.1.p.6.numer.1. vſque ad 15.*Ita vt ſtantibus prædictis,factum credi-
25 toris in vendẽdo pignus † cenſeatur factum partis,

l.ſi ob cauſam, Cod. de euiction. Et omnia poſſint dici
geſta de voluntate ipſius debitoris: Bart. *in l.ſi pigno-*
ri, nu.8 ff. famil. erciſcund. Rimin. Iun. *in §.1. nu.13 ad*
med. inſtit. quib. alienar. lic. vel non.
Vnde cum ſtatutum ſolum diſponat, vt ſoluatur gabel-
la pro omnibus ſtabilibus, quæ alienabuntur alio
26 modo, † quam pro fundo dotali, non erit ſoluenda
pro pignore dato in dotem, cum illud non dicatur
alienatum ex ſupradictis, maxime, quia ſi non ſolui-
tur pro fundo dotali, in quo fit alienatio, & tranſ-
fertur dominium, multo magis erit talis ſolutio de-
neganda pro pignore dotali, per quod nullum do-
27 minium transfertur † cum etiam in ſtatutis ex ma-
joritate rationis fiat extenſio: Bald. *in c.1. §. porro nu.*
7. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend. Iaſ. *in l.fi. nu.4.*
verſi ſed eſt melior. ff. de in ius vocand. Felin. *in c.vlt.*
28 *de conſtitution.* Surd. *deciſ.159 numer.8.* † Præſertim
contra gabellarios, aduerſus quos in dubio eſt pro-
nunciandum pro non ſolutione gabellæ: Bart. *in l.ſi*
pupillus, ad fin ff. ad leg Falcid. Ruin. *conſi.112. nu.14.*
lib.5. Aym. *conſi.231. in fin.* cum aliis per Surd. *deciſ.*
305. num.44. & 45. Boſſ. *de vectigal. num.10.* Claud. ad
Bertaz. *conſi. crim.6. in verb. magna lib.1.*

EPITOME.

Refectio concernens perpetuam rei vtilitatem, ſeu duraturam vltra terminos vſusfructus an ſpectet ad proprietarium, ſed vſufructuarium. ¶ Et quę dicatur modica impenſa, ſeu magna. ¶ Et quando ſit denuncianda neceſſitas refectionis. ¶ Vſufructuarius ad quas expenſas teneatur. ¶ Et an poſſit cogi prius pecuniam ſuam erogare in refectione, & poſtea illam à domino condicere. ¶ Vel ſolum debeat habere curam, & ſollicitudinem tanquam procurator proprietarij. ¶ Et quo caſu ſit ei imputanda culpa deteriorationis, ita vt poſſit priuari vſufructu, quamvis dederit cautionem de bene vtendo. ¶ Vſuræ pecuniarum acceptarum pro refectione an ſint ſoluendæ per proprietarium cum intereſſe paſſo per vſufructuarium ob non ſubminiſtratos ſumptus refectionis. ¶ Ædes vetuſtate collapſæ quando ſint per proprietarium reficiendæ. ¶ Vſufructuarius an teneatur ſarta tecta reficere. ¶ Et qualis ſit ſartorum tectorum ſignificatio. ¶ Et in quibus legibus de eis fiat mentio. ¶ Et illorum neglecta procuratio an cedat damno officialis. ¶ Et eorum cura ad quem ſpectaret. ¶ Et quomodo locari ſolerent. ¶ Et ad quos talis locatio pertineret.

SVMMARIVM.

1 *Refectio concernens perpetuam rei vtilitatem, ſeu duraturam vltra terminos vſusfructus ſpectat ad proprietarium.*

2 *Vſufructuarius tenetur reficere ſartatecta, & arbores in locum demortuarum ſubſerere, & tributa agnoſcere, & ſimilia facere modicum ſumptum concernentia. numero 3.4. & 6. Et quid in vſufructu conceſſo ex cauſa onerosa, non lucratiua. numero 18. & 19.*

5 *Impenſa modica non cenſetur concernere perpetuam vtilitatem rei, ſed temporalem fructuum perceptionem, ſecus in magna.*

7 *Vſufructuarius ob culpam deteriorationis domus tenetur ad ſumptus etiam magnos, & poteſt priuari vſufructu, quamvis cautionem dediſſet de bene vtendo. num.8. & 9.*

10 *Cura, & ſollicitudo refectionis ſpectat ad vſufructuarium, qui cenſetur conſtitutus procurator à proprietario, in omnibus, quæ concernunt vtilitatem rei.*

11 *Proprietarius non tenetur ad opus perſonale refectionis, ſed ad pecunias dandas vſufructuario pro expenſis illius, alias priuabitur proprietate. Intellige vt n.16.*

12 *Vſufructuarius debet denunciare proprietario neceſſitatem refectionis, ne res in dies magis deterioretur.*

13 *Vſuræ pecuniæ acceptæ pro neceſſitate refectionis ſunt ſoluendæ per proprietarium, qui etiam tenebitur ad intereſſe paſſum per vſufructuarium ob non ſubminiſtratos ſumptus pro tali refectione. nu.15.*

14 *Vſufructuarius non debet pecuniam ſuam prius erogare pro refectione rei, & poſtea illam condicere à proprietario.*

17 *Intereſt domino, vt ſit præſens, & rem ſuam gerat.*

20 *Proprietarius non obligatur reficere ædes in totum vetuſtate collapſas, ſecus ſi aliqua pars ædium indigeat refectione. nu.22.*

21 *Deſtructio totalis domus, facit vt vſusfructus ſit extinctus, ita vt nec tunc area, aut cementa debeantur vſufructuario.*

23 *Sartatecta reficere quid ſignificet, & ſartè pro integrè.*

24 *Sarcire eſt integrum facere, & ſartorum tectorum mentio in quibus legibus fiat, & quando illorum neglecta procuratio cedat damno officialis. nu.25.*

26 *Sartatecta templi cuſtodienda.*

27 *Sartatecta dicuntur aliquando cum coniunctione, videlicet ſartatectaque, ſeu ſartum & tectum.*

28 *Sartum tectum habere vulgo intertenere, latinè tueri, & integrum, & incorruptum ſeruare. numero 29. & 30.*

31 *Sartatecta tua præcepta habui, hoc eſt præceptis tuis exactè parui.*

32 *Cura exigendi ſartatecta ad quos ſpectaret, & quomodo locari ſolerent, & quibus talis locatio demandaretur. n.33. & 34. & de eius vtilitate. nu.35. & 36.*

CAPVT DCCLXXVIII.

PRæſupponitur refectionem domus, de qua
agimus, eſſe magni ſumptus, quo ſtante conclu-
dendum eſt impenſam ſpectare ad proprietarium,
non autem ad vſufructuarium, vt ex aduerſo præ-
1 tenditur, † Communis enim in propoſito eſt diſtin-
ctio doctorum, quod omnis refectio, quæ concer-
nit perpetuam rei vtilitatem, ſeu duraturam vltra
terminos vſusfructus pertinet ad proprietarium, ita
vt ſi fuerit facta per vſufructuarium poſſit repeti
à proprietario, quidquid ſit in impenſa parua, ſeu
modica, quæ debet fieri ab vſufructuario, qui tene-
2 tur reficere ſartatecta, † & arbores in locum de-
mortuarum ſubſerere, & tributum agnoſcere, cum
ſimilibus, quæ modicum ſumptum concernunt,
leg. cum ad quem.7. vbi Gloſ. Bald. Caſtr. *in princ.* &
Salic. *numero 1. & in fin Cod. de vſu, vſufr. & habitat.*
Corn *conſi.86. numero 4 col.2. in princ. verſ. & quando vſufructuarius. lib.4.* Bart. *in leg. cotem ferro. §. qui*
maximos. numero 13. & 14. quæſt. 7. ff. de publican. &
vectigalibus. quem ſequitur Franc. Aret. *conſil. 111.*
conſideratus. numero 1. ad med. Doctor. communiter
in leg. hoc amplius. 9. §. vltim. poſt Gloſſ. *ibid. in verb.*
non reficit Imol. *in fi. num.27. ff. de damn. infect.* Idem
Imol. *in c. perpetuus. 9. num.3.* & ibi Felin. *numer.8 de*
fid. inſtrument. Ang. Aret. *in §. finitur. num.4. poſt prin-*
cip. inſtit. de vſufruct. Cæpol. *de ſeruitutib. vrba. præ-*
dior. c.59. num.15. qu.8. fol.171. Surd. *conſi 155 num.9.*
lib.2. Pinell. qui multis ſimilibus comprobat *in l.1.*
part.

par.2.n.72.C.de bon.matern. fol. 183.Natt conſ.13.n. 3.Caualcan.de vſufr.mulier.vel ſt.n.160.Tiraq. de iu.primogenit.q.74 n.2.poſt princ.

Et cum huiuſmodi diſtinctione intelliguntur omnia
3 iura ex aduerſo adducta, † videlicet l.vſufructu.7. in fin.& ibi Gloſ.in verb.reficere,ff.de vſuf. & quemadmod.quis vtat.l.cum fructuarius paratus. 70.ff.eod. tit.d.l ſi ita legatus.17.de vſu & habitation.Card.in clem.quia contingit num. 2.de religioſ.domib. Maluag. conſ.28.nu.22 Bald in l prætor ait,§. Celſus rectè ſcribit,in princ.ff.de damn.infect. qui licet concludunt,
4 quod refectio pertineat ad vſufructuarium, † Tamen declarantur reſpectu refectionis requirentis modicam impenſam,ſecus magnam,ob illam rationem, quia modica non cenſetur concernere perpetuam rei vtilitatem, ſed temporalem perceptio-
5 nem fructuum,† Magna verò concernit perpetuam vtilitatem rei, quæ debet pertinere ad proprietarium, cuius eſt perpetua vtilitas, non autem temporalis, ita bene explicat Caſtr. in l cum ad quem 7.nu.1.C.de vſu,vſufr.& habitat.Imol. in c. ſi perpe-
6 tuus 9.n.3.de fid.inſtru.† & ita etiam declarat Bald. in d.l.prætor ait.§.Celſus rectè ſcribit ad med.verſ.non valde ff.de damn.infect. poſt Glo.in d.§.Celſus rectè ſcribit.qui eſt poſitus in l hec amplius,9.in verb.non reficit.ff eod.tit.de dam.infect. & in illis terminis, ita etiam intelliguntur omnes ſuperius adducti,vt latè per Surd.d.conſ.155.num.9. cum ſeq. lib.2.Caſtil. de vſufr.c.13.n.10.& 12.Pinell in l.1 p.2.n. 70. C. de bon.matern.plenè Menoch de arbitrar caſ.215.nu.4. & 5 fol.213.Afflict.deciſ.252.nu.2.Pariſ conſil.96.nu. 26 lib.2 Roland conſi.28.n.15. lib. 1. Alexand conſ. 162.col.2.ad med.lib 7. Grammat.conſ.t3. num. 43. bene Gomeſ.var.reſolut.tom.2.c.15.de ſeruitut.nu 7. verſ item adde quod talis fructuarius.fol 266.Io.Garzias de expenſ.& melioration.c.11.n.5.in fin. & n.12. tom.17.fol.294.

Præterea contraria procedunt, quando vſufructuarius
7 fuiſſet in culpa deteriorationis domus, † tunc enim ad eum refectio etiam magni ſumptus pertineret, & teneretur tam de ſuo facto, quam ſuorum: l. ſed cum fructuarius 71.in princ. & ibi Gloſ.in verb. ſuorum ff.de vſuf.& quemadmod.quis vta.l ædiles, in
8 prin.ff.de ædilit.edict. † Cum etiam tunc poſſet vſufructuarius priuari vſufructu, quamuis etiam cautionem dediſſet de bene vtendo: Cardin. Alban. in rubr.ff.de vſufr. in fi. & latè declarat Caſtill. eod.
9 tit.de vſufr.c.21.num.9 vſque ad 17. † Nam tunc ad eum ſpectat onus refectionis, vnde poterit expelli, ſi non reficiat: l.hoc amplius,§ fin ff de damn. infect. Ruin.conſ.206.nu.31.lib 2.Surd.conſ.155.n.9 ante fin. lib 2.

Cum etiam contraria habeant locum quo ad curam,
10 & ſollicitudinem, † circa quam vſufructuarius videtur conſtitutus procurator in rem ſuam à domino, & proprietario, ita vt teneatur ad omnia,quæ vtilitatem proprietatis concernunt, nam alias erit in culpa, & priuabitur vſufructu.l.1.§.fin.cum l.ſeq. ff.vſufructuar. quemad.caueat.Bart. in l.1. §.fin.col.1. num 1. & ibi Iaſ. num.3.ff.de non. oper. nuncia. Bald. in l.2.col.2.C.vbi in rem actio.& in l. cum ad quem 7. poſt med. C. de vſufr.& in l.prætor ait, §.Celſus rectè ſcribit,n.1 ff.de dam.infect. Gomeſ. var.reſolut.tom.2. c.15.de ſeruitutib.n.6.verſ. item adde quod vſufructua-
11 rius. fol. 266. ¶ † Ideo cum dicitur, quod vſufructuarius tenetur reficere, debet intelligi de cura, & ſollicitudine refectionis, nam quo ad opus perſonale proprietarius non tenetur, ſed ſolum quo ad expenſas, & pecunias, quas dabit vſufructuario vt reficiat, & laborem ponat, quando ſumptus eſt magnus,& pertinet ad perpetuam rei vtilitatem, nam alias priuabitur proprietate, prout in terminis comprobat Ang.Aret. in § finitur, num.4. inſtitut.de vſufruct.Cæpoll.de ſeruitut.vrban.prædio.c.59. num. 15. quæſt. 8. iuxta l. quamuis. & l.inter fructuarium,& l ſi proprietarius,ff. de damn. infect. l. 1. in fi. ff.de vſufructuar.quemadmod caueat.l.1.§.fin ff.de nou. operis nunciat. Bart.in l. cotem. §. qui maximos ad fin. verſ ſecundo eſt videndum.ff.de publicanis & vectigalibus.

Tenebitur tamen vſufructuarius denunciare pro-
12 prietario neceſſitatem refectionis, † ne res in dies magis deterioretur, nam alias ei imputaretur propter ignorantiam proprietarij: Caſtren. in l. cum ad quem.7.in fi.verſ. quando tamen imminet. C. de vſufruct.Surd.conſ.155.n. 18. poſt pri.verſ. addit quoque.lib.2.Pinell.in l.1,part.2.n.72.in fin. verſ. pulchrè autem adnotauit.C.de bon.matern.fol.196.¶ Quare fa-
13 cta denunciatione † poteſt vſufructuarius requirere dominum proprietaris, vt ſumptum præſtet, & pecuniam neceſſariam in refectione tradat, & etiam intereſſe pecuniæ ſoluat ſi contingat illam ſumere ſub vſuris pro neceſſitate refe-
14 ctionis, † cum non teneatur vſufructuarius de ſuo impendere, nec pecuniam ſuam erogare, & poſtea illam condicere à proprietario, tanquam hoc ei non expediat, nam longe differt diligentia, & cuſtodia, ad quam obligatur vſufructuarius ab onere exburſandi pecuniam propriam: Surd. qui de communi opinione teſtatur d. conſ. 155. num. 18. lib. 2. poſt Azo. in ſumm. C. de vſufr. num. 6. in fin. Salic.in l.cum ad quem.7.num. 2.C.eod.tit.Ang.in l.1. § fin.in princip. ff de nou. oper.nunciat. Aret.in §. finitur.nu.4 inſtit de vſufruct.Pinell. in l. 1.p.2 num.72. in fin verſic.& ego.C. de bon. matern. fol. 196 poſt Imol.in c. fin. num. 20.de pignoribus. quod prius voluit Bart.in l.cotem. §. qui maximos num.15.& 16.ff.
15 de publican.& vectigalibus. † vbi etiam quod proprietarius tenebitur ad intereſſe, quod patietur vſufructuarius ob pecunias non datas pro refectione iuxta l.ſi procurator.§.mandati ff.mādat.¶ Quam-
16 uis ſi vellet proprietarius domum reficere, † non ſolum ſua pecunia, ſed ſua cura, & opera, poſſet hoc facere, neque tunc vſufructuarius deberet impedire: Pinell. in l. 1.p. 2. num. 72. in fin. verſic. non tamen intelligat. C.de bon. matern.fol.196.Caualcan. de vſufruct. num. 161. in fin. Surd. conſil. 155.
17 num. 18. in fin. lib. 2. † Tanquam interſit domini, vt ſit præſens, & rem ſuam gerat: Abb. in ſimili in c.cum non ſint,33.num. 5.verſ.nec puto quod colonus de decim.

Amplius cum ſimus in vſufructuario ex cauſa one-
18 roſa, non autem lucratiua, poſſet defendi, † quod neque ille teneatur ad modicam impenſam non concernentem perpetuam rei vtilitatem, vt concludit Florian.in l.hactenus ff. de vſufruct. iuxta l. ſi quis fundum ff. locat. & ſequitur Cæpoll. de ſeruit. vrb præd.c.59 num.15 poſt med. verſ. an autem ſit fa-
19 cienda differentia fol. 171. † & hanc opinionem æquam & rationabilem dicit Surd. conſ.155 n.10.lib.2. quamuis illam non firmet propter auctoritatem Bart.contrarium ſentientis in d.l.cotem.§. qui maximos.ff.de publican & vectigalibus.

Neque oberit, quod ſi ædes vetuſtate corruiſſent,
20 non teneatur † proprietarius reficere: l. hactenus 8. ff.de vſufr.& quemadm.quis vtat. Pinell.in l.1.par.2.

numer. 7. C. de bon. matern. Quia hoc intelligitur, 21 † quando eſſent in totum deſtructæ, tunc enim per totalem deſtructionem vſusfructus eſſet finitus, ita vt nec tum areæ, nec cementorum vſusfructus 22 debeatur, † cum aliud ſit, quando pars aliqua domus indigeret refectione, vt latè diſtinguit Bart. *in l. item ferro, §. qui maximos, num. 16. ff. de publican. & vectigal.* poſt Gloſ. *in d. l. hactenus, in verb. corruiſſent.* Garz. qui multos caſus ſimiles refert *de expenſ. c. 11. num. 11. vſq. ad 25. tom. 17. fol. 295.* iuxta *l. repeti. & l. quid tamen, ff. quib. mod vſusfr. amitta. l. qui vſumfructum area, ff. de vſufru.* Ang. *in §. finitur, inſtit. eod. tit.*

Et quoniam ſupra diximus, quod vſufructuarius tenetur ſartatecta reficere: iuxta *l. eum ad quem, 7. C. de vſufr. & habitat.* nec Doctores rectè explicant, quid ſint ſartatecta, vt aduertit Bud. *in annotat. in* 23 *pandect. ad l. hactenus ff. de vſuf fol.* 288. † Ideo in gratiam amici hoc potentis placuit hæc adnotare. *Sarte*, inquit Feſtus, ponebant pro integrè: ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, vt inte- 24 gra præſtentur, ſartatecta vocantur, † ſarcire enim eſt integrum facere: Huiuſmodi ſartorum tectorum mentio eſt *in l. 2. C. de condit. in publ. horr. lib. 10.* vbi dicitur. Cum ad quamlibet vrbem manſionemve acceſſeris protinus horrea inſpicere te volumus, vt deuoti ſimus militibus deputatæ, & incorruptæ ſpecies præbeantur, Nam ſi per incuriam officij grauitatis tuæ ſartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint ad damnum tuum referentur, *& in l. lex Iulia. 7. ad med. ff. ad leg. iul. repetundar.* vbi Marcellus 25 † illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentumve publicè dandum, præbendum, approbandum, ſartatecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege 26 erunt. † Et *lib. 4. reg. 12.* Quare ſartatecta non inſtauratis templi. Et rurſus *ibid.* vt inſtaurent ſartatecta domus, ſi quid neceſſarium viderint inſtauratione, vbi ſartatecta poſuit S. Hieronymus pro ſarciendis tegendiſque, prout idem D. Hieronymus *lib. 2. paralipom* quaſi te exponemus, vt inſtruerent, inquit, templum, & infirma quæque ſarciant *& 2. paralip.* 24. Colligite de vniuerſo Iſrael pecuniam ad ſartatecta templi.

Dicitur autem interdum cum coniunctione. Sarta- 27 tectaque & ſartum, & tectum, † cum plena eſt locutio, vt inquit Aſconius, quo modo Cic. ſæpe vſus eſt. Ex hac autem factum eſt, vt ſartumtectum habere ſit integrum, incorruptum ſer- 28 uare, † & vt vulgus loquitur intertenere, quod latine tueri dici debet, in qua ſignificatione accipitur *in l. hactenus, ff. de vſufruct.* & alibi non ſemel in pandectis. Vtuntur & hac locutione antiqui metaphoricos. Cic. *ad equites Rom.* pridie quam iret in exilium. Si igitur aliquo tempore iis hominibus conſuluiſtis, quorum animis religione pietatis eſt defunctis, debetis quoque mihi proſpi- 29 cere † qui numini deorum conſecratum ſartum, ac tectum ab omni periculo conſeruari, & vos, vt tutam, & tranquillam fortunam traheretis mea perfeci vigilantia, Quo tamen in loco non periculo, vt in omnibus exemplaribus legitur, ſed piaculo legendum eſt, hoc ſenſu, vt Cic. ſignificet animum ſuum integrum intactumque ab omni piaculo conſeruaſſe, id eſt indigno facinore, & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in ſeſe ſceleſtum admiſiſſe. Idem ad Cælium. *lib. 13. epiſt.* ſi vllam in amicitia mea ſpem habes, ſi ea quæ in me officia Brunduſij contuliſti vis mihi etiam gratiora efficere, quamquam ſunt gratiſſima, ſi me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da, atque lar- 30 gire, † vt Marcum Curium ſartum, & tectum, (vt aiunt) ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrúmque conſernes, Plautus *in Trinummo* ioculari metaphora vſus eſt hoc verbo Sartatecta tua præcepta pater vſque habui 31 mea modeſtia † Hoc eſt exacta, & vndique conſtanre obedientia præceptis tuis parui, nec vnum iota, (vt vulgo dicitur) præterii, quod Latine dicitur omnibus numeris obedientiæ tibi parui, vnguem latum, aut digitum tranſuerſum à tuis præceptis non diſceſſi. Hæc Bud. *in annotation. in pandect. ad l. hactenus ff. de vſufr.*

Notandum eſt etiam, quod ſartatecta exigendi cura ad Cenſores ſpectabat, interdum etiam ad Ædiles, 32 † rarò ad Prætores, nec niſi cum Senatus decreuerat. Cicero *in pretura vrbana.* Cum L. Octauius C. Aurelius Conſules ædes ſacras locauiſſent neque potuiſſent omnia ſartatecta exigere neque ipſi, neque ij Prætores quibus erat negotium datum, factum eſt ſenatuſconſultum, quibus de ſartistectis cognitum non eſſet, vti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoſcerent, & iudicarent. Idem *paulo poſt.* Verres quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. Et rurſus monumentum illa amplitudine, illo opere quamuis ſartumtectum, integrumque eſſet, tamen aliquid inueniebat in quo moliri, prædarique poſſet arbitra- 33 batur. Ex cuius orationis † lectione facile intelligimus quomodo ſartatecta locari ſolerent, exigique à redemptoribus. Et ſimile eſt, ſi hodie ædes tuendæ locarentur ea lege, vt redemptores ſuo lapide, ſua calce, ac ſua etiam materia ſartamtectam præberent, certo pretio in annos ſingulos addictam, quod fieri Romæ ſolebat minimo licitantibus, curaque exigendarum huiuſmodi operum ad 34 eos, quos diximus pertinebat: † locandorum vero cura ad Cenſores ſpectabat, vt & vectigalia antequam cenſura ſublata eſſet. Vnde *in xij tab.* de cenſorio munere ita cautum legimus. Cenſores populi, ciuitatis ſoboles familias pecuniaſque cenſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Populique partes in quibus diſtribuunto, & reliqua. Quod vtinam inſtitutum hodie eſſet, 35 † ne regiæ ædes, baſilicæ, & munificentiſſima memoriæ monumenta vetuſtati exedenda noſtri ſeculi incuria relinquerentur. Idem Budæus *in annotationibus in pandect. ad l. hactenus. ff. de vſufruct. fol.* 290.

De prædictis etiam Liuius 5. *decad. li.* 5. Petentibus, vt 36 ex inſtituto cum ſartatecta exigenda, † & ad opera, quæ locaſſent probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur. Cic. *ad Brut. lib.* 13. Quorum quidem omnia incommoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſartatecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſunt: conſiſtunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia: Liu. 5. *decade. lib.* 2. Cenſorem moribus regendis creatum, cui ſartatecta exigere ſacris publicis, & loca tuenda more maiorum traditum eſſet. Cicero. 3. *Verr.* 72. *&* 91. Quæ autem actio competat vſufructuario pro expenſis per eum factis, & an detur retentio, vel poſt reſtitutionem rei competat conditio dicetur infra Deo dante in capite particulari, & notat Surd. *conſil.* 155. *n.* 24. *&* 15.

EPI-

EPITOME.

Proprietarius, vel eius hæres poſt obitum vſufructuarij an poſſit agere negatoria, vel ex cautione de re præſtita ad auocandam, & euincendam poſſeſſionem naturalem contra hæredes vſufructuarij, vel habentes cauſam ab eis. ¶ Et quando eiſdem liceat propria auctoritate illos expellere. ¶ Vel petere manutentionem in re vendita tertio emptori, & per eum detenta vſq; ad triginta annos. ¶ Vel agere remedio canonis reintegrandæ. ¶ Ciuilis poſſeſſio proprietarij an trahat ſtatim poſſeſſionem naturalem, quæ erat apud vſufructuarium. ¶ Et quando è contra naturalis trahat ad ſe ciuilem. ¶ Vſufructuarius, vaſallus, conductor ad longum tempus, debitor, vel ſimiles an fictè, vel realiter tradendo poſſint illorum poſſeſſioni præiudicare. ¶ Et de differentia, quæ eſt inter poſſeſſionem, quam prædicti habent quo ad effectum, vt ciuilis poſſeſſio vnius requieſcat in poſſeſſione naturali alterius. ¶ Defunctus, & eius hæres an poſſint mutare ſuam poſſeſſionem ſolo animo non ſuperueniente noua cauſa. ¶ Proprietarius an ſtatim finito vſufructu incipiat habere in ea re plenam poteſtatem. ¶ Succeſſor iuris præſumptione, quantumcumque habeat alium animum, an cenſeatur poſſediſſe eo modo, & forma, qua defunctus poſſidebat, ita vt illius precaria poſſeſſio poſſit eſſe propria quamuis præcarium ignorauerit, & per triginta annos poſſederit.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius poſt mortem vſufructuarij poteſt agere negatoria, vel ex cautione de re præſtita ad auocandam, & euincendam poſſeſſionem naturalem contra heredes vſufructuarij, vel alios ab eis cauſa habẽtes.*

2 *Vſufructuarius non expellitur propria auctoritate finito vſufructu per proprietarium. Contrarium, n. 4. & 9.*

3 *Rem ſuam non permittitur alicui propria auctoritate auellere.*

5 *Vſufructus ſtatim eſt finitus poſt obitum vſufructuarij, nec tranſit ad eius heredes & proprietarius incontinenti incipit habere in ea re plenam poteſtatem, n. 12.*

6 *Ciuilis poſſeſſio, quam habet proprietarius trahit ſtatim poſſeſſionem naturalem, quæ erat apud vſufructuariũ & cum illo reſidet, & n. 7. Prout è contra naturalis poſſeſſio trahit ad ſe ciuilem, n. 8.*

10 *Heres proprietarij poteſt ſe facere manuteneri in re vendita tertio emptori per heredes vſufructuarij, quamuis idem emptor eandem rem per triginta annos retinuerit, nu. 14.*

12 *Reſoluto iure datoris non conſideratur aliquod ius accepioris.*

13 *Vſufructuarius dicitur procurator ipſius proprietarij.*

15 *Poſſeſſio proprietarij cenſetur amiſſa ſi vſufructuarius, vel eius heres finito vſufructu rem alteri tradiderit, ſecus ſi fictè per precarium, conſtitutum, n. 16. Contrarium, quod in vtroque caſu non poſſit dari talis amiſſio ex facto vſufructuarij, n. 24. & 25.*

17 *Succeſſor iuris præſumptione quantumcumque habeat alium animum cenſetur poſſediſſe eo modo, & forma, qua defunctus poſſidebat tanquam ſit vna perſona cum eo. & num. 18.*

19 *Defunctus ſicut non poteſt mutare ſuam poſſeſſionem ſolo animo non ſuperueniente noua cauſa, ita neque poterit eius heres.*

20 *Heredes eius, qui poſſidebat precario non poſſunt poſſidere nomine proprio, quamuis proprium ignorarent & per triginta annos poſſederint.*

21 *Retinens vſumfructum alicuius rei videtur ſe conſtituere poſſidere nomine proprietarij.*

22 *Conſtitutum, ſeu precarium morte finitur, nec tranſit ad heredes.*

23 *Vſufructuarius ſibi naturaliter poſſidet, non domino.*

26 *Vaſallus, conductor ad longum tempus, debitor, & ſimiles præiudicant domino directo, & creditoribus tam per fictas, quam per veras traditiones.*

27 *Poſſeſſio ciuilis domini directi requieſcit in naturali domini vtilis, qui recognoſcit eundem directum dominum.*

28 *Ciuilis poſſeſſio proprietarij non adhæret in aliquo poſſeſſioni naturali vſufructuarij, & n. 29.*

30 *Proprietarius poteſt intentare remedium canonis reintegrandæ contra heredes vſufructuarij, & alios detinentes rem proprietati conſolidatam finito vſufructu.*

CAPVT DCCLXXIX.

Defuncta vſufructuaria prædij, de quo agimus, hæredes illius vendiderunt idem prædium tertio emptori, qui per multum temporis ſpatium illud detinuit, & cum per proprietarium quæreretur aliquod remedium pro recuperatione
1 eiuſdem prædij † dicebatur multas actiones illi competere, cum poſſit per eum agi negatoria, vel ex cautione de reſtituenda re præſtita, vt notat Gl. *in c. licet epiſcopus 28. in verb. te nõ vocato, ad med.* & ibi Archidiac. *in eod. verb. de præbend. in 6* iuxta *l. vti frui, in princ. verſ. quanquam enim, D. ſi vſusfr. petat. l. 1. §. habet autem. ff. vſufructuar. quemadm. caueat.*
2 ex quibus colligitur † non poſſe vſufructuarium finito vſufructu expelli per proprietarium à quaſi poſſeſſione, quam naturalem vocamus, tanquam illa non tranſeat ipſo iure in proprietarium finito vſufructu, ſed opus eſſe actione ad vindicandam, & euincendam, & reuocandam talem poſſeſſionem naturalem, in idque vocandum eſſe vſufructuarium, ſeu eius hæredem, vt ſibi tradatur poſſeſſio *l. vl. C. ſi per vim vel alio mod.* tanquam non li-
3 ceat † etiam rem ſuam propria auctoritate auellere, *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi c. placuit, 15. qu. 6. cum qui. in 2. reſponſo de præbend. in 6* & ita in propoſito noſtro omnia prædicta notat Tiraq. *le mort ſaiſit. p. 3. declarat. 1. n. 6. fol. 105.*

Verum quidquid ſit de præfatis actionibus, ſeu re-
4 mediis proprietario competentibus, † concludendum eſt in caſu noſtro, quod idem proprietarius, ſeu illius hæres poſſit propria auctoritate mortuo vſufructuario capere poſſeſſionem illam naturalem, vt eam iungat ſuæ ciuili, quia per obitum ipſius vſufructuarij ſtatim vſusfructus eſt fi-
5 nitus, † nec tranſit ad hæredem, ſed conſolidatur cum proprietate, ita vt proprietarius incontinenti incipiat habere plenam in eadem re poteſtatem, *§ finitur, & §. vltim. inſtitut. de vſufruct. l. 3. §. morte, ff. quibus modis v. usfruct. amit. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.* vbi Imol. Alex. & Aret. *ff. de verborum oblig.* Alber. *in l. 1. & in l. cum illud 25 ff. quando dies legat. vel fideicomm. ced.* Boer. *deciſ. 17. num. 29.* Vnde non mirum, ſi proprietarius habebit facultatem apprehendendi poſſeſſionem naturalem, quæ amplius eſſe non poteſt apud hæredem vſufructuarij, ſed illico periit cum eodem vſufructuario, & ipſo iure redit ad proprietarium etiam

6 ignorantem, † & ſtatim illa ciuilis poſſeſſio, quam prius habebat proprietarius, trahit ad ſe naturalem, quæ erat apud vſufructuarium, & cum illo reſidet: Bald. in ſpecie *in l. 1. ad fin. qu. 46. ff. de rer. diuiſ.* poſt Bart. *in repet. l. ſi arrogator. q. 1. col. 4. verſic. ſed hodie videtur ff. de adoption.* Natt. *conſ.* 409. *nu.* 5. *in prin. & n. 6. in fi.* Iaſ. *in l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas, in fi. nu. 73. ff. de acqui. poſſeſſ.* Tiraq. *le mort ſaiſit. p. 3. declar. 2. num. 7. in princ.* Menoch. *conſ.* 139. *n. 16. ad med. & nu. 21. in princ. lib. 1.* Valaſc. *de emphyt. queſt.* 18. *num. 7. fol.* 301. qui licet diſputando aliter
7 ſentiat, † tamen non eſt recedendum à ſupradicta opinione, quod ciuilis poſſeſſio proprietarij trahat ad ſe naturalem vſufructuarij, prout vltra ſupra allegatos concludit Schrader. *de feud. part. 3. c. 2. num. 4. in fi. fol.* 145. *& 2. p. 9. part. princip. ſect. 8. par. 21. nu. 11. in fi. fol.* 609. cum aliis latè per Roſental. *eod. tit. de feud. c. 7. concluſ. 23. nu. 2. in fi. & in litteris b. & c. fol. 331. & c. 7. concluſ. 60. num. 13. & in litter. n fol. 431.* poſt Gulielm. Cautell. *inter conſ. Claud. Cantiunc.* 35. *n.* 40. Angel. *de legitim. contradict. q. 16. art. 1. n. 13. fol.* 159. Curt. Iun. *conſ.* 108. *ſacratiſſima. n. 27. ad med. &*
8 *conſ.* 110. *pro habenda. nu.* 18. † Prout etiam è contra naturalis poſſeſſio trahit ad ſe ciuilem: Gloſ. *in l. ſed & ſi nolit. alias ſed ſi nolit. 7. in verbo, amiſiſſe. in fi. ff. de acquir. poſſ.* Bald. *in l. 1. n. 18. q. 46. ff. de rer. diuiſ.* Roſental. *de feud. c. 7. cõcluſ. 60. in litter. n. ad fin.* Gomeſ. *in l. 45. taur. num.* 304. Caſtill. *in l. 17. taur. n.* 73. Iaſ. *in l. clam poſſidere, 6. §. qui ad nundinas, nu. 40. & 73. ff. de acquir. poſſeſſ.* Valaſc. *de emphyteuſ. qu. 18. n. 15. in fin. fol.* 205.

Et ita in ſpecie, quod ſtantibus prædictis poſſit pro-
9 pria auctoritate † capi poſſeſſio naturalis per proprietarium, ſeu illius hæredem ſtante ciuili, ad quam illa naturalis eſt reuerſa poſt mortem vſufructuarij concludit Imol. *conſ.* 16. *viſo caſu tranſmiſſo. num.* 4. vbi etiam quod in hoc caſu non obſtabit ſtatutum mandans in hæredem continuari poſſeſſionem defuncti, tanquam ſit finita poſſeſſio per obitum vſufructuarij, ideo non poteſt dari aliqua continuatio: Comenſ. *conſ.* 173. *Galuanus colu. vltim. verſ. præterea illud ſtatutum* Barbat. *conſ.* 58. *col. verſ. & plus dicit quod penes* Caſtellan. Cotta *in memoralib. in verb. decreto mediolani. col. 3. in princ. verſ. quarto pro declaratione.* Iaſ. *conſil. 147. col. 10. verſ. item vltra prædicta. lib. 2. & conſ. 152. colum. 1. lib. 4.* Paſert *conſ.* 40. *num.* 9. Menoch. *conſil. 139. num. 15. lib. 2.* Rip. *l. ò. 1. reſponſor. c. 1. col. antepenult. num.* 8. Caſſan. *ſuper conſuetud. Burgund. tit. des ſucceſſions. rubr. 7. §. 1. gloſ. 1. col. 5. verſ. limita quarto poſt med. num. 7. fol.* 894. cum aliis per Tiraq *le mort ſaiſit. par. 3. declarat. 1. nu. 5. fol.* 105. Valaſc. *de emphyteuſ. q. 18. num.* 9. latè Roſental. *de feud. c. 7. concluſ. 60. n. 15. & in litter. o* poſt Bal. *in c. 1. num. 8. in vlt. notab. de content. int. domin. & fidel. de inueſtitur.*

Et quamuis ſimus in tertio, qui emit prædium ab hæ-
10 redibus vſufructuarij, † tamen etiam prædicta contra illum procedunt, ita vt hæredes ipſius proprietarij poſſint ſe facere manuteneri in illa re vendita, quamuis etiam talis emptor detinuerit iſtam rem emptam per ſpatium triginta annorum, nam ad quemcumque tranſiuerit illa res, non potuit naturalis poſſeſſio, quæ fuit finita per obitum vſufructuarij, alicui acquiri ſtante ciuili, quam habet proprietarius, cui eſt adiuncta naturalis ſtatim mortuo vſufructuario, vt dictum eſt, vnde non potuit plus iuris in emptorem transferri, quam
11 hæredes vſufructuarij habebant, † ita vt reſoluto iure datoris non poſſit conſiderari aliquod ius acceptoris, *l. lex vectigali, 1. ff. de pignoribus, l. grege 33. in princ. verſ. ſtatuliber.* vbi Gloſ. *in verb. euaneſcat. ff. eod. tit. l. ie cui. §. fin. ff. quemadmodum ſeruit. amittat. §. 1. auth. de reſtitut. & ea quæ par. l. vltim. §. ſin autem. C. commun. delegat.* Adeo vt neque vſufructuarius, & illius hæres potuerit interuertere poſſeſſionem proprietarij ſine facto, & conſenſu illius, maxime,
12 quia non eſt tranſmiſſibile ad hæredem † ius ipſius vſusfructus, *l. corruptionem C. de vſufruct.* Boer. *dec.* 172. *numer.* 29. vnde neque erit ceſſibile. Iaſ. *in l. 1. §. vſusfructus, ff. de nou. oper. nunciat. & in l. cum ſe-*
13 *cundum Cod. de fideicommiſſ.* † Cum etiam vſufructuarius ſit procurator ipſius proprietarij: Bart. *in l. 1. §. fin. col. 1. num. 1.* & ibi Iaſ. *num. 3. ff. de nou. oper. nunciat.* Bald. *in l. eum ad quem, 7. poſt med. C. de vſufruct. & in l. prætor ait. §. Celſus. nu. 1. ff. de damn. infect.* quare in eo non habet locum diſpoſitio *l. vltim. Cod. de acquir. poſſeſſ.* Et per conſequens debet dari
14 manutentio hæredibus proprietarij, † prout ex rationibus ſupradictis, ita in terminis concludit Caſſan. *ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 7. tit. des ſucceſſions. §. 1. gl. 1. colum. 5. in fin. ver. dico plus quod etiam ſi vſufructuarius, fol.* 895. Menoch. *conſ. 139. nu. 16. ad med. lib.* 2. Tiraq. *le mort ſaiſit. par. 3. declarat. 1. nu. 8. & 9.*

Neque obſtat, quod idem Tiraq. ibid. dubitet de dicta opinione Caſſan. quando realiter res fuiſſet per hæredes vſufructuarij tradita, quaſi illa opinio poſſit admitti, quando per conſtitutum, ſeu precarium fuiſſet conceſſa: Valaſc. *de emphyteuſ. qu. 18.*
15 *num. 9. in fin.* † Cum facta reali traditione per vſufructuarium poſſit dici amiſſa poſſeſſio proprietarii, *l. 3. §. in amittendis. verſ. quod ſi ſeruus ff. de acquir. poſſeſſ. l. peregrè. §. quibus. ff. eod. titul. l. colonus. ff. de vi*
16 *& vi armat.* † quod non eſt in traditione per conſtitutum, precarium, aut retentionem vſusfructus: Tiraquell. *de conſtit. par. 2. ampliat. 20. & part. 3. limit.* 14.

Quia reſpondetur, quod in vtroque caſu debet dari manutentio, cum numquam proprietarius amiſe-
17 rit poſſeſſionem, † nam ſucceſſores iuris præſumptione quantumcunque habeant alium animum, finguntur, & cenſentur tenuiſſe, & poſſediſſe eo
18 modo & forma qua defunctus tenebat, † cum reputentur pro eadem perſona: *l. eum hæres 11. ff. de diuerſ. & tempor preſcript. l. 1. C. de fructib. & lit. expenſ. l. vitia C. de acquir. poſſ. l. ſequitur, §. hæres ff. de vſucapio.* cum igitur defunctus teneret tanquam vſufructuarius, ita etiam illius hæredes cenſentur eodem modo tenuiſſe, licet re vera tenuerint velut domi-
19 ni, quia non ſuperueniente noua cauſa † ſicut defunctus non potuiſſet mutare ſuam poſſeſſionem ſolo animo *l. nemo ff. de acquirend. poſſeſſ.* ita neque eius hæredes: Caſtr. in ſpecie *in l. neque fructuarium,*
20 *8 num. 2. Cod. de vſufruct. & habitat.* † vbi etiam ex hoc concludit, quod decedente eo, qui aliquid poſſidebat precario nomine, non poſſunt hæredes poſſidere nomine proprio, quamuis precarium ignorauerint, & per triginta annos poſſederint, cum neque defunctus, ſi per centum annos vixiſſet, potuiſſet præſcribere, tanquam alieno nomine poſſideret: *l. malè agitur, Co. de præſcription. triginta annor. d. l. neque fructuarium, 8. C. de vſufruct. & habitat.*

Cum etiam ille, qui retinuit vſumfructum alicuius rei videatur ſe conſtituere poſſidere nomine pro-
21 prietarij, † faciendo illum poſſeſſorem ciuiliter

ſuo

ſuo miniſterio: Gloſ.*in l.quiſquis.C.de donat.*Tiraq. *le mort ſaiſit.par.3.declarat.1.num.2.& 3.*vbi ex hoc ſubdit,quod tale conſtitutum,ſiue precarium ſtatim morte finitur, nec tranſit ad hæredes, qui non poſ-
22 ſunt plus iuris habere, † quam defunctus, *l. cum precario aliquid §.1.ff.de precar.c.vlt.eod.tit.* Gloſ.*in l.ſi bonorū §.1.in verb.contractu in fi.ff.depoſit.*Tiraq.*de iur.conſtitut.par.2 ampliat.13.n 1.& 2.*Quamuis iſta ratio,quod vſufructuarius videatur poſſidere nomi-
23 proprietarij non ſit vera,† cum ſibi naturaliter poſſideat, non domino iuxta communem opinionem, de qua per Doctor.*in l.naturaliter 12.in prin.ff. de acquir.poſſ.*& teſtatur Tiraq *in tract.le mort ſaiſit.p.3.declarat.1.n.4.in fin.*

Et quidquid dubitet Tiraquel. de opinione Caſſan. quo ad veram traditionem, non eſt attendenda e-
24 ius dubitatio, † cùm nunquam poſſit vſufructuarius per aliquem actum per eum quoquo modo geſtum præiudicare poſſeſſioni proprietarij, nec facere,vt illam amittat:Glo.*in l. 1.verb.vſucapionē. ad med verſ.hoc autem domino,& verſ.cum igitur domino.ff.vſufructuar quemadm. caueat.* quam ſequitur tanquam ſingularem Caſtr.*in l.peregre. 44.§.quibus explicitis ad fi.n.6.ff.de acqu.poſſ.*Bart.*in l.1.§.nō alij. in fi ff.de vi & vi armat.*Valaſc.*de emphyteuſ.qu.18.n.14.& 15 ad med.* vbi quod omnes ita ſentiunt, ſubdens etiam malè diſtingui per Tiraq. *in dict.tract.le mort ſaiſit p.3.declarat.1.nu.9.* cum etiam idem Tiraq.rectius ſentiat.*de iur.conſtit.par.3.limitat.13.nu.*
25 *9.fol.193.*† vbi abſque vlla diſtinctione concludit, quod per actum geſtum ab vſufructuario non præiudicatur poſſeſſioni proprietarij, allegando etiam Bald.*in repetit.l.Celſus.col.28.verſ ratio huius dicti.alias eſt par.2.n.16.concl.1.f.683.ff.de vſucapion.*Imol. Caſtr.& Alex.*in l.interdum.§.vlt.ff. de acquir. poſſeſſ.* Idem Alex.*conſ.153.n.5.verſ.ſed istud non obſta lib.6.* Catellan.*in memorab.in verb.poſſeſſio ciuilis.ad med.*

Nec facit, quod vaſallus, conductor ad longum tem-
26 pus, † debitor, & ſimiles præiudicent dominis directis,& creditoribus tam per fictas, quam per reales traditiones: Conan. *lib.3.iur.ciuil.c.9.nu.6.*cum aliis per Valaſc.*de emphyteu q.18.n.15.fol.*204. Alex. *conſ.113.n.5.li.6.*iuxta,*interdum §. fi ff.de acq.poſſeſſ. l.non ſolum §.qui pignori.ff.de vſucapion.* Tiraq.*de iur. conſtitut.par.3.limit.14.n.7.& 8.in fin.& n.12.& per*
27 *tot.* † Quia prædicta procedunt in illis, in quibus ciuilis poſſeſſio requieſcit in naturali, quando videlicet tales naturaliter poſſident,& recognoſcunt directum dominum, tunc enim poſſeſſio ciuilis eiuſdem domini videtur adhærere, & accedere naturali poſſeſſioni illorum, cum aliud ſit, quando, prout in caſu noſtro, vſufructuarius naturaliter
28 poſſidet,non recognoſcendo proprietarium,¶ nam poſſeſſio ciuilis ipſius proprietarij non requieſcit, neque in aliquo adhæret poſſeſſioni naturali ipſius vſufructuarij, ideo non mirum, ſi proprietarius numquam perdit ſuam poſſeſſionem per quemcumque actum geſtum ab vſufructuario, qui nec verè, nec fictè trahendo poteſt præiudicare domi-
29 no, ſeu proprietario, † ita in ſpecie diſtinguunt communiter Doctor.*in l.interdum. §.fin.* vbi Imol. Caſtr.& Alex.*ff de acquir.poſſeſſ.* Idem Alex.*conſ.153. n.5 lib.6.*Tiraq.*de iur.conſtit.p.3.limit.14.n.7. vſque ad 10.fol.193* Bero.*q.47.n.10.& 11.* Valaſc.*de emphyteuſ.q.18.n.14.& 15.*Balbus *in repet. l. Celſus par.2. n.16.verſic.ratio huius dicti.ff.de vſucap.fol.683.*

Ex quibus patet rectè competere manutentionem hæredibus proprietarij in bonis alienatis per hæredes vſusfructuarij, & quatenus etiam tales here-
30 des proprietarij vellent agere ſpolio, † poterunt intentare remedium canonis reintegrandæ 3 *quæſt.* 1.quod datur etiam contra ſingularem ſucceſſorem etiam bonæ fidei, qualitercumque tamen iniuſtè detinentem rem alienam: Imol.*in c.querelam. de elect.& in c. poſt electionem. ad fin. de conceſſ. prabend.* latè Socin.*in l.rem quæ nobis.col.2.ff de acquir.poſſeſſ.* Rip.*in l.naturaliter.§.nihil commune.n.53.& 54 ff.eod. tit.*Alex.*conſ.65.in princ. lib.7.& conſ.91.per tot. lib.5.*Valaſc.*de emphyte.q.18.num. 16.verſ.ſi vero tertius ignorans* Ruin.*conſ.48 in princ.li. 4.* cū aliis per Balbum *in repet.l.Celſus in princip.n.48.ff. de vſucapion.*

EPITOME.

Probationes in poſſeſſorio au requirantur,prout in petitorio, ſi de exiſtentia iurispatronatus controuertitur, ita vt ſit iuſtificanda gratia cum exhibitione tituli, ſeu inſtrumenti poſſeſſionum continuatarum ſpatio centum annorum. ¶ Immiſſio an ſit danda ſubrogato in iuribus defuncti, exempli hæredis, qui petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorū teſtatoris iuxta *l.fin.C.de edict.diu. Adrian. toll.* ¶ Et an debeat conſtare de iure illius in cuius locum ſit ſubrogatio. ¶ Lis iniuſta an inducat vitium litigioſi ad effectum regulæ de ſubrogandis collitigantibus. ¶ Regula menſium an exceptuet Cardinales. ¶ Defectus tituli incontinenti probati an retardet immiſſionem. ¶ Paritas probationum quando reducatur ad imparitatem.

¶ Clauſula *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, an præſeruet iura prouiſi reddendo gratiam aduerſarij inualidam quamuis eſſet ius minimum,& quomodolibet quæſitum, & cuiuſcumque generis etiam impropriè ſumpti.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtentia iurispatronatus quando controuertitur,probationes in poſſeſſorio requiruntur,prout in petitorio, & gratia eſt iuſtificanda cum exhibitione tituli,ſeu inſtrumenti poſſeſſionum continuatarum ſpatio centum annorum.n.2.3.& 19.*

4 *Immiſſio non datur ſubrogato in iuribus defuncti, niſi probata poſſeſſione eiuſdem defuncti, exemplo hæredis,qui petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum iuxta* l.fi.C.de edict.diu.Adri.toll.*& n.13.*

5 *Subrogatus non poteſt habere plus iuris, quam habet ille, in cuius locum ſubrogatur.*

6 *Subrogatus nihil conſequitur, niſi conſtito de iure illius in cuius vicem ſit ſubrogatio.*

7 *Lis iniuſta non prodeſt,nec inducit vitium litigioſi etiam ad effectum regulæ de ſubrogandis collitigantibus.*

8 *Lites iniuſtæ habentur pro non litibus.*

9 *Defectus tituli incontinenti probati retardat immiſſionē.*

10 *Habens titulum iuſtum, & poſſeſſionem eſt manutenendus contra eum,qui non habet titulum,quamuis probauerit poſſeſſionem,& n.12.*

11 *Paritas probationum reducitur ad imparitatem propter potiora iura poſſidendi.*

14 *Iudex ſe informat de notorio abſque aliqua citatione.*

15 *Confeſſio cum qualitate non poteſt diuidi,ſed debet in totum acceptari.*

16 *Regula menſium exceptuat Cardinales.*

17 *Clauſula* dummodo non ſit ius alteri quæſitum, *præſeruat iura prouiſi reddendo gratiam aduerſarij inualidam,quamuis eſſet ius minimum,& quomodolibet quæſitum, & cuiuſcumque generis etiam impropriè ſumpti.n.18.*

CAPVT DCCLXXX.

NOn eſt concedenda immiſſio petita in poſſeſſionem beneficij, de quo agebatur in cauſa Neapolitana Rectoriæ, Etenim cum pars aduer-
1 ſa prætendat illud eſſe de iure patronatus,† & cum illius exiſtentia modo controuertatur ex diſpoſitione Concilij, & declaratione Cardinalium interpretum eiuſdem Concilij, requiruntur ſimiles probationes in poſſeſſorio, ſicut in petitorio: Rot. coram Card. Millino Auximana iuriſpatronatus 29. Maij 1593. & coram Card. Blanchetto Volaterrana iuriſdictionis 1580. & coram R.P.D. Pacen. Romana parochialis 31. Ianuarij 1600. & coram R.P.D. Ortember. in hac eadem cauſa Neapolitana Rectoriæ 19. Decembris 1608.

Vnde in propoſito erat prius iuſtificanda gratia cum
2 exhibitione tituli, † ſeu inſtrumenti poſſeſſionum continuatarum per ſpatium centum annorum iuxta deciſionem Rotæ coram R.P.D. Oratio Firmina iuriſpatronatus 8. Martij 1591. & coram R.P.D. Gypſio Barchinonē. vnionis 5. Decemb. 1597.

Et in ſpecie, quod nihil fuerit probatum ad hunc ef-
3 fectum prætenſæ immiſſionis in poſſeſſionem, † ita declarauit per tres vices in hac eadem cauſa Rot. coram R.P.D. Ortemberg. 19. Decembris 1608. vbi confirmatur prima deciſio, quæ coram eodem fuit facta, & prius coram Card. Lancellotto in hac eadem cauſa 19. Ianuarii 1572.

Quibus omnibus deciſionibus ſtantibus non poteſt prætendi aliqua immiſſio per aduerſarium ſubrogatum in iuribus defuncti, quæ non datur niſi probata poſſeſſione eiuſdem defuncti, in cuius locum
4 ſubrogatur, † exemplo hæredis, qui petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum teſtatoris *ex l. vlt. C. de edict. diu. Adrian tollend.* vt notat Card. Mant. *deciſ. 252. n. 1.* cum ſubrogatus non poſſit habere plus iuris, quam defunctus habebat, & cum ei fuerit illa denegata ob non iuſtificatam gratiam præ-
5 tenſi iuriſpatronatus, † eſt etiam deneganda ſubrogato, *l. ſi eum §. quo iniuriarum, ff. ſi quis cautiou* Nat. *conſ. 346. num. 3.* Surd. *conſil. 42. num. 11.* Cum etiam
6 ſubrogatus nihil conſequatur, † niſi conſtito de iure illius in cuius locum ſubrogatur: Rot. *deciſ. 81. num. 7. p. 1. in recent.* poſt Rebuff. *in prax. tit. de ſubrogat. n. 44.* Put. *deciſ. 196. n. 17. lib. 1.* Achill. *dec. 9. n. 3. & 4. de penſion.*

Maximè, quia ex prædictis deciſionibus ſemper con-
7 firmatis apparet de non iure aduerſarij, † & ſic de lite iniuſta, quæ non prodeſt neque inducit virium litigioſi etiam ad effectum regulæ de ſubrogandis collitigantibus: Sarnenſ. *in reg. de annal q. 45. in fin.* Biſignet. *deciſ. 2. de rer. permut. in antiquiorib.* Caſſad. *dec. 7. de dol. & contumac. & dec. 5. n. 13. vt lit. pendent.*
8 Mandoſ. *reg 29. de ſubrogand. litigantib. n. 6.* † Cum huiuſmodi lites habeantur pro non litibus, *l. poſt rem iudicatam. de tranſact.* Abb. *in rubr. extr. eod tit. poſt princ.* Dec. *conſ. 564. in cauſa n. 16. & 17.*

Accedat, quod ſtante iſto defectu tituli aſſerti iuriſpatronatus retardatur immiſſio in poſſeſſionem,
9 † cum incontinenti appareat ex dictis deciſionib. de eo non conſtare: Abb. *in c. conſtitutis il. 2. n. 15. de appellat.* Ferret. *conſ. 3. n. 14. & conſ. 10. nu. 9.* Menoch. *de adipiſ. end poſſeſſ remed. 6. n. 48.* Felin *in c. accedens. in 3. notab. ad fin. de accuſat.*

Præſertim, quia prouiſus ab Ordinario, qui modò
10 conuenitur, habet ſuum titulum iuſtum, † & poſſeſſionem per duodecim annos, adeo vt potius ipſe ſit manutenendus contra eum, qui non habet titulum, quamuis etiam probaſſet poſſeſſionem, cum paritas probationum reducatur ad imparitatem
11 † propter potiora iura poſſidendi. Bald. *in l. vnic. col. vlt poſt prin. n. 10 in fin. verſ. ſi autem vterque probat. C. vnde vi.* Prout regulare eſt, vt quando quis
12 controuerſiam patitur in titulo beneficij, † non admittatur ad poſſeſſionem, ſed debeat præferri, qui habet titulum cum poſſeſſione, prout habet idem prouiſus ab ordinario: Innoc. *in c. 1. n. 5.* & ibi Gemin. *col. 2. n. 10. & 11. de conceſſ. præbend in 6.* Rot. *dec. 1. n. 3. de reſtit. ſpoliat. in nou.* Abb. *in c. cum ſuper in fi de cauſ. poſſeſſion. & propriet.*

Neque obſtat quod aduerſarius ſit etiam ſubrogatus, in iuribus Caraffæ Epiſcopi Hoſton, Quia non agitur modò de poſſeſſione eiuſdem Caraffæ, cum ſolum per obitum ipſius fuerit prouiſus D. Carolus de beneficio, quod per eum obtinebatur, vnde poſſeſſio eiuſdem Caraffæ nihil facit, quo ad ſubrogationem, cum attendatur ſolum ius, quod habebat Caracciolus, qui ſuper tali beneficio prætendebat immiſſionem, in cuius locum fuit ſubroga-
13 tus aduerſarius, † per quem cum non fuerit probata illius poſſeſſio, non intrat ſubrogatio, vt dictum eſt: Rot. *dec. 715. n. 3. p. 1. in recentiorib. & dec. 321. n. 1. in fi. p. ead. & deciſ. 509. n. 1. p. 2. in recentior.* & latè coram R.P.D. Penia Miranden. parochialis, 27. Maij 1600. & coram R.P.D Coccino Cæſarauguſtana parochialis de Maella, 21. Iunij 1621.

Minus obſtat quod non potuerit conferri beneficium, de quo agimus per Ordinarium, qui non habebat facultatem conferendi beneficia reſeruata, & affecta, Quia ſtante indulto Cardinalis Geſualdi Collatoris conſtat de validitate collationis, & quàuis tale indultum negetur, cum non ſit productum
14 in actis, Tamen ſufficit eius allegatio tanquam ſit notorium, de quo Iudex poteſt ſe ex officio extraiudicialiter informare etiam parte non citata: Bald. *in l. filiuſfamilias, §. veterani, ff. de procurator. & in l iubemus, in 4 notab. C. de iudic.* Natt. *conſ. 418 n. 5.* Dec. *conſ. 402. n. 10* Surd. *conſ. 371 nu. 17. in fin. lib. 3.* Maximè, quia pars aduerſa fundat ſuam intentionem ſuper commiſſione cauſæ obtenta per prouiſum, in qua narrat talem reſeruationem, & affectio-
15 nem, † ſed cum talis confeſſio, & narratio ſit cum eadem qualitate indulgeri, quod obtinebat Cardinalis Geſualdus, illa non poterit diuidi, ſed debet acceptari in totum non facta aliqua ſeparatione dictæ qualitatis: Bald. *in l. ſi quidem, 24. n. 2. C. de tranſact. & conſ. 10. in fi. verſ. & hæc eſt veritas, li. 2.* Iaſ. *conſ. 57. col. 4 ad fin. verſ. & tanto plus. lib. 1.* Cum etiã neque in reſeruatione poſſit fieri fundamentum,
16 † tanquam regula menſium exceptuet Cardinales, prout collator fuit Cardinalis, Geſualdus tunc ordinarius Archiepiſcopus Neapolitanus: Rota coram Card. Sacrato Toletana capellaniæ, 1. Decembris 1600. quæ eſt *deciſ. 187. n. 3. p. 2. in recentior.*

Vlterius nullo modo poteſt ſuffragari aduerſario prætenſa ſubrogatio gratioſa, cum ſit conditionalis, dummodo tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum in beneficio, de quo agimus. Vnde cum prouiſus haberet ſuum titulum, & collationem per multos annos ante dictam ſubrogationem,
17 † non poteſt ſuis iuribus præiudicari, prout neque ſub poſſeſſione ſtante dicta clauſula *dummodo*, quæ præſeruat iura prouiſi reddendo gratiam aduerſarij omnino nullam, & inualidam, *c. exa-*

cap.examinata.de confirm.vtil.vel inutil. Sarnenſ. *de iur.quæſit.non toll.q.1.n.41.verſ poſtremo.* Mandoſ.*reg.7.qu.2.in fin.* Achill.*deciſ.*18.*num.2. in fin.de probatio.*

18 † Quamvis etiam eſſet jus minimum, & quomodolibet quæſitum, & cujuſcumque generis etiam impropriè ſumpti. Cæſar.de Graſſ.*deciſ.1.de verb.ſign.* Put.*deciſ.*31.*p.*1.Rot.*diuerſ.deciſ.*264.*p.*2.

In hujuſmodi cauſa Neapolitana Rectoriæ prædicta ſæpius fuerunt diſcuſſa coram R. P. D. Andrea de
19 anno 1614. † per quem nihil fuit reſolutum, cum pars aduerſa ſemper tacuerit vſque ad annum 1620. de quo tempore propter illius obitum fuit item commiſſa cauſa R. P. D. Vbaldo coram quo die 22. Iunij 1621. fuit deciſum denegandam eſſe immiſſionem petitam, provt etiam prius fuerat ſæpius denegata confirmando alias deciſiones hactenus factas in hac cauſa, quæ jam pendebat coram Cardin. Lancellotto ſeniore de anno 1572. & hucuſque de ſubrogato in ſubrogatum tranſiit.

EPITOME.

Bona aduentitia filiifamilias. an poſſint per eum alienari etiam cum juramento ſine conſenſu patris tam in contractibus, quam in vltima voluntate. ¶ Et quid in bonis, in quibus pater nullum habet vſumfructum. ¶ Et quando ille cenſeatur remiſſus, ſeu amiſſus ad fauorem filiorum. ¶ Et an remiſſio debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat, quod pater conſentiat alienationi per filium factæ etiam cum verbis pleno jure, integre, ſine diminutione cum ſimilibus. ¶ Alienatio rei litigioſæ an ſit prohibita tam in petitorio, quam in poſſeſſorio. ¶ Et quando illa poſſit transferri cum vniuerſitate bonorum. ¶ Et quo caſu dicatur tranſlatio particularis, non vniuerſalis. ¶ Mentio de patria poteſtate an ſit facienda, vt donatio facta filio dicatur contemplatione patris. ¶ Et quando præſumatur talis contemplatio. ¶ Statutum Vrbis *lib.1.c.* 152. prohibens, ne filiifamilias etiam clerici poſſint ſe obligare abſque conſenſu patris an habeat locum in contrahente cum matre. ¶ Et an comprehendat donationem, & inſtitutionem hæredis, & obligationis improprias. ¶ Et an donatio ſit contractus. ¶ Et quando poſſit in parte valere, vel in totum ſit judicanda inualida. ¶ Vſusfructus an remaneat apud patrem etiam filio mortuo, ita vt ſemel illi acquiſitus amplius non tollatur. ¶ Dilapidatio bonorum an auferat vſumfructum patri ſi illa non ſit circa bona filiorum. ¶ Et an conſenſus præſtitus per patrem ſubhaſtationi bonorum filii ad fauorem ſuorum creditorum operetur amiſſionem vſusfructus, etiam quod ſubhaſtatio non habuerit effectum. ¶ Pater an habeat in totum vſumfructum bonorum maternorum dotalium ſtantibus filiis juxta ſtatutum Vrbis, ſeu illum perdat, ſi in eis poſtea ſucceſſerit vna cum filio. ¶ Et quin de jure communi. ¶ Lis quando dicatur extincta per ſententiam abſolutoriam.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias cuiuſcumque ætatis prohibetur alienare bona aduentitia abſque expreſſo conſenſu patris tam in contractu, quam in vltima voluntate, & numer.2. Ampliat quamvis interuenerit iuramentum, n.3.*

2 *Remiſſio vſusfructus, quē habet pater in bonis aduētitiis non infertur ex patientia, quod filius percipiat fructus dictorum bonorum, quæ durat quamdiu ipſe voluerit, & vlterius non extenditur, num.5.& 6.*

7 *Conſenſus patris requiritur in alienatione facta per filium de bonis, in quibus etiam remiſit vſumfructum. Diſtingue vt n.8.9 & 54. ſed verior eſt opinio ſine vlla diſtinctione, num.10.*

11 *Pater non ſibi præiudicat in vſufructu, quamvis conſenſerit, quod filius inſinuet donationem, quam fecit de bonis aduentitiis.*

12 *Inſinuatio eſt quædam confirmatio actus & reſpicit ordinationem, & modum illam faciendi. nu. 14.*

13 *Actus non operatur vltra intentionem agentis.*

15 *Conſenſus patris debet eſſe expreſſus, vt ſibi præiudicet in vſufructu, nec ſufficit, ſi conſentiat, quod filius donet etiam pleno iure bona aduentitia, num.16.*

17 *Alienatio rei litigioſæ non permittitur ſiue ſit in poſſeſſorio, ſiue in petitorio. num.21.*

18 *Lis dicitur extincta per ſententiam abſolutoriam, dummodo ab ea non fuerit appellatum, nu.19.*

20 *Status appellationis debet eſſe integer.*

22 *Res litigioſa poteſt transferri cum vniuerſitate bonorū.*

23 *Clauſula* quam, & quas, *ſeu* rebuſque aliis *comprehendit omnia, quæ per tranſlationem vniuerſalem veniunt, ita vt tunc dicatur potius tranſlatio particularis, quam vniuerſalis.*

24 *Bona donata filiis non conſeruatione familiæ, & contemplatione patris, & poſt mortem illius non poſſunt tranſire in extraneum, neque datur eiſdem filiis facultas aliter diſponendi, num.25.*

26 *Mentio de patria poteſtate eſt facienda, vt donatio facta filio dicatur contemplatione patris, & quando præſumatur talis contemplatio remiſſiuè. n.27.*

28 *Statutū Vrbis* lib.1.c.152.*prohibet ne filijfamilias etiā clerici poſſint ſine conſenſu patris ſe obligare, & quādo habeat locum in contrahente cū matre, n.30. & 31.*

29 *Pater nullum habet vſumfructum in bonis filijfamilias clerici, qui habet in eis liberam diſpoſitionem tanquam eſſet paterfamilias.*

32 *Ex qualitate perſonæ, quæ debet conſentire quando talis conſenſus ſit auctorizabilis.*

33 *Donatio non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de contractu. Contrarium, num.39.& 40.*

34 *Statutum prohibens generaliter, ne filius quoquomodo obligetur, & contrahat comprehendit etiam obligationes improprias, donationes, & inſtitutiones hæredum, num.35.& 36.*

37 *Dictio* quoquomodo, *extenditur ad omnes modos, etiam improprios, & maiores expreſſis, num.38.*

41 *Donatio non poteſt in parte ſubſiſtere, ſed in totum corruit, quando eſt nulla, quia fuerunt donata bona in genere, ſecus ſi plures res diſtinctæ, provt dicitur de ſtipulatione, præſentationibus, & ſententiis, quæ tot ſunt, quot ſunt capitula, nu 42.& 43.*

44 *Pater habet in totum vſumfructum bonorum maternorum dotalium ſtantibus filiis iuxta ſtatutum Vrbis, neque illum perdit, quamvis in eis poſtea ſucceſſerit vna cum filio, quidquid aliud ſit de iure, nu.45.46. & 48.*

47 *Lucrum delatum marito per ſtatutum dicitur onus, & de illo iudicatur, provt de damno, tanquam originem habeat ab oneribus matrimonij.*

49 *Vſusfructus remanet apud patrem etiam filio mortuo, ita vt ſemel illi acquiſitus non amplius tollatur, n.50.*

51 *Dilapidatio bonorum non aufert vſumfructum patri, niſi illa ſit circa bona filiorum.*

52 *Pater amittit vſumfructum propter aſſenſum præſtitum ſubhaſtationi bonorum filij ad fauorem creditorum. Intellige quando ſubhaſtatio habuit effectum, n.53.*

CAPVT DCCLXXXI.

NOn eſt valida donatio bonorum, de quibus agitur, Cum fuerit facta per filiumfa-

1 milias, † qui prohibetur alienare bona aduentitia
abſque ſpeciali conſenſu patris, ſiue ſimus in con-
tractu, ſiue in vltima voluntate, *leg. fin. §. filiis autem, C. de bon. quæ liber.* Gloſ. *in l. 3. in verb. non potuit. C. de patr. poteſt.* Rub. Alexand. *conſi. 166 numer. 4.* Roland.
2 *conſi 89. numero 4. ad med. lib. 4.* † Maxime, quia ſu-
mus in eo, qui non excedit juueniles calores, quam-
vis etiam in quocumque filiofamilias in quavis æ-
tate exiſtente idem eſſet, vt poſt Iacob. de Aren.
Cyn. & Raynet. latè declarat Alex. *conſi. 106. num. 1. & 2. lib. 7.*

Quæ etiam procedunt, quamvis in caſu noſtro præ-
ſupponatur donationem fuiſſe juratam, cum ſecun-
3 dum veriorem opinionem, † & magis communem
illa non conualidetur per juſiurandum, etenim per
legem interdicitur adminiſtratio filiofamilias ad in-
ſtar prodigi & pupilli, quorum juramentum non
valet, nec ligat, quaſi non repræſentet eum ſanorum
morum, cum etiam filius habeat alimenta à parte,
vnde non poteſt ſubeſſe juſta cauſa, quare debeat
proſilire ad alienationem, provt in ſpecie concludit
Bald. *in dict. leg. vlt. §. filius autem, ad med.* vbi etiam
Ang. *numero 4.* Fulgoſ. *n. 1. ad fin.* Salic. *nu. 15.* Caſtr.
numero 6. Cod. de bon. quæ liber. idem Caſtr. *in leg. & heredi, 12. §. filiusfamilias, numero 4 ad med. ff. de pact.*
latè Curt. jun. *conſi. 152. numero 6. & 7.* Aym. *conſ. 39. numero 3. in fin. & conſi. 84. num. 2. ad med.* & ſequitur
Rot. per Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 2. alias 130. num. 7. 8. & 21. de donation.* cum aliis latè per Roland. *conſi 89. numero 5. vſque ad 9 lib. 4.* Stante præſertim ſtatuto
Vrbis *lib. 1. cap. 152.* per quod tollitur juramentum
in contractibus minorum appoſitum, quod præſu-
mitur dolo extortum, provt reſoluit Rot. coram
Sanctiſſimo Gregorio XV. Romana nullitatis con-
tractus. 1 Iunij 1604.

Neque obſtat prætenſa remiſſio vſusfructus bono-
4 rum, de quibus agimus, † cum non cenſeatur re-
miſſus ex locationibus factis nomine filiorum per
patrem tanquam legitimum adminiſtratorem, ne
ex patientia, quod penſiones domorum aliquando
fuerint ſolutæ dictis filiis, de quarum ſolutione li-
cet non conſtet. Tamen iſta remiſſio videtur quo-
dammodo fieri de die in diem, vnde dicitur ſucceſ-
ſiua conceſſio, quia filius dietim percipit fructus, &
ſic eſt permiſſiua donatio, quæ non durat, niſi
quovſque permanet conſenſus patris, & quovſque
pater patitur, qui ſi poſtea non vult pati, omnia re-
5 cuperat, † quaſi præſumptio, quæ reſultat ex patien-
tia, non extendatur vltra quam illa interuenit, *l. 1.*
6 *§. fi. de itin. actuq. priu.* & in ſpecie, † ita cócludit Caſt.
in leg. cum oportet, §. ſin autem, num. 4 poſt Bart. *ibid. in fin.* & Corn. *numer. 2.* & ibi Add *in verb. vel dic. quod eſt* & Salic. *in §. non autem, num. 5. C. de bon. quæ liber.*
Boer. *deciſ. 196. numer. 3 col. 2. in fin.* Franc. *deciſ 585. num. 1. p 4.* Aym. *conſi. 39. num 9. in fin. verſ. ideo aliter reſpondeo.* Menoch *conſi. 182. num. 34. lib. 3.*

Immo etiam dato, quod vſusfructus cenſeatur remiſ-
ſus, Tamen neque donatio valeret ſine conſenſu
7 patris, † cum ſemper illius auctoritas requiratur
etiam in aduentitiis, in quibus remiſit vſumfru-
ctum: Ruin. *conſi. 14. num 6. & 7.* lib. quem ſequitur
Rot. per Cæſar. de Graſſ. *deciſ 2. alias 150. num. 6 de donat.* Salic. *in l. vlt. § filius autem, C. de bon. quæ liber.*
Hippolyt. Rimin. *in rubr inſtit. de donationib. num. 511. & 521.* Craſſ *in §. donatio cauſa mortis, qu. 3. nu. 1 ante med verſ. ſed contrarium.*

Nec aliquid faciunt Doctores contrarium tenentes,
8 de quibus latè Surd. *conſi. 116. numero 21. lib. 1.* † Quia
debent intelligi quando à principio non fuit ac-
quiſitus patri vſusfructus, nec potuit illi acquiri,
tunc enim poteſt filius ſine conſenſu patris de hu-
9 juſmodi bonis diſponere, † Aliud eſt quando, provt
eſt in caſu noſtro, ſumus in aduentitiis, in quibus
pater potuiſſet habere vſumfructum, ſi voluiſſet,
& illo priuatur, vel ſua voluntate, vel ex diſpoſitio-
ne legis, Nam tunc filius non poterit aliquid facere
abſque conſenſu patris, ſed illius auctoritas requi-
retur in ſignum repudiationis, provt diſtinguit, &
de recepta opinione teſtatur Caſtill. *de vſufructu cap. 3. numero 15* poſt Mendez *in leg. cum oportet, p. 1. numera 134. Cod. de bonis, quæ liber.* & latè explicat
Barboſ. *in l. 3. nu. 7. & 8. ſolut. matrim. & in l. 1. §. quod ſi in patris, num. 19 ff. eod. tit.* & latiſſimè etiam mul-
tos adducens declarat Neuizan. *conſil. 18. numera octaua.*

Licet quoque indiſtinctè verior ſit opinio, quod ſem-
10 per requiratur conſenſus patris † etiam in caſibus,
in quibus quovis modo ei non competit vſusfru-
ctus, cum talis conſenſus ſit neceſſarius, non ratione
acquiſitionis bonorum, vel detrimenti, ſed ratione
poteſtatis patriæ, & ſic illegitimationis perſonæ:
Menoch. qui latiſſime comprobat *de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 298. vſque ad 316.*

Minus obſtat illud præjudicium, quod prætenditur
circa vſumfructum, dum pater inſinuauit donatio-
nem primam factum per Vincentium filium ex pri-
mo matrimonio filiis ſecundi thori de bonis, de
11 quibus modo controuertitur, † Quia non ex hoc
pater ſibi præjudicauit quo ad vſumfructum ei de-
bitum, cum immo hoc fecerit pro confirmatione
rerum donatarum, & per conſequens, vt magis ſibi
12 deberetur vſusfructus: † inſinuatio enim eſt quæ-
dam confirmatio actus, *leg. ſancimus, 34. §. alias vero, verſ. actu interuenientibus corroboratam, Cod. de reuo-cand. donat.* Rimin. Iun. *§. 1. num. 207. inſtit. de donat.*
Socin. *conſi 80. numera 13. lib. 1.* poſt Bald *in leg. cum*
13 *multa. 20. in fin. numera 7. C. de donat. ante nupt.* † Vnde
talis actus non debet operari vltra intentionem a-
gentis, & in ſui præjudicium, *leg. non omnis, ff. ſi cert. petat.* Maxime cum tales inſinuationes reſpiciant
14 ordinationem, † & ſic modum, & formam illas fa-
ciendi, non autem alium effectum, vltra quem non
extenduntur: Rimin. Iun. *inſtit. de donat. in prin. numero 681.*

Præſertim, quia requiritur expreſſus conſenſus pa-
15 tris ad hoc, vt ſibi præjudicet in vſufructu, † cum
non ſufficiat, vt pater permittat filium donare al-
teri bona aduentitia, valebit enim donatio, & in-
telligetur ſolum reſpectu proprietatis, non autem
quo ad vſumfructum, qui ſemper illi cenſebitur
reſeruatus, niſi adſit iſta expreſſio de illum remit-
tendo, vt in terminis declarat Ang. *de teſtament. in fin. princ. ante gloſ. 1. numero 43. verſ. quinimmo*
16 *non poſſet tom. 6. par. 1. fol. 33.* Quod procedit † quam-
vis talis conſenſus fuerit præſtitus, vt donentur
talia bona pleno jure, quia neque per iſta ver-
ba præjudicauit ſibi pater quo ad ſuum vſumfru-
ctum, maximè, quando ſumus in paupere, provt
eſt caſus noſter, in quo minus iſta remiſſio etiam
ſtantibus dictis verbis procedit, vt in ſpecie con-
cludit Anchar. *conſi. 106. per tot.* Quidquid aliud
ſtantibus dictis verbis integrè, pleno jure, ſine di-
minutione, vel ſimilibus ſentiat. Surd. *conſil. 159. numero 17. lib. 2.* Caccialup. *in leg. frater à fratre, numero 5. in fin. ff. de condict. indebit.* cum ſimus in pau-
pere, vt dictum eſt, & cum non adſint in caſu no-

ſtro ſimilia verba, non opus eſt de prædictis diſpu-
tare.
Accedit, quod ſumus in re litigioſa, cujus alienatio
17 non permittitur, † ita vt etiam nec pignorari parti-
culariter poſſit, nec in emphyteuſim concedi, nec
ad longum tempus locari, nec legari, nec per fidei-
commiſſum relinqui: *leg. d.nus, de petit.heredit. tota*
tit ff.& Cod.de litig Abb.*in c.eccleſia.l.2.num.9.vt lit.*
*pend.*cum aliis per Peregr.*de iur fiſc.lib.4.tit.6.num.*
20 *&* 21.
Nec facit prætenſa abſolutoria, per quam videtur lis
18 extincta: Bald.*conſi.391.in fi.lib.3.* † Quia intelligi-
19 tur dummodo non fuerit appellatum, † tunc enim
durat vitium litigioſi: Alber.*in l.3.col.2.in prin.verſ.*
ſed ſi appellatum eſſet,nu.4.ad fin C.ne lic.potent.patro.
litig.præſtare,vel act.in ſe transfer. Aym.*conſ.279.nu.*
1 *verſ.licet adhuc contendatur.* Specul.*de appell.§. no-*
20 *uiſſimè.* † Quia integer debet eſſe ſtatus appellantis,
l.1 ff.ad.nouar.appel.pend.
Nec poteſt prætendi, quod lis fuerit ſolum ſuper poſ-
ſeſſorio. Quia contrarium conſtat ex commiſſione
cauſæ, quæ concernit etiam petitorium. Quamvis
21 etiam ſufficeret, quod eſſemus in poſſeſſorio, † cum
neque poſſeſſio potuerit alienari tanquam litigioſa:
Abb. & Dec. *in cap. 1. de confirmat. util. vel inutil.*
Peregr.*de iur.fiſc lib.4.tit.6.numero* 5.Lancell.*de at-*
tentat.lit.pend.cap.4 numero 493.*tom* 5 *fol.*312.Et vi-
tium litigioſi cõſideratur etiam in donatione: idem
Lancellott.*ibid.numero* 155. Boer *deciſ* 33.*numero* 2.
22 ¶ Non obſtante etiam prætenſo objecto, † quod
vitium litigioſi non conſideretur, cum donatio fue-
rit de omnibus bonis, quaſi res litigioſi poſſi: tranſ-
ferri cũ vniuerſitate bonorum: Lancell *de attent.lit.*
pendent num 470.*tom.*5 *fol.*312.Cephal.*conſi.*63.*num.*
13.*lib.*1.Quia in caſu noſtro non adeſt talis vniuer-
ſitas bonorum, tanquam exter ſolum iſta domus, ſu-
per qua eſt lis, & ſi pars prætendit, quod filius ha-
beat alia bona, debet probare: Gloſ. *in leg. cum*
lege 13 *ff. de probationib.* Maxime, quia commiſſio
habet clauſulam *quam & quas*, & clauſulam *rebuſque*
aliis, & ſic comprehendit omnia, quæ per tranſlatio-
23 nem vniuerſalem ex aduerſo prætenduntur, † quo
dicitur potius particularis tranſlatio, quam vniuer-
ſalis, *l.1 §.lex falcidia.* & ibi Bart.*ff. ad leg.falcid.l.2.*
ff.de libe.& poſthu.l.pediculus.§ item cum quæratur. ff.
*de aur.& argen.legat.*Pariſ.*conſi.*53.*nu.*12.*lib.*3.
Quibus addendum eſt, quod bona, de quibus agi-
mus, fuerunt prius donata per Vincentium filium
ex primo matrimonio aliis filiis ex ſecundo thoro
contemplatione patris, & pro conſeruatione fa-
miliæ gradus, & domus paternæ, vt expreſsè dici-
tur in donatione, Vnde non poterant donari extra-
24 neis, † prout factum fuit, neque tranſire in aliam
familiam, cum eſſet contra mentem donantis, adeo
vt ex hoc non poſſint dici bona aduentitia, ſed pro-
fectitia, tanquam acquiſita contemplatione pa-
tris, in quibus nulla datur diſpoſitio filiis Menoch.
25 *conſi* 161.*numero* 35.*lib.*1. † Maxime, quia etiam di-
cta bona fuerunt donata præfatis filiis poſt mor-
tem patris, quod facit, vt illo viuente non poſſit ei
præjudicari, & per conſequens donatio erit nulla
tam ex iſtis, quam ex cauſis ſupra adductis in qui-
buſcumque bonis ſimus, ſiue profectitiis, ſiue ad-
uentitiis, ita vt ex hoc non ſit quærendum an ſit fa-
26 cienda mentio † de patria poteſtate, vt donatio fa-
cta filio dicatur contemplatione patris, prout hanc
mentionem debere fieri concludunt Bart. Alex &
Iaſ.*in leg. cum aliquis, C.de iur.delib.*Cæſar. de Craſſ.
27 *deciſ. 2 de donat.* Menoch. *præſump* 28.*lib* 3. † vbi
multa, quando contemplatione patris cenſeatur
aliquid filio relictum, de quo etiam latè Card.
Mantic.*de coniect.vltim.volunt lib.8.tit.*16.
Et quamvis omnia prædicta ceſſarent, quæ tamen
ſunt in jure clara, & nullam dubitationem reci-
piunt, Nihilominus non poteſt euitari nullitas do-
nationis ſtante diſpoſitione ſtatuti Vrbis *lib. 1. cap.*
28 152. † vbi expreſsè diſponitur, quod filiifamilias
etiam clerici ex nullo contractu poſſint ſe, aut ſua
bona quoquomodo obligare ſine conſenſu patris,
ſed contractus per eos geſti ſint nullius roboris, &
momenti quamvis juramento roborati, quod cen-
ſetur dolo, & metu extortum, ex quibus verbis ap-
paret, quod non conſideratur aliquod intereſſe,
& vſusfructus patris, ita vt illo ceſſante poſſit fi-
lius valide contrahere abſque illius conſenſu, ſed
potius per ſtatutum requiritur talia conſenſus ad
integrandum perſonam filij, non ratione acquiſi-
tionis bonorum, vel detrimenti paterni, ſed ratio-
ne patriæ poteſtatis, & ſic illegitimitatis perſonæ,
vnde etiam ſtatutum expreſsè diſponit de filiisfa-
milias clericis, qui neque ſe, nec ſua bona poſſunt
obligare abſque patris conſenſu, & ſic ſemper in-
habilitatur perſona filij, non conſiderato aliquo
29 intereſſe patris, † qui nullum habet vſumfructum
in bonis filiifamilias clerici, cui datur libera eorum
diſpoſitio, non ſecus ac ſi eſſet paterfamilias: Lup.
in rubr.de donation.int.vir. & vxor. §. 42. numero 9.
vſque ad 12.Surd.*de alimen.tit.4.quæſt.*11 *numero* 21.
in fin.
Nec ſubſiſtit, quod ſtatutum non procedat in dona-
30 tione facta matri: † Bald.*in leg pactum*, 3.*num.*16 *vn*,
21 *C.de collation.* Lamberteng.*ſuper ſtatut.de contra-*
*ctib.in fin.nu.*108. Quia prædicti, & alij ita ſentien-
tes loquuntur, quando ſtatutum ſimpliciter require-
31 ret ſolemnitates, ſecus quando, † prout in caſu no-
ſtro, habet diſpoſitionem vniuerſalem cuiuſcumque
actus, tunc enim nullus excipitur, & habet locum
etiam in matre, prout ita diſtinguit: Idem Bald.*conſi.*
198.*&* 199.*lib.*5. Dec.*in leg pactum quod dotali in*
*fin.C.ed de collation.*Gabr.*de ſtatut.concluſ.2.numero* 8.
cum aliis per Tiraq. *de legib.connubialib gloſ.5.num.*
34.*& in l.ſi vnquam, in præfat.num,*27.*C.de reuocand.*
donation. Port. Imol. *regul.*15.*lib.*3. & ita etiam te-
nuit Rot.coram R P.D.Buratto Rumana hæredita-
tis & paragij dotis 12.Iunij 1615 Boccac.*ad conſtitut.*
*March.vt minorum, gloſ.8.num.*53.
Prout etiam tollitur objectum, quod ſtatutum de-
beat intelligi de bonis, in quibus patri non quæ-
ritur vſusfructus, Quia loquitur de bonis ſuis
propriis filiorumfamilias etiam clericorum, vt di-
ctum eſt, & ſic ſemper conſideratur patria pote-
31 ſtas, non intereſſe patris, † vnde ex qualitate
perſonæ, quæ debet conſentire, talis conſenſus
eſt auctorizabilis: Gloſ. Bart.& alij *in l. 1. ff de au-*
ctor.tut Socin.*conſi* 112. *numero* 4 *lib.*1 *& conſi.*172.
*libr.*2.Rubr.*conſil.*46.*numero* 2. *& conſi.*172. *numero*
8 *&* 9.
Neque eſt attendenda objectio, quod donatio non
33 ſit contractus, † ideo non debet comprehendi ſub
ſtatuto loquente de contractu, vt concludit Bero.
*conſil.*153.*numero* 3.*lib.*1. Mannell. *conſi.* 57. *numero*
16.Quia ſtatutum generaliter loquitur quoquomo-
34 do ſe filius obligauerit, & contraxerit, † ex quibus
verbis tanquam generalibus venit omnis obli-
gatio, vt dictum eſt, prout in ſpecie notat Menoch.
conſil. 344. *numero* 17. *cum ſeq. lib.* 4. vbi quod iſta

Nouembris 1617. vbi etiam fuit reſponſum ad deciſionem coram Sanctiſſimo Gregorio XV. Peruſina donationis 12. Nouembris 1608. quod procedit in terminis illius ſtatuti, quod non comprehendit clericos, provt in ſpecie, & nominatim comprehendit ſtatutum Vrbis & tamen in bonis Clerici non quęritur patri vſusfructus, & ſic ſtatutum requirit conſenſum patris in donatione non reſpectu vſusfructus, ſed tanquam authorizabilem ad reintegrandam perſonam filij.

EPITOME.

Bona futura, & poſtea quæſita quando veniant in donatione, legato, & ſimilibus diſpoſitionibus, vel ſolum tempus præſens attendatur. ¶ Et ex quibus voluntas diſponentis ad hunc effectum poſſit colligi. ¶ Et an ſufficiant conjecturæ, & præſumptiones. ¶ Et quid ſi adſit ſermo, & oratio particularis oppoſita in rebus donatis. ¶ Vel quando adjectum eſt aliquid pro illis perficiendis, & reddendis ad meliorem vſum. ¶ Additum formæ primæ quando minuat diſpoſitionem. ¶ Legatarius an poſſit vendicare totam ſtatuam, ſi poſt illam legatam, teſtator brachium adjecerit, quod prius non aderat. ¶ Poſt aream relictam, ſi in ea ædificetur, an totum ædificium ibidem conſtructum cenſeatur legatum. ¶ Donatio ob cauſam an ſit vera donatio, ſeu ſpecies permutationis. ¶ Et an comprehendatur in ſtatuto loquente de donatione tam ſi cauſa reſpiciat commodum donantis, quam donatarij. ¶ Solemnitates ſtatuti an requirantur in donatione ad piam cauſam, quamvis lex civilis aliter diſponeret. & licet ſtatuta eſſent confirmata per Sedem Apoſtolicam. ¶ Vtilitas donantis ſibi in rebus donatis reſeruata an præualeat incommodo donationis, ita vt non fiat reſtrictio ad bona exiſtentia tempore donationis, ſed veniant etiam futuræ.

SVMMARIVM.

1 *Tenor donationis, de qua eſt quæſtio, & an ex ea colligatur, quod fuerint donata melioramenta futura, nu.2.*

3 *Donatio non comprehendit futura, ſed reſtringitur ad ea, quæ exiſtunt tempore donationis, niſi aliud donans diſpoſuerit, num 20.*

4 *Conjecturæ ſufficiunt ad probandum, quod futura veniunt in donatione non obſtante pronomine poſſeſſiuo, quod tunc non attenditur, ſi poteſt colligi contraria mens diſponentis, num.5.*

6 *Futura, quæ acceſſerunt bonis donatis veniunt in donatione, ſi donãs vſus fuit ſermone, & oratione particulari.*

7 *In legato fundi titiani venit, quod adiectum eſt, ſeu deſtinatum eidem fundo, & num.8.*

9 *In donatione comprehenduntur omnia, quæ donans adiecit pro perficienda re donata.*

10 *Additum formæ primæ non minuit diſpoſitionem.*

11 *Legatarius poteſt vendicare totam ſtatuam quamvis poſt illam ſibi legatam teſtator adiecerit brachium, quod prius tempore teſtamenti non aderat.*

12 *Ædificium factum poſt aream legatam cedit commodo legatarij.*

13 *Diſpoſita in legatis quo ad futura in eis comprehenſa, habent locum etiam in contractibus.*

14 *Donatio eſt magis fauorabilis, quam alius contractus, & vltima voluntas.*

15 *In beneficiis conceſſio ſimpliciter facta trahitur ad futura.*

16 *Diſpoſitio ad piam cauſam, & concernens animam diſponentis debet ampliari.*

17 *In donatione viciſſitudinaria grauamen vnius compenſatur cum grauamine alterius.*

18 *Commodum donantis ſibi in donatione reſeruatum præualet incommodo donationis, ita vt non fiat reſtrictio ad bona exiſtentia tempore donationis, ſed comprehendantur etiam futura.*

19 *In diſpoſitione quando veniant poſtea quæſita, vel ſolum tempus præſens attendatur.*

21 *Donatio vera debet precedere ex mera liberalitate.*

22 *Donatio ob cauſam non comprehenditur in ſtatuto loquente de donatione quando cauſa reſpicit commodum donantis, ſecus donatarij.*

23 *Donationes ob cauſam ſunt ſpecies permutationum, quæ ad donationem non accedunt.*

24 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in donatione ad piam cauſam, & ita ſeruatur, quamvis lex civilis aliter diſponeret, num.25. Amplia licet ſtatuta eſſent confirmata à Sede Apoſtolica, n.16.*

CAPVT DCCLXXXII.

Donatio, de qua agimus, fuit facta Venerabili Societati Sanctiſſimi Roſarij, & Collegio S. Thomæ de Aquino apud S. Mariam ſuper Mineruam pro æquis portionibus cum reſeruatione vſusfructus ſeptem domorum donatarum pro ipſo donante, & ejus hæredibus ad ſex annos incipien. die 1. Ianuarij 1615. quo tempore durante donatario non teneantur ad aliqua onera propter carentiam
1 fructuum dictarum domorum, ſed talia onera † incipiant elapſis dictis ſex annis, poſtquam realiter gaudebunt penſionibus earumdem domorum cum facultate locandi dictas domos, & earum membra omni meliori modo quo poterunt, & exigendi penſiones, illaſque exactas deponendi in Sacro Monte Pietatis, & de tota pecunia retracta ex penſionibus dictarum domorum, & dependentium depoſitata, vt ſupra, debeant tradi nuptui puellæ per Societatem Sanctiſſimi Roſarij, & alimentari collegio fratres eligendi per Generalem facto calculo quantum important penſiones dictarum domorum, conſignando medietatem talium penſionum vnicuique ex dictis locis pro hujuſmodi pia opera complẽdo, provt latius in inſtrumento donationis continetur.
Ex iſtis verbis clarè colligitur donationem fuiſſe fa-
2 ctam de bonis in ea expreſſis inſpecto tempore, † & ſtatu, in quo talia bona erunt de anno 1621. nam elapſis ſex annis reſeruatis per donatarium, in quibus fuit vſufructuarius dictarum domorum, incipien. die 1. Ianuarij 1615. dictum tempus cadit de anno 1621. ad fauorem donatariorum, de quo tempore ipſi debent habere integras penſiones domorum, illaſq; deponere ad effectum adimplẽdi onera contenta in donatione, vnde non eſt attendendum, quod in tali donatione non veniant niſi ea, quę aderant tempore, quo illa fuit celebrata, provt ex aduerſo prætenditur, non autem melioramenta facta in domibus, durante ſpatio ſex annorum, in quibus
3 donans ſibi reſeruauit vſumfructum, † quia cum habeamus claram mentem diſponentis, qui donauit bona in ſtatu, quo erunt de anno 1621. cum facultate exigendi omnes penſiones de tali tempore debitas, ſeruanda eſt ejus voluntas, quo ad omnia etiam futura: Alex. *conſi.59. in fin. verſ. & per hæc patet. lib.5.* Roland. *conſi.39. nu.20. lib.4.* Aym *in l.1. nu.29. verſ. tertio limita ff. de leg. 1.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.3. tit.11. num.23.*
Quamvis etiam in hoc ſufficerent conjecturæ, ad

probandum, quod veniant futura in donatione,
4 † quibus ſtatur non ſecus, ac ſi explicitè conſtaret de
mente donantis: Gabr. *conſi.* 120. *num.* 8. *vſque ad* 10.
lib. 1. juxta *l. inter veſtem, de aur. & argent. legat.* Bel-
lon. *conſi.* 5. *num.* 6. 20. *&* 21. Non obſtante pronomi-
5 ne poſſeſſiuo, † quod tunc non attenditur, ſi poteſt
colligi contraria mens diſponentis: Socin Iun. *conſi.*
98. *nu.* 26. *lib.* 1. cum aliis latè per Rot. coram R.P.D.
Coccino Romana legati della Porta. 30. Martij
1601. & 3. Decembr. ejuſdem anni, & coram San-
ctiſſimo Clem. VIII. Spoletana legati. 20. Februar.
1587. & coram R.P.D. Penia Romana legati meta-
liarum 28. Aprilis 1589. & coram R. P. D. Bubalo
Romana legati 10. Decembris 1587.

Amplius quamvis etiam omnia prædicta ceſſarent, Ta-
men in caſu noſtro comprehendentur omnia etiam
6 futura, † quæ acceſſerunt ipſis domib. donatis, cum
donator vſus fuerit ſermone, & oratione particula-
ri donando ſeptem domos, provt eſt text. in termi-
nis *in leg. quod in rerum.* 24. *§. ſi quis poſt, ff. de legat.* 1.
7 † cujus verba ſunt hæc, ſi quis poſt teſtamentum fa-
ctum fundo Titiano legato partem aliquam adje-
cerit, quam fundo Titiano deſtinaret, id quod adje-
8 ctum eſt, exigi à legatario poteſt. ¶ † Quemadmo-
dum ad idem eſt text. etiam clarus *in leg. ſi ex toto.* §.
in prin. vbi Gloſſ. *in verb. adiecisſet. ff. de leg.* 1. vbi
multa jura concordantia adducit.

Maxime, quia præſupponitur omnia ædificata poſt do-
9 nationem † fuiſſe pro perficiendis domibus, & illis
reddendis ad meliorem vſum, quo caſu ſemper om-
10 nia, quæ adjiciuntur, veniunt in donatione, † quaſi
additum formæ primæ nunquam diſpoſitionem mi-
nuat *l. ſi ſtatuam,* 15. & ibi Gloſſ. *in verb. à legatario.*
11 *ff. de aur. & argen lega.* † vbi ſi poſt ſtatuam legatam
adjiciatur brachium, quod non aderat, tota poteſt
12 vendicari à legatario, *l. ſi areæ.* 40 *ff de leg* 1. † vbi ſi
poſt aream legatam in ea ædificetur, totum ædifi-
cium ibidem conſtructum cenſebitur legatum, *l. in*
rem actionem, 24. *§. loca ſacra. verſ. ſi quis rei ſuæ. &* §.
ſed & id quod. ff de rei vendic. l ſtatua ff de vſufr. l. ſed
ſi ex meis. 26 *ff de acquir. rer. dom.*

Quæ procedunt ſiue ſimus in vltimis voluntatibus, ſiue
13 in contractibus, † cum vtrilque adſit par ratio:
Ruin *conſi.* 174. *in fin lib.* 1. juxta *l ſi ſeruitus* 22 *ff de*
ſeruit. vrban. prædior. Præſertim in donatione, quæ eſt
14 magis fauorabilis † quam alius contractus, & vlti-
ma voluntas, cum aſſimiletur beneficio quo ad fa-
15 uores: *c. cum dilectis. in fin. de donat.* † & in beneficiis
conceſſio ſimpliciter facta trahitur ad futura, *c. quia*
circa, de priuil. Et ita in propoſito noſtro donationis
16 notat Belion. *conſi.* 5. *num.* 8. † Maxime, quia ſumus
in donatione ad piam cauſam facta pro maritandis
puellis, & alendis pauperibus, & pro anima ipſius
donantis, quo caſu magis diſpoſitio ampliatur, &
nullam recipit reſtrictionem, *leg. Titio §. fi. de aur &*
argent. legat. Bald. *in auth. ſi quis ad declinandum. col.*
pen. C. de epiſ. & cler. Anchar. Imol & Abb. *in c. indi-*
cante, de teſta. cum aliis per Surd. *deciſ.* 298 *num.* 10.

Accedat, quod non ſumus in donatione ſimplici,
17 † in qua tractatur ſolum de onere, & præjudicio
ipſius donantis, ſed in donatione viciſſitudinaria, in
qua grauamen vnius compenſatur cum grauamine
alterius: Roman. *conſi.* 26. *num.* 1. *in fin.* Salic. *in leg fi.*
C. quæ res pig. oblig. poſſ. poſt Gloſ. *in l. licet. C. de pact.*
Adeo vt ſtante commodo donantis propter multa,
quæ ad ſui fauorem debent adimpleri dicendum
ſit, quod tale commodum præualeat incommodo
18 donationis, † quo caſu nulla fit reſtrictio ad bona
exiſtentia tempore donationis, ſed veniunt etiam
futura, vt in ſpecie concludit Bellon. *conſ.* 5. *n.* 14. vbi
quod ita limitatur diſpoſitio *l. ſi ita, ff de aur. & ar-*
19 *gent. leg.* † dũ ibi diſponitur, quod in ſimilibus actibus non veniant poſtea quæſita, ſed ſolum tempus
præſens attendatur *l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. mand.*
Quod etiam prius voluit Ang. *l ſi ſeruitus,* 22. *ff. de*
ſeruitut. vrba. prædior. Et facit quod in ſimili notat
Ang. *conſi.* 292. *col. pen.* de quo Bellon. *d. conſi.* 5. *n.* 14.
20 *ad med.* † Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, cum
ex ſola facti ſpecie ſupra relata, & elicita ex verbis
ipſius donantis appareat, quod ſunt comprehenſæ
domus donatæ, juxta valorem, & ſtatum temporis,
quo donatarij incipiunt gaudere penſionib. dicta-
rum domorum, quod eſt de anno 1621. quo caſu
omnia veniunt, provt tunc exiſtunt Roland *conſ* 39.
n. 20. *lib.* 4. cum aliis ſupra allegatis *n.* 2. *&* 3.

In prædictis etiam obſeruandum eſt, quod præfata do-
natio, vel ſimilis cum onerib. adimplendis per do-
natarium ad fauorem donantis non procedit ex me-
21 ra liberalitate, † provt requiritur in vera donatio-
ne, *l. munus, § donatio, ff. de verb. ſign. l.* 1. *ff de donatio.*
Rimin. Iun. *inſtit eo. tit. in rubr n.* 20. *& in prin. num.* 58.
22 † Vnde tanquam donatio ob cauſam non compre-
henditur in ſtatuto loquente de donatione, quando
provt in caſu noſtro, talis cauſa reſpicit commodũ
donantis, quidquid aliud ſit, quando reſpiceret vti-
litatem donatarij, *l. aquilius.* vbi Imol & Roman. *ff.*
de donat. latè Alex. *conſi.* 113. *n.* 22. *lib.* 6 *& conſ.* 21. *n.* 7.
vſque ad 11. *lib.* 3. Rip. *in l. ſi vnquam, q.* 13. *nu.* 16. *C. de*
reuocan. donat. Rimin. Iun. *inſtit. de donat.* §. 1. *nu* 482.
vſq. ad 493. & in ſtatuto Vrbis, Caſtr. *conſ* 6. *n.* 10. *l b.*
23 2. ¶ Quaſi iſtæ donationes ob cauſam † ſint ſpecies
permutationum, quę ad donationem non accedunt,
l. ſed & ſi lege §. conſuluit. in fin. vbi Bald. *ff. de pet. here.*
l. vlt. in fi. prin. C. de donat. ant. nupt. Aret. *in* §. 1. & ibi
Rimin. Iun. *in prin. n* 60 *inſtit. de donat.* Surd *de alim.*
tit. 1. *qu.* 48. *n.* 21. vbi ex hoc concludit, quod ſimiles
donationes non reuocantur propter non præſtita
alimenta, neque ob ingratitudinem: Alex. ad Bart. *in*
leg. in condemnatione. & ibi Cagnol. *in fi. ff. de reg iur.*
Tiraq. *in leg. ſi vnquam, in verb. donatione largitus nu.*
142. *C. de reuocand. donat.* Rip. *in l. fi. n.* 148. *C. eod. tit.*

Amplius quamvis etiam eſſemus in donatione ſimpli-
ci, Tamen neque illa comprehendetur in ſtatuto,
24 † cum donatio, de qua agimus fuerit ad piam cau-
ſam: Specul. *de inſtru. edit. § porro. verſ. item nota* juxta
leg. illud vbi Alber. & Bart. *C. de ſacro. eccl.* Io. Andr.
in c. in præſentia, col. vlt. de probat. Hoſt. & Butr. *in c. fi.*
de fid inſtrum cum aliis per Tiraq. *de priuileg piæ*
25 *cauſ. priuil.* 114. † vbi quod vbique locorum, ita ſer-
uandum eſt, licet lex ciuilis aliter diſponeret: Mat-
theſil. *ſing.* 170. *nota quod leges. n.* 1 Socin. *conſi.* 115. *col.*
2 *verſ. nec obſtat ſi dicatur lib.* 4. Caputaq *deciſ.* 194.
n. 1. *p* 3. Caualcan. *conſi.* 13. *n.* 4. Rot. coram R.P.D.
Comitulo Toletana pecuniaria. 26. Ianuarij 1590.
& coram Card. Blancheiro Romana euictionis. 23.
26 Martij 1588. ¶ Non obſtante, † quod ſtatuta eſſent
confirmata per Sedem Apoſtolicam, quia ſemper
intelliguntur in tali confirmatione excepti caſus
priuilegiati, qui indigent ſpeciali expreſſione pro-
pter ſalutem animæ, & cauſam piam: Lambertin. in
ſpecie *de contractib. eor. quib. vel à iur. commun. vel à*
ſtatut. contraher. permiſſ. non eſt, in fin. tit. q. 39. *n.* 139. *in*
fin. verſ. hanc tamen ſententiam, fol. 464. poſt Crot. *in*
l. nemo poteſt. col. 13. *verſ. ſecundo limitatur ff. de lega* 1.
juxta opinionem Bald. *in l. generali lege* 13. *in fin. Cod.*
de ſacroſ. eccleſ. & de reb. & priuileg. ear.

EPITOME.

Procurator an poſſit conſtitui ad inſinuandã donationem. ¶ Et an habeat facultatem illam inſinuandi poſt mortem donantis. ¶ Et quando talis facultas competat hæredi. ¶ Et an ius petendi fieri inſinuationem detur hæredibus donatarij. ¶ Mandatum an expiret morte mandantis, quãuis fiat ad donandum ex cauſa remunerationis. ¶ Et quid ſi expreſſe conferatur poſt mortem mandantis. ¶ Vel fiat irreuocabiliter vſque ad certum tempus. ¶ Vel donec fuerit reuocatum. ¶ Vel ſi contineat executionem actus, vt in nuncio, cui Iudex commiſit, vt mittat aliquem in poſſeſſionem. ¶ Vel quando principalis cauſa, cuius reſpectu adiicitur mandatum, non finitur morte, an etiam tunc expiret mandatum, tanquam eius acceſſorium. ¶ Donatio ante inſinuationem an acquirat aliquod dominium donatario, cui res donata fuit tradita. ¶ Et quando ſumptus in ea facti poſſint per eumdem donatarium vendicari à donante, qui non vult inſinuare, & perficere donationem. ¶ Contractus an poſſit ratificari mortuo vno ex contrahentibus. ¶ Hæres an reuocet mandatum collatum poſt mortem tam ſi fuerit ad commodum ipſius, quam procuratoris, ſeu tertij. ¶ Intellectus *l. ſi ego, §. 1. ff. de iur. dot.* remiſſiuè. ¶ Inſinuatio donationis an poſſit fieri in perpetuum etiam poſt triginta annos. ¶ Et quid ſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Procurator conſtitutus irreuocabiliter, & cum iuramento an poſſit validè reuocari. ¶ Donans ſi obierit ante ius quæſitum ex donatione an extinguatur donatio etiam fauore dotis. ¶ Hæres quo caſu repræſentet perſonam defuncti tam in iure actiuo, & paſſiuo formato in perſonam eiuſdem defuncti, quam in non creato tempore mortis ipſius. ¶ Venditio rei donatæ facta per donatarium quando reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator poteſt conſtitui ad inſinuandam donationem.*
2 *Inſinuatio donationis an poſſit fieri per procuratorẽ conſtitutum ad inſinuandum poſt mortem donantis.*
3 *Mandatũ expirat morte mandantis, quamuis ſimus in mandato ad donandũ ex cauſa remunerationis, n.4.*
5 *Facultas inſinuandi donationem non competit heredi.*
6 *Donatio eſt nulla ſi donator decedit ante factã inſinuationem. neque amplius poteſt inſinuari, n.7.*
8 *Venditio, & obligatio rei donata facta per donatarium eſt inualida, & reſoluitur, ſi donans moriatur ante donationem.*
9 *Donatarius ædificans in re ſibi donata etiam non tradita ſciente donatore poteſt repetere ab eo expenſas ædificij, vel illum cogere ad perficiendam, & inſinuandam donationem.*
10 *Inſinuatio non poteſt fieri poſt mortem donantis inuitis ipſius heredibus, ſicut non poſſet contradicente donatore dum viuit, n.11. & 14.*
12 *Ius petendi fieri inſinuationem non tranſit ad heredes donatarij.*
13 *Contractus non poteſt amplius ratificari mortuo vno ex contrahentibus.*
15 *Mandatum expreſsè collatum per mortem non expirat per obitum mandantis. Declara vt n.24. & 26.*
16 *Procurator validè conſtituitur ad donandũ poſt mortem.*
17 *Mandatum irreuocabile vſque ad certum tempus non finitur morte.*
18 *Committens vices ſuas donec reuocaverit facit, vt commiſſio duret poſt mortem.*
19 *Mandatum, in quo committitur executio actus, non expirat per obitum mandantis, vt in nuncio, cui Iudex mandauit, vt aliquem mittat in poſſeſſionem.*
20 *Hæres poteſt reuocare mandatum collatum per mortem, ſi fuerit ad commodum ipſius, ſecus ſi ad vtilitatem procuratoris, ſeu tertij.*
21 *Principalis cauſa, cuius reſpectu adiicitur mandatum, ſi non finitur morte, neque expirabit mandatum, quod eſt eius acceſſorium.*
22 *Procurator conſtitutus in obligatione camerali ad confitendum debitum non poteſt reuocari, nec tale mandatum finitur morte.*
23 *Mandatum ad inſinuandum factum eodem tempore, & actu, quo donatio fuit celebrata, non ſubſiſtit, ſicut donatio non ſuſtineretur.*
25 *Donatio ante inſinuationem nihil operatur, nec vllum dominium acquirit donatario, quamuis res donata ei fuiſſet tradita.*
27 *Hæres repræſentat perſonam defuncti in iure actiuo, & paſſiuo formato in perſonam ipſius defuncti ſecus in non creato tempore mortis in perſona eiuſdem defuncti, n.28. & 30.*
29 *Donans ſi obierit ante ius quæſitum ex donatione, extinguitur donatio præterquam fauore dotis.*
31 *In obligatione quæſita poſt mortem hæredis & contra hæredem, non repræſentatur per eum perſona defuncti.*
32 *Intellectus* l. ſi ego, §. 1. de iur. dot. *remiſſiuè.*
33 *Inſinuatio donationis poteſt fieri in perpetuum etiam poſt triginta annos.*
34 *Statutum Vrbis præſcribit tempus, ſex menſium ad inſinuandam donationem, ita vt ſi aliter fieret, donatio reſolueretur.*
35 *Procurator conſtitutus irreuocabiliter, & cum iuramento poteſt reuocari.*

CAPVT DCCLXXXIII.

[Adde *ſupr. ad c. 531. num. 3. tom. 3.*]

FVit conſtitutus procurator irreuocabilis etiam cum iuramento per donantem ad inſinuandam
1 donationẽ, † prout de iure poteſt conſtitui Soc. latè *conſ. 49. n. 9. lib. 1.* Gutier. *de contract. iurat. ca 7. n. 15. tom. 6. p. 2. fol. 52.* Et quoniam idem procurator inſi-
2 nuauit dictam donationem, † poſt mortem eiuſdem donatoris, quæſitum fuit an inſinuatio potuerit fieri,
3 & quidem opponebatur, † quod expiraſſet mandatum cum illud regulariter per mortem mandantis finiatur, *l. ſi quidem donationis, & l. inter cauſas, in pr. ff. mandat. l. mandatum, C. eo. tit. l. vl. ff. de ſolut.* Card. Mãtic. *de tacit. & ambig. cõuen. lib. 7. tit. 23. n. 1.* vbi etiã
4 *n. 12.* † loquitur de mandato facto ad donandũ alicui etiam ex cauſa remunerationis, quod licèt ſit fauorabile, tamen intelligitur ſolum morte, *l. ſi quidem,* 8. vbi Bald. *n. 1. in 2. notab. C. de actionib. & obligationib.* Iaſ. *in l. eius qui in prouincia, §. placebat, poſt prin. verſ. in primis tamen amplia. ff. ſi cert. petat.* Gabr. *de procuratorib. conc. 2. n. 7.* Card. Mantic. *dict. tit. 23. n. 12.* Ideo etiam facultas inſinuandi donationem non com-
5 petit hæredi: † Dec. *in l. heredem, 59. nu. 7. de regul. iur.* poſt Aretin. *conſ. 125. in cauſa qua vertitur, in 1. dub.* Menoch. *conſil. 222. nu. 3. & 4. lib. 13.* vbi quod ſi donator decedat nondum facta inſinuatione,
6 donatio eſt nulla, † & amplius non poteſt inſinuari: Rebuff. *de donation. inſinuand. artic. 2. gloſſ. vlt. numer. 3. tom. 2. fol. 380.* vbi quod inſinuatio donationis debet fieri inter viuos, quamdiu donans

viuit, & in eadem voluntate perſeuerat, quia tunc
omnia ſunt integra. ſed poſt mortem inſinuatio non
7 poterit fieri, † prout neque donatio, & ſic poſt obi-
tum duo extrema non ſunt habilia : Bart. *in l. ſi is*
qui, ff. de vſucapion. iuxta *l. fin. §. ſimili modo. C. de do-*
nat. ante nupt. Rebuff. *de donationib. inſinuand. artic. 1.*
gloſſ. 7. verſ. quinto ſi donatarius, tom. 2. fol. 379. vbi
8 etiam, † quod ſi donatarius rem donatam vendi-
derit ante inſinuationem, ſeu obligauerit, & do-
nans moriatur non facta inſinuatione, donatio eſt
nulla, vnde etiam venditio, & hypotheca ſubſecu-
ta, tanquam reſoluta donatione ea defectu inſinua-
tionis, emptio quoque reſoluatur : Bart. *in l. 2.* vbi
Bald. *qu. 13. C. de reſcind. vendit.* iuxta *l. ſi domus, §. ſi*
fundus. ff. de legat. 1. l. lex vectigali, de pignor. l. vxor.
patris, C. de legat. intelligendo tamen vt per Rebuff.
ibidem d. gloſſ. 7. ad med. poſt Bart. *in l. in diem, ff. de*
aqua pluu. arcen. & in l. ſi. res ff. de pignorib. Neguſ. *eod.*
tit. p. 5. membr. 1. Alexand. *conſ. 65. quoniam alias* 119.
nu. 21. lib. 6. ¶ ita vt ſi donatarius in re ſibi donata
9 † etiam non tradita ante inſinuationem aliquid
ædificauerit ſciente donatore poſſit ab eo repetere
expenſas factas, vel eum cogere, vt donationem
perficiat, & illam inſinuet, dolo enim facit donans
patiendo illum ædificare, & non reddendo ſum-
ptus ædificiorum, *l. ſi pure, §. ſi donans. ff. de dol. excep.*
l. in fundo. ff. de rei vendic. Rebuff. *de donat. inſinuand.*
art. 1. gloſſ. 7. in fi. tom. 1. fol. 380.

Et paſſim omnes concludunt, quod defectus inſinua-
10 tionis adeo obſtet, vt mortuo donatore, † nō poſſit
donatarius inuitis hæredibus donantis inſinuare
donationem, quemadmodum non poſſet inuito
ipſo donatore viuente : Bart. *in l. Modeſtinus, co-*
lum. 1. ff. de donat. Imol. *in l. Aquilius. colum. 1. ff. eodē*
tit. Aret. *conſ. 121. in 2. dub.* Canar. *de inſinuat. q.* 8. dixi
ſupr. cap. 531. n. 3. Io. Vincent. Ann. *allegat. 125. nu. 29.*
p. 2. Corn. latè *conſ. 71. col. 1. & 2. lib. 2.* Peregrin.
conſ. 76. n. 25. lib. 1. vbi etiam quod ius petendi fieri
11 inſinuationem non tranſit † ad hæredes donatarij:
Canar. *de inſinuat. quaeſt. 29.* Corn. *dict. conſ. 71. n. 15.*
lib. 2. Bald. *conſ. 167. quidam Franciſcus, nu. 5. lib. 5.*
vbi quod ideo mortuo donante non poteſt donata-
rius inſinuare, quia mutatus eſt ſtatus, in quo non
12 poteſt durare, † & ſi eſſet in poteſtate donatarij om-
ni tempore inſinuare, certe inſinuaret quandocum-
que ſibi placeret, quod eſt abſurdum : Cardin. Thuſ.
concl. 195. num. 39. in verb. inſinuatio quid ſit, tom. 4.
fol. 545. & latè comprobat Surd. *conſil. 9. n. 55. vſque*
ad 36. vbi quod mortuo vno ex contrahentibus,
13 † non poteſt amplius ratificari contractus, cum
eo tempore non poſſet fieri : Butr. *in cap. fi. col. 3.*
vbi Imol. dicit ſingulare *de confeſſ.* Caſtr. *conſ. 195.*
n. 2. & 3. lib. 2. Alexand. *conſil. 24. n. 10. lib. 5.* Decian.
conſil. 226. n. 12. Rom. *conſil. 5. n. 5. & conſil. 128. n. 4.*
lib. 1. Oſaſc. *deciſ. 119. nu. 24.* Cephal. qui etiam
ampliat in pia cauſa *conſ. 440. nu. 30. cum ſeq. lib. 3.*
Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. n. 88.* ¶ Et
cum inſinuatio ſit quædam confirmatio donationis
14 non poterit fieri poſt mortem donantis, † quia de
illo tempore non poſſet ratificari : Aret. in termi-
nis *conſ. 123. in cauſa quæ vertitur inter marianum,*
n. 2. vſque ad 1. Becc. qui loquitur in ſpecie de pro-
curatore *conſ. 66. n. 19. & nu. 27. vſque ad* 30. quos
refert, & ſequitur in propoſito Surd. *conſ. 9. nu. 54.*
lib. 1. Ludouic. *concl. 17. tomo 3. fol.* 58.

Non obſtat, quod ſimus in mandato ad inſinuan-
dum facto in inſtrumento donationis irreuoca-
15 bili & cum iuramento, † quod videtur expreſsè col-
latum poſt mortem donantis, quamuis enim man-
datum expiret per obitum mandantis, *l. mandatum*
C. mandat. tamen ſi poſt mortem illud conſeratur,
poteſt etiam poſt mortem durare : *l. ſi vera §. vltim.*
cum l. ſeq. ff. mandat. Bart. *in l. 2. §. ſed ſi quis. ff. de do-*
nationib. iuxta *l. mortis cauſa. §. Titia, ff. de donat. cauſ.*
16 *mort.* † vbi quod poteſt fieri mandatum ad donan-
dum poſt mortem, ergo eodem modo poterit fieri
ad inſinuandum, *l. vl. §. ſimili q. modo, verſ. nullo*
obſtante, C. de donation. ante nup. ¶ Vnde etiam man-
17 datum irreuocabile, † vſque ad certum tempus non
finitur morte : Card. Mantic. *de tacit. & ambig. con-*
uention. lib. 7. tit. 23. n. 41 cum ſeq. Gabr. *concluſ. 2. n. 39.*
18 *de procurat.* Socin. *conſ. 77. n. 2. lib. 3.* † vbi quod ſi
quia commiſit vices ſuas donec reuocauerit, com-
miſſio non finitur morte, *cap. ſi delegatus, de offic.*
delegat. in 6. ¶ Cum etiam in caſu, in quo manda-
ti executio actus, non expiret mandatum per obi-
19 tum, † vt in nuncio, cui Iudex mandauit, vt ali-
quem mittat in poſſeſſionem : Card. Mantic. *dict.*
tit. 23. nu. 4. ¶ Et mandatum poſt mortem collatum
20 poteſt quidem reuocari per hæredem, † ſi fuerit ad
commodum ipſius hæredis, ſecus ſi ad procu-
ratoris, ſeu tertij vtilitatem : Ruin. *conſil 7. num. 8.*
lib. 2. poſt Bald. *in l. id quod pauperibus. 24. in fi.*
n. 37. quaeſt. 24. C. de epiſc. & cleric. Gabr. *de procur.*
concl. 2. n. 40. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. con-*
21 *uent. d. tit. 25. n. 5.* ¶ Et quando principali cauſa, † cu-
ius reſpectu adijcitur mandatum non finitur morte,
neque expirabit mandatum, quod eius acceſſorium,
cap. ſi ſuper gratia de offi. deleg. in ſexto. Roman *conſ.*
102. *in fi.* vbi dat exemplum in donatione : Galleſ.
de obligat. cameral. quaeſt. 22. nu. 4. iuxta nou. impreſſ.
22 *fol.* 136. † vbi etiam quod in obligatione camerali
procurator conſtitutus ad confitendū debitum non
poteſt reuocari, nec tale mandatum finitur morte.

Quia reſpondetur, quod mandatum, de quo agimus
23 videtur proceſſiſſe ea eadem facilitate, † qua & do-
natio ipſa, cum factum ſit eodem tempore coram
iiſdem teſtibus, & in eodemmet inſtrumento in
quo fuit celebrata donatio, vnde non poteſt ſubſi-
ſtere mandatum, ſicut donatio non ſubſiſtit argu-
mento *l. doli, §. diuerſum. ff. de except. dol.* & ita in ſpe-
cie reſpondet Becc. *conſ. 66. numer. 28. & 29.* vbi
24 etiam ſubdit, † quod mandatum poſt mortem col-
latum poſſet quidem valere rebus in eodem ſtatu
manentibus, & re integra, *l. quod ſeruus. ff. de cond. ob*
cauſ. prout dicimus de ratificatione : Bar. *in l. ſi vxor.*
§. ſi quis vxorem. ff. de adult. iuncta *l. ſi indebitum, §. 1. ff.*
rem rat. hab. cum aliis per Surd. *conſ. 9. n. 53. cum ſeq.*
25 † Sed poſt mortem donatoris non poteſt dici res
integra, nec in eodem ſtatu, cum donatio ſit nullius
momenti ante inſinuationem, tunc enim eſt imper-
fecta, & non completa etiam quod eſſet res tradita,
nec vllum dominium interim acquiritur donatario,
vt latè explicat Rebuff. *de dona. inſinuan. art. 1. gloſſ. 6.*
26 *tom. 2. fol.* 178. † Et per conſequens mandatum non
poteſt habere executionem, alioquin non fieret in-
ſinuatio bonorum donantis, ſed hæredis : Bec *conſ.*
66. nu. 29. ad med.

Minus obſtat, quod hæres donatoris repræſentet
27 perſonam ipſius, † vnde tunc poterit fieri talis
donatio ab eo, qui prius donauit, tanquam ab il-
lo fiat, qui perſonam eius repræſentat. Nam reſ-
pondetur, quod hæres repræſentat perſonam de-
functi in iure actiuo, & paſſiuo formato in per-
ſonam

ſonam eiuſdem defuncti, quod ad eum transfundi-
ditur, *l. cum à matre.C.de rei vendic. l. 1.&2. C.de he-*
28 *redit.act.* † ſed in iure non creato actiuè, vel paſ-
ſiuè tempore mortis in perſona defuncti, hæres
non poteſt repræſentare defunctum, quia penes
defunctum talis obligatio nunquam fuit vnde im-
poſſibile eſt, quod eum repræſentet in eo, quod
non fuit, cum igitur donatio non inſinuata tépore
donatori. fuerit nulla ipſo iure, nec donatorem ad
aliquid vltra ſummam legitimam obligauerit, ap-
paret manifeſtè, quod ſi hæres nunc de nouo do-
naret, iſta eſſet quædam noua donatio, & facta ab
alio non ab illo primo: *l. ſi ego, 10. l. 1. ff.de iur.dot.*
29 † vbi ſi ante ius quæſitum ex donatione vbi erat
donans, extinguitur donatio, præterquam fauore
dotis, quia dominium diſceſſit à donatore, ante-
quam ſit perfecta donatio, & tranſiuit in hæredem,
ex quo clarè apparet, quod in donatione non per-
fecta, & non valida reſpectu hæredis, non videtur
hæres eſſe eadem perſona cum defuncto, quia ſi
30 fingeretur eadem perſona, † tunc dominium non
videretur diſceſſiſſe à donatore, & tranſiuiſſe ad
alium, & tamen diſceſſit, & tranſiuit, vt dicitur *in d.*
l. ſi ego. ff. de iur.dot. quam multum notabilem, & ſin-
gularem in propoſito noſtro dicit Aret. qui ita reſ-
pondet, *conſ. 123. num. 4* ſubdens hoc confirmari
31 per text. *in l ſi hæres. ff. ad Trebellian.* † vbi quod in
obligatione quæſita poſt mortem hæredis, & con-
tra hæredem, tunc idem hæres non repræſentat
perſonam defuncti, nam illa iura non tranſeunt ex
reſtitutione ſenatuſconſulti, ex qua omnis hæredi-
tas defuncti transferri debet in fideicommiſſarium,
32 † & ad intellectum *d. l. ſi ego.* Bart. *in l. 2. §. ſi quis pe-*
cuniam, ff. de donat. Bald. *in l cum à ſocero C. de iur.*
dot. Et de gratia quandiu placuerit an expiret mor-
te concedentis antequam interinetur, ſeu inſinue-
tur, Franc. Marc. *deciſ. 513. p. 1. fol. 198.*

Ex prædictis apparet veram eſſe concluſionem, quod
mandatum ad inſinuandum expirauit per mortem
mandantis, ita vt amplius inſinuatio non poſſit
33 fieri, † non obſtante, quod alias poſſit inſinuari do-
natio etiam poſt triginta annos: Canar. *de inſinuat.*
quæ. 3. & latè quidquid alij reſtringant ad triginta
annos quod talis facultas inſinuandi ſit perpetua
concludit Rimin. Iun. *in §. 1. nu. 211. inſtit. de donat.*
Quamuis ſecundum ſtatutum Vrbis *lib. 1. ca. 150.* de-
34 beat inſinuari infra ſex menſes, † vnde ſi aliter fie-
ret tunc donatio reſolueretur: idem Rimin. Iun.
d. §. 1. nu. 216. poſt Bald. *in l. fin. col. 1. C. de donation.*
ante nupt. Afflict. *in cap. imperialem, quæ. 24. nu. 10. de*
probib. feud. alienat. per frederic. Caſtr. *in l. vniuerſa,*
C. de precib. imper. offer. Canar. *de inſinuat. p. 1. quæ. 28.*
¶ Quo vero ad procuratorē conſtitutū cū iuramen-
35 to, † & irreuocabiliter, quod poſſit reuocari: Felin.
in cap. ſi diligenti, 12. n. 32. in fino verſ. nono fallit, de foro
competent. Natt. *conſ. 474. nu. 7.* Seraphin. *priuil. iu-*
ram. 75. nu. 7. Rot. coram R.P.D. Buratto Anconi-
tana pecuniaria, 17. Iunij 1614. impreſſ. *poſt tract.*
obligation. camer. deciſ. 38 nu. 10. cum aliis per Surd.
conſ. 264. nu. 39. vſque ad 44. lib. 2. Vbi enim actus
eſt de natura reuocabilis, non valet conuentio non
reuocandi, & iuramentum non operatur, quamuis
contraueniens incurrat periurium Gloſſ. *in cap. fin. in*
verb. reuocatus, de procurator. in 6.

EPITOME.

Laudemium an debeatur ſolum habita ratio-
ne ad quantitatem pretij æſtimati, & vtilis dominij,
quamuis res plus valeret. ¶ Et an ſit ſoluendum in
venditione neceſſaria. ¶ Et quando in ea requiratur
conſenſus domini directi ¶ Pacta, & onera quo ca-
ſu minuant, & augeant contractum. ¶ Cenſuarius,
& habens priuilegium iuris congrui, vel ſimile an
præferatur in venditione neceſſaria, & ſubhaſtatio-
ne facta per Iudicem pro executione rei iudicatæ.
¶ Donatarius rei emphyteoticæ ſeu feudalis cum
pacto, vt teneatur ad onera cenſualia rerum dona-
tarum an ſit obligatus ad ſolutionem laudemij de
toto valore rei. ¶ Hypotheca an competat pro lau-
demio, & canone, prout pro penſitatione publica.
¶ Legalis obligatio an idem operetur, quod con-
uentionalis. ¶ Bulla Pij V. concedens prælationem
domino cenſus an ſit exorbitans à iure communi,
ita vt ſit potius reſtringenda, quam amplianda.
¶ Onera realia an tranſeant ad quemcumque poſſeſ-
ſorem etiam fiſcum, & eccleſiam. ¶ Onus laudemij
an ſit odioſum, & poſſit extendi de caſu ad caſum.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium non debetur, niſi habita ratione ad quãtita-tem pretij æſtimati, nõ obſtãte, quod res plus valeret.*

2 *Pacta & onera minuunt, & augent contractum, & rei æſtimationem Fallit reſpectu ſolutionis laudemij n. 3.*

4 *Onus laudemij eſt odioſum, & non extenditur de vno caſu ad alium, etiam vbi militaret eadem ratio.*

5 *In ſolutione laudemij non attenditur abſolutè valor totius rei, ſed ſolùm æſtimatio vtilis dominij abſque directo.*

6 *Laudemium non ſoluitur in venditione neceſſaria, Contrarium, nu. 8.*

7 *Conſenſus domini directi non requiritur in alienatione neceſſaria.*

9 *Habens priuilegium iuris congrui præfertur in ſubhaſtatione, & venditione neceſſaria facta à Iudice pro executione rei iudicatæ, & nu. 12.*

10 *Cenſuarius habet prælationem, quando non venditur res cenſui ſubiecta, quamuis etiam venditio fieret à Iudice ex cauſa neceſſaria.*

11 *Factum Iudicis dicitur factum partis.*

13 *Bulla Pij V. concedens prælationem domino cenſus eſt exorbitans à iure communi, & debet ſtrictè intelligi, vt minus illud lædatur, nu. 14.*

15 *Donatarius rei emphyteoticæ, ſeu feudalis cũ pacto, quod teneatur ad onera cenſualia rerum donatarum an ſit obligatus ad ſolutionem laudemij de toto valore rei.*

16 *Hypotheca tacita competit pro laudemio, nu. 19. & ita fuit iudicatum, & paſſim in praxi ſeruatur, n. 20. 21. & 22.*

17 *In ſolutione laudemij conſideratur res ipſa, non autem perſona.*

18 *Legalis obligatio non debet minus operari, quam conuentionalis.*

23 *Onera realia tranſeunt ad quemcumque vadant, & nu 30. etiam ad fiſcum, & eccleſiam, & alios priuilegiatos. nu. 24.*

25 *Hypotheca tacita datur pro canone, ſicut pro penſitatione publica, n. 26. 27. & 29. & ita ſeruatur in Rota, nu. 28.*

CAPVT DCCLXXXIV.

LAudemium non debetur, niſi habita ratio-
ne ad quantitatem pretij æſtimati, non ob-

1 ſtante,† quod res plus valeret: Cagnol. *in l.2.n.246. C. de pact. inter empt. & vendit.* Burgius *de laudem. p.1.inſpect.6.n.3. & 11 & p.2. inſpect.28. n.9. in addit. fol.130.* Amod. *eod. tract. q.5. in princ.* iuxta *l. ſed ſi hoc, §.1. ff. de condit & demonſt. l. quantitas patrimonij.* vbi Bart. *ff. ad leg. falcid.*

Ideo quamuis pacta, & onera minuant, vel augeant
2 contractum,† & rei æſtimationem, *l. generalis, § fin. ff. de vſufr. legat.* Dec. *conſ.166. in cauſa quæ coram, n.4.*
3 Tamen hoc procedit alio reſpectu,† quam ſolutionis laudemij: Amod. *de laudem. qu.6. num.6.* Cum iſtud onus laudeminij ſit odioſum, & reſtringendum
4 ad caſum ſcriptum, † & non debet extendi de vno ad alium etiam vbi militaret eadem ratio: Idem Amod. *de laudem q.1. n.10* poſt Hern. *in cap.1. §. ſed & res, col.2. per quos fiat inueſtitur. & in c. §. ſimiliter, de capitul. corrad.* Alea. *conſ.6.n.5 lib.5.* cum aliis per Schrader. *de feud. par.10. ſect.2. nu.49.*

Quare etiam in ſolutione laudemij non attenditur
5 abſolutè valor totius rei,† ſed ſolum æſtimatio vtilis dominij, ſcilicet quantum valet vtile dominium abſque directo, & ſic quanti res valet cum onere ſubiectionis: Amod. *de laudem. qu.5. n.1. & 2.* iuxta doctrinã Bart. *in l. ſed ſi hoc. §.1 ff de condit. & demonſtration. & in l. quantitas patrimonij. ff. ad legem falcid.*

[Adde *ſup. ad c.544. nu.19. & 20.*]

Ex iſtis colligitur non deberi laudemium in caſu, de quo agimus, niſi pro ſcutis quadringentis, prout domus fuit æſtimata, non conſiderato prætenſo
6 onere, † quamuis etiam poſſet dici nullam quantitatem laudemij eſſe ſoluendam, cum ſimus in venditione neceſſaria vigore iuris congrui, in qua non debetur laudemium, vt reſoluit Rot. coram R.P.D. Orano Romana prætenſæ deuolutionis, 11. De-
7 cembris 1587. † prout etiam talis venditio non requirit conſenſum domini directi: Cephal. *conſ.699. nu.44 lib.5.* cum aliis per Tiraq. *de retract. lignag §. 1. gloſſ.14. nu.10. & 11.* Rot. *in d. deciſ. Oran, in prin.* ¶ Quamuis ſecundum alios etiam debeatur laude-
8 mium in venditione neceſſaria, † quæ fit per Iudicem dantem bona debitoris, inſolutum ſub haſta creditori, ſeu tertio, tanquam iſta alienatio procedat ex facto debitoris, vt latè concludit Theſaur. *deciſ. 139.* per totam, cum aliis, quos adduxi *ſupra c.544. nu.19. & 20.*

[Adde *ſup. ad c.544. nu.15.*]

Simile eſt, quod diximus de alienatione neceſſaria, quæ licet fiat à Iudice pro executione rei iudica-
9 tæ, † tamen habetur pro facto partis, ideo in ea præfertur habens priuilegium iuris congrui, vel quid ſimile, prout latè dixi *ſupra cap.544. numer. 5. vſque ad 25.* & licet aliqui teneant contrarium, de quibus per Roland. *conſ. 2. lib.1.* Tamen non debet attendi, cum aduerſus eos ſit verior opinio, & magis recepta, quam etiam multis rationibus comprobat Rot. coram Sanctiſſimo Gregorio XV. Romana prælationis, 19. Nouembris 1604. quæ eſt in impreſſ. *poſt tract. Ludouic. Cencij, de cenſib. dec.*
10 117. † vbi concorditer per omnes fuit concluſum, quod priuilegium conceſſum in Bulla Pij V. domino cenſus, vt præferatur emere volentibus rem cenſui ſuppoſitam, procedat etiam in venditione per viam ſubhaſtationis facta, quamuis enim fiat ex cauſa neceſſaria, tamen hoc non alterat naturam venditionis nec aliquid refert, quod venditio
11 fiat per Iudicem, ſeu dominum, † cum factum Iudicis habeatur pro facto partis, *l. ſi ob cauſam. C. de euiction. l. ſi pignora ff. eod. tit.* Statim præſertim mente Summi Pontificis, qui voluit fauere domino cẽſus propter ius, quod habet in re, quem fa orem ita meretur ſi venditio fiat alienatio iouito venditore, ſicut eo volente, neque enim ius vendentis fit deterius, neque illi aliquo præiudicatur, cum eius non interſit, an res permaneat penes oblatorem, cui fuit per Iudicem deliberata, vel apud dominum cẽ-
12 ſus, † non obſtante, quod ſimus in addictione pignoris, & adiudicatione, quia etiam in ea eſt locus retractui: Guiter. *pract. queſt. lib.2. queſt.157.* cum aliis adductis *ſupra cap.544. nu.15. vſque ad 19.*

Et quamuis Bulla Pij V. ſit exorbitans à iure communi, dum concedit prælationem domino cenſus
13 † contra *l. dudũ, & l. iuuitum, C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iur. deliber.* ideo erit ſtrictè intelligenda,
14 vt minus lædat ius commune, † quam fieri poſſit, *l. vt gradatim, §. & ſi lege. ff. de muner. & honorib.* Butr. *in c. cum dilectus, de conſuetud* & in ſpecie dictæ Bullæ Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana retractus domus, 10. Maij 1614. quæ eſt impreſſ. *poſt tract. Ludouic. Cencij de cenſib. deciſ.159. nu.3.* ¶ Tamen quia verba Bullæ adaptantur ad caſum vtriuſque venditionis tam voluntariæ, quam neceſſariæ, & concurrit mens diſponentis ea ſupra allegatis, concludendum eſt vtramque venditionem comprehendi in bulla, vt latè in d. deciſ. coram Sanctiſſimo Romana prælationis, 19. Decembris 1614 quæ omnia adduxi, vt magis quieſceret animus eorum, qui de prædictis dubitatabant, licet ſufficerent, quæ latius diximus *ſupr. c.544. nu.15. cum ſeq.*

[Adde *ſupr. ad cap.258. nu.43.*]

Quo vero ad cenſus, quos emptor in ſe accollauit, erit particulariter videndum, & latè explicat Pegue. *ſuper conſtitut. Catalon. in conſtit. incip. ſuper laudemio,*
15 *verſ. primo, nu.118.* † vbi ponit quæſtionem de Petro, qui donauit Ioanni aliquam rem emphyteoticam, ſeu feudalem cum pacto, quod idem Ioannes teneatur ſoluere quotannis certa onera cenſualia, numquid etiam debeat ſoluere laudemium de valore rei, de qua etiam Iacob. Cancer. *var. reſolut. p.2. cap.1. nu.66.* vbi ſimpliciter refert Peguer. *in dict. conſtit. Catalon.* & faciunt multa, quæ in propoſito adduxi *ſupra cap.258. nu.43.*

[Adde *ſupr. ad cap.272. n.5. & c.377. n.24.*]

Cum igitur non debeatur laudemium ex ſopradictis, non eſt quærendum, an pro eo detur hypotheca, quamuis de hoc non eſſet amplius dubitandum, cum latè *ſupra cap.272. numer 5. cum ſeq. &*
16 *c.377. numer.24. & 26.* † oſtenſum fuerit ſententiam affirmatiuam, quod competat hypotheca pro laudemio, eſſe veriorem, & magis receptam, & in iudicando ſeruari, & quamuis iſta ſufficerent, Tamen quia hodie iterum prætenditur, quod contraria ſententia ſit tenenda ex multis, quæ allegantur, etiam numeratis doctoribus. Ideo vltra eos, quos adduximus, ne ſemel ſcripta iterum
17 repetantur, dicimus, † non eſſe recedendum ab opinione ſupra firmata, ob illam rationem quia in ſolutione laudemij debet res ipſa conſiderari, non autem perſona, vnde qui poſſidet, ad illius præſtationem tenebitur, nam obligatio ſoluendi laudemium eſt legalis, ideo licebit domino directo rem liuellariam pro ſuo credito accipere,
18 † cum non minus debeat operari legalis obligatio.

quam conuentionalis: Menoch. *conſ.66.n.59.* iuxta
l.obligamur. ff. de actionib. & obligat. & ita ex prædi-
19 ctis, & ſimilibus rationibus, † latè defendit Marius
Burg. *de laudem.p.1.inſpect.9.per tot.& in addit.n.17.*
cum ſeq. Tepatus *var.ſentent.iur.tit.389. de laudemio*
col.3.poſt princ.verſ laudemium debetur per ſecundum,
& in fin. verſ. laudemium eſt onus reale, fol.791. poſt
Menoc. *conſ.198.n.1.lib.3.& conſ.444. n.18.cum ſeq.*
lib.5. Franc.*deciſ.430.n.1.& deciſ 659.n.1.ad med* Ri-
20 minaldun.*conſ.1.n.54 & 57.*Odd *conſ.4.n.15.*Maſtrill.
deciſ Sicil.171.nu.15.† vbi quod ita fuit iudicatum,
Caſſan.*ſuper conſuetud Burgund.rubr.11.tit.des cenſes,*
§.1.n.9.fol.1369. Mar Muta *ſuper conſuetud Panorm.*
*c.26.nu.194.*Ioan.Papon. *arreſt.4. lib.11.*Amod. *de*
*laudem.quæ 45.*Salſon. *eod.tit coll.1. numer.9. & 12.*
Coſta *de portion. rat. quæſt.112. nu.9. & de ſubſidiari*
remed.51.nu.11. Ant.de Oliba.*in tract.de actio.rant.2.*
lib.1.c.59 nu.28.& part.1. lib.3. ad poteſt. vos proſeq.
nu.16. Tirag. *de retract lignag. §.29. gloſſ.2. nu.8. in*
21 *fin.* † vbi teſtatur ita ſeruari, quidquid alij contra-
rium ſequantur Iuir gliol. *ſing.95. nu.43. lib.1.*
Quare cauendum eſt à Surd *deciſ.31.*& Roder *de cen-*
*ſib. lib.1.qu 22.n.45.fol.577.*Valac.*de emphyteuſ.q 52.*
n.19.& q.4 nu.6 & 7 Molfeſ.*ad conſuetud.Neapolit.*
p.2.de banis.q 8. nu.11. fol.75. & ab alijs, qui eos ſe-
22 quuntur, dum concludunt, † quod pro laudemio
non detur hypotheca. Quia contra eos eſt verior
opinio, & illis reſpondet Mar. Mur.*ſuper conſuetud.*
Panormit.c.26.nu.194.& Burgius *de laudem.pa.1.in-*
*ſpect 9.in addit.n.11.*Cum enim omnes concludant,
quod laudemium ſit onus reale ex ſupra allegatis,
23 † ſequitur, quod talia onera transeant ad quemcum-
que vadant, & rem ipſam concomitentur, *l.reſcripto,*
§.ſciendum, ff de muner. & honor Gloſ *in clem. 1. de*
cenſib. Ruin.*conſ.111.n 2. lib.3.* Paulſ.*conſ 55.n.5 lib 1.*
24 Aym. *conſ. 227. nu. 5.* † vbi ampliat ad fiſcum poſ-
ſeſſorem talium bonorum, & eccleſiam: Innoc. *in*
c.verum, de for.compet. Abb.*conſ.14. col.2. lib.2.*

[Adde *ſupr.ad c 36. nu.34.*]

Et cum talis hypotheca detur pro laudemio ex ſupra
25 allegatis, multò magis dabitur pro canone, † cuius
ſolutio correſpondet proprietati, & ideo afficit
quemcumque poſſeſſorem, tanquam talis canon
debeat ſolui de fructib ipſius prædij emphyteotici,
l.in venditione ff.de act. empt. qui tex licet loquatur
in penſitatione publica, quæ inducit onus reale, *l.*
26 *fin.* vbi Salic *C.ſin.conſ.vel reliq.* † Tamen extendi-
tur etiam ad canonem rei emphyteoticæ, pro quo
etiam dabitur hypotheca tacita contra poſſeſſo-
rem prædij tanquam debeatur ex fructibus ipſius:
Bald. qui dicit menti tenendũ *in auth.ſi quas ruinas,*
col.4. num.5. in fin.C.de ſacroſ. eccleſ. quem ſequitur
Alex *conſ.79.nu 9.lib.1.* Afflict.*deciſ.95.num.5.*& ibi
Vrſil. *num.1.& 3* Aym. *conſ.17.num.5. ad med verſi.*
*addo.*Abo.*conſ.30.n.1 lib.2.* Gabr.*conſ.47. num.6.&*
*7.lib.1.*Fu *c.ſign.10. verſ.emphyteuta.*Socin.Iun *conſ.*
*70.num.14.lib.1.*Rip.*in l.1. § ſi heres,nu.11.ff ad Tre-*
bell. Alex de Nouo *conſ 95.n.7.& 8.* Gabr.Mudeus
in l.in venditione, in fin.ff.de act.empt. Iaſ.*in l.vlt. nu.*
73. & ibi Add.*in litt.b C de iur.emphyt* Marius Bur-
gius *de laudem. par.1. inſpect.9.num.6.in addit.nu.25.*
Amod. *eod. tit.quæſt. 45. in fin.* Franc. Marc. *deciſ.*
450.nu.2, part.2. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit.par.*
2. de bonis.q.8. nu.23 & 24 fol.76. dixi *ſupra cap.36.*
27 *num. 34.* Quidquid aliud ſentiat Roder. *de cenſib.*
lib.2. qu.22. num.43. fol.577. & quidquid poſt lon-
giſſimam diſputationem defendat Caldas *de extin-*
ctione emphyteuſ.lib.4 c.3.n.18. vſq.ad n.35 Quia non
eſt admittenda eorum opinio tanquam ſit contra
communem, & magis receptam ſententiam, prout
28 etiam teſtatur idem Caldas *d. c 3. n. 21.* cum etiam
vltra ſupra adductos, ita ſeruatur in Rota, vt per
Caſſid.*dec.5.n.2.verſ ſeu ex hoc quod res tranſit ad eum,*
de locat. iuxta *l.imperatores ff.de publica.c. ſi quis ſa-*
cris,16. q.1. Franc.*in c.vlt.§.fin.de offic.ordin.in 6.*
Maximè, quia ſemper primus emphyteuta in inſtru-
mento emphyteuſis obligat ſe, & omnia ſua bona
pro obſeruatione contractus, propter quam obliga-
tionem etiam vtile dominium rei emphyteoticæ
29 erit obligatum pro ſolutione canonis & laudemij,
& omnium onerum, & per conſequens ad quem-
cumque vadant talia bona, illa ſemper erũt obligata
pro canone, & laudemio: Paria de Put. & alij. de qui-
bus per Amod.*de laudem.qu.45.nu 24.* Mar.Burgius
ad tit.p.1. inſpect.9. n 5. Corbul. *de can. priuat. ob*
non ſolut.canon.quæſt.6. in fin.fol.58. Quamuis etiam
ſine tali inſtrumento & ſine prædicta clauſula pro
obſeruatione contractus, idem eſſet dicendũ, quod
30 competat hypotheca pro canone, † & laudemio,
cum ſimus in oneribus realibus, quæ tranſeunt cõ-
tra quemcumque poſſeſſorem rei emphyteoticæ:
Aym. *conſ.217. nu.5.* cum aliis ſupra allegatis.

EPITOME.

Nepos ex filio an teneatur ad debita patris quando ingreditur in locum illius ſuccedendo ſimul cum altero filio viuente. ¶ Et an talis ſucceſſio ſit legalis, ita vt nullum factum patris conſideretur, ſed ſolum perſona filij, adeo vt neque poſſit excludi per renuntiationem aut repudiationem patris. ¶ Et quando talis repræſentatio, & ſucceſſio ſit tranſmiſſiua, ſeu priuatiua. ¶ Inter nepotes ex diuerſis fratribus, ſi eſt concurſus ad ſucceſſionem patrui, an etiam illi ingrediantur in locum patris. ¶ Conuentio de non ſuccedendo facta à matre an præiudicet filiæ, quæ venit ex perſona propria. ¶ Nepos an iura ſuitatis nanciſcatur, & præteritus rumpat teſtamentum aui ſicut filius.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filio ſuccedit ſimul cum altero filio viuente & aſſumit locum ſui patris, non tamen tenebitur ad debita illius, n.2. Et quidquid habet non conſequitur à patre, ſed ab auo, nu.3.*

4 *Succeſſor nõ debet ſubire onera præ eo, à quo nihil habuit.*

5 *Repræſentatio, per quam filius ſubintrat in locũ patris, eſt legalis, in qua nullum factum patris conſideratur.*

6 *Filius qui ingreditur locum patris non dicitur ſuccedere ex perſona patris, ſed ex ſua propria, neq. excluditur per renunciationem, aut repudiationem patris, n.11.*

7 *Nepos iura ſuitatis acquirit, & præteritus rumpit teſtamentum aui, ſicut filius.*

8 *Hereditas non dicitur delata patri quando filius in ſucceſſione ſubintrat in locum illius, neque poſſet etiam ſi vellet ſuccedere ex perſona patris, cum non veniat tranſmiſſiuè, ſed priuatiuè, nu.9.*

10 *Inter nepotes ex diuerſis fratribus, ſi eſt concurſus ad ſucceſſionem patrui, tunc etiam illi intrant in locum patris.*

12 *Conuentio de non ſuccedendo facta à matre non præiudicat filiæ, quæ venit ex perſona propria.*

CAPVT DCCLXXXV.

NEpos ex filio præmortuo, quamuis ſuccedat
1 ſimul cum alio filio viuente, † & aſſumat lo-
cũ ſui patris, *§. cum filius, inſtit. de hæreditatib. quæ ab
inteſtat. deferunt.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 21. *n.* 6.
Menoch. *præſump.* 95. *n.* 6. *lib.* 4. Tamen non ex hoc
2 tenebitur ad debita ſui patris, † quia non eſt hæres
illius, neque aliquid ab eo conſequitur, ita vt cenſea-
tur quaſi contraxiſſe cum creditorib. defuncti adeũ-
do hæreditatẽ: Bald. *in l. mutuum, §. 1 ff. de acquir. hæ-
redit.* Dec. *conſ.* 254. *n.* 3. Curt. Iun. *conſ.* 120. *nu.* 7.
3 Surd. *conſ.* 143. *n.* 9. & 10. *lib.* 1. † Sed quidquid habet,
dicitur ei perueniſſe ab hæreditate ſui aui, qui præ-
ſumitur voluiſſe æqualiter prouidere nepoti ex filio
prædefuncto, ſicut ipſi filio ſuperuiuẽti quo ad bo-
na ab ipſomet auo immediatè prouenientia: Gloſſ.
penult. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo. vbi Alciat. *n.* 5.
verſ. & verisimile eſt, ff. de legat. 2. Menoch. *conſil.*
4 200. *n.* 29. & 30. *lib.* 2. † Vnde cum talis nepos non
acceperit bona à patre, ſed ab auo, non eſt æquum,
vt aliquod onus ſubeat pro patre, *l. imperator, § ſi
centum, ff. de legat.* 2. *l. plane, la* 2. *§. ſi cum ſtichus, de
legat.* 1. Caſtr. *conſ.* 193. *n.* 3. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 174. *n.* 9.
Bellon. *conſ.* 9. *n.* 9. Surd. *conſ.* 143. *n.* 10. *lib.* 1.

Neque obſtat, quod iſta hæreditas non acquiratur ne-
poti ex repræſentatione patris, in cuius locum in-
greditur, & ſic ex iſto commodo, quod habet à pa-
5 tre debet teneri ad debita ipſius. † Quia iſta repræ-
ſentatio eſt legalis, & ex beneficio legis ei conce-
ditur, neque in hoc conſideratur aliquod factum pa-
tris, cum lex ſolum habeat perſonam filij pro per-
ſona patris, tanquam ſe fundet in præſumpta mente,
& voluntate eius, de cuius ſucceſſione, & hæredita-
te agitur, lex enim præſumit, quod moriens puta
auus, ſeu patruus tacitè vocauerit filium loco pa-
tris: Menoch *præſumpt.* 95. *n.* 5. *lib* 4. & *conſil.* 357.
n. 33. *lib.* 4. Pariſ. *conſ* 38 *n.* 14. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 4 *n.* 30.
vſque ad 357. *lib.* 1. Cephal. *conſ* 489. *n* 57. *lib.* 4.

Cum igitur nullum factum patris conſideretur in iſta
repræſentatione, vt dictũ eſt, conſequens eſt, vt non
poſſit talis nepos moleſtari pro his, quæ pater geſſit,
maxime, quia licèt filius per iſtam repræſentationẽ
aſſumat omnes qualitates, & priuilegia, quæ compe-
tebant tam perſonæ ipſius patris, quã gradui, in quo
6 erat pater, † Tamẽ ex perſona ſua dicitur ſuccedere,
non autem ex perſona patris, qui ad hunc effectum
non eſt in conſideratione, cum omni tempore verè
fuerit illemet, in cuius locum ſuccedit, ita in puncto
concludit Bart *in l.* 2. *in fin. Cod. de liber. præterit. & in
l.* 1. *§ ſi ſit filius. ante med. verſ. ſed mihi non placet. ff de
coniungend. cum emancipat. liber. eius.* Decian. *conſ.* 2.
nu. 351. *lib.* 1.

Ideo talis nepos iura ſuitatis nanciſcitur, & præteritus
7 rumpit teſtamentum aui, † ſicut filius, *l. poſthumo-
rum, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. l. ſi auus C. de liber præte-
rit § poſthumorum, inſtit. de exhæred. liberor.* & in pro-
poſito ad oſtendendum, quod nepos ex perſona ſua
ſuccedat, non autem ex perſona patris, ita arguit
Decian. *d. conſ.* 2. *nu.* 351. & 352 *lib.* 1.

Quare etiam dicimus, quod ſi nepos vellet ex perſona
8 patris ſuccedere non poſſet, † cum non ſit delata
hæreditas patris: Bart. *in l.* 1. *§. ſi ſit nepos, col.* 1. *ff. de
collat. dot.* Curt. Iun *in l. illam. C. de collatio.* cum aliis
9 per Surd. *conſ.* 83. *num.* 12. & 13. *lib.* 1. † Vbi etiam,
quod nepotes non veniunt ex perſona patris tranſ-
miſſiuè, ſed priuatiuè: Bald. *in l ſi auus, C. de libe. præ-
terit.* Rub. *conſ.* 22. *nu.* 14.

Nec facit, quod ad effectum, vt nepos concurrat cum
patruo, opus eſt, quod ſi vult ſuccedere, ſubintret in
locum patris, cum alias patruus eſſet præferendus
tanquam proximior. Quia licèt hoc admittatur,
tamen aliud eſt ſuccedere in locum patris, aliud ſuc-
10 cedere ex perſona patris, † nam vbi inter nepotes ex
diuerſis fratribus eſt concurſus ad ſucceſſionem pa-
trui, tunc etiam intrant in locum patris: Bart *in l. li-
berorum, n.* 55. *ff de verb. ſignif.* Anchar. *in clem* 1. *de
baptiſm.* Vnde vanum eſt diſtinguere an ſuccedant
ex perſona propria, vel patris, cum ſemper iure pro-
prio ſuccedant, ita in ſpecie reſpondet Surd *conſ.* 83.
nu. 12. *in fin.*

Præterea, quando nepotes concurrunt cum patruo
quamuis tunc intrent in locum patris, tamen hoc
eſt, quia eandem portionem conſequuntur, quam
11 pater habuiſſet, † ſed in tali caſu non dicuntur ſuc-
cedere ex perſona & iure patris, ſed ex perſona
propria, ideo non excluduntur propter renunciatio-
nem, & repudiationem factam a patre, prout eſſent
excluſi, ſi paterno iuri inniterentur. Aym. *conſ.* 127.
12 *n.* 4. Surd. *conſ.* 85. *n.* 13. † Et paſſim conuentio de non
ſuccedendo facta à matre non præiudicat filiæ,
quę venit ex perſona propria: Bar. *in l quis ſuperſtes,
nu.* 2. & 3. *ff de acqu. hæred.* Alex. *conſ.* 75. *col. fin. lib.* 1.
Roland. *conſ.* 11. *n.* 4. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 15. *n.* 1. Natt.
conſ. 470. *n.* 14. Gabr. *de iur. dot. concl.* 1. *n* 45 *cum ſeq.*
Becc. *conſ.* 107. *n.* 16. Intelligẽdo tamen iuxta declara-
tiones latè adductas per Surd. *d. conſ.* 83, *per tot. lib.* 1.

EPITOME.

Oblatio verbalis quando ſufficiat ſtante recuſa-
tione partis tam expreſſa, quam tacita. ¶ Et an
operetur idem quod iudicialis cum conſignatio-
ne, & depoſito. ¶ Beneficium retractus an requi-
rat numerationem pretij. ¶ Vel ſatis ſit offerre. ¶ Et
quid ſi agatur de acquiſitione fructuum. ¶ Vel ad-
ſit incertitudo prouenieus ex culpa obligati ad re-
trouendendum. ¶ Et quando conditio habeatur
pro impleta, ſi ſtat per eum, cui eſt adimplendum,
ita vt currant fructus. ¶ Pendente cauſa ſuper
iure redimendi quando illa ſit prius terminan-
da antequam cognoſcatur validitas oblationis.
¶ In dubio iuris difficili an poſſit obiici, quod pre-
tium non fuerit depoſitatum, ſed ſolum verba-
liter oblatum. ¶ Conuentio, vt in retrouenditio-
ne prius ſoluatur integrum pretium an excludat
oblationem verbalem. ¶ Et quando ſit licita rece-
ptio poſt tempus cõſtitutum ad redimendũ. ¶ Clau-
ſula refectis expenſis an admittat oblationem.
¶ Conditio quomodo ſit adimplenda. ¶ Pactum
incontinenti appoſitum an habeatur pro parte pre-
tij. ¶ Et quid ſi fiat ex interuallo ſeu ex mera gratia
emptoris. ¶ Correſpectiuitas an excludatur ſtante
expreſſione cauſæ etiam in actu facto eodem
tempore. ¶ Oblatio tam realis cum depoſito, quam
verbalis an debeat eſſe pura, vt dicatur valida.
¶ Et quando poſſit fieri vltimo die & vltimo mo-
mento temporis etiam nocturno. ¶ Mandatum
ſpeciale an requiratur ad conſtituendum offeren-
tem in mora. ¶ Et an detur illius purgatio de æqui-
tate canonica ſtante pacto reſolutiuo. ¶ Citatio ge-
neralis an ſufficiat, vt competat ius redimendi, vel
debeat eſſe ſpecialis, continens cauſam retractus.
¶ Forma non ſeruata quando actus ſit ipſo iure
nullus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Oblatio verbalis ſufficit ſtante recuſatione partis tam expreſſa, quam tacita ſine iuſta cauſa recuſandi.*

2 *Iudicialis oblatio recuſata habet eũdem effectum prout extraiudicialis cum conſignatione, & depoſito.*

3 *Beneficium retractus non competit per ſolam oblationem abſque depoſitione pretij. Declara vt n. 4.*

5 *Conſignatio, & depoſitum requiritur poſt oblationem retrahendi ad effectum lucrandi fructus perceptos per emptorem.*

6 *Conditio habetur pro impleta quando impeditur adimplementum per eum cui eſt adimplendum, & currunt fructus à die oblationis.*

7 *Oblatio ſufficit abſque depoſito ſtante incertitudine proueniente ex culpa partis obligatæ ad retrouendendũ.*

8 *Depoſitum non requiritur ſtante lite an cõpetat ius redimendi, quæ eſt prius terminanda tanquam præiudicialis ad cauſam redemptionis, ſiue per modum incidentis, ſiue emergentis proponatur, n. 9.*

10 *In dubio iuris difficili non poteſt obijci, quod pretium non fuerit depoſitum, ſed ſufficiat oblatio.*

11 *In pacto de retrouẽdẽdo an admittatur oblatio verbalis.*

12 *Conuentio, vt in retrouenditione ſoluatur prius integrũ pretium excludit oblationem verbalem.*

13 *Verba* reſtituetis *important conditionem.*

14 *Conditio eſt adimplenda in forma ſpecifica, non per æquipollens.*

15 *Forma non ſeruata actus eſt ipſo iure nullus, & illi non poteſt renunciari, neque aliquid addi, aut detrahi.*

16 *Clauſula* refectis expenſis *non admittit oblationem.*

17 *Pactum retrouendendi incontinenti appoſitum habetur pro parte pretij, & minuit æſtimationem, ſecus ſi fiat ex interuallo, & ex mera liberalitate emptoris.*

18 *Agenti ex cauſa oneroſa magis ſuccurritur quam ex lucratiua.*

19 *Correſpectiuitas excluditur, quando adeſt expreſſio cauſæ etiam in actu facto eodem tempore.*

20 *Oblatio tam realis cum depoſito, quam verbalis debet eſſe pura, & nõ cõditionalis, vt dicatur valida, n. 21.*

22 *Cauſa eſt exprimenda ſuper oblatione retractus, ita vt non ſufficiat generalis citatio, ſeu interpellatio, n. 23. & de ratione, n. 24.*

25 *Non ſatis eſt litem eſſe motam, niſi etiam ſit inſtituta illa actio, contra quam præſcribitur.*

26 *Oblatio poteſt fieri non ſolũ vltima die, ſed vltimo momento etiam tempore nocturno. Intellige vt n. 27.*

28 *Mandatum ſpeciale non requiritur ad conſtituendum offerentem in mora.*

29 *Oblationes poſt tempus conſtitutum ad redimendum ſunt inualidæ, & n. 30.*

31 *Purgatio moræ non datur ſtante pacto reſolutiuo, neque de æquitate canonica.*

CAPVT DCCLXXXVI.

OMiſſis multis nullitatibus impedientib. prętenſam rem iudicatã, dę qua agebatur in cauſa Romana domorũ, cum illæ plenè diſcutiantur in facto, videbatur prima facie concludendũ eſſe, quod dicta res iudicata non obſtaret propter notoriã iniuſtitiam ſententiarum, quarum executio petitur: Etenim conſtat de oblationibus factis in tempore,
1 † quæ ſufficiunt, quãuis fuerint verbales, ſtante recuſatione partis, tam expreſſa, quã tacita, & nulla cauſa iuſta recuſationis interueniente latè Menoch. *conſ.* 952. *n.* 18. *vſque ad n.* 22. *lib* 9. poſt Claud. de Seiſell.
2 *in l. ſi mora n.* 9. *&* 10. *ff. ſolut. matrim.* † Maximè, quia ſumus in oblatione iudiciali, quæ recuſata operatur quantum illa, quæ fit extra iudicium cum conſignatione & depoſito: Natt. *conſ.* 631. *num.* 2. Surd. *conſ.* 142. *num.* 8. *lib.* 1. *& conſ.* 86. *num.* 28. *&* 29. *eod. lib. & conſ.* 331. *nu.* 39. 40. *&* 41. *lib.* 3. *& deciſ.* 262. *n.* 2. *&* 3.

Non obſtat, quod ad effectum retrahendi requiratur
3 etiam depoſitum, † vltra oblationem Io. And. Bertr. & alij relati per Tiraq. *de retract. conſang.* §. 7. *gl.* 3. *num.* 1. & de magis communi, quidquid alij diſſentiant, teſtatur Menoch. *conſ.* 756. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 8. quaſi tunc agatur de concedenda actione actori, vt in iudicio poſſit experiri, quo caſu requiritur etiam depoſitio pretij à ſe numerandi reo conuento: Bart. *in l. acceptam, n.* 5. *verſ. primo caſu. C. de vſur.* Bertazzol. *conſ. ciuil.* 18. *n.* 20. per text. *in l. ſi à te. C. de pact. inter empt. & vend.*

Quia prædicta procedunt in eo, qui vult formare
4 actionem, vt reſoluatur contractus, † ſecus vt cogatur quis reſtituere rem, quam reſtituere debet pretio dato confirmando, & purificando actum, quia tunc ſufficit oblatio: Bald. *in l. acceptam, nu.* 9. *in fin. verſ. vel dic. C. de vſur.* Caſſan. *conſ.* 41. *nu.* 17. *ad med. verſ. & ideo dico.* Caſtr. Alciat. & alij per Rimi. Iun. *conſ.* 5. *n.* 71. *lib.* 1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 32. *nu.* 11. Boer. *deciſ.* 124. *col.* 7. *poſt med. verſ. ſed contrarium in caſu præſenti, nu.* 25. *vſque ad* 28. Marſill. *ſing.* 479. *in fin. verſ. ſed ſcias, n.* 2.

Præterea contraria habent locum quantum ad lucrandum fructus perceptos per emptorem, tunc enim
5 † poſt oblationem requiritur etiam conſignatio, & depoſitio, prout diſtinguit *Lup. de vſur. ad l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend.* §. 3. *n.* 107. *ad fin. verſ. tu autem.* Milanenſ. *deciſ.* 4. *n.* 101. *&* 102. & ita etiam loquitur Tiraq *de retract. conſang. d.* §. 7. *gl.* 3. *n.* 1. *in fine*

Immo etiam erit locus acquiſitioni fructuum, quia cum ſtet per eum, cuius intereſt, conditionem non
6 impleri, † ne ſcilicet ea impleta teneatur rem reſtituere, tunc ſemper conditio habetur pro impleta tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, & conſequenter debet offerenti competere actio, & obligatio ex conuentione tanquam purificata per oblationem ita vt etiam à tempore oblationis incipiant fructus pertinere ad offerentem, dummodo tamen ſoluat vſuras pretij pro quantitate fructuum, quos recipiet. Nam ſi libere fructus ſuos vellet facere vltra oblationem, requireretur noua interpellatio ſeu depoſitio, quæ operabitur, vt ſine vlla recompenſatione fructus ad eum pertineant, vt poſt Aret. & alios concludit latè Barboſ. *in l. ſi mora,* 10. *n.* 67. 68. 72. *&* 75. *ff. ſolut. matrim. & in rubr. eod. tit. p.* 3. *n.* 71. *&* 72.

Accedat, quod neque depoſitum poterat fieri ſtante
7 incertitudine, † proueniente ex culpa partis aduerſę non docentis, quid retraxerit de ſupellectili vendita, & aliis de quibus in facto, cum etiam ad hoc fuerit pars interpellata ad calculandum, quod ſufficeret etiam ſine oblatione: Bart. *in l. creditor, ad fin. verſ. & prædicta vera, ff. de diſtract. pign.* Surd. *conſ.* 331. *n* 42. *lib.* 3. *& conſil.* 142. *n.* 9. *lib.* 1.

Amplius, neque eramus in caſu, in quo depoſitum eſſet admittendum, cum enim dubitaretur an
8 competeret ius redimendi, † prius debebat hæc cauſa terminari tanquam præiudicialis luitioni, & redemptioni, ne alias reus conuentus priuaretur exactione reddituum, vnde multò magis ſufficiebat oblatio, vt in terminis latè declarat Menoch. *conſ.* 301. *num.* 1. *&* 24. *vſque ad num.* 42. *lib.* 4.
9 † ſiue per modum incidentis, ſiue emergentis ſi-

milis articulus moueatur, cum ſemper nullitas cauſetur, ſi prius non cognoſcatur dicta cauſa præiudicialis: Bald. conſ. 375. præmitto, poſt princ. verſi. in contrarium, & verſ. præterea hic, non fuit lib. 1. Caſtr. conſ. 281. in cauſa iſta, col. 4. in fin. verſ. ſecundo quia ſi non erat terminatũ, lib. 1. Aym. conſ. 280. col. 1. verſ. breuiter
10 non arguendo, n. 1. & 2. Et generale eſt, † vt in dubio iuris difficili non poſſit obiici, quod pretium non fuerit depoſitum ſimpliciter, ſed ſufficiet oblatio, vt in ſpecie concludit Gabr. conſ. 56. n. 34. lib 1.

Verum quamuis prædicta multum faciant pro validitate obligationum, Tamen rectius conſiderando omnia ad huiuſmodi cauſam facientia: videtur notius concludendum eſſe, quod conſtet de illarum ir-
11 releuantia. † Nam quidquid ſit de opinione Ioan. Andr. & aliorum tenentium in pacto de retrouendendo poſſe admitti oblationem verbalem, cum contrarium tenuit Anchar. conſ. 331. num. 1. Tamen
12 iſta nõ applicantur caſui, de quo agitur, † cum adſit expreſſa conuentio, vt in retrouenditione ſoluatur integrum pretium ſcutorum 1700. quod prius erat adimplendum: Decian. conſ. 10. num. 8. lib. 1.
13 ſtantibus præſertim illis verbis reſtituetis, † quia conditionem important, l. ab emptione in princ. de pact. l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit l. cum ſtis agris ff. de vſur. Honded. conſ. 49. num 26. lib. 1. & conſ. 78. nu. 23. eodem lib. quæ conditio debet adim-
14 pleri in forma ſpecifica, † & non per æquipollens, l. qui hæredi, & l. mæuius, ff de cond. & demonſtrat. Bald. & Alex. in rubr. ff de liber. & poſthum. cum aliis per Surd. conſ. 186. n. 19. lib. 2. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 21. nu. 10. & de retract. conuent. §. 4.
15 gloſſ. 6. num. 31. cum ſeq. † Ita vt formæ nihil poſſit addi, aut detrahi, neque valeat illius renunciatio, adeo vt forma non ſeruata actus ſit ipſo iure nullus, prout omnia prædicta latè comprobat Scraph.
16 priuileg. iurament. 130. nu. 1. vſque ad 3. † Prout diximus de clauſula refectis expenſis, quæ non admittit oblationem. Put. deciſ. 115. in fin. lib 1. Rot. coram R. P. D. Robuſterio Romana legitimæ, 16. Martij 1587. & coram Cardin. Pamphilio Romana reſciſſionis contractus, 30. Octobris 1602.

Præterea ſumus in retrouenditione conceſſa ex mera gratia, & liberalitate ementis, qui talem facultatem dedit in contractu ſeparato poſt venditionem fa-
17 ctam, ita vt non poſſit dici res minus vendita † prout dicitur quando incontinenti promittitur retrouenditio, quaſi tunc tale pactum habeatur pro parte pretij, l. fundi partem, ff de contrah. empt. l. ſi quis putans, §. arbitrium, ff commun. diuid. Aret. in l. eandẽ, §. cum duo, in 2. nõtab. ff de duob. reis. Alex. in l. in bonæ fidei, num. 3. ad fin. C. de pact. Ruin. conſ. 66. nu. 9. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 58. num. 69. cum ſeq. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 10. n. 1. Socin. conſ. 288. in fin. lib. 2. Roland. conſil. 96. n. 41. lib. 1. Cephal. conſ. 370. num. 95. lib. 3. Vnde non poteſt inferri de vno
18 caſu ad alium, † cum ex cauſa oneroſa magis incurratur, quam ex cauſa lucratiua, tanquam illa ſit fauorabilior, quam iſta, l. ſciendum, ff ex quib. cauſ. maior. Honded. conſ. 34. nu. 8 lib. 1. Iaſ. in l. item quia, nu. 1. ff. de pact. Ita vt inter iſtos contractus non poſ-
19 ſit conſiderari aliqua correſpectiuitas, † quamuis etiam eodem die eſſent facta inſtrumenta, cum adſit expreſſio cauſæ procedentis à mera liberalitate, quæ excludit omnem correſpectiuitatem, quę poſſet oriri ex vicinitate temporis: Put. deciſ. 271. nu. 5. & deciſ. 490. nu. 2. lib. 2.

Additur, quod oblatio non eſt pura, cum non inter-
20 pellet ſolum pro pretio recipiendo, † ſed etiam pro docendo de ſolutione pecuniarum aſſertarum in venditione, & calculando, & alia faciendo, vnde non releuat. Angel. in l. qui liberis, §. & ibi Imol. num. 2. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. dixi ſupr. c. 160. num. 1. cum ſeq. Alex. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, n. 5. ff. de verb. oblig. Neguſ. de pignor. p. 5. membr. 3. part. 2. nu. 10. fol. 105. Gabr. de ſolution. conclu. 8. nu. 4. Grat.
21 conſ. 93. n. 75. lib. 1. † Quod etiam procedit in oblatione reali cum depoſito. Bart. in ſolutum, n. 5. ff. de ſolut. Bald. in l. acceptam, n. 14. in fin. vbi Caſtr. n. 12. C. de vſur. Gabr. conſ. 57. n. 6. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Cantuccio Bononien. damnorum & intereſſe, 16. Iunij 1578.

Accedat, quod ſolum fuit facta citatio ad dicendum contra iura, & videndum fieri proteſtationem, &
22 interpellationem, quæ cum ſit generalis, facit vt oblatio non releuet, debet enim eſſe ſpecialis pro cauſa de qua agitur: Tiraqu. de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 2. num. 3. Et paſſim in citatione requiritur ex-
23 preſſio cauſæ ſuper oblatione retractus, † ad hoc, vt effectum operetur, ita vt neque ſufficiat generalis perquiſitio ad reſpondendum in iure, vel petitionibus, Iaſ. in l. fin. in princ. col. 2. verſ. iterum limita, n. 6. ad med. ff. de eo per quem fact. erit. Caſtr. conſil. 10. lib. 1. Becc. conſ. 12. nu 9. Montet. deciſ. Arag. 21. n. 21. Sim. de Pret. conſil. 132. n. 80. lib. 1. Et eſt ra-
24 tio, † quia per huiuſmodi interruptionem præſcriptionis, pars prætendit cauſare malam fidem in emptore obligato ad retinendendum, vnde debet illi innoteſcere, & reddere eum certum, quod venditor eſt redempturus, alias non poteſt dici in mala fide, neque prætendit interrupta aliqua præſcriptio, ita in ſpecie pacti de retrouendendo concludit Surd.
25 deciſ. 5. num. 9. verſ. adde quod non ſufficeret. † Quia non ſatis eſt litem eſſe motam, niſi etiam ſit inſtituta illa actio, contra quam præſcribitur, l. ſicut. C. de præſcript. triginta annor. Corn. conſ. 181. col. penult. verſ. non obſtat quod ante impleres. lib. 2.

Quibus additur, quod licet oblatio fieri poſſit non ſolum vltima die; ſed etiam vltimo momento,
26 † quamuis illud eſſet etiam nocturno tempore. Felic. in l. non minorem, in fin. de tranſact. Caſtr. conſ. 41. quia ceſſus in fin. Tamen hoc procedit, niſi poſt illum actum remaneret aliquid faciendum, quod non poſſet intra illum terminum expediri, prout
27 eſt caſus noſter, in quo in fine termini non fuit ſimpliciter interpellatum pro pretio recipiendo, ſed pro docendo de ſolutione pecuniarum, & de calculando, quæ omnia procul dubio non poterant in eodem termino expediri, & per conſequens oblatio non afficit, neque vllum effectum operatur: Socin. conſil. 105. viſis teſtibus. col. ver. ſecundo principaliter lib 4. Tiraq. de retract. conuent. 4 gloſ. 7. n. 42. in fin.

Quo vero ad obiectum recuſationis oblationis, non verificatur in facto, immo potius conſtat, quod pars interpellata ad recipiendum pecunias oſtendit ſe paratam recipere, & quamuis iſta reſponſio non fuerit facta, vt prætenditur per procurato-
28 rem habentem ſpeciale mandatum, tamen ad conſtituendos aduerſarios offerentes in mora, talis ſpecialitas non requiritur: Felin. in cap. cum in ferrarienſis, in 6. concluſ. verſ. ſecundo fallit. nu. 45. & 46. vbi Rip. n. 141. de conſtitut. Io. Bolog. in l. non ſolum, §. morte, nu. 237. ff. de nou. oper. nunciat. Rot. coram

ram

ram Cardin. Plato Reatina caſtri poſtæ, 29 Maij, 1589. iuxta *l. ſi quis ſolutio e, 6. 1. ff. de vſur.* poſt Bart. *in l. ſi ſeruum §. nunc videamus, ff. de verb. oblig.*

Ex prædictis patet quod omnes oblationes fuerunt inualidæ tanquam factæ poſt tempus conſtitutum ad
29 redimendum, † quo elapſo non eſt amplius locus retrouenditioni: Socin. 241. *nu.* 14. *lib.* 2. Dec. *in l. petēs. col.* 3. *Cod de pact. & conſ.* 308. *in caſu ad nos tranſmiſſo, col.* 2. *verſ. quarto accedit, in fin.* Guid. *conſ.* 87. *n.* 5. *& conſ.* 94. *n.* 51. Cagnol. *in l.* 2. *col* 4 *verſ. differentia tamen eſt, C. de pact. int. emp. & vend.* Iaſ. *in l ſi quis ita promiſerit, §. ſera cautt, col.* 4. *ve ſ. bene facit, ff. de ver. obl.* Tiraq. *de retract. conuen. §* 2. *gloſ* 2. *nu.* 43. *vſque ad* 55. vbi reſpondet Bart. & Dyn. *in l. cum qui ita § qui ita ſtipulatur ff. eod. tit. de verb. oblig.* & latè dixi *ſupra cap.* 207. *nu.* 15. *cum ſeq.* iuxta tex. clarum *in l. ſi creditor, §. illud. ff. de diſt. act. pignor.* Card Mant. *de tacit. & ambig. comment. lib.* 4. *tit* 31. *n.* 34. *vſque ad* 51.
30 ¶ † Et ita in huiuſmodi cauſa Romana domorum plures, & plures propoſita ex prædictis, & multis aliis ſimilibus rationibus fuit deciſum per Rot. coram Sanctiſſimo Gregor XV. 19. Ianuarij 1611. & iterum, 10. Iunij 1611. & denuo, 18. Maij 1612. in quibus deciſionib. etiam latè reſpondetur ad nullitates, quæ obiiciebantur, ita vt merito fuerit declaratum oblationes non fuiſſe validas, neque amplius eſſe locum retrouenditioni, & conſtare de re iudicata, prout pars poſtea acquieuit ſententiis in eadem
31 cauſa latis, † cum etiam nulla detur purgatio moræ ſtāte pacto reſolutiuo, neque de æquitate canonica: Alexand. *in l. ſi inſulam, n.* 24. *de verb oblig.* iuxta *l. commiſſoria, C. de pact. inter empt. & vend.* Bald. & Aimatot. *in cap. l. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amiss.* Gabr. *de tranſact conclus* 1. *n* 14. Grat. *conſ.* 49. *n.* 25. *lib* 1. *& conſ.* 93. *nu.* 77. *eod. lib.* Menoch. *conſ* 718. *n.* 9. *lib* 8. Put. *deciſ.* 46. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 452. *n.* 17. Seraphin. *priuileg. iur. am.* 48. *num.* 20. & ibi Addit. *n.* 15. *ad mod.* Mancin. *eod. tit. part.* 4. *effect.* 13. *n.* 17.

EPITOME.

In actione reali de iure communi an procedatur ad excommunicationem, ſi non poteſt fieri immiſſio in poſſeſſionem bonorum. ¶ Habens plura remedia, & actiones quando poſſit eligere quam velit. ¶ Cenſuræ an relaxentur contra vnum ex obligatis non habentem aliqua bona, ſi adeſt alius in ſolidum cum eo obligatus, contra quem poſſit fieri executio perſonalis, & realis. ¶ Actio pro euictione quando competat ſolum pro parte rei euictæ, & an reſtitutio pretij ſit facienda pro rata. ¶ Et quando ad hunc effectum attendatur potius bonitas, ſeu menſura fundi. ¶ In caſibus, in quibus imminet euictio, ao poſſit retineri pretium in totum, vel tantum pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes.

SVMMARIVM.

1 *Cenſuræ non poſſunt relaxari contra vnum ex obligatis non habentem aliqua bona, ſi adeſt alius cum eo in ſolidum obligatus, contra quem poteſt fieri executio perſonalis, & realis, nu.* 2. 4. *&* 5.

3 *In actione reali de iure communi proceditur ad excommunicationem, quando non poteſt fieri immiſſio in poſſeſſionem bonorum.*

6 *Creditor non eſt grauandus in mutatione iudicij, & actionis, neque ei debet tolli ius quæſitum ex contractu.*

7 *Habens plura remedia, & actiones poteſt eligere, quam vult proſequi.*

8 *Actio pro euictione non competit, niſi pro parte rei euicta, & reſtitutio pretij non fit, niſi pro rata. Declara vt nu.* 10.

9 *In caſibus, in quibus imminet euictio, non poteſt retineri pretium, niſi pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes.*

11 *Menſura fundi non attenditur, ſed bonitas illius.*

CAPVT DCCLXXXVII.

Pro eodem debito ſi fuerint duo inſolidum o-
1 bligati in forma Cameræ, † ſi contra vnum tantum poteſt deueniri ad executionem realem, vel perſonalem, non poſſunt relaxari cenſuræ in ſubſidium ad inſtantiam creditoris contra alterum, aduerſus quem non poteſt fieri executio realis, nec perſonalis, prout reſoluit Congregatio Concilij, cuius decreti tenorem refert Prax. Archepiſc. Neapol. *c.* 68. *n.* 1. *&* c. 117. *n.* 3.

Quo decreto ſtante, non poſſunt reuocari cenſuræ cōceſſæ, quia conſtat de illarum iuſtitia, nam pro adimplemento cedulæ, & fideiuſſionis præſtandæ nullius
2 alius reperitur obligatus, niſi ſolus Iulius, † vnde nō poteſt eſſe conſultum agenti ad implementum, niſi agendo contra eum, qui ſe obligauit, & cum factis diligentiis contra bona, & perſonam obligati nihil reperiatur, meritò fuit deuentum ad cenſuras iuxta formam Concil. *c.* 3. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* quod
3 etiam eſt de iure communi, † ſecundum quod in actione reali proceditur ad excommunicationem, quando non poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem bonorum, c. *ſua fraternitatis, vt lit non conteſtat.* Prax. Archiepiſcop *d c.* 68. *n* 1. Si enim adeſſent alij obli-
4 gati, † contra quos poſſet agi pro eadem cauſa adimplementi, tunc niſi illis excuſſis, non deueniretur ad cenſuras, prout præſupponit dicta declaratio Concilij, iuxta *auth. hoc ſi debitor. C. de pignorib.* Neguſ. *eod. tit. membr.* 1. *p.* 8. *nu.* 14.

Neq; obſtat, quod agens ad implementū poſſit omiſſa iſta actione diſdicere ſocietatem, & repetere ſortem principalem, & fructus ab aliis obligatos, & ſic erit ſibi conſultum per iſtam viam abſque eo, quod feratur excommunicatio contra Iulium. Quia de-
5 claratio, † Congregationis Concilij ſolum decidit debere eſſe tales cenſuras in ſubſidium, quando pro eadem cauſa, quæ agitatur non adeſt alius, contra quem poſſit fieri executio pro eo, quod debetur, non autem loquitur, quando ageretur ex diuerſis cauſis, cum in facultate ſocij creditoris ſit velle continuare ſocietatem, & agere ad implementum promiſſum iuxta formam inſtrumenti, & ſi pars aduerſa non vult adimplere, poteſt per eam diſdici ſocietas, & ſolui ſors principalis cum fructibus, & ſic ceſſabit implementum, & excommunicatio. Vnde non
6 eſt grauandus creditor in mutatione iudicij, & actionis, † cum enim ex conuentione habeat obligatum ſocium ad dandam ſcedulam, & fideiuſſionem, non debet ei tolli ius ſibi quæſitum ex contractu, *l. eas obligationes, de capit. diminut.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 4. *n.* 12. *&* 13. Decian. *conſ.* 25. *n.* 50. *cum ſeq. lib.* 1. Aym. *conſ.* 669. *n.* 7 *in fin.*

Et cum creditor habeat plura remedia, & plures
7 actiones, quæ ſibi ex contractu competunt, † eſt in eius electione proſequi quam voluerit, *l. ſi mulier. §. vit. ff. quod metus cauſ.* Card. Mantic. *de tacit. &*

ambig. conuent. lib 16. *tit.*6. *n.*11. poſt Bart. *in l recuſare.* §. *iutius ff. ad Trebell. & l. centurio,n.*38. vbi Aret. *nu.*16. *verſ. & in quantum , ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Fulgoſ. *conſ.*23. *nu.*5. Socin. Iun. *conſ.*128. *nu.*4. *lib.*1.

Quo ad alterum dubium videbatur dicendum , quod
in caſibus in quibus datur actio pro euictione , illa
8 non competat , niſi pro parte prædij euicti , † ita vt
reſtitutio pretij ſit tantum facienda pro parte, *l.* 1.&
ibi Gloſſ. Bart. & Alex. *ff. de euict.* Idem Bart. *in l. ſi dictum,*56. §. *in ſtipulatione ff. eod. tit.* iuxta *l. bonitatis,*13. *cum duab. legib. ſeq l. qui fundum,*45. *l. ex mille.* 64. *l. qui libertatis,*69 §. *ſi l. naue.* 36. *ff eod. tit. de euict.* Bald. *in l. vlt. C. de commun. rer. alienat.* Dec. *conſ.*483. *prareſolutione litis, num.*15. Franc. Aret. *conſ.*129. *col.*1. *ad med. verſ. aliquando plures vendunt, n.*1. *ad med* Caball. *de euict* §. 5. *nu* 84. *&* 85. *fol.*255. & latius *in addit. in litter. l. in verb. euincitur pars, fol.*333. Roſental. *de feud. c.*8. *concl.*29 *num.*6. *fol.*468. Beec. *conſ.* 106. *nu.*43. Surd. *conſ.*104. *nu.*6. *lib.*1. *& conſ.*359. *nu.*30. *lib.*3. *& deciſ.*295. *nu* 5. *verſ. tertio dicebat, & nu.*18.
9 *ad med.* † vbi etiam, quod in caſibus, in quibus imminet euictio, non poteſt retinert pretium, niſi pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes Io. Andr. ad Speculat. *de empt. & vend.* §. 2. *nu.*8. *in verb. quia iſta, in fin.*

Verum prædicta ſunt intelligenda habito reſpectu ad
bonitatem fundi, qui ſi fuerit venditus pro mille,
10 † & euineatur quarta pars illius, quæ pro ſui boni-
tate valeret dimidiam iſtorum mille, competet eui-
ctio pro dimidia iſtorum mille , non pro quarta
11 parte , cum non attendatur menſura, † ſed bonitas
fundi : Caſſ. *in l. ſi ex falſis.* 42. *n.* 11. *in fin. verſ. & eodem modo ſi verde,* vbi Salic. & Rimin. *C. de tranſact.* Vbald. *de duob. fratrib. p.* 11. *q.* 12. *verſ. nec debent partes aſſignare* Parpal. *in repet. l. placet, verſ. & an ſtetur aſtimationi, C. de ſac. ſanct. eccleſ.* latè Bart. *q.*46. *n.*8. iuxta *l. ſi in qualitate,*23 *ff de ad:mpt. l. ſi fundo vendito.*16. *l. ſi duorum fundorum,*43. *l ſi ſeruum mihi,*4. vbi Fulgoſ. & Caſtr. *ff. eod. tit.* Ang. *in l. creditoris, de diſtract. pignor.* Doctor. *in l. quid aliud ſunt iura,*8 *ff. de verb. ſignific.*

EPITOME.

Tranſactio , & diuiſio iurata an ſit reſcindenda propter enormem , ſeu enormiſſimam læſionem. ¶ Vel ob falſitatem , & errorem cauſæ , quod bona ſint hæreditaria, ſeu communia, cum tamen eſſent propria. ¶ Et quid ſi ea alia cauſa poſſet ſuſtineri. ¶ Vel quando ſumus in maiore ¶ Vel ſi adſint clauſulæ ex certa ſcientia, vel ſimiles ampliſſimæ. ¶ Vocatio fratrum , & illorum filiorum naſciturorum an cenſeatur ordine ſucceſſiuo, & per fideicommiſſum. ¶ Renunciatio *l. de his, C. de tranſact.* qualis debeat eſſe , vt operetur. ¶ Filius quando præſumatur acquiſiuiſſe potius de bonis hæreditariis paternis, quam propriis. ¶ Prohibitio alienationis cum expreſſione, vt conſeruentur bona in familia, an faciat, vt filij in conditione poſiti ſint ſubſtituti per fideicommiſſum. ¶ Præſumptio quod quis acquirat, & dicetur an habeat locum non probata cauſa , & induſtria. ¶ Renuncians cum clauſula *omni legum auxilio,* & ſimilibus verbis generalibus quando dicatur renunciaſſe fideicommiſſo ¶Et an ſit probanda ſcientia præciſa illius, & quod renunciatio non poſſit in alio iure verificari.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio etiam iurata reſcinditur propter enormiſſimam læſionem, ſecus enormem.*
2 *Falſitas, & error cauſæ, quod bona ſint hæreditaria, cum tamen ſint propria, facit, vt tranſactio ſit ipſo iure nulla non obſtante iuramento.*
3 *Tranſactio, & iuſiurandum habet tacitam conditionem veritatis cauſa.*
4 *Diuiſiones ſunt inualidæ, ſi fiant de bonis communibus, cum tamen verè non ſint talia & n.*5. *Amplia quamuis ex alia cauſa poſſent ſuſtineri, n* 6.
7 *Vocatio fratrum, & illorum filiorum naſciturorum cenſetur ordine ſucceſſiuo , & per fideicommiſſum. Et quid ſi vocantur æquis portionibus , & quod vnus ſuccedat alteri, n* 8.
9 *Prohibitio alienationis cum expreſſione cauſa conſeruationis bonorum in familia facit , vt liberi in conditione poſiti ſint ſubſtituti per fideicommiſſum.*
10 *Diuiſio erronea non nocet etiam maioribus non obſtãte iuramento, & clauſula ex certa ſcientia, cum ſimilib.*
11 *Scientia ſpecialis requiritur de omnibus contentis in teſtamento, nu.*23.
12 *Renuncians cum clauſula* omni legum auxilio , *& cum verbis ampliſſimis non cenſetur renunciare fideicommiſſo , niſi probetur explicita ſcientia illius, & quod renuncians non poſſit in alio iure verificari.*
13 *Renunciatio diſpoſitioni* l. de his. C. de tranſact. *debet eſſe ſpecialis, & nu.*14.
15 *Filius præſumitur acquiſiuiſſe de bonis hæreditariis paternis n.*16. *niſi cõiectura adſint pro filio. n.* 17. *&* 19.
18 *Identitas bonorum quando præſumatur.*
20 *Præſumptio , quod quis acquirat , & dicatur procedit probatur cauſa, & induſtria, & nu.*21.
22 *Aſſertioni patris ſtandum eſt.*
24 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem.*
25 *Filius dicitur creditor in legitima, quæ nullum recipit grauamen.*

CAPVT DCCLXXXVIII.

TRanſactio eſt reſcindenda, cum fuerint diuiſa
bona tanquam hæreditaria paterna, quæ ta-
men verè non erant talia, ſed pleno iure ſpectabant
ad Antonium vigore fideicommiſſi, de quo in teſta-
1 mentis exhibitis, † quo caſu tranſigens dicitur enor-
miſſimè læſus, & per cõſequens datur reſciſſio tran-
ſactionis etiam iuratæ, quidquid alias ceſſante enor-
miſſima læſione, non daretur iuxta magis commu-
nem, & veriorem opinionem, quam ita diſtinguen-
do tenent Doctores de quibus latiſſimè Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*26. *tit* 9. *n.*23. *vſque ad* 31. Aym. *conſ.*151. *n.*26. *in fin. & conſ.*192. *n.*3. Gabr. *conſ.*158. *n.*48 *cum ſeq. lib.*1. Natt. *conſ.*548. *n.*12. Surd. *cõſil.*451. *n.*9. *lib.*3. Dec. *conſ.*202. *vt vera reſolutio. n.*4. & ibi Add. *in verb maximus.* Pariſ. *conſ.*12. *n.*102. *lib.*2. Rim. Sen *conſ* 315. *n.*2 *&* 3. Ceph *conſ.*157. *n.*57. Grat. *conſ.*88. *n.*2. *in fi. lib.*1. Socin. Iun. *conſ.*129. *n* 48. *lib.*1.

Immo etiam ſtante falſitate , & errore cauſæ , quod
bona eſſent hæreditaria , cum tamen eſſent pro-
2 pria, † tranſactio eſt ipſo iure nulla quamuis adfue-
rit iuramentum , tanquam non adſit conſenſus,
quo deficiente non adeſt aliqua obligatio , neque
eſt neceſſaria abſolutio, prout latè comprobat Surd. *conſil.*37. *nu.*9. *vſque ad* 13. *lib.*1. poſt Bald *in l. fin. columna.*1. *verſ quarto poteſt ſperari ff. qui ſatiſdar. cogant.* Caſtr. *conſil.*377. *num.*2. *lib.*2. Socin. *conſ.*10. *num.*7.
3 *lib.* 1. † Tranſactio enim , & iuramentum habent
tacitam cõditionem, niſi adſit error, & falſa cauſa:

Dec.

Dec. *conſ* 408. *n.*7. Aym. *conſ.* 44 *n.*17. Cephal. *conſ.*
207. *n.*67. Rol. *conſ.*13. *n.*29. *&* 30. *lib.*1. Menoch.
conſ. 14. *n.*7. Becc. *conſ* 90. *n.* 10. *vſque ad* 11. *& conſ.*
109. *n.*2. Pariſ. *conſ* 89 *n.*71. *lib* 1.

Et paſſim diuiſiones, & tranſactiones ſunt inualidæ,
& nullæ quando ſunt factæ tanquam de bonis com-
munibus, & hæreditatis, ſi vero poſtea appareat,
4 † quod non ſunt talia, *l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur.*
& fact. ignor. Ruin. *conſ.*167. *nu.*5. *in fin. & n.*13 *cum*
5 *ſeq. lib.*2. vbi de diuiſione facta per eum, † qui crede-
didit alium vocatum ad fideicommiſſum, cum ta-
men ipſemet eſſet ſubſtitutus, quo caſu diuiſio eſt
nulla: Surd. *conſ.* 37. *numer.* 11. *lib.* 1. Card. *in l. vlt.*
§. idem quæſit. de condi indeb. & conſ. 125. *dubitatur*
*n.*11. *lib* 2. Bald. *conſ.* 386. *lib.*1. Alex. *conſ.*168. *n.*1.
6 *lib* 5. Aym. *conſ.*26 *ad fin.* vbi ampliat quamuis talis
diuiſio poſſet ex alia cauſa ſuſtineri: Idem Aym.
conſ 188. *n.*9. *& conſ.*221. *n.*8. Natt. *conſ.*77. *nu.*12.
& latiſſime comprobat. Becc. *conſ* 90. *nu.* 9. *& per*
*tot. lib.*1. Dec. Alex. & alij *in l. ſi ſoror. C. de collat.*

Quod autem bona, de quibus in tranſactione non ſunt
hæreditaria, ſed propria ipſius Antonij, clarè appa-
7 ret † cum ipſe fuerit vocatus per fideicommiſſum
in teſtamento Petri, in quo non ſolum inſtituuntur,
& expreſsè vocantur nominatim fratres ſed etiam
illorum filij naſcituri, inter quos fit Antonius fi-
lius vnius ex dictis fratribus, tunc enim cenſentur
vocati ordine ſucceſſiuo, & per fideicommiſſum,
ex quo tempore inſtitutionis non erant nati: Dec.
conſ. 247. *viſa petitio e, col.* 2. *in fi.* Bal. Soc. in. Al-
ciat. & alij de quibus per Card. Mantic. *de coniect.*
vlt. volunt. lib. 4. *tit* 7. *nu* 27. Aym. *conſil.*21. *n.*7. *&*
9. Rot. *diuerſ. deciſ* 579. *nu.*10. *&* 11 Card. Seraph.
8 *deciſ.*934. *nu.*8. *p.*1. † Stante præſertim vocatione
pro æquis portionibus, quæ eſt ſolum reſpectu ne-
potum, non autem filiorum, qui ideo non poſſunt
venire in prima vocatione, prout etiam præſuppo-
nunt verba illa, quod vnus ſuccedat alteri, & è con-
uerſo: Socin. Iaſ. & alij *in l gallus. §. quidam recté.*
ff de liber. & poſth Decian. *conſ* 16. *nu.* 37. *lib.*2. Dec.
*conſ.*105. *nu.*6. Ruin. *conſ.*100. *n.*3. *&* 5. *lib.*2.

Idem eſt reſpectu teſtamenti Hieronymi, vbi adeſt
9 expreſſa prohibitio alienationis, † cum expreſſione
cauſæ, quia teſtator voluit, quod bona remaneant
in familia, tunc enim videtur voluiſſe etiam libe-
ros maſculos in conditione poſitos per fideicom-
miſſum ſubſtituere iuxta communem opinionem,
de qua Pariſ. *conſ.*6. *n.*26. *lib.*3. Ruin. *conſ.*301. *n.*25.
*lib.*2. Card Mantic *de coniect. vlt. volunt. lib.*11. *tit.*3.
num 15.

Cum igitur ex prędictis appareat de diuiſione erronea,
ſiue error conſiſtat in iure, ſiue in facto, nunquam
10 nocet diuiſio, † quamuis ſimus in maioribus, non
obſtante iuramento, ſiue clauſula ex certa ſcientia,
vel ſimilibus, ſolitis apponi in huiuſmodi diuiſioni-
bus, prout latè concludit omnibus obiectis reſpon-
dendo: Becc. *conſ.*90. *nu.*9. *vſque ad* 21. *lib.*1. Ma-
11 ximè, quia non ſufficit quælibet ſcientia, † ſed re-
quiritur ſpecialis de omnib. contentis in teſta-
mento cum viſione verborum fideicommiſſi, illo-
rúmque expreſſione iuxta, *l. de his. ff. de tranſact.* cum
alias renunciatio, & diuiſio non valeret: Oſaſ. *de-*
*ciſ.*122 *n.*6 Rip. *in l. qui Romæ, § duo fratres, n.*64.
ff. de verborum obligat. Curt. Iun. *conſil.*92 *num.*4.
Pariſ. *conſil* 95. *nu.*25. *lib.*3. Andr. Gail *obſeru.*129.
n 10. *lib* 2. Roland. *conſil.* 11. *n.*26. *lib.*1.

Et clauſulæ generales, & ampliſſimæ, quæ ex aduerſo
allegantur cum renunciatione omni legum auxi-
12 lio, † ac cuicumque iuri, quod quis habet, vel ha-
bere ſperat, cum ſimilibus verbis non ſufficiunt
ad hoc, vt cenſeatur renunciatum fideicommiſſo,
duo enim copulatiuè debent concurrere ad iſtum
effectum, & quod probetur adeſſe explicatam
ſcientiam fideicommiſſi, & quod renunciatio non
poſſit in alio iure verificari, prout latè concludunt
Surd. *conſ.*395. *n.*22. *vſque ad* 25. *lib.*3. poſt Bart. *in*
*l. qui Romæ, § duo fratres, n.*19. *de verb. oblig.* Curt.
Iun. *conſ.*23. *n.*2. Ruin. *conſi.*98. *nu.* 27. *lib.*4. Grat.
*conſ.*17. *n.*46. *lib.*1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 52.
nu. 32.

Non obſtant deciſiones coram R. P. D. Manzanedo
Viterbien. bonorum, 20. Iunij 1614. & in eadem
13 cauſa coram R.P D. Rembuldo, Iunij 1615. † Quia
in eis fuit in ſpecie cum iuramento renúciatum diſ-
poſitioni, *l. de his. ff. de tranſact.* quod non eſt in ca-
ſu noſtro, in quo non adeſt talis renunciatio. Vnde
non mirum, ſi tunc cenſetur renunciatum fidei-
14 commiſſo, † ſtante ſpeciali renunciatione *d. l. de his.*
Rip, *in d. § duo fratres, nu.*71. vbi Gent. *n* 110. Pe-
regr. *de fideicommiſſ. art.*12. *nu.*49. Card. Mant. *de*
tacit. & ambig. conuent. lib 26. *c.* 2 *n.*31.

Nec facit, quod non probetur bona, ſuper quib. fuit
tranſactum, eſſe ſubiecta fideicommiſſo. Quia ſa-
tis eſt, quod in teſtamento Petri relinquantur om-
nia bona in caſtro nominato ſuis filiis. Quamuis
enim dicti filij potuerint acquirere in eodem loco
alia bona, Tamen præſumptio eſt contra filios,
15 † quod talia bona præſumantur eſſe de bonis hære-
ditariis paternis, & ſic de ſubiectis fideicommiſſo,
non autem de bonis propriis filiorum, quibus in-
cumbet onus probandi, quod ad ipſos, non ad pa-
trem talia bona pertinent, cum filij præſumantur
habuiſſe bona à patre, non autem aliunde acquiſi-
uiſſe. Gloſſ. *in l. c. in oportet, in verb. ex eius, in fin.*
16 vbi Bart. *C. de bon quæ liber.* & concludit multa ad-
ducens Mazar. *de fideicommiſſ. part.* 3. *qu.*59. *verſ.*
*quando autem non eſſet expreſſum, n.*8 contra quem li-
cet teneat Peregrin. *eod. tit. art.*44. *n.*21. Tamen ve-
rior eſt opinio Mazar. cum bona reperta apud fi-
17 lios ex præſumptione iuris, † dicantur potius per-
ueniſſe ad eoſdem filios ex hæreditate paterna, niſi
coniecturæ exiſtant pro filiis: Alexand. *conſil.*31.
*n.*8. vbi Natt. *in addit. in verb. etiam ſi non appareant*
*lib.*4. Socin. *conſil* 92. *col.* 9. *verſ. circa primam diffi-*
*cultatem lib.*1. Iaſ. *conſ* 25. *lib.*1. Bald. *in authent. ex te-*
*ſtamento, col.*4. *n.*7. *verſ. vndecimum capitulum, C. de*
*collat. & in l. iubemus. §.*1. *C. ad Trebell. & in l.*2. *C. de*
patr. poteſtat. Natt. *conſil.*558. *n.*8. *in fin. verſ. & ideo*
ſi quis naſcatur. & verſ. ſic etiam dicendum. Zal. *conſ.*
18 5. *n.*19. *lib.*1. † vbi etiam concludit, quod identi-
tas bonorum, non diuerſitas præſumenda eſt: Bart.
& alij *in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de legat.*2.
Et quando filius præſumatur acquiſiuiſſe aliunde,
19 quam ex re patris, † multa Menoch. *præſu.*50 *lib* 3.

Neque obſtat, quod quis præſumatur acquirere, ac di-
tari *l. ſi defunctus. C arbitr. tutel.* Quia iſta eſt præ-
20 ſumptio leuis, & non habet locum niſi probata
cauſa, & induſtria, cum alias, illa non exiſtente, non
præſumatur pro acquiſitione, † & diuitiis: Salic *in*
*l. quod nomine, nu.*2. *verſ. ſed his non obſtantibus ff de*
condict. indeb. latè Gutier. *de tutel. p.*3. *c.*46. *nu.* 13. *&*
*n.*26 Menoch. *præſump.* 28. *n.*11. *lib.*6. Pariſ. *conſil.*99.
*n.*54. *&* 55 *lib.*3.

Quamuis hæc dicta ſint ex abundanti, vt reſpon-

deatur ex aduerſo allegatis. Cũ appareat ex inſtrumento venditionis, quod aduerſarij aſſerunt iſta bona eſſe ſubiecta fideicommiſſo, & in eo narrantur teſtamenta, & propterea fuit ab eis obtenta de-
22 rogatio. Vnde ſtandum eſt, † illorum aſſertioni. *l. cum precum. C. de liber. cauſ.* Surd. *conſil. 19. n. 10. lib. 1.* Et licet ex aduerſo negetur iſtud inſtrumentum eſſe de actis, Tamen in facto conſtat contrarium, & adeſt copia originalis data ipſimet Iudici.

Nec aduerſatur, quod in tranſactione fuerit renunciatum fideicommiſſis in plurali numero, vnde hæc locutio comprehendet omnia fideicommiſſa etiam
23 patruorum. † Quia fuit ſimpliciter dictum de fideicommiſſo patris, non de aliis, de quibus non aderat notitia, cum tamen illa eſſet probanda: Surd. *conſil. 305. nu. 22. lib. 3.* Quamuis etiam ſi eſſet dictum de
24 fideicommiſſis in plurali, † nihilominus etiam pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, cum non fuerit per partes cogitatum niſi de vno fideicommiſſo patris, *l. Lucius. §. Caio. ff. de vulg. & pupill.* Imol. *in l. vlt. §. filia. ff. de legat. 2.*

Quod debeant reſtitui accepta non obſtat, Quia nihil fuit receptum, immo diuiſio non habuit effectum, cum vſque modo retineantur per aduerſarios bona, quæ debebant conſignari Antonio, quæ licet
25 habuerit tertiam partem locorum Montium, † Tamen habuit pro legitima ſibi debita in bonis patris, quam non tenetur reſtituere, cum nullum recipiat grauamen, & in ea filius dicatur creditor, *l. quoniam in prioribus, & l. omnimodo. C. de inoffic. teſtament.* Surd. *conſ. 192. nu. 5. vſque ad 10. lib. 2.*

EPITOME.

Confeſſio iurata quando poſſit reuocari poſt acceptationem, & ius quæſitum parti. ¶ Et quæ probationes requirantur ad docendum de illius errore. ¶ Et an teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, tam in perſonis, quam in dictis, reddendo rationem etiam ſi non fuerint interrogati. ¶ Et an ſit probanda qualitas bonæ opinionis, & famæ. ¶ Negatiua an requirat ad illius probationem, quod adducatur ratio abſque interrogatione ſiue ſimus in criminalibus, ſiue in ciuilibus.

¶ Probatio valoris, & fructuum an ſubſiſtat non probata quantitate bonorum. ¶ Confeſſio in precibus an magis afficiat, quam in alio actu. ¶ Et quando profit abſenti, quamuis preces eſſent ſubreptitiæ, & contra eas fuiſſet iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio iurata, & per partem acceptata non poteſt reuocari propter ius parti acquiſitum.*
2 *Confeſſio facta in precibus magis afficit, quam in alio actu, & prodeſt abſenti, quamuis preces eſſent ſubreptitiæ, & contra eas fuiſſet iudicatum, nu. 3.*
4 *Minor habetur pro maiore in beneficialibus.*
5 *Error contra confeſſionem eſt probandus per probationes apertiſſimas & claras, & per teſtes omni exceptione maiores in perſonis, & in dictis, cũ ſit maior omni probatione, quam confitens contra ſe habet, n. 6. 7. & 11.*
8 *Probatio valoris, & fructuum non ſubſiſtit, non probata quantitate bonorum.*
9 *Negatiua non poteſt probari, ſi non adducatur ratio, quamuis de ea teſtis non interrogetur tam in criminalibus, quam in ciuilibus.*
10 *Probatio contra confeſſionem non admittitur, niſi teſtes deponant de cauſa ſcientiæ etiam interrogati.*
12 *Qualitas optimæ opinionis eſt probanda, quando ſumus in probatione erroris contra confeſſionem, & n. 13.*

CAPVT DCCLXXXIX.

Non ſumus in ſimplici probatione valoris fructuum quo caſu facilius admittuntur teſtes ad illum probandum, ſed in probatione valoris contra propriam confeſſionem iuratam, & per partem
1 acceptatã, tunc enim † non datur amplius reuocatio propter ius acquiſitum parti: Ia. *conſ. 21. n. 2. verſ. ſecundo reſpondetur. lib. 3.* Alex. *conſ. 92. nu. 6. lib. 5.* Maximè, quia ſumus in confeſſione, facta in
2 precibus, † quæ magis afficit, quamuis preces eſſent reprobatæ, & ſubreptitiæ, & contra eas fuiſſet iudicatum, vt poſt Io. Andr. Abb. & alios latè Gabr. *concluſ. 4. nu. 1. vſque ad nu. 5.* & per Maſcard. *con-*
3 *cluſ. 368. nu. 5. vſque ad 3.* † ita vt etiam huiuſmodi confeſſio in precibus proſit abſenti: Menoch. *conſ. 745. nu. 22. lib. 8.* licet etiam confeſſio facta per mi-
4 norem, quando ſumus in beneficialibus, † in quibus habetur pro maiore, *cap. ſi annum, de iudic. in 6.*

Neque obſtat, quod talis confeſſio admittat probatio-
5 nem erroris. Quia error erit probandus † per probationes magis vrgentes, & apertiſſimas, & claras, & per teſtes omni exceptione maiores. Nam confeſſio eſt maior omnibus depoſitionibus teſtium, & quolibet publico inſtrumento: Bald. *conſ. 192. proponitur quod in quadam ciuitate. col. 2. ad fin. lib. 2.* Aym. *conſil. 61. nu. 3. & conſ. 171. nu. 4.* Menoch. *conſ. 372. nu. 15. lib. 4. & conſ. 614. nu. 5. ad med. lib. 7.*
6 † Vnde non mirum, ſi volens probare errorem indigeat efficaciori probatione propter aliam maiorem probationem, quam contra ſe habet: Dec. in ſpecie *cõſ. 105. pro tenui facultate mea. colum. 3. ad med. verſ. cum ergo iſta probatio erroris, nu. 4.* poſt Abb. *in cap. quia veriſimile, in 2. notab. de præſum.* Butr. *in c. ſuper hoc, de renunciat.* Surd. *conſ. 6. n. 11. poſt princ. verſ. ita vt qui contrariũ lib. 1. & conſ. 192. n. 13. ad med. lib. 2.* Bero. *conſ. 147. n. 34. lib. 2.* Aym. *conſ. 75. n. 34. &*
7 *conſ. 56. num. 3.* † vbi etiam addit, quod tales teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in perſonis, & dictis, ita vt probationes ſint manifeſtiſſimæ in ſuperlatiuo gradu: Io. de Anan. *conſ. 97. nu. 2.* iuxta *§. item verborum inſtit. de inutil. ſtipul.* & concludunt omnes *in l. 2. §. ſi quis neget.* vbi Bart. *col. fi. ff. quemad. teſtam. aper.* Bald *in l. in exercendis. C. de fid. inſtrum. & conſ. 37. ad fin. lib. 1.* Alex. *conſ. 43. n. 24. lib. 4.*

An autem in caſu noſtro ſit probatus valor cum iſtis circumſtantiis, & probationibus ſupra requiſitis, facilis eſt inſpectio, cum percurrendo omnes depoſitiones teſtium appareat non ſolum non eſſe proba-
8 tum valorem, † ſed neque quantitatem bonorum, ita vt illa non probata, nulla ſubſiſtat probatio valoris, & fructuum iuxta deciſ. Rot. coram Card. Plat. Anconitana terrarum, 17. Martij, & 21. Aprilis 1589. de qua per Cardin. Seraph. *deciſ. 1462. n. 4. & deciſ. 1377. n. 4.* vbi allegantur concordantes deciſiones, & notat Alex. *conſ. 54. n. 4. lib. 6.*

Et quatenus etiam aliqui teſtes probarent talem quantitatem, prout prætenditur colligi ex depoſi-
9 tione primi, & ſecundi teſtis: † Tamen cum ſimpliciter dicant non adeſſe alia bona, præter deſcripta in articulis, talis depoſitio nihil facit, quia requiritur, quod adducatur per eos ratio, quamuis de

uis de ea non intertogarentur, cum ſimus in probatione negatiuæ non ſolum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus: Aym. *conſ. 2. nu. 3. in fi. verſ. quinimmo.* Bald. *in l. ſi actor, col. 3. C. de probat.* Ang. *in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Alex. *conſ. 65. col. 3. verſ. unde dicimus num. 4. lib. 1.* Dec. *conſil. 105. pro tenui facultate mea, col. penult. in princ. verſ. quod maxime videtur in iſto caſu.*

Præſertim, quia ſumus in teſtibus deponentibus contra confeſſionem, quæ cum præualeat inſtrumento publico, & ſit probatio notoria, vt dictum eſt,
10 requirit, vt ſemper teſtes contra eam deponentes adducant rationem etiam non interrogati: Dec. *conſil. 101. num. 1. in fi. col. penult. in princ. verſ. & ad confirmationem ſupradictorum.* Bald. poſt Iac. Butr. *in l. preſbyteri, ad fi. C. de epiſc. & cleric.* Iaſ. *conſ. 62. poſt pri. verſ. hinc, ſignanter, lib. 1.* Aym. *conſ. 56. n. 3. poſt princ.*

Additur, quod tales teſtes reprobantes confeſſionem
11 debent eſſe omni exceptione maiores, † & optimæ conditionis: Io. de Anan. *conſ. 97. num. 2.* cum aliis ſupra allegatis. Vnde requirebatur, quod in ſpecie fierent articuli, & probationes ſuper iſta
12 qualitate optimæ opinionis, † cum alias nihil talibus ſit credendum: Iaſ. in terminis *conſil. 153. num. 5. col. penult. ad med. verſ. decimo tertio contra iſtos teſtes, lib. 2.* poſt Ang. *in l. 1. § ſi quis neget, D. quẽ adm. teſtam. aperiant.* Alex. *conſ. 43. num. 24. verſ. quinimmo*
13 *ſecundum, lib. 4.* Prout regulariter, † quando in teſte requiritur aliqua qualitas probatæ, vel integræ opinionis, vel ſimilis, ſemper illa eſt probanda, cum alias quis non poſſit obtinere: Socin. *conſil. 274. col. 9. lib. 2.* Purpur. *in l. admonendi, col. 26. num. 165. D. de iureiurand.* Alex. *conſil. 82. nu. 3. lib. 1.* Dec. *in c. poſt ceſſionem, col. 1. poſt med. in gloſſ. 1. de probat. & conſ. 37. col. 4. verſ. & quando teſtes.* Corn. *conſ. 232. ad fi. lib. 2.* cum aliis per Aym. *de antiquit. tempor. p. 1. § quæritur etiam in hac materia, n. 37. & 38.*

EPITOME.

Dominium an probetur ex ſola recognitione rei emphyteoticæ. ¶ Vel ſit etiam probandũ, quod recognoſcens poſſideret rem cognitam, & illius eſſet dominus tempore recognitionis. ¶ Et quid in antiquis. ¶ Et quod tempus dicatur tale. ¶ Quando vnica recognitio ſufficiat. ¶ Et an illa præiudicet tertio poſſeſſori, & recognoſcenti, & hæredi, vel legatario, donatario, emptori, & ſimilibus ab eo cauſam habentibus. ¶ Vel quando eadem recognitio reſpicit vtilitatem domini, qui non ſit talis, in quem dominium ſine traditione transferatur. ¶ Identitas rei recognitæ an ſit probanda. ¶ Et quæ probationes requirantur. ¶ Et quid ſtante diuerſitate menſuræ an tunc maior probatio ſit neceſſaria, ita vt ſit recurrendum ad duas demonſtrationes, per quas conſtet de corpore rei per appoſitionem loci cum duobus confinibus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium an probetur ex recognitione rei emphyteoticæ.*
2 *Recognitio ſola non ſufficit, niſi etiam probetur, quod recognoſcens poſſideret rem recognitam, & illius eſſet dominus tempore recognitionis.*
3 *Inſtrumentum ſolum recognitionis probat in antiquis abſque alia probatione, & tempus quadraginta annorum dicitur tempus antiquum.*
4 *Identitas rei cognitæ debet in ſpecie probari, vt præiudicet recognoſcenti.*
5 *Confinia, & alia demonſtrationes requiruntur ad probandam identitatem.*
6 *Pluralitas præſumitur in rebus, & corporibus, niſi probetur identitas.*
7 *Diuerſitas mẽſuræ facit, vt maior probatio ſit neceſſaria in probanda identitate, ita vt tunc recurrendũ ſit ad duas demonſtrationes, per quas conſtet de corpore rei per appoſitionem loci, cum duobus confinibus. nu. 8.*
9 *Recognitio in dominum non obeſt tertio poſſeſſori, ſed ipſi recognoſcenti, & eius hæredi, & particulari ſucceſſori, vt legatario, donatario, emptori, & ſimilibus ab eo cauſam habentibus, & n. 10. Declara vt n. 12.*
11 *Recognitio vnica ſufficit vallata ſtipulatione, vel approbata ſolutione canonis.*
13 *Per recognitionem reſpicientem vtilitatem domini, qui non ſit talis, in quam dominium ſine traditione transferatur, non fit aliquod præiudicium recognoſcenti; nec tunc res vaſalli efficitur feudalis.*

CAPVT DCCXC.

NOn eſt quærendum in caſu propoſito de veritate opinionis. Guid. Pap. *quæſt. 272. fol. 405.*
1 † dum concludit, quod ex recognitione, de qua agimus, fuerit probatum dominium ad fauorem Monaſterij, Quia recipit multas declarationes, de quibus latè Rip. *in l. ſi aliquam rem. nu. 38. vſque ad 42. D. de acqu. poſſeſſ.* & per Rebuff. *de conſtitution. redditnum & vt non poſſ. niſi ad quinquen. peti. artic. 2. gloſ. vnic. n. 4. vſque ad n. 12.*

Quidquid enim ſit de huiuſmodi opinione, concludendum eſt in caſu noſtro non eſſe probatam intentionem Monaſterij quoad dominium præten-
2 ſum, † cum non ſufficiat ſola recognitio, niſi etiam probetur, quod recognoſcens poſſideret rem recognitam, & illius eſſet dominus tempore recognitionis, prout voluit idem Guid. Pap. *conſ. 147. incip. conſilium, col. 2. in princ. verſ. maxime quia per proceſſum apparet, n. 1. & conſ. 177. incip. nobilis Petrus Franconus, in princ. & ſing. 876. incip. ſi homo ſe recognoſcit, in fin. verſ. ſed aduerte hoc verum fol. 257. per text. in l. cenſualis quidem profeſſio. 7. Cod. de donation.* & notat etiam Rabutius *in addit. addict. Guid. Pap. quæſt. 272. verſ. vtrum dominium.* Rip. *in l. ſi aliquam rem, column. 10. ad medium, num. 37. in fin. verſ. verum*
3 *quia premiſſa, D. de acquirend. poſſeſſ.* † Et contraria procedunt in antiquiſſimis, in quibus inſtrumentum ſolum recognitionis abſque alia probatione probaret poſſeſſionem, quaſi tunc ſufficiant leuiores probationes, nec plenæ requirantur: Socin. *conſil. 187. in controuerſia quæ vertitur, column. 5. in fi. numero 13. lib. 2.* Franc. Marc. *deciſ. 609. num. 9. p. 1.* vbi etiam quod tempus antiquum iſta in materia recognitionis dominij eſt quadraginta annorum.

Et in caſu noſtro, nulla adeſt difficultas, quia non fuit probatum, quod vinea deſignata in recognitione ſit vna, & eadem cum illa, de qua modo a-
4 gitur, † quod erat in ſpecie probandum, vt in propoſito notat Franc. Marc. *deciſ. 609. num. 4. verſ. & pariter dicti teſtes, p. 1.* quod generale eſt in omni materia, vt identitas rei ſit probanda per confi-
5 nia, & alias demonſtrationes, † de quibus nulla fit mentio in inſtrumento producto: Aym. *conſil. 112. num. 3.* poſt Ioan. Andr. *in cap. auditis, de præſcr.* Alex. *conſil. 118. & 119. lib. 1.* Dec. *conſil. 91. col. 2. &*

conſ. 146. *col.* 7. poſt Batt. & alios *in l. demonſtratio fal-*
6 *ſa, D. de condit. & demonſtrat.* vbi quod in rebus † & corporibus præſumitur pluralitas, niſi probetur identitas: Aym. *conſ.* 115. *n.* 4 *in fi.* Surd. *conſ.* 61. *num.* 14. & 15 & *conſ.* 15 *nu.* 77. Alex. *conſil.* 134. *col.* 2. *nu.* 3. *lib.* 2. Iaſ. *in l. non hoc, n.* 12. *C. vnd. legit.* Natt. *conſ.* 80. *n.* 4 Ruin *conſ.* 46. *n.* 16. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 104. *n.* 11. *li.* 1.

Maxime cum non ſolum non ſint probata confinia, ſed etiam quia non correſpondet vna vinea cum alia quo ad menſuram petiarum, aut modiarum, ob quam diuerſitatem magis eſt probanda iden-
7 titas, tanquam res ſit incerta, † vnde eſt recurrendum ad duas demonſtrationes, per quas conſtabit de corpore rei per appoſitionem loci cum duobus confinibus: Bart. *in l. demonſtratio falſa,* 17. *in princ. q.* 7. *n.* 14. *D. de condit. & demonſtr.* & *in l. ſi quis in fundi vocabulo D. de legat.* 1. Alex. *conſ.* 73. *n.* 4. *li.* 3. Socin. *conſ.* 89. *n.* 9. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 198. *n.* 1. & *in reſponſ. pro gener n.* 350. Natt. *conſ.* 314. *nu.* 4. Surd. *conſ.*
8 255. *n.* 11. *lib.* 2. † & eſt communis, vera, & recepta ſententia ab omnibus tam in iudicando, quam conſulendo, vt per Roland. *conſ.* 67. *n.* 14. *vſq. ad* 18. *lib.* 2.

In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod recogni-
9 tio in dominum † non præiudicat tertio poſſeſſori: latè Bertrand. *conſil.* 85. *n.* 5. & 6. *lib.* 7. Aym. *conſ. pro gener. n.* 411. & 412 Bened. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine adelaſiam, n.* 450. *de teſtam.* præiu-
10 dicabat tamen ipſi confitenti, † ſeu recognoſcenti: Ceph. *conſ.* 9. *n.* 50. & hæredi, & particulari ſucceſſori, vt donatario, legatario, & emptori ſuccedenti particulariter in illa re recognita, & habenti ius, & cauſam à recognoſcente: Bened. *in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine adelaſiam n.* 446. & 450 *de teſtam* Poſt Guid. Pap. *q.* 24. & 42. & 272. Abb. *in c.*
11 *cum olim, not.* 8 *de cenſib.* † Ita vt vnica recognitio ſufficiat vallata ſtipulatione, vel approbata ſolutione canonis: Bart *in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib.* 10. Maſcard. *conclaſ.* 544. *n.* 10.

Intellige quando quis recognoſcit ſe tenere rem ſub dominio alterius, tunc enim probatur dominium
12 in odium recognoſcentis hæredum ſuorum, † non virtute recognitionis, ſed confeſſionis, ſecus ſi quis recognoſcat ſe tenere rem aliquam in emphyteuſim ab alio, tunc enim neque probaretur dominium contra recognoſcentem: Aym. *conſ.* 157. *num.* 7. vbi vult, quod debeat in recognitione fieri expreſſa mentio de dominio, vt præiudicet etiam inter par-
13 tes. † Prout etiam ſi dominus cuius vtilitatem hæc recognitio reſpicit, non ſit talis perſona, in quam dominium ſine traditione transfertur, non præiudicabit illa recognitio, nec res vaſalli efficitur feudalis: Schrad. *de feud. p* 5 *c.* 15. *nu.* 18. *fol* 97. vbi etiam multa de huiuſmodi recognitione adducuntur.

EPITOME.

Facultas conferendi ordines minores an competat Abbatibus tam quo ad Monachos, & conuerſos ſuos, quam laicos etiam cum dimiſſoriis Epiſcopi. ¶ Et quid ſeruandum ſit iuxta Concilium reiecto iure communi, ¶ Et in nouitiis ante profeſſionem. ¶ Monachi Siluestrini, & Camaldolen. an ſint exempti ab oneribus, & collectis iuxta priuilegia aliarum religionum. ¶ Et quid operetur communicatio illorum, & ſimilium facultatum, ¶ Et an præſumantur eſſe in viridi obſeruantia. ¶ Clauſula ſublata, & decretum irritans quem effectum habeat. ¶ Coloni, & ſingulares de populo, & Canonici ſoluentes collectas, & alia onera, à quibus populus, & eccleſia, & domini ſunt exempti, an illis præiudicent. ¶ Res loco alterius erecta an poſſit continere pluſquam alia, ita vt ſi non probetur quod quædam qualitas inſit primæ, debeat ineſſe ſecundæ.

SVMMARIVM.

1 *Abbates de iure communi habebant facultatē conferendi ordines minores nō ſolum Monachis, & conuerſis ſuis, ſed etiā puris laicis, nec cōuerſis nec cōuertēdis.*
2 *Ordines minores iuxta Concilium non poſſunt cōferri per Abbates, niſi regularibus ſubditis tantum, non autem clericis ſecularibus, quorum ordinatio ſpectat ſolum ad Epiſcopos.*
3 *Abbatibus non licet ordinare clericos ſeculares, neque cum dimiſſoriis Epiſcopi. & n.* 7.
4 *Religioſi non debent vacare aliis negotiis, quam iis, quæ ad eorum religionem pertinent.*
5 *Ordinatio ſubditorum ſpectat ſolum ad dignitatem epiſcopalem.*
6 *Nouitij non ſunt ſubditi Abbati, neque ab eo poſſunt ordinari, niſi poſt profeſſionem.*
8 *Abbates Monaſterij Siluestrini habent quæcumque priuilegia conceſſa Monachis Camaldolen. & aliis Monaſteriis totius orbis, in quibus adeſt etiam facultas conferendi ordines minores.*
9 *Communicatio priuilegiorum facit, vt dicantur illanet, quæ alteri erant conceſſa cum eiſdem qualitatibus.*
10 *Monachi Siluestrini, & Camaldulen. ſunt exempti ab omnibus collectis, & oneribus tam impoſitis, quam imponendis.*
11 *Reuocatio priuilegiorum non præſumitur, niſi probetur per exactiſſimas probationes.*
12 *Clauſula ſublata, adimit facultatem Iudici, & parti aliquid faciendi.*
13 *Decretum irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt.*
14 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur tam in rebus, quam in perſonis n.* 16.
15 *Res loco alterius erecta nō debet cōtinere plus quā alia.*
17 *Coloni ſoluentes collectas à quibus domini ſunt exempti, illis non præiudicant.*
18 *Singulares de populo ſoluentes vectigalia non efficiunt, populo habenti priuilegium immunitatis, prout neque canonici præiudicabunt eccleſiæ. n.* 19.

a

CAPVT DCCXCI.

ANte Concilij diſpoſitionem Abbates de iure communi habebant facultatem conferendi ordines minores non ſolum monachis, &
1 conuerſis ſuis, † ſed etiam puris laicis, nec conuerſis, nec conuertendis, dummodo in eis epiſcopalem iuriſdictionem obtinerent: Card. Seraph. *dec.* 985. *n.* 1. iuxta gloſſ. *in cap. abbates,* 3. *in verb. quaſi epiſcopalem.* vbi Gemin. *num.* 4. Franc. *n.* 3. *de priuileg. in ſexto.* Turrecremat. *in cap. quoniam, n.* 6. *diſtinct.* 69. Angel. *in ſumm. in verb. ordo, il ſecundo, poſt princ.* Butr. *conſ.* 19. *num* 15. Card. Thuſc. *concl.* 9. *incip. abbas quid poſſit. n.* 5. *tom* 1 *fol.* 1. Zab *in cap. attendentes,* §. *ſtatuimus, n.* 3. *quæſt.* 9. *de ſtat. monach* cū aliis per Roderic. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 25. *art.* 2. *in princ. fol.* 34. iuxta conſtitutionem Innoc. VIII. de anno 1489. latiſſimè Campanil. epiſcop. Loquedonem *in diuerſ. iur. canonic. rubr.* 6. *c.* 2. *nu.* 4. *vſque ad* 10.

Concilium tamen *ſeſſ* 23. *cap.* 1. reſtrinxit Abbati-
bus hanc facultatem ad regulares ſubditos tan-
2 tum, vt in his ſolis liceat eiſdem Abbatibus
quantumuis exemptis tonſuram, vel minores or-
dines conferre, denegando reſpectu clericorum
ſecularium tantum quorum ordinationem voluit
3 ſolum ad Epiſcopos pertinere, † ideoque neque
eis licebit tales cum dimiſſoriis ordinare, cum
ſublata ſit eis præcisè, & abſolutè facultas con-
ferendi ordines prætrequam eis ſubditis: Cardin.
Seraph. *deciſ* 985. *nu* 2. *vſque ad* 9. vbi addit ratio-
4 nem, † quia noluit religioſos vacare aliis nego-
tiis, præter illa, quæ ad eorum religionem perti-
nent, & quia forte multi abutebantur huiuſmodi
facultatibus in præiudicium epiſcopalis dignita-
5 tis, † ad quam ſolum ſpectat ius ordinandi ſuos
ſubditos, *cap. nullus de temporib. ordinat.* Ideo ſatis
fuit concedere Abbatibus facultatem ordinandi
ſuos Monachos tantum, non autem alios ſibi non
ſubditos: Roder *quæſt. regular. tom.* 1. *qu.* 23. *art.* 2. *poſt*
6 *prin. fol.* 63. † ibi tamen quod debent eſſe ſubditi
Abbati, & ſic poſt profeſſionem, cum nouitij non
ſint ſubditi.

Ex prædictis ſequitur, quod Abbas generalis Mona-
chorum Silueſtrinorum non poteſt impediri per
Epiſcopum Camerinen. vt non conferat ordines
minores ſuis ſubditis, cum tam iure communi,
quam ex diſpoſitione Concilij talis facultas ei con-
7 cedatur, † & contraria procedunt quando vellet
aliis non ſubditis illos conferre cum dimiſſoriis
proprij Epiſcopi, quod non poſſet, neque hoc
prætenditur ex ſupra allegatis, iuxta *d. deciſ.* Card.
Seraph. 985. *per tot.* de qua etiam per Campanil.
Epiſcop. Laquedonen. *in diuerſ. iur. canonic. rubr.* 6.
c. 1. *nu* 6 *in fi.*

Quod magis procedit in caſu noſtro ſtantibus priui-
legiis Apoſtolicis conceſſis Congregationi Mo-
8 nachorum Silueſtrinorum, † & eorum Abbatibus,
quibus per Paul. V. fuerunt communicata omnia
priuilegia Camaldolen. & aliorum quorumcum-
que monaſteriorum totius orbis: Vltra quod per
Leon X. & Clem. VIII. in ſpecie fuit conceſſum
eidem Congregationi Camaldolen. vt illius Ab-
bates & Priores poſſint dictos ordines conferre,
vnde ſtante communicatione, & extenſione ſimi-
lium priuilegiorum facta ad fauorem Congrega-
tionis Silueſtrinorum, licebit etiam illorum Ab-
9 bati eoſdem ordines conferre, † tanquam per iſtas
communicationes priuilegiorum dicantur eſſe il-
lamet priuilegia, quæ alteri erant conceſſa cum eiſ-
dem qualitatibus, & eadem ſubſtantia, *l. princeps,*
D. de legib. l. fiſcus, in fi D. de iur. fiſc. l. vel ſurdo, § & *l.*
idem priuilegium, 6. *D. de priuileg. creditor. l. iiſdem*
priuilegiis, C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 1. *C. de co-*
mitib. conſiſtorian lib. 12. cum aliis per Mandoſ. *in*
tract. de priuileg. ad inſtar. ſeu de communication. priui-
leg qu. 2. *per tot tom.* 13 *fol.* 125.

Prout etiam dicti Monachi Camaldolen. & Silueſtri-
ni non poterunt cogi ad ſolutionem prætenſarum
10 collectarum, † cum ex multis priuilegiis Summo-
rum Pontificum ſint exempti, & immunes ab o-
mnibus oneribus tam impoſitis, quam imponen-
dis ex quacumque cauſa etiam ex titulo oneroſo,
tam pro bonis acquiſitis, quam in futurum acqui-
rendis cum clauſulis ampliſſimis, de quibus latè in
dictis priuilegiis etiam vltimo loco confirmatis
per Clem. VIII. quæ ſunt in viridi obſeruantia, &
11 donec non conſtat † de illorum reuocatione, nihil
eſt innouandum, & ad illam probandam exactiſ-
ſima probatio requiritur: Rot. *d. uerſ. deciſ.* 159. *num.*
5. & 6. *p.* 2. & *deciſ.* 468. *n.* 1. *cum ſeq. part* 1. Menoch.
12 *præſumpt.* 37. *n* 7. *lib.* 6. Paris. *conſ.* 61 *in fi. lib.* 2. † Stan-
te præſertim clauſula ſublata, per quam adimitur
poteſtas tam Iudici, quam partibus aliquid facien-
di contra ſimiles conceſſiones: Felin. *in cap. non-*
nulli, num. 22 *de reſcrip.* Anchar. *conſ.* 221. *num.* 2. latè
Gonzal. *ad reg* 8 *cancell. gloſſ* 66. *per tot.* Cum etiam
13 in dictis priuilegiis adſit decretum irritans, † quod
inficit, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt,
& habet inhibitionem in ventre, ac vim priuati-
uam, & auocatiuam poteſtatis conceſſæ, *c. ſi eo tem-*
pore, de elect in 6. Caſſador. *dec.* 1. *n* 7 *de reſtit. ſpoliat.*
Ferret. *conſ.* 314 *num.* 10. *lib.* 2. cum aliis per Gonzal.
reg 8. *gloſſ.* 67. *n.* 11. *vſque ad* 21.

Et cum nunquam per eoſdem Monachos fuerit ſo-
luta aliqua gabella nuncupata la remiſſa del gra-
no, & del vino, quæ modo eſt extincta, neque po-
terunt cogi ad ſolutionem pro alia gabella ſubro-
gata loco primæ extinctæ, tanquam ſubrogatum
14 † ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubroga-
tur, *l. ſi eum, § qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* Nat. *conſ.*
346. *n.* 4. Surd. *conſ.* 42. *n.* 11. *lib.* . Cum etiam vna res
loco alterius electa non debeat diuerſo iure cenſe-
15 ri, † neque plus continere, quam alia, ſed regulari
iuxta qualitates diſpoſitionis præcedentis, *l. cum*
qui ædes, D. de vſucapion. Surd. *conſ.* 127. *n.* 8. *lib* 1. Ita
vt ſi non probetur, quod inſit iſta qualitas primæ
neque debeat ineſſe ſecundæ: Idem Surd. *conſ* 414.
16 *nu.* 25 *in fi. lib.* 3. † vbi ampliat tam in rebus, quam
in perſonis ſubrogatis: Cephal. *conſ.* 58. *nu* 30. *lib.* 1.
Caſſan. *conſ* 21. *nu* 21.

Non obſtat, quod laboratores ſoluerint prætenſas
collectas pro clericis ſecularibus pro bonis patri-
monialibus. Quia ex talibus ſolutionibus non in-
fertur præiudicium Monachis, qui habent priuile-
17 gia ſeparata à clericis ſecularibus, † cum etiam non
conſtet de ſcientia Monachorum, & quod ab eo-
rum laboratoribus, & colonis aliquid fuerit oc-
caſione prædicta ſolutum, prout requiritur ad
hoc, vt factum ipſorum illis præiudicium afferat:
Bertazzol. *clauſ.* 21. *gloſſ.* 20. *num.* 2. poſt Felin. *in cap.*
cum acceſſiſſent, nu 29. *verſ.* & *hinc eſt,* & *verſ.* & *per*
hoc etiam inferri poteſt. & ibid Socin. *nu.* 23 *de conſti-*
18 *tution.* † vbi quod neque ſingulares de populo
ſoluentes vectigalia præiudicant ciuitati habenti
exemptionem, & priuilegium immunitatis: Iaſ.
in l. fin. num. 58. *ante med. verſ.* & *per hoc infertur, D de*
conſtitut princip. iuxta tradita per Andr. de Barul. *in*
19 *l.* 1. *C. de his qui ſponte mun. ſuſcip. lib.* 10. † prout ne-
que canonici in hoc caſu obeſſent eccleſiæ, *c. acce-*
dentibus. vbi Innoc. *ad med. verſ. immo plus dicimus,*
de priuileg. Abb. & alij *in d. c. cum acceſſiſſent, de conſti-*
tutionib Idem Abb. *in c. pro illorum. de præbend.* Iaſ. *in*
d. l fi. nu. 58. *de conſtit. princip.* & *conſ.* 120. *num.* 1. *in fi.*
lib. 4. Io. de Arnon. *ſing.* 12.

EPITOME.

Mulier quando ſit redotanda tam propter a-
miſſionem totius dotis, quam partis, & tam per
patrem, quam per fratrem obligatum dotare.
¶ Et quo caſu ſint expectandæ ſecundæ nuptiæ,
ita vt ſufficiat interim filiam alimentare abſque
eo, quod redotetur tam viuente patre, quam
poſt obitum illius. ¶ Appellatione rei quando
pars contineatur, ſiue ſimus in negatiuis, ſiue

affirmatiuè, ſiue in fauorabilibus, ſiue in odioſis. ¶ Dos an ſuccedat loco legitimæ ſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Sub genere quando veniant ſingulæ eius ſpecies. ¶ Satiſdatio, & verſio, & dos an dicatur data, ſi non detur datio, cum aliis ſimilibus remiſſiuè. ¶ Bona aſſignata pro legitima, & alimentis, ſi pereant, an iterum ſint aſſignanda ¶ Prouiſiones, quæ fiunt in cauſis dotium an habeant locum, ſiue petatur tota dos, ſiue pars.

SVMMARIVM.

1 *Pars dotis amiſſa abſque culpa filia dotata à patre, vel fratre eſt ei reddenda ſicut quando tota dos fuit perdita. Declara vt nu. 2.*
3 *Frater dotat ſororem de bonis paternis dicitur miniſter patris, ita vt dos dicatur ab eo data non à fratre.*
4 *Idem ius eſt de toto ad totum, quod de parte ad partē.*
5 *Prouiſiones, quæ fiunt in cauſis dotium habent locum ſiue petatur dos, ſiue pars.*
6 *Appellatione rei etiam pars continetur, ſiue agatur affirmatiuè, ſiue negatiuè, num. 7.*
8 *Sub genere veniunt ſingulæ eius ſpecies tam in fauorabilibus, quam in odioſis.*
9 *Dos ſtante ſtatuto Vrbis ſuccedit loco legitimæ, & alimentorum.*
10 *Bona aſſignata filiæ pro legitima, & alimentis, ſi amittantur, ſunt illi iterum aſſignanda.*
11 *Redotatio eſt facienda quando filia iterum nubet, cum interim ſit alenda. Intellige viuente patre, ſecus ſi poſt illius obitum petatur dos ſubrogata loco legitimæ iuxta ſtatutum Vrbis n. 12. 13 & 14.*
15 *Dos amiſſa iterum eſt conſtituenda tam per patrem, quam fratrem obligatum dotare, n. 16. & 17.*
18 *Dotaſſe non dicitur qui dedit dotem ab alio poſt ea euictam.*
19 *Satiſdatum non poteſt dici, ſi non durat ſatiſdatio.*
20 *Verſum non videtur, quod non permanet verſum, cum aliis ſimilibus remiſſiuè.*

CAPVT DCCXCII.

[Adde *ſupra ad cap* 460 & 680. *n.* 19. *cum ſeq.*]

DOs perdita ſine culpa mulieris eſt iterum ei conſtituenda tam per patrem, quam per fratrem ex multis, quæ latè adduximus *ſupra cap.* 460. & *c.* 689. *num.* 19. & quamuis in caſu noſtro iterum
1 dubitetur iſta non habere locum, † cum ſimus in dote diminuta, quaſi ſufficiat remanere filiæ partem dotis, Tamen verius eſt, quod prædicta procedant, ſiue in totum dos ſit amiſſa, ſiue pro parte ſit diminuta, cum ſemper pater teneatur ad tantundem tanquam illam totam debeat conſeruare pro filia abſque aliqua diminutione, ita in puncto Alciat. *conſ.* 35. *num.* 3. *lib.* 5. *tom.* 2. *fol.* 79. Bo... *deciſ.*
2 137. *num.* 2. † Contraria autem procedunt quando conditio patris eſſet facta deterior, & contigiſſet diminutio ſubſtantiæ illius, quia tunc non teneretur redotare, niſi in quantum adeſt virtus eiuſdem ſubſtantiæ: Menoch *conſ.* 370. *numer.* 7. *lib.* 4. poſt Socin. *conſ.* 57. *num.* 31. *lib.* 4. iuxta §. *quia vero. auth. de æqualit. dot.* Cyn. *in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. act.* Quæ quidem diminutio ſubſtantiæ patris non verificatur in caſu noſtro, cum bona per eum relicta eſſent ampliſſima, & magni valoris, &
3 ex bonis ipſius petitur redotatio, † cum frater tanquam illius miniſter, & de bonis paternis dotauerit ſororem, non autem de bonis propriis: Bald. *in l. neque mater, n.* 3. *C. de iur. dot.* & *in l. generaliter, §. in prin.* & *in l. hac edictali,* 6. *nu.* 20. *C. de ſecund. nupt.* cum aliis latè adductis *ſupra cap.* 689. *numer.* 2. latè Surd. *de aliment. tit.* 1 *quæſt.* 39. *num.* 6. & 7. tanquam debeat attendi perſona repræſentata, non autem repræſentans, *l. denique,* 3. §. *fi. D. de muner.*

Et facit ratio, quia ſi non eſſet reficienda iſta dos diminuta, non poſſet mulier ita faciliter nubere, & ſic impediretur matrimonium, quod non eſt permittendum, cum plus, & minus non faciant
4 differre ſpecie, † & idem ius ſit de toto, quo ad totum, quod de parte quo ad partem, *l. ſi vnus, § ſi eum tibi, D. de pact. l. quæ de tota, in princ. D. de rei vendic. l. ſi eus, D. de legat.* 1. *l. tres tutores.* vbi Bar. *D. de admin. tutor.* cum aliis per Euerard. *loco argum* 8. *à toto ad partem, num.* 2.

Quare paſſim prouiſiones, quæ fiunt pro dote ha-
5 bent locum, † ſiue petatur tota dos, ſiue eius pars: Rebuff. *de ſentent. præiudicialib. ſiue prouiſional. art.* 3.
6 *gloſſ.* 1. *n.* 4. *tom.* 1. *fol.* 270. † cum appellatione rei etiam pars contineatur: *l.* 4. §. 1. *C. de dam. infect. l. dotale, la* 1. §. *prædij, D. de fund. dot. l. appellatione rei,* 73. *D. de verb. ſig.* Vbi Rebuff. *col.* 2. *in prin.* ampliat pro-
7 cedere, ſiue agatur affirmatiuè, † ſiue negatiuè *l. ſi quis cum totum, D. de except. rei iud.* quia pars in toto
8 eſt *l.* 1. §. *ſi deſiiſſe, D. de vi & vi armat.* † ita vt etiam in odioſis, & in materia ſtricta, nedum in fauorabilibus, pars veniat appellatione rei, cum ſub genere veniant ſingulæ eius ſpecies, ſiue ſimus in materia fauorabili, ſiue non, *l. item legato §. item intereſt, D. legat.* 3. Gloſſ. *in l. ſi dictum. §. in ſtipulatione, D. de euiction.* Rebuff. *in d. l. rei appellatione, in fi.*

Quæ magis procedunt in caſu noſtro, quia talis dos ſtante ſtatuto Vrbis ſuccedit loco legitimæ, & ali-
9 mentorum, & eorum loco ſubrogatur, † prout ſtante eodem ſtatuto ita latè reſoluit Rot. coram R. P. D. Buratto Rom. de Marganis, 9 Decembr. 1616. & coram Sanctiſſimo Peruſina de Alphanis, 15. Iunij 1612. Card Seraph. *dec.* 1315. *nu.* 1. & 2. cum multis aliis adductis *ſupra cap.* 700.

Ita vt deperditis bonis aſſignatis per partem pro le-
10 gitima, † & alimentis filiæ abſque eius culpa ſint ei iterum alia bona aſſignanda, *l. etiam,* §. 1. *D. ſolu. matrim.* Bald. *in l. ſi cum dotem, §. poſt ſolutum, D. eod. tit.* Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 1. Adeo vt ſicut talis legitima non poteſt ei auferri, ita neque poterit minui, ſed ſemper integra debeat remanere, *l. quoniam in prioribus, & l. omnimodo, C. de inoff. teſt.* Alex *conſ.* 69 *in prin. lib.* 1. Natt. *conſ.* 528 *n.* 28. Cephal. *conſ.* 56. *nu.* 22. *lib.* 1. Surd *de aliment. tit.* 9. *q.* 34. *n.* 23.

Quibus ſtantibus, non applicatur, quod iſta redotatio ſit facienda, quando mulier iterum nubet,
11 cum interim ſufficiat illam alimentari. † Quia procedit, quando pater viueret, tunc enim, ſi filia vidua reuertatur ad domum patris, debet ab eo ali, & per eundem patrem conſeruetur dos pro ſecundis nuptiis, iuxta adducta in deciſ. coram R. P. D. Veroſpio cauſa Romana dotis, 8 Martij 1613 & 29 Februar. 1616. quæ in impreſſ. eſt *deciſ.* 708 *par.* 1. *in recentioribus*, & coram R. P. D.
12 Vbaldo in eadem cauſa 26. Aprilis 1619. † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo ſumus poſt mortem patris, & petitur dos ſubrogata loco legitimæ ab hæredibus eiuſdem patris, tunc enim non tractatur amplius de alimentis, ſed debet aſſignari legitima non diminuta, neque in tempore, neque in quantitate, ita vt ſemper integra debeat apud eam remanere cum legitima

dicatur

dicatur æs alienum, *l. Papinianus, §. ſi quis impubes, D. de inoffic. teſtam.* Bald. *in l. 2. in fi. C. de liber. prateris.*
& in l. quamquam. C. ad leg. Falcid. Alex. *in l. ſi debitor. D. eod. tit.* Natt. *conſ. 528. nu 29 cum ſeq.*

Quare bene concludunt Doctores, quod ſi filia rema-
13 neat vidua, & reuertatur ad domum patris;† dos
etiam eſt ei reſtituenda, quæ afficitur de patrimo-
nio ipſius patris ad effectum illam conſeruandi pro
ſecondis nuptiis, & ſi filia non nubat poſt mortem
patris, talis dos diuiditur inter illam, & fratres pro
portionibus hæreditariis: Rot. in d. cauſa Rom. dotis
coram R.P.D. Vbaldo 26. Aprilis 1619. *col. 2. in fin.*
poſt Caſtr. *conſ. 11. n. 2. lib. 1.* Sal. *in auth. ſed quamuis,*
14 *n. 5. cum ſeq. C. de rei vxor. action.* † Et cum in caſu
noſtro non poſſit filia concurrere cum fratribus in
hæreditate patris tamquam excluſa à ſtatuto, ſequi-
tur, quod legitima ei debita loco portionis hæredi-
tariæ ſit illi danda liberè ſicut daretur portio hære-
ditaria de patrimonio patris, non conſideratis am-
plius alimentis, cum enim euenerit obitus patris,
non debet priuari ſua legitima, quæ vt dictum eſt
reiicit omne onus tam temporis quam quantitatis,
l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. cum aliis
ſupra allegatis.

Et dum iterum opponitur, quod frater non teneatur
redotare ſororem poſt primam dotem amiſſam,
quidquid aliud ſit in patre, Non eſt opus illa re-
15 ſponſione cum *ſupr. c. 689.* † fuerit latè oſtenſum
contrariam opinionem eſſe veriorem, tanquam
in hoc æquiparentur pater, & frater, & ob alias
rationes *ibid.* adductas, vbi etiam in ſpecie omni-
bus doctoribus fuit reſponſum, qui licet prius te-
neant pro fratre, tamen poſtea *in fin.* concludunt
contra eum, & cum modo iidem allegentur, nihil
faciunt, prout eſt Palat. Rub Tiraq. Cort. Cæpol.
Alex. Iaſ. Spin. & alij, qui contrarium tenent eius
ad quod allegantur, vt dictum eſt. ¶ Et dum ad-
ditur Affl. *ſuper conſtitut. Regn. lib. 3. rubr. 14 de fratrib.*
16 *obligant. part. feud. pro dotib. ſoror. n. 3. fol. 115.* † obſer-
uandum eſt, quod etiam ipſe licet *in princ.* conclu-
dat pro fratre, tamen poſtea *in fin.* contrarium fir-
mat ſequendo Alex. *in l. ſi cum dotem. §. 1. col. 3. D. ſo-
lut. matrim.* ¶ Solum ex omnibus, qui allegantur,
reducitur ad Barboſ. *in l. 1. p. 4. num. 140 D. eod. tit. ſo-*
17 *lut. matrim.* & ad Boer. *deciſ. 131. n. 8.* † Sed quid fa-
ciunt iſti inter tantos & numero, & maiori aucto-
ritate, qui contrarium defendunt, vt diximus *in d.
c. 689.* ita vt ab illorum opinione non ſit diſce-
dendum, quidquid etiam ſenſerit Pelliccia noui-
ter pro fratre allegatus ſuper *conſuetud. auerſan. in
prælud. num.* 267. cum eius auctoritas non ſit ma-
ior, quam aliorum, qui eandem ſententiam te-
18 nent. † Neque enim dicitur dotaſſe, qui dedit do-
tem poſtea ab alio euictam: Bald. *in l. quoniam no-
uella. C. de inoffic. teſtam.* Capr. *conſ. 141. col. 2.* Surd. *de
19 aliment. tit. 7. q. 20. num. 12.* † Prout ſatiſdatum dicere
non debemus, ſi non duret ſatiſdatio *l. 1. §. quod ait
prætor. D. quor. legator.* Nec videtur verſum, quod
20 non permanet verſum: Gloſſ. † quæ alia ſimilia
adducit *in l. ſi pro potre, D. de in rem verſ.* & latius per
Tiraq. *de retract. conuent. §. 2. gl. vnic. n. 9. & in l. ſi vn-
quam in verb. ſuſceperis liberos, n. 175. C. de reuoc. do-
nation.* Marſil. *in l. fi. n. 155. D. de iuriſd. omn. iud.*

EPITOME.

Error calculi in quo conſiſtat. ¶ Et quis dica-
tur calculator. ¶ Et quando calculatio erronea ſu-
ſpendat executionem. ¶ Promiſſio ſoluendi reſer-
uato errore calculi an retardetur ſub prætextu,
quod promittens nihil habet in manibus de bo-
nis ſpectantibus ad eum, pro quo fuit promiſſum.
¶ Suſcipiens alienum debitum, quando teneatur
ex cauſa vera, & putatiua. ¶ Reſeruatio an ſit refe-
renda ad expreſſa, & determinata. ¶ Et quando
confirmet voluntatem diſponentis in non reſer-
uatis. ¶ Clauſulæ *ſponte, & certa ſcientia & omni me-
liori modo*, & ſimiles an excludant repetitionem
reſpectu erroris. ¶ Venditor an teneatur de eui-
ctione etiam non conuenta. ¶ Ceſſio an ſit de na-
tura actus. ¶ Et quando illa poſſit peti tam ex in-
teruallo, quam poſt factam ſolutionem, tam per
extraneum, quam per neceſſarium defenſorem.
¶ Et quid ſi poſt ſententiam petatur. ¶ Vel quando
fuit renunciatum omni exceptioni. ¶ Officium Iu-
dicis an competat ad faciendum ſibi cedi iura talia
qualia, quamuis actio non daretur. ¶ Spoliatus an
poſſit ius ſuum cedere, ita vt per talem ceſſionem
tranſeant iura ſpolij in ceſſionarium.

SVMMARIVM.

1 *Error calculi conſiſtit in ſummis parcellarum, quando calculator id eſt computator ſummauit in centum, cum debuiſſet ſummare nonaginta.*
2 *Calculatio erronea ſuſpendit executionem.*
3 *Promiſſio ſoluendi reſeruato errore calculi non retardatur ſub prætextu quod promittens nihil habeat in manibus de bonis ſpectantibus ad eum, pro quo promiſit.*
4 *Suſcipiens alienum debitum cum clauſulis ſponte, omni meliori modo, & ſimilibus tenetur ex cauſa vera & putatiua.*
5 *Verba* ſponte, & omni meliori modo *operantur omnem validiorem modum non ſecus, ac ſi eſſet expreſſus, & tollunt allegationem erroris. n. 6.*
7 *Reſeruatio in vno caſu confirmat voluntatem diſponentis in aliis non reſeruatis.*
8 *Reſeruatio facta per eum, qui ſe obligauit ad ſoluendum eſt declaranda, vt non inducatur correctio, neque referatur ad expreſſa, & determinata.*
9 *Negatiua eſt probanda per eum qui ſe in illa fundat, ſiue ſit iuris, ſiue facti ſeu qualitatis.*
10 *Clauſula* ex certa ſcientia, *excludit omnem repetitionem reſpectu erroris, ſicut ſolutio.*
11 *Conſtituens ſe pro alio ſoluturum eſt cogendus ſoluere abſque aliqua controuerſia.*
12 *Euictio venit ex natura contractus, & de ea etiam non conuenta tenetur venditor.*
13 *Stante promiſſione euictionis agitur ex ſtipulatu.*
14 *Ceſſio ſemper eſt facienda, quando præcedit contractus inter venditorem, qui ſoluit ex cauſa euictionis rei venditæ, & emptorem cui ſoluitur.*
15 *Facultas petendi ceſſionem videtur inſerta in ipſo contractu, tanquam ſit de natura illius.*
16 *Fideiuſſor, qui promiſit ſoluere omni exceptione remota non excluditur à petitione ceſſionis.*
17 *Exceptio ceſſionis poteſt opponi poſt ſententiam*
18 *Extraneus ſoluens pro alio non habet ius petendi aliquā ceſſionem ſecus in neceſſario defenſore ſoluente. n. 19.*
20 *Officium Iudicis ſemper competit ad petendum ſibi cedi iura talia qualia, quamuis actio deficeret.*
21 *Spoliatus poteſt ius ſuum cedere ita vt per talem ceſſionem tranſeant omnia iura ſpolij in ceſſionarium.*
22 *Æquitas facit, vt detur officium Iudicis.*
23 *Ceſſio quando poſſit peti ex interuallo poſt actum ſolutionis & num. 24.*

CAPVT DCCXCIII.

ERror calculi conſiſtit in ſummis parcellarum,
vt quia rationales cum deberēt ſummare cen-
2 tum, † ſummauerunt nonaginta, vel ſi Iudex cre-
dens, quod quinquaginta & vigintiquinque face-
rent centum, ſententiam proferret in centum, hoc
enim ſignificat error calculi, id eſt computationis,
prout etiam calculatores exponimus pro compu-
tatoribus, vt eſt text. *in l.1.§.1. D. quæ ſint ſine appel-
lat.reſcind.l.1.§. Iudi quoque.* & ibi Gloſſ. *in verb.
calculatoribus, D.de var.& extraord.cognit.* Azo. *in
ſum.C.de error.calcul.in princ.* Cyn. *in l.2.n.2. & 3.C.
eo.tit.* Rebuff *in l. ergo certe. 56. §. diſpungere poſt
princ.verſ.error calculi. D de verb.ſignif.* Munnoz.
de ratiocin.adminiſtrator cap.38.n.3 & 4.

Hoc ſtante non eſt retardanda executio pro ſumma
in obligatione contenta, cum non prætendatur
adeſſe aliquem errorem circa computationem par-
titiarum, prout talis error calculi fuit reſeruatus
2 in inſtrumento, ſi enim de illo conſtaret, † vel
peteretur dilatio ad probandum errorem huiuſmo-
di calculationis, eſſet ſuperſedendum in executio-
ne, quæ regulariter ſuſpenditur, donec iterum
calculatio fiat: Fulgoſ *conſ.142.ad fin.* Thob. *conſ.63.
n.28.& 29* Lancellot. *de attentat p 2.c.4 limit.28.nu.
5.tom.5.fol.:46* Munnoz *de ratiocin.adminiſtrat.c.38.
n.4.& 5.* poſt Padill. *in l.error.n.17.C. de iur. & fact.
ignor.*

Nec facit, quod iſta reſeruatio erroris calculi habeat
locum in caſu noſtro, cum præſupponatur aduer-
ſarium, qui promiſit ſoluere, nihil habere in ma-
nibus de bonis ſpectantibus ad hæreditatem,
3 † quia iſta interpretatio non poteſt admitti, cum
vt dictum eſt, error calculi reſpiciat computatio-
nem, non promiſſionem eius, qui ſe obligauit ad
ſoluendum, & ſuſcipiendum debitum alterius cum
clauſulis ampliſſimis *ſponte*, & *omni meliori modo*,
4 † quæ faciunt, vt colligatur ſpontanea, etenim
mens diſponentis, quod actus omnino valeat ex
cauſa vera, niſi poſſet valere ex putatiua: Gabr. *conſ.
237 q.2.n.17.lib.1.* Felin. *in c.cum ſuper.23.num.11 de
5 offic.delegat.* † Ita vt in contractibus iſta verba ope-
rentur validiorem modum etiam non expreſſum,
& magis proficuum ei, ad cuius fauorem apponi-
tur, cum habeatur, ac ſi ſpecialiter exprimeretur,
quod erat exprimendum: Rimin.Iuo. *conſ 83.n 35.
in fin.lib.1.& conſ.215.n.120 lib.2* Surd *conſ.418 nu.
6 19.lib,3.* Et in clauſula *ſponte*, & *ex certa ſcientia*,
quod tollat omnem allegationem erroris: Rolan.
conſ 100.n.27.lib 4 Æmil. *conſ.8. & 36.*

Immo cum ſolum fuerit per contrahentes reſeruatus
error calculi, dicendum eſt nullam aliam exce-
7 ptionem debere competere, † cum reſeruatio in
vno caſu confirmet in aliis non reſeruatis volun-
tatem diſponentis, declarando quid & quantum
in diſpoſitione comprehenſum ſit, Bar. *in l. quæſi-
tum.§.denique.de fund.inſtr.* Iaſ. *in l. & ſi contra in 2.
notab.de vulg.& pupill.* Corn. *conſ. 9 col penult. poſt
med.li.3.* cũ aliis per Aym. *conſ.214.n.13.vſque ad 25.*

Maxime, quia ſi talis reſeruatio operaretur hunc ef-
fectum circa principalem promiſſionem ſponta-
neè factam, obligatio ſoluendi ſeruiret de veri-
8 dico, † vnde debet intelligi, ne inducat correctio-
nem, & nullitatem præcedentis obligationis li-
berè, & ex certa ſcientia factæ, neque referatur ad
expreſſa, & determinata, *l. doli clauſula. D de verb.
oblig.l.ſanctio legum, D de pœnis.* Bald. *in l.1. C. de li-
be præterit.* Abb. *in c.1.ſecundo requiris, 41. num.11.
de appell.& in c.cum dilecti, 6.in fin de donation.* Dec.
*conſ.11.quoniam iudicantium.n.11.in fi. col.um. 10.ad
med* Rot coram R.P.D.Bubalo Roma.cambiorum
20.Nouembris 1585.

Accedat, quod dum aduerſarius prætendit non ha-
bere in manibus pecunias, & bona ad prædictam
hæreditatem ſpectantia, & ideo errore ductus
9 promiſit ſoluere, † debet concludenter probare
iſtam negatiuam, prout regulariter eſt probāda per
eum, qui ſe in illa fundat, ſiue agendo, ſiue exci-
piendo, ſiue ſit negatiua iuris, ſiue facti, ſiue qua-
litatis, Bart. Alex. & alij *in l in illa D. de verb obligat.*
Innoc. & Felin. *in c.ſuper his, de accuſat.* Aym. *conſil.
112.n.6.* Oſaſc. *deciſ.108.n.3.* Caſtr. *conſ.71 ſuper pri-
mo dubio.col.1.ad med.verſ.ſed è contra actor.n.1 in
fi.* Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum ſiue
adſint bona, ſiue non adſint, non attendatur iſte
error ſtante promiſſione facta ſponte, & ex certa
10 ſcientia, † quæ excludit omnem repetitionem
prætextu erroris, ſicut ſolutio: Iaſ. *in §. in perſonam.
nu.37.inſtit.de actionib.* Cum enim aduerſarius ſe
21 conſtituerit ſolutiuum pro alio ſcienter † ſine ali-
qua controuerſia ſoluere debet, *l cum qui ephesi, 5.§.
quod exigimus.* & ibi Gl. *in verb.debetur D.de conſtit,
pecun.§. de conſtitut. inſt. de actionib.* Card. Mant. *de
tacit.& ambig.conuem.lib.19.tit.3.n.1.& 2.*

Quo vero ad alterum dubium ceſſionis concluden-
dum eſt illam eſſe faciendam, quia inter Monia-
les, & Olimpiam præceſſit contractus venditio-
12 nis, & emptionis prædij, † cum promiſſione eui-
ctionis, de qua etiam tenebatur venditor, quam-
uis non fuiſſet conuenta, cum veniat ex natura
contractus: Bald. *in l.non dubitatur.C.de euiction.* Ti-
raq. *de retract.lignag.§.29 gloſ.vlt.n.4.* Surd *dec.108.
n 11.* Vnde multò magis ſi adſit ſtipulatio euictio-
13 nis, † quo caſu agitur etiam ex ſtipulatu: Bart. *in l.
cum quis, §. qui hominem, D. de ſolution.* Socin. Iun.
conſ.22.n 27.lib.3. Caballin. *de euiction.in præfat.n.11.*
Surd. *deciſ.108.n.11.in fin.*

Quando autem præcedit aliquis contractus inter
venditorem, qui ſoluit ex cauſa euictionis rei
14 venditæ, & emptorem cui ſoluitur, vel ſimiles
perſonas, de neceſſitate ſemper eſt facienda ceſ-
ſio, *l ſtichum, 95.§ ſi mandato D de ſolutionib.* Cyn. &
Salic. *in l.cum alter, 11.C.de fideiuſſorib.& mandator.*
cum aliis per Surd. *conſ.536.n.8.& 10. ad med lib. 4.*
vbi etiam addit, quod quamuis nihil dictum fue-
15 rit de ceſſione, † tamen facultas illam petendi vi-
detur inſerta in ipſo contractu, tamquam ceſſio
ſit de natura ipſius actus, *l. modeſtinus, de ſolution.*
Aym. *conſ.748.n. 15.* vbi etiam quod ceſſio videtur
26 incluſa in mandato, † ita vt fideiuſſor, qui promi-
ſit ſoluere omni exceptione remota, non tamen
ex hoc excluditur à petitione ceſſionis: Marſil. *in
rubr.de fideiuſſorib. n. 271.* Adeo vt etiam exceptio
17 huiuſmodi ceſſionis poſſit opponi poſt † ſenten-
tiam, *l ſi fideiuſſores in fin. D. de fideiuſſorib.* Ang. *in §.
appellamur, n.21.inſtit de except.*

Contraria autem procedunt in perſonis penitus ex-
tranea, quæ nullo iure tenebantur ſoluere ex pro-
18 pria promiſſione, † tales enim non poſſunt pete-
re, quod ſibi cedantur iura, *l.nulla.C.de ſolut.* Caſtr.
in l.ſi res obligata D.de legat.1. Neguſ. *de pign membr.
3.part.5.num.42.fol. 98.* cum aliud ſit in neceſſa-
riis defenſoribus, qui vigore contractus præ-
ambuli tenetur pro euictione promiſſa, & pro
nimnibus

19 omnibus damnis illius occaſione tecus,† vnde non
repelluntur ab iſta facultate petendi ceſſiones:
Surd.*conſ.* 536.*num* 8.*vſque ad* 11.*lib*.4.
Maxime,quia etiam quando deficeret actio ad petẽ-
20 dam ceſſionem,† tamen competit ſemper officium
judicis,vt illa fiat,cum præſertim ceduntur jura ta-
lia qualia,ita vt in cedentem nõ poſſint retorqueri,
tunc enim ſemper ceſſio eſt facienda tamquam
nullum damnum oriatur creditori , & proſit ſol-
uenti,*leg.in creditore*,38.vbi Gloſ.*in verb.quod ſine*
diſpendio.ad med.verſ.item nota ff de euict.l.mulier.ff.
qui potior.in pign.habeant.l.recuſare.§.ratius ff.ad tre-
*bell.*Bart.*in l.*2.*in princ.ff.ſolut.matrim.*Dec.*conſ.*104.
*& diligenter,col.*1.*ante med.verſ.*3.*facit.*Signorol.*conſ.*
100.*nu* 13.*verſ.modo.* Surd.*conſ.*536.*nu*.5.*&* 6.*lib*.4.
Franc.*deciſ*.55.*nu*.5.
Et quidem maxima ſubeſt æquitas,vt venditor non pa-
tiatur jacturam in bonis venditis , quibus emptor
fuit ſpoliatus , cùm in eis non poſſet intentare ali-
quod ſaluianum contra eumdem emptorem dicto-
rum bonorum ſtante ſolutione prætenſi crediti,pro
quo fuit data immiſſio, ita vt æquitas ſuadeat, quod
21 quemadmodum emptor poterat agere ſpolio, † ita
etiam cedatur talis actio venditori ob quam ceſſio-
nem poterunt bona ablata recuperari , cum ſpolia-
tus poſſit jus ſuum cedere , ob quam ceſſionem om-
nis actio ſpolij tranſit in ceſſionarium , cum alias
venditor non poſſet tale judicium proſequi *leg quod*
ſi in diem.§ julianus,vbi Gloſ.*in verb.dictus,ff. de pe-*
*tit.heredit.*Bald.*in leg.licet. in fin.Cod. de exceptionib.*
late Menoch.*conſ*.708.*numero* 2. *vſque ad* 10.*lib* 8.
Put.*deciſ*.176.*lib*.2.Roland.*conſ*.28.*numero* 22.*lib*.2.
Aym.*conſ*.191.*col*.2.Pontan.*de ſpol.lib*.1.*numero* 151.
22 Tiraq. *de retract.conſang.§.*36.*gl*.3.*num.* 18. † Vnde
ſtante hujuſmodi æquitate,meritò competet in præ-
dictis officium Iudicis,*l.planè & l.vlt.ff. de petit.ha-*
*redit.*Surd.*conſ*.536.*num*.5.*lib* 4.
Nec facit , quod ceſſio non admittatur ex interuallo,
Quia modò agitur de corrigẽdo errore notarij ſcri-
bẽtis retroceſſionem,cum debuiſſet ſcribere ceſſio-
nem , ita vt ex hoc dicatur actus fieri incontinenti,
Maxime , quia iſtæ actiones poſſunt cedi quando-
cumque,Nam Olimpia venditrix ſoluit Monialibus
ementibus pecunias debitas pro euictione ſuo pro-
23 prio nomine, † vnde non debet conſiderari an ceſ-
ſio fiat ante , vel poſt ſolutionem , vel in ipſo actu
ſolutionis, tunc enim non intelligitur ſublata obli-
gatio ſui auctoris , à quo Olimpia habuit prædium
poſtea venditum Monialibus, per quem auctorem
debet ſolui eidem Olimpiæ omne damnum occur-
rens pro hujuſmodi euictione , quare non mirum
ſi actiones poſſint,& debeant cedi quandocumque,
etiam ex interuallo ad hoc, vt poſſit Olimpia ſe re-
ualere contra eum , à quo habuit cauſam , & pro
quo non ſoluit, cum vt dictum eſt ſolutio ſit facta
nomine proprio ipſius Olympiæ , prout declarat
Bart.*in leg. modeſtinus.* 76.*num*.4.*ff. de fideiuſſoribus;*
Menoch. *præſumpt*.143.*num*.3.*lib*.3. Gabr.*conſ*.63.
lib.2.dixi *ſup.cap*.286.*num*.4.
Et ita debent intelligi omnes Doctores contrarium
tenentes , Nam loquuntur quando ſolueretur no-
24 mine debitoris , † vel ipſius auctoris, ſeu de pecu-
nijs ipſius , tunc enim per talem ſolutionem eſſent
extinctæ actiones creditorum, & nulla ceſſio poſſet
interuenire: Caſtr *in dict.leg modeſtinus num*.4.*verſ.*
*licet principaliter ff.de ſolut.*Rot.coram R.P.D.Pena
Romana ſaluiani interdicti.11.Iunij 1609.cum aliis,
de quibus *ſup.c*.286.*num*.6.*&* 7.*tom*.2.

EPITOME.

Aſſignatio legitimæ an ſit facienda in omnibus bonis , & corporibus hæreditarijs juxta valorem obitus teſtatoris , vel in duobus, aut in tribus juxta arbitrium Iudicis ſtante incommodo diuiſionis. § Et an retardetur propter affictus non finitos, ex quibus poſſit damnum , aut vtilitas hæredibus contingere. § Et quando tale jus conductionis ſit de actionibus, aut juribus hæreditarijs,ita vt veniat in detractione legitimæ, ſicut veniunt jura hæreditaria. § Et quid ſi adſit incertitudo aliorum bonorum. § Et quando illa poſſit certificari per æſtimationem, prout ſolet fieri in vſufructu imputando , & in appaltibus Cameralibus. § Et an interim debeat ſuſtineri , donec non ſequatur variatio. § Bona ſuperuenientia poſt mortem teſtatoris an augeant legitimam , ſi procedant ex lite , quæ aderat ipſo viuente , & habeant originem ex cauſa de præterito. § In militia, & vita ſubrogata loco legitimæ an attendatur tempus mortis feudatarij , ſeu emptionis feudi. § Executio rei debitæ an retardetur , ſi eſt certa juxta præſentem ſtatum , quamuis poſſit alterari, vel minui ob aliquam cauſam. § Seruus reuerſus ab hoſtibus poſt obitum teſtatoris an augeat hæreditatem ad fauorem legatariorum § Officia , de quibus filius non poteſt diſponere ob decretum patri reſeruatum, an imputentur in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt aſſignanda in omnibus bonis, & corporibus hæreditarijs juxta valorem obitus teſtatoris , nec diminuitur,vel augetur,quamuis illa diminuantur,ſeu augeantur.*

2 *Iudex poteſt aſſignare legitimam in duobus , ſeu tribus corporibus hæreditariis ſi non patiantur commodam diuiſionem.*

3 *Officia non imputantur in legitimam filij ſtante eius obitu,ſi in eis aderat decretum ad fauorem patris,cum prohibitione, quod nõ poſſent per eundẽ filiũ alienari:*

4 *Prohibitus officia alienare cenſetur in eis habere ſolum nudum nomen.*

5 *Aſſignatio legitimæ an debeat retardari propter affictus non finitos , ex quibus poſſit hæredibus damnum , ſeu vtilitas contingere.*

6 *Legitima eſt aſſignanda in bonis certis de tempore obitus, nec impeditur propter certitudinem aliorum bonorum.*

7 *Executio rei debitæ non retardatur ſi eſt certa juxta præſentem ſtatum, quamuis poſſit alterari, vel minui ob aliquam cauſam.*

8 *Incertitudo legitimæ proueniens ex conductionibus factis per defunctam , poteſt certificari per æſtimationem, prout ſolet fieri in vſufructu imputando, & in appaltibus cameralibus.*

9 *Executio aſſignationis legitimæ ſuſtinetur, donec non ſequatur variatio.*

10 *Ius conductionis eſt de actionibus , & iuribus hæreditariis,& venit in aſſignatione legitimæ, prout veniunt ipſa iura hæreditaria,nu.*15.*Declara vt num.*16.

11 *Tempus mortis attenditur in aſſignatione legitimæ, quamuis augmentum,& diminutio habeat originem ex cauſa de præterito.*

12 *Bona ſuperuenientia poſt mortem teſtatoris non augent legitimam , licet proueniant ex lite, quæ aderat ipſo viuente.Contrarium.nu.*13.

14 *Seruus reuerſus ab hoſtibus poſt obitum teſtatoris auget hæreditatem ad fauorem legatariorum.*

17 *In militia, & vita ſubrogata loco legitimæ an attendatur tempus mortis feudatarij ſeu emptionis feudi.*

CAPVT DCCXCIV.

Legitima, de qua agimus, eſt aſſignanda in corporibus, & aliis bonis hæreditariis. 1 † juxta valorem & ſtatum de tempore obitus teſtatoris, prout regulatiter tale tempus attenditur ad iſtum effectum, ita vt ſi bona diminuantur, vel augeantur curſu temporis, vel induſtria hominis, vel ob ſimilem cauſam, id totum commodo & periculo hæredis cedat, quia lex ipſo jure ſupplet pretium, & valorem mortuo teſtatore, *leg. cum quaritur, & auth. nouiſſima. Cod de inoff. teſta.* Cagnol. *in leg. Papinianus, §. 4. numero 8. ff. eod. tit.* Pariſ. *conſi* 65. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 2. Rip. *in cap. cum in ferrarienſis, numero* 28. *de conſtitut.* Roman. *ſing.* 128. Bertrand. *conſi.* 151. *nu.* 15. *lib.* 2. *part.* 1. Bald *conſi.* 20. *num.* 2. *lib.* 4. Diez. *reg.* 311. Surd. *conſi.* 401. *nu.* 15. *lib.* 3 Gabr. *conſi.* 45. *num.* 9. *& conſi.* 137. *n.* 2. *&* 4. *lib.* 2. Alex. *in l. ratione. la* 2. *num.* 6 *ff. ad leg. falcid. & conſi.* 103. *num.* 15. *lib.* 2. *& conſi.* 57. *nu.* 4. *lib.* 3. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 156. *alias* 6 *de teſt. & deciſ.* 160. *alias* 10. *eod. tit.* latè Menoch. *præſump.* 33. *num.* 6. *&* 8. *lib.* 4. *& conſi.* 903. *num.* 3. *lib.* 10. *& conſ.* 1268. *nu.* 21. *lib.* 13. Boer. *deciſ.* 62. *num.* 3. Craſſ. *in §. legitima, q.* 16. *nu.* 1. Anchar. *qu.* 51. *num.* 10 *p.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 148 *n.* 7. *&* 43. *lib.* 2. Valaſc. *in prax. partit. c.* 21. *numero* 21. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 10. Cucc. *de legitim. tit. legitim an augeat. auct. patr. patrim.* dixi *ſupr. c.* 247. 2 *n.* 52. *& c.* 300. *nu.* 36. † Quamvis in diuiſione ſoleat arbitrio juris aſſignari in duobus, vel tribus corporibus bonorum, quæ non ſint de peioribus, neque de melioribus, quando corpora hæreditaria non patiuntur commodam diuiſionem, ne illa corrumpantur, vt latè dixi *ſup. c.* 698. juxta opinionem Bald. *in l. filium quem habentem, nu* 28. *C. famil. erciſc.* Couar. *in c. rainaldus, §.* 2. *n.* 5. *de teſtam.* Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 74. Rot coram R. P. D. Veroſpio Romana legitimæ, 12. Martij 1616.

Neque in hujuſmodi legitima nepoti debita ſunt imputanda officia olim in perſonam ſuam empta, 3 † & per obitum ipſius vacata. Nam auus illa emit ſub periculo vitæ ejuſdem nepotis, & cum decreto reſeruationis, quod ipſe nepos non poſſet dicta officia vendere, ſeu alienare, nec fructus exigere, Vnde cum ille eſſet minor, & communiter etiam viueret vna cum aliis fratribus minoribus, & non eſſet adhuc ſeparata ſua legitima ab hæreditate ejuſdem aui, talia officia intelligentur amiſſa, & vacata communi damno, tam ipſorum nepotum, quam totius hæreditatis, vel potius incommodo tutorum, qui neglexerunt illa reſignare, prout alias in ſimili caſu reſoluit Rot. coram Card. Seraphino Romana legitimæ, 9. Nouembris 1598. inter impreſſas *dec.* 1303. 4 *per tot.* † quaſi nepoti prohibito officia prædicta alienare remanſerit tantummodo nudum nomen: Rot. *diuerſ. deciſ.* 294. *p.* 1. & coram Card. Pamphilio Romana officij ſcriptoriæ, 1. Aprilis 1588. & Romana officij plumbi 4. Iulij 1601.

Quemadmodum etiam neque eſt retardanda aſſigna-1 tio hujuſmodi legitimæ, † cum adhuc pendeant locationes, & affictus caſalium, ex quibus poteſt minui dicta legitima, ideo erit expectandus finis conductionis, Quia cum illa debeatur habito reſpectu ad bona, quæ reperiuntur tempore obitus teſtatoris, vt dictum eſt, non eſt conſiderandum tale damnum, prout neque conſideraretur augmentum, ſi affictus eſſent lucrum allaturi, nam ex eo non impu-6 gnaretur legitima, † Maximè, quia legitima eſt certa inſpectis bonis, de quibus in actis, ita vt non debeat per iſtud jus incertum retardari, *leg. quidam exiſtimauerunt.* vbi Bald. Iaſ. Zaſ. & alij, *ff. ſi cert. petat. l. ſtatuliber. rationem, 5 ff de ſtatulib. l. ſi reſiduum. 5. C. de diſtract. pign.* Socin. *conſi.* 24. *viſis ac diligenter, col.* 13. *verſ. nec debet ratione incerti, n.* 36. *poſt med. lib.* 1. Munnoz *de ratiocin. c.* 31. *num.* 7.

Prout paſſim numquam retardatur executio rei debitæ non obſtante, quod poſſit alterari, & variari, vel 7 minui, aut reſolui ob aliquam cauſam, † cum ſufficiat illam eſſe certam juxta præſentem ſtatum, vnde merebitur executionem. Soc. *in leg. pecuniam, in vlt. notab. numero 9. ff. ſi cert. petat.* vbi quod eſt ſignanter notandum, & quod ita practicatur, & ſæpe obtinuit Surd. qui idem comprobat *conſi.* 36. *numero* 25. *lib.* 1. Cephal. *conſi.* 133. *num.* 36. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. conuent. §.* 2 *gl. vnic. nu.* 74. *ante med.* juxta *l. hac venditio,* 7. *§ fi. ff de contrah. empt.* Gloſſ. *in l.* 2. *in verb. conditionalis, verſ. quod enim ff. de in diem addict.* Bald *in rubr. C. depoſit. num.* 6. Lancell. *de attent. p.* 2. *c.* 4 *limit.* 28 *n.* 1. Munnoz qui de magis communi *de ratiocin. adminiſtrat. c.* 35. *num.* 28.

Cum etiam iſta incertitudo prouenieus ex hujuſmodi conductionibus poſſit certificari per æſtimationem, 8 † prout ſolet fieri in vſufructu imputando: Card. Seraph. *deciſ.* 1365. Rot. coram R. P. D. Manzanedo Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ. 11. Martij 1616. ¶ Et in appaltibus cameralibus: Rot. *deciſ.* 554. 9 *num.* 12. *p.* 1. *in recentiorib.* ¶ † Vel etiam poterit ſuſtineri executio aſſignationis, donec non ſequatur variatio: Socin. *in leg pecuniam. numero 9 ff ſi cert pet.* Surd. *conſi.* 38. *numero* 15. *lib.* 1. ¶ Et ita reſoluit Rot. in hujuſmodi cauſa Romana legitima corā R. P. D. Pironano, 13. Nouembris 1620. declarando talem legitimam eſſe aſſignandam in omnibus corpori-10 bus in inuentario deſcriptis, † Vbi etiam fuit additum, quod iſtud jus conductionis tanquam ſit dd juribus, & actionibus hæreditariis, venit in ratione legitimæ, & diuiſione: Bald. *in leg. pater filium, col. pen. numero quarto, ff. de inoff. teſtam.* Peregr. *de fideicommiſſ. art* 36. *numero* 25. Vnde ſiue damnum ſequatur, ſiue lucrum, erit ſatisfactum tam filio, quam hæredi per æqualem diuiſionem juxta ratas tangentes. ¶ Quo vero ad detractiones dotium, concluſum etiam fuit per eas non eſſe retardandam dictam aſſignationem legitimæ, cum pro nunc debeant detrahi ſine præjudicio verioris determinationis.

In prædictis autem obſeruandum eſt, quod adeo tempus mortis teſtatoris attenditur in aſſignatione legi-11 timæ filio debitæ, † vt procedat etiam ſi augmentum, vel diminutio originem habeat ex cauſa de præterito: Afflict. *deciſ.* 382. qui loquitur de bonis 12 ſuperuenientibus poſt mortem teſtatoris. † quæ bona dum ipſe viueret erant in lite: Peregr. *de fideicom. art.* 36. *nu.* 20. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 33 *num.* 10. & Aul. ſequitur Fachin, *conſi.* 69. *num.* 5. *lib.* 3.

Quamvis contra Afflict. teneat Vrſill. *in addit. ad eum-13 dem deciſ.* 382. *colum. vlt. in prin.* † latè Petr. *de fideicommiſſ. qu.* 15. *nu.* 136. *verſ. nec obſtat quod cum legitima. fol.* 317. poſt Salic. *in l. ſcimus, §. repletionem, in fin. Cod. de inoffic. teſtam.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 36. *num.* 25 *in fin. fol.* 330. juxta *l ſerui, qui apud hoſtes,* 42. 14 *ff. ad leg. falcid.* † vbi ſeruus reuerſus ab hoſtibus

poſt

poſt mortem teſtatoris auget hæreditatem ad fauorem legatariorum.

Et paſſim jura, & actiones, quæ reperiuntur in hæredi-
15 tate tempore obitus teſtatoris,† attenduntur in detractione legitimæ: Soc.Iun.*conſi.*184.*numero* 7.*lib.* 3.Aym.*conſi.* 109.*num.*6.*cum ſeq.*Peregr.*de fideicom. art.*36.*numero* 25.Franc.*deciſ.*61.*n.*15.*&* 16.Rauden,
16 *de analog.c.*19. *&* 71.*cum ſeq.* † vbi intelligunt procedere quando ex hæreditate adeſt actio ad conſequenda illa bona, ſecus ſi nulla actio exiſteret, tunc enim non augeretur, neque diminueretur legitima, ſicut quando res redit ad hæredem jure poſtliminij, alluuionis, vel jure accreſcendi, in quibus caſibus tempore mortis teſtatoris, nihil eſt in hæreditate, nec vlla adeſt actio: Franc.*dict. deciſ.*61.*num.*17.
17 vbi etiam multa Amendola *in addit.* quando in militia, & vita ſubrogata loco legitimæ attenditur tempus mortis feudatarij, vel emptionis feudi: Anna Senior. *ſingul.*200. Anna Iun.*conſi.*26 *& conſi.*4.*num.*31.*lib.*1.*& conſi.*6.*num.*3. *&* 28.*conſi.*75.*num.*12. Franc.*deciſ.*1.*numero* 39. *& deciſ.*10.*numero* 9. Petr. Greg.Sicul.*de vit.& milit.*vbi Maſtrill.*num.*5.

EPITOME.

Depoſitum conditionale quando liberet deponentem. ¶ Et quid ſi fuerit admiſſum per Iudicem cum clauſula *provt de iure.* ¶ Et de effectu ejuſdem clauſulæ tam in admiſſione appellationis, quam in ſimilibus actibus. ¶ Conditio extrinſeca appoſita in productione cedulæ liberæ continentis depoſitum, an reddat idem depoſitum inualidum. ¶ Et quid ſi tali proteſtationi non fuerit contradictum. ¶ Oblatio an ſit facienda per procuratorem cum ſpeciali mandato, ad hoc, vt contrahatur mora. ¶ Depoſitum judiciale an debeat fieri de mandato Iudicis competentis. ¶ Et an requiratur proteſtatio coram honeſtis viris, ſi ejuſdem Iudicis copia haberi non poſſit. ¶ Et quando ſubjectio ſit neceſſaria, vt quis dicatur de foro præcipientis. ¶ Iuriſdictio conceſſa alicui priuatiuè, ſeu dinumeratiuè, aggregatiuè, & diſtinctiuè an impediat, vt nullus alius poſſit eſſe Iudex etiam prorogatione. ¶ Priuilegium maius quando attendatur inter priuilegiatos, ſiue concurrant inter ſe, ſiue inter alios. ¶ Clauſula generalis an ſit referenda ad omnia etiam in odioſis, & in habentibus ſpecialem, propriam, & ſeparatam determinationem.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum cum conditione, vt pecuniæ reinueſtiantur, cum de iure non eſſent reinueſtiendæ, non liberat deponentem.*
2 *Creditor cenſus impeditus exigere depoſitum factum pro illius extinctione non tenetur eundem cenſum retrovendere, & currunt fructus.*
3 *Cedula depoſiti quamvis ſit libera, tamen ſi in illius productione facta in officio apponantur cõditiones extrinſecæ, redditur conditionalis, & depoſitum non releuat.*
4 *Proteſtatio appoſita in depoſito, quæ de iure non eſt apponenda reddit depoſitum inualidum, quamvis eidem proteſtationi non contradicatur.*
5 *Tacens, & non contradicens in actu onerofo non dicitur conſentire.*
6 *Oblatio ſortis, & fructuum cenſus, & interpellatio ad recipiendum, & quietandum iuxta mentem in actis datam, in qua continetur conditio reinueſtimenti, nihil operatur tanquam relata ad inſtrumentum conditionale, quod non erat adimplendum, & n.7.*
8 *Oblatio ad recipiendum ſortem, & fructus cenſus debet fieri per procuratorem cum mandato ſpeciali, alias non contrahitur mora tam in iudicialibus, quam extraiudicialibus. n.9.*
10 *Depoſitum iudiciale non releuat, ſi fiat abſque mandato iudicis competentis.*
11 *Iudicis copia licet haberi non poſſit, tamen appellatio, & depoſitum eſt nullum, ſi non fiat proteſtatio coram honeſtis viris, quod illud non poteſt ob eiuſdem Iudicis metum, ſeu abſentiam, & nu.*12.
13 *Subiectio requiritur, vt quis poſſit dici de foro præcipientis, & quod depoſitum dicatur factum de mandato Iudicis competentis.*
14 *Iudex nullus eſt competens neque prorogatione, ſi fuit conceſſa iuriſdictio priuatiuè, non aggregatiuè, ſeu dinumeratiuè, & diſtributiuè.*
15 *Actus geſtus poſt inhibitionem eſt reuocandus tanquam attentatus.*
16 *Priuilegium maius attenditur inter priuilegiatos, ſiue concurrant inter ſe, ſiue contra tertium, nu.*17.
18 *Clauſula generalis non refertur ad ea quæ habent ſpecialem, propriam, & ſeparatam determinationem, & n.*11. *Quidquid aliud ſit quando talis ſeparatio non adeſt, quia tunc extenditur ad omnia etiam in odioſis, num.*19.*&* 20.
22 *Iudex admittens depoſitum conditionale, cum clauſula, provt de iure, non reddit illud validum, ſi conditio non erat apponenda.*
23 *Admiſſio appellationis cum clauſula,* ſi & in quantum, & provt de jure *operatur ſolum ſi de iure erat admittenda, ſecus ſi non debet admitti.*

CAPVT DCCXCV.

FRuctus cenſus, de quo agitur debentur Monialibus à die 1. Decembris 1611.vſq; ad diem 24 Iulij 1617. Nam licet ex aduerſo prætendatur fuiſſe factum depoſitum ſortis principalis, quo ſtante ceſſant fructus, Tamen pecuniæ fuerunt de-
1 poſitatæ,† non ſimpliciter, ſed cum conditione, vt reinueſtirentur pro cautela euictionis domus ab eodem aduerſario emptæ, & pro euictione generali, & particulari cenſus redempti, quo caſu tale depoſitum non ſuffragatur, cum ad hujuſmodi reinueſtimentum Moniales non tenerentur, ideo habetur ac ſi pecuniæ non fuiſſent ſolutæ: Bald. *in leg. acceptam.*19.*num.*14.& ibi Caſtr.*numero* 12.*Cod.de vſur.* poſt Bart.*in leg.ſi ſoluturus, num.*5 *ff.de ſolut.* Follet.*de cenſib.*§.*vt vides, num.*32.Neguſ.*de pign.p* 5.*memb.*3.*num.*10.*verſ.*3 *quæritur.* Rot.loquens in cenſu *deciſ.* 488.*num.*5.*p.*2.*in recentiorib.& deciſ.*550.*num.*6.*par.*
2 *ead.* † quod quotieſcunque creditor impeditur ad ſui libitum exigere depoſitum, ob iſtas conditiones nunquam releuat, & fructus currunt: Alex.*conſi.*78.*num.*29.*lib.*5. Rot. coram R.P.D. Manzanedo Romana cenſus.2.Aprilis 1607.& 3.Iunij 1608.

Nec dicatur, quod depoſitum factum in Monte Pietatis ſit liberum, cum cedula etiam libera ad hunc effectum in actis exhibita, Quia in productione
3 † ejuſdem cedulæ fuerunt appoſitæ conditiones dicti reinueſtimenti, & euictionis, de quibus ſupra, ad quas Moniales non tenebantur juxta formam inſtrumenti, immo de dictis conditionibus expreſsè proteſtatum, vt prius adimplerentur, antequam cedula conſignaretur, vnde idem eſt, ac ſi talis cedula non eſſet libera, quia ſemper per illam

proteſtationem impeditur creditor, vt ad ſui libi-
tum illam non poſſit exigere, & per conſequens
depoſitum dicitur conditionatum, non ſecus ac ſi
in eadem cedula conditiones eſſent expreſſæ, vt in
propoſito ita reſoluit Rot. coram Card. Seraph *dec.*
4 890. *numero* 4. † Ita vt neque hoc caſu opus ſit, vt
contradicatur tali proteſtationi, & depoſito: Alex.
*conſi.*78. *in fin. verſ. nec prædictis obſtat, numero* 31. *lib.*5.
cum in actu oneroſo tacens, & non contradicens
5 proteſtationi non videatur conſentire, † tanquam
expreſſus conſenſus requiratur: Fel. *in cap. cum in*
*ferrarienſis.*9. *col.*20. *in princ. nu.*34. *concl.*4. *de conſtit.*
Bart. *in l.*1. *C. de lit. conteſt.* Abb. *in c. cumana, de elect.*
Accedat, quod fuit facta oblatio ſortis, & fructuum
cenſus, & interpellatio ad recipiendam, & facien-
dam quietantiam juxta formam minutæ in actis
6 datam, † in qua cum contineatur reinueſtimentum,
cum aliis conditionibus non arctantibus Monia-
les, non dicitur aliqua oblatio facta, & nihil opera-
tur, vt in ſpecie ſimilis minutæ dixit Rot. coram
R P.D. Orano Romana de Ceulis, 11. Decembris
1585. quæ eſt impreſſa *p.*4 *diuerſ. deciſ.*913. *n.*1. *&* 2.
7 *fol.*499 Quaſi facta † ſit relatio ad inſtrumentum
conditionale, quod non erat adimplendum, ideo
non debet attendi, cum deberet eſſe ſimplex, & pu-
rum: Alex. *conſ.*26. *alias* 78. *col. vlt. in prin. verſ.*5. *quia*
*dicta proteſtatio, lib.*5. Iaſ. *conſi* 9. *num.*15 *lib.*1. Rimin.
Iun. *conſi.*523. *num* 21. *lib.*3. Grat. *conſi.*93. *num.*75. *lib.*
1. Aym. *conſi.*502. *nu* 9. Neguſ. *de pign p.*5. *prin. memb.*
3. *p.*2 *nu.*10 *fol.*103.
Quibus additur, quod oblatio ad recipiendum fuit fa-
cta à procuratore non habente ſpeciale mandatum,
8 † quod requirebatur ad hoc, vt adminiſtratores
Monialium conſtituerentur in mora: Rot. coram
R.P D. Vbaldo Anconitana cenſuum, 24. Maij 1613.
poſt Alex *conſi.*78. *num.*7. *vſque ad* 12. *lib.*5. Tiraq. *de*
9 *retract. lign ag.* §. 36. *gl.*2. *nu.*5. *&* 10. † vbi quod pro-
cedit tam in actibus judicialibus, quam extrajudi-
cialibus ad effectum committendæ moræ: Rip *in c.*
*cum in ferrarien. nu.*137. *de conſtit.* Afflict. *dec.*316. *col.*
1 juxta *l. ſi quis inficiatur, ff. depoſit. clem cauſã de elect.*
Vlterius tale depoſitum non arctat, quia debebat fieri
de mandato Iudicis competentis, tanquam ſit de-
10 poſitum judiciale, † quicquid ſit in extrajudiciali:
Bald. *in leg. ſi reus paratus.* 73. *in* 1. *lectur. poſt med.*
*verſ. extra hoc noto, num.*1. *in fin.* & ibi Caſtr. *in prin.*
ff de procurat. vbi quod eſt ſingulariſſimum Tiraq. *de*
retract. conuent. §. 4 *gloſ.*7. *numero* 11. *in fin.* Adeo vt
non ſufficiat, quod Iudicis copia haberi non poſſit,
11 † niſi etiam debitor proteſtetur coram honeſtis vi-
ris faciendo de his rogari notarium: Caſtr. in ſpecie
*in leg. acceptam,*19. *numero* 13 *C: de vſur.* Menoch. *de*
*arbitr. caſ.*232. *num.*39 dixi *ſupra c.*260. *num.*17. *&* 18.
12 † vbi etiam de appellatione, quæ fit coram hone-
ſtis viris ſtante abſentia, ſeu metu Iudicis, coram
quo non poſſit appellari, juxta adducta *ſupra c.* 10.
per tot.
Et cum iſta ſint facienda de mandato Iudicis, nulli du-
13 bium eſt, quod debet eſſe Iudex competens, † cum
requiratur ſubiectio, & quod quis ſit de foro præ-
cipientis: Caſtr. *in l.*1. *in fin. prin. numero* 8. *ff. de iudic.*
Ruin. *conſi.*267. *nu.*8. *lib.*4. Rot. Ianuenſ. *dec.*33. *col.*5.
ad med. cum aliis adductis *ſup. c.*485. *n.*2. *vſque ad* 4.
Quod autem ſimus in Iudice incompetenti, patet ex
priuilegiis conceſſis Monialibus per Summos Pon-
14 tifices, † in quibus conceditur priuatiuè quo ad
omnes alios juriſdictio ſoli Protectori, non aggre-
gatiuè, ſeu dinumeratiuè, & diſtributiuè, ſed diſcre-
tiuè tanquam certo Iudici particulari, quo caſu
nullus alius eſt Iudex competens etiam prorroga-
tione: Bald. *in l. ſi* § *vbi autem, num.*6. *C. decad. tollend.*
dixi latè *deciſ.*78. *numero* 3. *vſque ad* 31. Card. *in c.p.*
*gl.*10. *de offic. deleg.* Felin. *in c. paſtoralis, col.*2. *limit.*2. *de*
offi. ordin. Ang. *in l. ſi vacante, C. de bon. vacantib. lib.*10.
15 Maxime poſt reaſſumptam cauſam, † & poſt ema-
natam inhibitionem à Protectore, quæ ſicut indu-
xit nullitatem omnium actorum poſtea factorum,
ita reddit dictum depoſitum attentatum, *cap. non ſo-*
lum. de appellat. in ſexto. Achill. *deciſ.*19. *eod. tit.* Rot.
*deciſ.*735. *num.*3. *in fi. par.*2. *in recentiorib.*
Neque obſtat, quod aduerſarius habeat etiam priuile-
gium, tanquam ſit notarius Auditoris Cameræ,
Quia cum ſit actor tenetur ſequi forum rei non ſo-
lum pariter priuilegiati, ſed habentis majus priui-
16 legium priuatiuè quo ad omnes, † quo caſu magis
illud attenditur tanquam potentius: Bart. *in auth. qui*
*rem, col.*2. *verſ. ſi vero vterque eſt priuilegiatus, Cod. de*
ſacroſ. eccleſ. Bald. *in auth. habita, col.*7. *verſ.*2. *quæro, C.*
ne fil. pro patr. Ruin. *conſi.*27. *col pen. in fi. verſ. quia pro*
ſolutione, numero 12. *lib.* 4. vbi quod iſta opinio eſt
17 communis, ſiue concurrant inter ſe, † ſiue contra
tertium, juxta *l. verum,* §. *vlt. cum l. ſeq. ff. de minorib.*
Lamberteng. *ſuper ſtatut. de contract. lib. mulier. in fi. n.*
119. *ad med.* poſt Abb. *in c. in præſentia, col.*13. *verſ. &*
quoniam iſte articulus, de probat.
Et ita ex prædictis fuit deciſum in hujuſmodi cauſa
Romana depoſiti coram R.P.D. Buratto, 29. No-
uembris 1619. vbi etiam, quod non obſtat decre-
tum Auditoris Cameræ, dum mandauit, quod re-
trouenditio, & ceſſio petita per aduerſarium in
actu depoſiti pecuniarum haberentur pro factis
provt juris eſt, ita vt ex hoc videatur rejeciſſe illam
proteſtationem, & conditionem in eodem depoſito
adjectam. Quia non legitur expreſſa rejectio talis
conditionis, immo pars ſemper repetiit omnes pro-
teſtationes, & interpellationes prius factas, Iu-
dex autem ſimpliciter pronunciauit retrouenditio-
nem haberi pro facta juxta formam Bullæ Pij V. &
ceſſionem hujuſmodi cenſeri pro facta, provt juris
18 eſt, † quæ clauſula reſtricta eſt ad ceſſionem, non
autem relata ad retrouenditionem, quæ habet ſuam
propriam, & ſpecialem determinationem per illa
verba juxta formam Bullæ: Iaſ. *in leg. talis ſcriptura,*
19 *numero* 36. *&* 37. *ff. de leg.*1. † vbi quod licet clauſu-
la generalis poſita inter aliqua capitula referatur
ad omnia præcedentia, & ſequentia, *l.*3. §. *filius inter*
medias ff. de liber. & poſthum. leg. fi. vbi Bart. *ff. de reb.*
20 *dub.* † quamvis eſſemus in materia odioſa, *l.*1. *Cod. de*
liber. præter. Alex. *conſi.*102. *ſuper eo de quo quæritur,*
*col.*4. *lib.*3. Bald. *in leg. quiſquis. in prin. C. ſi cert. petat.*
Tamen aliud eſt quando vnum capitulum habet
21 propriam, † & ſpecialem, ac ſeparatam determina-
tionem, tunc enim clauſula generalis ad illud non
refertur, *c. cum dilecti,* vbi Card & Imol. *col.* 4. *de do-*
nat. Bald. *in l.*2. *C. de legitim. heredib. & in c. inquiſitio-*
*ni, de appell. & in c.*2. *requiris, col. vlt. eod. tit.* Caſtr. &
Salic. *in l.*1. *C. de lib. præterit.* Alex. *in l. cohæredi,* §. *qui*
patiẽ. ff de vulg. & pup. Bald. *in l. in multis, ff. de ſtat. hõ.*
Præterea non poteſt dici rejecta hujuſmodi condi-
tio per dictum decretum, nam Iudex illud non
interpoſuit ſuper conſignatione cedularum depo-
ſiti per aduerſarium facta alterando illius formam,
ſed ſuſtinendo partes Monialium non compa-
rentium, & ſupplendo earum conſenſum, de-
creuit, quod retrouenditio, & ceſſio haberetur
pro facta, ſed quia non adhibuerat cauſæ cogni-
tionem,

tionem, an depoſitum eſſet legitimum, ne illas gra-
22 uaret, addidit clauſulam, prout ju.is, † quę operatur, quod ſi de jure Moniales non eſſent obligatæ ad retrouenditionem cum dicta conditione, tunc retrouenditio non haberetur pro facta: Bart. *in l. ambitioſa. de decret. ab ordin. facien. & in l. prætor ait, § ſi controuerſia, ff. de damn. infect.* Bald. *in l. 1. Cod. qui admitt. & in l. edita, C. de edend.* Roman. *conſi. 77. nu. 3.* Aſin. *in prax. n. 17. c. 3. verſ. 8. conſenſu, n. 3. & 4. fol. 257.*
23 Bero. *conſi. 74. num. 14. lib. 3.* † vbi etiam de amiſſione appellationis, quem facit Iudex cum illa clauſula, *prout de iure*, quæ operatur, vt ſit admiſſa, ſi de jure erat admittenda, alioquin contra, *c. conſtitutus, de appell.* Bart. *in l. ſi quando, in pr. ff. de legat. 1.* Roman. *d. conſi. 77. num. 4.* & ibi Mandol. *in verb. ſi & in quantum.* Soc. *conſi. 47. in præſenti conſultatione, nu. 6. lib. 4.* Felin. *in c. cum contingat, col. 3. n. 13. de offic. deleg.* cum aliis *in tract. de clauſul. p. 2. clauſul. 362. nu. 4. fol. 346.* Ruin. *conſi. 61. num. 27. lib. 5.*

EPITOME.

Adminiſtratores Monaſterij deputati ad emendum cenſum ſcutorum mille, an poſt illius conſtitutionem poſſint declarare in apocha priuata, quod verè cenſus fuit conſtitutus in minori ſumma. ¶ Quę incontinenti fiunt quando cenſeantur ineſſe etiam poſt factum perfectum. ¶ Et quid ſi gerantur ab eis, qui non habent poteſtatem inchoandi actum. ¶ Confeſſio Prælati an præjudicet eccleſiæ etiam in quærendis, & in bonis immobilibus diſcretis à capitulo, & conuentu. ¶ Contradicens inſtrumento an grauetur duriori probatione. ¶ Et quem effectum habeat obſeruantia contractus in eo celebrati. ¶ Diuerſitas ſummarum quando probet diuerſa credita. ¶ Actus quo caſu dicatur correſpectiuus, & factus incontinenti. ¶ Declaratio an verſetur circa rem dubiam, vel claram. ¶ Et quando dicatur noua diſpoſitio, per quam non poſſit tolli jus alteri quæſitum. ¶ Clauſula *actum*, an debeat poni in fine rei geſtæ, vt oſtendat illius perfectionem. ¶ Veriſimilitudo quando in probationibus habeatur pro lege, & faciat plenam fidem. ¶ Procurator an debeat ſoluere intereſſe non emens juxta formam mandati per eum acceptati. Manutentio in exactione fructuum cenſus an ſit danda pendente lite. ¶ Vel lata ſententia ſuper illius inualiditate. ¶ Vel conceſſa reſtitutione in integrum aduerſus rem judicatam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit rem notoriam, & fidem indubitatã, ita vt contrariũ aſſerẽs grauetur duriori probatione.*
2 *Cenſus præſumitur verus, & factus in pecunia numerata ſtante inſtrumento ſuper eo celebrato, & comprobatur per ſolutiones fructuum, nu. 3.*
4 *Obſeruantia contractus tollit obiectum nullitatis.*
5 *Declaratio, ſeu confeſſio adminiſtratoris, quod cenſus fuit conſtitutus in minori ſumma non poteſt fieri ex interuallo poſt ius acquiſitum eccleſiæ de maiori quantitate, n. 10. 13. 35 & 38.*
6 *Confeſſio ſpontanea procuratoris non præiudicat domino.*
7 *Prælatus non nocet eccleſiæ confitendo, quamuis ſimus in bonis immobilib. diſcretis à capitulo, & cõuentu, n. 8.*
9 *Confeſſio Prælati non præiudicat eccleſiæ ſine conſenſu capituli, licet ſimus in quærendis.*
11 *Declaratio verſatur circa rem dubiam, non claram, nam tunc eſſet noua diſpoſitio, per quam non poſſet tolli ius alteri quæſitum, & n. 12.*
13 *Cenſus conſtitutus pro ſcutis mille dicitur peremptus, ſi declaretur, quod illius impoſitio fuit facta pro minori ſumma.*
14 *Idem ius debet eſſe de toto ad totum, quod de parte ad partem.*
15 *Confeſſio Rectoris adminiculata præiudicat eccleſiæ.*
16 *Diuerſitas ſummarum probat adeſſe diuerſa credita.*
17 *Incertitudo facit, vt nõ poſſit ſumi aliqua interpretatio.*
18 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
19 *Actus non dicitur correſpectiuus, ſed diſtributiuus quando declaratur minor ſumma cenſus prius conſtituti in maiori.*
20 *Quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe. Intellige quando geruntur ab eo, qui habet facultatem faciendi, nu. 21. & 34.*
22 *Poſt contractum abſolutum an cenſeantur ineſſe, quæ fiunt incontinenti, & nu. 29.*
23 *Contractus abſolutus non recipit conditionem.*
24 *Clauſula actum, oſtendit perfectionem rei geſtæ, quando eſt propoſita in fine inſtrumenti, num. 25.*
26 *Veriſimilitudo attenditur in probationibus, & habetur pro lege, & inducit plenã fidem, ſi adſint adminicula.*
27 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
28 *Scientia præſumitur ratione coniunctionis, cohabitationis, communionis, & intereſſe.*
30 *Actus non dicitur geſtus incontinenti, ſi partes ad extraneos actus diuerterint, & quomodo de hoc dicatur conſtare, num. 31.*
32 *In diſpoſitione vltro citroq; obligatoria non poteſt dici, quod declaratio illi inſit ſine cõſenſu vtriuſq; partis.*
36 *Procurator tenetur ad intereſſe, non emens iuxta formam mandati per eum acceptati.*
37 *Teſtis habens intereſſe non probat.*
39 *Pendente lite, & lata ſententia ſuper inualiditate cenſus, datur manutentio in exactione fructuum, nu. 41. Amplia etiam conceſſa reſtitutione in integrum aduerſus rem iudicatam, num. 42.*
40 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ latæ.*

CAPVT DCCXCVI.

NOn eſt recedendum à deciſis in cauſa Romana cenſus coram Sanctiſſimo Gregorio XV. 29. Iunij 1608. quia conſtat ex inſtrumento publico, cenſum fuiſſe factum in numerata pecunia,
1 † quod debet attendi tanquam faciat rem notoriã, & fidem indubitatam, & manifeſtiſſimam, ita vt qui contrarium aſſerit duriore probatione grauetur tanquam veniens contra caſum legis: Gloſ. *in l. cum precibus, Cod. de probat.* Bero. *conſi. 147. num. 14. lib. 2.* Surd *conſi 6. num. 11. & conſ. 133. n. 34. lib. 1.* Tiraq. *de*
2 *retract. lignag. § 2. gl. 1. num. 20.* † Et in numeratione pretij cenſus: Rot. coram Sanctiſſimo Romana cenſus, 15. Februarij 1604. & coram R.P.D. Coccino Bononien. cenſus, 24. Aprilis 1600. Maximè, quia
3 fides hujuſmodi inſtrumenti eſt comprobata † per exactiones fructuum eiuſdem cenſus per decem annos, & vltra pro rata, & integra ſumma etiam judicialiter factas, quo caſu cenſus magis præſumitur verus, & legitimus: *l. in bonum, C. de probat.* Pariſ. *conſi. 28. nu. 50 lib. 2.* Soc. Iun. *conſi. 61. num. 11. lib. 2.*
4 Neuizan. *conſi. 78. nu. 34* Surd. *conſi. 6. num. 17.* † Ita vt per talem obſeruantiam non poſſit amplius dubitari de validitate eiuſdem cenſus: Aym. *conſi. 101. num. 4. & conſi. 174. nu. 7.* Card. Seraph. *deciſ. 918. n. 2.* Rot. *deciſ. 303. nu 8. p. 2. in recent.*

Quo ſtante non debet attendi declaratio facta in apocha per eoſdemmet, qui cenſum emerunt, quod ille ſolum fuit emptus pro ſcutis 550. non autem

5 pro mille, provt continetur inſtrumento. † Quia
talis declaratio non potuit fieri ex interuallo poſt-
quam fuit acquiſitum jus ex dicta integra cenſus
impoſitione ad fauorem Monialium, in quarum
præjudicium non potuit minus, cum confeſſio ſpó-
tanea Prælati, ſeu adminiſtratoris non noceat do-
mino tanquam tendens ad diſtractionem rerum ec-
cleſiæ: Gloſ. *in c.2. in verb. conuentuum de teſtib. in 6.*
Fel. *in c.fi. col. pen. n.* 11. poſt Abb. *ibi n.44. de præſcript.*
Aym. *de antiq. temp. p.1. §. propoſitum noſtrum, n.68. fol.*
34. Rom. *conſi.* 389. *nu.* 1. *cum ſeq* Feder. *conſ.* 114. *nu.* 2.
Dec. *conſi.* 474. *num* 6. *&* 7. Bero. *conſi.* 116. *nu.* 11. *lib.* 1.
Ang *conſ.* 245. *n.* 8. Maſcard. *concl.* 367. *n.* 8. Rot. coram
Card. Pamphilio Veronen. juriſdictionis, 18. Martij
1596. & in ſimili declaratione Rot. coram Sanctiſ-
ſimo Romana cenſus 18. mille ſcutor. 25. Februarij
6 1604. Provt etiam dicimus † de ſpontanea confeſ-
ſione procuratoris, quæ non præjudicat dómino:
Alex. *conſ.* 130. *n.* 6 *li.* 4. Pariſ. *conſi.* 115. *n.* 21. *cũ ſeq li.* 1.
Præſertim, quia ſumus in confeſſione Rectoris, & Ca-
7 merarij, † qui nullam habet legitimam adminiſtra-
tionem, neque aliquam facultatem abſque congre-
gatione, penes quam tota poteſtas reſidet, vt in
Conſtitutione Sixti V. exhibita. Tunc enim nun-
quam confeſſio ſolius prælati præjudicat eccleſiæ,
neque in bonis diſcretis à congregatione, ſeu capi-
tulo, & conuentu, neque in aliis: Fel. *in cap. fi. col. vlt.*
ante med. verſ. & adde nu. 11. *de præſcr.* Pariſ. *conſi.* 3. *n.*
29. *&* 30. *lib.* 4. Dec. *conſi.* 142. *pro tenui facultate, num.*
1. *& conſ.* 474. *viſo inſtrumento, nu.* 6. *&* 7. Rom. *conſ.*
36. *in prin. & conſi.* 389. *nu.* 1. poſt gl. *in c. dudum, il* 2.
8 *in verb. de veritate, de elect.* † Maxime quando, provt
in caſu noſtro tractatur de confeſſione concernen-
te res immobiles: Dec. *d. conſi.* 474. *num.* 1. poſt Abb.
in c. fi. col pen. de præſc.
Amplius neque in quærendis, nedum in quæſitis poſ-
9 ſet prælatus confitendo præjudicare eccleſiæ † ſine
conſenſu congregationis, aut capituli, quamvis
enim in quærendis non requirantur ſolemnitates,
debet tamen interuenire conſenſus, & auctoritas
capituli, non ſolius Prælati Alex. *in l. legatum, num.* 2.
ff. de leg. 1. Lap *allegat.* 123. *in fi.* vbi Quint. Mandoſ.
in verb. prælatus. Feder. de Sen. *conſi* 9. Horat. Man-
doſ. ad Roma. *conſi.* 184. vbi teſtatur ita in Rota de-
ciſum. Burſat. *conſi* 54. *num.* 12. *lib.* 1. Rol. *conſ.* 15. *nu.*
38. *lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 100. *in fi p.* 1. *& deciſ.* 559. *p.* 2.
& latiſſimè comprobat Genuenſ. Epiſcopus Iſerniæ
Pr actic. Eccleſ. quæſt. 150. *per tot.* Quamvis hoc di-
10 ctum ſit ex abundanti, quia ſumus in quæſitis, † non
autem in quærendis, nam per conſtitutionem cen-
ſus ſtatim quæritur jus eccleſiæ, quòd ex interuallo
etiam modico non poteſt tolli, nec in totum, nec
in parte: Felin. *in c. cum paſtoralis, §. idem cum totum,*
de offic. delegat.
Neque ſumus in declaratione, quia declaratio verſatur
11 circa rem dubiam: † Surd. *conſ.* 281. *numero* 29. *in fin.*
non autem circa rem claram, tunc enim dicitur no-
12 ua diſpoſitio, † per quam nunquam poteſt tolli jus
quæſitum alteri, neq; retrotrahitur in præjudicium
illius: Caſtr. *in l. heredes palam, §. ſi quid poſt, col.* 2 *in*
fi ff. de teſt. & conſi. 338. *n.* 9. *& conſ.* 357. *n.* 3 *lib.* 1. Iaſ.
conſ. 128. *n.* 6. *lib.* 4. Dec. *in c. cum veniſſent, n.* 5. *de iud.*
& conſ. 114. *pro tenui facultate, n.* 5. Rol. *conſi.* 46. *n.* 38.
lib. 2. Alex *conſ.* 11. *num.* 14. *lib.* 7. Becc. *conſ.* 3. *num.* 44.
Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. libertis, n.* 15. *C. de reuoc.*
don. Surd. *conſ.* 192. *n.* 31. *& conſ.* 196. *n.* 40. *& conſ.* 288.
n. 6. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 106. *nu.* 12. *& conſ.* 111. *n.* 12.
Et quidem, cum fuerit emptus cenſus pro ſcutis mil-
le, & poſtea ex interuallo dicatur illum fuiſſe ſolum
13 emptum † pro ſcutis 550. dicitur pro illa parte a-
ctus peremptus, non autem declaratus: Bald. *in l.* 1.
in fi. C. de liber. præterit. Et ſicut poſt emptum cenſum
pro tota ſumma non potuiſſet adminiſtrator dicere
illum non fuiſſe emptum in præjudicium eccleſiæ,
ita etiam quando dixit ex interuallo, quod non fuit
emptus, niſi pro parte, cum ſemper in vtroque caſu
14 adjuuatur jus quæſitum eccleſiæ, † tanquam idem
jus debeat eſſe de parte quo ad partem, quod de to-
to quo ad totum: *leg. iuriſgentium, §. adeo.* vbi Iaſ. *ff. de*
pact. l. quæ de tota. vbi Gloſ. & Bart. *ff. de rei vendic.*
Falc. *in c. paſtoralis, §. idem cum totum, ff. de offi. delegat.*
Non obſtat, quod confeſſio Rectoris, & Camerarij
15 tanquam adminiculata, † præjudicat Monaſterio:
Card. Seraph. *deciſ.* 442. *num.* 2. Quia adminiculum
deſumptum ex ſolutione ſcutorum 550. poſtea facta
Horatio, qui bonam fidem cenſus recognouit, non
debet attendi, cum tabulis ſumma ſoluta non cor-
reſpondeat ſummæ ſcutorum 550. pro qua dicitur
ex aduerſo non interueniſſe pecuniam in celebra-
tione cenſus, vnde non concluditur, quod fuerit ſo-
16 lutum in cauſam dicti cenſus, † tanquam diuerſitas
ſummarum probet diuerſa eſſe credita: Bart. *in l. cum*
centum, 9. n. 1. *in fi. verſ. aut ſecundum ff. de adim. legat.*
Bald. Ang. Caſtr. & Imol. *in leg. ſcire debemus, ff. de*
verb. oblig. Surd. *conſ.* 119. *num.* 2. *vſque ad* 5. *lib.* 1. *&*
conſi. 327. *num.* 45. *lib.* 3.
Et licet in ordine facto per Horatium Rinaldo Came-
rario, vt ſolueret dicta ſcuta 350. addantur illa ver-
ba; quali menarò boni à conto di quel che mi deue
la Compagnia, Tamen apparet, quod in quietantia
facta in dicto ordine ſolum aſſeritur fuiſſe recepta
17 ſcuta 318. ita vt ſemper varietur ſumma, † ex qua
variatione non poteſt colligi ob quam cauſam tales
pecuniæ ſoluantur, vnde tanquam adſit incertitu-
do, nullum poteſt deſumi adminiculum: Soc. *conſil.*
24. *num* 36. *lib.* 2. Marſil. *in rubr. de probat. nu.* 382. *cum*
ſeq Surd *conſ.* 39 *num.* 27. *lib.* 1.
Immo quamvis prætendatur ſolum fuiſſe ſoluta ſcuta
318. non autem 350 propter retentionem fructuum
cenſus, hoc eſt diuinare, cum neque factis calculis
iſtæ pecuniæ retentæ correſpondeant fructibus de-
bitis, vt latius oſtenditur in facto, vbi etiam tollitur
aliud adminiculum deſumptum ex libro Monia-
lium, quo ad partitam ſcutorum 162. quæ non cor-
reſpondet fructibus debitis pro ſcutis mille, ſed ſo-
lum ad rationem ſcutorum 900. cum negetur talis
extractio partitæ, & nullibi probetur librum eſſe
18 Monaſterij, & in eo talem partitam contineri, † ideo
non entium nullæ ſunt qualitates, *leg. non omnis. ff. ſi*
cert. petat.
Minus obſtat, quod confeſſio facta per Rectorem in
apocha ſit correſpectiua inſtrumento prius ſtatim
19 celebrato. † Quia cum per iſtam confeſſionem tol-
latur in parte cenſus prius emptus, non poſſunt dici
iſti actus correſpectiui, ſed deſtructiui, quo caſu ad
effectum præjudicandi juribus qualitas Monaſte-
rio, non adeſt aliqua poteſtas in Rectore talem
actum faciente, ideo confeſſio eſt nulla, & non præ-
judicat: Dec. *conſ.* 474 *num.* 6. *&* 7. cum aliis ſupra al-
legatis *num.* 5. *vſque ad* 11.
Nec facit objectum deſumptum ex illa regula, quæ
20 incontinenti fiunt, † quod cenſeantur ineſſe: *leg. le-*
cta. ff. ſi cert. petat. Bald. & Dec. *in leg. petens, C. de pact.*
Quia procedit, quando illud, quod fit incontinenti
21 fuit geſtum à perſona habente facultatem, † quam
non habet Rector in caſu noſtro in præjudicium
juris

iuris iam quæſiti eccleſiæ, vt dictum eſt: Surd. d.
conſ.501.n.3.li.4.iuxta l.1.& 2.D.de reb.cor.Simonç.
de decret.lib 2.tit.6.n.11.vſque ad 21. Card.Mant.de
tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.28.numer.41.& 44.
dixi ſupra c.241.per tot.

Cum etiam quando contractus eſt abſolutus, & per-
fectus, prout eſt cenſus, de quo agimus, facta in-
22 continenti, † non cenſeantur ineſſe, l.in bonæ fidei,
vbi Alex.& Dec.C.de pact.Tiraq.de retract.conuen.§.
1.gloſſ.5.tom.25. poſt Bart. in l.lecta,col.3. verſ.ſecun-
do quæro n.18.D.ſi cert.petat.& in l.1.col.2.verſ.quæro
qualiter D.de ſol.& in l.cõtractus,C.de fid.inſtr.Cyn.
in l.cũ antiquitas,C.de teſtam.Ang. & Caſtr. ſup l. iu-
23 riſgentium,§.quinimmo.D.de pact.† tanquam contra-
ctus perfectus; & abſolutus non capiat conditio-
nem.l.perfecta,C.de donat.quæ ſub mod. Et tunc dici-
tur contractus abſolutus, quando, prout in caſu
noſtro, emptores cenſus, & deputati ad illum e-
mendum, & venditores, ſeu eorum procuratores
impoſuerunt cenſum per publicum inſtrumentum,
24 & fuit ſolutum pretium, & facta quietatio, † cum
clauſula actum, quæ demonſtrat perfectionem rei
geſtæ:Bald. in auth. qui ſiue, n.1.verſ. & ideo tabellio-
nes, C.de teſtam. Caſtr.in l.is qui,num. 4. D. eod. tit.
Alex.conſ.14.n.19.lib.6.Paril.conſ.297.n.5.lib.2.Ca-
gnol.in l.librarius,nu.71.D.de reg.iur.Card.Seraph.
25 deciſ.909. in fi. † Maxime quando, prout in caſu
noſtro, eſt appoſita in fine inſtrumenti: Surd.conſ.
187.num.4.Honded.conſ.35.n.46.lib.1.cum aliis in
tract.de clauſul.p.1.clauſul.4.n.3.Barboſ. de action.&
clauſul.clauſ.1.n.1.fol.183.Rot.deciſ.714.n.1.p.1.in
recentiorib.& deciſ.628.n.3.p 2.in recentior.

Nec aduerſatur, quod contractus cenſualis fuerit
obſeruatus ab eo, qui non interuenit in ipſa con-
ſtitutione cenſus, ità vt ex hac obſeruantia non
poſſit deſumi aliqua conualidatio illius. Quia ſa-
tis eſt; quod qui obſeruauit contractum fuit ipſe-
met principalis, ad quem ſpectabat onus ſoluendi
tam ſortem, quam fructus cenſus, vnde non eſt præ-
ſumendum, quod ſoluiſſet pro toto cenſu, ſi verè
non habuiſſet pecuniam integram in contractu
26 expreſſam, † quæ veriſimilitudo attenditur in ma-
teria probationis, & habetur pro lege, & inducit
plenam probationem iuncto inſtrumento, & aliis
in facto relatis: Aym.conſ.61.n.9.& conſ.73.num.41.
Bald.conſ.180.mortuo filio,lib.3.Socin.conſ.149.col.7.
lib.1.Aret.conſ.9 col.2. Vix enim homines ſoluunt,
quod debent, vnde multò minus credendum eſt,
quod qui habuit partem pecuniarum cenſus ad eum
ſpectantium voluerit ſoluere fructus illius pro ma-
27 iori ſumma, quã recepta, † cum in neceſſitatibus
nemo præſumatur liberalis, l.rem legatam,in fi.D.de
adim.legat.Surd.conſ.112.n.7. lib.1. Et quatenus et-
iam cenſus ſpectaret ad Horatium fratrem, Tamen
ſatis eſt, quod alter frater Prælatus erat principalis,
& tanquam in eo obligatus præſumendum eſt fuiſſe
certioratum de quantitate cenſus, quam non ſol-
uiſſet, ſi verè illam non habuiſſet, vel ipſe, vel eius
28 frater, † cum ratione coniunctionis, & cohabita-
tionis, & communionis, quæ inter eos exiſtebat, &
intereſſe, quod habebat in dicto cenſu ſcientia
præſumatur:Bald.conſ.392.col.2.lib.1. Abb. conſ. 19.
col.2.lib.1.Aym.conſ.123.n.1.& 2.& conſ.168.n.6.

Nec ſubſiſtit, quod etiam poſt actum perfectum poſſit
29 incontinenti aliquid addi: † Tiraq. de retract. con-
uent.§.1.gloſſ.5.n.25.in fi.Card.Mant.de tacit. & am-
big.conuent.li.3.tit.15.n.45.cum ſeq. Quia in caſu no-
ſtro non poteſt dici, quod actus fuerit geſtus in-
30 continenti, † cum partes ad actus extraneos di-
uerterint:Gl.in l.bonæ fidei,in verb. incontinenti. vbi
Alex.n.12.verſ.ſubdit tamen.C.de pact.Iaſ.in l.lecta,n.
20.vbi Cagnol.nu.109.Bologn.n.68. & 69.ff.ſi cert.
petat.Corn.conſ.348.n.3.lib 1.& conſ.288.nu.8.lib.3.
Ruin.conſ.108.n.7.lib.5.iuxta l.heredes palam,§. vlt.
ff.de teſtam.l.cum antiquitas, C.eod.tit,l.duos reos,§.fi.
D.de duob.reis,l.communis, in pr.ff.de verb.oblig.& de
communi Card.Mant.d.tit.15.n.47.lib.3.

Et quod partes ad alios actus extraneos diuerterint
patet, quia declaratio non ſolutionis totius pretij
31 non fuit facta inter eoſdem contrahentes, † ſed in
abſentia venditoris cenſus, qui habuit ſcuta mille
incontanti, prout neque interuenit idem notarius
rogatus de inſtrumento cenſus, nec in eodem lo-
co, ſeu in ſcriptura priuata, quæ omnia ad hunc ef-
fectum debebant interuenire, vt per Bologn. in d.l.
32 lecta,n.110.Becc.conſ.91.n.7. † Maxime cum ſimus
in contractu emptionis, & venditionis vltro citro-
que obligatorio, ita vt prædicta declaratio non poſ-
ſit ineſſe eidem contractui ſine conſenſu vtriuſque
partis:l.iuriſgentium,§.adeo ff.de pact.l.ab emptione,ff.
33 eod.tit.l.1.C.quand.lic.ab empt.diſce. † Vnde poſt ius
quæſitum Monialib. principalib. ementib. cenſum
non potuerunt deputati in aliquo præiudicare:l.ſin
autem,ff.de pact.cum aliis ſupra allegatis n.5.cum ſeq.

Et quidquid ſit de prædictis, illa procedunt in depen-
dentibus à libera voluntate, & poteſtate contra-
34 hentium, † & in eis, qui habent facultatem in-
choandi actum etiam de nouo: Imol.in l.iudex,nu.
8.poſt med.verſ.ſed nos loquimur,ff de re iudic.Cagno.
in l.lecta,n.113.& ibi Bologn.n.34.verſ.2.limita, ff.ſi
cert.petat.Alex.conſ.90.n.5.lib.1.Neguſ. de pig.nq.4.
prin.num 41.Quare cum procuratores eſſent ſolùm
ſpecialiter deputati ad emendum cenſum pro pre-
tio ſcutorum mille, vt expreſsè per illos aſſeritur in
inſtrumento emptionis eiuſdem cenſus, non pote-
rat per eos aliud fieri in ſcriptura particulari contra
35 dictam deputationem † in præiudicium earum-
dem Monialium, quæ tales deputatos fecerunt: l.
tranſactionis placitum,C.de tranſact.Bald. in l.non ab-
ſtulit.n.1.C.de nouat. cum aliis adductis ſup.n.10.

Additur, quod dicti procuratores nullam fidem me-
rentur, quamuis etiam eſſent examinati formiter
cum iuramento, & aliis requiſitis in iudicio ita de-
poſuiſſent, nam cum fuerint ſpecialiter deputati
ad emendum huiuſmodi cenſum pro ſumma ſcu-
torum mille, illumque emerint pro eadem quanti-
tate, dum poſtea declarant, quod cenſus non fuit
emptus niſi pro ſcutis 550.tractant de ſe exoneran-
do reſpectu fructuum dicti cenſus, vel ſaltem ra-
36 tione intereſſe, † ad quod tenetur procurator non
emens iuxta formam, & tenorem mandati per
eum acceptati, l.ad comparandum,C.mandat. l.ſi pro
37 curatore,§.mandati,D.eod.tit.† Ideo ob tale intereſ-
ſe nulla fides eſt illis danda,l.omnibus,Cod. de teſtib.
Cæſar.de Graſſ.dec.3.n.7.eod.tit.

Neque eſt habenda ratio, quod in ſcriptura conti-
nente talem declarationem interuenerint illimet
teſtes, qui interfuerunt inſtrumento emptionis
38 cenſus. † Nam nihil deponunt, quod tota ſumma
non ſit numerata, ſed ſolum ſubſcripſerunt dictam
apocham, in qua fit talis declaratio, quæ non po-
tuit præiudicare Monialibus, quibus iam fuerat
quæſitum ius ex cenſu ad earum fauorem empto
pro tota ſumma expreſſa in inſtrumento, iuxta de-
putationem ab eis factam in eadem ſumma, non
in minore, vt dictum eſt ſupr.num.5.cum ſeq. ¶ Et

ita ex prædictis fuit confirmata deciſio alias facta in huiuſmodi cauſa Romana cenſus ad fauorem Monialium declarando cenſum validum, ideo fructum deberi, qui non fuerint ſoluti per annos ſexdecim, & vltra, vt in deciſione coram R.P.D. Buratto, 22. Martij 1620. ¶ Quamuis ſolutio dictorum fructuum non debuiſſet retardari per tantum ſpatium temporis,
39 † cum pendente lite ſuper nullitate cenſus interim dominus illius ſit manutenendus in exactione fructuum, ita vt hoc procedat etiam poſt latam ſententiam inualiditatis ſactus, quando ab ea fuit appellatum, tanquam per appellationem
40 † ſit ſuſpenſus effectus eiuſdem ſententiæ *l.1.D ad Turpillian c.veniẽs.de iureiurãd.*
41 † & per conſequens interim non impeditur manutentio: Caputaq. *deciſ.323.par.1.* Rot. coram R.P.D. Corduba Romana ſeu Præneſtina cenſus, 5. Iunij 1599. & coram eodem Beneuentana cenſus, 13. Iunij 1594. & coram Sanctiſſimo D.N Gregor. XV. Imolen cenſus, 11. Maij 1607. quæ eſt impreſſa *poſt tract.de cenſib.dec.213.nu. 7. & 8.* vbi allegantur concordantes deciſiones. Cæſar. de Graſſ. *dec. 4. de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.*

Immo etiam in fortioribus terminis pendente cau-
42 ſa reſtitutionis in integrum † poſt latas ſententias in petitorio ſuper extinctione cenſus datur manutentio: Rot. coram Card. Arigonio Veneriarum cenſus, 22. Martij 1596. & coram Card. Pamphilio Romana cenſus, 26. Aprilis 1596. & coram Sanctiſſimo D.N. Gregor. XV. Imolen. cenſus, 11. Maij. 1607. & coram R.P.D. Penia Romana cenſus. 6. Nouembris 1606. & coram R.P.D. Manzanedo Romana cenſus, 24. Iunij 1614. de quibus poſt *tractat.de cenſib.deciſ.213.n.8.& deciſ.235.inf.& deciſ.245.& 248.nu 7.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.4.de cauſ. poſſeſſ.& proprietat.*

EPITOME.

Præſentia intimatio, notorium, & ſcientia quando ſuppleat omnem defectum citationis ¶ Actus conficiendi inuentarium an ſit extraiudicialis, & leuis præiudicij. ¶ Et quando in eo conficiendo ſufficiat quæcumque denunciatio. ¶ Modus certiorationis an attendatur, ſi habemus effectum, non ſolum ſi idem effectus fuit cauſa modi inducendi, ſed è contra. ¶ Decretum Iudicis an requiratur in inuentario hæredis & tutoris. ¶ Dolus an excludatur, ſi in confectione inuentarij fuerint plures citati, & aliqui non, ita vt hoc proſit ad reſtitutionem concedendam hæredi, ſiue agatur cum legatariis, ſiue cum creditoribus. ¶ Reſtitutio in integrum an concedatur maiori poſt aditam hæreditatem, & in aliis inductis ad conſeruandum iuris rigorem ob iuſtam cauſam. ¶ Et an illa dicatur talis, ſi fuerit detectum magnum æs alienum, quod prius erat incognitum, ¶ Paupertas an repellat teſtem, ſi non conſtat illum eſſe ſuſpectum. ¶ Exceptio contra teſtem an debeat attendi, ſi non probetur de tempore examinis. ¶ Contrarietas an adſit in teſte, qui prius dixit aliquid ſcire, & poſtea dicat neſcire, ita vt intelligatur, quod nihil ſcit præter aliud, quam dixerit. ¶ Depoſitiones teſtium quando ſint reducendæ ad concordiam. ¶ Et an ſint inualidæ, ſi conuincantur de mendacio in his, quæ non concernunt negotium principale. ¶ Tempus vnius anni datum hæredi ad exequendam voluntatem defuncti, an currat ſtante iuſta cauſa, vel detur reſtitutio, quatenus curreret.

SVMMARIVM.

1. *Præſentia ſupplet omnem defectum citationis.*
2. *In conficiendo inuentario non requiritur aliqua citatio iudicialis, ſed ſufficit, vt quoquomodo ſciatur illud eſſe conficiendum, n.13.& 14.*
3. *Actus conficiendi inuentarium eſt extraiudicialis, & leuis præiudicij, cum ſemper non citatus poſſit oſtendere alium defectum.*
4. *In citatione non requiritur peremptorium, quando ſumus in extraiudicialibus.*
5. *Scientia aliter tollit defectum citationis.*
6. *Modus certiorationis non attenditur, quando habemus effectum, ſi effectus fuit cauſa modi inducendi, non è contra.*
7. *Citatio requiritur in confectione inuentarij ſolum, vt illius confectio deueniat ad notitiam citati.*
8. *Notorium habet vim expreſſionis, & per illud dicitur probata ſcientia.*
9. *Denunciatio non requiritur habenti ſcientiam aliunde.*
10. *Inuentarium poteſt fieri abſque citatione quando eſt notoria illius confectio.*
11. *Intimatio ſupplet defectum citationis.*
12. *Inuentarium hæredis non requirit decretum Iudicis, vel actum iudicialem, quidquid aliud ſit in inuentario tutoris, cui debet committi adminiſtratio.*
15. *Nullitas inuentarij non attenditur ceſſante dolo.*
16. *Dolus excluditur, ſi in confectione inuentarij fuerint plures citati, & aliqui non, ita vt hoc proſit ad reſtitutionem concedendam hæredi, ſiue agatur cum legatariis ſiue cum creditoribus.*
17. *Legatarius tractat de lucro, creditor autem de damno,*
18. *Citatio particularis creditorum non requiritur ad faciendum inuentarium quando ſunt multi, ſed ſufficit generalis per præconem publicum.*
19. *Reſtitutio in integrum conceditur etiam maiori poſt aditam hæreditatem ob iuſtam cauſam, & n.20.*
21. *Tempus datum hæredi ad exequendam voluntatem defuncti eſt vnius anni, quod non currit ſtante cauſa, vel datur reſtitutio ſi curreret, n.22.*
23. *Reſtitutio ob iuſtam cauſam conceditur etiam in illis, quæ ſunt inducta ad conſeruandum iuris rigorem.*
24. *Maiori an ſuccurratur per reſtitutionẽ ſi fuerit detectũ magnum æs alienum, quod prius erat incognitũ, n.25.*
26. *Teſtis facit fidem quamuis conuincatur de mendacio in his, quæ negotium principale non concernunt.*
27. *Exceptio familiaritatis non releuat contra teſtem, ſi illa non probetur de tempore examinis.*
28. *Paupertas non repellit teſtem, niſi conſtet eũ eſſe ſuſpectũ.*
29. *Teſtis non eſt ſibi cõtrarius, ſi prius dixit aliquid ſcire, & poſtea dicat neſcire tanquam debeat intelligi, quod nihil ſciat præter aliud, quam dixerit, n.30.& 31.*
32. *Depoſitiones teſtium ſunt coadunandæ, & reducendæ ad concordiam, & n.33.*

CAPVT DCCXCVII.

Videtur recedendum à deciſis in cauſa Romana legati de Vrſinis, 10. Februarij 1620. etiam per viam reſtitutionis in integrum, Nam ratio deciſionis ſola fuit ob defectum citationis legatarij ad inuentarium conficiendum, quæ hodie ceſſat, cum fuerit probata præſentia eiuſdem legatarij, quando idem inuentarium conficiebatur, vt per primum teſtem, iux.26. *in ſummar.num.6.* & per ſecundum iux. 27. *in ſummar. num.7.* & per
1 tertium iux 1. *in ſummar. num.8.* † per quam præſentiam ſuppletur omnis defectus citationis, ſi extitiſſet, licet verè non extiterit *l.etiam.§. 1. D.de minorib.* Abb. *conſ.8. tria ſunt.col.1.lib. 1.* Capi. *dec.1. num.32.*

n.32.Vant.*de nullit.defect.citat.n.*116. Rot. *diuerſ deciſ.*422.*& deciſ.*151.*num.6 part.*2.Card. Seraph.*dec.* 1094.*num.*4. Rot. Cotam R.P.D. Vbaldo Aurien. parochialis.16.Martij.1615.

Maxime, quia ſumus in materia inuentarij. in qua non requiritur aliqua citatio iudicialis, cũ ſufficiat,
2 † vt quocunque modo ſciatur illud eſſe conficiendum, ideò admittitur quælibet ſimplex conuocatio, ſeu denunciatio facta per hæredem, quod legatarij interſint ad videndum confici inuentarium,ita in ſpecie concludit Bart.*conſ.* 174. *maritus fecit hæredem.n.*4.*&* 5 *lib.*1.Put.*deciſ.*266.*n.6.lib.*3.

Præſertim, quia iſte actus conficiendi inuentarium eſt extraiudicialis, & leuis præiudicij, nam ſemper
3 † non citatus poteſt oſtendere defectum inuentarij, & non præſumitur delictum, quod hæres fraudauerit, prout in propoſito. notat. Achill. *de-*
4 *ciſ.*303.*alias* 3 *n.*3.*&* 4.*de teſtam.*† vbi etiam ex hoc concludit, quod neque in tali citatione requiritur peremptorium, cum in actibus extraiudicialibus illud non ſit apponendum: Socin. *de citat. art.* 27.*n.*52.Curt.Iun.*in l ad peremptorium.*68.*n.*9.*de iudic.* & latè d.deciſ.Achill.comprobat Phanuc.*de inuentar.par.*3.*n.*19 *fol.*58.

Ideo cum probetur præſentia legatarij in inuentario, præſumenda eſt etiam ſcientia, & certioratio,
5 † per quam dicitur quoque ſublatus omnis defectus citationis quatenus adeſſet: Alex. *in l.*1.*n.*4 *D. de feriis & conſ.*123.*n.*3 *lib.*2.Felin.*in c.illud.nu.*8.*de præſcription.*Vant. *de nullit.c.vlt.n.*115. *cum ſeq.*Rot. coram R P D. Vbaldo Iinuen. pecuniaria. 16. Martij 1612. & coram eodem Meleuitana emphyteuſis 18. Maij 1618. Cum ſtante certioratione e-
6 ius † de cuius præiudicio agitur, non debeat attendi modus citationis, quo quis fuit certioratus, nam quando habemus finem, & effectum non curamus de modo *l fi.D.mandat.* maxime quando effectus fuit cauſa modi inducendi, non è contra *l. ſi mater.C.de inſtitut.& ſubſtitut.* Bald. *in l. de quibus n.*17.*D.de legib. & in l.ſi duo patroni.* §.*ſi quis iurauerit.col.*2.*D.de iureiur.* & in propoſito noſtro latè comprobat Decian. *conſil.*18. *num.* 121. *cum ſeq.lib.*1.
7 † Præſertim in confectione inuentarij, in quo citatio. & intimatio non requiritur, niſi vt illius confectio deducatur ad notitiam citati, & intimati *l.fi.*§ *ſin autem dubius.* vbi Gloſ. *C. de iur. deliber.* Phanuc.*de inuentar.p.*3.*nu.*3.*&* 9.

Immo etiam vltra præſentiam legatarij, & ſcientiam illius probatur quoque denunciatio eidem facta tempore inuentarij faciendi per teſtem procuratorem, & agentem ipſiuſmet legatarij iuxta 27. interrogatorium, vt in *ſummar. num.* 6. *& ſuper* 16.*in ſummar. num.* 9. vbi etiam ſubdit, quod legatarius habuit portionem ſuam argentorum in actu celebrationis inuentarij, cuius celebratio erat notoria, tanquam fieret in domo, ad
8 quam idem legatarius ſæpe accedebat, † adeo vt ſtante iſto notorio magis ſcientia ſit probata, ita vt alia denunciatio non requireretur, tanquam notorium habeat vim expreſſionis, & idem operetur, quod ipſa expreſſio: Innoc. *in c.*1. *de offic.vicar.*Felin.*in c.cum ordinem. in* 5. *declarat de reſcript.*
9 Surd.*conſil.* 324.*num.* 6. *lib.* 3. † Et per conſequens ſtante tali ſcientia, nulla alia citatio erat facienda: Menoch.*conſ.*100.*num.lib.*1.latè Lancellot *de attentat.appella.pendent.ampliat.*15.*num.*28. *vſque ad* 39,
10 *tom.*5. *fol.* 356. † Prout ſtante notorietate poterat deueniri ad confectionem inuentarij abſque aliqua citatione: Bero.115.*n.*14 *lib.*3.

Et magis ſuſtinetur inuentarium, quia vltra præſentiam legatarij, adeſt etiam intimatio eidem facta 26.Martij 1604. in qua continetur, quod inuentarium inchoabitur die Sabbati 27 Martij hora 13 & continuabitur vna cum quinque diebus ſequentibus vſque ad illius perfectionem, vt *in ſummari*
11 *num.*3. † per quam intimationem fuit legatarius factus certus de tempore celebrationis inuentarij, & per eam ſuppletur omnis defectus citationis: Caputaq *deciſ.*35.*numer.* 7. *ad med p.*1. Cæſar. de Graſſ.*deciſ.*15.*nu.*4 *de teſtib.*Card. Seraph. *dec.*583.*n.* 3.*& deciſ.*1957.*nu.*4. Card.Mant. *deciſ.*84.*n.*3. *in fi. & n.*5.poſt Imol.& Zabarel.*in clem. cauſam* §. *intimatio.de election.* Rot. coram Card. Sacrato Lauretana bonorum 16 Iunij 1614. *& deciſ.* 227.*n.*3.*part.* 1.*in recentior.*Surd.*conſ.*86.*n.*31.*in fi.lib.*1.

Neque in inuentario hæredis requiritur aliquod decretum Iudicis, vel actus iudicialis, cum fieri poſ-
12 ſit † extra iudicium partibus præſentibus, quidquid aliud ſit in inuentario tutoris, cui adminiſtratio debet committi, Vrſil. *in clauſ.nil. nouar.inuentar confect,pendent.n.*16. *ad med.fol.*111.*& n.*75 *&*
13 76.*fol.*126.† tanquam ſit actus extraiudicialis, vt dictum eſt *ſupr. num.* 2. Bald. *in l. fi.* §. *cum igitur num.*13.*C.de iure deliber.* Phanuc. *de inuentar par.*3. *num.*7.*&* 9.*fol.*54.Porcellin.*eod.tit.c.*2. *num.*9 *&* 10. *num.*8.*par.*2 *fol.*158.Achill. *deciſ.*3. *num.* 3. *&* 4.*de teſtament.*

Et quatenus etiam decretum Iudicis requireretur, tamen de eo conſtat, cum fuerit adhibitum in inſtrumento inuentarij poſtea per notarium in actis poſito, in quo Iudex declarauit omnia rite.& rectè geſta fuiſſe, ſupplendo omnes defectus tam iuris,
14 quam facti,†ita vt ex hoc fuerit ſuppletus aſſertus defectus omiſſionis decreti aduocandi in citationibus factis ad videndum confici inuentarium, vel fuit declaratus terminus pro ſeruato in prima citatione habitus. quo declarato ceſſat defectus citationis, & decreti,quamuis, vt dictum eſt,in dicta citatione nullum aliud decretum eſſet adhibendum, cum ſimus in actu extraiudiciali confectionis inuentarij,quod poterat fieri partib. præſentibus ex ſupra allegatis *n.*2.*&* 13.

Ex quibus apparet nullum dolum poſſe conſiderari ob prætenſum defectum inuentarij, ſtante maximè præſentia legatarij per quam omnia ſunt con-
15 ualidata, † ita vt omnibus ſimul iunctis, non exiſtente aliquo dolo non attendatur nullitas inuentarij.Rot.*deciſ.*746.*num.*3.*par.* 2. vbi allegantur concordantes deciſiones Bellon *conſ.* 30.*n.* 6. Surd. *dec.*222.*nu.*13.*&* 14.poſt Ang.*in l.*1. §.*hac ſtipulatio. col.penult,verſ.& ſi dictus heres. D. ſi cui pluſquam per leg. Falcid.*

Immo etiam in totum dolus excluditur, quia quando
16 confectum eſt inuentarium, † & plures ſunt citati, & aliqui non, tamen æquius eſt, vt illud proſit etiam reſpectu non citatorum, cum lex non ſit omnino contempta, prout eſſet quando nullum inuentarium fuiſſet confectum, quo caſu maior contrauentio conſideratur, prout in ſpecie poſt Bart. concludit Franc. *dec.*229.*nu.*5.vbi etiam *in fi.* quod ita fuit bis iudicatum, reſtituendo hæredes, ſiue agatur cum creditoribus, ſiue cum legatariis,quam-
17 uis in caſu noſtro minus ſit dubitandum,† tanquam agatur cum legatario, qui tractat de lucro, licet creditor tractet de damno. prout in ſpecie conſiderat Menoch.*de arb caſ.*194.*nu.*66.*ad med.* poſt Rip,

*in tract.de peſt.tit.de remed.præſeruat.contr.peſt.n.*142.
Alciat.*in l.*2 *n.*12. *C.de in ius vocand.* Franc. *d.dec.*
18.230.*n.*7. † ¶ Quamuis in caſu, in quo adeſſet multi-
tudo creditorum non requireretur aliqua particu-
laris citatio creditorum, licet perſonæ eſſent certæ,
ſed ſufficeret citatio generalis per præconem pu-
blicum : Caccialup. *in l. cunctos populos col.*50.*C.de
ſacroſanct.eccleſ.* quod eſſe perpetuo notãdum tan-
quam paucis notum dicit Roland. *conſ.*9.*nu.*10.*lib.*
1. ¶ Et quæ ſit multitudo ſtatur arbitrio Iudicis,
Rebuff.*in l.in vſu iuris.*158.*col.*2.*poſt med.verſ.quar-
to notare,D.de verb.ſign.*iuxta Gloſ.*in c. lateres.*5.*de
cleric.excommunic.* Luc.de Penn.*in l.nominationum.
col.*2.*C.de decurion.lib.*12 Boer.*de ſeditioſ.verſ tertio.
præmitto n.*2.*in fi.tom.*11.*p.*1.*fol.*93.Conrad.*eod.tract.
c.*1.*n.*2.*d.tom fol* 99.Felin.*in c.dilectus.* 30.*col.*2. *poſt
princ.verſ. qui autem dicantur, de ſimon.* Cardin. *in
clem.*1.*§.ſi de iureiur.*
Quare etiam ſtantibus prædictis erit concedenda re-
19 ſtitutio in integrum hæredi, † quæ conceditur e-
tiam maiori poſt aditam hæreditatem ob non
confectum inuentarium ex clauſula generali ſi
qua iuſta, ſecundum veriorem opinionem, de
qua per Caſtr. *conſ.*398. *& circa primum nullum, ad
med.verſ. tertio ex quo dicta. lib.* 2. Auffr. ad Capell.
Tholoſ.*deciſ.*55.*num.*7.iuxta doctrinam Innoc. *in
c conſtitutus.*8.*ad fi.in verb.vtroque de in integr. reſtit.*
Odd.*eod.tit p.*2.*qu.*89.*art.*7.*num.* 53.*fol.*232.Rebuff.
*de reſtitution.& releuam.art.*1 *gloſ.*1.*n.*33.*in fi.tom.*2.
*fol.*110.Phanuc.*de inuent.p.*1 *n.*20.*& par.* 2.*nu.*22.*&*
23.Bero.*q.*64.*n.*1.Barbat.*conſ.*41. *in princ.lib.*2. Bo-
lan.*de reſtit.in integr.c.*130.*in fi. verſ in quam ſenten-
tiam,tom* 5.*fol.*177.Franc.Marc.*deciſ.*291.*nu.*3.*par.*1.
20 Card.Thuſc.*concl.*289 *n.*79.*lib.*7. *fol.* 20 † & con-
cludunt omnes *in l.iuris ignorantia*,vbi Alex.*col.vlt.
in princ verſ.& pari ratione.n.*6.& ibid Franc.Curt.
in addit.in verb.rigorem.C.qui admitt iuxta Ancbar.
*conſ.*393.*viſa diligenter gratia, n.*4.
Exemplo temporis dati hęredi ad exequendam volun-
21 tatem defuncti, † quod eſt vnius anni, *auth. hoc
amplius. C. de fideicommiſſ.* quod tamen non currit
22 ſtante aliqua cauſa, vel datur reſtitutio, † quate-
nus curreret: Bald. *in l.id quod pauperibus. num.*13.*C.
de epiſcop.& cleric.* Abb.*conſ.*60.*viſo lib.*1 *& conſ.*61.
*venio ad primum lib.*2. Fedet. *conſ.* 19. *caſus talis eſt*
Iaſ.*in d auth.hoc amplius.n.*60.Phanuc.*de inuentar.p.*
1.*n.*20.*ad med.*
Et paſſim ſtante cauſa ex clauſula generali datur re-
ſtitutio non ſolum aduerſus malam confectionem
23 inuentarij: † ſed etiam in ſimilibus indoctia ad ri-
gorem iuris conſeruandum: Bart.*in l.*1. & ibi Salic.
& Padill.*ſuper gloſſ.*2.*n.*15.*C.de iur.& fact.ignor* Burt.
*conſ.*72.Alex.*in l. iuris ignorantia. C. qui admitt.* vbi
latè Rimin *col.fi.*reſpondet omnibus in contrarium
adductis: Franc.*dec.*250.*num.*6.
Cum etiam præſupponatur detectum eſſe magnum
æs alienum, quod prius erat incognitum, & quod
abſorbet valorem hæreditatis, ita vt non ſuperſit
de bonis hæreditariis, quod ſufficiat pro præſta-
24 tione annui legati, de quo agitur, † & conſtat de
vera exiſtentia bonorum hæreditariorum, eorum-
que valore, quo caſu magis ſuccurritur maiori per
reſtitutionem: Bolan.*de reſtit. in integr. c.* 130.*in fi.
tom.*5.*fol.*147. poſt Bald.*conſ.*383.*quæritur in ſignum
25 ad fi.num.*8.*verſ. maxime quia lib.* 2. † Quamuis ſe-
cundum alios in aditione hæreditatis non habeat
locum læſio, de qua in *l.*2. *C. de reſcind. vendit.* vt
per Gabr.*concl.*1. *de perempt. & vend.nu.* 119.Coſt.
*de fact.& iur.ignor.diſtinct.*37.*n.*13.*fol.*115.Prout ne-
que ob euictionem, vel quod minus ſit repertum in
hæreditate, ſed ſolum ob cauſam extrinſecam.
Ideo reſtitutio in integrum ex clauſula generali
non comprehendet dictos caſus, vt per Coſt. *d.
diſtinct.*37.*n.*13.
Et ita ex prædictis fuit reſolutum in huiuſmodi cauſa
Romana legati de Vrſinis coram R.P.D. Vbaldo
1.Martij 1621. vbi fuit declaratum non obſtare de-
fectum citationis legatarij, recedendo à deciſis, &
inſuper etiam ibidem reſpondetur ad obiectiones
datas contra teſtes, cum non debeat attendi quod
vnus ex eis videatur conuinci de mendacio circa
26 habitationem legatarij, † tanquam ſufficiat illius
depoſitionem ſubſiſtere quo ad factum princi-
pale ſcientiæ, & præſentiæ eiuſdem legatarij: Bart.
in c.cum cauſam.in fi. de teſtib. Alex.*conſ.*88.*col.*4.*lib.*
5. Natt. *conſ.*96.*n.*1.*in fi.* Roland.*conſ* 33.*nu.*5.*lib.*2.
Rot. coram R.P.D. Vbaldo Cuſentina penſionis
12.Februarij 1618 poſt Oldrad. *conſ.* 37. *in* 1.*dub.* I-
mol.*in l.*1.*§.ſi quis ſimpliciter ad fi.D de verb. obli-
gat.*Innoc.& Abb.*in c.fraternitatis de hæretic.*Specu-
lat.*de teſte.§.*1.*verſ.item quod aliquid de ſuo addidit.*
Bald.*in l.ſi ex falſis in fi C.de tranſaction.*
Prout non obſtat exceptio familiaritatis oppoſita
27 contra alterum teſtem, † cum non conſtet quod
fuerit familiaris tempore examinis: Bart. *in l.* 3.*§.
diua.D.de carb.edict.*Dec.*conſ.*62.*in cauſa.n.*20 Bald.
*in l.etiam n.*4 & ibi Salic.*n.*4.*de teſtib.*Felin.*in c.in-
linenis.num.*10.*in fi.eod.tit.* dixi.*ſupr.c.* 568. *num.*19.
vſque ad 22.*& cap.*276.*num.*6.*& c.*374. *num* 4.*&* 5.
¶ Et quo ad obiectum paupertatis, illa non repel-
28 lit teſtem, † niſi aliunde conſtet eum eſſe ſuſpe-
ctum: Ruin.*conſ.*158.*num.*27.*lib.*5.Dec.*conſ.*162.*in
cauſa.n.*6.dixi *ſupr.c.*276.*n.*4.Abb.*in c.ſi quis teſtium.
n.*8.vbi Imol.*n.*3. Anchar.*nu.* 4. *de teſtib.*Aym.*conſil.*
249 *n.*11.Socin.*regul.*289.*in princ.*Farinac *quæſt* 57.
*n.*8.Menoch *de arbit.caſ.*65.*n.*12.Benincaſ. *de pau-
pert.q* 4.*n.*45.
Et quo ad contrarietatem conſideratam in tertio
teſte, illa non eſt attendenda, nam quamuis dicat
ſe non vidiſſe legatarium in domo ad Babuinum
poſt duodecim dies ſui reditus ad Vrbem de menſe
Februarij, cum tamen deponat vidiſſe eundem
præſentem confectioni inuentarij, quod fuit de
29 menſe Martij in dicta domo, † Tamen debet in-
telligi prætérquam in illa die confectionis inuen-
tarij, in quo dicit ſe illum vidiſſe præſentem: Bald.
*in l.data opera.n.*33.*verſ.item intelligitur.C.de his qui
accuſar non poſſ.*dixi *ſupr.c.*578.*n.*8.Rot.*diuerſ.deciſ.*
30 141.*n.*10 *par.*2. † vbi de teſte qui dixit articulum
verum ſi deinde dicat nihil ſcire, non eſt cõtrarius,
tanquam debeat intelligi, quod nihil ſcit, præter-
31 quam aliud quam dixerit, † prout idem dicimus
de eo, qui dixit aliquem eſſe maiorem aſpectu, ſi
interrogatus quis ſit aſpectus dicat nihil ſcire, in-
telligetur ſe neſcire aliter quam dixerit : Bart.*in l.
de ætate.* 11.*verſ.nunc ad propoſitum D.de minor.*Aret.
in c.cum in vbi Felin.*n.*3.*de teſtib.*Gabr.*de criminalib.
concl.*29.*nu* 36. Cum ſemper depoſitiones teſtium
ſint coadiuuandæ, & reducendæ ad concordiam:
Bald.*in c.præterea.n.*10.*de teſt.* Par.*conſ.*138.*n.*18 *li.*3.
Card.Seraph.*dec.*241.*n.*3.Rot.coram R.P.D.Vbal-
do Romana diuiſionis. 4. Febr. 1619. Roland. *conſ.*
21.*num.*35.*lib.*3.Menoch *præſumpt.*23. *lib.*5. Maſc.
*concluſ.*1361.*n.*10.Rimin.Iun.*conſ.*344.*num.*5.*lib.*3.
32 latè Farinac.† qui multas declarationes, & amplia-
tiones adducit *de teſtib.q.*65.*n.*1.*cum ſeq.par.*2.

E P I-

EPITOME.

Tempus ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus nuo confectum inuentarium an duret per quadriennium poſt completam ætatem. ¶ Et an minori incumbat probatio iſtius quadriennij non elapſi, vel excipienti. ¶ Actio de dolo an ſit biennalis. ¶ Et quis debeat probare fuiſſe bienniũ decurſum. ¶ Creditores abſentes, quando ſint citandi ad inuentarium conficiendum. ¶ Grauamen aſſumendi arma, & nomen teſtatoris an ſit validum. ¶ Et quando grauatus priuetur hæreditate ob non implementum. ¶ Et an interpellatio requiratur, ſiue ſimus in grauamine ſub modo, ſeu ſub conditione. ¶ Et quando ſit expectandum tempus anni iuxta *auth hoc amplius Cod. de fideicommiſſ.* ¶ Vel potius ſit in arbitrio Iudicis abbreuiare tempus. ¶ Et an nomen aſſumendum debeat eſſe honeſtum, ita vt ſi non fuerit tale non ſit cogendus illud aſſumere, & nihilominus bona relicta acquirantur. ¶ De nominibus multa notanda remiſſiuè circa illorum impoſitionem, mutationem & ſuppreſſionem. ¶ Et quare nobis fuerit impoſitum nomen Chriſtiani non Ieſuani, cum tamen dicamus Chriſtum, & Ieſum. ¶ Et de quo tempore nomen Chriſtianorum exortum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus non confectum inuentarium durat per quadriennium poſt completam ætatem.*

2 *Exceptio inuentarij non confecti infra quadriennium, poſt ætatem perfectam debet probari per allegantem, non autem per minorem, & n. 3.*

4 *Agens actione de dolo non tenetur allegare tẽpus, in quo dolus fuit cõmiſſus, quamuis talis actio biennio excludatur, ſed reus debet probare biennium eſſe elapſum.*

5 *Tempus petendæ reſtitutionis ob inuentarium non confectum non currit impedito, & num. 6.*

7 *Impedimentum ſi poteſt facilè remoueri non excuſat impeditum, & contra illum currit tempus.*

8 *Inuentariũ eſt nullum ſi fiat abſque citatione creditorũ.*

9 *Abſentes quando ſint citandi ad conficiendum inuentarium.*

10 *Grauatus aſſumere arma, & nomẽ teſtatoris non priuatur ob non implementũ abſque interpellatione, quãdo tale grauamen eſt ſub modo, ſecus ſi ſub conditione.*

11 *Poſt interpellationem factam grauato ad ſumendum arma, & nomen teſtatoris an ſit expectandus annus iuxta* auth. hoc amplius, C. de fideicomm. *vel ſtetur arbitrio Iudicis abbreuiandi tempus.*

12 *Grauamen aſſumendi arma, & nomen teſtatoris eſt validum. Intellige quando nomen eſſet honeſtum, nam alias etiam illo non aſſumpto grauatus acquireret hæreditatem, nu. 13.*

14 *Nomina honeſta ab omnibus magni æſtimantur, & habere pulchrum nomen eſt maxima res.*

15 *Parentes debent multum conſiderare dum nomina filiis ſuis imponunt.*

16 *Nomina honeſta ſi venderentur magno pretio eſſent emenda.*

17 *Multa notabilia circa nominum impoſitionem, mutationem, & ſuppreſſionem remiſſiuè.*

18 *Similitudo nominis mutuam affectionem, & amicitiam gignit.*

19 *Nomen Chriſtiani, & non Ieſuani quare nobis fuerit impoſitum, cum tamen dicamus Chriſtum, & Ieſum, nu. 20. 22. & 24.*

21 *Solus Ieſus, & non alius ſaluum facit populum.*

23 *Chriſtus nos vngit, quia fecit nos luctatores contra diabolum.*

25 *Nomen Chriſtianorum primo exortum eſt dum D. Petrus rexit Eccleſiam Antiochenam, cum prius omnes fideles dicerentur diſcipuli, vel fratres.*

CAPVT DCCXCVIII.

CONtra inuentarium, de quo erat quæſtio in
cauſa Romana hæreditatis, opponebatur,
quod illud fuit confectum poſt quadriennium à
die anni vigeſimi, qui ſecundum ſtatuta habetur
1 pro perfecta ætate, † cum tamen tempus ad petendam
reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſum
inuentarium, ſeu male confectum duret per quadriennium
poſt completam ætatem maiorem: Glo.
in l. auxilium, in verb. ceſſabit, D. de minorib. Bald.
in l. 1. in princ. quæſt. 2. C. de iur. deliber. Pariſ. *conſil.*
65. num. 55. lib. 3. Phanuc. *de inuent. par. 2. num. 29.*
poſt Innoc. *in c. fi. de in integr. reſtit.* iuxta *§. pupillis,*
auth. de hæredib. & Falcid. & concludunt omnes *in*
l. vlt. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar. &
in l. 1. C. ſi min. ab hæredit. ſe abſtin. alias incip. ſi vt ab
hæredib. ſe abſtin. & in l. ſi C. de tempor. in integr. reſtit.
minor. Corn. *conſil. 275. n. 1. lib. 1.* Socin. Iun. *conſ. 70.*
nu. 14. lib. 2. Rimin. Iun. *conſ. 72. n. 75. lib. 1.* Miſinger.
obſeru. 51. centur. 1.

Verum dixi non obſtare prætenſam inualiditatem
inuentarij, quia exceptio oppoſita non fuit proba-
2 ta per partem aduerſam, † prout per eam erat probanda
iſta maior ætas, & ſic quod effluxum fuerit
tale quadriennium, cum ad implorandam huiuſmodi
reſtitutionem ſufficiat, quod agens probet
ſe eſſe minorem tempore contractus, niſi aduerſarius
probet maiorem ætatem, & tempus quadriẽnij
iam fuiſſe elapſum, *l. ſi minorem, 1.* vbi gloſſ. *in*
verb. comprobatum, & ibi Cyn. Alber. & Iacob. de S.
Georg *n. 3. C de in integr. reſt. minor.* Imol. *in c. conſtitutus,*
n. 5. col. 2. in princ. verſ. item non videtur. eod. tit.
3 † & de magis communi opinione teſtatur Caldas
de reſtit. in integr in verb. infra legitimum tempus, n. 19.
verſ. ſed contrariam ſententiam, fol. 344. Curt. *in rubr.*
C. qui admitt. n. 23. poſt princ. verſ. nec obſtat præmiſſæ
cõcluſioni. Coſta *in l. ſi ex cautione, poſt vlt. fallent. verſ.*
quæro igitur cum tam grande emolumentum, n. 3. f. 505.
C. de non num. pecun. vbi quod iſta eſt verior ſententia,
quidquid alij malè contrarium ſequantur.

Exemplo eius, qui agit actione de dolo, qui non te-
4 netur allegare tempus, † in quo dolus fuit commiſſus,
quamuis talis actio biennij tempore excludatur,
cum hoc incumbat reo, qui tenetur allegare,
& probare, quod tempus biennij ſit elapſum
tanquam ſit fundamentum ſuæ exceptionis, vt in
ſpecie concludit Aret. *in l. fi. C. de dolo.* Coſta *in dict.*
l. ex cautione poſt vlt fallent, verſ. quæro igitur cum tam
grande, n. 4. C. de except. non numerat. pecun. Caldas *de*
reſtit. in integr. in verb. infra legitima tempora, nu. 19.
verſ. iuuat hanc ſententiam fol. 145.

Et quatenus etiam eſſet lapſum aliquod breue ſpatium
temporis quadriennij poſt minorem ætatem
completam, Tamen non eſt curandum, cum
præſupponatur in facto legitimum impedimentum
propter citationes factas de alio creditore,
5 qui non potuit ita ſtatim citari, † ita vt cum nulla
negligentia concurrat in hærede, neque debet
ſibi currere tempus reſtitutionis petendæ, nec
conficiendi inuentariũ, *l. cura vtile. D de minor. l. pe.*

tende,C.de tempor.in integr.reſt. minor. Cyn. & Bald. *in l.1.ad fi.C.qui accuſ.non poſſ.* Alex. *conſ.223.n.3.lib. 6.* Alciat.*conſ.1.n.32.lib.3.* Phanuc.*de inuen.p.1.nu.29. fol.31.* latè Caldas *de reſtit.in integr.in verb.infra legi-*
6 *tima tempora,n.2.& 12.* † Cum regulariter impedito non currat tempus,*l.1. in fi C. de annal. except. l. vlt.§.donec. Cod.de iur. delib.l.1. Cod.de bon.matern.* Maximè, quia fuit probatum impedimentum executionis citationum non potuiſſe remoueri ob cau-
7 ſas in actis deductas, † tunc enim magis admittitur excuſatio propter impedimentum, nam ſi illud potuiſſet facile remoueri, tempus curreret, *l. qui poteſt facere, D.de regul iur. l.quibus diebus, D de condit.& demonſt.* Alex *conſ.72.num. 13.lib.3.* Caſtr. *in l.2.num.8.D.de re iudic* Rubens. *in l. non ſolum.§. morte,num.30.D.de nou oper.nunc.* Molin.*de primog. hiſpan lib.4 c.10.nu.8.fol.515.*

Nec ſubſiſtit aliud obiectum de omiſſa citatione aliquorum creditorum, per quam inuentarium redditur nullum reſpectu non citatorum, quamuis ſit validum quo ad citatos: Bart. *conſ. 194. maritus, col.fi. l b.1.* Bald.*conſ.265. inuentarium hæredis lib.3. & in l. vlt. §.cum igitur, col.4.* & ibi Caſtr.*col.8.C.de iur deliber.* Aym.*conſ.225.num.6.ad fi.* Surd.*conſ.181. num.26. lib.2.* Roland. *de inuentar. §. quid ſi aliqui,*
8 *fol.* † Quia cum conſtet de illorum abſentia, non erant citandi ad conficiendum inuentarium, intelligendo de illis, qui ſunt extra locum iuriſdicen-
9 tis, prout erat in caſu noſtro, † cum ſecus ſit in eis, qui licet habitent in alia ciuitate, reperiuntur tamen ſub eadem iuriſdictione,& poteſtate Principis, vt de illis, qui in Regno Neapolitano ſubſunt iuriſdictioni Magnæ Vicariæ, ſi in aliqua ciuitate ſubdita eidem Vicariæ fieret inuentarium, vt in ſpecie notat Phanuc *de inuent p.3.n.17.fol.57.*

Alterum dubium eſt decidendum affirmatiuè, quod
10 videlicet requiratur interpellatio ad hoc, † vt grauatus aſſumere arma & nomen teſtatoris priuetur ſucceſſione ob non implementum aſſumpti nominis, & armorum, nam ex lectura teſtamenti apparet huiuſmodi grauamen fuiſſe impoſitum per viam modi, non autem conditionis, prout latè comprobat Pariſ. *conſi. 19. num. 97. vſque ad num. 111. lib. 2* quem ſequitur Molin. *de primogen. hiſpan. lib.2. c.14. num.20. vſque ad 24.fol.312.* vbi etiam,
11 † quod in hoc caſu poſt interpellationem non erit expectandum tempus anni, iuxta *auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ.* ſed erit ſtandum arbitrio Iudicis, qui tale tempus poterit reſtringere ſecundum qualitatem perſonarum, & ſubiectam materiam, cum non ſit veriſimile, quod teſtator permiſerit, vt per tempus anni, immo nec vnius menſis, aut eius voluntas illius prorogetur, ſeu impediatur, vt bene declarat Pariſ.*d conſ.19.nu. 10. cum ſeq.* cuius dicti repetere ſuperfluum videtur, prout etiam dicit Molin.*d.c.14.n.21.& 25 in fi.*

Et ita alias conſuluit Ioannes Pelicanus Iuriſconſultorum decus, & cum quolibet veterum comparandus, Almæ Vrbis Senator, totius Eccleſiaſticæ ditionis Annonæ Præfectus, Peruſiæ Vmbriæque Gubernator, Romandiolæ & exarchatus Rauennæ Præſes, Sacri Conſilij Collegio aſcriptus, ad Principum nutum ſæpè arduarum cauſarum diffinitor, ac Summorum Pontificum iuſſu Aſculi, & Comitatus Auenionis conſtitutionum reformator, & aliis muneribus ſemper ſumma prudentia ac religione functus, cuius conſilium cum alius extat penes Philippum Pelicanum eiuſdem Ioannis nepotem ex Antonio Franciſco filio, & Ciuthia Caetana parentibus nobiliſſimis, & ſingularis exempli, & omnibus prope virtutibus prædictis, qui Auum doctrina, & omni genere laudis ſuperaſſet, cum voluntas, & materia adeſſet, niſi valetudo aduerſa interceſſiſſet, quæ in ipſo curſu legalis diſciplinæ eum ligauit, & ad ſcamna reductum retinuit.

In prædictis tamen obſeruandum eſt quod omnia, quæ dicuntur de validitate grauaminis nominis,
12 & armorum, † de quibus per Tiraq. *leg. connubial. 5 nu.27. in fi.* poſt Dec.*conſ.273.* procedunt, quando nomen, & arma ſunt honeſta, nam alias talis conditio, ſeu modus ex inſtitutione, & fideicommiſ-
13 ſo reiiceretur, † & poterit grauatus non ſecuta conditione, non multo adimpleto, hæreditatem conſequi, *l.ſticha 63.§.ſi ſub conditione,verſ ſi vero nominis.* vbi gloſſ.*in verb. conditio, D. ad Trebel.* quæ ibid.gloriatur de ſuo nomine *l.ſciendum 7.* vbi gl. *in verb.veſpillioni, D eod.tit.l.hoc iure,19 § ſi* vbi gloſ. *in verb.luturum, D de donat.* & notat quoque Mo-
14 lin.*de primog.hiſpan;lib.2.c.12.n.25 f. l 312.* † vbi etiam quod ab omnibus nationibus honeſta nomina magni æſtimantur, ita vt habere pulchrum no-
15 men maxima res reputetur, † adeo vt multum debeant conſiderare parentes dum nomina filiis ſuis imponunt:Cyn.*in l.1.in 2.notab.* & ibi Salic. *C. de ſumm.trinit.* Ang *in l.1.C.de leg.* Io.Andr.*in c gratuis n.1. depoſit.* vbi quod ſi honeſta nomina vende-
16 rentur† magno pretio eſſent emenda, cum aliis cōgeſtis per Segur.*in repet.l.imperator col.3.D.ad Treb.* & huc pertinent multa, quæ ſcribit Plato *in theag.* Ælius Lampridius *in Diadumeno, & Alexandro Seuero* Cel.Rhodig.*lect.antiq.lib.3.c.5.& 6* Alex.ab Alex.*dier.genial.lib. 2.c.19.* & latius Deo dante dicam in capite particulari non abſque legentium volu-
17 ptate, ni fallor, cum † multa ibi adſint notabilia circa iſtorum nominum impoſitionem ob corporis bonum, malum, diuitias, paupertatem, amicitiam, parentes, auctores generis, mechanicam peritiam, practicam virtutem, vitium, occaſionem, euentum, ignominiam, ineptiam, improbitatem, aſtutiam, ignauiam, voracitatem, ebrietatem, impudicitiam, auaritiam, prodigalitatem, adulationem, crudelitatem, mendacium, ſuperbiam, inconſtantiam, curioſitatem, inhumanitatem, ſcurrilitatem, perfidiam, formam, turpitudinem, fortitudinem, ignobilitatem, veſtitum, vitæ conſeruationem, mortem, fortuita, & de mutatione nominum in melius, aut deterius, eorumque communicatione, & ſuppreſſione, illorumque impoſitoribus, & honorifico vſu in populis, familiis, tribubus, regionibus, inſulis, mari, fluminibus, vrbibus, ædificiis, turribus, domibus, menſibus, annis, diebus, cum aliis, quæ ibidem
18 latiſſimè continentur, † præſertim de ſimilitudine nominis, quæ mutuam affectionem, & amicitiam gignit, *l.cum filius,78.§.pater,ff.de leg. 2.* Tiraq. *leg. connub.5.nu.27.*

Quo vero ad nominum communicationem, notanda eſt ratio illa quare non ſimus vocati Ieſuani,
19 ſicut Chriſtiani, † cum tamen dicamus Chriſtum, & Ieſum, quia videlicet Dominus noſter communicauit nobis rem ſignificatam hoc nomine Chriſtus qui dicitur vnctus, ſcilicet Spiritu ſancto à Deo Patre, & hanc vnctionem communicauit nobis, nam, vt dicit B. Ioannes Apoſtolus, de plenitudine eius omnes accepimus, & eius vnctio nos docet de omnibus, *1.Ioan.2.c.vnic.de ſacr.*

vnctum.

unction. Archidiac. *in c. ſi baptiz. ita,* 130. *in prin. de cõ-*
ſecra. 4. diſtinct. & in c. nouiſſime, 4. *n.* 1. *eo. tit. de conſecr.*
5. diſt. in. Marquar. Suſan. *de Iudæis, & alijs infidelib. c.*
20 *1. n. 21. tom. 14. fol. 28.* † Sed rem ſignificatam hoc no-
mine Ieſu, quod ſonat Saluator, non communica-
uit nobis, Ipſum enim ſaluare, ſibi ſoli conuenit,
21 Vnde ipſe eſt, † qui facit ſaluum populum ſuum, ac
ſi dicat non alijs, *c. nemo, & c. aliud. de conſecrat. di-*
ſtinct. c. illud 11 *q. 3. c. menſuram, de pœnit. 1. diſtinct. c.*
vt euidenter. 1. *q.* 1. ¶ Item, Ieſus eſt nomen propriũ,
22 vnde Angelus, *& vocabis nomen eius Ieſum,* † & quia
eſt proprium, non eſt communicabile, ſed Chriſtus
eſt nomen appellatiuum, & ſic communicabile,
Etenim nomen appellatiuum eſt nuncupatio com-
munis poteſtatis, vnde habet plurale, iuxta illud,
Nolite tangere Chriſtos meos. ¶ Quare autem vnga-
23 mur à Chriſto, † ratio eſt, quia fecit nos luctatores
contra diabolum. *c. 2. de conſecrat. 5. diſtinct. 5.* & ita
prædicta omnia poſt Archid. in ſpecie notat Ge-
min. *in c. decet, num. 13. & 14 de immunit. eccle. nu. 6.*
Vnde meritò Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu
Chriſti nomen, in quo omnes terræ generationes
benedictæ fuerunt, Angelis venerandum, homi-
24 nibus adorandum, dæmonibus tremendum, † con-
ſtanti Chriſtianorum pietate nulli poſthac imper-
tiendum, religioſa obtinuit conſuetudo. Nam cum
præter illud nulla ſit ſalus, nulli quoque creaturæ
Saluatoris appellatio conuenire poterit.
Dum autem S. Petrus rexit primò Eccleſiam Antio-
25 chenam ſeptennio, † ibi primò nomen Chriſtia-
norum eſt exortum, cum prius omnes fideles di-
cerentur diſcipuli, vel fratres, *c. prima quidem, de cõ-*
ſecr. 2. diſtin. c. ad menſam. 11. *q.* 3. *c. ſacroſanct.* vbi Gloſ.
in verb. Chriſtianorum, 21. *diſtin. c. rogamus.* 24. *qu.* 1. *c.*
mutationes, 7. *q.* 1. Glo. *in c. decet,* 2. *in verb. Ieſu Chriſti*
in ſi. de immun. eccl. in 6 Iacobat. *de concil. lib.* 1. *art.* 1.
num. 220. *tom.* 3. *P.* 1. *fol.* 201. Lel. Iordan. *de roman.*
ſed. origin. c. 10 *num.* 77. *tom.* 13. *p.* 2. *fol.* 14. Io. Citer.
de primogenit. lib. 1. *q.* 4. *nu* 8. *tom.* 10. *p.* 1. *fol.* 20. Abb.
in c. cauſam quæ, de iudic.

EPITOME.

Filiusfamilias factus ſui iuris quando conueniatur inſolidum, vel deducto ne egeat ex contractu celebrato tempore, quo erat ſub patria poteſtate. ¶ Et quid antiquitus ſeruaretur. ¶ Vel quando contraxit, vt nuncius. ¶ Et an debeat abſtinere ab hæreditate patris ad hoc, vt gaudeat beneficio *l. 2. C. quod cum eo* dum diſponit, vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt. ¶ Et quando poſſit dicto beneficio renunciare. ¶ Et an renunciatio generalis ſufficiat, vel cum clauſula omni legum auxilio, & inſolidum, & cum iuramento, & cum promiſſione de ſoluendo integrum debitum, vel potius debeat eſſe ſpecialis, & expreſſa. ¶ Et an tales clauſulæ, vel ſimiles extendantur ad exceptiones ſuperuenientes, & ad illa, quæ habent effectum, & cauſam de futuro. ¶ Et quid in ſocijs, hæredibus, & alijs ita renunciantibus. ¶ Clerici, & alij habentes priuilegium deducendi ne egeant, an poſſint illo vti quando creditor eſt pauperior. ¶ In pari cauſa neceſſitatis an præferatur qui tractat de damno. ¶ Renuncians cum obligatione camerali iurata, & cum clauſulis ampliſſimis omni legum auxilio, & ſimilib. an dicatur renunciaſſe exceptioni cedendarum, & dispoſitioni *c. Odoardus, de ſolutionib.* ¶ Iuramentum an immutet naturam contractus, vel ſolum augeat obligationem, & addat robur, & vinculum religionis. ¶ Et quando illud euaneſcat ſublato contractu principali, cum omnibus clauſulis in eo contentis. ¶ Dolus, culpa, & mendacium in contrahendo an faciat, vt filius amittat beneficium *l. 1. C. quod cum eo.* ¶ Et an talis dolus debeat eſſe præordinatus ad finem fraudandi creditores, vt detur iſta amiſſio. ¶ Exhæredari, abſtinere, & hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij an idem ſint ad hoc, vt filius gaudeat dicto priuilegio. ¶ Exceptio ne quis conueniatur niſi quatenus poſſit an ſit temporalis, ſeu peremptoria; & in ea conſideretur ſtatus ſucceſſiuus pinguioris fortunæ. ¶ Extraneus contrahens cum filiofamilias habente peculium an obliget illum inſolidum etiam mortuo patre, & peculio quoque adempto. ¶ Actio iudicati an poſſit impediri per filium condemnatum viuente patre, ſi tempore executionis ſit ſui iuris ad effectum, vt habeat priuilegium, ne egeat, quamuis contra ſententiam nihil ex ſtatuto poſſit opponi. ¶ Delictum an imputetur, niſi adſit deliberatio, & præordinatio ad illud committendum. ¶ Hæres verus an dicatur, qui adit cum beneficio legis, & inuentarij. ¶ Praxis qualis ſit, vt filius poſſit petere beneficium *l. 2. C. quod cum eo.* ¶ Et an illud ſit diuerſum ab alijs, quæ dantur patri fratri, & ſimilibus ob cauſam miſerationis, & reuerentiæ. ¶ Clauſula *rebus ſic ſtantibus,* quid operetur. ¶ Exceptio competens principali an ſit danda fideiuſſori. ¶ Opinio vltimo loco relata quando ſit approbata. ¶ Priuilegium *l. 2. C. quod cum eo.* an amittatur per filium, ſi per plures annos contra eum non fuerit actum per creditores. ¶ Et quem effectum habeat in hoc dilatio temporis. ¶ Pendente iudicio deductionis ne egeat, an interim debitor ſit carcerandus, vel ſufficiat cautio de parendo iudicato. ¶ Filius ſui iuris effectus an poſſit ratificare contractum geſtum in vita patris. ¶ Et an talis ratificatio intelligatur, prout eſt nunc, vel prout eſt tunc, adeo vt non ſit grauandus ad ſolutionem terminorum decurſorum ante ratificationem. ¶ Hæredi an competat beneficium conceſſum debitori ne grauetur niſi quatenus poſſit. ¶ Renunciatio quando ſit ſtrictè intelligenda poſtquam habuit vnum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias factus ſui iuris non conuenitur inſolidum ex contractu celebrato tempore, quo erat in patria poteſtate: & quid antiquitus ſeruaretur, n. 2. 3. & 4. Vel quando contraxit, vt nuncius, nu 5.*

6 *Paterna hæreditas eſt repudianda per filium, vt inuetur priuilegio ne egeat.*

7 *Filij clerici, & alij qui non conueniuntur, niſi in quãtũ facere poſſunt an habeant hoc beneficium ſi creditor ſit pauperior, num. 8. & 9.*

10 *In pari cauſa neceſſitatis præfertur, qui tractat de dãno.*

11 *Altare vnum non eſt diſcooperiendum, vt alterum cooperiatur.*

12 *Actio iudicati poteſt impediri per filium condemnatum viuente patre, ſi tempore executionis ſit ſui iuris ad effectum, vt habeat priuilegium ne egeat, quamuis cõtra ſententiam nihil ex ſtatuto poſſit opponi. n. 13. Declara vt nu. 14.*

15 *Filiusfamilias poteſt renunciare maxime cum iuramento beneficio ne conueniatur, niſi quatenus poteſt. n. 16 Intellige dummodo renunciatio non ſit generalis, ſed ſpecialis, nu. 17.*

18 *Renunciatio priuilegij* l. 1. C. quand. imper. iut. pupill. & vid. *non innat, niſi fuerit expreſſa.*

19 *Clericus non dicitur renunciaſſe beneficio* c. odoardus, de ſolution. *niſi ſpecialiter renunciet, quamuis ſufficeret obligatio cameralis cum iuramento. n. 20.*

21 *Beneficium* l. 2. C. quod cum eo, *pendet ex euentu liberationis à patria poteſtate, quod tanquam de futuro non venit in generali renunciatione.*

22 *Renunciatio ſemper eſt declaranda, vt minus noceat renuncianti.*

23 *Renũciatio poſtquã aliquid fuit operata, ſtatim reſtringitur, ne quid plus operetur in præiudiciũ renũciãtis.*

24 *Clauſula* renuncians omni legum auxilio *non efficit, vt filius dicatur renunciaſſe beneficio* l. 2. C. quod cum eo. *num. 25.*

26 *Clauſula* omni legum auxilio *non extenditur ad exceptiones ſuperuenientes, nec ad illa, quæ habent effectum, & cauſam de futuro.*

27 *Renuncians cum obligatione camerali iurata, & cum clauſula* omni legum auxilio, *non dicitur renunciaſſe exceptioni cedendarum, num.* 28.

29 *Iuramentum non tollit beneficium* l. 2. C. quod cum eo.

30 *Iuſiurandum non immutat naturam contractus, nec auget effectum obligationis, ſed ſolum addit robur, & vinculum religionis.*

31 *Clauſula* inſolidum, *& de ſoluendo integrum debitũ non operantur renũciationem priuilegij* l. 2. C. quod cum eo. *Quidquid aliud ſit, quãdo illa opponũtur in renunciatione fori, hæredis, & ſimiliũ, n.* 32. 33. *&* 34.

35 *Obligatio, & renunciatio cum omnib. clauſulis in ea contentis euaneſcit mutato ſtatu renunciantis.*

36 *Filius propter dolum, & culpam, & mendacium perdit beneficium* l. 2. C. quod cum eo, *& n.* 38.

37 *Debitor doloſus tenetur inſolidum abſque aliqua deductione ne egeat.*

39 *Dolus, & culpa debet eſſe præordinata ad fin: ẽfraudandũ creditores, vt filius priuetur priuilegio* l. 2. C. quod cum eo. *& nu.* 41.

40 *Delictum non imputatur, niſi adſit præordinatio, & deliberatio ad illud committendum.*

42 *Filius adeundo hæreditatem patris cum beneficio legis, & inuentarij dicitur abſtinuiſſe ad effectũ, vt gaudeat priuilegio ne conueniatur, niſi quatenus poſſit.*

43 *Exhæredari abſtinere, & hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij idem ſunt ad hoc, vt filius habeat priuilegium* l. 2. C. quod cum eo.

44 *Hæres verus non dicitur, qui adit cum beneficio legis, & inuentarij.*

45 *Praxis qualis ſit, vt filius impetret priuilegium* l. 2. Cod. quod cum eo.

46 *Alimenta qualia debeãt præſtari eſt in arbitrio Iudicis.*

47 *Filius obligans ſe cũ patre pro dote ſororis, & renũciãs in ſpecie beneficio ne egeat, non dicitur renũciaſſe priuilegio* l. 2. C. quod cum eo, *ſed ſolum illi, quod datur fratri non habenti facultatẽ ſoluendi dotem n.* 48.

49 *Priuilegium* l. 2. C. quod cum eo, *eſt diuerſum ab aliis, quæ dantur patri, fratri, & ſimilibus ob cauſam miſerationis, & reuerentiæ. nu.* 50.

51 *Diſpoſitio qualibet intelligitur, rebus ſic ſtantibus.*

52 *Exceptione quis conueniatur niſi quatenus poſſit an ſit temporalis, ſeu peremptoria, & quando in ea conſideretur ſtatus ſucceſſiuus pinguioris fortunæ.*

53 *Exceptio competens principali iuuat fideiuſſorem. Declara vt num.* 54.

55 *Filiusfamilias non perdit priuilegium* l. 2. C. quod cum eo. *licet per plures annos contra eum non fuerit actũ per creditores, & quid dilatio temporis in hoc caſu operetur, nu.* 56.

57 *Opinio vltimo loco relata dicitur approbata per referentem. Fallit num.* 58.

59 *Pendente iudicio ne quis poſſit conueniri in plus, quam facere poſſit, an interim ſit carcerandus, vel ſufficiat cautio de parendo iudicato. n.* 60. 61. *&* 62.

63 *Filius ſui iuris effectus poteſt ratificare contractũ effectũ in vita patris, licet ratificatio intelligatur, prout eſt nũc, non prout ex tunc, adeo vt nõ ſit cogendus ſoluere terminos decurſos ante talem ratificationem. n.* 64.

65 *Priuilegium filij ne conueniatur, niſi quatenus poſſit, non tranſit ad hæredem, qui tenebitur inſolidum.*

66 *Diſpoſitio perſonalis cum perſona extinguitur, ſecus ſi res cohæreret. nu.* 67.

68 *Extraneus contrahens cum filiofamilias habente peculium an obliget illum inſolidum etiam mortuo patre, & peculio quoque adempto. nu.* 69. *&* 70.

CAPVT DCCXCIX.

EIus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum eſt, ſine ſua voluntate, ſiue eius, in cu-
1 ius poteſtate fuit, † ſiue in peculium ipſius, ſiue in rem patris ea pecunia reducta eſt, ſi paterna hæreditate obſtinuit actionem, niſi in id quod facere poſſit, non dari perpetui edicti interpretatione declaratum eſt. Iſta ſunt verba text. *in l. 2. C. quod cum eo qui in alien. poteſtat.* ob cuius diſpoſitionem filiifamilias ſæpe liberantur è carceribus, vel impeditur carceratio, prout ſæpe vidi practicari, quamuis aliquibus videretur durus ſermo, & quoniam materia eſt ampla, & recipit plures declarationes, ideo, vt magis diſtinctè procedatur, erunt breuiter firmandæ infraſcriptæ concluſiones.

Prima concluſio. ¶ Ex contractu celebrato per filium
2 eo tempore, quo erat in poteſtate patris, † quouſque fuit in poteſtate tenebatur inſolidum, & poterat inſolidum conueniri, *l. tam ex contractibus ff. de iudic.* præterquam in mutuo, & voto, *l. filiusfamilias ff. de act. & obligat. l. & ſi condemnatus ff. de noxal.* Poſtquam verò eſt factus ſui iuris, vel emancipa-
3 tione, vel morte, videtur eſſe nouus homo, † vnde de rigore iuris ciuilis liberabatur ab omni obligatione, qua erat obſtrictus, ſed quia hoc iniquum videbatur, Prætor per edictum, de quo habetur *in tit. de capit. diminu.* reſtituit contra eum vtiles actiones, quæ primò erant directæ, verum quia, & hoc videbatur iniquum, quia filius interdum contrahebat ſub ſpe hæreditatis paternæ, & pater ipſum exhæredabat, vel in legitima inſtituebat, Prætor fecit edictum, quo modificauit primum, videlicet,
4 † vt vtiles actiones reſtituantur in eum, ſi habet totam hæreditatem, vel pro magna parte, aliàs non teneatur, niſi quatenus facere poteſt deducto ne egeat. & de hoc edicto fit mentio *in l. 2. ff. quod cum eo* prout omnia prædicta notat Caſtr. *in l. 2. C. eo. tit.*
5 † vbi etiam ſubdit, quod quando filius contraxit vt nuncius, tunc non tenetur in aliquo, ſi abſtinet ſe ab hæreditate paterna, ſed quando non eſt vt nuncius tenetur quatenus facere poteſt, *l. tam ex contractibus, 57. ff. de iudic.*

Secunda concluſio. ¶ Filiusfamilias, qui ſe cum patre obligauit, vel pro eo fideiuſſit, conueniendus eſt in
6 id, quod facere poteſt, nec carceratur, † dummodo ſui iuris effectus paternam non adierit hæreditatem, *l. 2.* vbi Caſtr. & alij communiter *ff. & C. quod cum eo.* Bald *in l. ſi ex alio C. eod. tit.* Iaſ. *in l. qui iuraſſe, §. ſi pater, n. 2. ff. de iureiur.* Vtſill. ad Afflict. *dec.* 308. *n.* 20. *&* 21. Pariſ. *conſ.* 94. *num.* 11. *&* 45. *cum ſeq. lib.* 1. Carthar. *dec.* 7. *n.* 1. Cæpoll. *cautel.* 14. Brun. *de ceſſion. bonor.*

bonor.qu 4.nu.7. & S.Franc.deciſ.70.& 181. & 221. Minad.conſ.17.num.4.Giurb.deciſ.42.num.1.

Tertia concluſio. ¶ Pro geſtis dum filiusfamilias erat ſub patria poteſtate non poterit conueniri poſtquam eſt factus ſui juris, niſi in quantum facere po-
7 teſt, † quamvis creditor ſit pauperior: Bald. in l. 1. numero 5. C. quod cum eo. Alex. ad Bart. in rubr. ff. eod. tit. Pariſ. conſi. 94 n. 50. lib. 1. Giurb qui de communi deciſ. 42. n. 2. poſt Surd. de aliment. tit. 1. q. 78. n. 56. vbi quod hoc eſt in filio propter mutationem ſtatus,
8 † quidquid ſit in aliis, qui habent priuilegium, ne conueniantur, niſi in quantum facere poſſunt ex cauſa miſerationis, in quibus attenditur, quis ſit pauperior, vt in viro, & vxore, Bart. in l. maritum, num. 4. & ibi Alex. & Zaſ. nu 20. Aret. col 2. Barboſ. n 97. ff. ſolut. matrim Surd. d. q. 78. nu. 36 Giurb. deciſ. 44. n. 5.
9 Genuenſ. in Prax. Archiepiſc. c. 3. nu. 14. fol. 34. † vbi de clerico, qui non gaudet beneficio, c. Odoardus, de ſolut. quando creditor illius eſt pauperior, cum in
10 pari cauſa neceſſitatis præferatur, † qui tractat de damno vitando, l. aſsiduis, 12. §. exceptis, Cod. qui pot. in pignor. hab. Cum etiam prima charitas incipiat à
11 ſe ipſo, l. præſes, C. de ſeruitut. & aqu. † Et vnum altare non ſit diſcooperiendum, vt alterum cooperiatur, l. verum, §. penultim. ff. de minorib.

Quarta concluſio. ¶ Quamvis filijfamilias fuiſſent conuenti, & condemnati viuis parentibus, tamen gaudent hujuſmodi priuilegio, ſi tempore executio-
12 nis † ſui juris reperiantur, tunc enim poſſunt opponere tale beneficium, & impedire actionē judicati, l. ſi filiusfamilias 5. in pr. ff. quod cum eo. Caſtr. in l. ſi ex alio, C. eod tit. Pariſ. conſ. 94 n. 46 lib. 1. Paſq. de virib. patr poteſt. c. 6. n. 134 fol. 94. Molleſ. conſ. 4. nu. 2. & 3. impreſſ. poſt 1. part. comment ſuper conſuet. Neap. & conſ. 42. n. 36. & 37. poſt tom. 2. ſuper d. conſuetud. fol. 93. poſt
13 Bart. in d. l. ſi filiusfamilias, in princ. n. 1. † vbi ampliat, quamvis adeſſet ſtatutum mandans, quod contra inſtrumentum non poſſint opponi, niſi certæ exceptiones, nam nihilominus poterit de iſta excipi, cum non opponatur contra inſtrumentum, ſed contra executionem, neq; enim impugnatur inſtrumen-
14 tum, aut ſententia, ſed limitatur executio, † quidquid aliud ſit, quando ſtatutum diceret contra executionem inſtrumenti: Bart. in d. l. ſi filiusfamilias nu. 1. in fi. Felin. in c. exceptionem, 11. col. 16. ad med. verſ. item fallit in exceptione quæ ſententia nu. 44. de except. juxta l. Neſennius, §. fin. ff. de re iudic. l. ſi fideiuſſores, §. idem reſpondit. vbi Ang. & Imol ff de fideiuſſ. Bald. in l. 1. ff. iur. & fact. ignor. & latiſſimè dictam diſtinctionem confirmat Giurb. dec. 44. num. 9. vſq. ad 12.

Quinta concluſio. ¶ Poteſt filiusfamilias renunciare
15 beneficio d. l. 2. C. quod cum eo. † ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſet: Alber. C. eod. tit. in princ. Pariſ. conſi. 94 n. 45. in fi. lib. 1. Franc. deciſ. 164. n. 7. & deciſ. 181. per tot. Carauit. tit. 166. numero 79. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 308 numero 20. & de communi teſtatur Giurb. deciſ. 14. nu. 7. vbi reſpondet omnibus in contrarium adductis: Rot. coram R.P.D. Marcomontio Brunduſina pecuniaria, 11. Aprilis 1613. & coram R.P.D. Buratto Romana nullitatis obligationis, 24. Nouembris 1617. vbi allegantur concordantes deciſiones: Tepat. lib. 1. variar. ſentent. tit. quod cum
16 eo, col. 2. tit. 521. Maxime ſtante juramento, † cum talis renunciatio non ſit inducta ex cauſa reuerentiæ, aut miſerationis, ſed fauore creditorum, & ob mutationem ſtatus, vt latè concludit Giurb. deciſ. 44. numero 9. vſque ad 14.

Sexta concluſio. ¶ Non ſufficit, quod hujuſmodi
17 beneficio generaliter renuncietur, † ſed requiritur renuntiatio ſpecialis, & expreſſa: Alber in rubr. C. od. quod cum eo. Pariſ. conſ. 94. num. 45. in fin. lib. 1. Franc. deciſ. 181. n. 4 vſque ad 13. Minad. conſ. 17. ad fi. Molleſ. conſ. 4. num. 1. & 2. Giurb. deciſ. 42. num. 19. & 20.
18 exemplo † priuilegij de quo in l. 1. C. quand. imper. int. pupill. & vid. cujus renunciatio non juuat, niſi fuerit expreſſa: Natt. conſi 590. nu. 15. Parpal. in l. pen. C. de pact. Neuiz. in ſylu. nuptia. lib. 3. n. 38. Carauit. tit.
19 231. nu. 4. Prout etiam eſt † in renunciatione clerici ad c. Odoardus, de ſolut. quæ nihil operatur, niſi fuerit ſpecialis: Ferrett. conſi. 254. num. 4. vbi quod non ſufficiet obligatio cameralis: Prax. Archiepiſcop.
20 c. 3. n. 4. & 13. † Quamvis contrarium, quando vltra juramentum adeſt obligatio cameralis, teneat Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 17. nu 40. poſt Farin. q. 27. n. 70. Addent. ad Galleſ. q. 16. n. 9. fol. 84. & q. 19. nu. 4. fol. 124. Io. Franc. Leo in theſaur. for. eccleſ. p. 1. tit. de priuileg. cleric. c. 11. num. 16.

Septima concluſio. ¶ Beneficium, de quo agimus, pen-
21 det ex euentu liberationis à patria poteſtate, † quod tanquam de futuro & dependens ab alia cauſa non aderat tempore renunciationis generalis, vnde non mirum ſi illa ad tale jus non extendatur tanquam ſit incognitum, ideo requirit ſpecialem renunciationem: Bart. in l. 1. numero 4 vbi Iaſ. numero 17. Rip. numero 16. C. de pact. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. nu. 150. Surd. conſi. 15. n. 28. & conſ. 418. nu. 24. lib. 3. &
22 in propoſito noſtro latè Giurb. dec. 42. nu. 11 † Cum etiam ſemper talis renunciatio ſit declaranda, vt minus noceat renuncianti: Dec. in l. poſtquam liti. n. 16. C. de pact. Aym. conſi. 290. col. 2. verſ. tertio renunciatio. & conſi. 407. num. 34. Cephal. conſi. 371. nu. 60. Menoch. conſil. 282. n. 9. Becc. conſ. 111 num. 31. Surd. conſi. 431. num. 32. lib. 5. vbi quod poſtquam renuncia-
23 tio † aliquid fuit operata, ſtatim reſtringitur, ne quid plus operetur, in præjudicium renunciantis: Burſat. conſi. 347. nu. 9. Rim. Iun conſi. 72. n. 113 lib. 1. & conſi. 484. nu. 34. lib. 5.

Octaua concluſio. ¶ Clauſula renuncians omni legum
24 auxilio, non operatur, † vt filiusfamilias cenſeatur renunciaſſe beneficio, de quo agimus, Quamvis enim contrarium ſenſerit Gozad. conſi. 69. num. 20. Roland. conſi. 13. n. 10. lib. 1. & conſi. 17. n. 16. lib. 4. cum aliis in tract. de clauſul. par. 1. clauſ. 136. num. 5. & per Bertazz. eod. tit. clauſ. 40. gloſ. 6 nu. 4. poſt princ. & per
25 Barboſ. in ſimili tract. clauſ. 76. nu. 5. † Nihilominus contraria opinio eſt verior, prout latè defendit Corbul. in priuat. ob non ſolut. canon. limit. 41. n. 3. fol.
26 506. propter illam rationem, † quia iſta clauſula non extenditur ad exceptiones ſuperuenientes, nec ad illa, quæ habent effectum, & cauſam de futuro juxta veriorem ſententiam, & magis receptam, de qua per Bart in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. n. 1. verſ. oppono extra. vbi Iaſ. n. 6. ff. ſi quis caut. Roman. conſi. 472. nu. 4. & 5. Ruin. conſi. 98. n. 6. lib. 5. Gabr. de fideiuſſ. concl. 1. num. 94. qui in ſpecie ita declarat doctores ſupra allegatos contrarium tenentes: Card. Mantic. qui illum refert, & ſequitur de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 18. num. 16. Rimin. Iun. conſi. 72. num. 93. lib. 1. Corbul. de priuat. ob non ſolut. canon. limit. 41. nu. 3. & ita etiam declarat Roland. ex aduerſo allegatus dict. conſi. 13. nu. 37. lib. 1. Giurb deciſ. 42. n. 21. & 22.

Nona concluſio. ¶ Non obſtante renunciatione
27 cum clauſula omni legum auxilio, † cum obligatione camerali, & cum juramento non cenſetur renunciatum beneficio calendarum, tanquam illud ex ſuperuenienti cauſa oriatur, prout latè

firmaui *ſupra c.* 49.*num.*5.*&* 6.poſt Dec.*conſi*.99.*in*
cauſa Ioannis de Ricaſolis,*n*.3.*&* *conſi*.446.*viſo elegan-*
ti,*num*.1.Mertas.*clauſ*.40.*gl*.6.*nu*.1. *in fi.* & quidquid
28 alij diſſentiant, iſta eſt verior opinio, † & magis
æqua, & receptior, & comprobata per Rot.coram
Card.Lancel.Romana mutui, 16. Nouembris 1601.
impreſſ *poſt tract.de oblig.camer.dec*.22.*nu*.5.*fol*.297.
& coram R.P.D.Robuſterio Romana ſocietatis, 19.
Martij 1575.& coram R.P.D.Buratto Romana nul-
litatis obligationis, 14.Nouembris 1617.Galleſ.*de*
oblig.camer.p.4. *quæſt*.1. aliàs ſecundum nouam im-
preſſionem *quæſt*.17.*num*.10. Mancin. *de iuram. p* 4.
effect.216.*nu*.11. Boccac. *de ſociet.efficior.numero* 131.
Caſtracan.*eod.tit c*.67.*num*.5.

Decima concluſio. ¶ Iuramentum non tollit priuile-
29 gium *l.2.Cod. quod cum eo.* † nam illo non obſtante
poterit filius excipere, quod non conueniatur, niſi
in quantum facere poteſt, vt in ſpecie concludit
Franc.*deciſ*.181.*n*.13 Minad.*conſi*.17.*n*.6.Molfeſ.*conſ*.
4.*n*.2.Vrſill.ad Afflict.*dec*.308.*n*.2.*verſ.etiam ſi fuiſſet*
iuratum.Rot.coram R P.D. Buratio Romana nulli-
tatis obligationis, 24. Nouembris 1612. Canar. *de*
execut.inſtrum.qu.28. Giurb.*deciſ*.42.*nu*.26.*vſque ad*
31. Bard. *de præſentat.inſtrum.p*.5.*declar*.3 Frec. *eod.*
30 *tract.p*.12.*in prin.nu*.15.† Cum juramentum non im-
mutet naturam contractus, nec augeat effectum
obligationis, ſed ſolum addat religionis vinculum,
& robur *l.fi.C.de non num.pecun.* Bald.*in l.ſi procura-*
tor.ff. de condict.indeb. Roland.*conſi*.8.*num*.42.*lib*.1.
Card.Mantic.*de tac. & ambig.conuent.lib* 4.*tit*.31.*n*.
28.*&* *tit*,32.*n*.89.*&* 90.*eod.lib*.4. Mancin.*de iuram.*
p.4.*effect*.66.*n*.5.*&* *effect*.8.*nu*.1. *cum ſeq.*Seraph *eod.*
tit.priuil.73.*num*.28. cum aliis latè per Giurb.*deciſ*.
42.*num*.27 Fachin.*lib* 2.*controuerſ.c*.17.

Vndecima concluſio. ¶ Clauſulæ *inſolidum*, & de ſol-
uendo integrum, & totum debitum non operantur,
31 † vt ſit renunciatum hujuſmodi beneficio, nam
obligatio filiifamilias pro patre ſemper eſt inſoli-
dum, & de ſoluendo totum, & integrum debitum,
leg.null.4,*&* *l.ſi ex alio Cod. quod cum eo.* Caſtr.& Salic.
*in l.*2.*C eo.tit.* & nihilominus hoc non obſtante non
32 excluditur filius à dicto priuilegio, † vnde neque
excluderetur per iſtas clauſulas, quæ continent illud
idem, quod tacite ineſt, *l.3.ff. de legib.* ¶ Et Docto-
res, qui concludunt, quod per tales clauſulas *inte-*
grè,*&* *in totum*, cenſeatur renunciatum exceptioni:
ne quis teneatur, niſi in quantum facere poteſt, lo-
quuntur in caſibus, & in perſonis, quibus compete-
bat talis exceptio, ſeu priuilegium de tempore pro-
33 miſſionis ſeu renunciationis, † vt in ſocio, in hære-
de cum beneficio legis, & inuentarij, & in ſimilibus,
de quibus per Alex.*conſil*.134. *numero* 1.*vſque ad* 15.
lib.5.Bald.*in leg.quo nomine ff de condict.indeb.* Cyn.
in l.fi.Cod.ad legem falcid. Ang.*in l. qui damni*,*§.cum*
parietem,*ff de damn.infect.*Iaſ.*in leg.ſunt qui in* 1.*3*, *nu*.
5 *ff.de iudic.*Rimin. Sen.*conſi* 384.*in prin lib* 3.Corn.
conſi.128 *num*.6.*lib*.2. Gutierez.*in l. nemo poteſt*, *nu-*
34 *mero* 320 *ff de legat*.1. ¶ Aliud eſt in caſu noſtro, in
quo de tempore renunciationis, & promiſſionis
cum clauſula *integrè*, & *totaliter*, & *in ſolidum* non
competebat filio tale beneficium, ſed ſuperuenit
ſtatim, quod eſt factus ſui juris, & ſic poſt obliga-
tionem factam cum dictis clauſulis, quæ ideo non
debent attendi propter ſuperuenientiam mutatio-
nis ſtatus non exiſtentis tempore contractus, tan-
quam filius factus ſui juris habeatur pro nouo ho-
mine, cum eſſet abſurdum, quod prouiſio hominis,
quæ à principio interceſſit, non tollat prouiſionem

35 legis, quæ nondum erat, † adeo vt ſi mutetur ſtatus,
& competat jus ex alia cauſa, euaneſcat renuncia-
tio, & obligatio cum omnibus clauſulis in ea con-
tentis, *cap.cum inter*, *de renunciat.* Surd.*conſi*. 33.*num*.
19.*lib*.1.Menoch.*conſi*.27. *numero* 47. De ian.*conſi*.
78.*numero* 26. *lib*. 3. & in propoſito noſtro Giurb,
deciſ.42.*num*.23,Molfeſ.*ad conſuet.Neapol.par*.4 *qu*.
6.*nu*.39.Franc.*dec*.181.*numero* 11.

Duodecima concluſio. ¶ Si dolo verſatus eſt filiusfa-
milias, dum contraheretur cum eo, vel ſit in aliqua
36 culpa, † non gaudet priuilegio, *l.2.Cod quod cum eo*,
prout eſt text.*in l ſed & ſi ex parte*, 4. *in princ.verſ.*
interdum autem,*&* *l.eum qui* 6 *ff eo.tit.*Pariſ.*conſi* 94.
n.8.13.42.*&* 54.*lib*.1.Franc *deciſ* 164.*nu*.11.*&* 16.*&*
deciſ.221.*nu*.13.Vrſill.ad Affl.*deciſ*.408.*nu* 20.Ferrar.
37 *caut*.24.Giurb.*dec*.3 *nu*.1.*&* 2.† Cum paſſim dolo-
ſus debitor teneatur inſolidum abſque aliqua dedu-
ctione, ne egeat; Natt.*conſi*.361.*num*.2.*&* 7.Put.*dec*.
394.*lib*. 1, Lancellott. *de attentat.p*.3.*c*.31.*num*.44.
Genuenſ *in Prax. Archiepiſc.c*.3 *nu* 6.Laderch.*conſi*.
30.*nu*.4.Surd.*de alim.tit*.2.*qu*.78.*nu*.42.*&* 43. Iaſ *in l.*
38 *qui cum ſe patrem* 10.*n*. *ff.de re iudic.* † vbi de filio-
familias, qui contraxit tanquam paterfamilias, tunc
enim propter tale mendacium non habet benefi-
cium *dict. l.* 2. tanquam per dolum induxerit ad ſic
contrahendum cum eo, *l.ſed hoc in*,*§.1.ff.de re iudi-*
*cat.*Bart.*in l.etiam*,*§.1.ad fin.ff ſolu: matrim.*Alex.*in*
l.maritum,*col*.2.*ff.eod.tit.* Clement.*de patr.poteſt.c*.6.
effect.5 *nu*.4.Seraph.*priuil.iuram*.31.*n*.41.*vſque ad* 50.

Decimatertia concluſio. ¶ Dolus, & culpa debet eſſe
36 præordinata ad finem, † ne ſoluatur, & vt credito-
res fraudentur ad effectum, vt filius priuetur priui-
legio, de quo agimus, vt in ſpecie concludit Giurb.
deciſ 43.*numero* 27. vbi quod tales filij debent eſſe
doloſi, & decipientes, & cauſam præſtantes in
abuſu ſuorum bonorum, pro fraudandis illis, cum
quibus contrahunt: Pariſ.*conſil*.94. *numero* 42.*lib*.1.
40 Prout ad hoc, † vt quis teneatur de aliquo crimine
debet adeſſe deliberatio, ſeu præordinatio ad illud
committendum, *l.38.homines ff.de vi bonorũ raptor.*
Anchar.*conſil*.216. Felin. *in cap.1.col.5. de offic.deleg.*
& in cap. ſicut dignum, de homicid. Grammat. *deciſ*.
42 25.*numero* 3. *&* 4. † Et paſſim hoc admittitur in ſi-
milibus caſibus, in quibus ad effectum perdendi *pri-*
uilegium, ne quis conueniatur, niſi in quantum fa-
cere poteſt, ſemper requiritur, quod bona fuerint in
fraudem creditorum. Ferret.*conſil*.144.*num*.4.*&* 5.
juxta *leg.ſi quis dolo ff. de re iudic.leg.etiam*,*§.licet.ff.*
*ſolut.matrim l ſi.§ vlt.*vbi Bart.& Angel *ff.de his quæ*
in fraud.creditor. Bald.*in l.1 col fin.Cod.qui bon.cedere*
*poſſ.*Genuenſ *in Prax. Archiepiſcop.cap*.3.*num* 6. latè
Graſſ.*de exception.cap*.17.*numero* 2. Henric.Boich.*in*
c Odoardus. de ſolution. Carpan.*ſuper ſtatut. Medio-*
lan c.408 *num*.34.*&* 123. Brun.*de ceſſ.bonor.quæſt*.4.
princ quæſt.28.Iaſ.*in § item ſi quis in fraudem*, *numero*
92.*inſtit.de action.* Neuiz.*conſil* 59.*numero* 2. Rebuff.
conſi.184.*numero* 4 Rip.*in l obligatione*,*num*.33.*ff.de*
*pignorib.*Stracc.*de decoctorib.§. circa tertiam ſpeciem*,
num 9.20.*&* 19.

Decimaquarta concluſio. ¶ Abſtinere debet filius
ab hæreditate patris, vt habeat hujuſmodi priuile-
42 gium, vt dicitur *in l.2.Cod.quod cum eo.* † Quæ qui-
dem abſtenſio dicitur probata, ſi adiuerit hæredita-
tem patris cum beneficio legis, & inuentarij, vt in
ſpecie concludit Minad. *conſi*. 17. *numero* 3. Ponte.
conſ.37.*nu*.3.Giurb.*deciſ*.43.*nu*.25.*ad med.*Monticul.
de inuentar.c.8.*in prin.*Anna *alleg*.30.*num* 13. Molfeſ.
conſi.42.*nu*.29. *poſt* 2.*tom. ſuper conſuet. Neapol .fol*.92.
Amen.

43 Amendol. *in addit. ad Franc. dec. 70. in fi.* † vbi quod
exhæredari, abſtiuere, vel hæreditatem capere cum
beneficio legis, & inuentarij idem ſunt quo ad hoc
priuilegium obtinendum, juxta *l. ſi §. & ſi præfatam.*
vbi Bald. & Salic. & ibid. Iaſ. *in §. in computatione, nu.*
9. C. de iur. deliber. l. debitor, ff. ad Treb. l. ita tamen, ff.
44 *ad leg. falcid.* † Neque enim dicitur verus hæres, qui
adit hęreditatem cum beneficio legis, & inuentarij:
Giurb. *d. dec. 43. n. 25. poſt med.* Cephal. *conſi. 203. n. 7.*
Decimaquinta concluſio. ¶ Beneficium, de quo agi-
45 mus fuit inductũ, ne filij egeant, † quare datur pra-
xis, vt creditori adjudicentur res omnes, cum onere
alendi eundem filium decenter pro perſonæ qua-
litate, & dignitate, vel ſecundum alios, quod filius
retineat contra creditores agentes illud, quod ſuffi-
ciat pro ſuis alimentis attenta redditũum quantita-
te, & non patrimonij, vt latè in propoſito explicat
Giurb. *decif. 45. num. 1.* poſt Bald. *in l. 2. num. 3. Cod.*
quod cum eo. Rip. *in leg. miles, ff de re iudic.* Laderch.
conſi. 30. in fi. Molignat. *de retention qu. 148.* Coſt. *de*
remed. ſubſidiar. remed. 28. num 6. Caualc. *de bracch.*
reg. p. 6. fragm. 97. Petr. Greg. *de dot. § qu. 18. numer. 6.*
46 † Et qualia debeant eſſe alimenta ſtabitur arbitrio
Iudicis, vt latè diximus *ſupra c. 613.*
Decimaſexta concluſio. ¶ Filiusfamilias ſi ſe obliga-
47 uit cum patre pro ſoluenda dote ſororis, † & re-
nunciauit in ſpecie beneficio, ne egeat, non tamen
ex hoc cenſebitur renunciaſſe priuilegio *l. 2. C. quod*
cum eo. Nam ex tali contractu, & promiſſione duo
priuilegia competunt filio, alterum ratione pro-
miſſæ dotis, quod datur fratri dotanti ſororem,
48 † vt non poſſit conueniri, niſi in quantum facere
poteſt, ſiue deducto, ne egeat: Iaſ. *in leg. ſunt qui in-*
id, numer. 14. ff de re iudic. Theſaur. qui de communi
decif. 119. numero 3. & decif. 153. numero 5. Surd. *de*
aliment. tit. q. 78 numer 6. Giurb. *decif. 45. numero 14.*
¶ Alterum beneficium eſt illud, quod filius habet
49 ex diſpoſitione *l. 2. Cod. quod cum eo.* † Vnde renun-
tiatio ſpecialis deducto ne egeat facta per fratrem
dotantem ſororem cum patre, non debet extendi
ad aliud priuilegium, quod competit filio effecto
ſui juris poſt mortem patris, tanquam ſit mutatus
in totum ſtatus illius, & reputetur nouus homo,
cum ſatis ſit renũciationem poſſe verificari in vno,
ideo non cenſebitur renunciatum alteri; maxime,
quia iſta priuilegia ſunt diuerſa, & habẽt ſeparatam
50 cauſam, † nam illud, quod competit filio ex diſpo-
ſitione *l. 2. Cod. quod cum eo.* fuit datum ex quadam
æquitatis ratione, & jure quodam ſpeciali, & ſtatus
mutatione, cum aliud competens dotanti, ne egeat,
ſit ob cauſam miſerationis, & reuerentiæ, adeo vt ex
vno ad aliud non ſit inferendum, prout ita in ſpecie
ex prædictis, & aliis rationibus concludit Giurb.
decif. 45. numero 14 cum ſeq. Præſertim, quia talis re-
nonciatio, ne egeat facta tempore dotationis ſoro-
ris non poteſt comprehẽdere, niſi priuilegium il-
lud, quod tunc aderat, ad fauorem fratris, non au-
tem iſtud, quod poſtea ſuperueniit filio ex noua
cauſa tunc non ſubſiſtente, tanquam mutato ſtatu,
51 mutanda ſint omnia, † cum diſpoſitio quælibet
etiam jurata intelligatur rebus ſic ſtantibus, *l. quod*
ſeruus, ff de condict. ob cauſ. cap. breui, de iureiur. Natt.
conſi. 50. numer. 2. dixi *ſupra cap. 96. numero 23.* Tiraq.
in præfat. leg. ſi vnquam, numero 166. Cod. de reuocand.
donat. Surd. *decif. 316. numero 52. & conſi. 418. nu. 8 &*
de aliment. tit. 8. priuil. 56. numer. 61. cum aliis latè per
Barboſ. *de d. dictionib. & clauſul. clauſ. 74. num. 1. fol. 253.*
Gutier. *pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 42. numero 37. & 38. &*
de tutel. pars. cap. 1. numero 23.
Decimaſeptima concluſio. ¶ Filiusfamilias poſtquam
eſt factus ſui juris propter mortem patris, ſeu e-
52 mancipationem, † ſi excipiat de hujuſmodi priui-
legio, non amplius tenebitur quamvis ad meliorem
fortunam peruenerit, cum talis exceptio ſit perem-
ptoria, quidquid ſecus ſit in aliis exceptionibus
competentibus fratri, vel ſimilibus deducentibus,
ne egeant, quæ ſunt dilatoriæ, & non liberant exci-
pientem in perpetuum, ſi contingat eos ad pinguio-
rem ſtatum deuenire: Gloſſ. *in §. appellantur in verb.*
ſemper inſtit. de except. Franc. *decif. 164. numero 10. &*
decif. 221. numero 5. & 11. Auff. *ad decif. capell.* Tholoſ.
260. numero 6. poſt Bart. *in l. 3. ff. de except.* Cyn. *in l. 1.*
Cod. de iur. & fact. ignor. Giurb. *decif. 45. numero 15.*
in fin. Aloyſ. Leo. *in l. 1. nu. 9. C. de re iudic.* Coſt. *de*
remed. ſubſid. remed. 28. num. 11.
Decimaoctaua concluſio. ¶ Quamuis exceptio com-
53 petens principali juuet † etiam fidejuſſorem, *l. om-*
nes. ff de fideiuſſorib. Marſill. *in rubr. ff. eod. tit. num. 136.*
Natt. *conſi. 50. numero 24. & conſi. 51. num. 13.* Nihilo-
minus aliud eſt in beneficio competenti principali,
vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt,
54 † tunc enim acceſſorium non regulatur ab eodem
principali, tanquam illi fuerit hoc conceſſum ex
priuilegio perſonali, quod non tranſit ad fidejuſſo-
rem, prout in ſpecie eſt text *in l. verum, 64.* vbi gloſ.
in verb. verum, ff. pro ſocio. Carthar. *decif. 67 num 9.*
vſque ad 12. juxta *l. & ſi fideiuſſor. ff de re iudic. l. tam*
mandatori, C. de non num. pecun. Cephal. *conſi. 437. nu.*
12. lib. 3. Pariſ. *conſi. 16. num. 110. lib. 2.* cum aliis per
Marſill. *in rubr ff. de fideiuſſ. num. 320.* Mohed. *dec. 2.*
eod tit. Galleſ. *ad ſum. oblig. camer. p. 1. qu. 3. num. 7.* in
impreſſ. noua *qu. 7. fol 33.* Card Seraph. *dec. 1324 nu.*
8. Rot. coram R. P. D. Iuſto Tudertina cenſus, 26.
Maij 1600. & latè dixi *ſupra c. 122 per tot.* & multas
declarationes ponit Barboſ. *in l. maritum, 13. nu. 81.*
cum ſeq. ſolut. matrim.
Decimanona concluſio. ¶ Non perditur hujuſmodi
55 priuilegium per filiumfamilias, † quamvis per mul-
tos annos contra eum non fuerit actum, neque
enim requiritur, quod incontinenti poſtquam eſt
factus ſui juris conueniatur, cum ſemper debeat
gaudere beneficio priuilegij, & dilatione, nam dila-
tio temporis non debet operari, vt grauius condem-
netur, tanquam durius agatur cum debitore, qui per
multos annos non ſoluit, quam cum eo, qui ſtatim
conuenitur reſpectu dilationis, cum dilatio non ſit
accumulanda alteri dilationi, non autem quo ad
quantitatem exactionis, quæ non debet variari ex
curſu temporis. Iſta eſt verior opinio, & magis re-
cepta quidquid alij contrarium male ſentiant, vt là-
tè comprobat Franc. *decif. 221. numero 6. & per tot.*
56 Teparus *var. ſent. tit. 21. ad fi fol. 1049.* † & ita intelli-
gitur text. *in leg. ſed & ſi ex parte, 4. §. ſed an etiam*
temporis, vbi gloſ. *in verb. habendam eſſe, ff quod cum*
eod, juxta *leg. obligationum ferè. §. placet, ff. de action. &*
obligat. ¶ Non obſtante, quod gloſ. *in d. verb. haben-*
dam, in fi. ponat contrariam opinionem, nam licet
57 relatis † pluribus ſententiis referens videatur reſi-
dere in vltima: Ang. *in l. ſi idem cum. eod. ff. de iuriſd.*
omn. iud. cum aliis per Bologn. *in repet. auth. habita, n.*
58 *259. Cod. ne fil. pro patr.* † Tamen hoc non procedit,
quando prima opinio fuit firmata, prout in caſu
noſtro, tunc enim non attenditur, quod referantur
aliorum opiniones: Iaſ. *in d. l. ſi idem cum eod. §. ſi vna*
actio, nu. 3. lim. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Iacob. de Nigr.
in rubr. ff. ſi cert. pet. col. ſi verſ. item non.

Vigeſima concluſio. ¶ Lite pendente an competat fi-
59 lio hujuſmodi priuilegium, † non eſt carcerandus,
neque moleſtandus idem filius in perſona, prout
neque erit cogendus ad faciendum depoſitum, cùm
ſufficiat cautio de parendo mandatis Iudicum,& de
ſe præſentando tempore expeditionis cauſæ. Ita
per plures vices fuiſſe judicatum teſtatur Molfeſ.
60 *conſil*. 42. *numero* 30. *vſque ad* 36. † Et contraria
procedunt, quando adeſſet ſtatutum, quod non poſ-
ſit quis audiri, niſi facto depoſito, vel in vinculis
conſtituto debitore, vt declarat idem Molfeſ. *conſil*.
43. *numero* 13. & 14. Prout dicimus de hujuſmodi
exceptione oppoſita per filium poſt ſententiam in
61 executione illius, † tunc enim non poteſt carcera-
ri: Caſtr. *in l*. 2. *in fi. ff. quod cum eo*. Iaſ. *in leg. qui iu-
raſſe*, §. 1. *numero* 2. *ff. de iureiur*. Cum tamen aliud ſit,
quando ſtatutum mandaret non poſſe aliquid op-
poni contra executionem ſententiæ, ſeu inſtrumen-
ti, tunc enim per talem exceptionem non impedire-
tur dicta executio, vt diximus *ſupr. in* 4. *concl. numero*
14. juxta doctrinam Bart. *in l. ſi filiusfamilias, ff. quod*
62 *cum eo*. † ¶ Quemadmodum etiam dicitur de pe-
tente ſe admitti ad beneficium *cap. Odoardus, de ſol.*
qui non carceratur pendente judicio, ſi non eſt
ſuſpectus de fuga, neque adeſt perjurium, immo ſi
poſt carcerationem opponatur de dicto beneficio,
habilitatur præſtita cautione idonea de parendo
judicato: Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. c*. 3. *nu*. 17.

Vigeſimaprima concluſio. ¶ Quamvis per filium
63 poſt mortem patris † poſſit ratificari contractus
per eum geſtus non obſtante priuilegio, de quo agi-
mus, vel per ſolutionem alicujus termini, vel ex
aliis cauſis, de quibus per Molfeſ. *conſil*. 4 *numero* 19.
& 10. juxta *l*. 2 *Cod. quod met. cauſ. l. abſolutionem, C.
de re iudic*. Odd. *de reſtit in integ quæſt*. 25. Tamen ta-
lis ratificatio valebit, vt ex nunc, non autem vt ex
64 tunc, † & ſic non à die contractus, ſed tempore ra-
tificationis, adeo vt non teneatur filius ad terminos
decurſos ante ratificationem, ſed ſolum poſt illam
decurrendos, vt in terminis latè concludit Molfeſ.
conſi. 42. *numero* 40. & 41. juxta *deciſ*. Surd 245. *num*.
5. *cum ſeq* poſt Bart. *in leg. obſeruare. oppoſ*. 1. *num*. 4. *ff.
de offic*. 1. *proconſ*. Alex. *conſi*. 78. *nu*. 18 *lib*. 5. Dec. *conſi*.
367. *num* 4.

Vigeſima ſecunda concluſio. ¶ Soli filio ſuccurritur,
65 non autem hæredi † ad quem non tranſit priuile-
gium filij ne conueniatur, niſi quatenus poſſit, cum
illud ſit perſonale, quod non egreditur perſonam
priuilegiati, ideo contra hæredem dabitur inſoli-
dum, *leg. ſed & ſi ex parte*. 4. §. *ſoli autem* vbi gloſ. *in
verb. heredi, ff quod cum eo*, *l. ſi cum procuratore*. 23. *l.
& ſi fideiuſſor*. 24. *leg. ſciendum* 25 *ff de re iudicat. l. ma-
ritum*, 13. & *l. quia tale*, 14 *ff. ſolut. matrim. l. verum*, 63.
66 *ff. pro ſocio*. † Prout paſſim diſpoſitio perſonalis cum
perſona extinguitur, *c. Pontifices*, 22. *q*. 3. *c. requiſiſti, de
teſta. c. ſi gratioſe, de reſcript. in* 6. *c. priuilegium, de re
67 iud. eod. lib*. 6. † Quidquid aliud ſit, quando rei co-
hæreret, *l. omnibus, ff. de reg. iur. l. fi* §. *vlt. C. de vſur. rei
iud. l. omnes exceptiones, ff. de except*. §. *vlt. inſtit. de re-
plic*. Gloſ. *in l. & ſi fideiuſſor*, 24. *in verb. et, ff. de re iud.*

Vigeſimatertia concluſio. ¶ Extraneus contrahens
cum filiofamilias habente peculium obligat illum
68 inſolidum † etiam mortuo patre, & peculiu quoque
ademptor Iaſ. *in leg. frater à fratre, in* 1. *lectur. numero*
58. & *in* 2. *lectur. num*. 38 *ff de cond. indeb*. quod etiam
voluit Franc *deciſ*. 70. *numero* 1. & 2. vbi quod filius-
familias factus ſui juris non poteſt allegare hujuſ-
modi priuilegium, ſi tempore contractæ obligatio-
nis habebat bona caſtrenſia, vel quaſi, ſiue aduenti-
69 tia, † nam creditores, quando contraxerunt cum eo
videntur tunc contraxiſſe contemplatione iſtorum
bonorum, quæ tunc filiusfamilias poſſidebat, prout
neque habebit idem priuilegium in bonis pater-
nis, quorum contemplatione contraxerunt iidem
creditores, ſperantes, quod illa deberent deuenire
ad filium, quia in illis poſſet conueniri, & fieret exe-
cutio in prædictis bonis, non autem in perſona:
Tepat. *variar. ſent*. 11. 521. *col*. 3. *ad med. fol*. 1049 quod
prius voluit Caſtr. *in l*. 2. *in fi. verſ ſed & hoc. C. quod
cum eo*. ſequitur Aloyſ. de Leo. *in l*. 2. *numero* 6. *Cod.*
70 *eod. tit*. † ¶ Quamvis in hoc contrarium ſequatur
Pariſ. *conſ*. 94. *num*. 52. *vſque ad* 55. *lib*. 1. vbi quod *l. ſi
quis cum filio*, 45 & *l. & ideo*, 46. quas adducit pro ſua
opinione Iaſ. *in d l. frater à fratre, nu*. 18. procedunt,
quando filius conuenitur viuente patre, ſecus ſi eo
mortuo, tunc enim ſumus in caſu ſpeciali, de quo *in
l*. 2. *ff quod cum eo*, & *in l*. 2. *C. eod. tit*. in quibus diſpo-
nitur, quod non conueniatur, niſi in quantum face-
re poteſt, quando ſe abſtinuit ab hæreditate patris,
prout etiam dicit Gloſ. *in leg ſi quis cum filio*, 45. *in
verb. inſolidum, ff. de pecul*. & *in l*. 2. *ff. quod cum eo* Ex
quibus patet controuerſam eſſe hanc opinionem,
de qua tamen latius Deo dante alibi dicemus, vbi
etiam aderunt multæ aliæ concluſiones ad hujuſmo-
di materiam pertinentes, cum modò iſtæ ſufficiant
ad defenſionem cauſæ, de qua agitur.

Ex prædictis colligitur, quod omiſſa obſeruantia anti-
qua circa obligationem filij, de qua *ſupra in* 1. *con-
cluſione*, bene fuit judicatum ad fauorem ejuſdem
filij ſui juris effecti, quod non teneatur, niſi in
quantum facere poteſt ex contractibus celebra-
tis per eum in vita patris, cum appareat de abſten-
ſione ab hæreditate paterna, vt *in* 2. *concluſ*. quam-
vis ſufficeret, quod fuiſſet hæres cum beneficio le-
gis, & inuentarij, vt *in* 4. *concluſ*. Non obſtante
quod creditores eſſent pauperiores, & adſit con-
demnatio in vita patris, cum poſſit retardari execu-
tio facienda poſt ejus obitum vt *in* 3. & 4. *concl.*
Nullo habito reſpectu renunciationis generalis,
cum expreſſa requiratur ad hoc, vt comprehenſum
ſit jus ſumtum vt *in* 5. 6. & 7. *concluſ*. Sine vlla con-
ſideratione juramenti, & clauſulæ *omni legum auxi-
lio*, & *inſolidum*, & *de ſoluendo integrè*, & obliga-
tione camerali, cum ſimilibus, quæ non operan-
tur, vt ſit renunciatum tali priuilegio, tanquam
habenti originem ex mutatione ſtatus filij, & ex
noua cauſa, exemplo exceptionis cedendarum vt
in 8. 9. 10. & 11. *concluſ*. Immo etiam, quod eſſet in
ſpecie renunciatum beneficio, ne egeat, quando
tamen ſe obligaſſet vna cum patre pro dote ſoro-
ris, cum renunciatio ſolum operaretur quoad be-
neficium fratri competens, non quo ad aliud mu-
tationis ſtatus vt *in* 16. *concluſ*. Omiſſo dolo, &
culpa, & mendacio, ex quibus licet tollatur hujuſ-
modi beneficium vt *in* 12. *concluſ*. Nihilominus
in caſu noſtro de eis non conſtat, cum non pro-
betur aliqua præordinatio ad fidem fraudandi
creditores, prout regulariter talis qualitas eſt pro-
banda vt *in* 13. *concluſ*. Ita vt ad fauorem filij ta-
lis exceptio ſit peremptoria, per quam liberabi-
tur in totum quamvis ad pinguiorem fortunam
deuenerit, quidquid ſit in aliis vt *in* 17 *concluſ*. Et
licet per multos annos non fuerit actum contra
filium per creditores, cum per hujuſmodi dila-
tionem temporis non amittatur iſtud priuilegium
vt *in* 19. *concluſ*. Adeo vt pendente judicio dedu-
ctionis

ctionis, ne egeat filius non ſit carcerandus, cum ſufficiat cautio de parendo judicato vt *in 10. concl.* Quidquid aliud ſit, quando filius habuiſſet peculium tempore, quo ſe obligauit in vita patris, juxta vnam opinionem, de qua *in 13. concl.* Vel quando filius ſui juris effectus ratificaſſet obligationem factam ſub patria poteſtate, quo caſu ratificatio, provt eſt tunc, non provt eſt nunc, vt *in 23. concluſ.* Vel quando ageretur aduerſus fidejuſſorem principaliter obligatum, & hæredem, contra quos fiet exactio inſolidum, cum ſoli filio hoc priuilegium competat tanquam perſonale, quod illius perſonam non ingreditur, vt *in 28. & 22. conclu.* Quare ſtantibus prædictis nõn erit amplius moleſtandus filius, ſed in omnibus ad ejus fauorem ſeruabitur praxis, vt fiat deductio, ne egeat, juxta qualitatem, & dignitatem ex redditibus, acceſſionibus, & fructibus bonorum, non ex venditione proprietatis arbitrio Iudicis, vt *in 15. concl.* dictum fuit.

EPITOME.

Canonicus celebrans miſſam in aurora, an poſſit eximi à cæteris ſeruitiis eccleſiæ, & lucretur integras diſtributiones quotidianas. ¶ Obligatus ad dicendam miſſam, quando habeat facultatem per alium celebrandi. ¶ Qualitas ſacerdotij an ſit neceſſaria in actu non in habitu. ¶ Conſuetudo immemorabilis an habeat vim tituli, & priuilegij. ¶ Et an dicatur ſublata per reuocationem cujuſcumque conſuetudinis. ¶ Subrogatus an debeat eſſe ejuſdem qualitatis cum ſubrogante. ¶ Canonici an poſſint ſe inuicem ſubſtituere in functionibus chori, & eccleſiæ. ¶ Priuilegium ſpeciale ſuper diſtributionibus an præſumatur ex juſta cauſa præceſſiſſe, quidquid ſit in conſuetudine generali. ¶ Habens poteſtatem diſponendi an poſſit diſpoſitionem qualificare.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus celebrans miſſam in aurora poteſt eximi à cæteris ſeruitiis eccleſiæ, & integras diſtributiones lucratur.*

2 *Immemorabilis conſuetudo ſubrogans alium pro miſſa dicenda eſt ſeruanda tanquam habeat vim tituli, & priuilegij, & nu. 9.*

3 *Conſuetudo immemorabilis non dicitur ſublata, quamvis quæcumque conſuetudo tolleretur.*

4 *Obligatus ad dicendam miſſam poteſt per alterum illam celebrare, quamvis diceretur illum debere eſſe idoneum ad celebrandum nu. 6. & 11.*

5 *Subrogatus debet eſſe eiuſdẽ qualitatis cum ſubrogante.*

7 *Canonici quando ſe inuicem poſſint ſubſtituere tam in functionibus chori quam eccleſia.*

8 *Duo ſpecialia non debent ſimul concurrere.*

10 *Priuilegium ſpeciale temporis immemorabilis præſumitur præceſſiſſe ex iuſta cauſa quamvis ſit ſuper diſtributionibus, quidquid aliud ſit in conſuetudine generali.*

12 *Actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem.*

13 *Habens facultatem diſponendi poterit multò magis diſpoſitionem qualificare.*

CAPVT DCCC.

1 Canonici Eccleſiæ Cathedralis Segninæ ex immemorabili conſuetudine ſemper obſeruarunt, † vt Canonicus qui in aurora miſſam celebrat, ſit exemptus à cæteris ſeruitiis Eccleſiæ, & integras diſtributiones lucretur, quæ conſuetudo fuit approbata per Sacram Congregationem, vt in decretis in hac cauſa factis latius continetur.

Verum, quia prætenditur dictam exceptionem non
ſuffragari, niſi quando Canonicus per ſe ipſum præ-
fatam miſſam celebrat, ideo cum de hoc quæreretur,
videbatur concludendum, quod talis prætenſio
non obſtaret, cum verius ſit, vt dicta miſſa poſſit
2 per alium Canonicum celebrari, † quia ab immemorabili tempore adeſt iſta conſuetudo alterum
ſubrogandi in hujuſmodi functione, quæ eſt ſeruanda, tanquam ob ſpatium tanti temporis habeat
vim priuilegij à Principe conceſſi, ac tituli melioris
de mundo, ac veritatis, & pacti, ac eandem poteſtatem quam habet Imperator, quando cum cauſa
procedit, *c. ſi. duo ſimul. 9. de offic. ordin.* Bald. *conſ. 419. amplius, colum. 4 lib.* Aym. *conſ. 10. num. 11.* Roland.
conſ. 59. numero 14. vſque ad 17. lib. 4. Rot. *deciſ. 677. numero 4. par. 2. in recentioribus.* Put *deciſ. 105 num. 2. & 3. lib. 1.* Achill. *deciſ. 4. num. 6. de iur. patron.* cum
3 aliis per Gonzal. *reg. 8. gloſ. 33. nu. 1. vſque ad 6.* † vbi
etiam, quod tali conſuetudini non cenſetur derogatum quamvis quæcumque conſuetudo tolleretur
cum requireretur ſpecialis de ea mentio: Felin. *in rubr. de præſcrip. num. 18* Couar. *lib. 3. var. reſolut. cap. 13. num. 5.* latè Garz. *de beneſic. p. 3. c. 2. num. 190.* Rot.
deciſ. 6: 4 num. 1. in fi. p. 2. in recentiorib. Gabr. *de clauſul. concluſ. 3 num. 42.*

Maximè, quia hujuſmodi conſuetudo eſt conformis
4 juri communi, † ſecundum quod diſpoſitio mandans, quod aliquis miſſam celebret, intelligitur, vt
poſſit per alium illam celebrare: Lap. *alleg. 35. num. 2. & alleg. 16. colum. 3. verſ. ſtabitur igitur. & alleg. 117. col. 2* Cardin. *in cap. de multa. 28 column. fin. de preben.* Hoſed *de incompatibilib. beneſic. p. 1. c. 1. nu. 2.* Gonzal.
qui refert plures Rotæ deciſiones *ad reg. 8. gloſ. 5. §. 8 numero 74. fol. 131. in 2. impreſſ.* vbi etiam adducuntur multæ reſolutiones Congregationis Concilij
Rot. coram R. P. D. Buratto Palentina capellaniæ,
26. Ianuarij dixi latè *ſupra cap. 133. & deciſ. 26. in fi. & deciſ. 115. num. 4.*

Præſertim, quia hoc caſu videtur ſufficere, quod adſit
ſeruitium eccleſiæ, cui virtualiter, & per æquipollens ſatisfactum dicitur per ſubſtitutum, tanquam
non conſideretur aliqua induſtria perſonæ pro hujuſmodi munere adimplendo, & ideo in hoc eccle-
5 ſia non læditur. † Maxime, quia ſubrogatur alius canonicus, qui eſt ejuſdem qualitatis cum ſubrogante, provt de jure requiritur: Gloſſ. *in leg. ſi eum, §. iniuriarum, in verb. danda, poſt med. ff. ſi quis cautionꝫ* Bart. *in l. 1. Cod. de mancip. & colon. patris lib. 11.* Aug.
in leg. ſtipulationes commodiſſimum, de verbor. oblegat. Mandoſ. *reg. 4. quæſt. 8. numero tertio.* & multa addu-
6 xi *in addit. ad deciſ. 157. numero 9. cum ſeq.* † Quamvis deberet, quis eſſe idoneus ad celebrandum,
nam dicitur talis ſi celebrat per ſubſtitutum, vt per
Rot. coram R. P. D. Gypſio Lucana capellaniæ,
12. Decembris 1592. & coram Cardin. Pamphil.
Romana capellaniæ, 23. Ianuarij 1589 & coram
R. P. D. Buratto Palentina capellaniæ, 26. Ianuarij
1615.

Et facit ſimile decretum Sacræ Congregationis, per
quod permittitur in hac eccleſia Cathedrali, de
7 qua agimus, † vt Canonici dictæ Eccleſiæ ſeſe
inuicem ſubſtituant tam in functionibus chori,
quam eccleſiæ, dummodo non ſubſtituantur illi,
qui obſtricti eſſent eodem tempore in præſtatione

ejuſdem ſeruitij, vnde hoc etiam erit ſeruandum in celebratione hujus miſſæ matutinæ, cum ſubſtitutio fiat de canonico, qui tunc temporis non eſt alias impeditus pro aliquo ſeruitio eccleſiæ.

Neque obſtat, quod ſi non concederetur ſubſtitutio in celebratione miſſæ, & perceptio diſtributionum eſ-
8 ſet multiplicare duo ſpecialia, † quod de jure non permittitur, *l. 1. Cod. de dot. promiſſ.* Quia cum adſit immemorabilis, tam in ſubſtitutione, quam in perceptione diſtributionum, non debet attendi concurſus plurium ſpecialium, aut priuilegiorum, quaſi
9 per immemorabilem, qui ſe in ea fundat † poſſit allegare habuiſſe talem titulum, & conceſſionem à Principe: Abb *in cap. querelam, col. 3. in fi. verſ. vtile eſt ergo, de election & conſi. 76. in 1. dub. li. 2.* Alex. *conſ. 70. col 4 lib. 4.* Dec. *conſi. 116 col. 1.* Bald. *in l. cum ſuper. C. de rei vendi.* Felin. *in tract. quand litter. apoſtolic. col fi. verſ. conſidera tertio.* Feder. *conſi. 234. col. penult.* Et quidem iſta debent ſuffragari tam in vno caſu, quam in alio, juxta obſeruantiam tanti temporis, quod habet vim priuilegij, vt dictum eſt, quod tanquam ſpeciale ad fauorem Canonicorum præſumitur ex juſta
10 cauſa proceſſiſſe, † quamvis ſit ſuper diſtributionibus quotidianis, quidquid aliud ſit in generali conſuetudine: Dec. *in cap. cum omnes, in 2. lect. in 1. notab. in fi. de conſtitut.* Couar. *lib. 3. var. reſolut. numero 3. in fi. verſ. tertio eadem ratione.* Duen. *reg. 206. limit. 1.*
11 † Præſertim, quia nullum ſpeciale eſt, vt quis poſſit celebrare miſſam per alium, cum de jure detur iſta ſubſtitutio: Ferret. *conſi. 111. in prin. lib. 1.* Rot. coram Cardin. Sacrato Tiraſonen. capellæ 9. Iunij 1603. cum aliis ſupra adductis *numero* 4. Niſi ex verbis poſſet colligi contraria mens diſponentis, vt voluerit excludere ſubſtitutum, vt in ſimili Rot. *dec. 496. p. 1. in recentiorib* vbi de qualitate ſacerdotij quando requiratur in actu, vel habitu tantum, & latè dixi *ſupr. cap. 133.* ¶ Quibus additur, quod quando teſtator vſus eſt illis verbis, che ſia putato vn Sacerdote, tunc iſta qualitas ſacerdotij tanquam juncta verbo, deputo, facit, vt de neceſſitate illius verificatio conueniat de tempore verbi, quod verè ſit ſacerdos actu, & non habitu tantum, *c. nemo* vbi Gloſ. *in verb ſacerdotio, de elect. in 6.* Barbat. *conſi. 33. num. 10. lib. 1.* & in iſtis terminis adſunt plures deciſiones. Rot. coram R. P. D. Orano Valentina juriſpatronatus 20. Martij 1589. & coram eodem Alexandrina decanatus, 12. Iunij 1598. & coram R. P. D. Marcomontio Taruiſina juriſpatronatus 26. Iunij 1607. & coram Card. Lancellotto Recanaten. beneficij 14. Martij 1608. ¶ Prout regulariter qualitas adjecta verbo intelligitur juxta tempus verbi, *leg. in delictis, §. extraneus, ff. de noxal. lib. l. 1. §. tutoris, ff. quod juſſu.* Bart. *in leg. titius, ff. de teſtam. milit.* Surd. *conſi. 23. num. 10. lib. 1. & conſil. 216. num. 2. lib. 2.* Roland. *conſ. 100. numero 27. lib. 1.* Alexand. *conſi. 5. numero 3. lib. 7.* Dec. *conſ. 57. in cauſa rigoroſa accuſationis, col. 5. in prin. verſ. 4 principaliter nu. 8.*

[Adde *ſupr. ad cap. 133. num. 5.*]

¶ Quæ ſunt notanda, vt obiter hoc dicam pro declaratione eorum quæ dixi *ſup. cap. 133. numero 5 per tot.* diſtinguendo ſemper, quod quando verſamur in diſpoſitione legis vniuerſalis, vel particularis, & ordo ſacerdotij ſimpliciter deſideraretur, nec reſpiceret actum præſentationis, tunc tale ſacerdotium cenſeretur requiſitum per modum aptitudinis, & non contemporaneè, & actu cum ipſa electione, vel prouiſione, ſecus vero quando ſumus in diſpoſitione hominis, & ordo reſpicit actum præſentationis, nam tunc non valeret præſentatio, niſi verè ſacerdos præſentaretur, vt diſtinguit Abb *in cap. cum in cauſis, §. inferiora, numero 1 . & 11 de elect.* quem ſequitur Rot. coram R. P. D. Orano Valentina juriſpatronatus, 20. Martij 1589. & coram R. P. D. Pirouano Placentino canonicatus, 3. Iunij 1613. quæ eſt *deciſ. 496. numero 5. part. 2. in recentioribus.* vbi quod ita concordantur contrariæ deciſiones, & in iſtis terminis etiam ego dixi prædicta eſſe intelligenda *cap. 133. numero 5.* ita vt non obſtent, quæ in ſimili facti ſpecie in contrarium fuerunt adducta, cum percurrendo omnia ibidem per me allegata, appareat eſſe conformia prædictis deciſionibus, & præſertim *dict. deciſ. 496. p. 1. in recentioribus.* vbi etiam, quod ad hunc effectum ſufficit, vt verba reſpiciant, actum præſentationis, ſiue electionis quamvis non concipiantur negatiuè, ſcilicet, quod non valeat electio, vel præſentatio, niſi de conſtituto aliter in ſacerdotio, [illegible] contrarium tenentes loquuntur, vbi verſamur in ſimplici annexione ordinis, quæ ſecundum juris diſpoſitionem contentatur de habilitate, *cap. ſi pro clericis. & cap. cum cui. de prebend. in 6.* Aliud quando diſtinguuntur actus, & habitus ex verbis prohibitionis, quæ dant modum, vt contemporaneè ordo requiſi[illegible] debeat concurrere, & non poſtea, ita vt non p[illegible]terea [illegible] datur, quod annexio ordinis [illegible] ne diſtingui ab habitu per reſpect[illegible] ctum ipſa fundatione juriſpatronatus, vt [illegible] Abb *in cap. cum in cauſis. §. inferiora, numer*[illegible] *qualiter, de elect.* quem refert Rot. *dict. deciſ.* [illegible] *numero 6.* vbi ita declaratur Gloſ. *in clem. 2. in* [illegible] *de ætat. & qualit.* Ferret. *conſ. 305. numero 4* Rot *deciſ. 1. de prabend. in nou.* Et ita etiam in caſu ſimili ſecundum prædictas diſtinctiones conſuluit Anto[illegible]us Gratianus Aduocatus Conſiſtorialis gentilis meus in conſilio ſuo manuſcripto, quod inter alia conſeruatur in Bibliotheca Horatij Gratiani V. I. D. [illegible]tris mei, de quo Antonio facit mentionem Gom[illegible]ſ. *in regul. de triea. quæſt. 5. eclam. 5. poſt med verſ. & hoc procedit non ſolum in commenda ſpirituali fol 336.* vbi etiam meminit de quodam judice ejuſdem Antonij, in quo aduotauit ea, quæ referuntur per Gomeſ. *dict. quæſt 5.*

Quibus addendum eſt, quod Canonici non habent aliquam præ[illegible]iam obligationem celebrandi ſtatim miſſam matutinam, cum ſolum ſuſceperint hujuſmodi onus ex eorum mera voluntate pro commodo incumbentium agriculturæ, Vnde non debet talis volunt[illegible] [illegible] ſtatuantia eos aſtringere, niſi cum illa qualitate ſubrogationis, prout hactenus factum
12 fuit, † cum alias grauarentur præter eorum intentionem, operando contrarium effectum, quod non eſt dicendum, *leg legata inutiliter, ff. de legat. 1.* Soc. *conſ. 38. col. 2. lib. 1.* Surd. *conſi. 112. num. 54. lib. 1.* Et cum fuerit in facultate Canonicorum talem diſpoſitio-
13 nem ſeruare, † multò magis potuerunt illam qualificare: Caſtr. *in leg. nemo poteſt. n 18. de legat. 1.* Iaſ. *in l. in actionib. in 1. not. ff de in lit. iur.* Becc. *conſ. 101. num. 27.* Surd. *conſi. 174. nu. 6. lib. 2.*

Et hic finis hujus capitis, & Quarti Tomi, ſed numquam finis laudi Dei Optimi Maximi, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, cujus correctioni me in omnibus ſubmitto, & illi adhæreo, cui totam doctrinam Apoſtoli Petrus, & Paulus cum ſanguine ſuo profuderunt, & ſi quid vſquam præter religionem

moreſque

moreſque veterum, non agnoſco, Tu interea bone Lector accipe lucubrationcula iſtas, quas litterarum figuris diſparaui, vt diſcrimina verborum faciliorum lectionem reddant, eaſque ſtudio potius mei cultus, quam ſui pretio æſtimari poſtulo, & ſi vires pro animo non fuerunt, ignoſci rogo, & quidem illas in lucem edidi quodammodo volens, nolens, volentem me ſane violentia tua fecit, cujus fauoris aura ſuauiter adhuc in editione aliarum mihi ſpirat, quare non ſolum volui, immo debui amoris tui cauſa, quem in præſentem abſentemque tenes, Nolentem, quia opus tenue, & dignitati tuæ non reſpondens, ſed cura mihi ſemper ad vtilitatem ducere, & in omni vita non mihi ſolum vixiſſe, Neque pueris iſta elaboraui, quid enim iis cum legali diſciplina, nec detritis quibuſdam, variiſque judiciis, quibus nuſquam liquet, aut licet, & ſi per me ſcripta quibuſdam non ad guſtum, quid faciam? ita natura mea, & judicium meum, & tractari malo, quam ſemel aſpici, & tangi, Aquam maris dulciorem in imo eſſe aiunt, quam in ſummo, ſic fortaſſe iſtis ſuauiora, quæ ſcripſi, cum penetrauerint, Hoc ſolum peto, vt ſicubi lapſus ſum, aut ſi quid mihi elapſum corrigas, non culpes, quia re vera in magnis difficile eſt, vt omnibus placeas, & vnus omnia peruideas, Ego quod potui id feci, nec impedio, ſi quis in eodem circo currat ad palmam, Vt in ludo pilæ alterius eſt commodo mittere, alterius etiam ſi quid erratum eſt. quam belliſſime excipere, & arte corrigere, ſic æqui Lectoris putabis flectere quædam in meliorem partem, & Socrates cum obſcurum Heracliti librum legiſſet, dixit, quæ intellexi proba ſunt, credo, & quæ non intellexi, Quam, vt hæc mea approbes, non admodum laboro, magis laboro, vt animum, qui æternum tibi deuotus eſt, & erit, Conuicia non attigimus, quia ſcimus iſtunc theſaurum ſtultis in lingua ſitum, vt quæſtui habeant malè loqui melioribus, & æquo animo audienda ſunt imperitorum conuicia, & ad honeſta vadenti contemnendus eſt iſte contemptus, & parum progredientur in bona via, qui in obuios quoſque arietant, & bacchæ bacchanti ſi velis aduerſarier, ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius, & tales audiendi ſunt, vt quidam canes, quibus datum eſt ſine cauſa, aut diſcrimine latrare, nec cum eis pugnandum, nec in eodem campo includendum, quos vincere inglorium, & à quibus atteri ſordidum eſſet, facit enim ſe aduerſarium quiſquis contendit, & vt vincar par fuit, Iuſtam ad cauſam tria verba ſufficiunt ait Pindarus. Et quod non omnia diſertè, ſed breuiter dixerim, nihil ad rem, nam ſicut vinitori ſcopus eſt in vindemiando obuios, & grandiores racemos legere, franci non eſt minores, aut latentes tranſiiſſe, de nobis ſic arbitremini, Et vt in magna Sylua boni venatoris eſt feras indagantem quam plurimas capere, nec cuiquam culpæ fuit non omnes cepiſſe, Idem hic eſto, neque enim homines vigilantes perpetuo ſunt, nam ego me labi, & errare poſſe non ſolum fateor, ſed debere, homo ſum, nihil humani à me alienum puto, & valetudo pertinaciter aduerſa aurem mihi vellit, vt vaſa colligam, & cogitem de diſceſſu, vt nihil mirum, ſi in tam diutino iſto languore, memoria etiam, & judicium langueant alibi aut vacillent, ſed valebit hoc mihi ſpero ad veniam, immo & ad gratiam, quoniam vt eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet jam jam cadentis, ſic noſtra debent abeuntium ſcripta, & miſeratio aliqua ſit, ſicuti, quod volumus non fecimus, euenit enim nobis in iſto curſu quod dicitur Caballus In cliuo. Abeant igitur Orphiogenes, abeant Pſylli nati tantum venena exugere librorum, Vos contra adeſte mites & candidi, qui parati non impellere lapſantem, ſed benigna potius aliqua interpretatione leuare, & hæc ex animo ſcripta, vt in animum demittatis vos per ſpes veſtras, & quidquid carum eſt, rogo, & ſiue laudi noſtræ faueritis, ſuggerite, ſiue carpere gaudetis, corrigite, ego vtroque affectu vtar in vnum finem emendandi, & diſcendi, erunt, ex verbo veteri, curæ ſecundæ.

Qui dedit velle, & dedit perficere.

LAVS DEO.

224 vol III

2